FASCICULUS FLORUM, EX VIRIDARIO SACRAE THEOLOGIAE MORALIS...

Sebastiano m. 1661 Sacco

8
1 1
4

V. P.
SEBASTIANI
SACCHI
FASCICVLVS
FLORVM
EX VIRIDARIO SACRAE THEOLOG. MORALIS SELECTORVM.

[redacted]

FASCICVLVS FLORVM,
EX VIRIDARIO SACRAE THEOLOGIAE MORALIS SELECTORVM.

THOMVS PRIMVS:

OPVS QVIDEM, SICVTI LABORIOSVM, ITA longè vtile, & periucundum ſingulis Prælatis, Curatis, Examinatoribus, Confeſſoribus, Pœnitentibus, cęteriſque artium profeſſoribus neceſſarium.

IN QVO DVO LIBRI CONTINENTVR. QVORVM PRIMVS EST DE LEGIbus, Priuilegijs, Vitijs, & Peccatis, Eleemoſyna, Ieiunio, Conſcientia, & Scandalo. Secundus de Primo Decalogi Præcepto, Correctione fraterna, Schiſmate, Superſtitione, Idolatria, Vana obſeruatione, Blaſphemia, Immunitate Eccleſiarum, Horis Canonicis, & Secundo Decalogi Præcepto; ſcilicèt, Iuramento, & Voto.

Cum duplici Indice, tum Tractatuum, & Capitum, tum Materiarum.

AVCTORE V. P. F. SEBASTIANO SACCO BVRGIENSI, SICVLO, ex Strictioris Obſeruantię Vallis Mazarię Prou. Sacror. Canon. Profeſſore.

AD ILLVSTR.

D. HORATIVM STROZZIVM, MARCHIONEM FLORIS.



PANORMI, Typis Petri Iſolę 1653. Sumptibus Gaſpari Sachi.

Impr. Scoderi V. G. *Impr. R. D. Petro de Gregorio Præſ.*

AD ILLVS.

DON HORATIVM STROZZIVM

MARCHIONEM FLORIS,

EQVITEM ALCANTARAE.

Philippi IV. Regis à Dape, & Consiliarium, ac Rationalem Magistrum huius Regalis Patrimonij.

F. Sebastianus Saccus Burgiensis, Strictioris Obseruantiæ.

FLORVM Fasciculus (amoris æquè, ac obseruantiæ pignus) quos ex Sacræ Theologiæ Viridario decerpsi, in lucem vix eductus, tuæ sub umbra humanitatis confugit, Illust. Marchio. Actum bene: si quidem, præclarior tanti Viri vmbra est, quam iubar Solis. Sunt & aliæ, quæ te non fugiunt, causæ. Nam si per beatos Romanus Vates prædicat Flores, Regum nomine inscriptos: quanto potiori iure, hic, quem Tibi dico, Florum Fasciculum dicendus est beatior, tanti Viri inscriptus nomine, quod omnes complet Terrarum tractus? Et hoc principaliter fuit in causa, quod hoc Volumen, Florum Fasciculi inscripsi nomine; intuitu, inquam, Florum nobilissimæ Familiæ tuæ, inter cæteros omni decore surgentium. Enim vero, quæ Florum illustrium, in vniuerso Nobilitatis viridario pullulantium, emicat veneranda venustas, quæ in præclaro Familiæ tuæ stemmate non resblendeat? Deficit fortasse Antiquitas, & in antiquitate Nobilitas? non equidem: nam (iuxta P.D. Archangeli Velardi Casinensis elogium) ex Aniciano stipite Familiam tuam duxisse originem, pro comperto est: Cuius antiquitatem (cœteris indagationibus prætermissis) Roma, orbis caput testatur: quod ex omnibus familiis, ibi degentibus, hæc Aniciana Familia, Petri Apostoli prædicatione, fidem Iesu Christi prima omniũ suscepit. Nec minus testatur, Ierusalem, Sabellium Anicinum, Equitem Romanum, in concilio in Prætorio Pilati habito, mirabili eloquentia Christi vincti innocentiam defendisse, prout Oratio, ab eo tunc temporis facta, quæ apud Sauelli familiam adhuc seruatur, perhibet testimonium. Cuius Rami (velut Arboris Nabucodonosor Regis) totum complent Orbem. Quorum Flores tot illustrant familias, tot decorant Coronas: *Aniciani generis* (hæc sunt verba præfati Auctoris) *Rami sunt nobilissimæ Orbis familiæ Romæ, vnde originem ducit à Sergesto Eneæ Duce, Frangepanis, Sabellia Petri Leonis, Maxima, Olibria*

Neapoli Tolfa, ex qua Aquinenses, & Carafa: Signiæ Comites, & Reges in Vngaria: Austriæ Archiduces in Germania: Lusignani Cypri Reges, nunc Subaudiæ Duces: in Tuscia Malespinæ, & Strozziorum genus ex Siluia Proba Anicia Ilduino Martio Mediolanensi Duci nupta, & ex quodam Romanorum Duce Eliseo, Anicio Frange pani. Ex tot igitur Ramis, ex hoc Aniciano stipite consurgentibus, per tot Mundi tractus diffusis, quot Florum germina pullulauere? Sed sidera Cœli quis dinumerare nouit? Sat si dixerim, summa sequens fastigia rerum, quod inter huius nobilissimæ Familiæ Viros, 70. enumerantur Consules Romani, eiusdemq; Reip. 23. Imperatores, non enumeratis Monarchis Austriacis, ex hoc Aniciano stipite per rectam lineam descendentibus. Summi Pontifices 13. inter quos extat D. Gregorius Magnus, S. Ecclesiæ Doctor. Cardinales 90. Patriarchæ Archiepiscopi, ac Episcopi plusquam 300. Sanctorum Canonizatorum infinitus est numerus, inter quos S. Helena, Magni Constantini Mater, ipse Constantinus, Boetius, Seuerinus, Simacus, Benedictus, Scolastica, Placitus, Victorinus, Flauia, Ambrosius S. Ecclesiæ Doctor, & Thomas, Doctor Angelicus. Verè Arbor eximia, de qua dici potest illud, *Et Flores eius, Flores honoris, & honestatis.* Ex hoc igitur Aniciano genere, Illust. Marchio, Strozziorum Familia originem trahit, quæ omnium bene olẽtium Florum genetrix non minus extitit fæcunda. Ipsa enim Florentia, prima Hetruriæ Ciuitas, de seipsa loquatur, quot Purpuris, quot Mitris, quot Equitum habitibus militaribus, quotq; tum pacis, tum belli primis honoribus hæc familia exornatur: Eminent enim Laurentius, & Hyppolitus Strozzij Cardinales: quorum primus Philippum Strozzium, & Claricem Medicam Leonis X. neptam, parentes habuit: Duo Archiepiscopi, Philippus, & Alexander, Surrenti vnus, Fermi alter, tuus benemeritus germanus. Duo Episcopi, Alexander Volterræ, & Rupertus, Eques Melitæ Fiesoli, tuus pariter germanus. Carolus, Nicolai V. Cubicularius. Petrus, Leonis XI. Secretarius, ac D. Petri in Vrbe Romæ Canonicus. Cęterum quatuor Habituum Militarium Equites, scilicet, S. Iacobi, Alcantaræ, Ierosolimitani, ac Sancti Stephani, antiqui stemmatis gloriam emulantes, hanc Strozziorum familiam maiori luminis incremento decorant: nam inter Hispanos 19. inter Gallicos, 12. & inter Siculos non pauci enumerantur Equites. Nec hisce sblendoribus, tam Sacris, quam Equestribus inæqualia sunt ornamenta militaria, ac politica, quæ varijs temporibus in Hetruria, Italia, Gallia, Belgica, ex pacis, belliuè oneribus hæc Familia accepit: quoniam in quodam Albo, 12. adnotantur Antesignani, qui antiquam Florentiæ Remp. rexerunt: & in re belli primos sæpè sæpiùs retulit honores Generalium, Ducum, Toracatorum: inter quos (vt cæteros prætermittam) eximiæ virtutis extitit monumentum D. Alphonsus Strozzius frater tuus, qui in Gallia Belgica, Ducis toracati pro S. M. C. inde Columnelli, & nunc Brugies Gubernatoris, illarum Prouinciarum perpetuum regimen, munus exercet. Nec demum huic Familiæ

miliæ Titulorum, Statuum, Homagiorum desuere ornamenta: Ipsa Italia loquatur, nec Gallia sileat, quot Principes, quot Duces, quotq; Comites, virtutum non minus, quam titulorum gloria illustres, floruere. Sed præ cęteris ipsa Triuacriæ Regio, famæ tuba, iure optimo concrepet, quanto gloriæ fulgore, Strozziorum Familiæ accessu, coronata resblendet. Sed tibi, Illust. Marchio, debetur honos: Te enim huius solaris currus aurigã, ex regione Florentiæ, hic primum euectorem agnoscit: Tu Atauorum tuorum gloriæ æmulator, vt totus Florum tuorum olenti pulchritudine impleretur Orbis, ex Florentino Viridario, hic palmitem, imò te ipsum transplantasti: vbi, paucis decurrentibus annis, in tot erupisti honorum germina, q̃ nõ ideati, sed ideæ, nõ exẽplati, sed exẽplaris, non palmitis, sed stipitis iure vendicas agnomen: omnium enim honorum gradus magnificentissimè geris, vnde illud fari potero, *In te vno omnia habes*: Enim vero ex Laurentio, tali nomine in hoc genere XVIII. Florentiæ natus, & in Hispanijs, Eques de Alcantara creatus, Regi Philippo III. prius Ascersecomes, & post à Dape munere inseruiens, Panormum, primam Regni sedem, accessisti. Hic D. Constantia de Termis in vxorem ducta, ex ea duos filios, veræ gloriæ germina, habuisti, D. Iosephum S. Annæ Principẽ, & S. Iacobi equitem, & D. Magdalenam Principissam Cassari, & Xiortini, ac Antellæ Marchionissam. Ciuitatem Panormi, Ducis Toracati bis, Prætoris, ac bis Senatoris munere laudibiliter rexisti, & Marchionis de Flore possides titulos. Siculorum Equitatuum nunc Dux, nunc Comissarius Generalis, Siculæ Militiæ Prouisor generalis, Regij Patrimonij Cõseruator, ac Magister Rationalis, vt vulgo dicitur; *di cappa, e spada*. Ter Vicarius Generalis, semel in Valle Neti, bis in Valle Mazzariæ Bis legationem obijsti, Vnam Messanæ ad Excell. Marchionissam *de los Veles*, huius Regni tunc Proreginam: ad Excell. Ducissam, *dell'Infantado*, nunc Proreginam. Et (vt breuiter concludam) Vir quidem magnus ad omnia magna natus, cui potius desunt præconia, quam merita. Hoc ergo, Humanissime Marchio, grato, quo soles, animo, meæ erga te officiosæ deuotionis munusculum accipe: Tua enim illuxit humanitas, vt tuo nomini consecrarem: quippe nec mihi carius, nec tibi gratius quidquam duxi: si quidem, mentem integram, veritatis arbitram, ducens; hos Flosculos, quod bonum est olentes, in delitijs habebis. Scio tuum animum, grauioribus obsessum curis; attamen amplitudo mentis tuæ capit etiam otij litterarij maiestatem Tandem, hunc Florum fasciculum iure optimo tuo muniui præsidio; tantisque nixus auxilijs, in lucem libenter dedi: Tui enim maiestas Nominis, seù mauis, Numinis potentia huic Florum præfixa fasciculo, amarulentas Momi voces (iuxta Aurelij Augustini sententiam) conterritas, comprimet, ac faciet à sugillatione desistere. Interim, à te, mercedis loco, illam Cæsaris vocem exposco: Animum attendo, non munera: præmium enim amoris est amor: Ea mihi à te beneuolentia exhibenda est, qua super omnes mortales eueheris. Vale, & cum omni incolumitate te seruet Deus. Panor. 14. Ottobr. 1653.



CANDIDE LECTOR

SI qua fuit unquam summa laudis celebranda pietatis affectio ; illa mihi pracipua extitit cura, ut earum animarum itinerarium , tantis difficultatum, scrupulorumque anfractibus obuolutum, adiuuarem; quibus, & si breuis peregrinationis est cursus, aternitatis tamen terminus paratur. Et hoc est in causa , quod , ut hoc itenerarium explanatum redderent , solerti diligentia,commendatoque acumine , tot insignes exudauere Scriptores; ne sauiente negligentię iniuria, cum tanta zeli, ac charitatis iactura , ab ipso mortis interitu,pro ipsarum animarum salute,minimè vindicarent. Sat ergo est causa scribendi. Verum ex Sacra Theologiæ Viridario, tam sacris culto Doctoribus , ex tot erumpentibus gemmis,hunc FLORVM decerpsi FASCICVLVM. Nec abs re , sed duplici ex causa hoc insigniui nomine : Quia Flores ferè omnium, quæ ad hanc tempestatem usque de varijs conscientię casibus scripsere Doctores hoc colligaui Fasciculo, Vna: Altera, ne te fugiat illud , quod horum Florum talis extat conditio, ut (teste Apostolo, 2. ad Corinth. 2. *) alijs sint odor vitę inuitam : aliis odor mortis in mortem. Sunt enim aliqui, Scarabeis non dissimiles,qui fimo se se alentes , & ex fimo breues pilas auuersis pedibus voluntantes, paruos in ijs, contra rigorem hyemis ,fætus sui nidulantur vermiculos . Sic, qui fimo leuitatis nutriuntur, sępè sępiùs pedibus auuersę voluntatis, pilas vermiculosa obtrectatione obductas , euomunt in Auctorum floreta , suauissimas doctrinas olentia : His Scarabeis odor horum Florum erit odor mortis in mortem. Accipe ergo Lector, amica manu hunc FLORVM Fasciculum , quem tibi mitto , & veluti sedula Apis ex his Floribus succos colligere cures , quos in ęternæ dulcedinis nectar coalituros certè scias. Sana mente, qua decet, hos volue,atq;reuolue; nam odor eorum tibi erit odor vitę in vitam. Vale,& interea secundum expecta Fasciculum , qui (Deo dante) quam citiùs in lucem prodiet.*

EGO F. Pacificus à Neapoli, Lector Generalis, huius Prouinciæ nostræ Reformatę Vallis Mazarię, ex mei Superioris mandato, legi Librum, cui Titulus est. *Fasciculus Florum, ex Viridario Sacræ Theologiæ moralis selectorum*, à Patre Fratre Sebastiano à Burgio elaboratum. In quo nihil reperi, quod Catholicæ fidei, & bonis moribus offendere possit: quinimo, vt typis dignum mandari possit, censeo. In quorum fidem hæc manu propria scripsi, & firmaui. Dat. Panormi in Conuentu nostro S. Mariæ Iesus, Die 10. Nouembris 1653.

Fr. Pacificus à Neapoli.

DE mandato Reuerendissimi Patris Fratris Danielis à Dongo, totius Seraphicæ Religionis S.P. nostri Francisci Vicarij Generalis, diligenter perlegi Ego infra scriptus Librũ, cuius Titulus, *Fasciculus Florum, ex Viridario Sacræ Theologię moralis selectorum*, Auctore Reuerendo P.F. Sebastiano Sacco à Burgio: in quo nihil veræ fidei, bonis moribus, Summorumúe Pontificum, aut S Trid. Concilij, de librorum impressione, decretis, dissonum reperi: sed vberem Sacrorum Canonum promouendæ pietati, formandisque moribus, segetem floridis Sacrorum Interpretum areolis egregio labore depromptum. Quare, opus dignum censeo, quod publicam lucem quã primum videat. Ex Conuentu S. Antonini Panormi die 30. Ianuarij 1651.

Fr. Antoninus à Naro, Lector, Prædicator Generalis, & Diffinitor.

F. Daniel à Dongo, Totius Ordinis Minor. S P. Francisci, Vicar. Gen. & Seruus. Dilecto nobis in Christo P.F. Sebastiano à Burgio, eiusdem Ordinis, Prouinciæ verò nostræ Reformæ Vallis Mazariæ Concionatori, & actuali Guard. Sal.

MVneri nostro deesse non possumus, quin eruditos nostri instituti viros pijs, & paternis prosequamur officijs; vt pote, qui solido doctrinę cibo bonorũ omniũ animos oblectant. Cũ igitur Nobis innotuerit, te non paruo cum studio opus quoddam, cuius Titulus est, *Fasciculus Florum, ex Viridario Sac. Theol. Moralis Selectorum*, composuisse, quod prælo subijcere exoptas, exoratam nostram facultatem harum serie tibi impertimur: modò tamen, duo ex Ordine Religiosi, doctrina præstantiores accurate, viderint, & approbauerint, ac ad Dei gloriam, & Religionis decus conquirendum, opportunum iudicauerint. Vale, & Deum pro nobis exora. Dat. ex nostro Cœnobio S. Antonini propè Panormum hac die 30. Aprilis Anno Iubilæi 1650.

Fr. Daniel à Dongo Vic. Gen.

Approbatio P. Hieronymi la Chiana, è Societate Iesu.

VIdi de mandato Illustr. & Reuerend. Domini Fr. D. Martini de Leon, & Cardenas, Archiepiscopi Panormitani, & Illustris. Domini Reg. D. Petri de Gregotio Pręsidis M. R C. huius Regni Siciliæ Librum, cuius Inscriptió est, *Fasciculus Florum, ex Viridario Sacr. Theolog. moralis Selectorum, Tomus primus*, Auctore Reuerendo Admodum Patre Fr. Sebastiano Sacco Burgensi, strictioris obseruantiæ nihilque in eo animaduerti, quod Catholicæ fidei, aut bonis moribus repugnet: adeoq; imprimendum censeo, vt vtilem omnibus futurum. Panorm in Colleg. Societ. Iesu die 28. Ianuarij 1653.

Hieronymus la Chiana ex eadem Societate Deputatus.



PATER FRATER SERAPHINVS A PANORMO, eiusdem Ordinis Theologus.

IN OPERIS AVCTORVM.

ANAGRAMMA.

SEBASTIANVS SACCVS BVRGIENSIS. 296.

Flores ab Odore fragrant per Orbem. 296.

Gaudeo, dum vestrum venientia sacula nomen
Noscent, & quæ sit fama, loquetur odor.
Namque opus apparet MARCHIONIS nomine FLORES,
Intima cui cordis iure dedere tui.
Et verba hęc, FLORES FRAGRANT AB ODORE PER ORBĒ
Vestri Cognomen, Patria, nomen edunt.
Si sic. O te felicem! te sparget odorum
Gloria per terras, quæ irrequieta manet.
Te imò trahent ad se, quos gloria, fama, decusquè
Doctrina vexit sidera ad alta Poli.

IDEM IN AVCTORIS OPVS.

Omine nequè carent fausto tua scripta, Sebaste,
Illis dum flores classica lęta canunt.
Nam veluti florum per amena virentia prata
Plurima turba sui spargit odoris opem.
Doctrina haud secus ac implebit odoribus Orbem
Hoc opus, æterno germine quandò viret.
Fasciculus Florum *est, textis quem nodulus vrget*
Virtutis Violis, ostriferisquè Rosis.
Vnguibus ergò lege & flores, & perlege lector,
Dum legis, inscius, at perlegis ore, sciens.

INDEX LIBRORVM TRACTATVVM, ET CAPITVM, QVAE IN HOC PRIMO TOMO CONTINENTVR.

Liber Primus, Tractatus Primus.

Tractatus Secundus, de Priuilegijs.

Tractatus Tertius, de Vitijs, & Peccatis.

Tractatus Quartus, de Conscientia.

Tractatus Quintus, de Scandalo.

LIB. II. TRACTAT. I. de Præceptis.

Tractatus Secundus.

Tractatus Tertius.

Tractatus Quartus, de Secundo Decalogi Præcepto.

Tractatus Quintus de Voto.



FASCICVLVS FLORVM, EX VIRIDARIO SACRAE THEOLOGIÆ MORALIS SELECTORVM.

Tomus Primus. Liber Primus. Tractatus Primus.

DE LEGIBVS.

De Natura, & Diuisione Legis. CAP. I.

QVid est Lex? Dub. 1.
Vnde dicitur Lex? Dub. 2.
Quid significat nomen Legis? Dub. 3.
Quomodo diuiditur Lex? Dub. 4.
Quot conditiones requiruntur, ad condendā Legem? Dub. 5.

Quid est Lex? Dub. 1.

1 RESPONDEO, vt Suarez *lib. 1. de leg. ca. 12. nu. 4.* Lex, est præceptū commune, iustum, ac stabile, sufficientèr promulgatū. Quæ definitio non longè differt ab ea, quam tradit Toletus, *tract. de sept peccat mortal.* Lex est rationis ordinatio, ostendens homini, quid agēdum, quiduè non agendū sit: incommune bonum instituta.

Communitèr verò à discipulis D. Tho. 1. 2. *quæst.* 91. *ar.* 4. sic definitur. Lex est ordinatio rationis, promulgata ad bonum commune ab eo, qui curam habet communitatis: seù ab eo, qui potestatē habet obligandi.

At relictis omnibus, & alijs, quas refert Sotus, 1. *de Iust. quæst.* 1. *ar.* 1. & Salas, *de leg. disp.* 1. *sect.* 11. dico cum Scoto, *in* 1. *dist.* 34. Lex est judicium vltimum intellectus de operabilibus, aptum regulare humanum actū elicitum, vel imperatum.

2 Differt tamèn lex à præcepto: quià præceptum imponi potest homini particulari: lex verò, communitati. sic Suarez, *lib.* 1. *de leg. cap.* 6. *num.* 8.

3 Vndè Præceptū, vt Molfesius, *to.* 1. *sum. tract.* 10. *cap.* 1. *n.* 1. sic definitur. Est Iussio Superioris, aùt legis imperātis, ad aliquid faciendum, vel fugiendum ex necessitate.

Vndè dicitur Lex? Dub. 2.

4 REspondeo, à ligādo. sic Scotus, *in* 1. *dist.* 15. *quæst.* 2. à Cassiodoro verò, & Isidoro, 2. *Ethymolo.* dicta est à legendo: quià pleræquè leges humanæ feruntur inscriptis. Dicta est etiam, ab eligendo; sic Tullius, teste Soto 1. *de iustit. quæst.* 1. *ar.* 1. & Fernandez, *par.* 2. *cap.* 1. §. 1. *nu.* 1. nempè, quià per eā sciunt subditi, quid eligendum, quiduè sequendum sit in operationibus.

Quid significat nomen Legis? Dub. 3.

5 REspondeo, rectam aliquam regulā, præscribentē communitati alicui modum necessarium, ad eiusdem communitatis bonū. Vndè Lex varia habet nomina. à Latinis vocatur, *Lex*: à Grecis, *Nomós*: ab Hebræis, *Thora.* Quæ sanè nomina, licèt idem significent: non tamèn eamdem nominis Ethymologiam omnes tradunt: vt in dub. 2. diximus.

Tractatus Secundus.

Tractatus Tertius.

Tractatus Quartus, de Secundo Decalogi Præcepto.

Tractatus Quintus de Voto.



FASCICVLVS FLORVM, EX VIRIDARIO SACRAE THEOLOGIÆ MORALIS SELECTORVM.

Tomus Primus. Liber Primus. Tractatus Primus.

DE LEGIBVS.

De Natura, & Diuisione Legis. CAP. I.

Quid est Lex? Dub. 1.
Vnde dicitur Lex? Dub. 2.
Quid significat nomen Legis? Dub. 3.
Quomodo diuiditur Lex? Dub. 4.
Quot conditiones requiruntur, ad condendā Legem? Dub. 5.

Quid est Lex? Dub. 1.

1 RESPONDEO, vt Suarez *lib. 1. de leg. ca.* 12. *nu.* 4. Lex, est præceptū commune, iustum, ac stabile, sufficientèr promulgatū. Quæ definitio non longè differt ab ea, quam tradit Toletus, *tract. de sept peccat mortal.* Lex est rationis ordinatio, ostendens homini, quid agēdum, quidnè non agendū sit: in commune bonum instituta.

Communitèr verò à discipulis D. Tho. 1. 2. *quæst.* 91. *ar.* 4. sic definitur. Lex est ordinatio rationis, promulgata ad bonum commune ab eo, qui curam habet communitatis: seù ab eo, qui potestatē habet obligandi.

At relictis omnibus, & alijs, quas refert Sotus, 1. *de Iust. quæst.* 1. *ar.* 1. & Salas, *de leg. disp.* 1. *sect.* 11. dico cum Scoto, *in* 1. *dist.* 34. Lex est iudicium vltimum intellectus de operabilibus, aptum regulare humanum actū elicitum, vel imperatum.

2 Differt tamèn lex à præcepto: quià præceptum imponi potest homini particulari; lex verò, communitati. sic Suarez, *lib.* 1. *de leg. cap.* 6. *num.* 8.

3 Vndè Præceptū, vt Molfesius, *to.* 1. *sum. tract.* 10. *cap.* 1. *n.* 1. sic definitur. Est Iussio Superioris, aùt legis imperātis, ad aliquid faciendum, vel fugiendum ex necessitate.

Vndè dicitur Lex? Dub. 2.

4 RESPONDEO, à ligādo. sic Scotus, *in* 1. *dist.* 15. *quæst.* 2. à Cassiodoro verò, & Isidoro, 2. *Ethymolo.* dicta est à legendo: quià pleræquè leges humanæ feruntur inscriptis. Dicta est etiam, ab eligendo; sic Tullius, teste Soto 1. *de iustit. quæst.* 1. *ar.* 1. & Fernandez, *par.* 2. *cap.* 1. *§.* 1. *nu.* 1. nempè, quià per eā sciunt subditi, quid eligendum, quiduè sequendum sit in operationibus.

Quid significat nomen Legis? Dub. 3.

5 RESPONDEO, rectam aliquam regulā, præscribentē communitati alicui modum necessarium, ad eiusdem communitatis bonū. Vndè Lex varia habet nomina. à Latinis vocatur, *Lex*: à Græcis, *Nomòs*: ab Hebræis, *Thora*. Quæ sanè nomina, licèt idem significent: non tamèn eamdem nominis Ethymologiam omnes tradunt: vt in dub. 2. diximus.

6 Solet etiam alijs nominibus appellari, vt Toletus, Viualdus, & alij dicunt, *Ius*: eò quod iustam causam statuat in rebus. Id; quòd Græci maximè significauerũt in illa sua determinatione, vt Castro clarè docet: Legem sub iustitia distributiua contineri, quia Lex nõ est, quæ nõ est iusta: Vndè D. Augustinus, *lib. 1. de lib arb.* ait, *nihil lex esse videtur, quæ iusta non fuit. & cap. ius generale. dist. 1. & cap. erit autem. dist. 4.* & ibi Glossa, *in verb. iusta*.

Dicitur etiam, *Præceptum*: quià firmitatẽ habere debet. Dicitur, *Statutum*, eò quòd firmitèr deliberatione, quasi in statu, idest in gradu immobili situm, vel positum. Dicitur, *Constitutio*, quasi simùl à statutio: quia aliquandò multi ad eam stabiliendam conueniunt. Ita Siluester, Tabiena, Viualdus, & alij.

Quòmodò diuiditur Lex? Dub. 4.

7 Respondeo, ex D. Tho. 1. 2. *quæst 91. per totam*, quẽ alij sequuntur, Legẽ diuidi posse in quatuor membra, scilicèt: in legem æternam, naturalem, diuinam, & humanam.

Lex æterna, vt D. Thom. 1. 2. *quæst. 93. nu. 1.* sic definiri potest: Est ratio diuinæ sapientiæ, in quantum est directiua omnium actuum, & motionum creaturarũ.

Lex naturalis, vt ait Bonac. *de leg. disp. 1. quæst. 1. p. 2. num 7.* est ipsamet conuenientia, seù disconuenientia vti cum recta ratione: seù, vt ait Vasquez, 1. 2 *disp. 150. cap. 3.* est dictamen, aut lumen naturale nostræ rationis, quo cognoscimus, quæ facienda, & quæ vitanda sunt. Lex Diuina, vt ait Sayrus, *in clau. Reg. lib. 4. ca. 2. nu. 2.* Est ordinatio rationis, à Deo data, quæ hominem in finem, & beatitudinem supernaturalem dirigit.

8 Diuiditur lex Diuina, in veterem, qualis est lex Moisayca: & in nouam, qualis est lex Euangelica. Iterũ lex Diuina subdiuidi potest, in diuinam naturalem, & diuinam positiuam. Diuina naturalis, est illa, à qua præcipitur idem, quod præcipitur à lege naturali: vt sũt ea, quæ in præceptis Decalogi continẽtur. Diuina positiua, est illa, quà præcipitur aliquid, quod lege naturali nõ est sancitum: vt est præceptum, præmittendæ confessionis antè sumptionem Eucharistiæ, ab habente cõscientiam peccati mortalis. Quod præceptum dicitur diuinum positiuũ, quatenùs iure naturæ non præcipitur confessio antè sumptionem Eucharistiæ. Lex humana, vt dicunt Vasquez, *tom. 2 disp. 7. quæst. 5 pu. 1* Sayrus, *in Cla. Reg. lib. 3 cap. 3. nu. 1.* & alij: Est rectum iudicium rationis, conueniens legi naturali, & æternæ, per discursum aliquẽ probabilem ab habente auctoritatem, præscribens aliquid subditis seruandum.

9 Iterùm, Lex diuiditur in naturalem, gentium, & ciuilem. sic Vulpianus. *leg. 1. ff. de Iust. & iure.* Iustinianus §. *ius naturale*, & §. *ius autem gentium.* & *ius autem ciuile*. Lex gentium est illa, quam homines, naturali ratione ducti, constituunt. *Leg. omnes populi 9 ff de iust. & iure.* Talis est illa. Possessiones sunt diuidendæ: quãuis enim ab initio omnia bona essent communia: progressu autèm temporis, omnes homines naturali ratione ducti; iudicarunt, possessiones diuidendas, ad vitam in pace tuendam, & ad discordias euitandas. Lex verò ciuilis, est illa, quæ simpliciter auctoritate hominum decernitur.

10 Iterùm, Lex diuiditur in affirmatiuam, & negatiuam. Lex affirmatiua, est illa, quæ præcipit aliquid faciendum. Lex verò negatiua, est illa, quæ præcipit aliquid omittendum. Qualis est illa Psalm. 35. *Declina à malo, & fac bonum*. Vndè ad cognoscendum, an lex sit affirmatiua, an verò negatiua, aspicienda est res præcepta. Si verò actio aliqua prohibeatur, censetur præceptum negatiuum. Alias diuisiones legum videre potest quis apud Vasquez, 1. 2. *disp 157. cap. 5.* Salas, *de leg. disp. 2 sect. 1.* Azorium, *lib. 6 cap. 1. quæst. 5.* Suarez, *lib. 1. de leg. cap. 3.* & alias.

Quot conditiones requiruntur ad condẽdam legem? Dub. 5.

11 Respondeo, multas conditiones requiri: de quibus fusè agit Suarez, *lib. 1. de leg. à cap. 6. vsq; ad 12. exclusiuè* Nos verò breuitèr.

Prima conditio, vt pro aliqua communitate feratur. vt colligitur ex *leg. 5 ff. de legib.* vbi dicitur, legem debere esse preceptum commune. *& leg. iuram. 2. ff. eodem.* vbi habetur: Iura nõ in singulas personas, sed generalitèr constitui. Et probat hanc Merolla, *to. 2. disp. 4. cap. 1. sect. 1. nu. 43.* quia de ratione legis est, quod sit perpetua; hoc autèm habere non potest preceptum, vni personæ impositum, quia per-

perpetua non est: communitas verò perpetua est, saltē per successionem, & ideò respectū illius locū habet propria lex.

Nota, quod nos hic loquimur de communitate absolutè perfecta, quę scilicèt est proprium corpus politicum, & gubernatur per propriam iurisdictionem, habentem vim coactiuam. Hinc fit, communitatem vnius domus, cui pater familias pręest, non sufficere ad propriam legem: quià est absolutè imperfecta, vt ait Diuus Thomas 1.2. *quaest.* 90. *art.* 3. *ad* 3.

12 Secunda conditio est, vt communiter cum D. Thoma, 1.2. *quaest* 90 *art.* 2. dicūt: vt feratur pro communi bono. Et ità habetur etiam in *Can. erit autem, lex. dist.* 4. vbi Glossa dicit: In eo legem distingui à priuilegio, quod Lex recipiat bonum cōmune: Priuilegium verò bonum priuatum. Et ratio est, quia lex est regula communis, quæ dirigit totam communitatē, vt supradictum est: ergò debet eam dirigere ad finem communem, & publicum, quod est bonum communitatis. Vndè, vt ait Merolla, *to.* 2. *de l·g disp.* 4. *cap.* 1. *n.* 43. cessante fine legis in aliquo particulari, non statim cessare obligationem legis: quià lex immediatè, ac primariò ordinatur ad bonum commune, nō ad aliquod particulare dumtaxat. Vndè quamdiù bonum commune non cessat: nec aliquid occurrit, ratione cuius seruare legem, esset contra bonum commune; tamdiù manet legis obligatio.

13 Tertia conditio est, vt Lex feratur ab habente primariam potestatem iurisdictionis, quę solet esse, vel in Principe, vel in tota communitate. Ratio est, quià ferre legem, pertinet ad primum gradum meri imperij. At primus hic gradus conuenit soli Principi supremo, vel toti communitati, seù Reipublicę, si libera est. vt benè Bartholus, & alij Doctores communitèr, in *leg. imperium ff. de iurisdictione omn. iud.*

14 Quarta conditio legis est, vt sit iusta; hoc est, vt pręcipiat iusta: quià quælibet lex est participatio æternæ legis: at hæc solùm iusta præcipit: ergò, & alię iusta pręcipere debent; vt validę sint. Quandò verò dubitatur, an Lex iusta precipiat, quià scilicèt dubitatur, an id, quod præcipitur, sit malum, dicemus in *tract.* 4. *cap.* 3. *dub.* 24.

15 Quinta conditio est, vt lex sit sufficiētèr promulgata, vt communitèr cum Diu. Thoma, *in* 1.2. *quaest.* 90 *art.* 4. docēt. Quorum ratio est: quià vt lex planè constituta sit; oportet, vt habeat efficatiam obligandi: sed hanc nō habet, donèc promulgetur: ergò donèc promulgetur, non est vera lex; ac proindè promulgatio est de ratione legis. Quando, & quòmodò promulganda est lex, dicemus in *cap.* 3. *dub.* 1. & 2.

16 Sexta conditio legis est, vt sit possibilis, idest de re possibili: non solum physicè, sed etiam moralitèr: quià lex non debet esse de re difficilissima, seù valde graui, & onerosa, saltèm quando grauissima, & vrgentissima causa non adest.

17 Septima cōditio, est lapsus temporis, seù termini à legislatore pręscripti: nàm lex non obligat vltrà voluntatem Legislatoris: quapropter, si Legislator spatium duorum mensium apposuit, ad obligandum; subditi non obligantur, nondum lapsis duobus mensibus: cùm obligatio legis ab intentione legislatoris pendeat. Legislator autèm non intendit obligare statim post promulgationem, sed post duos menses.

18 Octaua conditio est, vt Lex sit vsu recepta. Ità Felinus, *in cap.* 1. *de treg. & pac.* Angelus. *v. lex. nu.* 4. *in fine.* Couarru. *lib.* 2. *var. cap.* 16. *nu.* 6. Nauarrus. *in sum. cap.* 23. *num.* 41. & alij. Qualis acceptatio requiratur, dicemus *in cap.* 3. *dub.* 4.

De potestate condendi leges?
CAP. II.

An Reges possint condere leges? dub. 12.
An Regina, quæ domina Regni est, possit cõdere leges? dub. 13.
An qualibet Ciuitas possit condere leges? dub. 14.
An Barones feudatarij possint in suis ciuitatibus, & castris leges, seù statuta condere? dub. 15.

Quis potest, & debet ferre legem? Dub. 1.

1 RESpondeo. Ille potest, & debet ferre leges, qui potestatem, & iurisdictionem, & vim cogendi habet. Bartol. *leg. imperium. ff. de iure omn. iud.* qui sic ait: Legum lationem pertinere ad iurisdictionem meri imperij, vel existentis in gradu proximo. Et ita Baldus. *l. 1. ff. de iust. & iure.* D. Thomas. 1. 2. *quæst.* 90. *art.* 3. & *quæst.* 67 *art.* 15. & communitèr Canonistę, *in cap. cum in Eccles. S. Mariæ de Const.* Quorum ratio est: quià actus condendi legem, est vnus ex precipuis actibus, quo Respublica gubernatur: Respublica autèm gubernatur ab ijs, qui iurisdictionem, & publicam potestatem habent. Ergò &c.

2 Nota, quod Iurisdictio, est potestas de publico introducta in bonum Reipublicæ, & publicam vtilitatem. *leg. priuatorum C. de iurisd omn. iud gloss. in leg. 1. ff. de iuris. iud.*

3 Diuiditur iurisdictio, in merum, & mistum imperium, & simplicem iurisdictionem. Ioa. Gilib. *de iurisd. & imper. cap. 1. num.* 1. merum imperium aliud non est, nisi habere gladij potestatem, ad puniendos facinorosos. Et dicitur, Merum, quia separatur à cognitione pecuniaria, eò quòd indè nullum sequitur commodum pecuniarum. *leg imperium ff. de iurisdict. an iud.* Mistum verò imperium, est potestas media; quià habet aliquid de mero imperio, & de iurisdictione ordinaria, & habet commodum pecuniarum, & pertinet ad ipsum bonorum possessio. *leg. 3. ff. de iurisdict. gloss. intenta*. Simplex autèm iurisdictio ordinaria, est illa, quam habēt Iudices inferiores. *cap si de leg. de foro cõpet. cap. cæterum de iudicijs.* & ibi Abbas. *nu. 2. & cap. singulis de testam. monac. n. 3.* Venerus. *lib. 8. cap. 1. nu. 1.* & alij.

4 Potestas verò duplex est, vna dicitur potestas dominatiua, seù Oeconomica: & altera politica, seù iurisdictionis. Et hæc est differentia, inter potestatem dominatiuam, & iurisdictionis: quia potestas iurisdictionis per se primò respicit communitatem perfectam: cum ad politicam gubernationem, quæ in tali communitate, vel Republica necessaria est, dirigatur. Potestas verò dominatiua, vt plurimum, est circà priuatas personas, seù circà cõmunitatem imperfectam, seù inter personas communitatis imperfectæ. Et hæc iurisdictio dominatiua, aliquando acquiritur per contractum. *leg. quasi contractum l. pactum.* qualis est illa Domini in seruū; sibi venditum. Aùt superioris in subditum, qui sibi per obedientiæ votum, obedientiam prommisit. Aùt viri in vxorem, cuius caput vir dicitur; & cui vir preest per ordinem ad domus, & familiæ gubernationem. Aliquandò acquiritur naturali origine, ex vi propagationis humanæ: qualis est potestas Patris in filium. Ità Bonacina, *disp. 1. de leg quæst. 1. pu. 3. nu* 3. & alij.

An Summus Pontifex possit leges Ecclesiasticas in toto orbe condere? Dub. 2.

5 AFfirmatiuè, communiter respōdēt, in quibus adscribuntur Bellarminus, *lib. 4. de ref. pont. cap* 23. Sotus, *lib. 1. de iust. & iur. quæst. 6. art. 4* Castrus, *lib. 2. de iust. hæred. pun. cap. 24.* Caietanus, *de author. Papæ, & concil. cap. 3.* Panormitanus, *in cap translato, de const. num.* 2. Merolla, *tom. 2. de leg. disp. 4. cap. 4. dub. 2. nu.* 7 Valentia, 2. 2. *disp. 1. quæst. 1. pu.* 7. Molina, *tract. 2 disp.* 21. Bonacina, *de leg. disp. 1. quæst. 1. pu. 3. n.* 5. & alij. Quorum ratio est: quia Summus Pontifex accepit immediatè à Christo, & ex vi institutionis eius, potestatem legislatiuam in vniuersam Ecclesiam: Nàm Christus dedit hanc potestatem immediatè Petro, non prò sua tantùm, sed per continuam successionem perpetuò duraret in Ecclesia. Ergò idem Christus, qui hanc contulit potestatem Petro, confert successori suo ex vi predictę institutionis, & illorum verborum Matth. 16. *Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*, & Io. 21. *Pasce oues meas.* Tùm ex perpetua successione, Summum Pontificem esse Petri successorem. Ergò ab eodem Christo immediatè habet potestatem condendi legem, obligantem sub præcepto.

Dubi-

Dubitatur. An Summus Pontifex solus, sine consilio Cardinalium, possit condere leges, præsertim graues, & vniuersales?

6 NEgatiuè, respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia iure consuetudinis, aùt quasi præscriptionis, Cardinales habent acquisitum hoc ius: vt Pontifex, causas graues non determinet, sinè eorum consilio. Inter quas causas meritò computatur legumlatio. Vèl quia iure Diuino sunt ad id munus instituti: Et ideò non possunt illo priuari. Ità Ioa. Monac. *in cap. super eo. de hæred. in 6.* & ibi Anchor. Cardinal *in recep cap perpendimus, de sent. excõmu.* Bald. *in l. cum mult. c. de bon. qua liber.* vbi ait: non posse Papam infeudare Castra pretiosa Ecclesiæ, sine consensu Cardinalium. Et latè Andr. Siculus. *tract. de præstant. Cardinal. par. 1. quæst. 1.*

7 Secunda sententia, quę est communis, & verissima, ait: licèt ex honestate, ac decentia regularitèr Summus Pontifex leges ferat indictis Cardinalibus; attamèn habet potestatem absolutam ferendi leges: & ideò potest validè illas ferre, sinè consensu, vel consilio Cardinalium. Cuius ratio est, quia talis est hæc potestas in Papa, qualis fuit in Petro: sed in Petro fuit ità absoluta, vt posset leges condere, etiàm sinè consilio Apostolorum, ne dũ aliorum inferiorum: ergò talis etiã erit in Pontifice, vt sinè consilio, vel consensu Cardinalium possit leges condere. Ità Panormit. *in cap. 2. de Cleric. non resident. nu. 4.* Turrecrem. *in can. 1. dist. 22.* Felin. *in rubric. de const. nu. 2.* Dec. ibi *lect. 1. qu. 1.* Merolla. *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 4. dub. 2. num. 9.* Suarez *lib. 4. de leg. cap. 3. num. 14.* & alij communitèr.

Dubitatur secundò, An Summus Pontifex possit ferre leges politicas, seù ciuiles, totum orbem obligantes?

8 PRima opinio ait: Summum Pontificẽ habere directam potestatem, ad ferendas leges ciuiles, obligantes totam Ecclesiam, seù omnes baptizatos. Cuius ratio est: quia Ecclesia Christi, quæ de se vniuersalis est, totum mundum cõplectitur, est perfecta, vna, & optimè instituta: ergò in temporalibus est vera monarchia: quia hoc spectat ad perfectã vnitatem corporis politici: ergò in illa est vna, & suprema potestas, etiam in tẽporalibus, & in vno, eodemque capite: aliàs posset esse in ea oppositio aliqua, & diuisio. Tùm quia Christus habuit directè iurisdictionem temporalem, & dominium super totum orbem. ergò eandem habet Summus Pontifex, qui eius vices gerit in terra. ita D. Antoninus. *3. part. tit. 22. cap. 5. §. 8. & 13.* Aluar. Pelag. *lib. 1. de Plant. Eccles. cap. 44.* Aug. Triumph. de Ancho. *de potest. Eccles. quæst. 1. art. 17. & 18. & quæst. 22. art. 2.* Hostiens. *in cap. super his, de voto.* Panormitan. *in cap. nouit. de iud.* Siluester, *& Papa quæst. 27. & 8.* Io. Parisiens. *de potest. reg. & Papa. cap. 1.* & alij.

9 Secunda opinio ait: Pontifex, vt Pontifex, non habet directè, & immediatè vllãm temporalem potestatem, sed solum spiritualem: tamèn ratione spiritualis, habet indirectè potestatem summam in temporalibus. Ita D. Bonauentura *lib. de Eccles. Hyerarch. part. 2. cap. 1.* Almain. *in tract. de suprem. libert. Eccles. cap. 6.* Vgo de S. Victore; *lib. 2. de Sacram. part. 2. capit. 4.* Alens. *part. 3. sum quæst. 40. memb. 5.* Durand. *lib. de orig. iurisd. quæst. 3. in fine.* Henrich. de Gandeuo, *quodlib. 6. quæst. 23.* Victoria, *relect. 1. de potest. Eccles. quæst. 6.* Sotus, *in 4. dist. 25. quæst. 2. art. 4.* Nauar. *cap. nouit. de iudic. notab. 3.* Bellarm. *lib. 5. de potest. Pontif. cap. 1.* Molina, *to. 1. de iust. tract. 2. disp. 29.* Salas, *lib. 3. de leg. dis. 7. sect. 4.* Suarez, *lib. 3. de leg. cap. 6.* & alij.

10 Sit prima conclusio illius dubitationis, vt ait Merolla, *lib. 2. de leg. disp. 4. cap. 3. dub. 5.* Summus Pontifex non habet iurisdictionem temporalem in totum orbem sĩplicitèr, quatenùs infideles cõprehẽdit. Et probat hanc conclusionem, quia Pontifex, vt sic, solùm habet illam iurisdictionem, quam Christus illi contulit: sed Petro, & successoribus nullam iurisdictionem temporalem in vniuersum orbem Christus contulit. ergò &c.

11 Secunda conclusio est illa, quam docẽt Doctores citandi, scilicèt: Pontifex, vt sic, nullam habet temporalem iurisdictionẽ directè super totum orbem Christianum: & per consequens, non potest directè illi toti ciuiles leges imponere. Quorum ratio est: quia si Pontifex, vt sic, haberet iure diuino hanc iurisdictionem, vt dicũt Auctores primæ sententiæ, deberet id constare ex scripturis, vel saltem ex traditione

ditione Apostolorum: sed ex scripturis nihil aliud habetur, nisi Christum promisisse Petro claues Regni Cœlorū, per quas potestatem spiritualem supremam significauit, vt Patres exponunt. Posteà verò implendo promissionem suam, Ioan. 21. solùm dixit: *Pasce oues meas*: quæ etiam verba intelliguntur de potestate tantùm spirituali; vt est communis expositio Patrum. De clauibus autèm Regni terrarū, & iurisdictione temporali, nulla mentio fit in scriptura: traditionem autē Apostolorum nullam aduersarij proferunt: Ergò &c. ità præter Doctores, n. 9. relatos, docent Malderus 2.2. *quæst.* 1. *art.* 10 *dub.* 8. Tannerus, 1.2. *disp* 4 *quæst.* 4. *dub.* 1. *nu.* 33. Azorius, *part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 15. *quæst.* 6. Rebell. *de oblig. iust. part.* 2. *lib.* 14. *quæst.* 23. *sect* 1 *nu.* 2. Minard *de priuileg. Eccles. par.* 1. *art.* 6 *nu.* 1. Paramus, *de orig. Inquisit. lib.* 3 *quæst.* 1. *opin* 4 Siluius, 2.2. *quæst.* 66 *art* 1. *concl.* 1. 2 & 3. Pereira, *de manu Regi. prælud.* 1. *nu.* 4. Barbosa, *in coll. tom.* 2. *lib.* 4. *tit.* 17. *cap.* 13. *nu.* 37 Morla, *in emporio iur. part.* 1. *tit. de iurisd quæst.* 4. Merolla, *to.* 2. *de leg. disp.* 4. *cap.* 3. *dub.* 5. *num.* 45. & alij.

12 Tertia conclusio, est communis omnium Catholicorum, asserentium: Romanum Pontificem, vt sic, habere indirectè iurisdictionem temporalem in totum Orbem Christianum: ac proindè posse ciuiles leges condere indirectè, & in ordine ad finem spiritualem: idest, cum necessarium, aut valdè expediens visum fuerit ad cultum Dei, & salutem animarum. Quorum ratio est: quià potestas ciuilis subiecta est potestati spirituali, quàdò vtraque pars est eiusdem Reipublicæ Christianæ: ergò potest Princeps spiritualis imperare Principibus temporalibus, & disponere de temporalibus in rebus in ordine ad bonum spirituale: omnis enìm superior imperare potest inferiori suo. Tùm quià Respublica Ecclesiastica debet esse perfecta, & sibi sufficiens in ordine ad suum finem: tales enim sunt omnes Respublicæ benè institutæ: ergò debet habere omnem potestatem necessariam, ad suum finem assequendum: sed necessaria est ad finem spiritualem potestas vtendi, & disponendi de rebus temporalibus: quià alioquìn possent mali Principes impunè fouere hæreticos, & euertere Religionem in suis Regnis: ergò illam habet Summus Pontifex, qui hac ratione potest deponere Regem hæreticum, vel infidelē, conantem pertrahere homines ad suam sectam. Vndè hanc potestatem indirectā in temporalia, quam Pontifex habet, non solùm sufficere ad corrigendas leges ciuiles, quàndo contrariæ sunt iuri diuino naturali, vel positiuo; aùt vergere possunt in perniciem animarum: sed etiām ad ferendas leges in temporalibus, quàdò id negligunt Principes temporales, & est necessarium ad spirituale bonum, & ad peccata vitanda. Sicut Pius Quintus edidit duas bullas de modo, quo debeāt creari census, & cambia: quas suo loco explicabimus Huiusmodi verò leges editæ à Summo Pontifice, non dicuntur formalitèr ciuiles, sed canonicæ, & spirituales: quià non respiciunt formalitèr temporale commodum, sed spirituale: vt scilicèt impediantur fraudes, & furta &c.

13 Potest etiàm Summus Pontifex cōdere leges ciuiles, pro territorio sibi subdito, vt per se patet: non enìm repugnat, potestatem Ecclesiasticam, & politicam in eadem persona reperiri: vt benè ostēdit Bellarminus, 5 *de Potest Pontif. cap.* 9. & Salas *de leg. disp.* 8. *sect.* 6 Molina, *tom.* 1. *de iust. tract* 2. *disp.* 21. & 29. & alij.

An Episcopi in sua Diœcesi possint leges Ecclesiasticas condere? Dub. 3.

14 Affirmatiuè respondent communitèr Canonistæ, *in cap. cum omnes*, & *cap. cum accesserit, de constit.* & ibi Panormitanus, Hostiens. & Decius, Merolla, *to.* 2. *de leg disp.* 4. *cap.* 4. *dub.* 3. *nu.* 12. Bonacina, *disp.* 1. *de leg quæst.* 1. *pu.* 3. *nu.* 21. Salas, *de leg disp.* 8. *sect.* 5. *num.* 3. & alij, docentes: Episcopos habere hanc potestatem iure ordinario in suis Diœcesibus. Quorum ratio est: quià Episcopi sunt pastores ordinarij, & Principes Ecclesiæ post Summum Pontificem: & ideò, ex vi sui muneris, egent potestate condendi statuta, suis subditis conuenientia. At potestas, quę cōuenit alicui, ex vi proprij muneris, competit iure ordinario: ergò &c.

15 Et quod dictum est de Episcopis, dicēdùm est etiàm de Patriarchis, & Archiepiscopis: hi enìm possunt in suis particularibus Diœcesibus leges condere: quia illarum sunt Episcopi. Extrà autem illas, non possunt: nisi speciali iure, aut præscripta consuetudine, vel priuilegio Apostolico ei concessum sit: vt patet ex *can.* 4. *vsque ad canon. conquestus.* 9 *quæst.* 3. & *cap.*

& cap. duo simul de offic. ordin. Vndè patet: Archiepiscopus solus absque Concilio Prouinciali, non potest statuta cōdere, totam prouinciam obligantia.

16 Et quod dictum est de Episcopis, dicēdum est de Abbatibus sæcularibus, habētibus iurisdictionem Episcopalem in eorum territorijs, seù quasi diœcesi: hi enim possunt iure communi ordinario, leges ferre, obligantes suos subditos: nisi eis sit specialiter prohibitum: aùt ex consuetudine, vel peculiari institutione, requirant communitatis, vel Capituli consensum: quià hæc potestas ferendi leges, est iurisdictionis: & per se, ac iure ordinario coniuncta est cum iurisdictione Episcopali.

17 Non possunt tamèn Episcopi indifferentèr leges, seù statuta condere in quauis materia, vt benè docent Gloss. *in cap. 1 de consecrat. dist. 3.* Innocent. *in cap. vestra, de locat.* Felin. *in cap quod super his, de maior. & obed. num.* 4 Bartolus, *in leg. omnes populi, nu. 26 ff de iust. & iure.* Suarez, *lib. 3 de leg. cap. 5. nu. 1.* Merolla *to. 2 de leg. disp. 4 cap. 4. dub. 3. diff. 1. nu. 13.* & alij. Vndè primò non possunt Episcopi leges ferre in rebus, quas Papa sibi specialitèr reseruauit: vt habetur, *in cap. 1. de transl. Episcop. & cap. 1 & 2. de relig. & venerat. Sanct. & vlt. de relig. domib.* Secundò, Episcopi non possunt statuere aliquid contra ius commune: vt patet *ex cap. de locat.* quia eò ipso repugnaret voluntati superioris. Tertiò, Episcopi non possunt in grauioribus causis aliquid statuere: quià per generalem regulam, Sedi Apostolicæ sunt reseruatæ: vt bene Gloss. *in cap. 2. de maior. & obed.* Panormit. *in cap. quod translationem, de off. legat.* Bartol. *in l. omnes populi, ff. de iust. & iur. num. 26.* & alij.

Dubitatur. An Episcopi possint facere statuta, sinè consensu, vel consilio Cleri, aùt Capituli?

18 Communis sententia Doctorum docet: Episcopos, regularitèr, in ferendis legibus, seù statutis, non pendere à cōsensu Capituli, vel Cleri. Cuius ratio est: quià Episcopi nō habent potestatem hanc ab illis, sed à Papa: & nullo iure probari potest, hanc potestatem fuisse ei limitatam. Vndè solum dici potest, esse necessarium consensum Capituli, vel Cleri in casibus à iure expressis: vel in his rebus, quæ specialem rationem, vel necessitatem præseferunt.

19 An verò sit saltèm necessarium consiliū Cleri, vel Capituli, adhoc, vt Episcopus condat statuta? Negant Salas, *disp. 8. sect. 7. nu. 41* Vasquez, *1. 2. disp. 153 cap. 1. num. 4* Bonacina, *disp. 1. quæst. 1. pu. 3. nu. 24.* & Suarez, *to. 1. de relig. lib. 2 de dieb. fest. cap. 11. nu. 9.* Quorum ratio est: quià hoc nullo iure probatur.

20 At Panormitanus, *in cap. vlt. de offic. legat. & cap. 1. num. 3. de const. & cap. quarto. de his, quæ fiunt à Prælat. siuè consil. capit.* Decius, *in cap. cum omnes. nu. 3. de constit. in 2. relat.* 1. Rosella, *versu excommunicator. § 1.* Sayrus, *in clau. Reg. lib. 3. cap. 11. nu. 6* Baldus *v. Episcopus. nu. 7.* Layman. *lib. 1. Theolo. moral. tract. 4 ca. 7. § 4. num. 9.* Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 4 diff. 1 num. 15.* & alij, dicunt: quāmuis non sit necessariū consilium Cleri: nihilominùs existimant, requiri consiliū Capituli. vt patet *ex cap. non est de consuet. lib. 6.* & communis Episcoporum praxis, qui nunquam statuta condunt, inconsulto Capitulo.

An Cardinales possint condere leges? Dub. 4.

21 Negatiuè, respondent communiter Doctores. Nam Cardinales, per se, & ratione suæ dignitatis, non possunt condere leges, seù statuta; nisi in Ecclesijs suorum Titulorum. Quorum ratio est, quià tantùm in illis habent iurisdictionem Episcopalem: vt apertè *ex cap. his, quæ de maior. & obed. & cap. querelam de electione.* vbi id notat Panormitanus, & docet Merolla *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 4. dub. num. 18.*

Dubitatur. An Cardinales, mortuo Pontifice, possint leges condere?

22 Affirmant hanc sententiam Archidiaconus, *de cord. quæst. 42. in fine.* Mamfredus, *de card. decis. 6.* Henriquez, *lib. 14 cap. 18. num. 2. in fine.* Bartol. *leg. vbi absunt, in 3 de tut. & curat.* & alij. Quorum ratio est: quià iurisdictio Pontificis, eo mortuo, remanet in Collegio Cardinalium: mortuo enim Prælato, vniuersa iurisdictio residet penès Collegium. *cap. his, qui de maior & obed. & cap. cum olim. eodem titul.* Et Ecclesia, vel sedes Apostolica nunquam moritur. *can. libert. 12. quæst. 2. cap. si gloriosa in 6.* etiam

si

si vnus tantùm Cardinalis de Collegio teneret caput Ecclesiæ generale, & proprium, qui est Christus. *cap. 1. & 1. dist. 22.*

23 Negant tamen Panormitanus. *in cap. cũ te. nu. 12. & seq. de re iud.* & ibi Felinus. *num.* 11. & Anton. de Brut. & Imol. *in cap. translat. de const.* Sebast. Medic. *de leg. par. 1. quæst.* 10. Suarez, *lib. 4 de leg. ca. 6. nu.* 5. Salas. *de leg. disp. 8. sect.* 8. Merolla, *tom. 2. de leg. disp. 4. cap. 4. dub. 4. num.* 18. Moneta, *de commu. vlt. vol cap. 5. quæst. 6. nu.* 188. Azorius. *part. 2. lib. 4. cap. 3. quæst. 1.* & alij, dicentes: Collegium Cardinalium non solùm viuente Põtifice, quod est certùm: sed neque ipso mortuo, potest leges condere: vt patet, *ex clem. ne Romani de elect.* ibi: *Irritum, aut inane decernentes quidquid potestatis, aut iurisdictionis ad Romanum Pontificem (dum viuit) pertinentis, cœtus ipse duxerit exercendum.* Et solùm ibi excipiuntur, quæ *in cap. vbi periculum, de elect. in 6.* Cardinalibus cõceduntur. Ibi autem nihil eis cõceditur, nisi quæ ad electionem Pontificis, & ad defensionem Ecclesiæ, & quæ ad obuiandum imminenlibus periculis spectant. De reliquis verò, potiùs ibi dicitur, quòd se nequaquam de alio negotio intromittãt. Et præter dictam Clementinam, adest alia Constitutio Pij V. quæ incipit: *In eligẽdis.* Datum Romæ, Idibus Octobris, 1532.

24 Attamen, vt dicunt Iulius Lauorius, *in varijs Elucubrat. tit. 3. cap. 3. à num. 27.* & Diana, *part. 5. tract. 2. resol. 9. circa finem.* in multis causis possunt Cardinales, mortuo Pontifice, ferre leges. Primò, vbi immineret periculum euidens amissionis alicuius loci, vel iurisdictionis Ecclesiæ, aut rei similis: Collegium, consentientibus omnibus Cardinalibus presentibus: aut saltem duabus illorum tertijs partibus, per suffragia possit illis occurrere, & facere quascumque prouisiones, & ordinationes necessarias. Secundò, pro coercendis flagitijs, sceleribus, & seditionibus, ac seruanda quiete, & obedientia, possit imponere pœnas, tàm corporales, & temporales; quàm etiam spirituales: velutianathematis, & similes. Tertiò, ad eundem finem possit confirmare, mutare, & de nouò eligere, & creare quoscũque officiales, etiam Gubernatorem Vrbis, tàm vltrà pontem, quã citrà, & alios ministros pro regimine status Ecclesiæ. Quartò, quòd possit etiam deputare administratores: vt faciliùs expediantur ea, quæ imminent pro electione. Quintò, possit etiam iudicare Papam intrusum, dum ipsi vacant electioni legitimè: quia hoc concernit negotium ipsius Electionis, & ab alio iudicari non potest. Idem dicendum est de alijs casibus similibus: quia mens Pontificis in dictis Cõstitutionibus fuit, non denegare necessaria: signantèr ea, quæ possunt retardare negotium Electionis. Vndè ex dicta Clementina, quam Doctores secundæ sententiæ citant, possunt in his Cardinales ferre leges.

An Legatus Pontificis possit condere Leges? Dub. 5.

25 PRò resolutione istius dubitationis, sciendum est: quod triplex est legatus Pontificis: scilicèt, à latere, missus, & natus: vt notat Gloss. *in cap. 1. de offic. legat. in 6.* Legatus à latere, est legatus Cardinalis. Et dicitur à latere, quia assumitur de latere Pontificis: Nam Papa, & Cardinales faciunt vnum corpus, cuius Papa est caput, Cardinales membra. Legatus missus dicitur, qui mittitur ad aliquam Prouintiam, vel Regnum: vt ibi loco Pontificis, iurisdictionem exerceat, qui tamen non est Cardinalis. Legatus natus est, qui habet hanc dignitatem, & officiũ, suæ dignitati, & officio annexum: vt est Archiepiscopus Cantuariensis in Anglia, vt habetur. *in cap. 1. de offic. legat.*

26 Ad difficultatem præpositam respondet Merolla, *to. 2. disp. 4. cap. 4. dub. 5. n.* 20. Omnes hos Legatos posse in sua Prouintia leges condere intrà limites iurisdictionis, sibi concessæ: quæ durent, etiam finito tempore legationis: donèc reuocentur à Papa, vel ab habente æqualem potestatem: vt declaratur, *in cap. vlt. legato.* Cuius ratio est: quia hoc munus ità institutum est à Summo Pontifice: & quia illi Legati habent iurisdictionem ordinariã, & plusquàm Episcopalem: vt patet *in toto tit. de offic. legat.*

27 Non tamen Legatus natus, & missus possunt vti potestate Legati; cum ad eorum prouintiam Legatus de latere destinatur, & in ea existit: vt expressè statutum est à Gregorio, 9. *in cap. volentes, de off. leg.* & docet Merolla, *loco citato.*

An Concilium Generale sinè Papa possit leges condere, totam Ecclesiam obligantes? Dub. 6.

28 Nota cùm Merolla, *to.2.de leg.disp.4. cap.4.dub.6.n.*20.tribus modis cõsiderari posse Concilium Generale. Primò, vt Summum Pontificem personalitèr habeat præsentem: cuius auctoritate,& congregatum sit,& procedat. Secundò, quod habeat auctoritatem Papæ per Legatos suos præsentes: non tamèn personam. Tertiò, vt omninò sinè Pontifice sit.

29 De primò ait ipse Merolla:Certum est, posse leges condere. Quià si solus Papa potest ferre leges pro vniuersa Ecclesia:à fortiori,poterit simùl cum Concilio Generali.

De secundo Concilio: Si à Papa posteà confirmatum sit, est etiam manifestũ,habere eamdem potestatem, proptèr eamdem rationem. Et huius rei exemplum habemus ferè in omnibus Concilijs Generalibus, extrà Vrbem factis,& maximè in Tridentino.

An verò hòc Concilium habeat potestatem, obligandi per suas leges, prius quàm à Papa confirmetur?

30 Affirmatiuè respondent Victor. *relect. 2.de potestat.Papæ,quæst.*1.*nu* 6. & Sotus, *in* 4.*dist.*20 *quæst.* 1 *nu* 4 *ad* 2. Quorum ratio est:Quià illud Concilium habet fallibilem auctoritatem: ergò & supremam potestatem.

31 Negant tamèn Caietanus, *opuscul. de comparat. Papæ,*& Concil Turrecrem.*lib.* 2 *sum cap.*71.Nauarrus. *lib.*1 *concil tit. de constit.cons.*1.*nu.* 4 Merolla, *to* 2.*de legib. disp.*4 *cap.*4.*dub.*6.*nu.*23. Suarez, *lib.*4.*de leg.cap.*6 *nu.*2. & alij. Quorum ratio est: Quià Concilium congregatum sub obedientia Pontificis, non habet immediatè & iure diuino iurisdictionem supèr vniuersam Ecclesiam: nullibi enim illi concessa reperitur, sed tantùm Petro: vt benè probat Bellarminus, *lib.* 2. *de consil. auctorit. cap.* 6. Ergò tantum iurisdictionis habet, quantum illi à Papa conceditur. Sed Papa non dat auctoritatem Cõcilio ad ferendas leges, obligantes antè quàm ab ipso confirmetur, ex vsu, & perpetua traditione: sempèr enim concilia à Pontifice postularunt confirmationem: & anteà non censebantur habere vim obligandi suis legibus. Quod si aliquandò Prouintia aliqua particularis antè confirmationem admittit talem legem; id facit, vel sponte; vel ex particulari præcepto suorum Prælatorum: vt notauit Nauar. specialitèr circà decreta Concilij Tridentini, quæ antè confirmationem cœperunt in Hispania obseruari.

Si tamèn Papa mitteret ad Concilium Generale suos Legatos, cum ea potestate, & conditione; vt leges à Concilio latę, statim promulgari possint, & obligare: in tali casu non esset necessaria alia Pontificis confirmatio, vt haberent vim obligandi: quià iàm Papa antecedentèr, (vt sic dicam) censetur confirmasse illas leges: Nisi Papa in ipsa instructione, data Concilio, & suis Legatis, in particulari declaret, quid præcipiendũ sit: nàm incommuni, & indifferentèr nõ ità expediens: quià confirmatio Papæ, vt certam habeat, & infallibilem assistentiam Spiritus Sancti; oportet, vt circà rem creatam, & determinatam versetur: Ità Suarez loco citato, & Merolla, vt suprà.

32 Concilium verò Generale, in quo Papa nec per se, nec per Legatos adest; non potest leges condere, obligantes Ecclesiam: quia nõ est verum Concilium Generale, cum sit coactum sinè auctoritate Romani Pontificis Si verò contingat, cõcilium Generale congregari, deficiente Pontifice, proptèr exortum schisma: vt cõtingit tempore Concilij Constantiensis: Tunc, dicunt Merolla, *nu.* 24. & Suarez, *num.* 4. tale Concilium solùm habere eam potestatem, quæ necessaria est ad defensionem Ecclesiæ, & ad pacificandã illam: eligendo Summum Pontificem certum. Et ideò solùm ea potest præcipere, quæ ad hunc finem sunt necessaria, non verò leges perpetuas. Et probant: quià tale Concilium non habet hanc iurisdictionem immediatè ab aliquo iure diuino positiuo: quod non scriptum est, nec traditione constat. Nequè etiàm habet à Summo Pontifice: quia supponimus, illum non esse, & qui præcesserunt, illam non relinquerunt: quià nullum etiàm Decretum de hoc habemus. Solùm ergò habet potestatem, quæ ex iure diuino naturali consequitur in quolibet corpore mistico, vt possit gubernari, & tueri per Principes particulares, vnitos in vnum corpus, quandò deest supremum caput. Hæc autèm potestas, ex natura rei, solum consequitur ad prædictum finem, & cum dicta moderatione.

Vndè, vt dicunt Doctores citati, si tale Concilium aliquas ferret leges: ad summum possent obligare ex vi acceptationis Ecclesiæ: vel quatenùs singuli Episcopi possent illas in suis Episcopatibus ferre: vel vsquè ad electionem Pontificis.

An alia Concilia particularia, vt Nationalia, Prouintialia, & Diœcesana, possint leges condere? Dub. 7.

37 Notandum est priùs: Conciliorum, genera, quatuor sunt. Quædam sunt Generalia: Quædam Notionalia: Quædam Prouintialia: Et quædam Diœcesana.

Generalia dicuntur ea, quibus interesse possunt, & debent Episcopi totius Orbis, nisi legitimè impediantur: & quibus nemo legitimè præsidet, nisi Summus Pontifex, aùt alius eius nomine.

Nationalia dicuntur, in quibus conueniunt Archiepiscopi, & Episcopi vnius Regni, vel Nationis, quibus præest aliquis Patriarcha, vel Primas. Qualia sunt multa Concilia Romana, Tolesana, & Africana.

Prouintialia dicuntur, in quibus conueniunt tantum Episcopi vnius Prouintiæ, quibus præest Archiepiscopus: & ijs Episcopus præest.

34 His suppositis. Affirmatiuè respondet communis opinio Canonistarum, *in §. porrò, post cap. regula. dist.* 3. Et non solùm quò ad Concilia particularia: sed etiam quò ad Concilia Nationalia, Prouincialia, & Diœcesana: dummodò quòd leges sint proportionatæ. Et ita etiam docent Hostiens. *in sum. tit. de constit.* Innocent. *in cap. graue, deprehendi.* Et sumitur, *ex cap. concilia. dist.* 18. & ferè tota *dist.* 16. Et docent Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 4. dub 7. num.* 30. & alij. Quorum ratio est: Quia aùt ratio huius potestatis sumitur ex natura rei; supposita ordinaria iurisdictione Episcoporum, & aliorum Prælatorum Superiorum, qui in ordine Ecclesiasticę Hierarchiæ illis Superiores sunt aliquo modo. Nàm indè statìm fit, vt quatènus plures Episcopi sub vno Archiepiscopo, vel Patriarcha constituuntur; possint etiàm in vnum congregari, & legitimum corpus mysticum efficere; in quo, ex natura rei, est potestas legislatiua, eò ipso quod à Superiore non prohibetur. Et eadem ratio procedit in Clero, sub vno Episcopo constituto: licèt in hoc sit differentia, quòd potestas legislatiua sit tãtùm in Episcopo, non autèm in toto corpore mystico: nã Clerici in Cõcilio Diœcesano conuenientes, non habent vocé decisiuam. Et ideò meritò nõ solent hęc appellari Concilia; sed Synodus: cùm in eis nullus sit, qui iurisdictionem habet ad ferendas leges, præter vnum Episcopum, qui præest. Aùt potest etiàm hæc potestas legislatiua censeri ex institutione humana: quia Summi Pontifices voluerunt ad maiorem vnionem, & conformitatem diuersarum Nationum, vèl Prouintiarum, aùt Episcoporum respectiuè, & ad magis suauem gubernationem: vt non solùm per ipsos Episcopos, seù Patriarchas sigillatìm; sed etiam per legitima Concilia, & Synodos leges ferri possent. Vt patet ex insinuatis Decretis, & ex Concil. Trid. *sess. 24. cap. 2. de reformat.* quatenùs præcipit, Synodalia, & Prouintialia Concilia frequentèr fieri.

35 Vndè (vt benè dicit Merolla, *in nu.* 31.) ad obligationem legum, quæ ab his Concilijs fiunt, nõ esse necessariam confirmationem Papę: quià hæc Concilia intrà se habent proportionatum caput: vt Patriarcham, vèl Archiepiscopum, aùt Episcopum respectiuè. Et ideò sufficiunt ad ferendas, & confirmandas suas leges particulares. Aliquandò autèm ad maius auctoritatis robur, & vt leges immutabiliores sint; solent hęc Concilia confirmationem suarum legum à Pontifice postulare. Sed hæc confirmatio non satis est, vt tales leges vltrà territorium suum extendantur, nisi hac intentione à Pontifice confirmentur: vèl per traditionem, aùt alium modum extendantur. Sic enìm multa decreta Conciliorum Prouincialium, generalitèr recepta, & canonizata sunt. Sed (vt ait ipse Merolla, *in nu* 31. *in fine*) hæc omnia vera sunt, stando in iure communi. Hodiè verò Concilia Prouintialia non possunt publicari; nisi confirmata, & approbata sint a Sede Apostolica, seù à Sacra Congregatione Cardinalium.

Non tamèn huiusmodi Concilia particularia possunt condere leges, obligantes totam Ecclesiam: quià non habent vniuersalem iurisdictionem. Neque possunt ferre leges in materijs grauioribus, reseruatis Pontifici.

An

An Prælati Religionum possint leges condere? Dub. 8.

36 Communis opinio est: Generales Religionum, quæ à Summo Pontifice sunt approbatæ, habere potestatẽ, seù iurisdictionem ordinariam condendi leges, seù statuta in Capitulo, seù Congregatione generali, conueniente maiori suffragiorum parte: Quia hanc potestatẽ Generales habent à Summo Pontifice: vt patet ex Indultis, & Priuilegijs singularum Religionum. Dummodò quod leges non sint iuri communi contrariæ: vt docet Nauarrus: *to. 1. Consil. in 2. edict. lib. 3. titul. de regul. conf. 26. nu. 8.*

37 An Prouintiales in Capitulis Prouintialibus, seù Congregationibus, possint statuta perpetua cõdere, obligantia omnes Religiosos illius Prouintiæ? Suarez, *in 4. tom. de leg. disp. 2. cap. 8 nu. 5.* ait: non expedire, vt hęc potestas sit in Capitulo Prouintiali independentèr à Generali Prælato, seù Generali Capitulo. Cuius ratio est, quià respectu talis Prouintiæ, tale statutum est res grauissima: & ideò fieri non debet sinè influxu supremi Capitis, seù Tribunalis, saltèm confirmantis, vel approbantis tale statutum, *arg. cap. accessissent. de constit.* ibi. *At statutum ipsum, auctoritate Sedis Apostolicæ, fuisse postmodùm confirmatum*. Tùm quià cum Generalis debeat habere prouidentiam singularum Prouintiarum, etiàm quò ad proprias obseruantias earum, valdè consentaneum rationi est, vt sine illo Statuta perpetua non introducantur.

38 An si talia Statuta de facto condantur sinè consensu Generalis, valida sint? Negat Suarez, *to. 4. de leg. lib. 2. cap. 8. nu. 14.* Salas verò affirmat, *in tract. de leg. disp. 8. sect. 12.* Sed in hoc standum est cõsuetudini Religionum, & priuilegijs, quæ Pontifices illis concesserunt: vt benè ait Merolla. *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 4. dub. 7. n. 34.*

Dubitatur: An Generalis, simul cum Capitulo generali, possit ferre nouas leges, obligantes Religiosos ad arctiorem vitam ea, quæ in Regula continetur?

39 Affirmatiuè respõdet prima opinio. Cuius ratio est: Quià Religiosi propriam voluntatem omninò in Superiores transtulerunt. Et confirmat, *ex cap. vnico de statu regul, in 6.* vbi imposita est clausura Monialibus: quod Statutum vitam arctiorem reddit. Ità Glossa *in d. cap. vnic. v. præsentes. & reg. quod omnes. 29 in fine. de reg. iuris, in 6.* Arch. d. *can. 2. dist. 74 in fine.* Innocent. *cap. super eo. in fine. de regul.* Et ibi. Anton. *num. 9.* Panormitan. *num. 6. in fine.* Cardin. *nu. 2. quæst. 4* Henriquez. *num. 19 & seq.* Alex de Nesto. *cap. ad nostram. nu. 6. de appellat.* Probus, *ad Menoch. cap. 1. nu. 14 de regul. in 6.* Rosella, *v. lex nu. 5.* & alij.

30 Negat secunda opinio. Cuius ratio est: Quià noua illa austeritas, cum conseruat Religiosos, & singulos; & non quatenùs vnum corpus constituunt: debet ab omnibus approbari, vt omnes obliget. *reg. quod omnes. 29. de reg. iur. in 6.* Vndè Prælatus non potest cum Capitulo Generali nouas leges condere, obligantes Religiosos ad arctiorem vitam: quià Pontifex nõ concedit illi facultatem ad austeriorem vitam inducendam; sed ad edenda Statuta priori Regulæ conformia, ad illam illæsam conseruandam. Ità Felinus, *cap. cum omnes. num. 15. vers. Roquafallentiæ, de const.* Angelus, *v. Religiosus. nu. 29.* Siluester, *v. Religio. 6. q. 6.* Armilla, *ibi. nu. 10.* & Tabiena, *quæst. 11. nu. 22. in fine.* Corduba, *in expos. Regul. D. Franc. cap. 10. quæst. 2. dict. 6.* Vasquez, *1. 2. disput. 154. cap. 4. nu. 26.* Sanchez, *lib. 6. sum. cap. 2. nu. 18.* Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 4. dub. 8. nu. 60.* & alij.

31 Ampliant hanc sententiam Angelus Siluester, Cordub. Tabiena, Sanchez, & Merolla: quod non solù m Generales cũ maiori parte Capituli id non possit: sed neque consentientibus omnibus in Capitulo. Quorum ratio est: Quià cum reliqui idm professi non consentiant: & sint Statuta rigidiorum vitam inducẽtia; non possunt absquè nouo consensu eis obligari. Tùm quià, cum ea Statuta concernant omnes iàm professos, vt singulos: vt eis arctentur, oportet ea ab omnibus approbari.

32 Subdunt tamèn Sanchez, & Merolla, *nu. 61.* Ea Statuta obligare Professos, eis consentientes: quia idm de nouò eis consentiunt. Similitèr, obligare omnes in posterùm professuros: Nàm cùm profiteantur obedientiam secundùm Regulã, & Constitutionem Religionis: & illæ antè professionem sint iam illius Religionis Constitutiones; non possunt conqueri, quòd austerior vita ea, quam professi sũt, ipsis imponatur: sicùt conqueri possunt Professi antè illa noua Statuta.

Dubitatur secundò: An Summus Pontifex possit cogere Religiosos ad arctiorem vitæ regulam seruandam; quàm prima, & antiqua sui Instituti norma postulat?

33 PRima opinio affirmatiuè respondet, quæ dicit: posse Pontificem cogere omnes Monachos ad seruandam clausuram instar Monialium. Et probat, *ex cap. vnico. de stat. regul.* vbi Bonifacius VIII. vniuersis Monialibus clausuram indixit, quæ vitam multò austeriorem reddidit; & tamèn illam professæ non fuerant. Tùm ex Pio V. anno 1567. qui bullam edidit: vbi iussit, omnes Franciscanos Conuentuales, vel Claustrales in Hyspania degentes, ex suis Conuentibus eijci, & transire ad aliquem ordinem ex Mendicantibus, qui multò arctiorem vitam continent, quàm erat pristina corũ. Ità Ioan. Andr. *cap. Ioannes. num.* 18. *de regul.* & ibi Anchor. *nu.* 8. Panormit. *cap. super, eo n.* 6 *de regul.* Felinus, *cap. ad nostram. nu.* 6. de appellat. Maior. *in* 4. *dist.* 38. *quæst.* 5. *vers. nonò, arguitur.* & alij.

34 Secunda opinio negatiuè respondet. Cuius ratio est: Quià in Religiosis, speciale obediẽtiæ Votũ, debitũ Romano Põtifici, vltrà alios fideles, & Ecclesiasticos sæculares; ex solo obedientiæ voto oritur: vt optimè dicũt Lesius, *lib.* 2. *de iust. cap.* 41. *dub.* 9. *nu.* 74. & Sanchez, *lib.* 6 *sum. cap.* 1. *nu.* 2. Religiosi enìm per votum, quòd emittunt, obligãtur primò, & principalitèr Romano Pontifici, tanquàm supremo omnium Religionum Generali. Ergò ea specialis obedientia non se extendit vltrà obligationẽ, ad ea, quæ in Regula directè, vel indirectè continẽtur: & consequentèr non potest Pontifex cogere Religiosos ad austeriorem vitam. Ità Oldra. *cons.* 96 *num. vnico.* Dec. *cap. ad nostram, & in noua edit. nu.* 19. *de appellat.* Siluester, *v. Religio.* 6. *quæst.* 6. *in fine.* Cordub. *in expos. regul. D. Francisci. cap.* 15 *quæst.* 2. *dict.* 6. Lesius *loco citato n.* 74. Tabiena, *Authent. ingressi. v. ipso ingressu cap.* 1. *n.* 71. *C. de sacros. Eccles.* Sanchez, *cap.* 2. *nu* 22. Merolla, *tom.* 2. *de leg. disp.* 4. *cap.* 2 *dub.* 8. *diff.* 9. *nu* 67. & alij.

Dubitatur tertiò: An quandò Religionis regula consuetudine laxata est; teneantur eius Professores in suo pristino rigore eam seruare?

35 AFfirmatiuè respondet prima opinio: etiam si tempore professionis habuerint expressam intentionem non se obligandi alitèr, quàm illa regula sic collapsa præscribebat. Cuius ratio est. Quià obligatio seruandi regulam quę à Pontifice est confirmata, oritur ex voto: aduersùs quod, tanquàm iure diuino naturali obligans, nulla potest pręualere consuetudo. Ità Maio. *in* 4. *dist.* 38. *quæst.* 20. *arg.* 2 *contr.* 1. *conclus.* & Cordubæ, *in regul. D. Franc. cap.* 10. *quæst.* 15. *pu.* 1.

36 Secunda opinio negat. Nàm Professores nõ tenentur in foro conscientię Regulam seruare, secundùm pristinum rigorem; quandò, vèl limitatam intentionem habuerint profitendi solam regulã, ità collapsam, vt tùnc temporis seruabatur: Vèl si simplicitèr professi sunt, immemores talis limitatæ intentionis; iàm à tempore, cuius initij nulla extat memoria: ità seruatur regula, & pristinus eius status in dessuetudinem abijt: quià ex tàm longæua consuetudine præsumitur iusta sic seruandi causa. Ità Panormit. *cap. super eo, nu.* 5. *de regul. & cap. cùm ad monasterium, num.* 18 *de stat. Monachor.* Felinus, *cap. nam concupiscentium nu.* 12. *de const.* Decius, *cap. ad nostram, in noua edict. nu.* 21. *&* 22. *de appellat.* & ibi Præposit. *num.* 9. Rosella, *v. Religio* 2. *nu.* 12. Siluester, *v. Religio,* 3. *quæst.* 12.

37 Tertia opinio distinguit: Aùt regula accipitur, proùt includit tria vota substantialia; nempè paupertatis, castitatis, & obedientiæ: Aùt quatenùs alia tribus votis adiuncta præscribit. Si primo modo, nulla consuetudine abrogari potest: & consequentèr sempèr tenentur Religiosi ad eam seruandam; etiàm si laxata sit. Si verò secundo modo, potest consuetudine tolli. Nequè ad id desideratur, vt ea sit immemorabilis: sed satìs est, vt sit talis, ac tanti temporis; qualis, & quanti temporis, ad certas leges Ecclesiasticas abrogandas petitur. Vndè excusantur omnes Religiosi à peccato transgressionis regulę in his. Secùs dicendum est, quandò consuetudo non est talis, quæ sufficiat ad abrogãdas leges. Et ratio istius disparitatis est: Quià illa tria vota, paupertatis, castitatis, & obedientiæ continentur sub regula, quasi quid omninò substantiale Religionis: quarè, stante Religione, nulla consuetudo potest vìm habere: vt dicitur *in cap. vlt. de consuetud.* At reliquæ obseruantię continẽtur sub voto, non quasi quid Religionis substantiale: sed quasi leges adiunctę. Quarè tantùm obligant, dùm vim legis habent hanc

hanc autèm vim amittunt, stante consuetudine contraria, sufficiente ad abrogādas alias leges Ecclesiasticas; cùm non maiorem vim, quam leges Ecclesiasticæ habeant. Ita Nauarr. *ca. 12 sum. nu.* 50 Lopez, *part. 2. instruct. c.* 4. *vers. non excusatur*. Tapia, *Authent. Ingressi. v. ipso ingressu, cap.* 1. *nu* 61. *& seq. C. de Sacrosf. Eccles.* Rodoriquez *part.* 2. *sum. cap.* 95. *num. vlt.* Sanchez, *lib.* 6. *sum. cap.* 2. *nu* 26. Azorius, *part.* 1. *cap.* 11 *quast.* 15 Merolla, *to.* 2. *sum. disp.* 4. *cap.* 4 *dub.* 8. *diff.* 10. *n.* 73. & alij.

38 Quandò consuetudo non est talis, quæ sufficiat ad eas obseruantias obligandas: tùnc Professus, seruando regulam relaxatam, non excusatur à peccato: Quià vouens tenetur, secundum pristinum rigorem, illam obseruare. Ità Merolla *nu.* 75.

Dubitatur quartò: an Abbatissæ, seù Priorissæ habeant potestatem ferendi leges Ecclesiasticas, seu præcepta spiritualia, Moniales obligantia?

39 Affirmat hanc sententiam Salas, *de leg disp.* 8 *sect.* 19. *in fine.* Qui existimat, Abbatissas, & Priorissas habere iurisdictionem spiritualem, seù potestatem Ecclesiasticam in Moniales: ac proindè posse ferre leges; vel saltèm præcepta spiritualia, vel temporalia, quibus obligentur Moniales: sicût diximus de Prælatis Regularibus. Et ita Lezana. *c.* 26. *nu.* 10. Naldus. *v Abbatissa, n.* 4 Corneio. *in* 3. *p. D. Thom. disp.* 2. *dub.* 5 *quast.* 2. *nu* 2. & alij.

40 Communis verò sententia docet: Abbatissas, seù Prioissas non habere potestatem spiritualem in Moniales: sed solùm domesticam, qualem habet Mater familias in filios: ac proindè non posse præcepta spiritualia imponere; sicût possunt Prælati regulares: sed tantùm posse, instàr Matrisfamilias, præcepta imponere, quæ ad domesticam gubernationē, & communem Monasterij pacem conducant. Et hæc præcepta obligabunt iuxtà qualitatem rei, & materiæ præceptæ: Quæ si grauis fuerit, obligabūt sub mortali: Si verò leuis, sub veniali. Et ratio istius sententiæ est: Quià fœmina, saltèm iure Ecclesiastico, est incapax iurisdictionis, seù potestatis spiritualis: Vt colligitur. *ex cap. noua, pœnit. & remiss.* & ex Ecclesię vsu: Non enim decuit, hanc potestatem ab Ecclesia communicari sexui femineo, adeò prudentia destituto. At verò necessarium fuit, cōmitti ipsi quandam gubernandi potestātem, quę moralitèr necessaria est in Religionibus Monialium, & quę per viros exerceri nequit, ob periculum cohabitationis cum feminis. Quę potestas non extenditur ad proprios actus clauium, & ad iurisdictionem spiritualem exercendam: sed tantùm ad pręcipiendum, & corripiendum, quantū conueniens est ad paternum, & quasi domesticum regimen. Ità Victoria, *de potest. Eccles. relect.* 2. *quast.* 1. *dist.* 40. Sotus, *in* 4. *dist.* 20. *quast.* 1. *art.* 4. *vers. Hinc fit quod Abbatissa.* Martinus, Ledesma, 2. *part.* 4. *quast.* 20. *art* 4. Bartol. Ledesma, *sum. sacram. vbi de clauib. diff.* 4. *dub. vlt.* Angles, *in floribus, part.* 2. *quast. vnica, de clau. diff.* 5. *conclus.* 3. Henriquez, *lib.* 3. *de pœnitent. cap.* 2. *num* 3. & 4. Lopez, *part.* 2. *cap.* 1. *fol.* 740. Rodoriquez, *to.* 1. *qq. regul. quast.* 12. *art* 2. *in fine & quast.* 15. *art* 1. Sanchez, *lib* 6. *sum. cap.* 1. *nu.* 17. Diana, *part.* 5. *tract* 9 *resol.* 16. Homobonus, *vol.* 1. *par.* 1. *resp.* 105 Sayrus, *in Clau. Reg. lib.* 5. *cap.* 10 *nu.* 26. Baldellus, *lib.* 5. *disp.* 6. *nu* 1. Merolla, *to.* 2. *de leg. disp.* 4. *cap.* 4. *dub* 8. *diff.* 13. *n.* 123. Valentia, *to.* 4. *disp.* 7. *quast.* 16. *pun.* 3. Hyeronimus Rodoriquez, *in comp. qq. regul. Resol.* 1. *nu.* 2 Miranda, *tract. de monial. q.* 6. *art.* 5 & alij.

41 Vndè primò Abbatissa non potest imponere præcepta spiritualia, idest inordine ad finem spiritualem. Quià cum Abbatissarum sit sola gubernatio domestica, instàr potestatis Matrisfamilias, quę tantum potest imponere præcepta temporalia; nempè, ordinata solùm ad bonum temporale, & tranquillam domus gubernationem: ad ipsas Abbatissas solùm pertinebit ferre pręcepta temporalia, hoc est, temporale bonum respicietia: non verò imponere pręcepta, ad altiorem finem spiritualem ordinatā. Ità Lopez, Sotus citati Rodoriquez, *tom.* 1. *qq regul. to.* 1. *quast.* 15. *art.* 1. Sanchez, *lib.* 6 *sum. cap.* 1. *nu.* 19. Merolla *nu.* 125. & alij citati.

42 Secundò, Abbatissa non potest pręcipere Monialibus in virtute Spiritus Sancti, vel sanctę obedientiæ. Et si ità pręcipiat; factum non tenet, ità vt obliget, instàr pręcepti sic impositi à Prælato. Ratio est: Quià ex vsu Ecclesiæ, imponere sìc pręcepta, pertinet ad solos Prelatos Ecclesiasticos, habentes potestatem, ac iurisdictionem spiritualem. Ità Victoria, *de potest. Eccles. quast.* 2. *num.* 4. Martinus Le-

Ledesma, 1. *part.* 4 *quæst.* 20. *art* 4. Sanchez, *dict. cap.* 1. *nu.* 21. Merolla. *nu.* 126. & alij.

An Capitulum Ecclesiæ Cathedralis possit leges, seù statuta condere? Dub. 9.

43 COmmunitèr dicunt: Capitulum non posse sinè cõsensu Episcopi, statuere de his rebus, quæ ad alios pertinent: siuè laicos, siuè clericos. Multò minùs de his, quę tangunt generalem statū Ecclesiæ; vèl tangunt Episcopū, aùt eius iura. Potest tamen Capitulum statuere aliqua statuta, pertinentia ad seipsum; seù ad Capitulares suos.

44 Potest etiàm Capitulum statuere quędam minora, quæ solum pertinent ad bonum ordinem, & regimen Capituli, sine consensu Episcopi. *arg. cap cum omnes, de const.* v. g. quòd certis modis quotidianas obuentiones distribuat: Vèl quòd certo modo ad Capitulum vocetur, puta per talem campanam, vel alio modo: Vel quòd certis temporibus, etiàm non vocati, veniant ad Capitulum, & similia. In grauioribus autèm, quę spectant ad commoda suæ Ecclesiæ, & ad obseruantiam antiquarum consuetudinum, necessarium esse consensum Episcopi. *arg. cap. cum accessissent, de constit.* & docent Glossa. *in cap.* 2. *§.* 1. *v. statutum. de verb. signif. in* 6. Siluester, *v. Lex. quæst.* 4. Panormit. Innocent. & Io. Andr. *in dict. cap. cum omnes. nu.* 4. Sebastianus Medic. *de leg. quæst.* 16 Suarez. *lib.* 4. *de leg. cap.* 6. *nu.* 11. Salas. *disp.* 8 *sect.* 16. *nu.* 84. Merolla. *to.* 2 *de leg. disp.* 4. *cap* 4. *dub.* 9. *nu.* 141. & alij.

45 Si verò Capitulum habet iurisdictionē à Pontifice, vèl ex præscripta consuetudine, ad condenda statuta proportionata tali communitati, & tali materiæ: tùnc talia statuta, facta à Capitulo, erunt verè Leges. Secùs, si eam iurisdictionem non habet: Quià tùnc non erunt propriè leges; sed quædam ordinationes, sub aliqua fidelitate: vèl ex vi iuramenti obligantes, aùt ex vi pacti, & promissionis, & ex conuentione partium. *arg. tex. in cap. ex literis de constitut.* ibi, *licèt à vobis fide præstita fuerit constitutū*. Et docent Felin. *in d. cap. cum omnes, n.* 10. *§. quartò, est aduertendum* Siluester. *v. lex. quæst.* 4. Layman. *in Theolog. moral. lib.* 4. *cap* 6. *nu.* 12. qui in num. 10. addit: Sempèr esse necessarium, vt Episcopus non contradicat. Et ità Merolla. *to.* 2. *de leg. disp.* 4. *cap.* 4. *diff.* 1. *nu.* 142.

Dubitatur. An Capitulum, Sede Episcopali vacante, possit veras leges, seù statuta condere?

46 NEgatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: Quià licèt Capitulum succedat in iurisdictione Episcopali: non tamèn simplicitèr, sed tantùm iuxtà id, quod in iure reperitur expressum. At quòd possit Capitulum, Sede Vacante, condere leges, non reperitur in iure expressum: Ergò &c. Ità Sebastianus Medices. *par.* 1. *de leg. quæst.* 16. Salas, *de leg. disp.* 8 *sect.* 16. *n.* 86. & alij, & inclinat Vasquez, 1. 2. *disp.* 153. *nu.* 9. & non improbabilem vocat Suarez, *lib.* 4. *de leg. cap.* 6. *num.* 17.

47 Secunda opinio affirmat: Posse Capitulum, Sede vacante, condere leges pro tota Diœcesi: quę durent, donec à successore Episcopo reuocentur. Cuius ratio est: Quià Capitulum succedit in iurisdictione Episcopi, quò ad totam administrationem in spiritualibus, & temporalibus: vt apertè colligitur. *ex cap. cum olim, de maior. & obed. & cap. unico, eodē tit. in* 6. *Et cap. si Episcopus, & cap. vlt. de supplem. neglig. Prælat. in* 6. Ergò potest Capitulum, Sede vacante, quidquid potest Episcopus, quod non est illi specialitèr in iure prohibitum: Sed condere leges, seù statuta, est de potestate Episcopi, & non reperitur in iure prohibitum Capitulo: ergò non est illi denegandum. Ità Feder. de Senis, *cons.* 16. *in cap. Capitulum Ecclesiæ*. Panormit. *in cap. cum olim. de maior. obed. nu.* 24. Felin. *in cap. cum omnes nu.* 10. *de const.* Siluester. *v. capitul. quæst.* 6. Pauin. *de potest. cap. sede vacan. quæst.* 6. Tuscus, *to.* 1. *conclus.* 16. *nu.* 10. Bonacina, *de leg. disp.* 1. *quæst.* 1. *pu.* 3. *nu.* 29. Layman. *to.* 1. *tract.* 4. *cap.* 7. *§.* 3 *nu.* 12. Ferdin. Castro *part.* 1. *oper. moral. tract.* 3. *disp.* 1. *pu.* 23. *nu.* 2. Merolla; *to.* 2. *de leg. disp.* 4. *cap.* 4. *dub.* 9. *diff.* 2. *nu.* 147. & *to.* 3. *disp.* 7. *cap.* 8. & alij.

48 Vndè Capitulum, Sede vacante, potest reuocare leges præcedentis Episcopi, si oporteat, & contrarias statuere: Quia est æqualis illi in iurisdictione; & est posteriùs: seù actu illam habet, quandò alter iam illam amisit. Ita Doctores citati.

Añ potestas condendi leges Ecclesiasticas, delegabilis sit, & quibus personis? Dub. 10.

49 QVod attinet ad primùm, est cõmunis sententia: Hanc potestatem de-

esse delegabilem: quia est pars quædam iurisdictionis Ecclesiasticæ, quæ delegabilis est.

50 Immò Suarez, *lib. 4. de leg. cap. 6. in fine.* Bonacina, *de leg. disp. 1. quæst. 1. pu. 34.* & Merolla, *tom. 1. de leg. disp. 4. cap. 4. dub. 13. nu. 176.* addunt: hanc delegationem respectu vnius, vel alterius, Congregationis aût Prouintiæ facilè fieri posse. Quia sicut Pontifex dedit hanc potestatem suo Legato, vt ordinariam: ità potest eam delegare suo Delegato. Et idem est de alijs Prælatis inferioribus, habentibus iurisdictionem ordinariam, ad condēdas leges Ecclesiasticas. Nihilominùs respectu totius Ecclesiæ (quò ad absolutam Legislationem, per quam lex accipiat vim obligandi totam Ecclesiam) absquè speciali approbatione Pontificis, non videtur talis potestas posse delegari. Immò nèc vllo modo alteri committi. Ratio est: quià leges Canonicæ, obligantes totam Ecclesiam, proficisci debent à potestate, quæ in rebus ad mores pertinentibus, errare non possit: Hæc autèm potestas, cùm pendeat à speciali directione Spiritus Sācti, Pontifici promissa, delegabilis non est: sicùt nec potestas definiendi res fidei. Et ideò nec potestas legislatiua pro tota Ecclesia est vllo modo delegabilis: vèl certè saltèm non est illo modo delegabilis; ne tota Ecclesia periculo alicuius erroris in re tam graui exponatur.

51 Quòd attinet ad secundum. Si loquimur de Prælatis inferioribus Pontifici, habentibus potestatem ordinariam condendi leges Ecclesiasticas: hæc potestas non potest ab eis delegari, nisi Clericis, saltèm primæ Tonsuræ. Excipiuntur Clerici coniugati: quià hi, (exceptis priuilegijs Canonis, & fori) in omnibus alijs habentur, vt laici; àc proindè sunt incapaces eorum omnium, quæ Clericalis Tonsura desiderat. Vt constat *ex cap. vnico, de Cleric. coniug. in 6.* vbi Glossa, & alij Canonistæ.

52 Si verò loquamur de Summo Pontifice; est verissima, & communis sententia: posse hanc potestatem delegari, etiàm laicis: dummodo, sint baptizati. Vt colligitur ex Glos. *can. Præt. dist. 32. v. Duci.*

Dubitatur: An Summus Pontifex, possit delegare hanc potestatem Mulieribus?

53 Negatiuam sententiam docet Prima opinio. Cuius ratio est: Quià hæc potestas Ecclesiastica, à iure diuino orta, ordinatur ad gubernationem populi, & directionem in finem spiritualem: Sed gubernatio populi, & directio in finem spiritualem iure diuino Mulieri est interdicta: iuxtà illud 1. Cor. 14. *Mulieres in Ecclesia taceant*: non enim permittitur eis loqui: sed subditas esse. Ità Victoria, *relect. 2. de potest. Eccles. quæst. 2. principali nu. 3. & seq.* Et videtur consentire Sotus. *in 4. dist. 20. quæst. 1. art. 4. §. sed de fœmineo sexu.* Idem videtur dicere: illos, qui volunt potestatem ferendi censuras, non posse delegari. Ità Martinus Ledesma. *2. par. 4. quæst. 24. art. 2. cōclu. 3.* Auila. *de cens. par. 1. art. 2. dub. 6.* Coninch *disp. 4. dub. 3. nu. 3.*

54 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: Nullo iure diuino prohibitum videtur, quòd Papa pro sua suprema potestate, non possit Mulieri delegare facultatē ferendi leges Ecclesiasticas: ergò hoc nō est ei denegandum. Antecedens probatur: Quia si aliqua ratione potestas hæc non posset fœminæ delegari, maximè ea esset, quià talis potestas pertinet ad claues: hæc autèm verò nulla est. Vndè potest Summus Pontifex delegare Mulieri potestatem ferendi leges Ecclesiasticas. Ità in proprijs terminis docent Salas, *de leg. disp. 8. sect. 19. nu. 44.* Bonacina, *de leg. disp. 1. pu. 3. nu. 35.* Ferdinand. Castro *tom. 1. tract. 3. disp. 1. pu. 23. in fine.* Merolla, *to. 1. de leg. disp. 4. cap. 8. dub. 13. nu. 180.* Prepositus, *in 3. part. quæst. 1. decens. in cōmen. quæst. 15. dub. 4.* Et ità videntur tenere hi, qui dicunt, posse delegari mulieri potestatem ferendi censuras: Quià hæc est etiam potestas Ecclesiastica. Ità Paludanus, *in 4. dist. 19. quæst. 2. art. 1. conclus. 3.* Nauarr. *lib. 5. consil. tit. de sent. excommun. consil. 73.* Vgolinus, *de censur. tab. 1. cap. 2. §. 7. nu. 5.* Suarez, *to. 5. in 3. part. disp. 2. sect. 3.* Henriquez, *lib. 13. de sacram. cap. 14. nu. 1. lit. B.* Filliucius *tract. 11. cap. 2. quæst. 8.* Durand. *lib. 1. de Bull. Cænæ. cap. 1. quæst. 2. nu. 3.* Sayrus. *decens, lib. 1. cap. 5. num. 17.* Aloysius Riccius, *collect. 8. 27.* Layman. *in theolog. moral. to. 1. tract. 5. par. 1. cap. 3. nu. 4.* & alij.

An Imperator possit condere leges?
Dub. II.

55 Affirmatiuè communitèr respondēt Doctores. Dissentiunt tamèn: An possit Imperator ferre leges, obligantes totum Orbem?

Qui-

Quidam Iuristæ dixerunt: Imperatorem habere ius, & dominium iurisdictionis in vniuersum mundum: & per cōsequens posse condere leges, totum Orbem obligantes. Ità Bart *in leg. hostes ff. de captiu & postlim. reuers.* Socinus Senen *cons. 275. num. 9. vol 2.* Panormit. *in cap licet ex suscepto. nu. 1. de foro compet.* Bald *in cap 1 de pace, iuram firm. vol 1.* Decius, *cons. 588 viso puncto in princip.* Pet. *de Monte. de Monarch ad finem vers. Vnde is consideratis.* Io. Vgo *in lib. quadruuij Ecclesiæ fol. 18 § Est autem. & fol. 21. col. 1. sub verb. Princeps.* Nicolaus de Valdis, *in tract. succes. ab intest fol. 5. col. 3.* Martin. Laudens, *in tract. de Principe. not. 17 incip sub imperio* Castald. *in tract. de Imperatore quæst. 51.* dicens; esse communem opinionem. Et Bartol. *in d. leg. hostes* adeò certam putauit hanc sententiam, vt ausus sit dicere: quòd fortè si quis assereret, Imperatorem non esse dominum, & monarcham totius Orbis, esset hæreticus. Addunt Panormi. & Soccinus, locis citatis, hanc dignitatem competere Imperatori: & non potest per Papam supprimi, vèl reuocari. Et ità docet Ancho. *cons. 30 Dubitari solet n. 2. vers. Et licet Papa.* Tuscus, *to 4. v. Imperator. concl. 32. n 3 & seq* Menoch *de præsumpt. lib 2 præsump. 14. in principio.*

56 Hanc sententiam reprobat Merolla, *tom. 2. de leg. disp 4 cap 3. nu 68 vers. Hæc verò,* dicit, sic esse reprobatā ab alijs. Et ridiculam appellat Molina, *tom. 1 de iust. tract 2. disp. 30.* quià nullum solidum fundamentum habet.

57 At dicendum est cum alijs communitèr: Imperatorem legitimè electum, in Regna, & Prouintias sibi subditas, posse leges condere: non autèm in vniuersum Orbem. Ratio est: Quià Imperator legitimè electus, in suis Terris, & Prouintijs habet publicam potestatem, & est supremus Princeps quò ad iurisdictionem tēporalem directam: Nàm Imperator eandem potestatem habet in suis Terris, & Prouintiis, quam alias habebant Imperatores in Terris, sibi subiectis: nullo enī iure constat hanc potestatem illi ademptam esse: Alias autèm Imperatores habebant potestatem cōdendi leges: vt patet ex Cod. legum, qui auctoritate Cæsarea conditus est.

58 Dixi (*legitimè electus:*) Quià Imperator quandò non est legitimè electus, non potest leges ferre: quià non dicitur habere iurisdictionem, & potestatem, quæ per legitimam electionem confertur. Ità Suarez. *lib 3 de leg cap. 4 nu. 1.* Bonacina, *de leg. disp quæst. 1 pu. 3 nu. 6* Bellarminus. *3. de laic. cap 6* Merolla, *tom. 2. de leg. disp 4. cap 3 dub 6.* Molina, *de iust tom. 1. disp 23* Salas, *disp 7. sect 12.* & alij Secùs dicendum est, quandò Respublica nō potest commodè resistere: & tollerat Imperatorem illegitimè electum, & ab eo sinat se gubernari, tacitèquè velit (vt velle tenetur) iustitiam per illam administrari, & leges conuenientes Reipublicæ ferri. (Et quod dictum est de Imperatore, dicendum est etiam de Rege, qui tyrannide Regnum occupauit.) Ratio est: Quià minus malum est per illum gubernari, quàm omninò carere gubernatione. Ità Victoria, *de potest ciuil. nu 23.* Salonius, *2. 2. quæst 60 art 6, controu. 1.* Salas, *de leg. disp. 7 sect. 15. nu. 27 & disp. 10 sect. 3. nu. 14.* Suarez, *de leg. lib 3. cap. 10. nu 9.* Lessius. *de iust & iur. lib. 2 cap. 29. dub 9 num. 70.* Molina, *tra. 7. de iust. cap. 24 in fine.* & alij. Non tamèn tenentur Populi soluere tributa Imperatori, vèl Regi, qui tyrannide Regnum possident. docet Salas. *disp. 7. sect. 15. nu. 78*

59 Successores eorum, qui Regnum tyrannide occupauerunt, possunt leges cōdere. Quià quamuis ab initio, qui Regnū constituerunt, non fuerint veri Reges, sed inuasores: tamèn secessu temporis, fuerunt vèl ipsi, vèl successores eorum legitimi Principes: quià Populi paulatìm consenserunt. Ità Merolla. *to. 2 de leg. disp. 4. cap. 3. dub. 7 nu. 82.* Bonacina, *de leg disp. 1. quæst 1. pu. 3. nu. 6.* & alij.

An Reges possint condere leges? Dub. 12.

60 Affirmatiuè, communitèr Doctores respondent. Quorum ratio est: Quià Reges habent potestatem publicam, supremamq; iurisdictionem in suis Regnis. Ità Baldus, *leg vlt. C. de legibus.* D. Thomas. *1. 2 quæst. 90 art. 3.* Suarez, *lib. 3. cap 9. nu. 2.* Salas, *de leg. disp 7. sect. 11 nu. 51.* Merolla, *to 2. de leg. disp. 4. cap. 3 dub. 1.* Bonacina, *de leg. disp. 1. quæst. 1. pu. 3. nu. 7.* Nauarrus, *notab. 2. nu. 110.* & alij communitèr.

61 Et quod dictum est de Regibus, dicēdum est etiam de alijs Principibus supremis, qui superiorem in iurisdictione temporali non agnoscunt: siuè Principes, siuè Duces,

Duces, siuè Comites, siuè Marchiones, siuè Barones, &c. Ratio est: quià potestas hæc condendi leges generales, est de reseruatis Principi, insignum supremæ potestatis: vt benè inquit Fachin. *lib. 13. cōtrouers. cap. 22. in fine*. Et ideò ponitur in primo gradu meri imperij, quod soli Prīcipi conuenit. Ità Baldus. *in leg. imperiū. nu. 8 ff. de iurisd. omn. iud.* & colligitur, *ex leg. 1 ff. de const. Princ.*

Dubitatur: An Communitas, seù Respublica, reuocare possit facultatem ferendi leges Regibus, alijsq; Principib' cōcessā?

62 Prima opinio ait: Populum auferre posse auctoritatem, Imperatori cōcessam. Licèt omnes Ecclesiæ non possint tollere auctoritatem Papæ: Quià Papa nō habet auctoritatem ab Ecclesijs: sed aliæ Ecclesiæ ab eo: Sic D. Antoninus, *in 1. part. tit. 13. cap. vnico*.

63 Secunda opinio ait: Potestatem condendi leges, concessam esse Imperatori, & alijs Principibus à Populo irreuocabilitèr. Nàm sequeretur perturbatio in Republica. Tùm quià ità videtur Imperatori concessa potestas legislatiua, sicut gubernatiua: sed gubernatiua reuocari nō potest, vt per se patet: ergò neque legislatiua, quæ ad rectam gubernationem Prouintiarum principalitèr requiritur. Tùm quià si Populus, eā potestatem Imperatori, vel Regi &c. concessam, reuocare posset; concessio esset parui momēti: & Imperator non haberet supremam potestatem legislatiuam in subditos; sed inferiorem Populo, & dependentem ab illo. Ità Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4 cap. 3. dub. 1. n 7.* Bonacina, *de leg. disp. 1. q. 1. p. 3. n. 6*. Salas, *de leg. disp. 7 sect. 16. n. 79.* & alij.

An Regina, quæ domina Regni est, possit condere leges? Dub. 13.

74 SI loquamur de Regina, quæ est in statu libero à vinculo matrimonij, cōmunitèr affirmatiuè respōdent. Quorum ratio est: Quià cum sit Domina Regni, consequentèr habet in se potestatē regiam, quæ legislatiua est. Et tunc in vsu eius à nullo superiore dependet: quià ex se nullum habet in temporalibus, vt supponitur. Nèc per matrimonium illum assumpsit, vt etiàm supponimus. Ergò potest liberè vti illa potestate, & leges ferre. Tùm quià Fœmina habet potestatē regiā & est capax iurisdictionis regiæ. Vt patet *ex cap. delicti, de arbitr.* Vbi id notat Innocent. & Abb. in *nu. 1 & 3.* Indè infertur Fœminam, habentem Regnum, posse (si velit) per se causam cognoscere, ferre sententiam, & iurisdictionem in subditos exercere. Ergò quandò Fœmina habet iurisdictionem supremam, poterit illa vti ad leges ferendas: quià est eadem ratio. Ità Suarez, *lib. 3. cap. 9. num 9.* Bonacina, *de leg. disp. 1 quæst. 1. pu. 3. num. 8.* Merolla, *to. 2. de leg disp. 4. cap. 3. dub. 1. nu. 11.* Salas, *de leg. disp. 7. sect. 11.* & alij.

Dubitatur: An contracto matrimonio, ad Reginam, an potiùs ad Regem pertineat leges ferre: quandò ius, & dominium Regni iure hæreditario, vel alio titulo competit fœminæ?

65 Prima opinio ait: Non posse tùnc Reginam leges condere. Vèl saltèm in hoc dependere à Marito, in quem dominium, & administratio Regni per matrimonium translata censetur. Cuius ratio est: Quià Maritus habet ius, ac potestatem gubernandi Vxorem in omnibus actionibus suis: & corripere illam, nō solùm in rebus ad se pertinentibus, sed absolutè in omnibus. Qua ratione multi, & graues Doctores censent: posse Maritum omnia vota Vxoris irritare. Ergò etiàm si Vxor sit Regina, habet Maritus potestatem, & superioritatem in omnibus actionibus eius: etiàm in eis, quas exercere potest, vt Regina est. Ergò necesse est, vt Regina pendeat à Marito in vsu, & administratione suæ iurisdictionis. Ità Montaluus *lib. 9. tit. 1. pa. 1.*

66 Secunda opinio ait: In eo casu, Regni administrationem, & cōsequentèr legislationem, ad Maritum simul, & Vxorem pertinere. Confirmari videtur hæc opinio ex exēplo Regis Catholicorū Ferdinandi, & Elisabeth; q. omnia vtriusq; nomine expediebant: quamuis Castellæ Regnū ad solam Reginā pertineret successionis iure. Et ita docent Io. Lapus. de Palatios Rubeos, *tra. de retēt. Regn.* Nauarr. *p. 2. 5 §. 1.*

57 Tertia opinio, quā cōmunitèr docent, ait: Ad Reginam pertinere leges ferre. Quorum ratio est: Quià Regnū nō potest alienari, neque in dotem dari: quià est velùti officium, & onus personale, à regno, seù communitate collatam. Et ideò non potest in aliū transferri; sinè cōsensu eiusdem communitatis: Vèl nisi iuxtà conditionem, inclusam in ipsa Regni institutione: quæ solet esse, vt transferatur per electionē, vel per successionem: non autē

per aliũ modum alienationis. Adde: nam alias, etiam si talis Regina moreretur sine liberis, Maritius retineret dominium, & administrationem Regni, quod est falsum. Ità Baldus, *in cap. significauit. de rescript. num. 3.* Alciatus, *in leg. 1. C. de in ius vocan.* Tiraquell. *de notabilit. cap. 18. n. 3. cap. 18. nu. 3.* Martin. Garac. *tract. de Princ. quæst. 176.* Vasquez, *1. 2. disp. 153 ca. 3. n. 33.* Salas, *de leg. disp. 7 sect. 11.* Becca. *1. 2. tract. 3. cap. 6. quæst. 2. n. 6.* Suarez, *lib. 3. de leg. cap. 9. nu. 10.* Merolla *tom. 2. de leg. disp. 4. cap. 3. dub. 2. nu. 14.* & alij.

An quælibet Ciuitas possit condere veras Leges? dub. 14.

68 CErtũ est apud omnes, quòd Ciuitas, quę retinet in se potestatẽ supremã Reipublicæ, & per illam seipsam gubernat, & nullum recognoscit superiorẽ; potest veras leges cõdere. Quià habet supremam iurisdictionem. Et ità dicendum est de alijs Ciuitatibus, quæ licèt sint subditæ, & superiorem recognoscunt: habẽt tamèn iurisdictionem statuariam: Quià præscripserunt merũ, & mistũ imperium.

Difficultas tamèn est de Ciuitatibus, quæ superiorem recognoscunt, & non præscripserunt potestatem legis condendæ?

69 ALiqui dicunt: Ciuitates, quæ nõ habent potestatẽ supremæ Reipublicæ; sed potestatem in Principem transtulerunt: non possunt per se solas, legem condere ex vi propriæ potestatis. Quià carent potestate, cum eam in Principem transtulerint, eamquè à se subdicauerint. Consequentèr nequeunt ferre leges obligantes: nisi expresśè, vel tacitè per suum superiorem cõfirmẽtur. *Instit. de iure natur. §. constat & lib. 3. C. de legib.* Aùt nisi potestatem condendi leges sibi reseruauerint, & Principem creauerint, reseruata sibi hac facultate, (possunt enĩ Principem creare, reseruato sibi hoc iure:) Aùt nisi facultatẽ acceperint à Principe condendi leges, quæ municipales appellantur. Hoc autèm constare potest, vel ex priuilegijs antiquis, vel ex communi iure talis Regni, vel ex vsu, & longa cõsuetudine. Ità Bonacina, *de leg. disp. 1. qu. 1. pu. 3. n. 11.* Suarez, *lib. 3. de leg. cap. 9. n. 20* Salas, *de leg disp. 7 sect. 14. & 15.* Vasquez, *1. 2. disp. 153. cap. 2. & 3.* & alij.

70 Et quamuis hæc opinio sit verissima, & eã sic vocat Merolla, *in to. 2. de leg disp. 4. cap. 3. dub 3. nu. 24.* scilicèt: Ciuitates, quæ potestatem supremam transtulerunt in aliquem Principem, non posse leges cõdere: nisi vel ex particulari Principis cõcessione talem potestatem receperint. Quod constare potest, vel ex priuilegijs, vel ex communi iure. Nihilominùs remanet difficultas de facto: An scilicèt, stando in iure communi, huiusmodi Ciuitates facultatem habeant condendi leges, seù statuta in ijs, quæ respiciunt decisionem causarum, contingentium inter ipsos Ciues: & de rebus eorũ, vt circà modum testandi, cõtrahendi, succedẽdi &c.

71 Negant Doctores, *nu 69. allegati.* Quorum ratio est: Quià statuta condere, est actus iurisdictionis: At verò Ciuitates non liberæ, seù recognoscentes Superiorem, non habent iurisdictionem; cum illam trãstulerint in Principem. Et ex eo patet, quòd Princeps mittit ad eas Magistratus, qui inter personas illorum ius dicant, & subsunt Præsidibus Prouintiarum, vèl Regni, aut alijs Ciuitatibus. Et prætèr præcitatos Doctores, docet etiã Ferd. Castro. *tract. 3 disp 1. nu. 22. in fine.*

72 At communitèr Doctores docent: Ciuitates non liberas etiàm habere facultatem, condendi statuta; stando tamèn in iure communi. Quorum ratio est: Quià sic habetur, *in leg. omnes populi.* Vbi vniuersalitèr, ac distinctè dicitur: Omnes populos posse sibi leges, seù statuta condere. Nèc videtur, posse hoc intelligi de Ciuitatibus liberis: quia hæ, tunc temporis, erant nimìs paucæ: vt colligitur *ex leg. si duas §. 1. ff. de excusat.* ibi, *toto Orbe* & notatur *in leg. 1. C. de sum. Trin.* Nequè etiàm potest hæc Lex explicari, quod loquatur de Ciuitatibus, quæ præscripserũt merum, & mistum imperium: nàm hæ, tẽpore Iustiniani, paucissimæ erãt. Ità Alber. *p. 1. stat. quæst. 8. col. 5.* Rayn. Bartol. Bald. Iason. & alij, *in leg. omnes populi,* & ibi Bolognet. *nu 47.* Innoc. *in cap. cum accessent. de const.* Alexand. *in l. 1. col. 3. ff. de iurisd. omn. iud.* Paul. de Castro, *cons. 256. incip. nõ manifestè, vol. 2.* Crauet. *de antiq. temp. 4 p. § circà præmissa nu 5. in fine* Calder. *cons. 18 incip. An ciuitas. de const. nu. 2. vers. sed licèt lex.* Florian à S. Petro *cons. 26 nu. 20. vers. Quartò confirmatur.* Nauar. *lib. 5. cõs. tit. de pœn. cons. 1. nu 4. in prima edict.* Azorius *pa. 1. lib. 5. cap. 26 quæst. 18.* Tuscus *to. 7. v. statutũ concl. 429 nu. 14 & concl. 430. in principio.* Rebell. *de oblig. iust. pa. 1. lib. 1 quæst. 6. n. 3.* Merolla. *to. 2. de leg. disp. 2. cap. 3. dub. 4. nu 26.* & alij.

An

An Barones, seù Feudatarij possint in suis Ciuitatibus, vel Castris leges, seu statuta condere? Dub. 15.

73 Quandò in Inuestitura, seù Priuilegio hoc eis expressè conceditur; communitèr docent, id posse. Difficultas verò est: Quandò in Inuestitura id specialitèr non exprimitur.

74 Prima opinio ait: Barones non posse facere leges, seù statuta perpetua in eorũ Territorio, quæ scilicèt durent etiàm post eorum mortem: sed solùm banna, seù præcepta temporalia, ex iusta causa, duratura ad vitam eorum. Sicùt possunt facere alij Magistratus, seù Iudices temporales, durante eorum officio, in loco suæ iurisdictionis. Cuius ratio est: Quià condere leges, est de primo gradu meri imperij, vt ait Merolla, *in 3. tom. disp. 7. cap. 1. dub. 3. nu. 15.* At hic primus gradus nunquàm intelligitur concessus, nisi in specie exprimatur: vt ait ipse Merolla, *in dict. disp. 7. cap. 1. dub. 8.* Ergò &c. Ità Angel. *in leg. imperium, vers. ex prædictis etiàm deciditur ff. de iurisd. omn. iud.* & ibi Iason. *col. 5. circà finem. & in leg. omnes populi. col. 3. vers. pro clara intelligentia ff. de iust. & iur. in prin. lect.* & ibi Bolognes. *nu. 65.* Molsesius, *to. 1. sum. tract. 9. cap. 6. num. 18.* Salas, *de leg. disp. 7. sect. 13.* Lorca, *de leg. disp. 13. diff. 1.* & alij.

75 Secunda opinio ait: Si loquamur ex natura rei, seù stando in iure communi, posse Barones in suis Terris leges, seù statuta perpetua facere. Dixi. (*Si loquamur ex natura rei.*) Quià supremus Priceps potest illis hoc prohibere. Cuius ratio est: Quià sicùt Episcopi possunt facere statuta perpetua in eorum Territorio, seù Diœcesi; eò quòd habent perpetuam administrationem. Vt colligitur ex *cap. 2. de maior & obed & cap. 2. de constit. in 6.* Ità Barones habent perpetuam administrationem in suis Feudis, & æquiparantur Episcopis, vt dicunt Bartol. & Alex. *in leg. stipulationum. 5. ff. de verb. oblig.* Marant. *in specul. 4. part. tit. An iudicium sit ordinarium, num. nu. 13.* Ergò &c. Tùm quià sicùt Capitanei, seù Gubernatores, qui loco Baronum exercent iurisdictionem in eorum Terris, habent tantùm iurisdictionem in officium, & possunt facere banna, seù edicta, ac præcepta temporalia: ità & Barones ipsi, qui sunt Domini vtiles Terræ, & habent iurisdictionem in dominium; poterunt facere statuta, seù præcepta perpetua. Ità Bartol. *in leg. omnes populi in 4 quæst prima. ff de iust. & iur.* Alexand. *consil. 124. vers. Quantùm autem ad proclamata, vol. 4.* Decius, *cons. 199. col. 2. circà finem. & in cap. licèt causam, num 10 de probat.* Crauet. *de antiq. temp. part. 4. §. circà præmissa num. 5.* Angnian. *de leg. lib. 2. controuers. 27.* Tuscus, *to. 1. lit. B. concl. 28. num. 18.* Tapia, *decis. 7. nu. 4.* Granad. *1. 2. controu 7. tract 3. p. 1. disp. 3. sect. 4. nu. 29.* Merolla *tom. 2. de leg. disp. 4. cap. 3. dub. 4. nu. 35.* & alij.

De Promulgatione, & Acceptatione Legis? CAP. III.

An Promulgatio Legis sit conditio necessaria, ad condendam legem? Dub. 1

Qualis Promulgatio necessaria sit, ad ferendam legem? dub. 2.

An, vt Leges Humanæ, Ciuiles, & Pontificiæ obligent, requiratur acceptatio Populi? dub. 3.

An quandò Subditi nolunt acceptare legem, & supplicationem faciunt Superiori, possint interim suspendere obligationem legis? dub. 4.

An si Summus Pontifex, audita supplicatione Communitatis, taceat, & non respondit supplicationi ad se trãsmissæ; præsumatur legis obligationem confirmare, an potiùs reuocare, seù suspendere? dub. 5.

An incurrat aliquam pœnam, qui absque ratione non acceptat, vel impedit, nè Lex condita sructur? dub. 6.

An Lex, quæ non est vsu recepta: vt non obliget, requiratur, vt Princeps sciat, legem non esse vsu receptam? Dub. 7.

An Promulgatio legis sit conditio necessaria ad legis obligationem inducendam? Dub. 1.

1 Affirmatiuè respondent Doctores communitèr cum D. Thoma, 1. 2. *quæst. 90 art. 4.* qui hanc rationem assignat: Quià vt lex plenè constituta sit, oportet, vt habeat efficaciam obligandi. Sed hanc non habet, donec promulgetur: ergò donèc promulgetur, nõ est vera lex: ac proindè promulgatio est de ratione legis. Maior patet: quià lex est mensura, & regula communis operationum humanarum, habens vim cogẽdi: Vt dixit Aristotel. *lib. 19. Ethyc. cap vlt.* Nàm in hoc differt à Consilio, & quælibet

alia monitione. Minor etiàm probatur: Quoniàm, vt regula de se obliget; oportet, vt quantùm est ex parte sua, sit sufficientèr proposita. Lex autèm est regula, non prò vna, vel altera persona: sed prò tota Communitate lata: Ergò debet esse proposita modo publico, & Communitati accomodata. Talis ergò publicatio, & propositio, Promulgatio appellatur. Accedit, quòd Lex postulat obedientiam à subditis, quæ præstari non potest; nisi Lex sit eis sufficientèr proposita. Ità communitèr Doctores, in quibus adscribuntur Vasquez, 1. 2. *disp.* 151 *cap* 2. Azorius, *par.* 1. *lib* 5. *cap* 3 *quæst.* 1. Ludouicus Molina, *tract* 5. *de iust. disp* 70. *num.* 1. Rodoriquez, *to* 1. *qq regul. quæst.* 6. *art.* 3. Bonacina, *de leg. disp.* 1 *quæst.* 1. *pun.* 4. *num.* 6. Merolla, *tom.* 2. *de leg. disp* 4. *cap* 1. *dub.* 3. *nu.* 76. Suarez, *lib.* 6. *de leg cap.* 11. *& lib.* 3. *cap.* 16. *nu.* 2. Salas, *de leg. disp.* 12 *sect.* 1. *n.* 1 Sayrus, *in clau. Reg lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 12. & alij.

Qualis Promulgatio necessaria sit ad perfectam constitutionem legis Ciuilis? Dub. 2.

2 PRima opinio distinguit inter solemnem Editionem, & publicam Promulgationem. Putat hæc opinio, sufficere ad substantiam, & obligationem legis; vt sit solemnitèr edita, etiàm si nõ sit publicè promulgata. Vndè asserit, legem obligare statìm ac solemnitèr in publico consilio Regis, ac Senatorum Reipublicæ edita est, antequàm sit publicè promulgata: & consequentèr Promulgationem publicam solùm requiri, quandò Lex sinè solemnitate edita est. Et ratio istius opinionis est: Quia Innocentius 3. *in cap* 1. expressè ait: vt quis teneatur ad obseruantiam alicuius legis; sufficere, si sciat, esse solemnitèr editam, aùt publicè promulgatam. Ergò non requiritur necessariò publica Promulgatio. Ità Paulus de Castro. *l. g.* 1. *§ fin. ff. de act. empt.* Rom *sing.* 282. Bartol. *leg. quaro ff. de act. empt.* Panormit. *in cap.* 1. *de postul.* Prælat. *nu.* 10 Siluester, *v Lex quæst* 6. *in principio.* Farinac. *part.* 1. *fragm. crim. v. constitutio nu.* 646. *& seq* Io. Vincent. de Anna. *sign* 51 Reginaldus, *lib.* 13. *nu.* 155. & alij.

3 Vndè secundum hanc opinionem: Primò, scientem esse conditam legem, taxantem prætium tritici, non tenetur vẽdere eo prætio, quod erat antè illius promulgationem: sed tenetur vendere eo prætio, à lege taxato: quàmuis non sit promulgata Lex, seù prætium. Ità Bartol. de Castro, Farinacius, & alij citati, & Steph. Gratian. *tom* 2 *discep. forens. cap.* 259. *cap.* 259. *n.* 21. & Foller. *in addit. ad* 4. *part. spec. marant. tit. An iudicium sit vniuersale. num.* 61.

4 Secundò: Conciliarij Regis non possunt vendere res suas, quandò agnoscũt breuitèr minuendum earum prætium ex lege, vel mandato Principis: quià Cõciliarij, ratione officij, tenentur consulere aliorum vtilitati: & ideò non possunt vti munere suo in damnum cæterorum. Secùs, si aliàs illas res erant vendituri. Ità Lesius, *lib.* 2. *cap.* 21. *dub.* 5. Padilla, *in leg. constitut. C. de iuris, & facti ignor.* Pinellus, *leg.* 2. *C. de resident. vend. par.* 3. *cap.* 2. *nu.* 22. Faustus, *in specul. Confess disp.* 6. *quæst.* 20 *nu.* 2. Molina, *de iust. to.* 2. *tract.* 2. *disp.* 354. & alij.

5 Secunda opinio est communis, quæ ait: Solemnitas requisita ad legem, non tantùm est ex parte Conditorum; sed etiàm in ordine ad Communitatem: Et ideò nõ est lex, donèc respectu Communitatis habeat statum legis. Nèc incipit obligare singulos, donèc possit Communitatem obligare id, quod necessariò requiritur, vt aliquo modo publicè sit Communitati proposita. Ita D. Thomas, 1. 2 *quæst.* 90. *art.* 4. Nauarrus, *cap.* 23. *sum num.* 44. Siluester, *v. Lex.* Vasquez, 1. 2. *disp.* 155. *ca.* 2. Azorius, *par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 3 *quæst.* 1 Rodoriquez, *to* 1 *qq. Regul quæst.* 6. *art.* 3. Molina, *tract.* 5 *de iust disp* 70 *nu.* 1. Suarez, *lib.* 3. *de leg cap.* 16 *num.* 2. Salas, *de leg. disp.* 12. *sect.* 1 Sayrus, *in Clau. Reg. lib.* 3. *cap.* 1. *nu.* 12. Valentia, 1 2. *disp.* 7 *quæst* 1. *pu.* 2. Toletus, *de sept. peccat. mortal. cap* 18 Merolla, *to.* 2 *de leg. disp.* 4. *cap.* 3. *dub.* 17. *nu.* 152. & alij.

6 Vndè Primò: Scientem, esse conditam legem, taxantem prætium tritici, non teneri vendere eo prętio antè illius promulgationem: sed posse vendere prætio iusto naturali; sicùt antè eam scientiam, poterat. Ità Merolla, *to.* 2. *de leg. disp.* 4. *nu.* 152. *vers. Hinc infertur* Diana, *par.* 1. *tract.* 8. *resol.* 25. *&* 40. Reginaldus, *tum* 2 *lib.* 5. *cap.* 23. *nu* 345. Bonacina, *de contract disp.* 3. *quæst.* 2. *pa.* 5. *nu.* 17. Molfesius, *to.* 2 *sum tract.* 12 *cap.* 5. *num.* 69. Faustus, *in specul. Confess. disp.* 6 *quæst.* 15, *nu.* 2. & alij.

7 Secundò: Consiliarij Regij possunt vẽdere res suas, quandò agnoscunt breuitèr

tèr minuendum eàrum prætium ex lege, vel mandato Principis. Ratio est: Quià vendunt prætio currenti: & non sunt deterioris conditionis, quàm sunt cæteri Mercatores. Et ipsi, ratione sui officij, nõ obligantur ad non vendendum eo tempore prętio communi. Nèc tenentur manifestare futuram promulgationem legis antè tempus assignatum a Rege, vel à Senatu. Non possunt tamèn differre eam manifestationem, solùm eo fine; vt priùs vendant omnes suas merces: In hoc casu planè viderentur abuti munere in dãnum aliorum. Ità Turrianus, *in 2.2. to 1. disp.* 18 *dub.* 3. *nu.* 7. Couarru. *in reg. pecc. pa.* 2. §. 4. *du* 6. Bonacina, *de leg. disp.* 1. *qu.* 1. *pu* 4. *nu.* 10. & alij. Et probabilem vocat Diana, *pa.* 1. *tract.* 8. *resol.* 42.

Dubitatur primò: Vbi, & quotuplex Promulgatio, seù Publicatio Legis facienda sit, vt lex obligare incipiat?

8 ADuertendum est: Leges, seù Constitutiones aliquandò ferri à Populo, vèl ab aliqua Ciuitate, vèl Episcopo, vèl à Principe inferiori. Aliquandò ferri ab Imperatore, vèl Rege, vèl Principe, habente plura Regna, vel Principatus. Aliquandò à Pontifice.

9 Primò si loquamur ex natura rei, seù stando in iure naturæ: Ad valorem legis sufficit vna Promulgatio, facta in Curia Regis: etiàm si sub eodem Rege plura Regna reperiantur, & prò omnibus illis Lex feratur. Docent Io. Andr. *super data 6. decret.* Panorm. *in cap. nouerit, de senten. excõmu.* Siluester, *v. lex. quæst* 6. Suarez, *lib.* 3. *de leg. cap* 16 *nu* 4. Vasquez, 1.2. *disp.* 156 *cap.* 1. Merolla, *to.* 2. *de leg. disp* 4. *cap.* 3. *nu.* 156 & alij communitèr. Quorum ratio est: Quia ex iure naturæ solùm habemus, legem humanam debere esse communitati sufficientèr propositam. Modus autèm huius sufficientiæ non est ex natura rei definitus: Ergò determinatio eius fieri potest ab habente potestatem condendi ius ciuile; & consequentèr Reges poterunt vna lege, ipsorum Curia promulgata, adstringere omnia Regna, illis subdita.

10 Secundò: Supposito iure positiuo humano; tunc si loquamur de legibus prioris ordinis, omnes communitèr conueniunt, sufficientèr promulgari vna solẽni Promulgatione, factà in Curia, vèl præcipua Ciuitate, seù Metropoli, vèl in aliquo loco, secundùm morem Patriæ consuetũ. Quorum ratio est: Quia illa sufficit, vt lex dicatur publicè, & solemnitèr edita, & vt moralitèr valeat per totum Territorium, seù districtum diuulgari. Et confirmatur: Quia si vna Promulgatio non sufficit in præcipua Ciuitate Regni; non est maior ratio, cùr exigatur in quibusdam Ciuitatibus, & non in singulis? Et quarè in vno loco Ciuitatis, & non in alijs? Et sic oporteret in singulis Ciuitatibus, & Terris, seù locis promulgari, quod est absurdum. Hoc autèm, quod dicunt, communitèr, intelligendum est per se; & nisi in ipsamèt lege aliud præscribatur.

11 Tertiò: Si loquamur de legibus secũdi ordinis, dicunt præcitandi Doctores, quòd tunc, ex vi iuris communis Imperialis, necessariæ sunt plures Promulgationes, quæ fiant in capitibus Regnorum vel Prouintiarum. Et factum in vnaquaque Metropoli, solùm pro sua Prouintia sufficere: Vèl si fiat in Curia Regis, solùm sufficere pro illa Prouintia, cuius est caput, vèl in qua existit. Et probant hanc sententiam ex Auth. *vt factæ nouæ Constitutiones*, quam omnes ita intelligunt: Et hoc est valdè congruũ, vt meliùs possit lex innotescere: & vt vitentur magna incommoda, & lites, quæ ex ignorantia legis, & propter distantissimam Promulgationem possunt prouenire. Ità Gloss. *in Auth. huiusmodi lex* & ibi Bartol. Baldus, *in leg. omnes sacratissimæ C. de legibus.* Panormit. *in cap.* 2. *de constit num.* 7. & ibi Felin. *num.* 7. Angelus, *v. lex. quæst.* 7. & ibi Rosella, *n* 8. Armilla, *n.* 11. Sotus, *lib.* 1. *de iust. quæst.* 1. *art.* 4. Nauar. *cons.* 1. *de const. q* 4 Medina, 1.2. *quæst* 90. *art* 4. Suarez, *lib.* 3. *de leg. cap.* 16. *nu.* 8. Merolla, *disp.* 4. *de leg. disp.* 4. *cap.* 3. *num.* 158. Salas, *disp.* 12 *sect.* 7. *n.* 11. Malderus, *to.* 2. *d. q. c.* 3. *dub* 17. *nu.* 158. & alij.

12 Quartò: Si loquamur de legibus tertij generis: idest, An leges Põtificiæ, vt obligent, necessè sit vt promulgentur in singulis Diœcesibus, & Prouintijs? Dissentio est inter Doctores: Nam prima opinio negat: sed sufficit, vt fiat in Curia Romana. Cuius ratio est: Quia nullo iure alitèr cautum est. Tùm quia vsu receptũ est: nàm omnes causæ, quæ ex toto terrarum Orbe deferuntur ad Romanam Curiam; non definiuntur, nisi iuxta regulas Cancellariæ, & alias leges, quæ tãtùm Romæ promulgatæ sunt: ergò &c.

Tùm

Tùm quià sequeretur, multos Decretales, qui alicubi non fuerunt promulgati, non obligare: quos tamèn constat esse in vsu, & tanquam obligatorios obseruari. Tùm quià Bulla Cœnæ Domini nusquàm nisi Romæ solet promulgari. Tùm quià Pius Quartus in bulla, in qua confirmauit Concilium Tridentinum, voluit; vt leges dicti Concilij, quæ pertinent ad reformationem, & ius Canonicum vbique inciperent obligare Kalendis Maij, anno 1564. post promulgationem, Romæ factã. Ità Siluester. *v lex. q 6.* Rosella, *nu.* 4. Armilla, *nu.* 11. *& v. constitutio. nu* 3. Nauarrus, *cons. 1. de constit. nu.* 19 Sotus, *lib.* 1 *de iust. quæst.* 1. *art.* 4. Suarez, *lib.* 4. *de leg. cap* 15. *nu* 2. Valentia, 1. 2. *disp.* 7 *quæst* 5. *nu.* 5. *vers. sed quamuis.* Vasquez, 1. 2. *disp.* 156. *pu.* 2. *nu.* 12. Azorius, *pa.* 1 *lib.* 5. *cap.* 3 *quæst.* 3. Salas, *de leg. disp.* 12. *sect.* 2. *num.* 10. Reginaldus, *lib.* 13 *nu.* 155 Molina, *tract.* 5 *de iust. disp.* 70 *num.* 12. Beccan *pa.* 2 *tract.* 2. *cap* 6 *q* 6 *nu* 6 Tannerus, 1. 2 *disp* 5 *quæst* 5 *dub.* 3. *nu.* 18 Pontius, *de matrim. lib.* 5. *cap.* 7 *nu.* 2. Lorca, 1. 2. *tom* 2 *disp* 18 *de leg.* *Berti, in explic. Bullæ Cle.* 8. *de largit. muner. pu.* 7. Fernandez, *par* 2. *cap.* 3. § 3. *nu.* 1. *in fine.* Graff *cons* 9. *num* 4. *de regul. lib.* 2. *vol.* 1. Malderus, 1. 2. *quæst* 90 *art.* 4 *dub.* 3 Sayrus, *in clau Reg lib.* 3. *cap* 5. *num.* 11 Villalobos, *tom.* 1 *sum tract.* 2 *dub.* 12 *num.* 5. Filliucius, *to.* 2 *tract.* 2 *cap.* 1. *num.* 397. Molfesius, *tom* 1 *sum tract* 9 *cap.* 8 *nu.* 38. Granad. 1. 2. *controuers.* 7 *tract.* 3 *part.* 11. *sect.* 2 *num* 17. Vgolinus, *contrà Venetos, cap.* 1 §. 1. *num.* 4 Marius Antonius, *lib.* 1, *resol.* 122 *cas.* 1. Coriola. *in Bulla Cœnæ, vbi de absol in fine,* & ibi Duardus, *lib.* 1. § 1 *quæst.* 17. Diana, *part* 1 *tract.* 10 *resol.* 8. *& part* 5 *tract.* 14 *resol.* 26: Layman. *in theol moral lib* 1 *tract.* 4 *ca.* 3. *nu.* 3 Merolla, *to* 2. *de leg disp.* 4. *cap.* 4 *dub.* 17 *nu.* 150. Filliucius, *to* 2 *tract.* 21 *cap.* 11. *nu.* 391. Bonacina, *de leg. disp.* 1. *quæst.* 1 *pu.* 4. *num.* 15. & alij.

13 Secunda opinio contrarium docet: videlicèt, quod non sufficit vna Promulgatio Romæ facta: sed necessarium est, singulas Promulgationes in singulis Prouincijs, & Diœcesibus. Et ratio istius opinionis desumitur ex Authẽt. *Vt factæ nouæ constitutionis, col.* 5. quæ de legibus Ciuilibus hoc disponit, vt suprà dictum est. Addendo etiàm regulam suprà positam, quod ius Canonicum in huiusmodi rebus vtitur iure Ciuili: Et veluti tacitè acceptat illud, quandò aliquid contrarium, vel diuersum nõ disponit: Et alioqui in reipsa nihil est repugnans bonis moribus, aut Religioni. Sed in præsenti ius illud Ciuile, quod requirit promulgationem in singulis Prouintijs, non est reuocatum iure Canonico, neque est contrà bonos mores; immò est valdè consẽtaneum illis, vt leges suauiores fiant: & vt tollantur occasiones allegandi, vel fingendi ignorantiam. Adde, quod hoc maximè necessarium videtur in his legibus Canonicis, quæ pro toto Orbe feruntur. Ergò citata Authentica extendenda est etiàm ad leges Canonicas. Ita Serarius, *in suis opuscul. Theol. to.* 3. *disp. de leg. nu.* 56 Solerus, *de potest. confess cap.* 9 *quæst.* 5. Medina, 1. 2. *quæst.* 90. *art.* 4 *dub.* 1. *post* 2. *concl. & dub. vlt. conci.* 5 Emanuel Sà, *v. lex. n.* 9. Sotus, *de iust lib.* 1. *quæst.* 1. *art.* 4. Ludouicus, Carbo. *de leg lib.* 3. *disp* 9. Miranda, *in Manual. Prælat. to.* 2. *quæst.* 25. *art* 4. *concl.* 5. Conradus, *in p.* 2. *quæst.* 90. *art.* 4. *ad* 12. Victorelus, *in comp. manual.* Nauarr. *cap.* 23 *nu.* 4. Molina, *de iust. to.* 2. *tract.* 2. *disp.* 395. *nu.* 4. Panormit. *in cap.* 2. *de const. nu.* 7 *ad finem,* & ibi Felinus, *n.* 7. Decius, *sect.* 2. *nu.* 6. Angelus, *v. lex. nu.* 13. Celestinus, *in comp. Theolog. mora. tract.* 3 *cap.* 7. *& tract.* 8. *cap.* 17. Duuallius, *in* 1. 2. *D. Thoma, tract. de leg quæst.* 5. *art* 5. Merchantius, *in horto Pastorum. in resol. Pastoral. cap.* 4. *quæst.* 21. Io. Viguerius, *in* 1. 2. *D. Thomæ. quæst.* 69 *art.* 4. *nu.* 84. & alij. Et tutam esse in conscientia docet Laiman. *in theolog. moral. lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 3. *nu.* 3. Becanus, 1. 2. *tract.* 3. *cap.* 6. *nu.* 5. *& 6.* Homobonus, *par.* 2. *tract* 12. *cap.* 3. *quæst.* 10. *in fine.* Et probabilem vocant hanc sententiam Lesius, *lib.* 2. *cap.* 25. *dub.* 13. *num.* 18. & Vasquez, *loco citato.* Vndè probabilior est prima sententia.

14 Id quod diximus de legibus primi ordinis: quòd, scilicèt, sufficiat vna solemnis publicatio, facta in præcipua Ciuitate Regni; limitatur: nisi Regnum esset valdè amplum. Tùnc enìm non sufficeret Promulgatio in Metropoli Regni: immò nèc in Metropoli Prouintiæ, quandò Prouintia esset magna: sed deberet fieri etiã in alijs Ciuitatibus, vt moralitèr possit notitia legis ad omnes subditos peruenire. Ita Merolla, *tom.* 2. *de leg. disp.* 4. *cap.* 3. *dub.* 17 *num.* 159.

Dubi-

Dubitatur secundò: Quandò, & quomodò incipiat obligare ex natura sua Lex Ciuilis, postquàm est sufficientèr promulgata?

15 PRima opinio ait: secluso omni iure positiuo, Legem Ciuilem, statim ac publicè promulgatur in loco cõpetenti, obligare in toto Territorio, in quo potest obligare iuxtà potestatem, & iurisdictionem Legislatoris: nisi per ipsum Legislatorem suspendatur, vel differatur obligatio. Cuius ratio est: Quià Lex sufficientèr promulgata, est perfecta Lex: & habet omnia requisita ad obligandũ. Et est quasi Agens naturale, quod statim agit, quantùm potest. Ità Gloss. *in Clem. 2. de hæret. v. ex tunc.* & ibi Canonistæ, & Panormitanus, *in cap. 2. de const. num. 7.* & ibi Felinus, *nu 7. limit. 5.* Nauarr. *cons. 1. de const. quæst. 4. nu. 15. & in sum. cap. 23 num. 44.* Vasquez, *1. 2. disp. 156. cap. 2. n. 8.* Sotus, *in 4 sent. dist. 3. quæst. vnica, art. 2. propè finem.* Salas, *de leg. disp. 12 sect. 9 nu. 34.* Molina, *tract. 5. de iust. disp. 70. nu. 10.* Bonacina, *de leg. disp. 1. quæst. 1. pu. 4 nu. 17.* & alij.

16 Secunda opinio ait: Lex sufficientèr absolutè promulgata in vno loco competenti, licèt statim obligare incipiat; nõ tamèn simùl, & in eodem momento obligare in toto Territorio, pro quo fertur; sed successiuè, & intrà tempus moralitèr sufficiens; vt notitia legis, & Promulgationis eius per totum Territorium diffundatur. Et ratio istius opinionis est: Quià videtur excedere potestatem Legislatoris: & esse suprà conditionem legis humanæ, quòd statim obliget in primo instanti promulgationis prò toto Territorio, seù Principatu Legislatoris; Ergò ex natura rei nõ potest obligare. Probatur antecedens: Quià ad actualẽ obligationem legis, per se, est necessaria notitia eius: ergò vt possit obligare, necessarium saltèm est, vt per se loquendo, possit ad notitiam peruenire. Nàm vbi non est potestas ad media, neque etiàm ad finem erit: Sed fieri non potest, vt facta promulgatione in vno loco, lex statim sciatur ab omnibus subditis, & in toto loco iurisdictionis: ergò impossibile est, vt lex statim obliget, nec antè elapsum sufficiens tempus, iuxtà quod legis notitia in toto Territorio, per se loquendo, possibilis est. Ità D. Thomas, *1. 2. quæst. 90. art. 4. ad 2.* & ibi Caietanus, Medina, *d. art. 4. vers. Quinta conclusio.* Suarez, *de leg. lib. 3. cap. 17.* Ferd. de Castro Pala. *to. 1. tract. 3. disp. 1. pu. 11. num. 7.* Diana, *par. 3. resol. 75* Montesinus, *1. 2. to. 2. disp. 20. diff. 4.* & ibi Granad. *controu. 7. tract. 3. pun. 1. disp. 11. nu. 2.* & alij.

17 Vndè si promulgatio legis in notitiam absentis deueniat miraculosè; cum tamèn humano modo venire fuerit impossibile; nullo modo obligaret ad illius obseruantiam: Quià respectu illius, lex non est promulgata. Ità Suarez, *de leg. lib. 3. cap. 17 a nu. 14.* Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 3. dub. 18. nu. 174.* Diana, *part. 3. tract. 6. resol. 75.* & alij. Immò, si quis audierit in aliqua platea Ciuitatis bannum, seù edictum; non tenetur illud obseruare, antequàm promulgetur in alijs plateis, & in tota Ciuitàte diffundatur. Ità Diana, *par. 3. tract. 6 resol. 75.* & Castrus Palaus, *in oper. moral. to. 1 tract. 3. disp. 1. pu. 11. n. 7.*

Dubitatur tertiò: A quo tempore Lex incipiat obligare secundùm ius Ciuile?

18 EStopinio Vasquez, *1. 2. disp. 156. cap. 2 num. 9.* dicentis: Statim à publicatione obligare: solùmque excipit leges, pertinentes ad testamenta. Cuius ratio est: Quià illæ solæ exceptæ sũt in Authent. *vt factæ nouæ Constitutiones collat. 5.* De cæteris autèm nihil disponit ius Ciuile: & ideò succedit ius Naturæ.

19 Attamèn communis opinio Doctorũ vtriusque iuris, & Theologorum, est: leges Imperatorum non incipiunt obligare intrà duos menses à Publicatione factà in vnaquaque Prouintia. Et ità dicũt de Legibus aliorum Principum, qui subduntur Imperio: Quià ità statuitur in illa Authentica: cuius dispositio generalis est, quò ad omnes leges ciuiles Imperatorum.

20 Leges Regum, qui non recognoscunt superiorem in temporalibus, nec legibus Imperatorum subduntur; statim incipiũt obligare: nisi in ipsa lege aliud declaretur: Quià ius Imperatorum non obligat in huiusmodi Regnis supremis. Ergò nec illa Authentica obligabit, nec habebit vim legis: & consequentèr Lex relinquitur in sua natura, quæ est, vt statim obligare incipiat. Ità communitèr Doctores dicunt. Nisi ius commune, seù Imperatorum sit, saltèm cõsuetudine in eo Regno acceptatum.

21 Leges latæ à Magistratibus inferioribus

bus, statim obligant; si non exprimunt aliam temporis determinationem: Quia circà has leges, & tempus obligationis earum, nihil est iure Humano dispositū, aut limitatum: ergò tùnc obligant, quādò ex natura rei possunt: Sed ex natura rei obligant statim: ergò &c. Ità Panorm. Felin. Decius, & alij *in cap. tua de const.* Turrecremat. §. *leges, post caput in istis quæst* 4. Hostiens. *in sum. tit. de constitut.* §. *Quando.* Siluestro. *lex q. 6. dict.* 3. Nauarr. *cap. 12. sum. nu.* 44 *& consil. 1. de const. q* 4. Sotus, *lib. 1. de iust. quæst. 1 art* 4. Sotus, *lib. 1. de iust. quæst. 1. art. 4. post 3. conclus.* Suarez, *lib 3. de leg. cap.* 18. *num.* 9. Sayrus, *in clau. Reg lib. 3. cap. 5. nu.* 7. ChioKier. *nu.* 178. Menoch. *de Arbit. lib. 2. cent. 2. cas.* 185 *nu.* 5. Farinat. *pa. 1. fragm. lit. C. num.* 659. Merolla, *tom. 2 de leg. disp. 4. cap. 3. dub.* 19. *nu.* 180. & alij communitèr. Nisi aliud habeat Consuetudo: Nam vbi per illam introductum fuerit, vt tales leges non obligent, nisi post hoc, vel illud tempus à Promulgatione; seruandum est: quià tùnc iàm habent limitationem à iure Positiuo non scripto. Hanc enim vim habet Consuetudo. Ità Merolla *nu.* 183.

Dubitatur quartò: An si antè bimestre tempus elapsum, aliqui sciant, Legem esse solemnitèr promulgatam; peccent, nō seruando illam?

22 AFfirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: Quià duo illi menses sunt dati tantùm, vt post illos sumatur in foro externo; non verò antè. Ità Bartol. *in leg. omnes populi ff. de iust. & iur. quæst. 5. nu.* 27. Baldus, *in leg leges. C. de leg. in tract. de statut. §. Ignorantia.* Imola, *in cap. 2 nu 6. vers. si verò non disponant de const.* & ibi Cardin. Zabron. *num. 3. in fine.* Alex. de Neuo. *nu. 33. vers. octaua limitatio.* Panormit. *nu. 7. vers sed disceptatio est.* Berorius, *nu.* 10. Gloss. *in cap. 2. vers. Hactenus de reb. Eccl. nō alien. lib. 6.* Anton. Padilla, *in leg. constitutiones. nu. 7. C. de iur. & fact. ignor.* Vasquez, 1. 2. *disp.* 156. *cap.* 3. Sayrus, *in clau. Reg. lib.* 3. *nu.* 10 Azorius, *pa. 1. lib. 5. cap. 3. quæst.* 8. *in fine.* Molina, *to 2. de iust. disp.* 395. *num.* 5. Angelus, *v. Lex. num.* 12. & ibi Siluester, *q. 6. dist. 3. in fine* Grafhius, *pa. 1. decis. lib. 4. cap 9 nu* 46. Sotus, *de iust. & iure lib. 1. quæst.* 1. & alij.

23 Secunda opinio, cui tanquàm probabiliori adhæreo, ait: Legem Imperatoris neminem obligare infrà duos menses à publicatione: Siuè notitiā habeant promulgationis eius, siuè nō: nisi fortè aliud in ipsa lege expressum esset. Cuius ratio est: Quià illud tempus duorum mensium non assignatur ab Imperatore solùm pro foro externo: vt scilicèt, pro illis duobus admittatur, vèl præsumatur ignorantia: non verò vltrà illos menses: Sed ponitur ad suspendendam obligationem legis, vt antè completum illud tempus, nō habeatur tanquàm sufficientèr sancita. Ergò intrà illud tempus non obligat scientèr. Ità Turrecremat. *in §. leges, dist.* 4. Anton. *cap. 2. de const.* vbi Decius, *numer.* 41. Bellam. *vers. Aut lex, vel constitutio.* Paulus, *de Eleazar. in proem. Clem. §. nunc igitur, à nu.* 41. Nauarr. *cap* 23. *sum. nu* 44. *& cons. 1. de constit. quæst. 4. num.* 17. Valentia, 1. 2. *disp 7. quæst. 5 pu 5 quæst.* 3 & ibi Granad. *contro. 3. tract 3 pa 1. disp 11 sect. 2. num.* 13. Emanuel Sà, *v. Lex, nu* 8. Suar. *lib. 3. de leg. cap.* 18 *nu.* . Beccan. 1. 2. *tract 3 cap 6. q. 7. num* 3. Molina, *tract 5. de iust disp.* 70 Menoch. *de arb. de iust lib 2. cent. 2. cas.* 185. *n.* 10 Duard. *in Bulla Cœnæ lib 1 cap 3 qu. 6. nu.* 19. Reginaldus, *lib.* 13. *nu.* 153. Merollá, *to 2. de leg disp 4. cap. 3 dub.* 19 *nu.* 178. & alij.

Quid dicendum de legibus Ecclesiasticis? An scilicèt Leges Pontificiæ, Romæ promulgatæ, statim incipiant obligare omnes, vel pòst aliquòt tempus. v. g. duorum mensium?

24 LEges Pontificiæ, in quibus non opponitur certum tempus obligationis, non obligant; nisi pòst duos menses à publicatione facta, ait prima opinio. Cuius ratio est: Quià licèt in Canonibus hoc non sit expressum; tamèn Authentica, *vt facta noua Constitutiones,* extenditur ad leges Canonicas, proptèr illam regulam generalem: *Quod non cōtradicit Canonibus, & potiùs iuuat illos, seruandum est* In quo casu ius Canonicū iuuatur Ciuili, iuxtà *c. 1. de nou oper. nunt. & can. si in adiutorium dist.* 10. & fauet Bulla Pij Quarti, de promulgatione Cōcilij Tridentini: vbi voluit Pontifex, quod decreta Tridentini non obligarent, nisi post tres menses à promulgatione. Ità Valenti. 1. 2. *quæst 5. pu. 5. vers. si autem lex.* Reginaldus, *lib.* 13. *nu.* 152. Emanuel Sa, *v. Lex,* Miranda, *in manual. Prælat. tom. 2. quæst. 25. art. 4. concl* 5. Molina, *to 2 de contract.*

tract. disp 395. Angelus, *v. lex n.* 12. Gloss. *in cap.* 1. *de concess. praben v. Post tempus,* & alij. Et probabilem vocant Diana, & Merolla locis citandis.

25 Secunda opinio ait: Statim obligare, facta promulgatione; nō autē post duos menses. Cuius ratio est: Quia in nulla lege ita statuitur. Et lex illa Authentica, non obligat Pontificem, nèc alios Reges non subditos Imperio. Et licèt Pontifex *in capit. nouerit, de sentent. excommunic.* assignet duos menses pro monitione: Vt qui fecerunt statuta contrà libertatē Ecclesiasticam, illa reuocent intrà duos menses; alioquìn in excommunicationē incurrerent. Ex hoc non sequitur necessarium esse pro promulgatione tempus duorum mensium, vt omnis lex Pontificia obliget: Nàm sunt aliquæ leges, quæ ex voluntate Pontificis, seù Principis nō incipiunt obligare, nisi post certum tempus, facta promulgatione. Ità Panormitanus. *in cap. nouerit, de sent. excommun. nu.* 3. Rosella, *v. lex,* & ibi Siluester, *quast.* 6. Tanerus, 1.2. *disp.* 5. *quast.* 6. *dub.* 1. *nu.* 7. Berorius *cap.* 2. *de const.* Monach. *de arbit. lib.* 2. *cent.* 1. *cas.* 185. *num.* 8. Vasquez, 1.2. *disp.* 156. *cap.* 3. *num.* 14. Azorius, *pa.* 1. *lib.* 5. *cap.* 3. *quast.* 8. Homobonus, *de exam. Eccles. part.* 2. *tract.* 9 *cap.* 3. *quast.* 3. Salas, *de leg. disp.* 12. *sect.* 3. *nu.* 19. Suarez, *de leg. lib.* 3. *cap.* 18. *lib.* 4. *cap.* 15. *nu.* 11. *& cap.* 17. *nu.* 5. Sayrus, *in clau. Reg. lib.* 5. *cap.* 5 *n.* 11. Molina, *to.* 2. *de iust. disp.* 395. *nu.* 5. Malderus, 1.2. *quast.* 90 *art.* 4. *dub.* 3. Bonacina, *de leg. disp* 1. *quast.* 1. *pu.* 4. *n.* 26. Vilalobos, *to.* 1 *sum. tract.* 2. *dub.* 4. Merolla, *to.* 2. *disp.* 4. *cap* 4. *dub.* 18. *nu.* 260. & alij. Et probabilem vocat Diana, *par.* 1. *tract.* 10. *resolut.* 9.

An, vt leges Humanæ, tàm Ciuiles, quàm Pontificiæ obligent; requiratur cōsensus, & acceptatio Populi?
Dub. 3.

26 QVò ad Leges Ciuiles, Prima opinio negat. Nàm acceptatio Populi nō est ex se necessaria ad obligationē legis, vel perfectam constitutionem: Sed potiùs est effectus, qui sequi debet ex lege, iàm constituta sufficientèr, & obligāte. Cuius ratio est: Quia lex sufficientèr promulgata, & præposita ab habente auctoritatem, obligat ad sui obseruantiam: Ergò & ad sui acceptationem: ergò non est possibile, vt acceptatio sit conditio necessaria ad obligationem legis. Cōsequentiæ sunt claræ: quià fieri non potest, vt effectus causæ sit conditio necessaria in ipsa causa, vel ad esse, vel ad operari: nàm talis conditio necessario supponitur ad effectum. Antecedens verò probatur: Quià in supremo Principe, seù Legislatore non deest potestas: & potest non deesse voluntas: & præsumendum est, non deesse, quando absolutè fert legem: ergò ad obligationem legis non est necessaria acceptatio populi. Ità Gregorius Lopez, *lib.* 6. *tit* 1. *pa.* 1. *nu.* 4. Io. Medina, *c. de restit. quast.* 36. *ad* 5. Bartol. Medina, 1.2. *quaf.* 90. *art.* 3. *ad finem,* & ibi Vasquez, *disp.* 156 *cap.* 5. *nu.* 36 Butean. *quast.* 95. *art.* 3. *dub* 1. *concl.* 2. Granad. ibi *contro.* 7. *tract.* 3. *p.* 1. *disp.* 7. *num* 3. Malderus, 1. 2. *quast.* 90. *art.* 3. *dub.* 1. & ibi Lorca, *disp.* 20 Pontius, *de matrim lib* 5. *cap.* 7 *nu.* 2. Ferdin de Castro, *in oper. moral part.* 1. *tract.* 3. *disp.* 1. *pu.* 13. *nu* 8. Suarez, *lib.* 3. *de leg cap* 19. *nu.* 9 Salas, *de leg disp.* 13. *sect.* 1. *num.* 1. *propè finem.* Molfesius, *tract.* 9 *sum. cap.* 8. *nu.* 22. Layman, *in Theolog. moral tract.* 4. *cap* 3 *nu* 1. Merolla, *to.* 2. *de leg. disp.* 4. *ca.* 3. *dub.* 20. *nu.* 89. & alij.

27 Secunda opinio affirmat: Nàm acceptatio populi est necessaria, vt Lex Ciuilis habeat statum, & efficaciam Legis. Cuius ratio est: Quià in Principe sæculari non est potestas, ad obligandum populum per legem; nisi ipsemèt Populus illam acceptet. Vt apertè colligitur ex Gratian. *can. in istis* § *leges, distint.* 4. qui sic ait: *Leges instituuntur, cum promulgantur: firmantur, cum moribus vtentiū approbantur. Et ex leg. de quibus ff de leg.* ibi. *Ipsa Leges nulla alia causa nos tenent, quàm quod iudicio populi receptæ sunt.* Et ratio huius reddi potest: Quià Princeps ciuilis habet à populo potestatem, vt diximus in superiori cap. Ergò potuit Populus illam non dare, nisi sub hac conditione: vt non obligaretur Legibus Principis, nisi ipse etiam Populus per acceptationem in eis consentiret. Ergò verisimile est, sub hac conditione, & non alitèr, illam dedisse. Tùm quià Consuetudo potest abrogare Legem, iam obligantem: ergò multò magis potest præuenire, nè obliget: maximè quià videntur populi in hoc iam quasi præscripsisse, & ità acquisiuisse ius, non parendi legibus, donec acceptentur. Ità omnes Canonistæ, *in cap.* 1. *de tregua, &*

pace vbi Felinus, alios referens. Angelus *v. lex nu.* 4. *in fine*, vbi Armilla. *num.* 11. Siluester, *q.* 6. *vers. Quartò*. Couarru. 1. *varia. cap.* 16. *nu* 6. Azorius, *pa* 1. *lib.* 5. *cap.* 4. *q.* 1. Toletus, *in sum. tract. de sept. peccat. mortal. cap.* 18. Valentia, 1. 2. *disp* 7 *quaest.* 5. *pu.* 5. *quaestione* 4. & ibi Tannerus, *disp* 5 *quaest* 5. *nu.* 14. Beccanus, 1. 2 *tract.* 3 *cap.* 6 *quaest* 8. Reginaldus, *lib.* 13 *nu* 160. Bonacina, *de leg. disp.* 1 *quaest* 1 *pu.* 4 *num* 27. cum hac limitatione: Nisi constet, superiorem velle obligare independentèr ab acceptatione. Rebellius, *de oblig. iust pa.* 1. *lib.* 1. *q.* 5 *nu* 7. Gonzal *ad reg.* 8 *Cancell.* §. 17. *nu* 3. Nauarr. *concil.* 1 *de const. quaest.* 5. *nu.* 23 *&* 24. *& in sum cap* 23 *num.* 41. Lessius, *lib.* 2 *cap.* 22 *dub* 13 *nu.* 98. Sanctarell. de haeresi *cap* 13 *num.* 21 Filliuc. *tom.* 2. *tract.* 21. *cap. vlt. num* 429 Miranda, *in manual. Prelat. tom.* 2 *quaest.* 25. *art.* 21. Emanuel Sà, *v. lex. nu.* 1. Diana, *part.* 1. *tract.* 10. *resol.* 1. Sayrus, *in clau. Reg lib.* 3. *cap* 5. *nu.* 14. & alij.

28 Tùnc verò dicitur, Lex vsu recepta: quandò non vnus, vel duo eam recipiũt; sed maior pars Communitatis eam recipit: faciendo, quod Lex praecipit: Aùt illam non reijciendo, ac improbando. Tùnc verò dicitur, non esse vsù recepta: quandò populus, vel maior pars populi prosequitur facere, quod facere consueuerat antè legis promulgationem. Et hoc verum est, siuè populus sciat legem promulgatam esse, siuè ignoret. Ità Salas, *de leg disp.* 13. *sect.* 2. *nu.* 9 *&* 11. Reginaldus, *lib.* 13. *nu* 164. Azorius, *pa. lib.* 5. *cap.* 4. *qq.* 7 Suarez, *lib* 4 *cap.* 16. *num* 9 *& lib.* 3. *cap.* 19. *nu.* 9. Bonacin. *de leg. disp* 1. *quaest.* 1. *pun.* 4. *nu.* 28. Merolla, *to.* 2. *de leg. disp.* 4. *cap.* 3. *nu.* 188. & alij.

29 Quò verò ad Leges Ecclesiasticas, Prima opinio negat. Cuius ratio est: Quià Pontifex habet potestatem, condendi legem; nõ à Populo Christiano, sed à Christo: ergò per illam potest ferre leges, habentes efficaciam, & valorem ad obligãdum Ecclesiam, ad acceptandum legem. Patet consequentia: Quià alias potestas non esset absoluta, & efficax. Confirmatur: Quia Christus absolutè dixit Petro, cui Pontifex succedit: *Quodcumquè ligaueris super terram &c. Et pasce oues meas:* De populo autem Christiano nihil dixit: nec posuit conditionem, si populus acceptauerit. Ità, praeter Doctores citatos in num. 26. docent Castro. *lib.* 1. *de leg. pa. nal. cap.* 1. Suarez, *lib.* 4. *de leg. cap.* 16. *n.* 2. Leonardus Duardus, *in Bull. Coena lib.* 1. *cap* 3. *quaest.* 6. *num.* 9 Diana. *par.* 1. *in* 2. *edict tract* 10. *resol.* 1. *in fine* Sayrus, *in clau. Reg. lib.* 3. *cap.* 5. *nu.* 14. & alij.

30 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: Quià ità voluntas Summi Pontificis interpretatur: vt quamdiù Lex ipsius nõ est à Populo recepta; velit obligationem eius suspendi, nè detur peccandi occasio: quod maximè ex ipsius tollerantia colligitur. Et confirmatur ex verbis Pauli 2. ad Corinth. 12. vbi asserit: Christum dedisse hanc potestatem Praelatis Ecclesiae: non in destructionem, sed in aedificationem. Ergò praesumendum est: Praelatos non velle vti sua potestate contrà cõmunem populorum consensum: hoc enim esset vti in destructionem, non in aedificationem. Ità Maior, *in* 4. *dis.* 15. *quaes.* 4. Angelus, *v. Lex. nu.* 4. *in fine*, & ibi Armilla, *num.* 11. Nauarrus, *cap.* 23. *sum. nu.* 41. *& consi.* 1. *de const. qu.* 5 Couarr. *lib.* 1. *variar cap.* 16. *nu.* 6. Felinus, & alij, *in cap.* 1. *de treg. & pace vbi gloss v frangere.* Henricus Prot. *tract. de synodo, post* 3 *par. art.* 2 *à num.* 50. *&* 62. Azorius, *pa.* 1. *lib.* 5. *cap* 4. *quaest.* 1. Reginal. *to.* 1. *lib* 13. *cap* 16. *num.* 160. Beccanus, 1. 2 *tract* 3. *cap.* 6 *qu.* 8. *nu.* 2. Vilalobus. *to.* 1 *sum. tract.* 2. *dub* 16 *nu.* 6. Riccius, *to.* 4 *prau resol.* 190. Naldus, *in sum. v. lex. nu.* 9. Rebell. *de oblig. iust pa.* 1. *lib.* 1. *q.* 5. *nu.* 7. Filliucius, *tom.* 2. *tract.* 21. *cap vlt. nu.* 420. Lessius, *lib.* 2. *cap.* 22. *dub.* 13. *nu.* 98. & alij.

An quandò Subditi nolunt acceptare Legem, supplicationem faciunt Superiori: possint interìm suspendere obligationem legis? Dub. 4.

31 EST communis opinio Doctorũ: Quòd si supplicatio fiat ex causa rationabili, licitè fieri potest. Ratio istorũ Doctorum est: Quià hoc nullo iure prohibetur, & est valdè consentaneum rationi. Quià eò ipso, quod lex Ecclesiastica vniuersalitèr fertur: facilè fieri potest, vt non congruat moribus, aut dispositionibus Gentium, pro quibus fertur. Nam Ecclesia cõplectitur varia Regna, & Prouintias, habentes varios ritus, & modos viuendi. Vndè licèt talis lex, regularitèr loquendo, non sit disconueniens, vel nimis dura pro vniuersa Ecclesia; & ideò respectu totius, non habet locum supplicatio: nihilominùs fieri potest; vt in vno, vel alio Regno, aut Prouintia, fit

sit nimis incongrua, ac dissentiens à moribus eius. Tùm etiam probatur ex Consuetudine: Scimus enim, ità seruari in multis Prouintijs Ecclesiæ: & Pontificibus non displicere, quandò causa est rationabilis, & cum debita moderatione, ac submissione fit Supplicatio.

Dubitatur verò: An prò tempore, quo durat Supplicatio, teneantur subditi seruare legem?

31 Affirmatiuè respondet Prima opinio. Cuius ratio est: Quià quamuis Lex aliquod incommodum, vel difficultatem cōtineat: tamèn de se obligat, (supponunt isti Doctores, illam difficultatem, quàm lex continet, esse intrà latitudinem iustæ legis.) Et per consequèns tenentur Subditi parere illi: iuxtà illud Vlpiani, *in leg. prospexit. ff. qui, & à quibus. Quodquidē per quā durum est: sed ità Lex scripta est.* Nam, licèt durum sit Superioris mandatum, obediendum est: Vt dicit Glossa. *in cap. ex parte, 2. de offic. de leg.* Ità docent Vasquez, 1. 2. *disp.* 156. *cap.* 5. *nu.* 43. Suarez, *lib.* 4. *de leg. cap.* 16. *nu.* 8. & *lib.* 5. *cap.* 33. *nu.* 9. Rodoriquez, *to.* 1. *qq. regul. quæst.* 6. *art.* 7. Salas, *de leg. disp.* 16. *sect.* 11. *in fine.* Io. del. Cruz, *in direct. conscient. par.* 1. *præcep.* 7. *quæst.* 6. *dub.* 2. *concl.* 3. Lorca, 1. 2. *tom* 2. *disp.* 20. Merolla, *to.* 2. *de leg. disp.* 4. *cap.* 4. *dub.* 19. *num.* 276. Ferd. à Castro, *in oper. moral. p.* 1. *tract.* 3: *disp.* 1. *pu.* 13. *nu.* 14. Rebuffus, *in leg. si qua pœna. ff. de verb. signif.* & alij, qui cum hac limitatione dicunt: Dummodò quod lex seruari possit. Quòd si seruari non possit sinè magna rerum mutatione, aùt periculo alicuius scandali: tùnc enìm ex benigna interpretatione voluntatis Pontificis, lex censetur, pro tùnc, non obligare: ac proindè poterit nō seruari absquè periculo peccati.

33 Secunda opinio negat. Cuius ratio est: Quià si habent iustam causam: non solùm possunt Supplicationes, & præces ad Legislatorem transmittere, vt legem reuocet; verùm etiam Legis obligationem interìm suspendere; donèc iterùm constiterit de voluntate Legislatoris. Et hoc *ex cap. si quandò, de rescrip.* vbi Papa declarat illicitum esse non exequi, donèc ipse pleniùs informetur, quandò vera, & rationabili causa interdicit. Tùm, quià talis præsumitur rationabilis voluntas Legislatoris: Nam posita aliqua iusta causa; consonum videtur, vt subditi habeāt aditum ad Legislatorem, pro reuocanda lege. Et interìm non obligentur illam seruare; donèc Legislator mentem suam explicauerit. Tùm quià sic vsu receptum videtur esse in multis Prouintijs Ecclesiæ: Nèc Summo Pontifici displicere, iusta concurrente causa. Testatur Bonacina, *disp.* 1. *de leg. quæst.* 1. *pu.* 4. *num.* 41. Et docent etiàm Layman. *in Theolog. moral. lib.* 1. *tract.* 4. *cap. cap.* 3. *nu.* 7. Molina, *tract.* 5. *disp.* 65. *in fine.* Malderus, 1. 2. *quæst.* 90. *art.* 3. *dub.* 2. Salas, *de leg. disp.* 18. *sect.* 4. 21. Diana, *part.* 1. *tract* 10. *resol.* 6. Salonius *to.* 2. *de iust. tract. de cens. art.* 3. *disp.* 4. *concl. vlt.* Vilalobos, *tom.* 1. *sum tract.* 2. *dub.* 16. *num.* 6. Granad. 1. 2. *controu.* 7 *tract.* 3. *p.* 1. *disp* 7. *nu.* 9. Bannez, 2. 2. *quæst.* 78. *art.* 4. *dub penult.* & alij.

An si Summus Pontifex, audita supplicatione Communitatis, taceat, & nō respondeat Supplicationi, ad se transmissæ: præsumatur, Legis obligationem confirmare: An potiùs reuocare, seù suspendere? Dub. 5.

34 Cum limitatione respondent Bonacina, *de leg. disp.* 1 *quæst.* 1. *pu.* 4. *nu.* 43. Salas, *de leg disp.* 18 *sect.* 4. *num.* 21. & alij, scilicèt: Si summus Pontifex, audita Communitatis supplicatione, taceat, & non respondeat dictæ Supplicationi: præsumitur consentire, & legis obligationem tollere: nisi alitèr constaret, Prīcipem supplicationē non suspendere: Nō quià nolit obligationem legis tollere, vel suspendere; sed vt suauitèr, & cum minori offensione, & damno reijciat supplicationem: Tunc in hoc casu, non licebit ampliùs legis executionem.

35 Absolutè verò Ferd. de Castro, *in Opere moral. pa.* 1. *tract.* 3. *disp.* 1. *pu.* 13. *num.* 15. ait: Si Princeps audiat supplicationem Communitatis, pro reuocanda lege, & tacet; censetur potiùs reuocare, quàm confirmare. Ratio istius est: Quià tenebatur legi insistere, & subditos ad illius obseruātiam vrgere, si animum habebat obligādi. Cùm igitùr nihil horum faciat; censetur petitioni illorum annuere.

An incurrat aliquam pœnam, qui absquè ratione non acceptat, vel impedit, nè Lex condita seruetur? Dub. 6.

36 Prima opinio ait: Peccare mortalitèr eum, qui absquè sufficienti causa,

legem promulgatam non seruat: vel in casu est nè acceptetur. Quià lex obligat ad sui acceptationem: Ergò qui legem statim violat, contrà illam delinquit. Et qui non acceptat, etiam in hoc legem transgreditur. Ità Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 3. dub. 20. num. 196.* Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 3. cap. 5. nu. 14.* Salas, *de leg. disp. 13. sect. 1. nu. 5.* Vasquez, 1. 2. *to. 2 disp. 156. cap. 8. n. 36.* Malderus 1. 2. *quæst. 19. art 3. dub. 2. dist. 2.* Vuiguer *in 1. 2. D. Thomæ, quæst. 96. art. 4. nu. 99.* Cordonus, *to. 1. lib. 2 q. 9. cap. 8 num.* 30. Becanus, 1. 2. *tract. 3. cap 6. quæst 8. nu. 5.* Vilalobus, *to. 1 sum. tract. 2. disp. 19. nu. 5.* Castrus Palatus, *in Oper moral. to. 1. tract. 3 disp 1. pu. 14. nu. 1*. & alij.

37 Secunda opinio distinguit: Aùt Legislator intenderit obligare independentèr ab acceptatione populi; aùt depēdentèr. Si indepēdētèr ab acceptatione intēderit obligare; cēser, subditos peccare, nō acceptando: Quià faciunt cōtrà superioris voluntatē, obligatis ad acceptandā legē. Si verò intenderit obligare dependentèr ab acceptatione, non videtur peccare: Quià acceptatio est conditio, requisita ad legis obligationem. Ergò si lex non acceptetur, non obligat: & consequentèr non peccat, qui illam non acceptat: quià non dùm purificata est conditio, sub qua Legislator intēdit obligare. Et Princeps intendit solùm obligare cum conditione, si lex acceptetur. Ità Megala, 2. 2. *lib. 2. cap. 6. quæst. 3 nu. 115. & 117* Ludouicus Montesinus 1. 2. *tom. 2. tract. de leg. disp. 23. quæst 80 nu 137.* Bonacina, *de leg. disp. 1. quæst. 1. pu. 4. num 39.* Suarez, *de leg. lib. 3. cap. 9. nu. 12.* & alij.

An Lex, quæ non est vsu recepta, vt non obliget, requiratur: vt Princeps sciat, legem non esse receptam, & tolleret ipsius non vsum? Dub. 7.

38 Affirmatiuè respondent Reginaldus, *to. 1. lib. 13. cap 16. nu 162.* Salas, *de legib. disp. 13 sect. 2. nu. 12.* Siluester, *v. lex. quæst 6* & alij.

39 Alij verò dicunt non requiri: sed sufficere tacitum ipsius Principis consensum. Immò satis est, non obseruare legem; etiā si Princeps hoc nesciat. Ratio est: Quià lex non obligat vltrà intentionem Legislatoris: Sed Legislator non intendit obligare, nisi sub hac conditione, si acceptetur, vt suppono; ergò si lex non acceptetur, non obligat: siuè Princeps cognoscat, legem non esse receptam, siuè nesciat. Ità Filliucius, *to. 2. tract. 21. cap. vlt. nu. 429.* Diana, *p. 1. tract. 10 resol. 4.* Suarez, *lib. 4. cap 16 nu. 10.* Azorius; *pa. 1. lib. 5. cap. 4. q. 2.* Bonacina, *de leg. disp. 1. quæst. 1. pu. 4. nu 45.* & alij.

Dubitatur: Quanto tempore liberum sit Legislatori compellere subditos, ad seruandam legem promulgatam?

40 Communis opinio ait: Si Lex non obseruatur, sciente Legislatore, & non puniente, cum possit; nullum certum tempus necessarium esse: Quià nullum est ius, quod illud præscribat: sed sufficere (secundùm aliquos) duos, vel tres actus, factos contra legem. Sic Bartol. *in leg de quibus num. 10. ff. de leg* Panormit. *in cap. 1. de treg & pace.* Azorius, *pa 1 lib 5 cap 4 quæst. 6* Emanuel Sà *v lex. nu. 1.* Reginald. *tom. 1. lib 13. cap. 16. n 162.* Rodoriquez, *to. 1. qq regul quæst 6. art 12.* Miranda, *in manual. Prælat p. 2 quæst. 24. art. 1. concl 3.* & alij Quorū ratio est: Quià ad inducendam consuetudinem, binus actus sufficit: & frequentia actus contingit, quando bis fit: Nàm quandò bis fit, frequentèr fit: Vt dicunt Sanchez *tom. 2. sum. lib 6. cap. 16. nu. 109.* & alij.

Quid dicendum, quandò interuenit ignorantia Principis? Dissentio est inter Doctores.

41 Aliqui, vt Panormitanus, *in cap. 1. de tregua, & pac.* & alij, requirunt tempus quadraginta annorum, vt lex abrogata censeatur.

42 Azorius verò, *par. 1 lib. 5 cap 4 quæst. 4.* Suarez, *lib 4 de leg. cap. 16. nu 11.* Salas, *de leg disp. 13. sect 2. nu 15.* Nauarr. *cons. 1. de const quæst 5 nu 24* Couarr *lib. 2 var. cap 16 n 1.* Card. *ca. in istis. §. leges, dist. 4.* Iaso. *in l. g rē non nouam ff. de iudicijs*, & alij dicunt: sufficere, & necessarium esse tempus decem annorum: Quià hoc tempus sufficit, vt dicatur consuetudo, seù præscriptio longi temporis, iuxta Gloss. *in cap. vlt. de cons. in 6.*

43 At Felinus, *in cap. 1. de tregua, & pace, num. 13.* Henric. Brot *tract. de Synod. art 2. nu. 63.* Suarez, *d. cap 16. nu 12.* Diana, *part. 1. tract. 10 resol. 7.* & alij dicunt: Quod non requiritur certum tempus: sed solùm repugnantia per actus contrarios, in numero sufficienti arbitrio Prudentium. Quæ etiam sumitur ex Glossa, *in cap vlt de consuet. lib. 6.* & alibi: quare nùs ad hanc dero-

derogationem, sufficere habitualem, seù tacitam voluntatem Principis, non obligandi contra morem. *arg. cap. vlt. de consuet in 6.* Nàm licèt Princeps ignoret subditorum consuetudinem, sempèr retinet illam voluntatem : & itá non requiritur nouus eius consensus: ergò nec scientia: ergò nec determinatum tempus. Probatur hæc vltima consequentia : Quiá nullum est ius, quod prescribat illud tempus decem annorum : neque ex natura rei est necessarium. Et vsus videtur esse incontrarium : quiá, vt lex censeatur non acceptata ; non solet expectari illud tempus: sed solùm, quiá pro maiori parte, per sufficientem consuetudinem repugnatum sit.

De Materia Legum.
CAP. IV.

Quæ nàm est materia Legis? Dub. 1.

1 COmmuniter Doctores dicunt: Illam esse materiam legis, circá quam versatur lex: seù quæ præscribitur, vel prohibetur á lege. Vndè actiones humanæ sunt materia legum. Quorum ratio est : Quiá illa est materia legis circá quam versatur lex : sed lex versatur circa humanas actiones, præcipiendo bonos, & prohibendo malos: ergò actiones humanæ sunt materia legis.

Dubitatur primò : An tàm actus futurus, quàm præteritus possit esse materia legis?

PRo resolutione huius difficultatis: sciẽdum est (vt ait Merolla, *tom. 2. de leg. disp. 4. cap. 4. dub. 11. num. 104. vers notandum.*) Duplicem esse legem : Quædã dicitur Declaratiua: alia Constitutiua. Lex Declaratiua dicitur illa, quæ non cõdit ius, quatenùs talis est : sed tantùm declarat, quid secundum aliud antiquiùs ius fieri debeat, aùt non fieri. Lex autèm Constitutiua nouum ius introducit, quãtùm in ipsa est: Rursùs distinguendi sunt tres effectus legis, scilicèt: Obligare: Pęnam imponere : & Actum irritare.

2 His suppositis, ipse Merolla *in nu.* 105. Panormit. Felin. Decius, & alij communitèr, *in cap vlt de const.* Bartol. & alij Legistæ, *in leg. omnes populi.* Lex Declaratiua, quantùm in se est, comprehendit non tantùm futura, sed etiam præterita. Sumitur etiam ex Authent. *de filijs, ante dotalia instrumenta natis, collat. 3.* Et sumitur etiàm ex exemplo, *ex cap vlt. de sponsa duorum.* Vbi Matrimonium contractum, & consummatum, post aliud ratum, & nondùm consummatum, declaratur nullum : quod ad præterita extenditur.

3 Quandoquè verò (ait Merolla. *tom 2. disp. 4. cap 3 dub. 11. nu. 15.*) Leges Declaratiuæ respiciunt tantùm actus futuros : vt cùm addunt has particulas, *ex nunc, in posterum, decætero*, & similes, vt limitẽt legem, nè ad præterita extendantur. Exẽplum est *in cap. Aqua. de const. Eccles. vel altar.* Vbi declarat Pontifex: violatam Ecclesiam non posse reconciliari per Sacerdotes

dotes, sed per Episcopum tantùm. Et nihilominùs addit particulam, *Deceterò*. Immò statìm præcipit, sustineri reconciliationes, prius factas à Sacerdotibus. Vbi notat ipse Merolla, quòd cum dixit ibi Pontifex, Ecclesiam violatam non posse reconciliari per Sacerdotem: intelligẽdum est de Ecclesia cõsecrata. Nàm quãdò Ecclesia violata non est consecrata, reconciliari potest per Sacerdotem cum licentia Episcopi: Vt ait etiàm Glossa. *in cap. si Ecclesia. v. lauetur, eod. tit.*

4 Secundò docent Glossa. *in cap. 1. de cler. non resid in 6. v. receperint & in clem. 1. de testam. 1. de concess. præb. v. censemus.* Nauarr. *in comment. de dat & promiss. nu. 6.* Siluester, *v. lex quæst. 23* Azorius, *par. 1. lib. 5. cap. 16. quæst. 13.* Suarez, *lib. 3. de leg. cap. 14. nu. 8.* & alij, quod lex constitutiua iuris, per se, & quasi natura sua non extenditur ad præterita, sed de futuris tãtùm datur. Quò ad aliquos verò effectus, extendi potest ex voluntate Legislatoris, satis expressa, aut declarata. Hanc assertionem sumit Merolla, *num. 107. ex cap. 2. & vlt. de const & ex leg leges, & constitutiones. C. de legibus.* Ratio autem prioris est: Quià lex ponitur, vt regula humanorum actuum. Quandò autèm cõstituit ius nouum, introducit nouam regulam operandi: ergò ex natura sua fertur pro actibus futuris: Quià præteriti iàm non indigent regula: immò nec sunt capaces illius: quià ad præteritum non est potentia. Confirmatur: Quià præceptũ, vt tale est, non potest dari de præterito actu, sed de futuro, vt per se constat: At lex, vt est constitutiua, est præceptum quoddam: ergò &c.

An Lex Ciuilis possit obligare subditos in conscientiæ foro? Dub. 2.

5 NEgatiuè respõdet Almain. *de potest. Eccl. cap. 12.* Cuius ratio est: Quià nemo potest ligare in eo foro, in quo non potest soluere. Nã hæc duo sunt connexa, & quasi conrelatiua: Vt sumitur, *ex cap quod autèm, de pœn. remiss.* Sed Legislator humanus non potest soluere in foro conscientiæ, nec remittere culpam: ergò nequè potest obligare sub reatu veræ culpæ coràm Deo: ergo neque in conscientia. Et hanc opinionem videtur tenere Gerson. *to. 3. tract. de vita spiritual sect. Alphab. 62.* vbi dicit: Solũ Deũ posse dare præcepta affirmatiua, vel negatiua; obligantia sub pœna mortis æternæ.

6 Communis verò opinio ait: Legem Ciuilem habere vim, & efficaciam obligandi in conscientia. Quorum ratio est: Quià Legislator Ciuilis fert leges, vt minister Dei, per potestatem ab ipso receptam; saltèm mediatè: Ergò obligat in conscientia ad parendum. Patet consequentia: qui resistit Ministro Regis in eo, in quo Minister est: & quatenùs repræsentat personam Regis, planè censetur resistere ipsi Regi: vt patet ex consensu omnium hominum: & ex illo. 1. *Reg. 8. Non te abijecerũt, sed me.* Ergò in trãsgressione talis legis intercedit Dei offẽsio, & iniuria: ergò læditur conscientia: ergò res ipsa in obligabat. Tũ qà Ius diuinũ, & naturale, dictat, seruãdas esse iustas leges, à legitimis Principibus positas: ergò qui illas nõ seruat, agit contrà diuinam voluntatem. Iuxtà illud Petri. *Hæc est voluntas Dei.* & iuxtà verbum Christi, Matth. 23. *Quæcumquè dixerint vobis, facite.* Ergò illa transgressio est vera culpa, & peccatum; atque adeò contrà obligationem in conscientia Et ità D. Thomas. 1. 2. *quæst. 96. art. 4.* Medina, *ibi, quæst. 1.* Valentia, *disp. 7. quæst. 5 pu. 6.* Sanchez, *lib. 3 sum. cap. 9 nu 34.* Sotus, *lib. 1. de iust. quæst. 6 art. 1 ad 8.* Salmeron, *to. 4. in extrauag pa. 3. tract. 12.* Bonacina, *de leg. disp. 1. quæst. 1. pun. 7 §. 1. num. 1.* Suarez, *lib. 3. de leg. cap. 21. num. 5.* Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 3. cap 4. nu. 7.* Salas, *de leg. disp. 19 sect. 1. nu. 6. & sect. 8. num. 38.* Merolla, *to. 2. de leg disp. 4 cap. 3. dub. 21. nu 205.* Castro, *lib. 1. de leg. pœnal. cap. 4. & 5.* Couarr. *in reg. peccat. pa. 2. §. 3.* Bellarm *de Sum. Pont. cap. 15 & to. 2. lib. 3. de laic. potest cap. 11.* Nauarrus, *cap. 23. nu. 54.* & alij.

7 Quid dicendum de legibus Ecclesiasticis? An possint leges Ecclesiasticæ obligare ad culpam, seù in conscientia? Gersonius tenuit: Nullam legem Humanam, etiam Ecclesiasticam, obligare in conscientia: quatenùs humana, & Ecclesiastica est. Ità *de tract. de vita spiritual. sect. 4. Alphabet. 62. lit. G.*

8 Attamèn sententia communis verissima, & chatolica est: Legem Ecclesiasticã, ex genere suo, obligare in conscientia, & sub reatu culpæ, etiàm mortalis, si absolutè feratur. Vt constat ex communi sensu totius Ecclesiæ. Nam leges Ecclesiasticæ de ieiunijs, & seruandis festis, obligant sub mortali. Et confirmatur: nàm leges Ecclesiasticæ sæpè ferũtur sub pœna Excom-

Excommunicationis maioris, ipso facto incurrenda. Non potest autem in talis Excommunicatio incurri, nisi propter culpam mortalem: ergo tales leges obligāt in conscientia: cum transgressio earum non fiat sine graui culpa. Ita D. Thomas, 1.2. *quæst.* 96. *art.* 4. & ibi Medina, Sotus, *lib.* 1 *de iust quæst.* 6. *art.* 4. D. Antoninus, *pa.* 1 *tit.* 18. *cap.* 1. *§.* 2. Io. Medina, C. *de ieiunio. quæst.* 7. Angelus, *v Lex, num* 3. & ibi Siluester, *quæst.* 8. *&* 9. Tabiena, *quæst.* 23. Nauarr. *cap.* 23 *summ. nu.* 48. Caietanus, 2.2. *quæst* 96 *art* 4 Bellarmin. *tom.* 1. *controu.* 3. *lib.* 4. *cap.* 15. & ibi Valentia, *tom* 2 *disp.* 7. *quæst* 5 *pun* 6. Suarez, *lib.* 4. *de leg. cap.* 17. *nu.* 4. Reginaldus, *lib.* 13 *n.* 174. Sayrus alios referens. *in clau. Reg. lib.* 3. Merolla, *tom.* 2. *de leg. disp.* 4. *cap.* 1 *dub.* 20. *nu.* 187. Bonacina, *de leg disp.* 1. *quæst.* 1. *pu.* 7. *§.* 1 *nu.* 1. & alij. Dixi, *ex genere suo*, Quia aliquandò Legislator potest intendere, & obligare tantum sub veniali. Et similitèr potest excusari à mortali, si materia est leuis. Ita communitèr.

An Lex Ciuilis obliget, vel obligare possit sub reatu culpæ mortalis?
Dub. 3.

9 FVerunt aliqui, qui dixerunt: Non posse Magistratum Ciuilem obligare suis legibus, & præceptis ad culpam mortalem. Ità Gersonius, *to.* 3. *tract. de vita spirit. lect.* 4. *Alphab.* 62. Almain. *de potest. Eccles. cap.* 12. & aliqui Canonistæ, & Immola, *in cap. cum contingat, de iur. iur. col.* 17. Felinus, *in cap.* 1. *de spons. n.* 19. Qui dixerunt: Non esse peccatum mortale, non parere legibus Ciuilibus, secluso contemptu. Et ità dicunt Io. Valer. *in diff. vtriusq; fori, v. ignorantia, diff.* 2. Tapia *in iure Regni Neapolitani, lib.* 1. *tit de leg. § obseruentur, nu.* 18. & alij.

10 Communis verò opinio docet. Legem Ciuilem ex genere suo obligare posse sub reatu culpæ mortalis. Ratio est: Quià lex Ciuilis, seu Humana, ex se obligat in conscientia, vt in dub. 2 probauimus. Ergò etiam ex se inducit obligationem, materiæ proportionatam; si circà illam absolutè feratur: Ergò ex se inducere valet obligationem sub mortali. Confirmatur: Quia ratio naturalis dictat, talibus legibus esse obediendum; sicùt dictat, esse obediendum parentibus: & sicùt dictat, promissionem Deo factam, esse seruandā. Ergò sicùt non seruare vota, vel non obedire parentibus, ex suo genere, est peccatum mortale: ità etiam non seruare leges Ciuiles, seu (quòd perindè est) non obedire Principi sæculari, ex suo genere, est peccatum mortale: Ergò leges Ciuiles, ex genere suo, possunt obligare ad mortale. Ità D. Thomas. 2. 2. *quæst.* 104. *ar.* 6. *iuncto art.* 1. *quæst.* 105. *&* *quæst.* 147 *art* 3. Sotus, *lib.* 1. *de iust q* 6. *art.* 4. Castro, *lib.* 1. *de leg pœnal cap.* 4 *&* 5. Medina, C. *de pœnit. tract.* 4 *de ieiun cap.* 7. Couarr. *in reg. peccatum pa.* 2. *§.* 5 *nu* 2. *&* 3. Vilagutius, *tract. de extens legum, tit. de extent. leg. in genere, prælud.* 3. *nu.* 8. Suarez. *lib.* 3. *de leg. cap.* 24 *nu.* 2. Merolla, *tom.* 2. *de leg. disp.* 4. *cap.* 3 *dub.* 24. *nu.* 232. Nauarr. *cap.* 23. *sum. nu.* 55. & alij.

11 Dixi, *ex genere suo*: Quià certum est, in indiuiduo, seu in singulis legibus, non semper esse tam grauem obligationem; vt transgressio legis Ciuilis reatum æternæ pœnæ inducat. Nàm ex parte materiæ, seu intentionis Legislatoris potest esse peccatum veniale. Ità Suarez, *lib.* 3. *cap.* 27. *&* *lib* 5. *cap.* 4. *num.* 2. Vasquez, *c.* 2. *disp.* 159 *cap.* 2. Sayrus, *in clau Reg. lib* 3. *cap.* 7. *nu.* 1 Salas. *de leg. disp.* 10 *sect* 5. Bonacina, *de leg. disp.* 1. *quæst.* 1. *pu.* 7. *§.* 1. *nu.* 2. & alij.

An, vt lex Ciuilis obliget sub culpa mortali, requirat materiam grauem?
Dub 4.

12 NEgatiuè respondet prima opinio. Existimat enim hæc opinio, solùm ex intentione Legislatoris pēdere, quòd præceptum obliget sub mortali, si illa sciatur sufficere. Quià ex illa pēdet legis vis. Ità Angelus, *v lex num.* 3. Vbi Armilla, *nu.* 4. Siluester, *v Præceptum quæst.* 3. Corduba, *quæst.* 188. *sum pun.* 2. Caietanus. *v peccati transgressio*; & alij.

13 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: Quià sicùt lex Diuina naturalis non obligat sub mortali in materia leui: ità non potest id facere lex Humana. Tùm quià, sicùt lex Ciuilis iniusta esset, & nulla, quò ad partem, si imponeret pro leui crimine pœnam mortis: ità erit iniusta lex Humana, si imponeret reatum pœnæ æternæ apùd Deum, in materia leui, secundum rectam existimationem apud eundem Deum. Tùm quià talis lex non esset in ædificationem; sed indestructionem, & scandalum, & occasionem ruinæ: & onus imponeret graue, & importabile.

le. Non ergò potest talem imponere obligationẽ. Vndè nõ est in potestate Legislatoris humani obligare sub mortali in materia leui: etiam si maximè id velit, & intendat. Ità Sotus, *lib. 1. de iust. quæst. 6. art. 4. post medium* Suarez, *lib. 3. de leg. cap. 25. nu. 4.* Driedò, *lib. 3. de libert. christiana, cap. 3. ad 5.* Med. *1. 2. quæst. 90. art. 4. dub. 1.* Castro, *lib. 1. de leg. pœnal. cap. 5. docum. 2. & 4.* Valentia, *1. 2. disp. 7. quæst. 5. pu. 6. quæst. 3.* Cordub. *quæst. 188 sum. pu. 1* Azorius, *part. 1. lib. 5. cap. 9. quæst. 5.* Salonius, *2. 2. quæst. 77 art. 1. controu. 8. vers. Tertio.* Sayrus, *in clau. Reg. lib. 3. cap. 7. num. 14.* Sanchez, *lib. 1 sum. cap. 4. nu. 4.* Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 3. dub. 21. n. 226.* & alij.

14 Vndè præceptum impositum sub mortali in re leui, solùm obligat sub veniali. Ratio est: Quià actus, qui non valet, vt agitur; valet saltêm eò meliori modo, quò potest: Ergò lex, quæ non obligat sub mortali in materia leui, obligat saltèm sub veniali. Hic enim est melior modus: & hæc præsumitur intentio Præcipiẽtis, qui dum vult obligare plùs quàm potest; censetur etiam velle obligare, quãtum potest. Ità Bonacina, *de leg. disp. 1. qq. 1. pu. 7. §. 4. nu. 13 circà finem.* Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 3. dub. 25. diff. 1. nu. 222.* Sanchez, *lib. 6 sum. cap. 4. nu. 6. in fine.* Diana, *part. 5. tract. 5. resol. 48.* Baldellus, *in disp. Theologicis to. 1. lib. 5. disp. 20. nu. 9.* Suarez, *de leg. lib. 3. cap. 26. nu. 6.* & alij.

Dubitatur primò: An, vt fractio legis sit peccatum mortale; requiratur, vt sit valdè vtilis Reipublicæ: & sequi ingens damnum ex tali fractione: An verò satis est, quantitatem in se esse magnam?

15 PRima opinio est aliorum, dicentium: Non esse opus, vt fractio legis, ex se valdè vtilis Reipublicæ, sit mortalis, sequi ingens damnum ex illa fractione particulari: Sed satis esse, quantitatem in se esse magnam. Vndè si Rex prohibet nè arma, nequè pecuniæ, aùt aliæ merces ex Regno extrahantur: Vel nè triticum coactè vendatur: Tùnc si in graui quantitate hæc fiant ab aliquo, peccat mortalitèr, etiàm si damnum graue ex tali exportatione Reipublicæ non sequatur. Cuius ratio est: Quià in tali casu non debet aspectare quale damnum sequatur, vno contrauenĩente; sed quale, si à multis, & communitèr fiat. Et confirmatur: Quià aliàs finis legis frustraretur. Nunquàm enim quilibet tantam quãtitatem extrahit; vt ex ea sola, ineens Reipublicæ damnum sequatur. Ità Sanchez, *tom. 1 summ. lib. 1. cap. 4 nu. 8.* Victoria, *in tract. de potest. ciuil nu. 19* & Merolla *tom. 2. de leg. disp. 4. cap. 3. dub. 25. nu. 241.*

16 Secunda opinio est aliorum, asserẽtiũ: Tunc peccare mortalitèr, quotiès ex tali asportatione Respublica, seù Ciuitas dãnum graue pateretur. Quorum ratio est: Quià tota ratio huius prohibitionis, (vt suppono) est vitatio damni Reipublicæ. Ergò dum Respublica grauitèr nõ damnificatur; non fit grauitèr aduersùs huiusmodi prohibitionem. Secundò sequeretur ex apposita sententia: asportare quantitatem, de se sufficientem ad furtũ, esse peccatum mortale aduersùs hanc legem; quod videtur ridiculum: Quià illa quantitas de se grauis est: & si passim, & communitèr à multis asportaretur; non est dubium, Ciuitatem forè accepturam graue damnum. Ità Castrus, Palaus, *in opere moral. to. 1. tract. 2. disp. 2. pu. 7. nu. 4.* Diana, *part. 3. tract. 3. resol. 90 & part. 5. tract. 5. resolut. 49.* Granad. *1. 2. controu. 3. p. 1 disp. 4. nu. 19* Margarita, *confess. in qq. moral. quæst. an licitè possit.* & alij.

Dubitatur secundò: An Superior ratione circumstantiarum possit præcipere sub peccato mortali materiam leuem?

17 NEgatiuè respondent communitèr Doctores, regularitèr loquendo. Quorum ratio est: Quià Superior non potest in materia leui obligare subditos sub mortali: vt diximus, in nu. 13. & 14. Vndè Duuall. *in 2. 2. D. Thom. tract. de legib. quæst. 5. art. 4. concl. 2. in fine*, ait: solum Deũ in leui materia posse ad mortale obligare: vt probabile est, fecisse ergà Adam, & Euam, ratione esus fructus vetiti.

18 Dixi (*regularitèr loquendo*:) Quià aliquandò Prælatus Religionis potest obligare subditos sub mortali, ex materia leui: quandò, ratione circumstantiæ ipsa materia redditur grauis. Quià sepè cõtingit, vt materia præcepti sit secundùm se leuis, & obligationis sub mortali incapax; & tñ ex circumstantiis boni communis adiunctis, quas Superior intendit, fit grauis, & cadat sub obligatione ad mortale: vt ratione scandali vitandi, etiàm si illud non esset ex se mortale: aùt ratione

iacturæ

sactura boni communis, Religionis, periculi etiàm transgrediendi voti, &c. Vndè Prælatus potest aliquandò obligare subditos ad silentium: aùt ne Religiosus aliquis accedat ad hortum communem Conuentus: aùt ad talem secularis domū: aùt nè transeat per talem viam, etiàm si cum licentia sua exiret extrà Conuentū: vel nè cum tali, vel tali persona loquatur. Hæc enim, & similia, licèt in se considerata, videantur parui momenti; comparata tamèn ad honestatem, & bonum nomen Religiosorum: aùt ratione scandali, vel periculi, vel alterius circumstātiæ, efficiuntur res magni momenti: Et i leò obligant sub mortali. Ità Valentia, 1. 2. *disp* 7 *q*. 5 *nu*. 6. Reginaldus, *lib*. 15. *nu*. 43. Salas, *de leg. disp* 10 *sect*. 6 *nu* 32. Sanchez, *lib*. 1 *sum cap*. 4. *nu*. 3. Molsesius, *to*. 1. *sum. lib* 1 *cap* 4 *nu*. 3. Medina, 1. 2. *quæst*. 96 *art* 4. *dub*. 2. Merolla, *to*. 1. *de leg disp*. 4. *cap*. 3. *nu* 138. Montesinus, *in p*. 2 *to* 2 *disp*. 23 *quæst*. 9 *n*. 161. Sayrus, *in Clau. Reg. lib*. 3 *cap*. 1 *nu*. 14 Diana, *par*. 3 *tract*. 6 *resolu*. 91. *& par*. 5 *tract*. 5 *resol*. 47. & alij. Vndè Prælatus non potest in materia leui obligare sub mortali, seclusis supradictis circumstantijs: Quià tùnc sempèr erit peccatum veniale: etiam si Prælatus iubeat in virtute Sanctæ obedientiæ. Vt benè notat Castrus Palaus, *de leg. pœnal. lib*. 1. *cap*. 5. *doc* 2 Baldell. *to*. 1. *lib*. 5. *c* 20. *n*. 8. & alij.

19 Ex his deducitur: Aliqui Religiosorū præcepta in virtute sanctæ obedientiæ in gressum in Cellas, ob aliqua incommoda vitanda, obligare etiàm in casu, in quo aliquis certè sciat non adesse ibi periculum; ratione cuius præceptum impositū fuit: Quià, esto non adsit periculum in illo casu; adest tamèn generalitèr, & in plurimum: Et hoc sufficit: quià hæc fuit causa imponendi præceptum. Ità Castrus Palaus, *to* 1 *de leg pœnal tract*. 3 *disp*. 1. *pu*. 14. *nu*. 13. & Basilius Pontius, *de matrim. lib*. 5. *cap*. 5. *nu*. 11.

Dubitatur tertiò: An vouens possit in materia leui se obligare sub mortali?

20 Affirmatiuè respondit Prima opinio. Ità Sayrus, *in Clau. Reg lib*. 1 *cap*. 6. *nu*. 7. & Fagundez, *de præcep. Eccl. pa*. 1. *lib* 9. *cap* 3. *nu*. 11. Qui idem dicit de Confessario, imponente pœnitentiam leuem, animo obligandi ad mortale.

21 Secūda opinio, cui ego adhæreo, negat. Cuius ratio est: Quià sicùt Legislator nō potest obligare subditos in materia leui ad mortale, vt supra ostensum est: ità, neque vouens in materia leui, poterit se ad mortale obligare. Ità Valentia, 2. 2. *disp*. 6. *quæst*. 6 *pu q*. 2. *vers. secundo nō votum*. & ibi Aragonius, *quæst*. 88 *art*. 3 *concl*. 3. Corduba, *in sum. quæst*. 188. Sanchez, *li*. 4 *sum. cap*. 11. *nu*. 31. Sotus, *lib*. 7 *de iust. qu*. 2. *art*. 1. *in corp*. Caietanus, 2. 2. *quæst* 88. *art*. 3. *post med. comment*. Merolla, *to m*. 1. *de leg disp* 4. *cap* 3. *dub*. 25. *nu* 143. Reginald. *to*. *lib* 15. *cap* 6. *nu*. 42. Diana, *par* 5. *tract*. 5. *resol*. 50. Graffius, *par*. 1. *decis lib*. 2. *cap*. 18 *nu*. 2. Vasquez, 1. 2 *to*. 1. *disp* 158 *cap*. 4 *nu*. 34. Molsesius, *to*. 1. *sum. tract*. 10. *cap*. 16. *nu* 38. & alij.

An, & quomodò, ex verbis legum Humanarum, colligi possit intentio Legislatoris inducēdi obligationem sub mortali? Dub. 5.

22 Panormitanus, *in cap. non concupisces tiam. nu*. 2. *&* 3 *de const. & rub de obseru. ieiu in fine* Gabriel, *in* 4 *senten. d. st*. 17 *quæst*. 1 *art*. 1. *ad finem*. Angelus, *v. lex. nu*. 3. vbi Armilla, *nu*. 4. Siluester, *v. præceptum q*. 2 Io. Med. *C. de ieiun. quæst. de necess. seru ieiun.* § *vt igitur quodammodò* Azorius, *pa*. 1. *lib*. 5. *cap*. 6. *q* 5 Carbon. *de leg lib* 7. *disp*. 4 *prop* 2. *&* *disp*. 5. *prop*. 3. & alij, dicunt: Quotiès aliquid statuitur per verba præcepti, aut æquipollentia præcepto; denotari obligationem sub mortali: nisi aliundè contrarium deducatur. Et hoc probant, ex Clemen. *exiui*, § *cum igitur. vers. declaramus de verb. signif.* Vbi ex hoc fundamento, tanquàm generali, decidit Pontifex: Regulas Diui Frācisci, vtētes verbo præcepti, aut equipollēte præcepto, obligare sub mortali.

23 Limitant hanc sententiam, Castro. *lib. de leg. pœnal. cap*. 23. *docum*. 4. Nauarr. *cap*. 23 *sum. nu*. 52. Valentia 1. 2. *disp*. 7 *q* 5 *pu* 6. *quæst* 3. *in* 6 *signo*. Sayrus. *in Clau. Reg lib*. 3. *cap*. 7. *nu*. 27. & alij, qui ad leges Ecclesiasticas tantùm admittunt hanc sententiam. Quià ea verba præcepti, vel æquipollentia, sunt ex se indifferentia ad obligationem sub mortali, & veniali: Etenim præceptum est non dicendi verbū otiosum, non mentiendi; quæ ad solum veniale obligant. At nèc vsus, nèc Legislator aliquis Ciuilis, nec Scriptura sacra declararunt, ea verba inducere obligationem sub mortali: sed in solo iure Canonico declaratum est: in *d. Clem. exiui*:

E ergò

ergò ea verba præcepti, vel æquipollentia, in solo iure Canonico denotant obligationem sub mortali.

24 Impugnant hanc opinionem Ledesma, 2.*pa.*4 *quæst.*17 *art.*2 *dub* 6. Medina, 1. 2. *quæst.*96. *art.* 4 *verf. secunda regula*, & ibi Vasquez, *disp.*158.*cap.*4.*nu.*3. *&* 35. Salonius, 2.2.*quæst.*77.*art.*1.*controu* 8. *§ sed quamuis verissimum*. Sanchez, *lib.*6 *sum. cap.*4 *nu.*30 Merolla, *tom.*2. *de leg. disp.* 4. *cap.*3.*dub.*26. *nu.* 245. Toletus, *tract. de septem peccat. mortal cap.*20.*nu.*2. Suarius, *lib.*3.*de leg. cap.*26. & alij, dicentes: Verba præcepti, aut æquipollentia, in quacumque Lege posita, non sufficientèr indicare intentionem Legislatoris, obligādi ad mortale; sed aliundè eam intentionem deducendam esse. Quorū ratio est: Quià cum omnia ea verba, sint ex natura suā indifferentia, ad denotandam obligationem sub mortali, & sub veniali: vt patet de præcepto non mentiendi, non dicendi verbi otiosi, quæ non obligant ad mortale: nulla ratio sufficiens est suadens ex eis, in legibus humanis deduci obligationem sub mortali.

25 Ad cognoscendam intentionem Legislatoris, An fuerit obligandi ad mortale? concludunt Doctores citandi: Quotiès non constat aliundè de intentione Legislatoris; desumendam esse hanc regulam ex grauitate, vel leuitate materiæ præceptę. Et si illa grauis fuerit respectu finis, à Legislatore intenti: Lex obligabit sub mortali: & si leuis, obligabit sub veniali. Ità Medina, Vasquez, Suarez, suprà allegati, Aragonius. 2 2 *quæst.*62.*art.*3. *§. Et si quis quærat*. Sanchez, *d.cap.*4.*nu.*31. Sayrus, *in Clau. Reg lib.*3 *cap.*7 *nu.*15 Molina, *to.*2. *de inst. disp.*344. *in fine*. Merolla, *d cap.*4 *nu.* 249. & alij.

26 In legibus aliquādò addi solent aliqua verba, quibus clarè significatur, intentionem Legislatoris esse; obligare sub mortali: quāmuis lex nō feratur per verba præceptiua, vel æquipollentia præcepto: sed per verba indifferentia, & communia. Vt si in lege dicatur, *statuimus*, vel *ordinamus in virtute sanctæ obedientiæ*. Quià illud additum satis indicat, mentem Superioris esse, obligare grauitèr, & in quantùm potest. Ità Rodoriquez, *pa.*1 *su. in* 2.*edict.cap.*194 *nu.*2. Azorius, *pa.*1.*lib.* 5. *cap.*6 *q.*5. Sanchez, *lib.*6.*sum.cap.*4.*nu.*43. Sayrus, *in Cla. Reg. lib.*3.*cap.*7.*nu.*24. Salonius, 2. 2.*quæs.*77.*art.*1.*controu* 8.*regul* 2. & ibi Aragonius, *quæst.*62.*art*,3. Valentia, 1.2 *disp.*7.*quæst.*5.*pu.*6 *q.*1.*in* 3.*signo*, *&* 2.*disp* 10 *q.*4.*pu.*5 Gabriel *in* 4.*dist.*16. *q.* 3.*art.*1, *ad finem* D. Antonin.*pa* 2 *tit.*4.*ca.* 2.§.3.*&p.*3.3 *tit.*16.*cap.*1.*§.*9.*ad fin.* Angel. *v.lex.nu.*3 Siluester, *v. Præcept q.*2. Caetanus, 2.2 *quæst.*186.*art.*9 *circà sol. ad* 2. Armilla. *v lex n.* 4 Castr. *lib.*1.*de leg pœn. c.*5. *docum* 4 Io. Medina, *C de ieiun. quæst. de necess. ser ieiu § vt igitùr*. Ledes. 2.*pa.*4.*q.*17 *art.* 2 *ad* 6. Nauar. *cap.*23.*sum n.*53 & alij.

27 Ità dicendum est, si dicatur: *In virtute iuris iurandi præstiti, aut voti facti*. Quià perindè exigitur obedientia, vi illius vinculi sub mortali obligātis, debita. Ità Merolla. *to.*2.*de leg.disp.*4 *cap* 3.*dub.*26.*n.*251. Azorius, & Sanchez, locis citatis. Et ità si dicatur: *in virtute Spiritus Sancti*: Quià huiusmodi tam grauia verba satis indicant animum Superioris esse, velle grauē sub mortali obligationem imponere. Ità Ledesma, Merolla, Aragon. Armilla, Sanchez, locis citatis. Putat etiam Sanchez, si dicatur: *In nomine, vel virtute Iesu*. Et ità si dicatur; *sub interminatione Gehennæ*. Quià ea comminatio, non minori culpā, quā mortali, fieri valet. Ità Castrus Palaus *lib.*1.*de leg pœnal cap.*5. *docum.* 4. Suarez, *lib* 4.*de leg.cap.*18.*nu* 3 Sanchez, & Merolla citati. Et ità si dicatur: *sub pœna maledictionis æternæ*. Quià hęc solis inimicis Dei conuenit. Ità Angelus, Armilla, Suar. citati, Vasquez, 1. 2. *disp* 158.*cap.*5.*nu.* 46. Merolla.*n.*251.& alij. Et ità si dicatur: *sub pœna indignationis Dei*, ob eamdē rationem. Ità Siluester, Vasquez, Armilla, Angel, & alij, locis citatis. Vel, *sub pœna maledictionis Dei*: vt docent Toletus, *de pecc. mortal cap.*19 *n.*7. Sanchez, & Merolla. Aùt si dicatur: *sub indignatione Apostolorum Petri, & Pauli*, vt dicunt Sayrus, Salonius, Suarez. Valentia, Toletus, Nauarr. & alij. Aut si dicatur: *sub districto Dei iudicio*; quià graue est additū. Ità Gabriel, & Sāchez: Aùt si dicatur: *sub obtestatione diuini iudicij*. Ità Nauarrus, Valentia, Sayrus, & alij. Aùt si addatur particula: *strictè*: vt si dicatur: *strictè mandauimus*. Ità Nauar. Suarez, Merolla, Sanchez, & alij.

An, & quomodo, ex pœnis Legum Humanarum colligi possit intentio Præcipiētium, inducendi obligationem ad culpam, aùt inducendi hanc, vel illam? Dub. 6.

VT autē distinctè in hac re procedamus examinabimus circà hanc Quæstionē qua-

quatuor difficultates: Prima. An Pœna excommunicationis sit sufficiens signũ, legẽ, cui additur, obligare sub mortali?

28 Communitèr Doctores, quibus adscribuntur Vasquez, 1.2. *disp.* 158. *nu.* 4. Sanchez, *lib.* 1. *sum. cap* 4. *nu* 48. Merolla, *tom.* 2. *de leg. disp* 4 *cap* 3 *dub.* 17. *nu* 265. & Suarez, *lib.* 4. *de leg. cap* 18 *nu* 4. dicunt hi: Nõ esse signũ obligationis sub mortali, quãdò tranſgreſſori præcepti imponitur pœna excommunicationis minoris: Quia hæc censetur leuis pœna: & secundum omnes, pro solo veniali incurri potest. Quarè tùnc cõsideranda est aliundè grauitas materiæ; ad discernendum, An sit obligatio sub mortali? Si præcepti trãsgressori imponatur pœna Excommunicationis ipso facto incurrendæ: siuè explicando maiorem: siuè absolutè (*de maiori enim intelligitur cap. penult. de senten. excõmu.*) esse obligationem sub mortali: Quia hæc pœna pro solo mortali potest infligi.

Quid dicendum, quando Excommunicatio non est latæ sententiæ; sed ferendæ? An talis lex sempèr obliget ad mortale?

29 Aliqui dicunt: Non omnem Legem huiuſmodi obligare ad mortale: Quia antequàm excommunicetur tranſgressor, debet præcedere monitio. Vndè tùnc incipit esse mortale; quãdò post tranſgreſſionem legis, admonitus tranſgreſſor cessare non vult. Quia tunc potest excommunicari: Ità Ferdin. Castr. *in opere moral to.* 1. *tract.* 3. *disp.* 1. *pu* 15. *nu.* 3. Anglef. *in florib* 4 *sent pu.* 3. *q unica de voto art* 4. *diff.* 16 Valentia, 1.2. *disp.* 7. *quæst* 5. *pu* 6 *q.* 2. *signo.* 4. Petrus de Soto; *lect* 3 *de excom* § *primò igitur* Driedo, *lib.* 2 *de liber. christ cap.* 1 *paulò antè*, 3. *propos & in alia edict. lib.* 1. *cap.* 2. *pa* 3. *ad finem.* Armilla, *v lex. nu.* 4. & alij. Et ità dicit de præcepto Superioris Anglef.

30 Communitèr verò Doctores dicunt: Omnem legem, præcipientem aliquid sub pœna Excommunicationis ferendæ, obligare sub peccato mortali. Quorum ratio est: Quia quandò lex absolutè præcipit sub pœna Excommunicationis, (quo loquendi modo intelligitur Excommunicatio ferẽda,) nulla alia monitio est necessaria, vt transgressor possit à Iudice excommunicari: Nam sufficit illa admonitio legis: Vt docent Innocentius, *in cap. ex parte numer.* 4. *de verb signif.* & Panormita *in cap cum sit Romana, nu* 2. *de appellat* Si ergò potest ille statim excommunicari; consequentèr est reus culpæ mortalis: Quia ob nullam aliam culpam excommunicari possit. Ità Vasquez, 1.2 *disp.* 158 *cap.* 5. *nu* 44. Sayrus, *in Clau. Reg. lib.* 3 *cap* 7. *nu* 25. Azorius. *p.* 1. *lib* 5. *cap* 6. *q.* 5. Gutierez, *qq. canon. lib.* 1. *cap* 7. *nu.* 25. Aragonius, 2.2. *quæst* 62. *art* 3. Salonius 2.2. *quæst.* 77. *art.* 1. *controu* 8. *v g.* 3. Nauarrus, *cap.* 23 *sum nu.* 53. Medina, 1.2. *quæst.* 96 *art* 4. Angelus, *v lex numer.* 3. Siluester, *v Præceptũ. quæst.* 3 Caietanus, 1 2 *quæst.* 186. *art.* 9. *circà solut. ad* 2. Sotus *in* 4. *dist.* 20. *quæst.* 11. *art* 4. *vers. Hinc fit.* Sanchez, *lib.* 6. *sum. cap.* 4. *nu.* 50. Couarr. *reg. peccat pa.* 2. § 5. *n.* 3. *& cap. alma mater. pa.* 1. *p.* 9 *nu.* 2. Rodoriquez, *to.* 1 *sum edict.* 2. *cap* 194. *nu.* 2. Philaretus, *de offi. ſacerd. to.* 1. *pa* 2. *lib* 3. *cap.* 2. *ad* 2. Alter. Medina, *C. de ieiun quæst. de necess seru ieiun.* § *vt igitur quodammodo.* Diana, *par* 3 *tract.* 6. *resol* 76. & alij.

31 Quamuìs hæ duæ sententiæ videantur esse repugnantes: at facilè reconciliari possunt, vt dicunt Merolla, *tom.* 2. *de leg. disp.* 4. *cap.* 3 *nu.* 259. & Suarez, *lib.* 4 *de leg. cap.* 18 *num.* 17. Duplicitèr imponi potest Excommunicatio ferenda: Primò, vt lex sufficientem monitionem contineat: ità vt, pro illius transgressione statim, sinè alia hominis admonitione, possit Excõmunicatio maior in transgressores ferri. Et in hoc casu est vera secunda opinio: Quià si transgressor potest statim excommunicari, supponitur peccasse mortalitèr in illa transgressione: ergò supponitur lex obligare sub mortali. Secundò modo potest Excommunicatio imponi per legem, quæ non solùm non inferat illam ipso facto: verùm etiam neque sufficientèr admoneat subditum, in ordine ad talem censuram: sed potiùs requirat Superioris admonitionem: vt, si post illam, subditus legis transgressor adhùc contumax sit, excommunicetur. Et in hoc casu est vera prima opinio. Et ità docent Caietanus, *in sum. v. præcepti transgressio. vers. Pœna præceptorum.* Corduba, *in reg. D. Franc. cap.* 10 *q.* 3. *in quarto modo cognoscendi, quando lex obligat sub mortali.* Toletus, *in fine sum. vbi de pecc mortal. ca.* 19 *nu.* 6. Sanchez, *lib.* 6. *sum. cap* 4 *num.* 51. & probabilem vocat Vasquez, 1.2. *disp* 158. *cap.* 5. *nu.* 43. *& seq.* & nouissimè Diana, *pa.* 9. *tract.* 6. *res.* 5. & Præpositus. *in p* 2 *q.* 95.

disp 3. dub 2. num. 75.

32 Vndè participantem cum Excommunicatis, quandò lata est Excommunicatio contrà participantes, non peccare mortalitèr: Quià non incurritur illa Excommunicatio, donèc participantes moniti, non desistant. *cap. statuimus de sentent. excomm. in 6.* Immò debent esse nominatìm moniti: Et monitio debet esse Canonica: idest, trina: vèl saltèm vna pro tribus, cum aliquorum dierum competēti interuallo. Vt habetur, *in cap. constitut. eod. tit. & lib.* docet Merolla, *tom. 2. de leg. disp. 4. cap. 3. nu. 261.*

Secunda difficultas; An pœna Ecclesiastica, putà Suspensionis, Interdicti, aùt Irregularitatis, obliget sub mortali?

33 Negatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: Quià hæ pœnæ possunt etiā incurri proptèr peccatum Veniale. Immò Irregularitas incurritur interdum, absquè vllo peccato. Ità Salonius, 2. 2. *quæst. 77. art. 1. controu. 8. reg. 3. ad finem.* Valentia, 1. 2. *disp. 7. quæst. 5. pu. 6. in 4. signo* Corduba. *In regul. D. Frācisci cap. 10. quæst. 3. pu. 1.* Nauarr, *cap. 23. sum nu. 53.* Caietanus, 2. 2. *quæst. 186. art. 9. circà solu. ad 2. & in sum. v. præcepti trāsgressio. vers. pœna præceptorum.* Et ità dicit de Suspēsione, Azorius, *part. 1. lib. 5. cap. 6. quæst. 5.* Et de irregularitate. Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 3. cap. 7. nu. 21.*

34 Secunda opinio affirmatiuè respōdet: Quià quandò transgressioni legis pœnæ imponuntur: cum grauissimæ sint, imponi nequeunt absquè mortali culpa: Vt probat Vasquez, 1. 2. *disp. 158. cap. 8. n. 48.* Et Suarez, loquens de Suspensione, & Interdicto; *to. 5. in 3. part. disp. 4. sect. 4. nu. 7.* D. Antoninus de suspensione, & interdicto. *pa. 2. tit. 4. cap. 1. § 3.* Siluester, *v. præceptum.* Angelus; *v. lex. num. 4.* Sayrus, *loco citato.* Et Azorius, de Interdicto, & irregularitate. *dict. q. 5.* Et Io. Med. *C. de ieiu. quæst. de necess. seru. ieiun. § vt igitur,* & Ledesma, 2. pa. 4. *quæst. 17. art. 2. dub. 2.* Et Vasquez, *loco citato.* Carbo. *lib. 7. de leg. disp. 14. paulòpost principium* Sanchez, *lib. 6. sum cap. 3. num. 54.* Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 3. nu. 266.* Suarez, *lib. 4. de leg. cap. 18. in fine.* Loquentes de omnibus tribus pœnis.

35 Dummodò, quòd Suspensio, & Interdictùm non sint leuia: Quià si sunt leuia, v. g. alicuius specialis actus ad breue tēpus: tùnc non sunt inditium obligationis sub mortali: quià cum leues pœnæ sint, non possunt pro Veniali imponi. Ità Sanchez, Suarez, & Merolla locis citatis.

36 Et à fortiori; docent Azorius, Sanchez, D. Antoninus, Siluester, Medina, & alij: pœnā Depositionis, vèl Degradationis impositā transgressori, esse indiciū obligationis sub mortali: Quià est grauissima pœna. Et ità dicit Merolla, *num. 267.* de priuatione Ecclesiasticæ sepulturæ.

Tertia difficultas: An lex, purè pœnalis, obliget in conscientia sub peccato mortali?

37 Affirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: Quià lex continens preceptum, obligat in conscientia: sed talis lex continet præceptum: ergò obligat in conscientia: At adiectio pœnæ non euacuat hanc vim legis: nèc etiàm est signum intentionis non obligandi: quià Legislatores non solent adijcere comminationem pœnæ; vt suum preceptum destruāt: sed vt muniant; & quodammodo augeāt obligationem, saltèm extensiuè. Ergò &c. Tùm quià leges tassè taxantes prętia rerum; licèt ferantur sub comminatione pœnę, obligant in conscientia, vt est communis opinio: ergò idem erit in quacumque alia lege pœnali. Ità Suarez, *lib. 5. de leg. cap. 3. num. 6.* Malderus, *in 1. 2. quæst. 69. art. 4. memb. 3.* Merolla, *de leg. disp. 4. cap. 3. dub. 27. diff. 3. nu. 273.* Castrus, *lib. 1. de leg. pœnal. cap. 8.* Salonius, *2. 2. to. 2. quæst. 77. art. controu. 8.* Sotus, *lib. 1. de iust. quæst. 6. art. 4. & 5.* Salas, *de leg. disp. 10. sect. 5. & disput. 15. sect. 1. numer. 13.* Dried. *lib. 2. de liber. Christ. ca. 1. & lib. 3. cap. 3. ad 5.* Filliucius, *to. 2. tract. 21. cap. 11. n. 420.* Medina, *1. 2. quæst. 96. art. 4. dub. 3.* Leonardus Duardus, *in Bull. Cœnæ, lib. 3. § 4. qq. 2. nu. 23.* Toletus, *de sept. peccat. mortal. cap. 20.* Siluester, *v. inobedientia, in fine,* & ibi Armilla, *nu. 2. & v. lex. nu. 4.* Scaccia, *de commerc. § 1. quæst. 7. part. 2. ampl. 19. nu. 53.* Vega, *to. 2. sum. cap. 16. cas. 4.* Grassus, *consil. 2. de regul. diff. 2. nu. 12.* Aragonius, *2. 2. quæst. 62. art. 3.* Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 3. cap. 9. n. 9.* Couarr. *in regul. peccatum. pa. 2. § 5. num. 2.* Azorius, *pa. 1. lib. 5. cap. 6. quæst. 4.* Et alij. Et eam videtur defendere Diana, *in pa. 1. tract. 10. resolut. 17.* Vndè secundùm hanc opinionem, lex pœnalis

nalis obligat sub mortali, vel veniali, iuxtà grauitatem, vel paruitatem materiæ.

38 Ampliant hanc sententiam aliqui, etiã si verba legis non sint explicitè præcepti; nèc æquipollentia præcepto: sed communia, & indifferentia: Vt, *statuimus*, vel *ordinamus*, & similia. Si enìm pœnã adijciunt, obligant etiàm ad culpam. Ità Io. Medina *C. de ieiunio. quæst. de necess. seru. ieiun. §. vt igitùr cognoscamus.* Sanchez, *lib. 6 sum. cap. 4. num.* 95. Merolla, *disp. 4. cap. 3. nu.* 285. Castr. *lib. 1. de leg. pœnal. cap. 5 docum.* 4. Ledesma, *2. pa. 4 q.* 17. *art 2. dub. 6.* Vasquez, 1. 2. *disp.* 159. *cap* 3. *num.* 23. & alij.

39 Negatiuè respondet secunda sententia præsertìm de lege Ciuili: dũmodò quod aliundè non cõstet, Legislatorem velle sub mortali culpa obligare, quod rarò fit Cuius ratio est: Quià Legislator humanus addens pœnam temporalem, præsumitur excludere æternam: Quià qui de duobus vnum exprimit, & illud tacet; censetur illud excludere: Iuxtà regulam Textus, *in cap. non nè de præsumptione.* Tùm quià subditi probabilitèr opinari possunt, Legislatorem contentum esse pœna, quam expressit. Et nolle maiorem obligationem subditis imponere: nisi alitèr de ipsius mente colligatur. Itaquè Legislator, licèt possit ad pœnam, & ad culpam obligare: attamèn dum solam pœnam exprimit; nec aliundè constat, Verũ velit etiàm ad culpam obligare: censetur velle solùm ad pœnam obligare: putans, commutationem pœnæ sufficere ad impedienda delicta, & ad continendos in officio subditos, non iniecto maiori laqueo. Ità Hostiens. & Ioannes Andreas *in cap. relatum, nè cleri. vel monac.* Iason, *§. item si quis postulante. nu.* 78. *instit. de act.* Imola, *in recep. cap. cum contingat. de iur. iuran* Felinus, *cap. 1. nu.* 18. *de sponsal.* Cepol. *cons. ciuil.* 13. *col.* 2. Decius, *in cap. nam. nu* 22. *concupiscentiam in* 2. *Lectura. de const.* Nauar. *in manual. cap.* 23. *nu* 55. Miranda, *in manual prælat. to.* 2. *quæst.* 25. *art.* 18. *concl.* 2. Nicodemus, de Florentia, *in specul confess. cap.* 53. Vilalobos, *tom.* 1. *sum. tract.* 2. *dub.* 22 *nu.* 2. Reginaldus, *to.* 2. *lib.* 15. *cap.* 9 *sect.* 5 *nu.* 50 Ludouicus Gomez, *cap.* 2. *nu.* 60 *de const. in* 6. Angelus, *v. prodigium. quæst.* 6. Duardus, *in bull. cœna, can.* 5. *quæst.* 12. *nu.* 9. & alij. Probabilem vocant Filliucius, *tom.* 2. *tract.* 21. *cap.* 11. *num.* 420. & Diana, *pa.* 1. *tract.* 10. *resol.* 17. Et magis probabilem vocat Valentia, 1. 2. *disp.* 7. *quæst.* 5. *pu.* 6 *post* 6. *signum à vers. alterum signum* Et nouissimè Tamborinus. *lib.* 3. *cap.* 1. § 8. *nu.* 14.

Quarta difficultas: Quanàm pœnæ temporales, legibus statutæ, indigent obligatione legis sub mortali?

40 Ferè omnes Doctores dicunt: Hanc obligationem indicare pœnã mortis. Quià tàm grauis pœna non potest imponi absque mortali trangressionis culpa. Ità Couarru. *reg. peccat. p.* 2 *§* 5. *nu.* 3. Azorius, *par.* 1. *lib.* 5 *cap* 6. *quæst.* 5. *in fine.* Sotus, *lib.* 1. *de iust. quæst* 6. *art.* 5. *ad finem corporis,* Aragonius, 2. 2. *quæst.* 92. *art.* 3. *paulo ante §. Restat nunc* Toletus, *cap.* 20 *dub vlt.* Petrus de Lorca, *in p.* 2. *to.* 2. *disp.* 22. *de leg. regul.* 2. Sanchez, *to.* 2 *sum. lib.* 6. *cap.* 4. *nu.* 64. Vasquez, 1. 2. *to.* 2. *quæst* 96. *ar.* 4. *disp.* 159. *c.* 3. *num* 23. Salas, *de leg. disp.* 10 *sect.* 9. *num.* 67 Suarez, *de leg. lib.* 3. *cap.* 26. *nu.* 4. Sayrus, *in Clau. Reg. lib.* 3 *cap.* 7. *nu.* 15 Merolla, *to.* 2. *de leg. disp.* 4. *cap.* 3. *num.* 286. Corduba, *in regul. D. Franc. cap.* 10 *quæst.* 3. *pu.* 1. *in* 4 *modo cognoscendi, quando præcepta obligent.* Rodoriquez, *to* 1. *sum.* 2. *edict. cap* 194. *nu.* 2. Salonius, 2. 2. *quæst.* 77. *art.* 1. *controu.* 8. *regul.* 3. *in fine.* Io. Medina, *C. de ieiu. quæst. de neces. seruand. ieiun. § vt igitur cognoscamus.* Bartol. Medina, 1. 2 *quæst.* 96. *art.* 4. *vers. Denique dicendum est,* & alij.

41 Negant hanc sententiam Nauarrus, *cap.* 23 *sum. nu.* 57. Reginaldus, *lib.* 15 *nu.* 50. Cosmus Philiarcus, *de offic. Sacerdot.* Diana. *part.* 1 *tract.* 10. *resol* 18. Vndè secundùm istos Doctores, ex pœna capitis, vel mortis, mutilationis &c. (quam lex humana imponit) non deduci argumentum sufficiens, ad ostendendam in dubio obligationem illius ad peccatum mortale: nisi aliundè constet ex aliquo certo signo, Legislatorem voluisse, eiusmodi legem pœnalem obligare subditos etiàm ad peccatum mortale.

42 Sed si dices: Mortale est, exponere se periculo probabili amissionis vitæ, aùt membri alicuius: sed qui contrà hanc legem facit, huic periculo se exponit: ergò peccat mortalitèr.

Respõdent supracitati Doctores Aliud est dicere: aliquem peccare, eò quòd temerè se tali periculo exponit: quod est quintum Decalogi præceptum violare. Et aliud dicere: illum peccare, eò quod facit contrà legem, quæ talem pœnam statuit,

statuit: nàm tanta cautione, quis hanc legem violare potest, vt probabile periculum pœnæ, ab ea constitutæ, non incurrat.

43 Et ità dicunt de pœna mutilationis alicuius membri, scilicèt esse indicium grauis obligationis sub mortali. Ità D. Antoninus, *pa. 2. tit. 4 cap 2 § 3.* Rosella, Siluester, Tabiena, Armilla, Sotus, Couarr. Corduba, Azorius, Sanchez, & alij, *n.* 40. citati. Quam sententiam Doctores. *n.* 41. citati negant.

44 Quid dicendum de pœna Infamiæ, vel Flagellationis, ex qua Infamia sequitur? Affirmat prima opinio Sic Salonius, *d. art. 2. controu. 8 notab. penult. in fine.* Carbon, *de leg lib. 7 disp. 4. paulò post principium.* Azorius, Armilla, Castr. Merolla, Sanchez citati. Et ità dicunt de pœna flagellatio- vel triremiū: vt docet de pena flagellationis Sanchez, Merolla: de pœna triremiū: Salonius, Sanchez, & alij. Quia hæ pœnæ sunt grauissimæ: & iniustum valdè esset, eas pœnas imponi pro solo Veniali.

45 Secunda opinio, quam docet Vasquez loco citato, negat: eam esse indicium sufficiēs obligationis legis sub Veniali. Quià iusta est lex, reis effringentibus carceres, fugiendi causà, pœnam flagellationis imponens, ex qua infamia sequitur. Cùm tamen probabilior opinio teneat, eos culpæ immunes esse. Pœna enim hæc rectè imponitur, tanquàm vinculum, quo quis detineatur in carcere ob prius peccatū, quod commisit.

De pœna exilij, dicunt, esse signū grauis obligationis sub mortali, Sotus, Ledesma, Salonius, & Sayrus, locis citatis. At hoc intelligendum est, quandò exiliū est perpetuum, dicunt Bartol. Medina, Aragonius, Toletus, Merolla, *nu.* 289 & Sāchez locis citatis. Et ità de Exilio, quādò tanti temporis esset exilium, vt ferè perpetuum reputaretur, docēt Sanchez, & Merolla.

46 An in Religionibus pœna carceris sit sufficiens indicium obligationis præcepti, vel regulæ sub mortali? Affirmat D. Antoninus, *3. pa. tit 16. cap. 1. §. 9. in fine. & 2 par tit 4. cap. 2 §. 3.*

47 At Sāchez, & Merolla locis citatis existimant, hoc non esse indistinctè verum, nisi esset religio, & ea pœna censeretur grauissima, grauiterquè infamans.

An dentur, vel dari possint leges purè pœnales, quæ scilicèt, non obligent incōscientia ad culpam; sed tantùm ad pœnam? dub. 7.

48 PRo resolutione huius Quæstionis, sciendum est: Leges esse in triplici differentia vt ait Merolla, *to. 2. de leg disp. 4 cap. 3. dub. 28 nu.* 294. Quædam dicuntur purè Morales, quales sunt illæ, quæ obligant in conscientia, & pœnam non adijciunt. Aliæ dicuntur purè Pœnales, quæ solùm habēt vnum præceptum, quasi hypotheticum, sustinendi talē pœnam; si hoc, vel illud fiat: etiàm si de actu substracta tali conditione, præceptum non imponitur. Aliæ verò dicuntur Missæ, quæ simul morales sunt, & pœnales: & ideò duo præcepta virtualitèr includūt: Vnum faciendi, vel vitandi talem actum. Alium substinendi talem pœnam, si id nō fiat. His suppositis.

49 Prima opinio ait: Omnes leges Pœnales, siuè Missas, siuè purè Pœnales, siuè Ecclesiasticas, siuè Ciuiles obligare trāsgressores ad culpam; quandò de contraria intentione Legislatoris expressè non constat. Cuius ratio est: Quià lex, eò ipso, quod iusta est; ex natura sua habet obligare in conscientia sub aliqua culpa; nisi contrarium explicet Legislator: At in lege Pœnali non explicat contrarium Legislator: ergò omnis lex Pœnalis obligabit ad culpam. Tùm quià pœna non potest iustè imponi, nisi proptèr culpam: ergò infligere pœnam transgressoribus, est potiùs signum obligationis ad culpā: nàm aliàs iniusta esset lex. Tùm, quia aliàs nulla esset ratio inferendi maiorem, vel minorem pœnam per tales leges. Etenim pœna infertur maior, vel minor, iuxtà proportionem ad culpam: sed vbi nulla est culpa, non potest esse maior, vel minor culpa: ergò nec maior vel minor pœna. Ità Bartolom. Medina, *1. 2. quæst. 96. art 4. dub. 3.* Io. Medina, *C. de rest. quæst. 36. art. 6.* Aragonius, *2. 2. quæst. 62. art. 3. concl. 1. ad 2.* & ibi Salonius, *qq. 77. art. 1. controuers. 7. paulò antè primam conclus.* Azorius, *pa. 1. lib. 5. cap. 6. quæst. 4.* Sayrus, *in clau Reg. lib. 3. cap 9. nu 9. &* 10. Rodoriquez, *to. 1. sum. cap. 195.* Carbon. *de leg. lib 8. disp. 5 prepos. 6.* Sotus, *lib. 1. de iust. quæst. 6. toto art. 5.* Bellarm. *lib. 3. de laic. cap. 11 vers. sextò probatur*, & alij, & ità Siluester, *v. Gabella, 3. quæst 8. §. 22. & v. Inobedientia, in fine.* vbi Armilla *num.* 2.

Qui

Qui dicunt ambo: puerilem esse, & inutilem distinctionem intèr legem Pœnalem, Mistam, & purè pœnalem.

50 Secunda opinio ait: Posse dari leges purè pœnales, nō obligantes inconsciētia ad actum, proptèr cuius transgressionem obligant ad pœnam. Cuius ratio est: Quià Legislator potest simul sua lege obligare in conscientia, imponendo pœnam transgressoribus. Potest etiàm obligare in consciētia sinè adiectione pœnæ, vt clarum est: ergò etiàm potest obligare solum ad debitum pœnè. Probatur cōsequentia: Quià ille modus præcipiendi, non est contrà rationem Legis, nec contrà rationem iustitiæ: ergò potest Legislator, pro suo prudenti arbitrio, illum tantùm intendere, & non alium: ergò, si ità facit, constituit legem purè pœnalem, quæ & inconscientia non obliget ad actū præceptum, sed tantùm ad pœnam. Prior consequentia patet: quià, cum vtraque obligatio cadat sub potestatem Legislatoris; potest, prout voluerit, illa vti, quātum ratio legis iustæ permittit. Posterior verò consequentia est etiàm clara: quoniàm obligatio legis pendet ex intentione Legislatoris: & non potest illam excedere ex vulgari regula: Quòd actus agētium non excedunt intentionem eorum. Ità Rosella, *v. pedagium. nu. 9.* & ibi Angelus, *nu. 6. & v. inobedientia in fine.* Tabiena, *v. constitutio in fine.* & ibi Armilla, *nu. 7.* Victoria, *relect. de potest. ciuili. n. 20.* Castro, *lib. 1. de leg. pœnal. cap. 8. & 9.* Driedo, *de liber. christ. lib. 2. cap. 1. post. 2. propos. & in alia edict. lib. 1. cap. 2. par. 3. art. 3.* Couarr. *regu. peccatum. 2. part. §. 5. num. 4.* Corduba, *in regu. D. Franc. cap. 10. quæst. 3. pun. 3.* Vasquez, 1. 2. *disp. 159. cap. 2. & 3.* Suarez, *lib. 5. de leg. cap. 4. nu. 2.* Sanchez, *lib. 6. sum. cap. 4. nu. 60.* Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 3. dub. 28. nu. 297.* & alij.

An obligatio Legis Humanę, quò ad grauitatem eius pendeat ex intentione Legislatoris? Dub. 8.

51 Negatiuè respondent ferè omnes Doctores. Quibus adscribitur Merolla. *to. 2. de leg. disp. 3. cap. 3. dub. 92. nu. 312.* Quià non est in potestate Legislatoris humani, obligare sub mortali in materia leui: etiàm si id maximè velit, & intēdat: Tùm quià hoc non facit Lex naturalis, & diuina; Tùm etiàm quià talis lex nō esset inędificationem, sed indestructionem, & scandalum, & occasionem ruinę: & onus imponeret graue, & importabile: & cōsequentèr non esset valida, saltèm, vt obliget ad mortale.

Dubitatur: An Legislator humanus possit in materia leui obligare tantum sub Veniali?

52 Negat prima opinio. Cuius ratio est: Quià licèt ferre, vel non ferre legem, pendeat ex voluntate Legislatoris seù Precipientis: tamèn supposito præcepto, vis ipsa obligandi ex iure naturę nascitur. Quià ius naturę dictat, parendum esse Superioribus pręcipientibus. Sed ius naturę, in materia graui, obligat sub mortali: ergò non potest illa obligatio minui per intentionem Pręcipientis. Ità Salonius, *2. 2. quæst. 77. art. 1. controu. 8.* Aragonius, *2. 2. quæst. 62. art. 3. in dub. post. 3. concl. not. 3.* Vasquez, 1. 2. *disp. 158. cap. 4. à nu. 32.* & ibi Medina, *quæst. 96. ar. 4. vers. Prima regula.* Salmer. *to. 4. in Euāg. pa. 3. tract. 2. § differt autem.* Tannerus, 1. 2. *disp. 5. quæst. 6. dub. 5. nu. 81.* Beccanus, 1. 2. *tract. 3. cap. 6. quæst. 3. nu. 10.* Reginaldus, *lib. 15. nu. 44.* Bellarm. *lib. 3. de Eccles. milit. ca. 11.* Ochagauia, *tract. vlt. de satisf. sacram. quæst. 8. nu. 7.* & alij.

53 Attamèn secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: Quià actus in moralibus, nō excedit intentionem agentis, *leg. non omnis. ff. si certū petetur.* Nec lex obligat vltrà mentem Legislatoris: Si ergò Legislator intendat obligare tantummodò sub veniali in materia graui; asserendum est, nō obligare sub mortali. Ità Suarez, *lib. 3. de leg. cap. 27. nu. 6.* Nauarr. *cap. 23. summ. nu. 49.* Toletus, *in fine summæ, vbi de peccat. mortal. cap. 19. nu. 3. & sequent. & cap. 20. nu. 3.* Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 3. cap. 7. nu. 17.* Castro, *lib. 1. de leg. pœnal. cap. 5. docum. 4.* Sotus, *lib. 1. de iust. quæst. 6. art. 4. vers. sed soluenda.* Carbon. *de leg. lib. 7. disp. 4.* Salas, *de leg. disp. 10. sect. 7. nu. 33.* Valentia, 1. 2. *disp. 7. quæst. 5. pu. 6.* Lesius, *lib. 2. cap. 41. dub. 9. nu. 96.* Bonacina, *de leg. disp. 1. quæst. 1. pu. 7. § 4. nu. 23.* Granad. 1. 2. *controu. 7. tract. 3. pa. 1. disp. 4. sect. 3. nu. 10.* Diana, *pa. 3. tract. 6. resol. 91.* Sanchez, *lib. 6. sum. cap. 4. nu. 25.* Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 3. dub. 29. nu. 314.* & alij.

An vouens possit se obligare in materia graui sub Veniali? dicemus *in lib. 2. tract. 5. cap. 1. nu. 27.*

An

An obligationi Legis, vel præcepti satisfieri possit per actum non liberum? Dub. 9.

54 SI loquamur de præceptis affirmatiuis, communitèr Doctores dicunt: Nullum præceptum affirmatiuum, siuè Neturale, siuè Diuinum, siuè Humanum impleri posse; nisi per actum humanum, & liberum; quo quis voluntariè, & liberè efficiat id, quod precipitur. Quorum ratio est: Quià per precepta affirmatiua imponitur hominibus exercitiũ alicuius actus: ergò humano modo illũ efficere debent, & per consequens liberè. Confirmatur ab aliquibus: quia preceptum violari non potest, nisi per actũ liberum: ergò nec impleri. Ità Paludanus, *in 4 dist. 15 quæst. 5 art. 2. n.* 24 & ibi Durandus, *q.* 12 *nu.* 6. Molina, *tom.* 4 *de iust. tract* 5 *disp.* 58 *num.* 2 Vasquez, 1. 2. *quæst.* 100 *art.* 9. *inexpos litera N. num.* 23 & 8 Suarez, *lib.* 3. *de leg cap.* 29 Sotus, *lib.* 2. *de iustit. quæst* 3: *art*: 9: Sanchez, *lib.* 1. *sum*: *cap*: 13: *nu*: 2: Azorius, *pa*: 1: *lib*: 7: *cap* 2: *quæst*: 6: Medina, 1: 2: *quæst*: 100: *art*: 9: Paludanus, *in* 4: *dist*: 15: *quæst*: 5: *art*: 2. *nu*: 24: & ibi Durandus, *quæst*: 12: *nu*: 6: Merolla, *tom*: 2: *disp.* 4: *cap*: 3: *dub*: 31. *num*: 337: & alij.

55 Hinc deducitur primò: Ebrius, qui nõ est sui compos: aùt dormiens, si recitat diuinum Officium, vel audit Missam; non satisfacit præcepto: sed tenetur, (factus sui compos) iterùm recitare, vel audire Missam: quià non audiuit, vel recitauit actu libero, & humano: Ità Merolla, *to.* 2. *de leg*: *disp*: 4: *cap*: 3: *dub*: 31. *nu*: 339:

56 Secundò: Qui coactus, ac vinctus interest Sacro, & attentione requisita Missam audiat; satisfacit precepto: Quià licèt ibi sit coactio in interessentia: tamen est libertas in actione, & hoc sufficit ad præceptum Ecclesię implendum: Etiamsi dũ audit, actualem voluntatem non audiẽdi habeat, nisi ibi stare cogeretur. Hæc enìm voluntas conditionalis non obstat implerioni pręcepti. Ità Suarez, *lib.* 2: *de leg*: *cap*; 10: *num*: 9: & Clarius, *lib*: 3: *cap*: 29. *num*: 4: Merolla, *to*: 2: *de leg*: *disp*: 4: *cap*: 3: *dub*: 31. *diff* 1 *coroll.* 5. *num.* 345. & alij quos *in lib.* 2 *tract.* 7 *cap*: 9: *nu.* 58: retulimus.

57 Tertiò: Quandò est lata Censura contrà non audientes Sacrum: si aliquis omninò coactus, Sacro interest, & attentione requisita illud audiat; non incurrit dictam Excommunicationem: Quià hic verè implet pręceptum: ergò non incurrit pœnam, transgressoribus impositam: Ità Merolla, *to*: 2: *de leg*: *disp*: 4: *cap*: 3: *dub*: 31: *diff*. 1: *corollar*: 5: *nu*: 346:

58 Secundò: Si loquamur de pręceptis Negatiuis, dissentio est inter Doctores: Nam Doctores, *nu*: 54: allegati, dicunt: Vt impleantur precepta negatiua; requiritur, vt omissio actus prohibiti sit libera. Afferunt hi Doctores exemplum de pręcepto Ieiunij, & dicunt: eũ, qui omninò inuitus ieiunaret, non satisfacere præcepto Ieiunij, quod tamen est negatiuum: cum nullum actum positiuum precipiat.

59 At oppositum alij Doctores dicunt: Quià est dispar ratio de his, & de Affirmatiuis: Etenim per pręceptum Affirmatiuum imponitur homini obligatio, vt aliquem actum positiuum exerceat: hic autèm actus debet esse humauus, & consequentèr actus liber: At verò per preceptum Negatiuum solum prohibetur homini, nè aliquem actum positiuum, & humanum exerceat: Ergò omissio huius actus, quomodocumque contingat, sufficit ad satisfaciendum precepto: quia per solam negationem actus prohibiti, homo est conformis Pręcepto; vt ait Vasquez, 1. 2: *quæst*: 100: *art*: 9: *nu*: 8: Non enim precipitur homini, vt in actu signato velit omittere illum actum prohibitum. Ità Merolla, *tom*: 2: *de leg*: *disp*: 4: *cap*: 3: *dub*: 31: *diff* 2. *nu*: 351: Salas, Suarez, & alij:

60 Vndè primò: Si quis die Veneris carnes non comederit, non liberè, sed necessariò: eò quod illas non habet, satisfacit precepto Ecclesię: Etiamsi, quandò omiserit carnes comedere, habuerit hũc actum in voluntate: *Vellem comedere, si haberem.* Quià precepta Negatiua precipiunt tantum omissionem actus, secũdùm substantiã: & illis satisfit, siuè omissio sit libera, siuè necessaria, vt probatũ est. Illa mala intentio, seù voluntas non impedit, quìn satisfactum sit illi pręcepto Ecclesię; quamuis illo actu interno voluntatis peccatum mortale commissum sit.

61 Secundò: Si Ecclesia pręciperet, vt quilibet Christianus, vna saltem die cuiuslibet Hebdomadę, vinum non bibat. Et quis ex necessitate, quia scilicèt vinum non habet, abstinet à potu vini, v. g. feria secũda: non tenetur alijs diebus, quandò habet copiam vini, ab eo abstinere. Quia præceptum Ecclesię, secundùm substantiam,

tiam,

tiam, iam seruatum est. Ità Merolla, *nu.* 352. Et ità dicendum est, si Ecclesia præcipere t: vt quilibet semel in Hebdomada ieiunet: huic enim præcepto satisfacit is, qui vna die Hebdomadæ ex necessitate ieiunat: nec tenetur alijs diebus ieiunare.

An, ad implendum præceptum, necessaria sit intentio satisfaciendi præcepto per illud opus? Dub. 10.

62 Negatiuè respondet communis sententia. Quarè, qui præcepti immemor: aut ignorans, esse diem festum, Sacro interesset: verè is præceptũ impleret. Cuius ratio est: Quià præcepta id solum iniungunt, vt quis actu humano opus per ea iniunctum exequatur: non autèm, vt peculiari alio voluntatis actu velit etiàm præcepto satisfacere: quià nullibi hæc obligatio inuenitur. Confirmatur: quià huiusmodi intentio satisfaciendi præcepto nõ requiritur, ad implenda præcepta negatiua: Vt non furandi, non occidendi, non comedendi carnes feria sexta: ergò nequè ad affirmatiua: Quià eadem videtur ratio. Ità Suarez, *to.* 3. *in* 3. *part. disp* 88 *sect.* 3. *vers. circa posteriorem partem, & to.* 2. *de Relig. lib.* 4. *de voto. cap* 8. *nu.* 14. Azorius, *pa* 1. *lib.* 7. *cap.* 2. *quæst.* 6. *& lib.* 10. *cap.* 12. *quæst* 9. Vasquez, 1. 2. *quæst.* 100. *art.* 9. *in expos. text. nu.* 5. Henriquez, *lib.* 9. *de Missa, cap* 25. *nu.* 6. Valentia, 2. 2. *disp.* 6. *pu. vlt. in fine.* Rodoriquez, *to.* 1. *sum. in* 2. *edict. cap.* 23. *num.* 2. Sanchez, *lib.* 1. *sum cap.* 13. *nu.* 9. Bonacina, *de leg. disp.* 3. *quæst* 1. *pu.* 10. *num.* 9. Merolla, *to.* 2. *de leg. disp.* 4. *cap.* 3. *dub.* 3 2 *nu* 156. Lesius, *lib.* 2. *cap.* 7. *dub.* 10. Layman, *in Theolog. moral lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 5. *nu* 7. Diana, *par.* 3. *tract.* 6. *resolut.* 68. & alij.

63 Vndè primò: Qui audit Missam, nesciens esse diem festum: si posteà non elapso meridie, intelligat esse diem festũ, non tenetur, alteram Missam audire. Ità Diana, *part.* 3. *tract.* 6. *resol.* 68. Siluester, *v. hora, num.* 14. Azorius, *par.* 1. *lib.* 7. *cap.* 2. *quæst.* 6. *& lib.* 10. *cap.* 12. *q.* 9. Bonacina, *de sacram. disp.* 4. *quæst. vlt. pu.* 11. *nu.* 22. & alij, quos retuli *in lib.* 2. *tract.* 7. *cap.* 9. *dub.* 7. *num.* 22.

64 Secundò: Eum, qui vouit inuisere Deiparam Drepanensem: satisfacere voto, visitando Deiparam, sinè intentione adimplendi votum: etiàmsi dum visitat Ecclesiam, oblitus sit voti: adhùc enim humano modo præstat opus præscriptum. Ità Salas, *de leg. disp.* 9 *sect.* 2. *nu.* 33. Bonacina, *de leg. disp.* 1. *quæst.* 1. *pu* 10 *nu.* 11. Merolla, *tom. vbi de leg disp* 4. *cap.* 3 *dub* 32. *n.* 361. Valent. 2. 2. *disp.* 6 *quæst.* 2. *pu. vlt.* Sanchez, *lib.* 1. *sum cap.* 13. *nu.* 10. & alij.

An satisfacit præcepto is, qui opus iniũctum exequitur, cum expressa voluntate, & intentione non satisfaciendi præcepto per illud opus. Dub. 11.

65 Negatiuè respondet prima opinio Cuius ratio est: Quià actus non operatur vltrà agentium intentionem. *leg. non omnes ff. si certè petet.* Tùm quià debens centum; non satisfacit, totidem dans, cum expressa intentione non satisfaciendi debito, sed liberalitèr donandi, vt omnes concedunt. Tùm quià leges obligãt subditos ad hoc, vt eas obseruare velint: ergò non satisfiet illis, si subditi obseruare non intendant. Ità Rodoriquez, *pa.* 1 *sum. in* 2. *edict cap.* 144. *num.* 2. Nauarrus, *in cap. quandò, de consec. dist.* 1. *cap.* 13. *num.* 15. 27. *&* 28. Palatios, *in* 4. *dist.* 5. *disp.* 10. *sol.* 160. Azorius, *pa.* 1. *lib.* 7. *cap.* 2. *quæst.* 6. *& lib.* 10. *cap.* 12 *quæst.* 8. Vega, *cap* 128. *cas.* 22. Ledesma, 2. *pa.* 4. *q* 16. *art.* 6. *dub.* 6. Angles, *in floreb. pa.* 1. *vbi de orat. quæst* 5. *diff.* 4. Francol. *de temp. Hor. Canon. cap.* 27. & alij.

66 Secunda opinio affirmat. Cuius ratiò est: Quià per liberam operis omissionem, satisfacimus præcepto Negatiuo: quamùis habeamus intentionem non satisfaciendi: ergò etiàm satisfacimus Affirmatiuo per adimpletionem operis præcepti; etiamsi contrariam habeamus intentionem. Par enim est vtriusque præcepti ratio. Tùm quià Superior non præcipit, opus fieri intentione adimplendi præceptum, vel absquè intentione adimplendi præceptum: sed simplicitèr præcipit tale opus: ergò qui tale opus præscriptum facit, sufficientèr adimplet præceptum: quamuis illud faciat, intentione non adimplendi præceptum. Ità Henriquez, *lib.* 9. *de Missa, cap.* 25. *nu.* 6. *in fine.* Vasquez, 1. 2. *quæst.* 100 *art.* 9 *in expos litteræ, nu.* 5. Aragonius, 2. 2. *quæst.* 83. *num.* 13. Coninch. *de Sacram. quæst.* 83. *art* 6. *n* 309. Lesius, *lib.* 2. *cap.* 37. *dub.* 10. *num.* 59. *& cap.* 46. *dub.* 6. *num.* 42. Layman. *in Theolog.*

leg. moral. lib. 1. tract. 4. dec. 5. nu. 7. Suarez, *tom. 3. in 3. part. disp. 88. sect. 3.* Bonacina, *de leg. disp. 1. quaest. 1. pu. 10. nu. 19.* Valentia, *to. 3. disp. 6. quaest. 2. pu. 1. de Horis Canonic. in fine.* Sanchez, *lib. 1. summ. cap. 13. num. 13.* Merolla, *tom. 2. de leg. disp. 4. cap. 3. dub. 33. num. 364.* Salas, *de leg. disput. 9. sect. 2. num. 33.* Fagundez, *pracep. 1. lib. 1. cap. 87. nu. 14.* & alij.

67 Vndè primò; Qui audit Missam; animo non adimplendi præceptum, & cum animo non audiendi aliam Missam: vel cum timore, vt aliam eo die nequeat audire, adhùc satisfacit præcepto. Quia præstat opus ab Ecclesia præscriptum. Ita Suarez, *tom. 1. de Sacram. disp. 88. sect. 3. & lib. 3. de leg. cap. 13. & tom. 2. num. 9. de Relig. cap. 26. num. 12.* Merolla, *tom. 2. de leg. disp. 4. cap. 3. num. 364.* Bonacina, *de leg. disp. 1. quaest. 1. pun. 10. num. 20. & de Sacram. disp. 4. quaest. vlt. pu. 11. nu. 23.* & alij, quos *in lib. 2. tract. 7. cap. 9. dub. 6. num. 22.* citauimus.

68 Secundò: Qui incipit recitare Horas Canonicas cum debita attentione; intendens, nō satisfacere recitationis præcepto: non tenetur posteà, iterùm dictas Horas recitare. Quia ad implendam obligationem legis; sufficit, vt quis faciat omne illud, quod lex imperat: quamuis nō habeat intentionem satisfaciendi tali legi. Per leges enim solùm præcipitur libera, & humana externi operis satisfactio: sed non vt fiat tali intentione. Cum ergò talis verè actu humano, & libero Officium recitat: quamuis nolit satisfacere cum illa prima intentione; satisfacit obligationi. Nec opus est, vt voluntas mutetur tēpore opportuno, sed sufficit si se satisfacisse sciat. Ità Molfesius, *to. 1. sum. tract. 5. cap. 2. num. 40. & 52.* Naldus, *v. diuinum Officium. nu. 3.* Portella, *in add. ad dub. Regul. v. Hora Canonica. num. 5.* Sanchez, *tom. 1. sum. lib. 1. cap. 3. nu. 14. & 16.* Bonacina, *de Horis Canon. disp. 1. quaest. 1. pu. 10. nu. 19.* & alij, quos citauimus, *in lib. 2. tract. 3. cap. 5. dub. 3. nu. 8.*

Dubitatur: Quale peccatum admittat, implens praceptum, cum intentione non satisfaciendi illi? vt. v. g. Quis audit Sacrum in die festo, cum intentione non satisfaciendi pracepto: quale peccatum admittat?

69 Dicunt absolutè, esse peccatum mortale, Suar. *to. 3. in 3. part. disp. 88. sect. 3. vers. circà posteriorem partem.* & Petrus Ledesma, *in summ. Sacram. vbi de Euch. cap. 27. post 10. conclus. fol. 341.*

70 Distinguunt tamèn Sanchez, *lib. 1. sum. cap. 13. num. 15.* & Merolla, *tom. 2. de leg. disp. 4. cap. 3. dub. 33. num. 374. vers. sed melius.* Aut ille habuit intentionem audiēdi illud Sacrum, quo præceptum impleret: & tùnc nullatenùs peccauit, habēdo intentionem, priori Sacro audito, nō satisfaciendi, dummodò spes sit, forè, vt possit illud audire. Nec tenetur posteà mutare intentionem, intendendo satisfacere priori eò Sacro: nec illud audire. Sed satis est, si se satisfecisse sciat, non obstante contraria sua voluntate: Quia iàm verè, & plenè satisfecit præcepto illi: nèc ius aliquòd aliud transgressus est: quia voluntatem habuit, alio Sacro satisfaciendi præcepto. Si autèm intentionem habuit, non audiendi illud Sacrum, aut audire non poterat: peccauit mortalitèr, saltèm contrà præceptum naturale diuinum, quo tenetur quisque subiectus esse legi, & Legislatori. Et quāuis Bonacina, *de leg. disp. 1. quaest. 1. pu. 10. nu. 20.* dicat, quod peccauit etiam contrà præceptum Ecclesiæ: tamèn Sanchez, loco citato, negat: quia præceptum Ecclesiæ tantùm obligat ad exercendum actu humano opus iniunctum. Et dicit, esse opinionem valdè probabilem Merolla, *loco citato.*

An possit vno, eodēq; actu satisfieri pluribus obligationibus, seù præceptis? Dub. 12.

71 Communis opinio ait: Posse vno actu pluribus, ac diuersis præceptis satisfieri, vt patet. Nam si festum alicuius Sācti in Dominica incidat: quamuis vtràque ratione teneantur Fideles, audire sacrū: nihilominùs, vnico sacro audito, vtrique obligationi satisfacient. Et ità dicendum est de Horis Canonicis, quandò tenētur recitare ratione Ordinis, & Beneficii: quia tùnc vnica recitatione sufficit. Et ità dicendum est de Vigilia, quæ incidit in quatuor Temporibus.

72 Non est tamē eadem ratio de realibus Iustitiæ Commutatiuæ debitis, vel debitis legalibus: vt voti, legis, & pœnitentiæ iniūctæ. Quia in illis attenditur æqualitas rei ad rem: & ideò cū plura debita nequeāt vni satisfactioni esse æqualia; non potest vnica solutione pluribus debitis satisfieri. Hæc autèm pendet ex intentione Legislatoris: Intentio autèm legis voti, & pœni-

pœnitentiæ potest in vnum, & idem opus tendere: nam idem opus est capax plurium honestatum, & potest esse sufficiens ad obediendam multis. Ita Medina, *C. de satisfact. quæst. 4. vers. corollariè sequitur* Sanchez, *lib. 1. cap. 14. nu. 5.* Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 3. dub. 34. nu. 375.* & alij.

An in eodem tempore, diuersis actibus, satisfieri possit pluribus præceptis? Dub. 13.

73 COmmunitèr affirmatiuè respondēt. Quorum ratio est: Quia ille satisfacit præcepto, qui facit id, quod præcepto, seù lege præscribitur: sed possumus eodem tempore facere, quod pręcepto, seu lege præscribitur; cum in præceptis non præscribitur diuersitas temporum: ergò possumus eodem tempore satisfacere pluribus præceptis per diuersos actus, quotiès vnus actus non impedit alium. Ita Bonacina, *de leg. disp. 1. quæ. 1. pu. 6. nu. 8.* Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 3. dub. 35. nu. 391.* Sanchez, *lib. 1. sum. cap. 14. nu. 11.* Layman, *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 1. cap. 5.* Carolus Macignus, *ex part. cap. 86. nu. 16.* Diana, *par. 2. tract. 12. resol. 2. in fine, & par. 4. tract. 4. resol. 107. vers. Ex his part. 7. tract. 11. resol. 30.* & alij, quos citauimus, *in lib. 2. tract. 7. cap. 9. nu. 31.*

75 Secundò: Eum, qui duas Missas audire tenetur: posse eas simùl audire; dum illę simul in duobus Altaribus celebrantur. Quià nullo iure temporum diuersitas præcipitur. Ita Merolla, *tom. 2. de leg. disp. 4. cap. 3. dub. 36. nu. 391.* Bonacina, *de sacram. disp. 4. quæst. vlt. pu. 11. nu. 13.* Sanchez, *lib. 1. sum. cap. 14. nu. 11.* Diana, *part. 2. tract. 17. resol. 18. & part. 5. tract. 14. resol. 52. in fine,* & alij, quos retulimus *in lib. 2. tract. 7. cap. 9. nu. 48.*

An non potens adimplere totũ pręceptũ, teneatur ad partem? Dub. 14.

76 PRima opinio ait: Non potentem implere totum præceptum, teneri ad eam partem, quam cōmodè potest; etiàm si minor sit. Sic tenet, loquens de infirmo, Petrus Ledesma, *to. 2. tract. 9. cap. 4. diff. 3.* qui ait: Infirmum ad eam partē recitandam teneri, quam commodè potest. Et dicit, esse communem opinionē Thomistarum. Et eadem sententiam, loquēs vniuersalitèr de quocumque non potente implere totum præceptum secutus est Bonacina, *de peccat. disp. 2. quæst. 8. pu. 1. nu. 4.* Et ratio istius opinionis est: quià licèt totum Officium vnius diei sit integra materia huius præcepti: nihilominus constat ex Horis distinctis; quarũ singulæ per se continent integram quādam orationem, & possunt separatim ab alijs dici. Et est magna differentia inter hoc præcèptum, & præceptum Ieiunij, vel Missæ: ergò qui aliquas ex Horis potest dicere, tenebitur illas dicere; etiàm si non possit omnes.

77 Limitat hanc sententiam Bonacina, loco citato. Dummodò ea pars, quam quis potest commodè implere, sit notabilis, & censeatur intenta à Legislatore: nàm si pars sit leuis, aut talis, quę non censeatur à Legislatore intenta; nulla est obligatio, illius partis implendę: quià subditus non obligatur vltrà voluntatē, & intentionem Legislatoris.

78 Vndè ait Ledesma: Qui non potest tota die ieiunare; sed solùm vsquè ad Vesperas: non peccare, si manè ientaculum sumat. Quià hęc pars non censetur à Superiore intenta; cùm Legislator intendat, obligare ad ieiunium: quod non consistit in abstinentia à multiplici refectione vsquè ad Vesperas tantùm: sed in abstinentia à pluribus refectionibus per totum diem.

29 At hic modus dicendi non soluit Quæstionem præpositam. Immò videtur petere principium, ait Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 3. dub. 36. nu. 406.* Quià nulla difficultas est; quod, quandò quis non potest implere totum pręceptum, teneatur ad partem; si ad illam partem velit Legislator obligare. At hoc est, quod quærimus: An Legislator, obligando ad aliquod totum, censeatur velle obligare ad partem, casu, quo totum impleri non possit?

80 Secunda opinio est Emanuelis Rodoriquez, *tom. 1. qq. regul. quæst. 42. art. 10.* & Hieronymi Rodoriquez, *in comp. qq. regul. Resol. 24. nu. 27. & 28.* asserentium: Absolutè eum non teneri ad recitandam illam partem, quam commodè potest. Quamuis diuersum sit de præcepto Ieiunij: nàm si quis totam Quadragesimam ieiunare nequeat; tenetur ad partem, quam potest. Ratio huis differentię est: quià in priori casu Legislator obligare non intendit. Quià in omni lege perplexitas euitanda est: quę non leuis consurgeret, si impotentem non ad totum

Officium recitandum, obligaret ad partē. Secùs autèm in posteriori casu: nam, moralitèr loquendo, perplexitas non reperitur; cùm facilè quis exprimēto, ac Medico corporali, & spirituali consultis, dignoscere possit, an aliquibus diebus ieiunare valeat.

81 Sed neque hæc sententia satis facit, vt probat Suarez, *lib. 5. de Horis Canonis, cap 27. nu. 26.* Quià loquendo de Infirmo, nō est sempèr vera. Nequè respondit adequatè ad Questionem prepositam, que est vniuersalis de quocumque, qui non solùm causa infirmitatis; sed etiàm ex alijs non potest implere totum præceptum, vt ait Merolla, *loco citato nu.* 400.

82 Tertia opinio est aliorum, asserentiū: Quandò quis non potest recitare maiorem partem Diuini Officij, non tenetur ad maiorem. At si potest recitare maiorem, ad eam tenetur; quamùis excusetur à minori, ratione impotentiæ. Quorū ratio est: Quia in iure id regulare est: vt maior pars trahat ad se minorem. *arg. leg quod maior pars, ff. ad municip. cap. 1. de his, quæ fiunt à maior. part. capit. & cap. quid proptèr de elect.* Tùm quià non occurrit melius prudens arbitrium, cum non debeamus obligare omnes ad dicēdum quamcumque partem, quam dicere possunt, etiā si minima sit. Ità Nauarr. *in tract. de orat. cap. 11. nu. 15 qui in nu 17. & 18.* eandem etiam doctrinam tradit, quandò ad eamdem Horam Canonicam integrè recitandam, adest impotentia: si enim ille potens sit ad maiorē illius Horæ Canonicæ partèm, tenetur ad illam. Et ità Lessius *lib. 2. de iustit. cap. 37. dub. 9. nu. 54.* Azorius, *part. 1. lib. 10. cap. 33. quæst. 4.* Castrus Palaus, *tom. 2. disp. 2. pu 6. nu. 9.* Diana, *part. 4. tract. 4. resol.* 225. Cosmus Philarcus, *de offic. Sacerd. to. 1. par. 1. lib. 1. cap.* 10. qui hoc etiam extendit ad partem ferè æqualem.

83 At (vt ait Suarez, *to. 2. de Relig lib 4. de horis Canon, cap. 27. nu. 24.*) hæc responsio non est adæquata: Quià possunt esse partes, moralitèr æquales, de quibus dici nō potest, vnā alteram ad se trahere: cesset ergò ibi ratio illius arbitrij. Vt v. g. Matutinum solum cū Laudibus videtur esse dimidia pars Diuini Officij: Et ex omnibus alijs Horis moralitèr altera pars cōficitur. Potest autèm contingere, vt aliquis non possit dicere Matutinū: & alias Horas commodè recitare possit: Cùr ergò non tenebitur illas dicere?

84 Quarta opinio est Suarez, *lib 4. de Horis Canon. cap. 27. nu. 26.* qui loquens de præcepto Diuini Officij, alitèr distinguendū existimat. Inquit enim: aliud esse, comparare singulas Horas Canonicas ad partes, ex quibus constat. Aliud verò comparare omnes septem Horas ad totum Officium vnius diei: quòd est veluti adequata materia, vel actus huius præcepti. Si primam comparationem faciamus: verum esse, (dicit ipse Doctor) neminem obligari ad dicendam aliquam Horam, qui non possit saltèm maiorem eius partem dicere: quia vnaqueque Hora precipitur, vt quedam actio perfecta: & ideò si non possit, ita vt nomen illud mereatur, non nascitur obligatio dicendi illā. Minor autèm pars Prime v. g. (& sic de alijs) non potest dici Prima: immò neque dimidia pars: sed oportet, vt saltèm precipue, & quasi substantiales eius partes dicantur. Quòcircà, etiam si in singulis Horis posset quis dicere aliquas partes minores: si nullam earum Horarum potest maiori ex parte dicere; nihil profectò dicere tenetur: etiam si omnes ille partes minores simul sumpte, bonam aliquam partem totius Diuini Officij conficere videantur. Quia non possunt per modum vnius Hore, nec per modum Canonici Officij recitari.

85 Si verò alteram comparationem faciamus, ait ipse Suarez: Non esse veram generalem regulam negatiuam pro omnibus casibus, & impedimentis Videlicèt: qui non potest dicere tòt horas, vt contineant saltèm maiorem partem totius Officij; nullam dicere teneatur. Primò: quia non est similis ratio. Nam vnaqueque Hora est perse quoddā totum, quod per modum Canonici Officij conueniētèr dicitur. Secundò: Nam exempla, & rationes, *nu.* 83 adducte, oppositum apertè conuincunt in multis casibus.

86 Aduertit tamèn supradictus Doctor: In casu infirmitatis, non esse hanc excusationem, vel licentiam tam scrupulosè restringendam: vt quicunque in infirmitate dicere possit vnam, vel alteram horam sine graui incommodo; ad illam dicendam obligetur: Nam hoc est nimìs onerosum, & preter suauitatem legis humane, & preter consuetudinem, que est optima legum interpres. Et ideò respiciendum censet ad modum infirmitatis, impedientis recitationem: nam si peculiaritèr impedit aliquam Horam propter diffi-

difficultatem v. g. in Matutino, propter debilitatem visus, & capitis: & illa difficultas in alijs Horis non sentitur; sed cómodè dici possunt: non erit legitima excusatio quò ad tales Horas: siuè illæ sint plures, siuè pauciores. At verò si infirmitas impediat indefinitè Diuinum Officiũ: vt est Febris grauis, vel aliquid simile: tũc existimat, non esse scrupulosè inquirẽdum, An possit infirmus, vnam, vel alteram Horam dicere? Quiã excusatio illa, ex se indefinita, æquiualet vniuersali: Ità enim consuetudo hanc legem interpretatur. Cuius ratio est: quia est valdè difficile in huiusmodi occasionibus attingere punctum in iudicando: quid possit Homo dicere, vel non dicere, sinè graui incommodo. Et ideò satis esse creditur, quod Officium ipsum dici non possit sine notabili incommodo.

87 Vndè (vt ait Suarez,) quandò infirmitas talis est, vt non impediat totum diei tempus, sed paucas oras: vt solet esse Quartana diurna, aut leuissima Tertiana febris; tũnc non omninò excusare: quamuis in tempore dicuntur Horæ, quæ cómodè dici possunt. Et ità Nauarr. *in tract. de orat. cap. 11. nu. 3.* Oliuarius, Bonarti *de Horis Can. lib. 2. cap. 40. à nu. 21.* Lezana, *sum. qq. regul. cap. 12. num. 27.* & approbat Merolla, *nu. 411.*

88 Et quamuis in materia, de qua loquitur Suarez, placuit Merollæ *in num. 411.* attamèn remanet difficultas in alijs materijs, seù præceptis.

89 Quinta opinio est Garziæ, *tom. 1. de benef. pa. 3. cap. 1. nu. 221.* Malderi, *2. 2. tract. 10. cap. 2. dub. 5.* Filliuc. *to. 2 tract. 23 cap. 9 num 287.* Sancij, *in select. disp 15 num 2.* Bartol. à S. Faust. *de Hor. Can. lib 2 quæst. 227.* & aliorum asserentium: Non potens recitare totum Officium, posset tamen recitare maiorem partem illius: si tamen illa pars esset soluta, & quæ non faceret aliqualem compositionem Horæ, quæ est quodam artificiale, & compositum ex diuersis partibus: non tenetur illam recitare. v. g. quamuis posset recitare omnes Psalmos, & Hymnos Horarum, quos memoritèr scit: tamèn quia illi, vt sic, non faciunt aliqualem compositionem Horæ, non teneretur illos recitare: licèt sit maior pars Officij.

90 Secundò ait ipse Garzias, cum Diana, *part 1 tract. 12 resol. 29* & Rodoriq. *par. 1. sum cap 445.* Qui non posset recitare Matutinum cum Laudibus, non teneretur, reliquas Horas recitare, quamuis illas posset: Quia Matutinum cum Laudibus, licèt non sit maior pars Officij; tamèn est prima, & præcipua pars illius: & ità excusatur. Nèc est simile (inquiunt) de Ieiunio Quadragesimæ: nã ibi est præceptum distinctum pro quolibet die: hic verò est vnum tantum præceptum pro toto Officio diei: & sic non est simile.

91 Si verò posset recitare (inquit ipse Garzias) sinè Matutino Laudes, cum reliquis Horis: teneretur ad illas, ex eò, quod sunt multò maior pars Officij Et quàmuis (inquit) Laudes sint vna Hora cum Matutino (vt dicunt magis communitèr Doctores) tamèn possunt ab illo diuidi, & recitari per modum Horæ distinctæ: saltèm ex aliqua iusta causa. Sicut facit Ecclesia in die Natiuitatis Domini. Addit verò ipse Garzias: Cum infirmis, non esse vtendum prædicto rigore; nisi clarè cõstet, quòd possunt id commodè facere. Ex quo infert: raró infirmos teneri aliquid recitare.

92 At hæc opinio, ait Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4 cap. 3. nu 415* quò ad secundũm dictum, non videtur probabilis. Et quò ad primum, non est indistinctè vera. Neque hæc sententia dat regulam generalem, ad cognoscendam in quacumque materia: quandò impotens, ad totum præceptum implendum, teneatur ad partem: & quandò non.

93 Sexta opinio est Sanchez, *lib. 1 sum. cap 19. nu. 4.* & Merollæ *to 2. de leg disp 4. cap. 3. dub. 36. nu. 416.* Qui hac distinctione vtũtur. Quædam sunt præcepta de re Indiuidua: Quædam verò de re Diuidua. Rem Indiuiduam appellant, quæ commodam diuisionem non patitur: nec solet communitèr diuidi, nec in parte saluatur ratio præcepti Rem Diuiduam verò vocãt quandò commodam diuisionem patitur: seù communitèr solet diuidi, & in parte saluatur ratio præcepti, sicut in toto: & vna pars ab alia non pendet.

94 Exemplum primi (vt dicunt præcitati Doctores) est in præcepto Ieiunij vnius diei, vel auditionis Sacri vno die, vel vnius Horæ Canonicæ: vel quandò quis promittit certum numerum precum ob specialem quandam deuotionẽ: vt quinquies Pater, & Aue in memoriã quinque Vulnerum Christi.

95 Exemplum secundi est in præcepto recitandi quotidiè septem Horas Canonicas: in qualibet enim saluatur ratio præcepti

cepti. Et in ieiunio totius Quadragesimę: Ieiunium enim singulorum dierum, diuiduum est ab alio. Itèm si quis promitteret integrum Rosarium B. Virginis, quod tribus partibus incommuni existimatione diuiduis, constat. Quod verum esse dicũt, quamuìs in ternario illo numero, Vouens specialem aliquam pietatem, & deuotionem spectaret, quæ absquè eo numero non reperitur. Vt, si id voueret in Sanctissimæ Trinitatis memoriam. Quià cum illæ partes communitèr diuidantur, & in qualibet reperiatur ratio precepti, quæ in toto datur: quælibet enim Rosarium Virginis appellatur; quamuìs in qualibet non saluetur ea ratio specialis pietatis: existimant præcitati Doctores, votum esse diuiduum: eò, vel maximè, quià vbi de contraria voluntate Vouentis non constat, censetur votum obligare, instàr præcepti Ecclesiastici de ea re: vt ipse Merolla *in 1. tom. disp. 2. cap. 4. dub. 8. in fine.* dixit. At præceptum Ecclesiasticum, quandò est de re de se diuidua, obligat modo diuiduo, & ad singulas partes, æquè, vt ad totum. Vt Ecclesia instituit ieiunium Quadragesimæ, in memoriam ieiunij quadragenarij Christi: & septem Horas Canonicas, vt Dauidem imitaretur; dicentem Psalm. 118. *Septies in die laudem dixi tibi:* Et tamèn precepta hec diuidua iudicantur. Et similitèr diuiduũ votum iudicaretur, si quis trium dierum ieiunium voueret, in reuerentiam Sanctissimę Trinitatis; quià dies illi ieiunij, in se, & incommuni existimatione, diuidui sunt. Similitèr obligatio est diuidua abstinendi à cibis prohibitis, etiam respectu vnius, & eiusdem diei: & abstinendi ab operibus seruilibus, respectu eiusdem Festi. Huius signum est: nam quotiès quis eadem die cibis prohibitis vescitur, aut opera seruilia exercet, totiès peccat. His præmissis, ad dubium respõdent præcitati Doctores.

96 Quandò preceptum est de re Indiuidua: Qui non potest implere totum id, quo censetur integrè moralitèr impleri preceptum, non tenetur ad partem. Vt qui potest ieiunare vsquè ad meridiem, & non vltrà; non tenetur vsque tunc ieiunare. Et qui tertiam partem Rosarij, vel Psalmos pœnitentiales vouit, nec potest totum recitare: non tenetur ad partem. Et idem dicunt de omnibus alijs preceptis Ecclesie, quę de re Diuidua esse dixerunt suprà. Dicunt, Quandò non potest impleri id, quod censetur moralitèr integrè preceptum impleri. Quià ad id tenetur; si pars, quæ non posset, esset ità modica, vt, ea scienter omissa, non impediret integram moralitèr precepti impletionem, à peccato mortali excusantè. Probant hanc assertionem precitati Doctores: Quià id preceptum commodam non patitur diuisionem, vt eius impletio diuidi possit: & consequentèr, vel toti, vel nulli parti obligat, ad satisfaciendum Ergò vbi toti satisfieri non potest, cessat obligatio partis.

97 Vndè Sanchez ait: Non esse verisimilitèr verum, quod tradit Nauarr. *in tract. de Hor. Canon. cap. 11. nu. 25.* nempè irridendos esse, qui se à recitandis Matutinis excusatos esse censent; quòd Breuiario carent, in quo Lectiones, & earum Responsoria recitare valeant; si Psalmos recitare possint. Nàm, cum respectu singularum Horarum, preceptum sit de re indiuidua: non est confugiendum ad potentiam maioris partis Horę recitandę, vt ea ad se minorem trahat. Sed spectandum est, An recitata parte possibili, censeatur integrè moralitèr illi precepto satisfactum; ità vt voluntaria alterius partis omissio non esset mortalis, iuxtà regulam supradictam. Etiamsi Matutinum esset Ferię vel Sancti simplicis, dicit Sãchez, eos non excusari: Quià omissio trium Lectionum, & earum Responsoriorum, quę ad integrum Matutinum desideratur; esset materia parua: ac proindè moralem Matutini integritatem non tolleret. Secùs, ait ipse Sanchez, si esset Matutinum Festi duplicis, vel semiduplicis, in quo nouem Lectiones, & octo Responsoria omittenda essent: tunc enim cum ea sit pars notabilis, qua omissa, non satisfit integrè moralitèr precepto: ideò nullatenùs id preceptum obligat.

98 Quandò preceptum est de re diuidua: & pars, respectu cuius est impotentia, est certa: Vt contingit quandò Breuiarij defectu non potest integrè Officium recitari: tùnc, (dicunt Sanchez, & Merolla) si possit recitare quamcumque Horam Canonicam, tenetur ad illam recitandã. Si verò pars illa non possit esse omninò certa, sed perplexitatis, & scrupulorum occasio esse possit in quantitate partis, ad quam est potentia dignoscenda: tùnc, dicunt, seruandam esse regulam Nauarri, vt maior pars trahat ad se minorem. Atque ità, si desit potentia ad maiorem

Officij

Officij parte, cesset obligatio ad reliquã, ad quam fortè est potentia. Si autèm potentia sit ad maiorem partè: illa est persoluenda, minori omissa, ad quam est impotentia. Vt contingit in ijs, qui ratione defectus bonæ valetudinis, vel ob vrgens aliquod negotium, excusantur ab Officio recitãdo. Ratio prioris partis est: Quia cum obligatio sit diuidua: & constet partem aliquam diuiduam, & quę est integra pręcepti materia, posse facilè, & commodè impleri: (nulla perplexitas, & scrupulorum occasione data:) nõ est, cur ab ea implenda, quis excusandus sit. Ratio autèm posterioris partis est: cum pars non sit certa: non potest commodè diuidi obligatio; quin multis scrupulis, & perplexitatibus pareat, circà quantitatem, ad quam est potentia, dignoscendam. Et ideò aptior regula tradi nequit, quàm vt maior pars trahat ad se minorem: & iuxtà potentiam ad illã, obligatio hęc diiudicanda sit. Et iuxtà hanc regulam cessabunt perplexitates, & scrupuli. Quià facilè cognosci potest: An ad maiorem partem adsit potẽtia. Quod si petis: Quid dicendum, si sit in potentia solum ad æqualem partem? Respondent Sanchez, & Merolla *in nu.* 431. *in fine*, cum Philarco: Tunc teneri, illam recitare: omissa alia, ad quam non est potẽntia. Quià non est aliqua ratio, ob quã hic excusetur.

99 Vndè dicti Doctores non approbant discrimen, quod statuit Rodoriquez suprà allegatus intèr præceptum ieiunij Quadragesimalis, & recitandi Officij Canonici: Quià regula est generalis in vtroque præcepto, & quibuscumque alijs diuiduis. Et ideò si potentia ieiunandi aliquo Quadragesimæ die, certa sit; obligat pręceptum ieiunandi illo die. Et hanc sententiam, quam docet Sanchez, tenet Oliuer. Bonartius, *de Hor. Canon. lib.* 2. *cap.* 40. *nu.* 11. Vbi dicit: eum, qui potest dicere Horam, v.g. Tertiam, vsquè ad Capitulum tantùm; teneri ad illam recitandam: quià omissio Capituli, & sequentiũ videtur parua materia, respectu totius Horæ. Secùs verò dicit de eo, qui potest dicere Primam vsque ad Capitulum: & maximè si est Feriæ, vel Sancti Simplicis, aut Semiduplicis: quià residuum, quod omittitur, est pars notabilis: vt clarè patet.

An lex Ecclesiastica possit præcipere, vel prohibere actus internos? Dub. 15.

100 VT distinctiùs in hac Quæstione procedamus, sciendum est: Dupliciter considerari possunt actus interni: Primò, quatenùs sunt merè intern: idest, quatenùs nullo modo coniuncti sũt cum externo. Secundò, vt coniuncti cum aliquo actu externo.

Iterùm sciendum est: Actum internum aliquandò coniungi cum externo, tamquàm necessarium ad aliquid esse morale, vel quàsi artificiale, quod lex Humana potest intẽdere, vel præcipere: esto, quòd ille actus internus ad materialem illam actionem sensibilem, pro vt exteriùs appareat, necessarius non sit. Vt v.g. intẽtio baptizandi necessaria est, vt fiat Baptismus: licèt nõ sit necessaria, vt fiat ablutio: neq; vt verba exteriùs proferãtur: Et ideò nõ obstante priori necessitate, sufficit illã intentio baptizandi, licèt exteriùs non manifestetur euidentèr per exteriores actiones abluendi, aut verba proferendi. Aliquandò verò coniungitur internus actus exteriori, omninò extrinsicè; tàm physicè, quàm moralitèr: idest, tàm respectu actionis externæ, materialitèr sumptæ; quàm respectu eiusdem, sub ratione Sacramenti, vel contractus, vel alterius similis formalitatis moralis, quæ interdùm esse potest materia legis Humanæ; vel præcipientis, vel prohibẽtis. Vt erit in dicto exemplo, intẽtio baptizandi gratis & non proptèr prætium, vel aliud simile, à quo nõ dependet Baptismus: nec, vt ablutio, nec vt Sacramẽtum.

His positis, Quæro primo: An lex Ecclesiastica possit præcipere, vel prohibere actus merè internos?

101 AFfirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: Quià Ecclesia potest remittere culpas interiores per absolutionem Sacramentalẽ, easque potest sibi Pontifex reseruare. Tũ quià, potest dispensare in votis, purè internis: ergò habet iurisdictionem in tales actus internos: quià dispensatio est actus iurisdictionis. Tũ quià, potest pœnas, pro peccatis debitas, per indulgentias remittere: quod etiam requirit potestatem iurisdictionis. Tùm quià, aliquandò excommu-

municat proptèr interiorem actum, & proptèr hæresim mentalem: *can. si quis per superbiam, dist. 40.* & ità Gloss. *in clem. 1. de Haret. § verù. v. eo ipso.* Adrian. *Quodlibet 8. art. 1. lit G & H.* Rosella, *v. absolutio, 1. nu. 28. & seq.* Et probabilem vocat Io. Med. *C. de oratione, quaest. 15. §. His tamē non obstantibus,* & Lesius, *lib. 2. de iust. cap. 37. dub. 11. nu. 66.*

102 Vndè secundùm hanc opinionem: Hereticum purè mentalem incurrere excommunicationem, in hereticos latā. Quià cum peccatum hoc sola mente cōsummetur; credendo pertinacitèr heresim, hic est perfectè hereticus. Ità Gloss. *cap. cogitationis v. patitur. de pœnit. d. 1.* Immola, *clem. 1. nu. 18. de haret.* Baldus, *leg. si quis non dicam. 5. nu. 1. vers. venio ad prapositionē C. de Episcop. & Cler.* Anan. *cap. si quis Episcopus, num. 7. vers. istud tamen de haret.* Hippolitus, *leg. qui falsum. nu. 13. ff. de floris.* Felinus, *cap. 1. nu. 7. de præsump.* Rosella, *v. absolutio, 1. num. 29. & v. excommunicatio, 1. cas. 1. nu. 1. & v. Hereticus. nu. 14.* Adrianus, *4. quodlib. 3. de concessione, qua incipit: Restat nunc inquirere. §. Alij probant, vers. sed huius rationis. & quodlib. 8. quaest. 1. littera G.* Vela, *de pœnis delictorum cap. 34. vers. Iure verò canonico.* Menoch. *de arbit. lib. 2. centuria, 4. cas. 360. nu. 6. & 7.* Decianus, *in sua practica, in 1. part. lib. 5. c. 41. num. 2.* Roias, *de heretic. pa. 1. à num. 246. & pa. 2. assers. 27. nu. 113.* & alij.

103 Attamen secunda opinio negat, & est communis, & vera sententia. Cuius ratio est: Quià Humana iurisdictio non potest ferre legem de actibus, de quibus nō potest iudicare, nec punire: sed potestas Ecclesiastica non potest iudicare de actibus merè internis, neque illos punire: ergò neque potest de illis legem ferre. Minor expressè habetur *in cap. tua nos de Simonia: Nobis* (inquit Pontifex) *datum est de manifestis tantummodò iudicare.* Et ratio est: quià iudicium supponit causæ cognitionem: actus autèm interiores, sunt omninò extra cognitionem humanam: & ideò de internis ad solum Deum pertinet, iuxta illud 1. Reg. 16. *Homo videt ea, que patent: Deus autem intuetur cor.* Maior autèm sumitur ex Aristot. 10. Ethyc. cap. 5. dicente: Potestatem Legislatiuam necessariò debere, coniunctam habere potestatem coactiuam: nam aliàs esset inutilis, & inefficax. Vndè fit, hominem solùm posse lege precipere illa, quæ potest punire, si alitèr fiat. Non punit autèm, nisi iudicando: ergo circà ea tantū versatur lex Humana, circà quę potest humanum iudicium versari. Ità D. Thomas, 1. 2. *quaest. 91 art. 4. & quaest. 100. art. 9.* & ibi Medina, *vers. ad vltimum,* & Caietanus. Valentia, *disp. 7. quaest. 3. pu. 2.* Beccanus, *tract. 3. cap. 6. q. 5. num. 2.* Paludanus, *in 4. dist. 15. quaest. 15. art. 1. concl. 4.* Durandus, *dist. 15. quaest. 12. nu. 6.* Suarez, *lib. 4. de leg. disp. 9. sect. 1. num. 4.* Salas, *de leg. disp. 9. sect. 1. num. 3.* Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 3. cap. 6. nu. vlt.* Azorius, *pa. 1. lib. 5. cap. 10. quaest. 3.* Vasquez, *1. 2. disp. 160. cap. 2. num. 5.* Layman, *in Theolog. moral. tract. 4. cap. 4. nu. 5.* Ferd. Castro, *pa. 1. opere moral. tract. 3. disp. 1. pu. 6. nu. 2.* Bonacina, *de leg. disp. 1. quaest. 1. pu. 5. nu. 8.* Merolla, *tom. 2. de leg. disp. 4. cap. 4. dub. 16. nu. 217.* Couarr. *reg. peccatum pa. 2. in princip. num. 7.* Miranda, *in manual. Prælat. tom. 1. quaest. 26. art. 2.* Siluester, *v. excommunicatio 2. nu. 3.* Nauarr. *cap. 23. nu. 38. & cap. 27. nu. 56. & cap. cogitationis d. 1. de pœnit.* & alij.

104 Vndè secundùm hanc communem, & veram opinionem dicendum est: Hereticum, vel Apostatam nunquàm incurrere excommunicationem, aùt alias pœnas; nisi verbo aliquo, signo, vel facto, heresim in mente latitantem explicet. Quià & si hęc peccata consummentur verè, & perfectè in sola mente; nequit tamen Ecclesia punire excommunicatione, alijsque pœnis fori externi delictum qualecumque: nisi aliquo modo externo manifestetur. Quià Ecclesia iurisdictione iudicandi de omninò occultis caret. Ità Maior, *in 3. dist. 25. quaest. 3. in fine.* Paludanus, *in 4. de 13. quaest. 3. art. 1. concl. 8. num. 15.* D. Antoninus, *part. 3. tit. 24. cap. 4. statim in principio.* Driedo, *de libert. Christ. lib. 3. cap. 5. ad finem.* Angelus. *v. Hereticus, nu. 2.* Armilla, *v. excomu. intèr casus excommunicationis. cas. 9. in fine.* Armilla, *v. excommunicatio.* Tabiena, *v. excommunicatio 5. in cas. 4. nu. 4. q. 5.* Caietanus, *v. Hereticus in fine & 2. 2. quaest. 11. art. 3. in fine.* Sotus, *4. d. 22. quaest. 2. art. 2. colum. 3. vers. Hoc autem supposito. & art. 3. post 5. conclus. cas. 1.* Castro, *lib. 2. de iusta hered. punit. cap. 18. paulo post principium, & de leg. pœnal. lib. 2. cap. 15.* Nauarr. *cap. cogitationis num. 8. & 10. de pœnit d. 1. & in sum. Latina, cap. 11. nu. 22.* Couarr. *regula peccatum pa. 2. nu. 7.* Martinus Ledesma, *2. pa. 4. quaest. 21. ar. 6. colum. 3.* Palatius, *4. d. 5. disp. 1. colum. 4.* Capiauillus, *de casib. reser. pa. 2. cap. 1.*

cap.1.quæst 2 vers. 5. Iulius Clarus, in sua practica, lib.5. §. Hæresis nu. 23. Gutierez,lib.1.cap.13.nu.28. Aragonius,2.2. quæst.11,art.3. Toletus,in fine sum. in excommu.1.Bullæ cane.Suarez, tom 5 in 3 part.disp.21 sect.2. Vasquez, 1. 2. quæst. 96. art.4.disp.160 cap 5. nu. 22. Valentia, 2.2.disp.1.quæst 11.pu.3.ad finem. Rodoriquez, in 2.edict summæ. cap 131. num. 1. Azorius,pa.1 lib.8 cap.10 q.3.& lib 5.cap. 10. quæst vnica. Auila, de cens. pa. 1 dub. 10.concl.1. Graffius,pa.1.lib.2.cap 9 nu 3. Sayrus, de cens. lib.3 cap.4 nu.21.Sanchez lib.2.sum cap.8.nu.2. Filliucius,to.1 tract 26 cap.2.nu.27.& alij.

Secūdò: An lex Ecclesiastica possit præcipere, vel probibere actum internum, vt per se coniunctum cum externo, tanquàm necessarium ad aliquod esse morale illius?

105 Affirmatiuè respōdet prima opinio. Cuius ratio est: quia ad rectam Ecclesiæ gubernationem pertinet, vt actus interni, tali modo considerati, ab Ecclesia præcipi, vel prohiberi possint. Sicùt enim ob rectam Ecclesiæ gubernationem præcipiuntur actus externi: ità præcipi possunt actus interni, qui connexionem habent cum externis: vèl sinè quibus actus externi non possunt subsistere secundùm esse morale, aut phy ficum. Tùm quia, illi actus externi sunt necessarij ad humanum coniunctum, vel ad cultum Religionis in Ecclesia necessarium: non solùm materialitèr sumpti, secundùm esse physicum; sed etiam formalitèr accepti, vt sunt tales actus morales, & quasi artificiales: idest quatenùs sunt contractus, Sacramentum, sacrificium, oratio, &c. Ergò ad rectam Ecclesiæ gubernationem necessaria illi fuit potestas, ad præcipiendum vsum, & exercitium talium actuum, secundùm tales formales rationes. Non possunt autèm ità præcipi, quin præcipiantur actus interni, sinè quibus rationes illæ consistere non possunt: Ergò illo modo præcipi possūt: siuè per actus externos sufficientèr manifestentur, siuè non. Ità Suarez, lib.4. de leg.cap.13 nu.6 Caietanus, in sum v Horæ, vers quò ad tertium. & 2.2 quæst. 83. art.13. in fine. Medina, lib 1 cap.14 §. 11. Emanuel sà, v Horæ canonicæ.num. 19. Salas, de leg.disp.9 sect. 1.num.24 Sayrus, de cens.lib.3.cap 4.n.22.Lorca,1.2.to. 2. de leg.disp.16.membr.2.Aragonius, 2.2.q. 83. art.13.vers. Dico secūdò Zerola, in prax. Episcop.v. Horæ canonicæ.§.4.Petrus Ledesma, to.2 sum tract 9.cap. 4. concl. 20. Vilalobos, to 1 sum tract. 24. Malderus, 2.2.tract.10 cap 2.dub.2. Fernandez,pa 3. cap.13 §.6.num 1.Siluius,2.2.quæst.83 ar. 13 concl 4. Molfesius, tom.1 sum.tract.4. cap 2 nu 8.Homobonus,pa.1.tract 4.cap. 5.q.40.Rodoriquez, pa.1 sum.cap.144 nu 1 in prima edit. Azorius,pa 1.lib.10 cap. 12.q 6 Valentia, 2.2 disp 6.quæst.2.pu. 10. § circà quartum Conrad.pa 1.quæst 244. Belloch. de casib reser.pa 2.quæst.15. nu. 19 Filliucius, de cens.incom cap.6.quæst 3 nu.166 Raphael della Torre, in 1.2 to. 2. de Hor.canon.contro.2 Moneta, de distrib. quotid par.2.q.2.n.10 Layman in Theolog. moral lib.4.tract.1.cap.5.num.10 Lesius, lib 2.cap.37 dub.11 nu.66.Petrus Nauarr. lib.2.de restit.cap.2,nu 233 Ferd. Castro, par.1.oper moral tract.3.disp.1.q 1 pun.6. nu.3.Bonacina, de leg disp.1 quæst.1. pu.5. num.8.Merolla to.1.de leg.disp 4.cap.3.nu. 228 & alij.

106 Vndè primò, secundum hanc opinionem: Nō satisfacit præcepto annuæ Cōfessionis, cum cōfessione voluntariè nulla, qui sine dolore, & proposito confitetur: etiamsi hoc solùm contingat ex solo defectu interno: Quià non aliam confessionem præcipit Ecclesia, quam Deus. Sed quià sinè interno dolore, & proposito emmendationis, aut sinè animo confitendi &c. non recipitur verum Sacramentum: ergò &c. Ità Filliucius, tom. 1. tract.q cap.3.nu.64.Siluius, in 3 part.quæst 6 art 5. Faber. de pœnit, in 4.sent. dist 17. quæst 1.disp.30.cap.3 nu 55 Merolla, to.1. de leg disp.4.cap.4.nu.232 Sotus, in 4.dist. 18 quæst 3 art.3. Coninch. de Sacramen. disp.5.dub.9 Nugn. in add. ad 3.q. 6.art.5. diff C.Layman, in Theolog moral li 5 tract 6.cap 5.nu.10 Emanuel sà, v confessio.nu. 1.Suarez, in 3.pa.to.4.disp.36 sect. 7. nu. 3. & alij:& probabilem vocat Diana, par. 3. tract.4 resol.120.

107 Secundò: Clericum beneficiarium, recitantem Horas Canonicas exteriùs integrè, & completè: non satisfacere præceptum; si voluntariè sinè vlla attentione recitet: quià per hoc præceptum obligatur Homo ad orandū: Vt probat Suarez to.2.de Relig.li 4.de Hor.Canon.cap.26 à nu.13. Sed si nullo modo attendit, non orat: ergò non implet præceptum. Ità Doctores citandi in lib. 2. tract. 3. cap.5. dub.1.nu.1.

municat proptèr interiorem actum, & proptèr hæreſim mentalem: *can. ſi quis per ſuperbiam, diſt. 40.* & ità Gloſſ. *in clem 1. de Hæret. § verù. v. eo ipſo.* Adrian. *Quodlibet 8. art. 1. lit G & H.* Roſella, *v abſolutio, 1. nu 28. & ſeq.* Et probabilem vocat Io. Med. *C. de oratione, quæſt. 15. §. His tamē non obſtantibus,* & Leſius, *lib. 2. de iuſt. cap 37. dub. 11. nu. 66.*

103 Vndè ſecundùm hanc opinionem: Hereticum purè mentalem incurrere excommunicationem, in hereticos latā. Quià cum peccatum hoc ſola mente cōſummetur; credendo pertinacitèr hereſim, hic eſt perfectè hereticus. Ità Gloſſ. *cap. cogitationis v. patitur de pœnit. d. 1.* Immola, *clem. 1. nu. 18. de hæret.* Baldus, *leg ſi quis non dicam 5. nu. 2. verſ venio ad prepoſitionē C. de Epiſcop. & Cler.* Anan. *cap ſi quis Epiſcopus, num. 7 verſ iſtud tamen de hæret.* Hippolitus, *leg. qui falſum. nu. 13 ff de falſis.* Felinus, *cap 1. nu. 7. de præſump.* Roſella, *v. abſolutio, 1. num. 29. & v excommunicatio, 1. caſ 1. nu. 1. & v. Hæreticus. nu. 14.* Adrianus, *4. quodlib. 3. de conceſſione, quæ incipit: Reſtat nunc inquirere. §. Alij probant, verſ. ſed huius rationis. & quodlib. 8. quæſt. 1. littera G.* Vela, *de pœnis delictorum cap. 14. verſ. Iure verò canonico.* Manoch. *de arbit. lib. 2. cēturia, 4. caſ 360 nu 6. & 7.* Decianus, *in ſua practica, in 1. part. lib. 5. c. 41. num. 2.* Roias, *de hæretic pa. 1. à num. 246. & pa. 2. aſſerſ. 27. nu. 313.* & alij.

103 Attamen ſecunda opinio negat, & eſt communis, & vera ſententia. Cuius ratio eſt: Quia Humana iuriſdictio non poteſt ferre legem de actibus, de quibus nō poteſt iudicare, nec punire: ſed poteſtas Eccleſiaſtica non poteſt iudicare de actibus merè internis, nequè illos punire: ergò nequè poteſt de illis legem ferre. Minor expreſſè habetur. *in cap tua nos de Simonia: Nobis* (inquit Pontifex) *datum eſt de manifeſtis tantummodò iudicare.* Et ratio eſt: quià iudicium ſupponit cauſæ cognitionem: actus autèm interiores, ſunt omninò extrà cognitionem humanam: & ideò de internis ad ſolum Deum pertinet, iuxta illud 1. Reg. 16. *Homo videt ea, quæ patent: Deus autem intuetur cor.* Maior autèm ſumitur ex Ariſtot. 10. Ethyc. cap. 5. dicente: Poteſtatem Legiſlatiuam neceſſariò debere, coniunctam habere poteſtatēm coactiuam: nàm aliàs eſſet inutilis, & inefficax. Vndè fit, hominem ſolùm poſſe lege precipere illa, quæ poteſt punire, ſi alitèr fiat. Non punit autèm, niſi iudicando: ergo circà ea tantū verſatur lex Humana, circà quæ poteſt humanum iudicium verſari. Ità D. Thomas; *1. 2. quæſt 91 art. 4 & quæſt. 100. art. 9.* & ibi Medina, *verſ. ad ultimum,* & Caietanus. Valentia, *diſp. 7. quæſt. 3 pu. 2.* Beccanus; *tract 3 cap 6. q. 5. num. 2.* Paludanus, *in 4. diſt. 35. quæſt 15. art. 2. concl. 4.* Durandus, *diſt 15 quæſt. 12. nu. 6.* Suarez, *lib. 4. de leg. diſp. 9. ſect. 1. num 4.* Salas, *de leg. diſp 9. ſect. 1. num. 3.* Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 3. cap 6. nu. ult* Azorius, *pa. 1 lib. 5. cap. 10 quæſt. 3.* Vaſquez, *1. 2. diſp. 160. cap. 2. num 5.* Layman, *in Theolog moral tract. 4. cap. 4. nu. 5* Ferd. Caſtro, *pa. 1. opere moral. tract. 3 diſp 1. pu. 6. nu. 2.* Bonacina, *de leg. diſp. 1. quæſt. 1. pu. 5. nu 8.* Merolla, *tom. 2. de leg diſp. 4. cap. 4. dub. 16. nu. 217.* Couarr. *reg. peccatum pa. 2. in princip. num. 7* Miranda, *in manual Prælat. tom. 1. quæſt 26. art. 2* Silueſter, *v excommunicatio 2. nu. 3.* Nauarr. *cap. 23. nu. 38 & cap. 27. nu. 56. & cap. cogitationis d. 1. de pœnit.* & alij.

104 Vndè ſecundùm hanc communem, & veram opinionem dicendum eſt: Hereticum, vel Apoſtatam nunquam incurrere excommunicationem, aùt alias pœnas; niſi verbo aliquo, ſigno, vel facto, hereſim in mente latitantem explicet. Quià & ſi hęc peccata conſummentur verè, & perfectè in ſola mente; nequit tamen Eccleſia punire excommunicatione, alijſque pœnis fori externi delictum qualecumque: niſi aliquo modo externo manifeſtetur. Quià Eccleſia iuriſdictione iudicandi de omninò occultis caret. Ità Maior, *in 3. diſt. 25 quæſt. 3. in fine.* Paludanus, *in 4 de 13. quæſt 3. art. 1. concl. 8. num. 15.* D Antoninus, *part 3 tit 24 cap. 4. ſtatim in principio.* Driedo, *de libert. Chriſ. lib. 3. cap. 5. ad finem.* Angelus. *v. Hæreticus, nu. 2.* Armilla, *v. excomu. intèr caſus excommunicationis. caſ. 9. in fine.* Armilla, *v. excommunicatio.* Tabiena, *v excommunicatio 5. in caſ. 4. nu. 4 q 5.* Caietanus, *v. Hæreticus in fine & 2. 2 quæſt. 11. art. 3. in fine,* Sotus, *4. d. 22. quæſt. 2. art. 2. colum. 3. verſ. Hoc autem ſuppoſito. & art. 3 poſt 5. concluſ. caſ. 1.* Caſtro, *lib. 2. de iuſta hæred. punit. cap. 18. paulo poſt principium, & de leg. pœnal. lib. 2. cap. 15.* Nauarr. *cap cogitationis num. 8. & 10. de pœnit d. 1. & in ſum. Latina, cap. 11. nu. 22.* Couarr *regula peccatum pa. 2. nu. 7* Martinus Ledeſma, *2. pa. 4. quæſt. 21. ar. 6. colum. 3.* Palatius, *4. d. 5. diſp 1. colum. 4.* Capiauillus, *de caſib. reſer. pa 2. cap. 1.*

cap. 1. quæst. 2 verf. 5. Iulius Clarus, in sua practica, lib. 5. §. Hæresis nu. 23. Gutierez, lib. 1. cap. 13. nu. 28. Aragonius, 2. 2. quæst. 11, art. 3. Toletus, in fine sum. in excommu. 1. Bulla cœnæ. Suarez, tom 5 in 3. part. disp. 21. sect. 2. Vasquez, 1. 2. quæst. 96. art. 4. disp. 160 cap 5. nu. 22. Valentia, 2. 2. disp. 1. quæst 11. pu. 3. ad finem. Rodoriquez, in 2. edict. summa. cap 131. num. 1. Azorius, pa. 1 lib. 8 cap. 10 q. 3. & lib 5. cap. 10. quæst unica. Auila, de cens. pa. 1. dub. 10. concl. 1. Graffius, pa. 1. lib. 2. cap 9. nu 3. Sayrus, de cens. lib. 3 cap. 4 nu. 21. Sanchez lib. 2. sum. cap. 8. nu. 2. Filliucius, to. 1 tract 26 cap. 2. nu. 27. & alij.

Secūdò: An lex Ecclesiastica possit præcipere, vel prohibere actum internum, vt per se coniunctum cum externo, tanquàm necessarium ad aliquod esse morale illius?

105 Affirmatiuè respōdet prima opinio. Cuius ratio est: quià ad rectam Ecclesiæ gubernationem pertinet, vt actus interni, tali modo considerati, ab Ecclesia præcipi, vel prohiberi possint. Sicùt enìm ob rectam Ecclesiæ gubernationem præcipiuntur actus externi: ità præcipi possunt actus interni, qui connexionem habent cum externis: vèl sinè quibus actus externi non possunt subsistere secundùm esse morale, aùt physicum. Tùm quià, illi actus externi sunt necessarij ad humanum coniunctum, vel ad cultum Religionis in Ecclesia necessarium: non solùm materialitèr sumpti, secundùm esse physicum; sed etiàm formalitèr accepti, vt sunt tales actus morales, & quasi artificiales: idest quatenùs sunt contractus, Sacramentum, sacrificium, oratio, &c. Ergò ad rectam Ecclesiæ gubernationem necessaria illi fuit potestas, ad præcipiendum vsum, & exercitium talium actuum, secundùm tales formales rationes. Non possunt autèm ità præcipi, quin præcipiantur actus interni, sinè quibus rationes illæ consistere non possunt: Ergò illo modo præcipi possūt: siuè per actus externos sufficientèr manifestentur, siuè non. Ità Suarez, lib. 4. de leg. cap. 13 nu. 6 Caietanus, in sum v Hora, vers. quò ad tertium. & 2. 2 quæst. 83. art. 13. in fine. Medina, lib 1 cap. 14 §. 11. Emanuel sà, v Horæ canonicæ. num. 19. Salas, de leg. disp. 9 sect. 1. num. 24 Sayrus, de cens. lib. 3 cap 4. n. 22. Lorca, 1. 2. to. 2. de leg. disp. 16. membr. 2. Aragonius, 2. 2. q. 83. art. 13. vers. Dico secūdò Zerola, in prax. Episcop. v. Horæ canonicæ. §. 4. Petrus Ledesma, to. 2. sum tract 9. cap. 4. concl. 20. Villalobos, to 1 sum tract. 24. Malderus, 2. 2. tract. 10 cap 2. dub. 2. Fernandez, pa 3. cap. 13 §. 6. num 1. Siluius, 2. 2. quæst. 83 ar. 13 concl 4. Molfesius, tom. 1 sum. tract. 4. cap 2 nu 8. Homobonus, pa. 1. tract 4. cap. 5. q. 40. Rodoriquez, pa. 1 sum. cap. 144 nu 1 in prima edit. Azorius, pa. 1. lib. 10 cap. 22. q 6 Valentia, 2. 2 disp 6 quæst. 2. pu. 10. § circà quartum Conrad. pa 1 quæst 244. Belloch. de casib reser. pa 2. quæst. 15. nu. 19 Filliucius, de cens. incom cap. 6. quæst 3 nu. 166 Raphael della Torre, in 1. 2 to. 2. de Hor. canon. contro. 2 Moneta, de distrib. quotid par. 2. q. 2. n. 20 Layman. in Theolog. moral lib. 4. tract. 1. cap. 5. num. 10 Lessius, lib 2. cap. 37 dub. 11 nu. 66. Petrus Nauarr. lib. 2. de restit. cap. 2, nu 233 Ferd. Castro, par. 1. oper moral tract. 3. disp. 1. q 1. pun. 6. nu. 3. Bonacina, de leg disp. 1 quæst. 1. pu. 5. num. 8. Merolla to. 2. de leg. disp 4. cap. 3. nu. 228 & alij.

106 Vndè primò, secundum hanc opinionem: Nō satisfacit præcepto annuæ Cōfessionis, cum cōfessione voluntariè nulla, qui sine dolore, & proposito confitetur: etiàmsi hoc solùm contingat ex solo defectu interno: Quià non aliam confessionem præcipit Ecclesia, quam Deus. Sed quià sinè interno dolore, & proposito emmendationis, aut sinè animo confitendi &c. non recipitur verum Sacramentum: ergò &c. Ità Filliucius, tom. 1. tract. 9 cap. 3. nu. 64. Siluius, in 3 part. quæst 6 art 5. Faber. de pœnit, in 4. sent. dist 17. quæst 1. disp. 30. cap. 3 nu 55 Merolla, to. 2. de leg disp. 4. cap. 4. nu. 232 Sotus, in 4. dist. 18 quæst 3 art. 3. Coninch. de Sacramen. disp. 5 dub. 9 Nugn. in add. ad 3. q. 6. art. 5. diff. C. Layman, in Theolog moral li 5 tract 6. cap 5. nu. 10 Emanuel sà, v confessio. nu. 1. Suarez, in 3. pa. to. 4. disp. 36 sect. 7. nu. 3. & alij: & probabilem vocat Diana, par. 3. tract. 4 resol. 120.

107 Secundò: Clericum beneficiarium, recitantem Horas Canonicas exteriùs integrè, & complerè: non satisfacere præceptum; si voluntariè sinè vlla attentione recitet: quià per hoc præceptum obligatur Homo ad orandū: Vt probat Suarez to. 2. de Relig. li 4. de Hor. Canon. cap. 26 à nu. 13. Sed si nullo modo attendit, non orat: ergò non implet præceptum. Ità Doctores citandi in lib. 2. tract. 3. cap. 5. dub. 1. nu. 1.

108 Secunda opinio negatiuè respondet. Cuius ratio est: Quià nemo potest pręcipere, aut vitare, quod non potest punire: nequè potest punire, quod non potest cognoscere, & iudicare. Sed Ecclesia extrà confessionem non potest cognoscere actus internos: ergò nequè potest actus internos præcipere, aùt vitare. Ità Durãdus, *in 4. dist. 15. quæst. 12.* Siluester, *v. Horæ, nu. 13.* D. Antoninus, *pa. 3 tit. 13. cap. 4. §. 8.* Rosella, *v. Horæ, nu. 11.* Paludanus, *in 4. dist. 15. q. 5. art. 2 concl. 4.* Angelus, *v. Horæ nu. 17.* Coninch. *de Sacram. q. 83. art. 6. nu. 291.* Io. Valer. *de differe. vtri. fori, v. Hora canonicæ, diffe. 1.* Vasquez, *1. 2. disp. 160. nu. 32. & seq.* Comitol. *resp. moral. lib. 1. quæst. 63. nu 5.* Beccanus, *1. 2. tractat. 3. cap. 6. q. 5 nu. 4.* & alij.

109 Vndè, secundùm hanc opinionem, adimplet præceptum annuæ cõfessionis illæ, qui voluntariè sinè dolore confitetur peccata sua. Quià Ecclesia solum externum Confessionis actum præcipere potest: de occulto autèm defectu non iudicat. Ità Pitigianus *in 4. tom. 2. dist. 17. quæst. vnica, art. 7.* Fagundez, *par. 2 lib. 1. cap. 4. nu. 4. in fine.* Paludanus, *in 4. dist. 17 quæst. 7.* & ibi Gabriel. *q. 1. art. 3. dub. vlt.* Victoria, *in sum. quæst. 163.* Alens. *pa. 4. quæst. 77. nu. . & 7.* Diana, *pa. 2. tract. 4. resol. 120 & in addict. resolu. 14.* Vasquez, *in 3. pa. to. 3 disp. 114. cap. 4.* Petrus Ochagauia. *de Sacram. tract. 2. de Euch. quæst. 15 num. 6.* & alij.

110 Secundò: Clericum beneficialem, recitantem Horas Canonicas exteriùs integrè, & complerè; quamùis voluntariè, & sinè vlla attentione recitet: non trasgredi proprium præceptum Ecclesiasticũ, nec incurrere pœnas Ecclesiasticas, impositas transgressoribus illius pręcepti: vt restitutio fructuum, quià nihil omittit eorum, quæ exteriùs fieri debent, & de quibus possit Ecclesiæ constare. Ità Doctores citati *in lib. 2. tract. 3. cap. 5. dub. 1. nu. 2. & cap. 7. dub 57.*

111 Tertio: Satisfacit præcepto ille, qui interest Missę, voluntariè distractus; si cũ externa reuerentia assistat: ità vt verè dici possit, hic, & nunc actum externum Religionis exercere. Ità Diana. *par. 2. tra. 12. resol. 2. in fine.* Coninch. *vbi supra. nu. 297.* Layman, *in Theolog. moral. lib. 4. tr. 7. cap. 3. nu. 2.* Granad. *1. 2. controu. 7. tract. 3. pa. 1. disp. 5. num. 11.* & alij.

Tertiò: An lex Ecclesiastica possit præcipere, vel probibere actum internum, vt coniūctum, alicui actu; exteriori: etiàm si illa coniunctio non sit perse necessaria ad aliquid esse morale externi actus; sed merè per accidens, ex arbitrio operãtis?

112 Affirmat prima opinio. Cuius ratio est. Quia Pontifex pręcipere potest Sacerdoti nõ solùm, vt faciat sacrificium: sed etiàm, vt illud applicet pro tali defuncto: quę tamèn applicatio interna non est necessaria adesse morale dicti actus externi, nempè sacrificij. Ergò &c. Tùm *ex cap. dolẽtis, de celebr. Missar.* & *Clem. 1. eod tit.* vbi pręcipitur Clericis recitatio Officij attenta, & deuota. Tùm ex *Clem. 1. § verũ de hæret.* vbi Inquisitores, qui ex odio, vel intẽtione turpis lucri omittunt contrà iustitiã, & cõscientiã, procedere contrà aliquẽ in casu fidei, excõmunicantur. Ita Sotus, *lib. 10 de iust. q. 5. art. 5. concl. 7* Angel. *v. Hæreticus n. 2.* Tabiena, *v. excõmu 5. cas. 4 nu.* . Caietan. *in sum. v. excommu cap. 3. & v. Hora §. 3.* Nauarr. *de Horis Canon cap. 13. à nu 18* & alij.

113 Secunda opinio negat. Quià quandò actus internus nullo modo est necessari adesse physicum, vel morale exterioris actus; sed solùm coniungi potest ex arbitrio, seù libertate operantis: tùnc nullo modo posse per legem Ecclesiasticam pręcipi, vel prohiberi. Vndè Ecclesia non potest pręcipere: vt Oratio, vel Ieiunium fiat cum hac, vel illa intentione. Probat hęc opinio ex vsu Ecclesię, quę non consueuit, cogere ad talem interiorem actum, non necessarium ad substãtiã moralium actuum. Tùm etiã, quià ad generalem, & conuenientem Ecclesię gubernationem videtur sufficere; vt per leges pręcipiantur actus externi, de se boni, vel religiosi cum conditionibus necessarijs, vt sint actus morales: nàm eò ipso naturalis ratio, & ius diuinum obligat; vt honestè, & dignè fiant. Ergò non oportuit de hoc multiplicare Ecclesiastica pręcepta: maximè, quandò rectitudo pendet ex solo actu, vel dispositione interiori, de qua Ecclesię constare nõ potest. Ità Merolla, *to. 2. de leg disp. 4. c. 4 nu. 237.* Vasquez, *1. 2. disp. 160. cap. 3. n. 14.* Castro, *lib. 2. de iust hæred. punit. c. 18.* Valent. *1. 2. disp. 7. q. 5 pu. 7 & 2. 2. disp 7. q. 3. pu. 2.* Sayrus, *in Cla. Reg. lib. 3. c. 6. n. vlt.* Azorius, *pa. 1. lib. 5. ca. 10* Suarez, *lib. 4. de leg. c. 13. n. 14.* Salas, *de leg. disp. 9 sect. 1. à n. 7.* Ferd. de Castr. *pa. 1. oper. moral. tract. 6. disp. 1. pu. 6. nu. 4.* & alij.

De

De subiecto Legum.
CAP. V.

QVa nam Personæ legibus Ecclesiasticis obligentur? dub. 1.
An Pueri, Amentes, & Ebrij legibus Humanis obligentur? dub. 2.
An leges Humanæ generalitèr, & indifferentèr omnes subditos obligent? dub. 3.
An leges Episcoporum obligent Religiosos, intrà Diœcesim commorantes? dub. 4.
An Ciues, vel Diœcesani obligentur legibus proprij Territorij, dum absentes sunt? dub. 5.
An leges propriæ alicuius Territorij obligent aduenas, & peregrinos, dum ibi reperiuntur? dub 6.
An leges Ciuiles iustè obligent personas Ecclesiasticas? dub. 7.
An Legislator suis legibus obligetur? dub. 8

Quænàm Personæ legibus Ecclesiasticis obligentur? Dub. 1.

1 REspondeo primò: Leges Pontificias de se obligare omnes Homines adultos, baptizatos, vbiquè terrarum degentes, & cuiuscumque status, seù conditionis existant. Ratio est: Quià potestas Pontificis vniuersalissima est suprà totam Ecclesiam: sed Ecclesia per vniuersum Orbem, de se, diffunditur: ergò, & leges ab ea procedentes. Sub his tamèn legibus comprehendimus Canones Conciliorum generalium, & Canones Conciliorum Prouincialium; si à Pôtificibus ità sunt approbati, vt in corpore Decretalium sint inserti, vel aliquo modo pro vniuersa Ecclesia acceptati, eiq; te sufficientèr propositi.

2 Dixi (*omnes homines adultos*) vt excludantur, Infantes. Dixi *Baptizatos*, vt excludantur Cathecumeni, & alij infideles, qui Baptismum nunquàm acceperût. Non autèm excluduntur illi, qui aliquãdò fuerunt baptizati: vt sunt Hæretici, & Apostatæ à fide.

3 Respondeo secúdò: Leges Episcoporũ, seù Synodales, licèt nõ obligent vbiq; terrarum: tamèn intrà Territorium, seù Diœcesim Episcopi, de se, obligare possunt homines cuiuscumque status. Sub his legibus comprehenduntur etiàm latæ à Capitulo, Sede Episcopali vacante. Itèm leges Conciliorum Prouincialium, seruata proportione ad Territorium, seù ad totam Prouintiam, ad quam Concilium pertinet. Immò cum proportione applicari potest cõclusio ad omnes Prælatos, & Communitates Ecclesiasticas, habentes potestatem Legislatiuam respectiuè, & cum proportione.

An Pueri, & Amentes, & Ebrij obligentur legibus humanis? Dub. 2.

4 QVod attinet ad Pueros, communitèr Doctores dicunt: Pueros antè vsum rationis, nulla lege humana obligari. Quorum ratio est: quià cum per se sint in ea ætate, vsu rationis incapaces; non dùm legalis vinculi, quod est præceptum quoddam rationale, capaces sunt: Non enim imperamus, nisi ijs, qui præcepta intelligere, & eis parere possunt. Ità Layman, *in Theolog. moral. lib 1. tract 4 cap. 10. nu. 1* Paludanus, *in 4 dist. 15 quæst 4. art. 2.* Bonacina, *de leg. disp. 1. quæst 1 pu. 6. nu. 6.* Sotus, *lib. 1. de iust qu. 3. art. 9* Medina, 1. 2. *quæst 94 art 1. col. 2.* Azorius, *pa 1 lib. 7. cap. 40. quæst. 6.* Molina, *tract. 5. de iust. disp. 47. in fine.* Sanchez *lib, 1. sum. cap 12. nu 2* Merolla. *tom. 1. de leg. disp 4. cap. 13 dub 38 num* 438 & alij. Immò nequè obligantur legibus Diuinis positiuis dicti Pueri: quia ratio assignata etiàm in his legibus militat. Ità Sanchez, *nu. 2.* Merolla *n. 449.* Azorius, *quæst. 9.* ~~Suarez, to. 5 in 1. par. disp. 40 sect. 1. vers.~~ *& iuxtà hanc.* Medina. *col. 2.* & alij, contrà Molinam, dicentem: hos Pueros lege Diuina positiua obligari.

5 Vndè primò deducitur: Pueris, nondùm vsum rationis adeptis, posse licitè in Quadragesima porrigi carnes, & lacticinia: Quià hi nullis Humanis legibus adstringuntur. Ità contrà Toletum *lib. 6. cap. 3 nu. 4.* & Paludanum, *in 4. dist. 15. q. 4: art. 1. concl. 1.* docent Caietanus, 2. 2. *quæst. 147 art 4. dub. 1. in fine.* Corduba, *in sum quæst 60. dict 4. & 5.* Azorius, *pa. 1 lib. 7 cap. 28. q. 3.* Merolla, *tom. 1 de leg. disp. 4. cap. 3. nu* 441. Sanchez, *lib. 1. sum. cap. 12. nu. 9.* Bonacina, *de leg. disp. 3. quæst 1. pu. 6. nu. 6.* & alij.

6 Secundò: Pueri, vsu rationis carentes, possunt diuinis assistere in loco interdicto. Ratio est: quià sola assistentia humana, & rationalis interdicitur: quæ sola est in habentibus rationis vsum. Ità Valentia, *to. 4. disp. 7. quæst. 18 pu. 2.* Sanchez, *d. cap. 12. nu. 10* Merolla, *d. cap. 3. nu.* 442. Vgolinus, *de cens. tab. 5. cap. 9.* Sayrus, *de censur.*

censur. lib. 5. cap. 4. nu. 21. Suarez, *tom 5. in 3 part. disp. 36. sect. 2. num. 7.* Couarr. *in cap. alma mater. pa. 2. § 4 nu. 5.* Henriquez, *lib. 13 de excom. & interd cap 42 nu. 3.* & alij

7 Tertiò, quid dicendum de illa Quæstione: An Pueri, & Puellæ, vsu rationis carentes, possint intrà monasterium Monialium, aut Virorum clausuram admitti?

Negat prima opinio. Cuius ratio est: Quia Concilium Trident. *sess. 25 de regul. cap. 5.* prohibet generalitèr ingressum ad monasteria Monialium omnibus, cuiuscumque conditionis, sexus, vel ætatis fuerint. Et cum eadem generalitate intelligitur Motus proprius Gregorij XIII. Cum igitur Tridentinum: & Motus proprius Gregorij comprehendat hos infãtes: sequitur admittentes eos ad prædicta monasteria, ligari excommunicatione: Quamuis Infãtes ipsi, ex defectu vsus rationis, eam non incurrant: Ità Comitol. *lib 9 resp. moral quæst 24* Naldus *v. clausura, nu. 5* Vgolinus, *de potest. Episcop cap. 21. §. 3 nu. 3* & alij, & ita approbat Fuscus, *de visit. lib 2 cap. 18 nu. 21.*

7 Secunda opinio affirmat, & est communis. Cuius ratio est: Quia huiusmodi Pueri, & Puellæ non obligantur legibus, cum sint incapaces præcepti: ergò admittentes has intrà claustra Monasteriorum, non peccant: & per consequẽs, excommunicationem non contrahunt. Patet consequentia: quià admissio in prædicta Monasteria est prohibita, respectu eorum tantùm, quibus prohibetur ingressus: Vt constat ex Bulla Pij V. & Gregorij XIII. At his Pueris, & Puellis non est prohibitus ingressus: quià (vt diximus) non obligantur legibus: ergò neque illis censetur prohibita admissio. Ità Sayrus, *de cens. lib. 5. cap. 4 nu 21.* Llamas, *in method. curat in append. quam ponit in fine. § 8.* Grassius, *lib. 1 de casib. reser. cap 6. nu. 46* Rodoriquez, *to 1. qq. Regul. quæst. 46 art. 1.* Azorius, *part lib. 13. cap. 8. q. 5.* Sanchez, *to. 2 sum. lib. 6 cap. 16. nu. 4 & 5.* Suarez, *to 4. de Relig lib 1. cap. 10 num 2.* Zerola, *in prax pa. 1. cap 2. vers. monialis q 4.* Riccius, *in prax decis 648 resol. 544.* Merolla, *to. 1. disp. 1. cap. 2. dub. 18. diff. 3. nu 475 & to 2 disp. 4. cap 3 dub. 38 corolla. 3. nu 443.* Io. del Cruz, *de stat. Relig lib 1. cap. 5. dub. 3. concl. 3.* Granad. *in 1. 2. controu 7 tract. 3 pa 1 disp. 6. sect. 5.* Miranda, *in manual. prælat. tract. de Monial. quæst. 2 concl. 1.* Nauarr. *in cap. statuimus. 19. quæst 3. nu. 59. de regul.* Corduba, *q. 60. summ. pa. 2.* Sorbus, *in comp priuileg. Mend. pa. 1. nu 3.* & alij.

9 Et quod dictum est de Monialibus, dicendum est de admittentibus Puellas infantes in Monasterijs Regularium: quià eadem ratio militat.

10 Quod attinet ad Pueros, ad vsum rationis peruenientes, teneri (regularitèr loquendo) seruare humana præcepta. Ratio est: quià, cum hi Pueri vsum rationis habeant, ac proindè legalis obligationis capaces sint: sicuti lege naturali obligantur; ità & humana: nõ enim ius aliquod, aùt recepta consuetudo eos regularitèr excipit.

11 Dixi (*regulariter loquendo*) proptèr aliqua præcepta, quæ non obligant Pueros, etiàm vsum rationis habentes; nisi dum ad certam ætatem peruenerint: vt est præceptum Ieiunij, & alia præcepta.

Dubitatur: An Pueri statìm, ac ad vsum rationis perueniunt, obligentur præceptis Ecclesiæ?

12 AFfirmatiuè respondet prima opinio Cuius ratio est: quia Puer, eo ipso, quod vsum rationis participat, est capax obligationis Legis Humanæ: sicuti est capax legis Naturalis, & Diuinæ: Ergò non est vndè eximatur; quãdò lex fertur prò omnibus, nec ipsi excipiuntur. Ità Gloss *in cap omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss. v discretionis.* Nauarrus, *cap 21 summ nu. 33.* Henriquez, *lib. 3. de pœnit. cap. 5 nu 2* Suarez, *tom. 4. in 3 part. disp. 36. sect. 2.* Azorius, *pa. 1 lib 7 cap. 40. q 6. & cap. 41. q. 10.* Valentia *tom. 4. disp. 7. quæst 9. pu. 4. in fine* Sanchez *lib. 1 cap. 12. num. 6* Merolla, *tom. 2. de leg. disp. 4. cap 3 nu 448.* Bonacina, *de leg. disp. 1 quæst. 1. pu 6. n. 8* Tamborinus, *lib. unic. cap. 4 §. 4. nu. 10.* & alij Idem tenent de præcepto audiendi Sacrum, Paludanus, Siluester, *v. Missa 2. q 1.* Nauarr. *num. 1.* Suarez, & alij. Idem, loquentes de abstinentia à carnibus, & lacticinijs Azorius, *cap. 28. q. 2. in fine.* Henriquez, *lib. 4. de pœnit. cap. 5. num. 2. in Commento, litera M.* & alij.

13 Secunda opinio negat. Ità Sotus, *in 4. dist. 12 quæst. 1 art. 11 ad finem corporis* D. Antoninus, *pa. 3. tit. 9. cap. 8. §. 2.* Henriquez, *lib. 8. de Eucharist cap. 42 nu 4. in principio.* Emanuel Sa, *v. Confessio. nu 3.* & alij, asserentes: Pueros, non statìm, ac vsum

vsum rationis habent, obligari præceptis Ecclesiæ: sed, vel vsquè ad pubertatē: ut vult Emanuel Sà, loquens de præcepto Confessionis. Vel vsquè ad annum decimum cum dimidio: vt sentit D. Antoninus.

14 Addunt verò Doctores, citati *in nu.* 12 Pueros antè annum saltèm duodecimū, omittentes Confessionem annuam, non incurrere pœnas statutas, *in cap. omnis vtriusq; Sexus depenit.* nempè, vt arceātur ab ingressu Ecclesię: vt Ecclesiastica sepultura careant, nec esse excommunicandos. Quià cum alij tardiùs, alij citiùs vsum attingant: voluit pia mater Ecclesia, eos censuris, ad sua præcepta seruāda, cogere, vsquè ad eam ætatem. Immò non incurrere has pœnas, donèc Puer ità perfectum rationis vsum habeat, vt ad Communionem obligetur: vt docet Suarez, *sect. vlt. in fine.*

15 At hoc non admittit Merolla, *in num.* 450. vbi dicit: Non est vniuersalitèr verum de omnibus censuris, & pœnis Ecclesiasticis: nā si Puer, doli capax, Clericum percutiat; incurrit excommunicationem: vt constat *ex cap. pueris, de sent. excommu.* & tradunt Doctores, quos refert, & sequitur Henriquez, *lib. 8. de Eucbar. cap.* 42. *in comm. vlt.* Azorius, *cap.* 41. *q.* 10. & alij.

16 Attamèn oppositam sententiam, quam docent Emanuel Sà, *v. censura, nu.* 2. Fagundez, *de præcep. Eccl lib.* 1. *cap.* 3. *nu.* 14. & alij, benè admittit Tamborin. *lib. vnic. cap.* 4. *§.* 2. *nu.* 12. dicens: Nullam prorsùs pœnam, vel censuram; siuè ab homine, siuè à iure latam, incurri à Pueris antè pubertatem. Cuius ratio est: quià adest decisio clara, *cap.* 1 *&* 2. *ex delictis puerorum.* Vbi Pueri infrà decimum quartum annum à pœnis simplicitèr eximuntur: quæ cum vniuersalitèr loquatur: & ex alia parte, odia restringi debeant: non est asserendum, decisionem loqui dùmtaxat de pœnis latis ab Homine: Vbi enī lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. Multò minùs, si distinguentes, extendamus leges odiosas.

17 Vnde primò: Pueros Clericos rixantes, seque inuicèm percutientes, non incurrere excommunicationem. *Si quis suadente Di. ab.* Secundò: Pueros ommittentes Confessionem annuam, vel Communionem Paschalem, non incurrere excommunicationem (fortè in aliqua Diœcesi) contrà non confitentes, vel nō communicantes latā. Tertio: Pueros, occidentes aliquem, non incurrere irregularitatem.

18 Quantum verò pertinet ad Amentes, sic distinguendum est: si loquamur de Amentibus, qui aliquandò sui compotes fuere, & rationis vsum habuerunt: certū videtur, hos legibus humanis obligari. Quia huiusmodi Amentes fuerūt aliquādò legibus humanis obligati: cum autē lex eamdem obligandi vim retineat; nul la est ratio, eos illa obligari: sed tantùm, ratione defectus deliberationis, ab eius transgressione excusari: Sicùt excusantur ignorantes, ratione ignorantiæ inuincibilis: quamuis aliàs lege obligentur. Et itā à fortiori dicendū est de Ebrijs, proptèr eamdem rationem. Ità Merolla. *tom.* 2. *de leg disp* 4. *cap* 3 *dub.* 25. *nu* 439.

19 Si verò loquamur de perpetuò Amentibus: quāmuis Sanchez, *lib.* 1 *sum cap.* 12. *num.* 3. dicat: hos legibus obligari, ex ea ætate, qua vsus rationis accidere solet: quamùis à legis transgressione, ac pœna excusantur: Dicendum est tamèn cum Suarez, *to* 3. *in* 3. *pa disp* 69 *sect.* 2. *& in to.* 4 *disp.* 41 *sect.* 1. *de Sacram. Eucba* & alijs: hos legibus humanis non ligari: quia hi æquiparantur infantibus, rationis vsu carentibus Et hac ratione non potest dari eis Eucharistia in articulo mortis: sicùt dari potest Amentibus, qui aliquandò vsum rationis habuerunt.

20 Vndè ministrantes Amentibus cibos prohibitos in die ieiunij, non pèccare: etiāmsi cibi necessarij illis non essent. Ratio est: quià si amentia est ad tēpus: vel in vna sola materia: aùt lucidis interuallis fruātur; cū adsit spes salutis recuperādæ: & amētia sit morbus grauissimus, indiget cibis salutaribus. Quod si verò amentia sit perpetua, ac salus desperetur; indigēt melioribus cibis: sicùt perpetui Paralytici. Ità Sanchez, *lib.* 1 *sum cap.* 12. *nu.* 16. Bonacina, *de leg. disp.* 1. *quæst.* 1. *pu* 6. Diana, *pa.* 1. *tract.* 9 *resol.* 42. *in fine.* Zachar. Pasqualig. *decis. moral. decis.* 54 *nu* 1. Trallench. *lib.* 3. *de leg. cap.* 2. *dub.* 2. Merolla, *to.* 1. *de leg. disp.* 4 *cap.* 3 *nu.* 445. & alij.

21 Non tamèn excusātur, qui carnes porrigunt Ebrijs tempore ieiunij: quiā hi nō indigent huiusmodi cibo; sed sobrietate, & abstinentia. Quamùis ipsi Ebrij, si carnes tempore ebrietatis comedent, excusantur à peccato, defectu aduertentiæ, & consensus. Ità Sanchez, *nu.* 16. Bonac. *n* 5. Pasqualigus, *decis.* 55. *de ieiun. nu.* 1. & alij.

An

An leges Humanæ generaliter, & indifferentèr omnes subditos obligent? Dub. 3.

22 Relicta opinione Hæreticorum, dicendum est cum Catholica cõclusione, definita in Concilio Tridẽtino, *sess. 6 cap. 11. & can. 18. 19 & 20.* Omnem hominem viatorem, & superiorem habentem, posse illius legibus obligari: ac proindè, leges humanas obligare omnes subditos, ad quos loquuntur: hoc est, omnes personas, quæ sunt partes, seù mèbra illius Communitatis, pro qua lex fertur: nisi aliquæ in ea excipiantur. Ratio est: quià ratio naturalis docet, seruandas esse leges iustas, ab hominibus latas. Et Deus etiàm in Scriptura sæpè hoc præcipit: Ergò maximè à subditis: nam illi sunt, qui suis Superioribus obedientiam debent. Ab hac autèm generali regula nulla exceptio, nequè per scripturam, nequè per traditionem nobis data est: ergò omnes subditi obligationi legis humanæ tenentur. Quod verò lex humana obliget omnes personas, quæ sunt partes illius Communitatis, pro qua lex fertur; Probatur: Quià, per se primò fertur in Communitatem; & indè descendit eius obligatio ad singulos: ergò per se, & quãtum est ex vi legis, descendit ad omnes, qui sunt partes, seù membra Communitatis. Confirmatur: quià lex habet potestatem obligandi subditos, vt dictum est: sed membra Communitatis sunt subiecta toti communitati; cuius virtute, & potestate lex fertur: ergò lex obligat membra omnia Communitatis.

Dubitatur: An Infideles, commorantes in Terris Principum Christianorum, eorum legibus obligentur?

23 Quod attinet ad leges Principum Ecclesiasticorum, dico: Si sunt baptizati, (vt Heretici, & Apostati à fide) obligantur dictis legibus: quià hi verè subiecti sunt Ecclesiæ iurisdictioni: nam retinent characterem baptismalem, qui est fundamentum huius subiectionis. Vndè si non seruant præcepta Ecclesiæ, peccant. Si verò non sunt baptizati, (vt sunt Iudæi, Pagani, &c.) hi non obligãtur legibus Ecclesiasticis: Quià hi non sunt subiecti Ecclesiæ; cum baptizati nõ sint: neque sunt de communitate Ecclesiastica; cum non sint Ecclesię membra.

24 Quòd verò spectat ad leges Principum sęcularium, dico: Omnes Infideles, inhabitantes Terras horum Principum, obligari eorum legibus ciuilibus: siuè baptizati sint, siuè non. Quià leges ciuiles non respiciunt homines, vt baptizatos: sed vt homines. Ideò obligant etiã infideles, inhabitantes terras, pro quibus lex fertur, eo modo, quo obligantur alij Christiani, ibi degentes: Nam verè sunt omnes subditi Principis Legislatoris. Et ità dicendum est de Infidelibus, habitantibus in Terris, Romano Põtifici etiàm in temporalibus subiectis: hi enim tenentur Legibus ciuilibus, ab eo latis.

25 Vndè primò: Potest quis in diebus ieiuniorum cibos vetitos Infidelibus, non baptizatis porrigere: Quià lex ieiunij est Ecclesiastica: at hi Infideles legibus Ecclesię non obligantur. Ità Sancius, *in select. disp. 41. nu. 29.* Sanchez, *lib. 1. summ. cap. 12. nu. 14.* Azorius, *par. 1. lib. 7. cap. 28.* Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 3. dub. 40. nu. 469. vers. Hinc deducitur.* & alij, quos citauimus *in 3. tract. cap. 10. nu. 18.* Et ità dicendum est de Cathecumenis: Quià hi antè baptismum præceptis Ecclesiæ non obligantur. Secùs dicendum est de Infidelibus baptizatis: quià hos Ecclesiasticæ leges obligant.

26 Secundò: Potest quis in diebus festis licitè Infidelibus non baptizatis opera seruilia imponere. Ità Layman, *lib. 4. Theolog. moral. tract. 4. cap. 10. nu. 3.* Cuius ratio est: quià his licitum est in diebus ieiunij porrigere carnes ad comedendum: ergò etiàm eis imponi licitè possunt opera seruilia in die festo: quià sicut illi non obligantur lege ieiunij; ità nequè lege de obseruatione festorum. Et sic eadem omninò ratio in vtroque casu militat.

An leges Episcoporum obligẽt Religiosos, intrà Diœcesim commorantes? Dub. 4.

27 Affirmatiuè respondent aliqui, stãdo in iure communi: Quorum ratio est: quià nullo iure inueniuntur exempti, quo ad Synodales leges: ergò (nisi aliàs speciali priuilegio sint exempti) tenentur illis parere. Patet consequentia: quià sunt subiecti ex vi ordinariæ iurisdictionis Episcopalis. Et hac ratione, iura antiqua pręcipiunt: vt Monachi Episcopis pareant, & ab eis corripiantur.

plātur. *Can. Monasteria.&Can.cognouim.* 18.*qu.*2. vndè Religiosi, standò in iure cō muni, tenentur seruare leges Episcoporum, seu synodales. Ità Suarez, *lib.* 4. *de l.g. cap* 20.*nu.*6 Merolla, *tom.* 2. *de legibus disp.* 4.*cap.* 4 *dub.* 22.*nu.* 300.

28 Dixi(*standò in iure communi:*)quià ho diè, ex vi eorum priuilegiorum, non tenentur Religiosi obseruare leges Episcoporum, seu Synodales Ratio est: quià tūc simplicitèr exempti à iurisdictione, tàm Episcoporum, quàm Synodorum Episcopalium: ergò maximè sunt exempti à primo actu iurisdictionis, qui est legem ferre. Tùm quià hi Religiosi exempti, nō tenentur parere Episcopis, nisi incasibus, à iure expressis: Vt colligitur, *ex cap.* 1. *de priuil.in* 6.ibi. *Saluis casibus alijs, in quibus Episcoporum iurisdictioni subesse, Canonica præcipiunt instituta.* Nullum autē est Decretum Canonicum, quod præcipiat: Religiosos exemptos parere legibus Episcoporum: quin immò *in cap. nimis de excessib. Prælat.* intèr alia, quæ prohibentur Episcopis; ponitur, quod suis Constitutionibus subiicere cogunt Religiosos. Et licèt ibi nominentur specialitèr Fratres Prædicatores, & Minores: tamèn id est gratia exempli: sermo tamen generalis est de omnibus similibus. Vt patet ex illis verbis: *cum quidam viri religiosi, vt putà Fratres Prædicatoòum, & Minores &c.* Tùm quià Concilium Trid. *sess.* 25. *cap* 12 *de regul* specialitèr præcipit: vt Religiosi exempti obediant Episcopis in censuris, & festorū obseruatione, abeis præceptor:ū In quo videtur supponere, anteà nō fuisse ad hoc obligatos: sed per illā lcgē eòrū exēptioni fuisse derogatū.

29 Et quamuis Sanchez *in lib.* 4. *sum cap.* 15.*nu* 21. Vilalobos *to.*1 *sum.tr.* 2.*dub.* 31. *nu.*4. Vasquez 1.2.*disp.*167. *cap.* 4. *nu.* 32. Beccanus, 1.2.*tract.* 3.*cap.*6.*q* 11. *nu.* 3. vbi Malderus, *quæst.*96.*art.*5. & alij dicant: Religiosos exemptos teneri, ex vi iuris naturalis, ad seruandas leges Synodales, seu Episcopales; quandò non derogant statui Religioso, & spectant ad communem obseruantiam, & deuotionem totius Populi, aût Cleri. Tamèn dicendum est cū alijs, neque, ex vi iuris naturalis, teneri per se Religiosos, ad seruandas has leges Synodales: sed tantùm teneri aliquandò per accidens (ad vitandum scandalum) circà vsum, vel obseruantiam talium legum; Illo autèm secluso, non peccare, eas non obseruando: nisi vbi vsu, & consuetudine illas acceptauerint, & suo iuri cesserint. Ita Pontius, *de Matrim. lib lib.*5.*cap.*7 *nu.* 31. Portella, *in dub. regul v lex. nu.* 1. Diana, *pa.*1.*tract deleg resol.* 1. Ferd Castro *to.* 1.*oper. moral. tract.*3.*disp.*1. *in fine* Bonacina, *de Ieiun p.*6.*n.* 5. Riccius *to.*4 *prax. resol.*379 *nu.*6. Suarez. *lib.*4 *de leg. cap* 20 *nu.* 10. Lorca, 1.2.*to.*2 *disp.*25. *memb. vlt.* Zannaid. *in suo direct Theol pa.*2 *præcep* 4. *cap.* 12.*in fine.* Salas, *de leg. disp.*14 *sect.* 4. *nu.* 43. Azorius, *pa.*1 *lib* 7.*cap.*30 *quæst.*2. Fagūd. *præcep.*4.*lib.*1.*cap.*7.*nu.*4 Llanas, *pa* 2.*sum. cap* 5 §.28.*in fine.* Granada. 1. 2. *controu* 7. *tract.*3.*p.*3.*disp.*6 *sect* 3.*nu.*18 Merolla, *to.* 2.*deleg disp* 4.*cap.*4 *dub.*22.*nu* 306. & alij.

30 Vndè leges Episcoporum non ligant Religiosos, nisi quò ad festorum obseruationes, interdicta, & cæteras cēsuras. Sunt verò aliqui casus, inquibus Religiosi exempti tenentur legibus, & sententijs Episcoporum, quià sunt in iure expressi: quos referunt Cened. *qq. canon. quæst.* 26. *per totam.* Malder. 1 2 *quæst* 96 *art* 5 Barbos. *de potest. Episcop p.*3.*alleg.* 105. & Merolla. *to.*4.*disp.* 7.*cap.*6.

An Ciues, seu Diœcesani obligentur legibus proprij Territorij, dum absentes sunt? Dub. 5.

31 Affirmatiuè respondet prima opinio Cuius ratio est: quià licèt subditus actù versetur extra Territorium: sempèr tamèn manet subditus, dum non mutat domicilium: quià non dum Patriā deseruisse dicitur: sed lex obligat omnes subditos, & omnes partes Communitatis: ergò etiam obligat in illo casu. Confirmatur: quià hi, quāuis existant in alieno Territorio: adhùc propriæ Patriæ ciues sunt, in eaque esse dicuntur. *arg l. quæsitum* 76. *§. fin ff. delegat.* 3. ibi, *Rebus quæ in fundo sunt legatis, accedunt etiàm ea quæ tunc non sunt, si esse solent.* vbi Bartol ait: quę casu absunt à propria Patria, obligantur Patriæ legibus: quià non censentur abesse. Ità Paludanus, *in* 4.*dist.*15.*quæst.*4 *art.* 3 *concl.*2. D. Antoninus, *pa,*2.*tit* 6.*c.* 2.§.2. *in fine.* Siluester *v ieiunium. quæst.*2.*dict.*2 *in fine.* Rossella, *v. ieiunium.*16 Bartol. *leg.* 1.*nu.*3 2.*c. de sum. Trinit.* & alij.

32 Secunda opinio negat. Et ratio istius opinionis deducitur *ex cap.*2. *vers statuto Episcopi, de const in* 6. vbi dicitur: Subditum, furantem extrà Territorium, non ligari Excommunicatione sui Episcopi: in furantes lata. Et rationem huius reddit

Pon-

Pontifex: quia extra Territorium ius dicendi non paretur impune. Et idem habetur *in leg final ff de iurisd omn. iud.* Ita Abbas. *cap à nobis,* 1. *de sent. excom nu.* 11. vbi Felinus dicit, esse communem, alios referens *in num.* 6. Nauarrus, *cap.* 13. *sum. nu.* 120. Couarru. 4. *variar. cap* 20. *num.* 8. Maior, *in* 4. *dist.* 15. *quaest.* 3. *concl.* 15. *argu* 4. Driedo, *de libert. christ. lib.* 1. *cap.* 17. *§. vnica, est* & in alia editione *lib.* 1. *cap.* 2. *pa* 3. *art.* 2 *membr. vlt. § vna est.* Ledesma, 2. *pa.* 4 *quaest.* 12. *art.* 4. *dub.* 2. *vers sequitur.* Suarez, 3 *pa. quaest* 74 *art.* 4. *disp.* 44 *sect.* 3. *§. illud vero* Siluester, *v. excommunicatio.* 2 *num.* 7 Henriquez, *lib.* 9. *de Missa, cap.* 25. *num.* 2. *in fine.* Suarez, *lib.* 3 *de leg. cap.* 32. Salas, *de leg disp.* 14. *sect.* 5. Lesius, *lib* 4. *cap.* 2. *dub.* 8. *num* 54. Sanchez, *lib.* 3. *de Matrim disp.* 18. *nu* 18 Merolla, *tom.* 2. *de leg. disp.* 4. *cap.* 3. *dub.* 4. *nu.* 479 Philarcus, *de off. Sacerd. tom.* 1. *pa.* 2. *lib* 3 *cap.* 23. Rodoriquez, *tom.* 1 *sum. in* 2. *edict cap.* 22 *nu* 1. Pedrazza, *sum. praecep.* 3. § 14. Laiman. *lib.* 1. *tract.* 4 *cap* 11 *num.* 1. & alij.

33 Et quod dictum est de subdito, existẽte extra Territorium statuentis; dicendũ est etiam, quãdo quis reperitur intra Territorium, sed in loco exempto. Ratio est: quia ille locus exemptus, quamuis dicatur esse intra Territorium materialiter; quia inter terminos eius quasi materialiter continetur: tamen formaliter est extra: quia est extra iurisdictionem talis Principis, seu Praelati: & consequenter, non potest Princeps, seu Praelatus talis Territorij in eo loco exẽpto iurisdictionem exercere: vt expresse dicitur *in cap.* 1. *de priuileg. in* 6. in illis verbis. *Dummodò sit in loco exempto commissum.* In quibus supponitur: delictum, commissum in tali loco, esse extra iurisdictionem Episcopi ordinarij illius Dioecesis, in qua talis locus existit. At obligare per statutum, vel legem in loco exempto, est iurisdictionem ibi exercere: vt constat *ex cap* 2. *de constitut in* 6. ergo est eadem ratio de illo loco, & de alijs, qui omnino sunt extra Territorium. Ita Paludanus, *in* 4. *dist.* 18 *quaest.* 2. *art.* 2. & ibi Gabriel. *q* 2 *art* 2. *concl* 6. D. Antoninus, *pa* 3 *tit* 24. *cap.* 75 § 1. Siluester, *v excommunicatio.* 2. *num.* 12. *vers. circa praedicta.* Rosella, *v. excommunicatio* 2. *§.* 3 Armilla, *v excommunicatio. num* 30. Azorius, *par.* 1 *lib.* 5. *cap.* 25. *quaest* 4. Suarez, *tom.* 5 *in* 3. *par. disp.* 5 *sect.* 4 *nu.* 5 *&* *lib.* 3. *de leg cap.* 32 *num.* 9. Salas, *de leg disp.* 14 *sect.* 6. Chanichier. *de iurisd. ordin. pa.* 2. *quaest.* 45. *num.* 5. Diana, *pa.* 1. *tract.* 10. *resol.* 14. Merolla, *tom.* 2. *de leg. disp.* 4. *cap.* 4. *num.* 481. & Communiter Canonistae, *in cap. cum Episcopus, de offic. ordin. in* 6. *&* *in Clement Archiepiscopo de priuileg.* & alij.

34 Et quod diximus, intelligendum est tantum de locis, plene exemptis à iurisdictione talis Principis, seu Praelati; ita vt non possint leges ferre, incolas illius loci obligantes. Vt est in Ciuitate Panormi Ecclesia Sancti Cataldi, quae exempta est à iurisdictione Archiepiscopi Panormitani, & est subiecta Archiepiscopo Montis Regalis. Ita Suarez, *tom.* 5. *in* 3. *part. disp.* 5. *sect* 4. *num.* 6. Coninch *de Sacram. disp.* 13. *dub.* 7. *num* 63. Salas, *de leg. disp.* 14. *sect.* 6. *num* 85. Layman, *in Theolog. moral. lib.* 1. *tract* 5. *cap.* 11. *num.* 5. Filliucius, *tract.* 11 *cap.* 5. *quaest* 9 *num.* 149. Ferdin. Castro. *in opere. moral. to.* 1 *tract.* 3. *disp.* 1. *pu.* 24 *§.* 5 *in fine.* Merolla, *tom.* 2. *disp.* 4 *cap.* 4. *nu.* 489. & alij.

35 Vndè primò: Ciues non tenentur ad ieiunia sui Oppidi, cum absentes sint. Ratio est: quia statuta, & consuetudines locales sunt affixa loco, & obligant tantum existentes in eo. Tum quia non plus extenditur obligatio legis, quam extenditur iurisdictio Legislatoris: siquidem obligatio fundatur in iurisdictione, & est effectus ipsius: quia lex in tantum obligat, in quantum reperit subiectionem ad iurisdictionem Legislatoris. Iurisdictio autem non extenditur extra proprium Territorium ius dicentis: Vndè nec extenditur obligatio legis ab ipso sancitę: Atque adeò nec Ciuis extra Territorium ab ipsis obligabitur. Ita Panormitanus, *in cap à nobis,* 1. *num.* 11 *de sent. excommunic.* Felinus, *nu.* 6. Cardinal. *in clem* 2. *quaest* 5. *de celebrat Missar.* Immola *ibi nu* 3. Bonifacius, *nu.* 68 Roccus Curtius, *quaest* 13. *de consuetud:* Alexand *consil* 111. *num.* 1. *&* 2. Paris. *consil.* 159 *lib.* 4. Couarr *lib* 4 *variar cap* 20 *n* 8. Bersachi. *lib.* 4 *de Episcop pa.* 2 *nu.* 34. Zambrell. *in cap perpendimus num.* 20. *de sentent. excommu* Crotus, *in cap. vt anim. §. statut.* Baldus, *in leg final nu.* 2 *ff. de iurisd. omnium iud.* Nauarr. *in manual. cap.* 13 *num.* 5 *infertur tertiò, &* *cap.* 23. *nu.* 120. Azorius, *pa* 1. *lib.* 5 *cap.* 17. *quaest* 14. Philiarcus, *de off Sacerd. to.* 1. *pa* 2 *lib* 3 *cap* 23. *notab.* 3. Grassius, *lib.* 4. *decis cap.* 7. *nu.* 37 *&* 39. Rosella *v. excommunicatio.* 7. *num.* 3. *&* 7. Armilla, *ibi num.* 30. Emanuel Sà, *nu.* 3.

num. 3. & 7. Lesius, *lib*. 4. *cap*. 2. *dub*. 8. Petrus Ledesma, *quæst*. 45. *de Matrim*. *art*. 5. *pun*. 3. *dub vlt*. Henriquez, *lib*. 9. *sum*. *cap*. 25 *num*. 2 *in fine*. Lopez, *par*. 1. *cap*. 52. §. *vnaquoque*. Rodoriquez, *tom*. 1. *sum*. *cap*. 122. *num*. 1 Vgolinus, *tab*. 1. *decis*. *cap* 9 §. 3 *num*. 1. & 3. Sayrus, *in Clau*. *Reg*. *lib*. 7. *cap*. 3. *num*. 11. Sanchez, *lib*. 3. *de Matrimon*. *disp*. 18. *num*. 18. Achuna, *par*. 1. *Decret*. *in cap*. *illa*, *num*. 5. *dist*. 12. Filliucius, *tom*. 2 *tract*. 27. *par*. 2. *cap*. 6. *num* 108. Vilalobos, *tom*. 1. *sum tract*. 2. *diffin* 34. *num*. 1. Suarez, *in* 3. *par*. *tom*. 5. *de censur*. *disp*. 5 *sect* 4. & 5. & *tom*. 1. *de Relig*. *tract*. 1. *lib* 2. *cap*. 24. *num*. 25. & *lib*. 3. *de leg*. *cap*. 32. *num*. 3. Salas, *de leg*. *disput*. 14. *sect*. 5. *num*. 62. Reginaldus, *tom*. 1. *lib*. 4. *cap*. 12. *num* 136. Granad. 1. 2. *controuers*. 7. *pa*. 1. *disp*. 6. *num*. 1. Layman, *in Theolog*. *moral*. *lib*. 1. *tract*. 4. *cap*. 11. *num*. 1. Diana, *par*. 1. *tract*. 9. *resol*. 18. Fagundez, *lib*. 1. *de præcep*. *Eccles*. *cap*. 7. *num*. 3. Malderus, 1. 2. *quæst*. 96. *art*. 3. §. *de peregrinis*; *vers*. *vndè infertur*. Sancius, *in select*. *disp*. 54. *num*. 27. Pontius, *lib*. 5. *de Matrim*. *cap* 8. *nu*. 8. Bonacina, *de leg*. *disp*. 1. *quæst*. 1. *pu* 6. *num*. 59. Rebellius, *par*. 1. *lib*. 2. *quæst* 7. *sect*. 3. Pasqualigus, *decis*. 211. *de Ieiun*. *num*. 3 Ghilinus, *in sum*. *v*. *ieiunium num*. 21. *littera* G. Gordonus, *lib*. 6. *Theolog*. *moral quæst*. 18 *cap*. 7. *q*. 2. Trullench. *lib*. 3. *Decalog cap*. 2. *dub*. 6. *num*. 5 Merolla, *tom*. 2 *de leg*. *disp*. 4. *cap*. 3. *dub*. 41. *à nu*. 473. & alij.

36 Secundò: Religiosi hospites extrà propriam Prouintiam non tenentur ad ieiunia proprij loci, in quo sunt, & ad alias Constitutiones. Ità Rodoriquez, *tom*. 1. *quæst regul*. *quæst* 68. *art*. 4 & Bonacina, *de leg disp*. 1 *quæst* 1 *pun* 6 *num* 37. qui dicit in praxi non esse consulendum. Pasqualigus *de ieiun decis* 205. *num*. 4. qui solum admittit, quandò Prouintiæ inter se non communicant. Secùs, si accedunt dicti Religiosi, tanquàm subditi illius Prouintiæ.

37 Tertiò: Aduenæ non tenentur ad ieiunia locorum: quamuis etiàm præcipiuntur in proprio domicilio. Quià Aduenæ non tenentur legibus loci, in quo sunt. Ità Pontius, *lib*. 5. *de Matrimon*. *cap*. 7. *numer*. 12. Pasqualigus, *de Ieiun*. *decis*. 206. *numer*. 2 Sancius, *in select*. *disp*. 54. *num*. 31 & probabilem vocat Diana *part*. 1 *tract* 9. *resol*. 18 *in fine*.

38 Quartò: Aduena non tenetur ad ieiunia iuris communis, quibus in proprio domicilio est abrogatus V. G. Mediolanensis extrà Mediolanum, in quatuor diebus proximè antecedentibus Dominicam primam Quadragesimæ, non tenetur ieiunare: sed potest primis diebus comedere carnes; & duobus posterioribus oua, & lattacinia. Quià ius commune, obligans ad ieiunium illis diebus, est apùd Mediolanenses abrogatum: & ideò etiàm extrà Mediolanum remanent liberi ab illius obligatione. Ità Palatios in 4 *dist* 15 *disp* 8. *post* 6. *conclusionem vers*. *At verò*. Sanchez, *lib*. 3. *de Matrimo*. *disp*. 18. *num*. 7. Merolla, *tom* 2. *de leg disp*. 4 *cap*. 3. *numer*. 496. Fagundez, *de præcep*. *Eccles lib* 1 *cap*. 7. *nu*. 11. Pasqualigus, *de Ieiun decis* 207. *num*. 3. & probabilem vocat Portius, *de Iubileo sectio*. 4 *cas*. 18. *num* 4.

39 Quintò: Si quis in noctu peruenit in loco, vbi ieiunium suæ Patriæ non seruatur; potest ibi cœnare, & comedere carnes: etiàm si hoc faciat, vt non ieiunet. Quià præceptum (vt diximus) non obligat extrà locum: eò quod Iurisdictio non se extendit extrà Territorium. Ità Merolla, *tom*. 2. *de leg*. *disputat*. 4. *cap* 3. *num* 501. Chilinus, *in sum* *v*. *ieiunium*. *num* 21. *litera F*. Vilalobos, *par*. 1 *summ*: *tract* 2. *diff* 34. *numer* 2 Sancius, *in select*. *disput*. 54 *numer* 20 Gaspar Hortad *de Sacramen*. *disput* 5. *de Matrim*: *diff*: 5: *in fine*: Fagundez, *de præcep*. *Ecclesiæ*. *præcep* 1. *lib* 1. *cap*. 7. *numer* 7. Diana, *part*. 1. *tract* 9. *resolut*. 19. Pasqualigus, *de Ieiun*. *decis* 714 *numer* 4. & *decis*. 61. Castrus Palaus, *part*. 1. *opere moral*. *tract*. 3 *disput*. 1. *pun*. 24. §. 5 *numer*. 4. Bonacina, *de leg*. *dispu*. 1. *q*. 1. *pun*. 6 *num* 64. *vers* *Addo peccare*. Suarez, *tom* 1 *de Relig tract* 1 *lib*. 2. *cap*. 13. *num*. 4. Sanchez, *lib* 3. *de Matrimo*. *disp*. 18. *nu*. 19. *vers* *cæterum* & *lib*. 1. *sum*. *cap* 12 *num* 35 Filliucius *tract*. 27. *par*. 2: *cap* 6. *num*. 109: Lesius, *lib*: 4: *cap* 2: *dub*: 8. *num*: 58: & alij:

40 Sextò: An possit ille, manè antequàm proficiscatur, sumere ientaculum, & comedere? Negat prima opinio. Cuius ratio est: quià non refert, vt Vesperi sit ponenda causa, excusans à ieiunio: nam hæc nõ dũ est posita. Aliàs posset manè comedere carnes: quià eadẽ est causa ab abstinentia carnium: has enim Vesperi licitè comedit. Ità Coninch. *de Sacram*: *quæst*. 74. *art* 4. *disp*. 3: *n*: 103: Pontius, *de Matrim*: *lib*: 5: *cap*: 8: *num*: 3: Ferdin. de Castro, *in opere moral*: *par*: 1: *tract*: 3: *disput*: 1: *pun*: 24: §: 5: *num*: 10: Granad 1: 2: *controu*: 7: *tract*: 3

 pa::

p:1:disp:6 nu ii: Eprobabilem vocat Merolla, to: :de leg:disp:4:cap:3:nu:5 1:

41 Attamèn secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quià, quandò certus est de profectione, & accessu illa die ad locum, vbi ieiunium non obligat, potest in loco domicilij comedere: non tamèn in loco domicilij potest carnibus vesci. Ratio disparitatis est: quià obligatio, abstinendi à carnibus, est diuidua: vndè totiès illis vtens indie vetito, peccat mortalitèr, quotiès vtitur. Quarè potest pro parte diei eiusdem, dum in loco obligationis est, id præceptum seruare, & prò parte eiusdem diei non seruare, dum est in alio loco, in quo non obligat. At obligatio Ieiunij est indiuidua, consistens tãtùm in vna commestione: quarè semel violans ieiunium comedendo, non tenetur ampliùs ea die à cibis abstinere. Cum ergò ieiunium nocte obligaturum non sit; non obligabit summo manè. Ità Merolla, to. 2. de leg disp. 4. cap. 3 nu 501. Diana, part 1. tract. 9. resol 3. Portella, in addit. ad dub regul. v. Ieiuniũ nu. 2. Pasqualigus de I iun decis 215 nu 4. Trullench lib. 3. Decalog. cap. dub. 6 nu. 6 Salas, de leg. disp 14 sect 5 nu 68 Naldus, v. Ieiunium nu. 2 Lesius, lib 4 cap. 2. dub 8. nu 58 Layman, in Theol moral lib 1 trac. 4. cap 11 nu 7. Sanchez, lib 3 de Matr. disp. 18. nu. 23. & lib. 1 sum cap. 12 nu. 38. Filliucius, to 2 tract 27 pa. 2. cal 6. nu. 109 Molfesius, tom 1 sum. tract, 10 cap. 4 num. 22. & alij.

42 Etiam si nocte peruenturus sit ad proprium Opidum, à quo manè exiuit, & vbi ieiunium seruabatur: quia cum ipse ferè per totam diem fuerit in loco, vbi non ieiunabatur; potuit licitè pluriès comedere, cumquo ieiunium nequit seruari. Erit tamèn adstrictus, serò in Oppido reuertente, à carnibus abstinere. Ità Sancius, in select disp 57 nu. 28 Diana, pa. 1. tract 9. resol. 2. Tamborinus, de iur Abbas disp. 12. quæst 3. nu 1 in ult edict Merolla, to. 2. de leg disp 4 cap 3 nu 501 Pasqualigus, de Ieiu. decis 16 nu. 1 Trullench. lib 3. Decalog. cap. 1 dub 6. nu 6 & alij.

43 Septimò: Proficiscens à Ciuitate, vbi nõ ieiunatur: & accedens meridiè ad locum domicilij, vbi seruatur: non tenetur seruare ieiunium, etiam si non dum violatum esset. Ità Sancius, in select disp 54. nu. 4. Diana, part 1 tract 9 resol 50. Castrus, in op. moral tract. 3. disp 1 pu. 22. § 5. num 11. Pasqualigus, de ieiun. decis. 216. num. 5. & alij.

44 Octauo: Proficiscens manè, vbi non ieiunatur; potest cibos vesci, aut carnibus: quamuis meridiè ad suum domicilium præuenturus sit, in quo est dies ieiunii. Quià extrà suum domicilium nõ adstringitur illius legibus. Vbi autèm preuenerit, non potest carnibus vesci: quià iam lege domicilii obligatur. It. Sanchez, de Matr. lib 3. disp 18 nu 22 & lib. 1. sum. cap. 12 nu 33. Lesius, lib 4 cap 2 dub 8 num 57. Merolla, to. 2 de leg. disp 4 cap. 3. num 502. & alii.

45 Nonò: Lusitanum, transeuntem per Castellum, posse edere Sabbato intestina Animalium: quamuis in Lusitania id sibi non liceat. Qui non tenetur ad Patriæ consuetudines, dum ab ea abest. Ità Nauarr. cap 23 sum num 110 Couarr. 4 var. cap 20. nu. 9 Pedrazza sum pracep 3 § 14. Henriquez, lib: 9: de Missa, cap 25: nu: 2: in fine: Lesius, lib: 4: cap: 2: dub. 8: nu: 55: Merolla, to: 2: de leg: disp: 4 cap: 3: nu: 501: Sanchez, lib: 3: de Matrim: disp: :nu 19 Salas, de leg disp. 14 sect 5 nu. 63. Bonacina, de leg disp. 1. quæst. 1. pu. 6 nu 56. & alii.

46 Decimò: Alienigenæ possunt Mediolani vesci carnibus in primis quatuor diebus Quadragesimæ, vbi ex recepto vsu eduntur; nec cepit ieiunium Quadragesimale: quamuis in suis locis ius commune abstinendi ab iis, & ieiunandi vigeat. Ità Salas, de leg disp 14 sect 5. nu 69 Diana pa. 1. tract. 9. resol. 8 Layman, in Theol moral lib 1. tract 4 cap 11 nu 8 Bonacina, de leg disp. 1 quæst 1 punt. 6 nu 64 Pasqualigus, de Ieiun decis 208 nu 4 Sanchez. lib. 1 sum cap. 12. nu 30 Fagund præc. 1. Eccl. lib. 1 cap 7. nu 3 Merolla to. 2. de leg. disp 4. cap. 3. nu 496 Palaus, in 4 disp. 8 po. 6. cõcl Bossius, sect. 1. de iub. cap. 18. num. 39. & 40 & alii.

47 Vndecimò: Existens in loco exempto, non tenetur ad ieiunia proprii Territorii. Ratio deducitur ex doctrina, nu 33. allata. Ità Henricus Botus pa: 1: de Synod: art: 2: nu: 9: Palaus, pa: 1: opere moral: tract: 3: disp: 1: pu: 24: § 5: nu: 9: Trullench. lib: 3: Decalog: cap: :dub: 6: num: 6: Pasqualigus, de Ieiun: decis: 212: nu: 2: Cochier, de iuris ordinar: in tem: pa: 2: quæst: 45: nu: 1: Bonacina, de leg: disp: 1: quæst: 1: pu 6: n: 65: & alii.

48 Duodecimò: Sæcularis existens intrà Monasteria Regularium exemptorum, nõ tenetur seruare ieiunia proprii. Quia in Concilio Trident: sess: 25: cap: 12: de Refor: præcipitur Regularibus, quod seruent interdicta Ordinariorum, & Festo.

Ergò

Ergò secluso præcepto, non tenentur seruare: atque adeò statutum Episcopi, non se extenderet ad Monasteria, & Ecclesias Regularium, & proindè modo nō se extendent illa statuta, de quibus non decernitur, quod extendatur: vt est statutum de ieiunio. Vnde existentes intrà Monasteria, non tenentur ieiunare. Itá Henriquez, *lib. 13 sum. cap. 27. num* 2. Bonacina, *de leg. disp. 1. quæst. 1. pu. 6. nu.* 66. Layman, *in Theolog. moral. lib. 1. tract. 1. cap. 11. nu. 5. vers. tertio extenditur*. Pasqualigus, *de ieiun, decis.* 214. *nu.* 3. & alij.

49 Decimò tertiò. Recedentem à proprio domicilio, in quo est dies festiua, vel ieiunij, in locum; vbi festiua non est: vel non ieiunatur: posse ibi seruilia exercere, ac non ieiunare. Quià lex non interdicit exitum a loco, in quo obligat. Nèc extrà illum adstringuntur etiam illius loci incolæ: vt suprà probauimus. Itá Suarez, *tom. 1. de Relig. lib 2. cap. 13. nu. 6.* Sanchez *lib. 1. sum. cap* 12. *nu* 31. Merolla, *to. 2. de leg. disp.* 4 Nauarr. *cap. 13. sum n.* 5. Diana, *part. 1. tract. 10. resol* 14. Pasqualigus, *de ieiu. decis.* 214. *nu.* 4. Palaus, *pa. 1. oper. moral. tract. 3. disp. 1. pu.* 24. *§.* 5 *nu.* 4 Gaspar Hurtad. *de Sacram disp. 1. de Matrim. diff.* 5. Vilalobos, *pa. 1. sum. tract. 2. diffi* 34. *nu.* 2. Sancius, *in select. disp.* 34, *nu* 40. & alij.

50 An, antequàm recedat à proprio Territorio, teneatur audire Sacrum? Affirmant alij. Quorum ratio est: quià cum profectus est, iàm præcepto audiendi Sacri adstrictus erat. Itá Naldus. *v. festum. nu* 8 Fernandez, *par. 1 cap. 7* §. 1. *num.* 14. Filliucius, *tract. 27. cap. 7 nu.* 111. *& tract. 5. cap. 7. nu.* 220 Rodoriquez, *pa. 1. sum. in 2. edict cap.* 122 *nu.* 1 Sayrus, *in Clau Reg. lib. 7. cap. 1. nu.* 12. & alij.

51 Alij verò meliùs negant: si intrà tempus opportunum ad audiendum Sacrum, scilicèt antè meridiem, sit peruenturus ad locum, in quo id festum non obseruatur. Quià in proprio Oppido vsquè ad id tēpus poterat, auditionem Sacri differre. Quandò autèm preuenit ad alium locū, iam deobligatus omninò est ab eo præcepto. Itá Sancius, *in select. disp.* 54. *nu.* 19. Diana, *pa. 1. tract. 10 resol* 14. Sanchez, *lib. 8. de Matrim. disp.* 18 *nu.* 21. *& lib. 1. sum. cap.* 12 *nu.* 42 Salas, *de leg. disp.* 14 *sect.* 5. *num.* 66 Ferdin. Castro. *tom. 3. oper. moral. disp. 1 pu.* 14 *§.* 5. *num.* 8 Granad. 1. 2. *controuers 7. tract. 3. pa. 1. disp. 6 sect. 4. num.* 12 Portell. *in dub. regul. v. dies festus. in addict. num.* 3. Malderus, 1. 2. *quæst. 96. art.* 5. Fagundez, *de præcep. Eccles. tract. 1. lib. 1. cap. 7. nu.* 13. & alij.

52 Limitant aliqui hæc omnia, quæ suprà diximus: quod intelligatur, quandò proficiscens in loca, vbi illæ leges vigēt. ducitur causa iusta. Secùs quandò solùm, vt liberè possit eis contrauenire. Quorū ratio est: Quià fraus nemini patrocinari debet, *cap. sedes. & cap. ex tenore, de rescript.*

53 Sed hanc limitationem non admittūt: sed existimant illud, quod suprà diximus, esse verum: quamuis proficiscens in ea loca, vbi leges non vigent, adiret absquè vlla iusta causa; sed solùm, vt possit liberè illìc vesci carnibus, vel opera seruilia exercere. Ratio istorum est: Qui iure suo vtitur, non potest dici, fraudem committere: *reg. Nullus videtur, §. de reg. iur. & leg. 3 vers. 5 tamèn ff. de lib. hom. exhib.* ibi, *Dolo malo non videtur habere qui iure suo vtitur*. Ergò cum hic ius habeat, egrediendi ab eo loco, in quo vigent dictæ leges: cum hoc nullo iure sibi interdicatur; nō dicitur, fraudem cōmittere; vt, vel sic dicatur illius legis trāsgressor. Itá Suarez, *tom. 1 de Relig lib. 2. cap 13. num penult.* Sanchez, *lib. 2. summ. cap. 12. nu.* 64 Fagundez, *pracep. 1 lib. 1. cap. 7. nu.* 7. Diana, *pa. 1. tract. 9. resolut.* 19. Vilalobos, *tom. 1 sum tract 2. dub* 34. *nu* 2. Merolla, *tom. 2. de leg. disp. 4. cap. 3. num* 503. & alij.

An leges propriæ alicuius Territorij obligent Aduenas, & Peregrinos, dum ibi reperiuntur? Dub. 6.

55 PRima opinio affirmatiuè respondet. Cuius ratio est: Quià lex, & consuetudo vel est Localis, vel Personalis. Si Localis: ergò obligat quoscumq: etiā peregrinos, dū adsunt in eo loco Sicut interdicto loco non possunt etiā Clerici peregrini celebrare. Si Personalis: ergò sequitur personā: instar interdicti personalis, quocumque erit. Cui tamèn contrarium diximus in num. 32. nempè: Peregrinos non teneri, seruare leges proprij Domicilij, dum absunt. Ergò necessariò dicendum est, esse Localem: & sic obligare Peregrinos, dum ibi adsunt. Et confirmatur, *ex cap. 2. vers. itèm de illis, de obseru. ieiunio.* vbi dicitur: In festiuitatibus, & abstinentijs seruandam esse Regionis consuetudinem: ergò censet eā con-

consuetudinem respicere potiùs locum, quàm personam. Ita Panormitanus, *in cap. consil num. 6 de obseru. ieiun.* Landulphus, quê refert, & sequitur Cord. *Clem. 2. quæst. 5. de celebr. Miss. ar.* & ibi Bonifacius, *num 67* Guilelmus, quem refert, & sequitur ibi Imol. *num. 3* Præpositus, *cap quæ contrà fidem d. 8.* Albericus, *lib. 1. num 18 C de Santiss. Trinit.* Felinus, *cap. quod Clerici, paulòpost principium, de foro compet.* Nauarr. *cap 13 sum. num. 5. & cap. 23. num. 120.* Couarru 4 *varar cap. 20 num. 8.* Maior, *in 4 dist. 15. quæst. 5. quæst. 5.* Driedo, *de liberat. Christ. lib. 1. cap. 17. §. vna est; in alia editione est lib. 1. cap. 2. par. 3. art. 2. memb vlt §. vna est.* Alcozer, *cap. 24 summ.* Ledesma, *1. par. 4. quæst. 13. art. 4. dub. 2.* Pedrazza, *precep 3. summ. §. 14.* Henriquez, *lib. 8. de indulg. cap. 13 num 8.* Philiarcus, *de offic. Sacerd. tom. 1. par. 2 lib. 2. cap. 23.* Rodoriquez, *par. 1. sum. 2. edict. cap. 122. num. 1. & in explicat. Bull Cruciat. §. 1. num. 8. ad finem* Ludouicus Lopez, *par. 1. cap. 52.* Suarez, *lib 3. de leg. cap. 33.* Lessius, *lib 4. cap. 2. dub. 7 num. 50* Pontius, *lib. 5. de Matrimon. cap. 7. quæst 2 num. 79.* Fagundez, *de præcep. Eccles. tract. 1. lib 1 cap. 8. num. 20* Molfesius, *tom. 1. summ tract 10 cap 4 num. 17.* Barbosa, *in collect. tom 2. lib. 5. cap. 21. num. 4.* Io. del Cruz, *in de rect. conscien par 1. præcep. 3. art 4. disp. 9* Malderus, *1. 2. quæst. 96. art. 5 circà finem* Salas, *de leg. disp. 14 sect. 4. nu 4. 5* & alij

56 Vndè, secundùm hanc opinionem: Peregrinos, & Viatores teneri ad ieiunia locorum, per quæ transeunt. Ità Lublinus, *pa 1 sum v. Festum. num: 2.* Malderus, *1 2. quæst 96. art. 5. § de peregrinis*, & alij

57 Secunda opinio ait: Peregrinum, præciso scandalo, non obligari legibus, & cõsuetudinibus particularibus locorum, ad quæ diuertit, vel in quo per modum hospicii reperitur. Cuius ratio est: quià ad obligandum, requiritur iurisdictio in obligante, & subiectio in eo, qui obligatur: per breuem autẽ morã per sè non acquiritur iurisdictio, & subiectio. Quà proptèr Episcopus non potest dispensare cum extraneo in sua Diœcesi, breuitèr commoraturo, aùt illi Sacramenta conferre: excepto Pœnitentiæ, & Eucharistiæ Sacramento, in quo peculiaris extat consuetudo. Tum quià Viator non sortitur forum loci, per quem transit, *l Hæres, absens §. proinde ff de iudic.* Tùm quia qui trãsit, aut breui tempore commoratur in aliquo loco, non dicitur moralitèr esse in eo loco, *l. quæsitum. 76. §. finali ff de legat.* Ergò non obligatur legibus illius loci, quibus obligantur ibi commorantes, seù moralitèr ibi existentes: Ità Glossa: *in cap: illa verò. v. venerit dist 12 & cap. quæ contra. dist. 18. v. aut peregrini.* Specul *rubric de const. num 7.* Archidiac. *d. cap. illa, super v. seruire:* & ibi Turrecremat. *v. liberos.* Ledesma, *2 par 4 quæst. 17. num. 3. § tertio dico:* Siluester, *v. ieiunium. quæstione 2.* Paludanus, *in 4 dist. 15. quæst 4 art. 3. num 34* D. Antoninus, *par. 2. tit. 6. cap. 2. §. 2.* Ioan. Medina, *C. de ieiunio. quæst. quandò necessè est ieiunare.* Toletus, *lib. 6. summ. cap. 5 num vltim.* Azorius, *par. lib 7. cap. 10 quæst vltim* Bartolom Medina, *1. 2. quæst 96 art. 5. ad finem.* & ibi Granada. *controuers. 7. tract 3. pa 1 disp. 6. sect. 4* Vilalobos, *tom. 1 summ tract. 2. dub. 23 num 8* Reginaldus, *tom. 1. lib 13. cap 17: num. 171* Rosella, *v. ieiunium num. 16.* Palatio, *in 4. distint. 15. disp. 8. post. 6. conclus.* Vega, *lib 2 summ. cas. 3: 5.* Bonacina, *de leg disp. 1. quæst. 1. pu. 6 num 36.* Layman. *in Theolog. moral. tract 4 cap. 12. dub 7 num. 49* Diana, *par. 1. tract 10 resol. 15 in fine. & tract. 9. resol. 2.* & alij.

58 Vndè secundùm hanc opinionem: Peregrini, & Viatores non tenentur ad ieiunia locorum, per quæ transeunt. Ratio est: Quià leges non obligant, nisi eos, ad quos pertinet: lex autèm ieiunij localis, non pertinet, nisi ad eos, qui sunt de loco: non materiali modo, sed formalitèr; hoc est, qui sunt de communitate loci. Quià sicùt iurisdictio non extenditur, nisi ad proprios subditos: ità non extenditur, nisi ad eos, qui sunt de communitate loci. Aduenæ autèm, quamuìs per breue tempus morentur in loco, non sunt de communitate loci, nec sunt propriè oues illius gregis. Vndè Episcopus non potest circa ipsos, quæ potest circà proprias oues, vt omnes fatentur: Non enìm põt dispensare, & ministrare sacramenta (exceptis sacramẽtis Pœnitẽtiæ, & Eucharistiæ) quæ ministrantur ex consuetudine, & tacito cõsensu proprij Pastoris: Et sicùt leges Ecclesiæ vniuersales nõ obligant infideles, quià de foris sũt; etiàm si habitent intèr fideles: non alia ratione, quià non sunt de ouili vniuersalis Ecclesiæ: Ità nec leges speciales Ecclesiæ obli-

obligabunt Aduenas, & Peregrinos: quid nō sunt de grēmio, & ouili illius Ecclesię; cum sint ibi tantùm in transitu, & non vt subijciantur simùl cum ceteris tali Pastori. Ità Granad *in 2. 2. D. Thomæ contro. 7 tract. 3 pa. 1. disp. 6. sect. 4. nu. 15.* Diana *pa. 1. tract. 9 resol. 2* Toletus, *lib. 6. cap. 5. n. 3.* Angles, *in florib. Theolo. q. 4 deieiu. diff. 2. vers. Hinc peregrini.* Auila, *de censur. pa. 2. cap. 1 disp. 2. dub. 3. concl. 3. ver. circà corollarium.* Vega, *to. 1. sum. cap. 14. cas. 11.* Coninch *pa. 3. to. 1. quest. 1. pu. 6. num. 36 vers. Hoc posito* Filliuccius, *to. 2. tract. 27 pa. 2. c. 6 nu.* 06 Fagundez, *pracep. 4. Eccles. lib. 1. cap. 7. nu. 10.* Boffius, *sect. 4. de Iubileo. cas. 18. nu. 49.* Sancius, *in sel. ct. disp. 54. nu. 31.* Gaspar Hurtad *disp. 5 de sacrif. Missæ. diff. 1. vers. Addimus.* Gordonus, *lib. 6. Theolog. moral. quæst. 18. cap. 7. in fin.* Achuna, *par. 1. decret. incap. illa. nu. 4. dist. 12.* Pasqualigus *de Ieiu. decis.* 201. *nu.* 5 & alij.

Quæ nàm mora in Oppido hospicij reddat Peregrinum, obnoxium legibus, & consuetudinibus illius loci?

59 PRima opinio ait: Peregrinos, secluso scandalo, non teneri ad leges illius Loci: nisi habeant animum, ibi manendi per maiorem anni partem. Ità Sāchez, *disp. 18. nu 9* Filliucius, *to. 2. tract. 27. cap 7. nu. 16.* Sancius, *in select. disp. 44. nu. 31* Bonacina, Layman, Diana, Granado. & alij.

60 Vndè, quā lò Peregrini, & Aduenæ diù mo[illegible] in aliquo loco, tenentur ad ieiunia propria illius Loci; etiam si non habeant animum, ibi morādi. Quià hoc pertinet ad pacem Communitatis: quòd Aduenæ, diu morantes in aliquo loco, se cōforment moribus illius Ità Azorius *p. 1. lib. 7. cap. 19. quæst. 4* D. Antonin. *pa. 2. tit. 6. cap. 1 § 1.* Achuna, *in 1. part. decret. in cap. illa, nu. 4 dist. 12.* Reginal, *to. 1. lib 4. cap. 12 nu 136.* Rodoriquez, *to. 1. qq. Regul. quæst. 63 art 4* Suarez, *to. 1 de Relig. tract. 1 lib 2 cap. 14 nu 8.* Fagundez, *præcep. 4. Eccles. lib. 1. cap. 7. nu. 6.* Palatios, *in 4. dist. 15 disp. 5 post. 9. conclus.* Gordonus, *lib. 4. Theolog. moral q. 18. cap. 6. vers. Quæritur tertiò.* Trullench. *lib. 3. Decalog. cap. 2. dub. 6. nu. 3.* & alij.

61 Secunda opinio ait: Ijs teneri solos, perpetuò habitandi gratia, in Oppidum confluentes. Ità Glossa, *d. vers. Aut peregrini.* Speculator, Archidiaconus, Siluester, Medina, & Ledesma, locis suprà citatis.

62 Vndè Peregrini, & Aduenæ non tenētur ad ieiunium, si morantur in loco; quā dò non habent animum, ibi manendi: sed requiritur, vt habeant animum perpetuò ibi manendi. Ratio est: Quia subiectio in ordine ad iurisdictionem localem, est vnicuique voluntaria: sicùt est voluntaria habitatio in hoc, vel in illo loco. Et ideò non potest consurgere, nisi ex quodam tacito contractu partium, quo vna alteri se subijciat: tradens se ipsius iurisdictioni, & acceptatur ab alia. Hic autem tacitus contractus interuenit, quandò quis habet animum contrahendi domicilium: secùs autem quandò non habet. Quià dum intendit ibi morari tanquàm Aduena, nunquam intendit se subijcere iurisdictioni particulari illius loci: nam non intendit se incorporare tali communitati. Et sicùt sæcularis, quantumuis diù moretur intèr Regulares; nunquàm fit subditus regulis ipsorum: nisi interueniat aliquis contractus: Ità nec Aduena, cū sit exemptus à tali iurisdictione, non fiet subditus; nisi interueniat talis cōtractus: exceptis ijs casibus, qui in iure sunt expressi. Vndè Aduenæ, & Peregrini, tanquā non subditi, etiàm si diù in loco morentur, non tenebuntur, ad seruanda particularia ieiunia illius Loci. Ità Medina, *c. de ieiunio.* Ledesma, *2. p. 4. q. 17. art. 3 vers. tertiò dico.* Siluester. *v. Ieiunium n. 7.* Toletus, *lib. 6. cap. 5. numer. 3.* Angles: *in floribus. quæst. 4 de Ieiun. diff. 2. vers. Hinc peregrini.* Layman, *in Theolog. moral. lib 1. tract. 4. cap 12 nu. 4.* Sanchez, *lib. 3. de Matrim dis. 18. nu 6 & lib 1 sum. cap 12. nu. 3.* Bonacina, *de leg. disp. 1. quæst 1. pu. 6. nu. 36. vers. Hoc posito.* Granad. *1. 2 controu. 7. tra. 3. pa. 1. dis. 6. sect. 4. nu 25* Filliucius, *tract 27 p. 2. cap. 6 nu. 106.* Diana, *pa. 1. tra. 9. resol. 3. vers. Imò ego, & tract 10. res. 13. vers. At ego.* Sancius, *in select disp. 54. n. 31.* Gaspar Hurtad. *disp. 5. de sacrif. Missę. diff 1 vers. Addimus.* Pasqualigus, *de Ieiun. decis. 202. nu. 4.* Bossius, *sect. 4. de Iubileo cas. 18. nu. 49.* & alij.

An si Aduenæ morantur in aliquo loco maiori anni parte, teneantur seruare ieiunia illius loci, in quo morantur?

63 AFfirmat prima opinio. Cuius ratio est: Quia, prudentis viri iudicio, ille dicitur in aliquo loco habitare; qui reperitur in eo loco, inquo decreuit ma-

maiori anni parte commorari. Et quamuis talis habitatio non sufficiat, ad contrahendum absolutè domicilium: tamèn sufficit, ad contrahendum domicilium Parochiale, & ad contrahendum obligationē legum illius Parochiæ. Propterea potest ibi recipere sacramenta: vt, Pœnitentiam, Eucharistiam, Matrimonium, Confirmationem &c. excepto Ordine, & Prima Tonsura, quæ recipi debent à proprio Episcopo. Vndè tenetur seruare ieiunia illius loci. Ità Felinus, *c. quæ contrà ver co gita tamèn dist.* 8 Lessius, *lib. 4. cap. 2. dub* 7. *nu.* 47. Bonacina, *de leg disp* 1 *quæst* 1 *pu.* 6 *nu* 43. Sanchez, *lib. 3 de Matrim disp* 18. *nu.* 9. Pontius, *lib.* 5 *de Matrim cap.* 7. *§.* 1. *nu.* 4. Diana, *part.* 1. *tract* 9 *resol.* 12. *vers. Imò ego.* Suarez, *to* 1. *de Relig tract.* 1. *lib* 1. *cap* 12. *nu* 4. *&* 5. Fagundez *præcep.* 4. *Eccles. lib.* 1. *cap.* 7 *nu.* 6. Trullench *lib.* 3. *Decalog. cap.* 2. *dub.* 6. *nu.* 2. Palaus, *pa.* 1. *opere. moral tract* 3. *disp.* 1. *pu.* 24 *§.* 3 *n.* 2. & alij.

64 Attamèn secunda sententia negat. Cuius ratio est: Quià domicilium tribus modis acquiritur: nempè, Origine: Legis dispositione: & animo, atque volūtate: vt benè notat Soccinus Senior, *in ca. final. vers sexto principalitèr de foro competenti*. Aduena, extra illos casus, in quibus ius figit domicilium, non potest illud contrahere; nisi habeat animum contrahendi: nam animo, & voluntate debet ab ipso contrahi; etiàm si per totum annum in certo loco moretur. Ergò si absquè hoc animo non contrahit domicilium, non tenebitur legibus specialibus illius Communitatis: nàm hæ leges sunt quidā motus, quibus caput regit corpus. Et cōsequentèr nec etiam tenebitur, ad seruāda ieiunia, propria illius loci. Ità Glossa, *in cap quæ contrà; v. Aut peregrini, dist* 8. *& cap* 15. *qui v. nota, de sepulturis in* 6. Bal. *leg. est verum* 3. *c de Incolis* Angelus, *leg. nec ipsi, c. eodem* Bartolus, *leg lex Cornelia* 5 *§ si tamèn nu ff de iniur. & fam & leg quæsitum inst ff de leg.* 3. Speculator, *rubric de constit nu* 7. Archidiac. *in cap. illa, v serua. dist* 12. Turrecremat. *in cap. quo iure §. dignitate, art.* 4 *nu* 8. *dist.* 8. Boerius, *leg consent nu.* 107 *c quomodò; & quandò, iudex.* Quidicunt etiàm, si per mille annos ibi habitent. Alciatus, *resp.* 55 *nu.* 9 Menoch *lib* 2 *de arbit. centur.* 1. *num.* 7 *& seq* Panormit. *in cap in nostra, nu.* 10. *de sepulturi.; & cap.* 2. *de sepult. in* 6. Medina, *c. de Ieiunio. quæst.* 1. *initio* Ledesma, 2 *pa.* 4. *quæst.* 17. *art.* 3 *vers. tertiò dico.* Angles, *in florib. quæst.* 4. *de Ieiun. diff.* 2. *vers. Hinc peregrini*: Ludouicus Perus, *decis.* 16. *nu.* 1 Riccius, *resol* 263 *nu.* 2. Bernardinus Barilis *de potest. leg. municip disquis.* 1. *§.* 4. *nu.* 30 Pasqualigus, *de Ieiun decis.* 203. *num.* 3. & alij.

65 Immò, Sancius *in select disp.* 54 *num.* 35. Gilinus, *in sum v. Ieiunium. num.* 21. *littera, E.* addunt: Quòd si Aduena, constituto domicilio, mutet animum, ibi non manendi; non tenetur ad ieiunia loci, antequàm discedat. Quià ad continuādum domicilium, requiritur continuatio animi habitandi: sicùt requiritur animus habitandi, ad contrahendum domicilium. Vndè mutans animum antè dimidium anni, non acceptatur à legibus, vt Incola: sicùt acceptatur post elapsam medietatem anni. Vel si acceptatur; intelligitur, lex quoquè mutare animum habēdi ipsum, vt Incolam, quando ipse mutat antè medietatem anni. Elapsa autèm medietate anni, non desinit esse Incola, sola mutatione animi: quià iam perseuerauit tempore necessario, ad acquirendum domicilium Ità videtur etiàm tenere Diana *pa.* 1. *tract* 9 *reso.* 2.

66 Attamèn hanc opinionem non admittunt aliqui. Quià omnis res per quascumque causas nascitur, per easdem dissoluitur. *cap.* 1. *de reg iuris.* sed domicilium habitationis non acquiritur solo animo habitandi: sed animo, & facto, nempè habitatione ipsa: vt per *leg domicilium ff ad municip docet ibi* Gloss. *v. domicilium, & l. non vtique, v. constituerit, ff. eodem & l. cives v. larem, C de incol. lib.* 10. Bartolus, *leg placet, nu.* 1 *ff ad municip.* & alij Ergò similitèr non perditur solo animo mutādi illud: sed opus est animo, & reali mutatione. Ità Sanchez *lib.* 3. *de mat. disp.* 23. *nu.* 2 *vers Hinc fit & lib.* 1. *de leg. cap* 12. *nu* 24 Lessius, *lib.* 4 *de iust cap.* 2. *dub.* 7. *nu.* 6. *in fine* Suarez, *to.* 1. *de Relig. tract.* 1. *lib.* 2. *cap* 14. *nu.* 5. *&* 6. Bonacina, *de leg. disp.* 1. *quæst.* 1. *pu* 6. *nu.* 45. *vers Addo.* Palaus, *pa.* 1. *opere moral. tract.* 3 *disp.* 1 *pu* 124 *§.* 3. *nu* 1. Pasqualigus, *decis.* 204. *nu.* 2. & alij.

Quid dicendum de legibus Communibus? An scilicèt, si hæ alicubi dessuetudine sint abrogatæ (v g. Medio ani licet ex consuetudine (vt ferunt) vesci carnibus quatuor primis diebus Quadragesimæ, quod iure communi prohibitū est) obligent transeuntes Incolas illius loci, in quo illæ leges iuris communis non obligent,

gentes in loco transitus obligent: vt Mediolanensis hospes in Oppido, vbi ius commune viget; teneatur, iis diebus abstinere à carnibus, & ieiunare: vel possit, iuxtà sui domicilij vsum, eas edere, & non ieiunare?

67 Prima opinio ait. Nô posse carnes edere: sed teneri ad ieiunia. Cuius ratio est: quia est differentia intèr hoc ius commune, & speciales leges loci transitus. Nam ad obligandum, exigitur iurisdictio: hæ autèm non videtur acquiri speciali Legis latori in transeûtes, aùt breui morantes in suo Territorio: & ideò non potest, hos suis specialibus legibus obligare. At indicens ius commune, habet iurisdictionẽ in vniuersos, omnesque illi subduntur. Et si alicubi, ratione oppositæ consuetudinis, tale ius commune sit obrogatum; hoc tamẽ facit, vt in eo loco, in quo is vsus viget, non obliget ibi commorantes. Confirmatur: quià consuetudo ius commune abrogans, est odiosa, instar legis correctoriæ. Cum ergò in solo eo loco fit, & ibi excuset: non est extendenda, vt fit quasi priuilegium personale, quod personam quocumque euentu sequitur: sed potiùs est restringenda, vt sit quasi priuilegium locale, quod extrà locum non prodest. Ita Henriquez, *lib. 9 de Missa, ca. 25 nu. 2. in fine. in comment. littera* 5. Rodriguez, *in Bull. Cruc.* §. 1. *nu* 8. *in fine*, Suarez, *lib. 2 cap.* 14. *nu.* 27. & 28. Sanch *lib. 1 sum cap.* 12. *num.* 39. Salas, *de leg. disp* 44. *sec.* 4. *in fine.* Basilius Pontius, *lib* 5 *de Matrim. lib.* 5. *cap* 8. *num* 3. Bonacina, *de leg. disp* 1 *quæst* 1. *pu* 6 *n* 55. Medina, 1. 2. *quæst.* 96. *art.* 5 *dub penult.* Sayrus, *in Clau Reg. lib* 2. *cap.* 4 *nu.* 15. Merolla, *to.* 2 *de l g. disp.* 4 *cap* 3 *nu.* 563. Nauarrus *cap.* 23 *sum. nu.* 120 & alij.

68 Secunda verò opinio ait: Non solùm non teneri ieiunare; sed neque à carnibus abstinere. Vndè Mediolanensem, trãseuntem per Lusitaniam, posse more suæ Patriæ intestinis animalium vesci die Sabbati, quæ in Lusitania permittuntur. Et si morit ter Mediolanensem hospitem in Oppido, vbi ius commune viget, posse vesci carnibus, & non ieiunare quatuor primis diebus Quadragesimæ, more suæ Patriæ. Ratio est: quià versamur in materia fauorabili: fauores autèm ampliãdi sunt, & odia restringenda. Tum quià, nullus tenetur legibus loci, in quo non decreuit maiori anni parte commorari, vt suprà dictum est. Cum autèm hic non decreuit maiori anni parte commorari in eo loco, ad quem se transfert, vt suppono: sequitur, non teneri lege ieiunij in illo loco, ad quem se transfert. Tùm quià, licèt hoc priuilegium videatur locale, soloque cohærens: est vtique tale in hoc sensu, vt eo gaudeant, non tãtum ibi quoquo modo existentes: sed etiam qui in iure habẽtur pro præsentibus, ibique existentibus: quales sunt, qui breui tempore absunt, citò reuersuri; eò quòd illi domicilium ibi habeant. Ità Ledesma, *de Matri. quæst.* 45 *art.* 5 *pu* 3. *dub vlt* Sanchez, *lib.* 3. *de Matr. disp.* 18 *n* 7 Palatios, *in* 4 *dist.* 15 *disp.* 8 *post* 6 *conclus* Fagundez, *præcep.* 3. *lib.* 1. *cap* 7. *nu.* 12. Pasqualigus, *de Ieiu. decis.* 62. *nu* 3 & *decis.* 207. *nu* 3. & alij, & videtur inclinare Diana, *part* 3. *tract.* 5. *resol.* 120.

Dubitatur: An Vagi teneantur seruare leges Locorum, in quibus reperiuntur?

69 Affirmat prima opinio. Cuius ratio est: quià cum hi nullum certum domicilium habent: sortiuntur illud, quò ad omnia, in quo reperiuntur. Quarè obligantur, ibi recipere sacramenta necessaria: & Episcopus potest cum eis dispensare Et confirmatur: nàm alias, hi essent exempti ab omnibus legibus municipalibus, & Episcopalibus: quod rectè eorum gubernationi aduersatur. Ità Sanchez, *lib.* 3 *de Matr. disp.* 18 *nu.* 15. & *lib.* 1 *sum cap.* 12 *nu.* 23 Suarez, *to.* 1. *de Relig. lib.* 2. *cap.* 14. *nu* 19 & 20 Filliucius, *to.* 2. *tract.* 27 *cap* 7 *nu.* 105. Salas, *de leg disp.* 14. *sect.* 4. *n.* 40 Sotus, *in* 4. *dist* 18. *q.* 4 *ar.* 2. Reginaldus, *lib.* 13 *nu* 172. *ad finem.* Bonacina, *de leg disp.* 1 *quæst.* 1 *pu.* 6 *nu.* 54. Vilalobos, *to* 2 *sum. tract.* 2. *dub.* 33. *nu.* 1. Merolla, *to* 2 *de leg. dis.* 4 *cap* 3 *nu.* 566. Ferd Castr. *tract* 3 *opere moral disp.* 1. *pu* 24. §. 4. Pontius, *li.* 5 *de Matr. cap* 7 Lorca, *in* 1. 2. *tom.* 2. *de leg. disp.* 25 *memb.* 4 *ad finem.* Fagundez, *tract.* 1 *de precep. Eccles. lib.* 1., *cap. cap.* 8. *num.* 3. Trullench. *lib.* 6. *Decalog. cap.* 2. *dub.* 6. *num.* 9. & alii.

70 Secunda opinio negat: Quià eadem est ratio Vagorum, quæ & Peregrinorum: vt non obligentur legibus proprijs locorũ, in quibus hospitantur, vel transeunt. Quia generalis doctrina est, *ex cap. vlt. de foro compet.* Neminem sortiri forum, nisi, vel ratione domicilij, siuè habitationis, vel ratione contractus. Adde tu: vel ratione originis, siuè patriæ, de quibus Glossa, *in leg. hæres. ad finem.* Vagi autèm nullo hor-

horum modorum subiecti sunt, vt ponimus: ergò non sortiuntur forum. Nequè obstat, quod possint recipere Sacramenta, vbicumquè inueniantur: quià illud est priuilegium, non obligatio: ad nullam enìm adstringuntur parentiam; nisi per maiorem anni partem aliquo loco consistere decreuerit. Ità Lesius, *lib. 4. cap. 7. dub 7. nu 46* Layman, *in Theolog. moral. lib 1. tract. cap. 12. nu. 7.* Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 3. cap 4. nu 15.* Sancius, *in select. disp 44 n. 34.* Medina, *1. 2 quaest. 96 art. 5. ad finem*. Paludanus, *in 4 dist. 15 quaest. 4. art. 3.* Pasqualigus. *de Ieiun. decis. 200. nu. 4.* Diana, *pa. 1. tract. 10 resol 16. ad finem.* Bossius, *sec. 4 de Iubileo. cas. 18. nu. 58.* & alij.

71 Nota: quòd Vagi, non solùm sunt illi qui nullibi sedem certam, & constantem habent; hic, indè vagantes: sed etiam qui pristinum domicilium deserentes, nauigant, aut iter faciunt; quaerentes, vbi sedem collocent. Vt habetur expressè *in leg. eius, qui manumisit. 27 §: celsus, ff. ad municip.* & docent Glossa, *cap. 2. de sepult. in 6 v domicilio* Io. Andr. *in ca omnes vtriusque sexus, de pan & remiss. num. 13* Sanchez. *lib. 3. de Matrim. disp. 25 num. 2. & 3.* Nauarr. *in cap placuit de paenit dist. 6 nu. 27. & 8.* Riccardus, *in 4 dist. 17 art. 3 qu. 2. in corpore.* Ledesma. *2. pa 4 quaest 7. ar 5 ad finem* & alii. Et non solùm hoc verum est, quandò pristinum domicilium deserentes, iter faciunt; & non dùm destinauerunt, vbi sedem collocent: sed etiàm quandò id destinarunt, & non dùm peruenerunt. Ità Merolla, *to. 2: de leg disp. 4. ca. 3. nu 562* qui dicit: esse communem sententiam Doctorum.

72 Vndè, qui relicta paretia, non dum statuit, ad quam migraturus sit: sed querens domum, interim in aliqua paretia hospitatur ad breuè tempus; dici Vagum, respectu Parochiarum illius Oppidi. Et ità dicendum est, quandò relicta propria Parochia, ad aliam transfert: & dum domus illa, ad quam se transfert, expeditur habitare, & hospitatur in aliqua domo alterius Parochiae: hic enìm similitèr vagus est: quia reuera nullam Parochiam habet, cum pristina deserta sit, & noua non dum sit habitatione caepta acquiri. Ità Sanchez, *nu. 4.* Merolla *numero. 169.* & alii.

(†)

Iterùm dubitatur: An qui praeceptum adimpleuit in priori domicilio, teneatur posteà illud iterùm adimplere, si se transfer in aliquem locum, vbi non est peractum?

73 Hic casus frequentèr contingere potest. Et affirmatiuè respondit Basilius Pontius *lib. 5. de Matrim cap. 8. ad finem*. Cuius ratio est: quià quilibet obligatur legibus iuris communis, receptis in loco, in quo reperitur: praesertìm si ad eū locum accesserit, ibi manendi pro maiore parte anni, vel perpetuò habitandi.

74 At dicendum est cum alijs: Non teneri praeceptum iterùm adimplere in loco, in quo posteà reperitur. Ratio est: quià iam adimpleuit praeceptum: & praeceptum semèl tantùm obligat. Ità Sanchez, *lib. 1. sum. cap. 12. nu. 22.* Lesius, *lib 4. cap. 2. dub. 7. nu 52.* Salas, *de leg. dis. 14 sect. 4 num. 37. vers. Domicilium autèm.* Bonacina, *de leg. quaest. 1. pu. 6. nu. 57.* Filiucius, *to. 2. tract. 27. cap 6 nu. 107.* Ferdin. Castr. *part . oper. moral. tract. 3 disp. 1 pu. 24 § 5 nu. 12.* Azorius, *pa. 1 lib. 5. cap. 25 quaest. 2.* & alij.

75 Vndè, qui satisfacit praeceptum ieiunij si accedat ad locum, vbi non sit impletum, nō tenetur rursus ieiunare. Quià praeceptum iuris communis non obligat in hoc, vel illo loco: sed tantùm semèl ad actum praeceptum. Ità Salas *de leg. disp. 14. sect. 4. nu. 37. v. domicilium* Bonacina, *de leg. dis. 1 q 1 pu. 6. nu. 57* Castrus Palaus. *to. 1. oper moral tract 3 disp 1 pu: 24 § 5. num. 12.* Sanchez, *lib. 1. sum cap. 12. nu. 22.* Merolla, *to. 2. de leg disp. 4. cap. 3. nu. 574.* Lesius, *lib. 4. cap 2. dub 7. n. 52.* Trullench. *lib 3. De calog cap. 2. dub 6. nu. 4* & alij.

76 Et ita dicendum est de contrario sensu, v. g. Si quis, durante Quadragesima in suo Oppido, venerit ad locum, in quo est transacta: non tenetur illam complere. Ità Sanchez, *lib. 1. sum. cap. 12. nu. 30.* Lesius, *lib 4. cap. 2. dub. 8. nu. 59* Salas, *Theolog. moral. lib. 1. tract. 4. cap. 11. nu. 8.* & alij.

An leges ciuiles iustè obligent personas Ecclesiasticas? Dub. 7.

77 Notandum est primò. Personae Ecclesiasticae sunt exemptae à potestate ciuili, quò ad iudicia, Seù Tribunalia causarum, tam ciuilium, quam criminalium; atque etiam à solutione tributo-

butorum; vt habetur *in cap. significasti de foro competenti.* & in Concil. Tridentino, *sess. 21. cap. 20.* de Reformatione. Et nõ solùm ipsi; sed etiam bona eorum exempta sunt à tributis temporalibus: vt patet *ex cap. non minùs, & cap aduersùs, de Immunit. Eccles. cap. nouerit, de sent. excommu. & cap quàmquàm de censib. in 6.*

78 Secundo: Hic nos non loquimur de legibus ciuilibus, quæ huic Immunitati personarum Ecclesiasticarum contrariè sunt, directè, vel indirectè: quia tales leges iniustę sunt, & reprobatę, vt iniquę: non solum in iure Canonico; *vt patet ex cap. Ecclesia, & cap. quæ in Ecclesiarum deconstitutionibus, & cap. nouerit de sent. excommunic. & cap vlt. de immun. Eccle.* sed etiam in iure Ciuili. *C. de Sacrosanct. Eccles.* & per plures leges. Sed sermo noster est tantùm de legibus ciuilibus iustis, ac necessarijs; quę pro tota communitate Populi, seu Ciuitatis ponuntur: quarũ materia communis est Clericis cum alijs Ciuibus: & ęquè potest ab omnibus seruari sinè vlla indecentia, vel iniquo grauamine Clericorum. Et vt meliùs in hac Quęstione procedamus, duas difficultates pono.

Prima: An Clerici teneantur seruare leges ciuiles, quò ad vim directiuam, seù in conscientia?

78 PRima opinio ait: Legem ciuilem, loquentem per verba pręcipiendi, vel prohibendi; non obligare in conscientia Clericos: etiàm si in materia fauorabili, vel generali, & omnibus conuenienti disponat. Ità Nauarrus, *cons. 4 de constit. nu. 5 in prima edict.* & ità Grassius *to. 1. decis lib. 2. cap 20 n. 14.* Et ratio istius opinionis est: quia pręceptum non obligat in conscientia, nisi ab habente legitimam potestatem iurisdictionis procedat: at Clerici sunt exempti à iurisdictione Principum sæcularium: ergò eorum legibus non obligãtur in conscientia: quia leges possunt tantùm obligare personas, subditas potestati Legislatoris.

79 Communis tamen opinio ait: Clericos teneri in conscientia, ad seruandas huiusmodi leges ciuiles. Ratio est: quià Clerici, non obstante Clericatu, ciues sunt, & membra Reipublicę politicę: sed Respublica ciuilis, non nisi legibus ciuilibus Principum gubernatur: ergò eas etiam quatenùs conducunt, ad vtilitatem, & bonum publicum, Clerici seruare tenentur. Ità communiter Iuristi *in leg. cunctos populos, C. de Sum Trinit. præsertim* Bartol. *à nu. 28.* & Canonistę, *in cap. Ecclesia, de constit.* vbi Panormitan *nu. 13.* Decius, *nu. 17 in fine.* Felinus, *nu. 81. & 85.* Angelus, *v. Lex, nu. 5. circà medium*, & ibi Siluester, *quæst. 15* Bartol. Medina, *1. 2. quæst. 96. art. 5. dub. vlt.* Io. Dried. *lib. 1 de liber. Christ. cap 2 par. 3.* Sotus, *lib. 1. de iust. quæst. 6. art. 7. concl. 1. in fine. & in 4. dist. 25 quæst 2. art. 2. concl. 4* Alphonsus, de Castro. *lib. 1. de potest. legis pœnal. vlt antè finem.* Angles, *in florib: in 4. sent. de sacram. Ord. in fine.* Valenria, *to. 4. dis. 9. quæst. 5. pu. 4.* Salonius, *2. 2. quæst. 77. art. 1. controu. 10* Zerola, *in prax. Episcop. tom. 1 v. pragmatica, dub. 2.* Philiarcus, *de offic Sacerd part. 2. lib 3. cap. 2 in fine.* Viualdus, *par. 4. cap. 9. nu. 10.* Rodoriquez, *pa. 1. sum. cap. 196.* Sayrus, *in Clau Reg. lib. 3 cap. 4. num. 16.* Vasquez, *1 2 disp. 167. cap. 5.* Toletus, *de sept. peccat. mortal. cap. 11.* Suarez, *lib. 3. de leg. cap. 34. num. 6.* Molina, *tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 31 conclus. 6.* Sanchez, *lib. 7. sum. cap. 3 num. 20.* Merolla, *tom. 2. de leg. disp 4. cap. 3 num. 190.* Salas, *de leg disp. 14. sect. 8.* Molfesius, *tom. 2. sum. tract. 12 cap. 5 nu. 85.* Megala, *cap. 6. num. 106.* & alij.

80 Dissentio est intèr Doctores: An Clerici directè subijciantur legibus ciuilibus ità, vt immediatè ab ipsis legibus obligẽtur? An verò obligentur, tãtùm ad eas, seruandas ex ratione naturali; dictante, seruandas esse leges sæculares iustas, proptèr conformitatem cum personis sęcularibus eiusdem Reipublicę, cuius etiàm ipsi sunt partes? Sicut dicere solent Doctores: Principem non obligari directè suis legibus; sed indirectè tantùm teneri, illas seruare: quia scilicèt ratio naturalis dictat, vt oneribus, quę subditis imponit, ipse quoque subiaceat. Vel obligentur alia ratione.

81 Tannerus, *1. 2. disp. de leg assert. 45.* Layman, *in Theolog. Moral tract. 4 cap. 13 n. 6.* Naldus. *v. Clericus, num. 23.* & Vasquez, *loco citato*, dicunt cum Pesuntio, *de immu. Eccles disp. 4.* & alijs: Clericos non teneri directè legibus ciuilibus: sed solùm ex lege ciuili oriri indirectè obligationem, seruandi illam; ex vi rationis naturalis, dictantis: partem non debere discordare à toto.

I Bar-

82 Bartolus verò *in leg. cunctos populos, C. de Sum. Trinit.* Couarr. *reg poss ssor.* 2. *par §* 4. *nu.* 8. Victoria, *relect. de potestat. Ecclesiast. quæst. vlt. nu.* 4 Sotus, *in* 4. *dist.* 25. *quæst.* 2 *art.* 2. *concl.* 4 Molina, *tom* 1. *de iust tract* 2. *disp.* 21. *concl.* 6. Bellarm. *lib.* 1. *de Cler. cap.* 28 Salas, *de leg. disp.* 14. *sect*: 8. *num.* 104 Lorca, 1. 2. *to.* 2. *tract. de leg. disp.* 25 *memb* 4 Sayrus, *in Clau. Reg. lib.* 3 *cap.* 4 *nu.* 16. Ferdinand. de Castro. *par.* 1 *oper. moral. pa.* 1. *tract.* 3. *disp* 1 *pun.* 24. *§.* 6 *nu.* 6. Sanchez, *lib* 7. *sum cap* 3. *nu* 20. & alij, dicunt: Clericos nõ esse exemptos ab obligatione legum ciuilium, quæ non repugnant sacris Canonibus, vel officio clericali: sed obligari illis etiàm directè, sicùt alii Ciues. Quorum ratio est: quià Clerici, prætèr quàm, quod Clerici, sunt etiàm Ciues, & partes quædam Reipublicæ politicæ, sicut alij Ciues: ergò, vt tales viuere debent, ciuilibus legibus subiecti. At non sunt aliæ leges ciuiles, (vt nunc supponimus) nisi quæ à politico Magistratu sunt latæ: ergò illas Clerici seruare debent, Alioquin magna perturbatio, & confusio in Republica oriretur; si Clerici non seruarent leges ciuiles in commercijs humanis, & ciuilibus.

83 Alij verò dicunt: Clericos obligari, ad seruandas leges ciuiles, solum ea ratione, quià per Canones approbantur, & quasi canonizantur, quò adhunc effectũ. Et colligunt hoc *ex cap.* 1. *de nou. oper. nunt.* Vbi Papa vult, causam intèr Clericos super Capellæ constructionem, secũdùm leges ciuiles terminari: quià hoc nõ est contrà bonum Ecclesiarum. In quo Testu, (vt notãt Canonistæ, *in cap. Ecclesia S. Mariæ de const.*) supponitur, leges ciuiles approbari à iure canonico, eo ipso, quod non reprobantur, & de se vtiles sunt, & conuenientes Ecclesiæ. Idem colligitur ex eodem *cap. Ecclesia S. Maria.* Ità Gloss. *in cap.* 3. *de noui oper. nunc,* & ibi Decius, *in cap. Eccles. S. Mariæ. nu.* 27. *de constit.* Afflict. *tract de iur. protbom. §.* 1. *nu.* 10. Alciatus, *in cap. cum contingat. de iur. iurand. nu.* 74. Molina, *de primogen. lib* 2. *cap.* 10 *nu.* 81. Panormit. *in cap Eccle. S. Maria, de contit. nu.* 13. Angelus, *v lex nu.* 5. & ibi Siluester, *quæst.* 15. Suarez, *lib.* 3 *de leg. cap* 34. *n.* 13. Vasquez, 1. 2. *disp.* 153. *cap.* 2. *n.* 25. Garz. *de vlt. fine. illat.* 10 *princip nu.* 155. & *illat.* 13. *nu.* 223. Moran. *in specul. disp* 8 *nu.* 17. & 47. Rebuff. *in comment. ad const Gallic. to.* 1. *in proemio gloss.* 1. *n.* 6. Anguian. *de leg. lib.* 2. *contro.* 16. Marchus, Anton. Genuens. *in prax. Archiep. Neapolit. cap.* 74. *in vlt. edict. nu.* 2. Merolla, *to.* 2. *de leg. disp.* 4 *cap* 3. *nu.* 602. & alii.

84 Dummodò quod leges sint communes, & disponant circà bona, & personas Clericorum, & laicorum: quià si in specie disponant circà res, & personas Ecclesiasticas, satis reprobatæ sunt *in d. cap Eccles S. Mariæ*, dicunt Panormitanus, *in cap. non minùs de immunit. Eccles.* Decius, Angelus, Merolla, Siluester, Suarez, Molina, locis citatis. Quorum ratio est: quià quandò leges disponunt in particulari circà Ecclesiastica, præsferũt, & supponũt potestatem laicorum in illa; quod repugnat Ecclesiasticæ libertati. Quandò verò in communi loquuntur, tantùm procedunt ex potestate gubernandi Rẽpublicam in temporalibus, in quo Ecclesiastica libertas non læditur. Et aliundè, si leges illæ sint fauorabiles, Ecclesia pro suis rebus, & Clericis illas eò ipso, acceptat, quod eas non reprobat. Vndè leges ciuiles nunquàm obligant Clericos virtute sua: sed quotiès Clerici ad eas obseruandas tenentur; obligantur tantùm virtute Canonum, eas approbantium, & rationis naturalis. Iudices verò Ecclesiastici debent vti legibus ciuilibus, in litibus definiendis; quandò non habẽt leges proprias canonicas, secundũ quas possint iudicare. Tunc enìm in loco earum subrogantur leges ciuiles: Vt docẽt Canonistæ, *in cap.* 1. *de noui oper. nunt.* & & colligitur, ex textibus suprà allegatis.

85 An verò leges proprij Regni, præferẽdæ sint legibus Imperialibus, quãdò sunt contrariæ? Negant Suarez, *lib.* 3. *de legib. cap.* 34. *nu.* 13. & *lib.* 4. *cap* 11. *nu.* 14. Petrus Rauen. *in Alpbabet. aureo, in mater. de consuetud. col.* 5 *vers. deficiente verò*, & alij. Vndè, secundùm hãc opinionem, Iudices sęculares tenentur iudicare secundùm leges Imperiales, seù communes.

86 Viladegius verò. *in cap. constitut. de rest in integr.* Io. Lup. *in repertor. rubric. ff. de donation inter vir. & vxor fol.* 2. *col.* 1. *in fine.* Castill. *in leg.* 1. *Taur v. Primeram.* Mich. de Cifuentes. *in leg.* 3 *Taur q.* 1. Gomez Leo, *in censur. iur.* 14. *in fine.* Vilalob. *in ant. iur. cap.* 1. *n.* 14 Azeued *ad leg nouæ copil. lib.* 2 *tit.* 1 *n.* 18 Dida. Per. *in proem. ordin q.* 3 Bern. Diez, *in pract. crim. c.* 136. Ferdin. Castr. *to.* 1 *ope mor. tract.* 3 *disp.* 1. *pu* 5. *in fine.* Vasq. 1. 2. *disp.* 153. *c.* 2. *n.* 25 Merolla *to.* 2 *de leg. disp.* 4. *c.* 3. *n.* 605 *ver sed probabiliùs*, & alij, dicunt: Teneri iudicẽ, preferre leges

proprijs Regni Quorum ratio est: quia *ex cap. 1 de nou. oper. nunt.* tenetur Iudex Ecclesiasticus, deficientibus Canonicis legibus, sequi ciuiles: ergò tenetur sequi ciuiles, quæ obligant in Regno. At Imperiales non obligant, nisi cum deficiunt propriæ: ergò &c.

Secunda difficultas: An Clerici obligentur legibus ciuilibus, quò ad vim coactiuam?

87 AFfirmatiuè respõdet Cutillus, *de leg. leg. Iacob. cap. 58. num. 1. in fine. & cap. 92. not 75 num. 3. & ad leg. Feder. cap. 116. not. 105. nu. 3.* qui sic ait: Nul lus fs us, nullaue exemptio in his, quæ communi constituta sunt, ad societatem humanam incolumem seruandam, proficere debet; prout est cura, nè cibaria, falsis mensuris, vel corrupta substantia venundentur: conuenit enim ei, qui in vniuersum his seruandis incumbit, exẽptos quoque ad id compellat: ità ille. Ergò per Cutillum: Clerici tenentur seruare leges, tendentes ad bonum publicum, etiam vi coactiua. Et ideò (vt ipse ait) exempti, dictas leges non seruantes, per Iudicem laicum mulctis pecuniarijs, compelli possunt, illas seruare. Et ità etiàm docet Lorca, *1.2. tom. 2. tract. de leg. disp. 25. memb. 4.*

88 Communitèr autèm dicunt. Has leges ciuiles non comprehendere Clericos, & alias personas Ecclesiasticas, quò ad vim cogendi illas: nec quò adhoc per Canones approbari: licèt transgressores earũ à suis Prælatis, & eorum arbitrio puniri possint proptèr talia delicta. Ratio est: quia personæ Ecclesiasticæ gaudent immunitate fori, maximè in criminalibus. Si ergò, ratione huius immunitatis, iudicari non possunt Clerici à Magistratibus laicis, proptèr delicta contrà legem naturalem: ità neque proptèr delicta contrà leges humanas, quæcumque illæ sint. Quòd verò hæ leges ciuiles, quò ad vim coactiuam, non approbentur per Canones, congruẽtia est: quia est indecens, personas Ecclesiasticas à Principibus sæcularibus puniri: quæ indecentia non reperitur in vi directiua. Accedit, quòd lex, quò ad vim directiuam, fertur in Ciues, vt tales sunt, & per se est necessaria ad bonum commune. Et ideò, quò ad hunc effectum, statìm acceptatur per ius canonicum. Coactio autèm fit Ciuibus, vt delinquentes sunt: & ideò non est per se ità necessaria: nèc acceptatur per Canones, quò ad Clericos: neque id decebat, sed multo magis, vt suorum tantùm Prælatorum coactioni subdantur. Ità Bellectus, *disp Cle. par. 2 §. 50 nu 7* Squillant. *de priuileg. Cler. cap. 7 nu. 98 & cap 8 nu. 39.* Baldellus, *tom. 1 lib. 1. disp 37. num. 16.* Malderus, *1. 2. quæst. 96. art. 5.* Viguerius, *de immu. Eccles. disput. 2 concl 5.* Maynardus, *de priuileg. Eccles. cap. 7. §. 6.* Montesinus, *in 1. 2. D. Thoma. disp. 13 quæst. 11 diff 3. num. 100 & 101.* Diana, *pa. 1. tract. 2. resol. 8 & tract. 10. resolut. 12. & part. 4. tract. 1. resol. 52. & part. 5. tract. 1. resolu. 6.* Merolla, *tom. 2. de leg. disp. 4 cap. 3. numer. 607.* Suarez, *lib. 3. de leg. cap. 34. num. 18.* Vasquez, *1. 2. disp. 167. cap. 4. num 30.* Portella, *in dub regul. v. lex, nu. 2.* Filliucius, *tom. 2. tract. 35 cap. 4. nu 64.* Faustus, *in speeul. confess. lib. 6. quæst. 44. nu. 3.* Barbosa, *in Gloss. lib. 1. Decret. tit. 2. C. Eccles. S. Maria. de constit. nu. 4.* Vilalobos, *tom. 1. sum. tract. 2 diff. 31. nu 1.* & alij.

89 Vndè Iudex laicus potest spoliare Clericum armis prohibitis: & adducere eum ad suum Episcopum, vt illum puniat: in cuius potestate erit de illis armis disponere. Ità Suarez, *lib. 4. defensor fid cap. 34. nu. 14.* Vasquez, *1. 2. disp 197: & cap 4. nu. 31.* Layman, *in Theolog. moral tract. 9. cap. 4. num. 7.* Merolla, *tom. 2 de leg disp. 4. cap. 3. nu. 608. vers. Hinc colligi ad finem.* & alij

Dubitatur: An peccent mortalitèr persona Ecclesiastica, non seruando leges ciuiles iustas, quæ pro tota Communitate populi ponuntur, quæ æquè possunt ab Ecclesiasticis seruari, sinè vlla indecentia, vel iniquo grauamine?

90 PRima opinio ait: Secluso scandalo, Clericos non peccare mortalitèr, si dictas leges Principum sæcularium non obseruant: sed tantùm venialitèr. Ratio est: quia Ecclesiastici non tenentur directè his legibus: sed tantùm indirectè, ex vi rationis naturalis, dictantis, partem non debere discrepare à toto. Ità Bonacina, *de leg. disput. 1 q. 1. pu. 6 numer. 53.* Diana, *part. 1. tract. 10. resolut. 12* Sancius, *in select. disp. 14. sect. 10. num. 11. in fine.* & alij.

91 Secunda opinio ait: Peccare mortalitèr, si materia est grauis; sicùt peccant laici. Quia Ecclesiastici tenentur, seruare has leges: non solùm indirectè, ea ratione, qua debent se conformare cum toto; sicùt tenetur Legislator: verùm etiam directè obligantur his legibus ciuilibus: non quidèm vi sua, & quatenùs ciuiles sunt: sed in quantùm approbatę censentur per Canones. Vnde Ius canonicum, illas approbando, dat illis vim obligandi in conscientia, vt suprà diximus. Ergò, si materia grauis sit, erit peccatum mortale, illas transgredi. Confirmatur: quià si Ecclesiastici obligarentur his legibus tantùm indirectè; sequeretur, non peccare mortalitèr, vendendo cariùs triticum, quàm lex ciuilis præscribit. Sed cōsequens est falsum, secundum omnes. Ità Merolla. *tom. de leg. disp 4. cap. 3, num. 611. vers. mihi autem.* & Doctores *num.* 83. allegati.

92 Vndè si Clerici, aut personæ Ecclesiacę vendunt triticum vltrà prætium, iustè à Republica statutum; peccant mortalitèr, & tenentur ad restitutionem. Ita Siluester, *v. lex. quæst* 11. Salonius, *tom. 2. in 22. quæst. 77 art. 1 controu.* 11 Ledesma, *tom. 2 summ. tract 8 cap 32. diff.* 4 Molina, *tom 24. tract. 2. disp. 31. num.* 8 Sotus, *de iustit lib. 1, quæst. 7 art. 7. concl* 7 Diana, *par. 1. tract 2. resol.* 7. Salgud. *de potest Reg. tom. 1 par. 1 cap. 1. num 64 præiud. 2.* Peirinus, *de priuileg. Minim to. 1. const. Iulij.* 11 *§.* 33 *num.* 151. & alij.

An Legislator suis legibus obligetur? Dub. 8.

93 Communis, & verissima sententia tenet: Legislatorem, seù Principem, non teneri, ex vi coactiua, ad obseruandam legem, quam ipse condidit. Tenetur tamen Princeps, ex vi directiua: idest, ad obseruandas leges, habentes rationem, & materiam de se vniuersalem, & accomodatas non solum subditis, sed etiam ipsimet Principi. Ratio prioris est: quia lex obligat subditos: nullus autèm est sibi subditus. Tùm quia sic decernitur *in l Principis ff de legibus* vbi dicitur: Princeps legibus solutus est. Ratio posterioris est: quia debet, alios suo exemplo mouere: cum magis moueant facta, quam verba. Tùm quia, caput debet se conformare cœteris membris. Vndè tenetur Legislator, tam Ciuilis, quam Ecclesiasticus obseruare suas leges; quandò materia cōmunis, & eiusdem rationis est in ipso, & in alijs. Ità D. Thomas, 1 2. *quæst.* 96. *art.* 5. *ad* 3. & ibi Caietanus, Medina, & cæteri Expositores. Victoria, *relect de potest. ciuil. num 2. & de potestat Papę, & Concil. num.* 7. Sotus, *lib. 1. de iust. qu. 6. art.* 7. Siluester, *v lex. q* 14 Couarr *in cap. alma mater. 1. part §. 1. num.* 4. Nauarr. *in cap si quandò de rescrip. excep.* 1. Vasquez, 1. 2. *disput.* 167. *cap.* 1 & ibi Valentia, *disput.* 7. *quæst* 5. *pu.* 4. Sayrus. *in Clau. Reg. lib.* 3. *cap.* 4 *num* 7. Reginaldus, *lib.* 13 *numer.* 162. Layman. *in Theolog. moral. lib. 1. tract 4 cap. 9 num.* 3. Fernandez, *pa. 1 cap. 6 §.* 2 Io. del Cruz, *in proemio dub. 3. conclus.* 2. Merolla, *tom. 2 de leg disp. 4. cap. 3. dub.* 46. *num.* 6 6. Diana. *pa. 1. tract 10 resolut.* 10. Beccanus, *in summ. Theolog pa. 2. tract. 2. cap. 6 quæst.* 12. & alij.

Dubitatur: An Legislator teneatur, ex vi directiua ità obseruare leges suas, vt illas frangendo, peccet mortalitèr?

94 Suarez, *de leg. lib. 3. cap 35. nu. 8 & 20.* Sayrus, *in Clau Reg lib 1. cap 9 nu.* 2 Malderus, *in 1. 2. quæst 96 tract* 5. *col.* 1. Granad. *in 1. 2. controu. 7 tract 3 pa 1 disp. 17 sect. 3 num* 24 & alij affirmant: quià putant directè Princeps teneri, seruare leges.

95 Alij autèm dicunt: Principem non teneri, seruare leges, nisi indirectè; & illo iure, quo tenetur, se conformare subditis. Et cum lex non obliget vltrà voluntatem Legislatoris, non censetur Legislator, velle sibi tantam obligationem imponere. Ergò &c. Ità Filliucius, *tom. 2. tract 21. cap vltim num.* 426. Bonacina, *de leg disp. 1. q. 1. pu 6. num.* 19. Diana, *par. 1. tract. 10. resolut.* 10. Lesius, *lib. 2. cap.* 35. *dub 5 num.* 33. Azorius, *par 1. lib. 3. cap.* 11. *quæst* 1. Salas, *de leg. disp. 14 sect.* 2. *num.* 17. & alij.

De Lege Pœnali. CAP. VI.

An Lex pœnalis obliget in conscientia antè Iudicis sententiam? dub. 1.

An quandò Leges pœnales continent sententiam ferendam, & non latam, obligent in conscientia ad pœnam antè Iudicis sententiam? dub. 2.

An

An Leges, imponentes pœnam latæ sententiæ obligent in conscientia antè Iudicis sententiam, ad exequendam pœnam, quæ in actione consistit? Dub. 3.

An Lex, imponens pœnam prius tiuam ipso facto, obliget in conscientia ad executionem eius antè Iudicis sententiā? Dub. 4.

An omnis Lex pœnalis obliget Reum ad executionem pœnæ, saltèm post sententiam Iudicis? Dub. 5.

An Lex pœnalis obliget Iudicem ad pœnā, intra præscriptam, imponendam? Dub. 6.

An quandò diuersæ pœnæ pro eodem delicto impositæ sunt in distinctis legibus, debeat Reus vtraque puniri, an vna tantùm? Dub. 7.

An affectus aliqua pœna ad tempus; si durante eo tempore, aliam similem pœnā ad tempus incurrat; hoc posterius tempus incipiat, finito priori? Dub. 8.

An pœna imposita alicui actui, incurratur cònnualidè effecto? Dub. 9.

An leges humanæ, irritantes actum, pœnales sint? Dub. 10.

Quibus modis impediri possit irritatio actus? Dub. 11.

An Lex irritans, interdùm priuetur suo effectu, quid in præsumptione fundatur? Dub. 12.

An Lex prohibens simpliciter actum, eò ipso irritet illum; ità vt omnis actus contrà legem prohibentē, nullus sit? Dub. 13.

An Lex, dans formam actui humano, sempèr irritat illum, qui fit sinè tali forma, etiàm si clausulam irritantem non addat? Dub. 14.

An Episcopi possint concedere leges, irritantes? Dub. 15.

An Lex pœnalis obliget in conscientia, ante Iudicis sententiam? Dub. I.

1 PRima sententia est Castri, *lib. 2. de leg. pœnal per totum*, & aliorum, asserentium: Legem humanam obligare in conscientia transgressorem antè omnem sententiam, ad soluendam pœnam, per ipsam impositam: nisi executio pœnæ intrinsecam malitiam haberet, si abipsomet delinquente fieret: Vt esset v. g. occidere, aut mutilare se ipsum. Vndè, secundùm hanc opinionem, delinquentē obligare in conscientia, qui illam incurrit, ad tradenda omnia bona sua Fisco, etiàm antè sententiam Iudicis, declaratoriam criminis.

2 Sed quià consuetudo est contraria: & nullus Confessarius doctus obligat hunc delinquentem, ad spoliandum se suis bonis, antè sententiam Iudicis: hæc sententia, sic generalitèr dicta, communitèr reiicitur. Vt habetur etiam *in capit. cum secundùm leges de hæreti. in 6.* ibi non licere Fisco vsurpare bona Hæretici, etiàm si de eius delicto aliàs constet, donèc per sententiam declaretur: Ergò signum est, ipsum non teneri in conscientia, ad se spoliandum illis.

3 Secunda opinio est Caietani, *1. 2. quæst. 62. nu. 3 & sum. v. pœna.* Bannez, *2. 2. quæst 12. art 2.* Aragonii *2. 2. quæst 63. art 3.* & aliorum, asserentium: Nullam legem humanam obligare posse ad pœnam antè Iudicis sententiam, quotiès pœna requirit actionem hominis ad sui executionē. Secùs, si nullam actionem hominis ad sui executionem requirit: qualis pœna est Inhabilitas, ad aliquid faciendum.

4 Tertia opinio est Molinæ, *to. 1. de iust. trac. 2. disp. 95 circà finem.* Sanchez, *lib. 2. sum. cap 22. nu. 7* Malderi, *1. 2. quæst. 96. art. 4. memb. 4* Sayrii *Cla. Reg. lib. 3. cap 9. nu. 28.* Vasquez, *1. 2. disp. 168. cap. 2.* Cordubæ *in qq. lib 1. quæst. 36* Bonacina, *de leg. disp. 1. quæst. 1. pu. 7. §. 2. nu 8* & aliorum, asserentium: Posse legem humanam obligare in conscientia ad pœnam, tàm passiuā, quàm actiuam, antè omnem sententiam, si aliundè seruetur æqualitas: modò pœnæ sint moderatæ, & non grauissimæ, quę scilicèt continent nimiam acerbitatem; maximè, quandò requirunt executionem hominis.

5 Quarta opinio est Soti, *lib. 1. de iust. qu. 6 art. 6. & lib. 4. quæst. 6. art 3. in fine.* Couarru. *in Epitom. 4. Decretal. 2. cap. 6. § 8. n. 10* & aliorum, asserentium: Non posse Legislatorem humanum, obligare in conscientia subditos, delinquētes, ad pœnam antè sententiam: exceptis tamèn censuris. Quorum ratio est: quià lex humana debet esse tollerebilis, & non multùm difficilis, ità vt regularitèr seruari non potest. Non enim est præcipiendum multis, quod pauci possunt efficere. Sed exequi in se pœnam antè omnem condemnationem, est res valdè difficilis, quam (moralitèr loquendo) pauci implebunt: ergò non est materia accommodata legi humanæ, in censuris exceptis. Addè etiam pœnam irregularitatis, quæ ipso iurè imponitur: quià antè sententiam Iudicis obligat in conscientia. Et quamuis Sotus, & alij hanc irre-

irregularitatem pœnalem appellent cēsuram: tamèn hæc appellatio non est vera, vt communitèr dicunt. quò ad sensus huius quæstionis est vera.

An quandò Leges pœnales continent sententiam ferendam, & non latam, obligent in conscientia ad pœnam antè Iudicis sententiam? Dub. 2.

6 PRO resolutione huius quæstionis, sciēdum est: Pœna alia est lata ipso iure: alia ferenda. Pœna ipso iure lata dicitur illa, quæ posito delicto, statìm irrogatur. Vt si dicatur: Qui tale delictum commiserit, sit ipso facto priuatus ab officio, &c. Pœna ferenda verò dicitur illa, quam Iudex comminatur delinquenti. Vt si dicatur: Qui tale delictum cōmiserit, priuabitur ab officio, vel bonis. &c. Quandò nam dicatur pœna lata ipso iure, quādò ferenda, vide Bonacinam *de leg disp. 1. quæst. 1. pu. 7. §. 2. nu. 8.* Merollam, *to 2. de leg disp. 4 cap 5. dub. 1. nu. 22.* & alios.

7 His positis, communis opinio Theologorum, & Iuristarum docet: Quotiès lex tantùm vtitur verbis simplicibus, comminantibus pœnam; non obligat in conscientia, ad talem pœnam subeundam antè sententiam: cuiuscumque generis pœna sit. Vt cum lex dicat: *sub pœna quadrupli: vel sub pœna Inhabilitationis, Excommunicationis &c.* quià talis lex, ex vi suorum verborum, nullum præceptum ponit de executione pœnæ: sed tantùm designat pœnam, imponendam. solum ergò instruit Iudicem. *arg. cap. de causis. §. 1 de offic de leg.* & quasi per necessariam illationem, præcipit Reo, vt pareat Iudici, imponenti talem pœnam.

8 Limitant hanc sententiam Glossa, *in leg. rescriptum. §. si pacto ff de pactis. v. vtraque* Felinus, *in cap 1 de constit. nu. 46. vers. limitatur tertiò*, & ibi Decius, *in 1. lect. nu. 73.* Ferd. Vasquez, *lib. 1 controu. vsu freq. cap 7. nu 21* Paludanus, *in 4. dist. 27 q. 1. ar. 2 nu. 13* Petrus Nautor. *lib. 3. de rest. cap. 2. dub 10. nu. 335 sect 274.* Suarez, *lib. 5. de leg. cap. 6. nu 5.* & alij; vt non procedat in pœna Conuentionali, quæ in Contractibus solet apponi: quia violans Contractum, statim tenetur ad pœnam, designatam in Contractu soluendam: licèt in Cōtractu tantùm dictum sit: sub tali pœna, vel talem pœnam incurrat. Quorum ratio est: quià pœna Conuentionalis debetur ex vi pacti: Quod autèm debetur ex pactu, debetur in conscientia antè Iudicis sententiam: ergò &c. Maior colligitur ex *leg. rescriptum § si pacto ff. de pactis.* vbi dicitur: Si quis in pacto pœnam stipulatus est, posse posteà agere, vel ex pacto, vel ex stipulatione suo arbitrio. Ergò supponit illa lex pœnam Conuentionalem debere ex pacto, & ex prommissione: at vterque titulus inducit obligationem in conscientia: quià nil tàm naturale est, ac pacta seruari. *leg. 1. de pact. & cap. de probat.* Et hanc sententiam docent etiàm Reginaldus, *to. 2. lib. 25. cap. 22. nu. 228.* Filliucius, *to 2. tract. 34. cap. 5. nu. 105.* Molfesius, *to. 2. sum. tract. 12. cap. 13. nu. 43.* Turrianus, *in 2. 2. to. 2. disp. 61. dub. 3. nu. 9.* Regius, *in suis casib cas. 3. nu. 14.* Emanuel Sà, *v. pœna nu. 2.* & alij.

9 Hanc limitationem, simplicitèr dictam, non admittunt alij, qui dicunt: Non seruantem Contractum, non teneri soluere pœnam Conuentionalem; donèc alius contrahens non petat: illo tamèn petente, statìm teneri, nulla Iudicis sententia expectata. Quorum ratio est: quià sicùt Iudici, esequenti legis pœnā, nō licet resistere: ita petenti pœnā, ex conuentione debitā: petitio enim illa, in pœna conuētionali, vices habet sentētiæ Iudicis in pęna legali: quare sicut in hac desideratur sentētia Iudicis, ita in illa Creditoris petitio. Ità Rebuff. *in repet. leg. 1. C de sēt quæ pro eo, gloss proferantur. n. 40 & seq.* Corn. *cons. 69 in fine vol. 2.* Couarr. *4. Decret. 2. p. cap. 6. § 8. nu. 11.* Menoch. *de arb. lib. 2. cent. 3. cos. 260. nu 40* Minchac. sibi contrar. *de succes. progress. lib. 1. in præfact. nu 94.* Padilla, *l quis maior. num. 59. C. de transact.* Gutierez, *de iuram pa 1. cap. 36. nu. 11. in fine* Mexia, *in taxa pun. cons. 6. num. 100. & seq.* Molina, *to. 1 de iust. tract. 2. disp 97. in fine* Graffi. *pa 1 decis lib. 2. cap. 11. nu. 43.* Rebellius, *de oblig iust pa. 2. lib 8. quæst. 9. num. 6.* Cenedo, *in prat quæst. 29. n. 3.* Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4 cap. 5. n. 28* & alij.

10 Attamèn supradictam limitationem, nu. 8. relatam, absolutè aliqui non admittunt. Immò ampliant: vt non solùm procedat in pœna legali, sed etiam in Conuentionali, vt non debeatur in conscientia antè Iudicis sententiam. Quorum ratio est: quià intentio contrahentium, & eas pœnas constituentium; quandò aliud expressis verbis non declarant in Contracta, in dubio cēsenda est: iuxtà præscriptum iuris communis, pœnam imponentis. Nam actus in dubio, presumitur factus

ctus secundùm propriam eius naturam, vt ait Menochius, *de præsump lib. 6 præsump. 10.* At natura pœnæ, à iure impositæ, est, vt non debeatur antè Iudicis sententiam. Ita Adrianus *Quodl. 6 art. 1 corol. 3. in paru volun fol. 112.* Ledesma, *2 part. 4. quæst 18 art 3.* Lopez, *lib 1 de Contract. c. 31. & lib 2. cap 34* Vasquez, *1. 2. disp. 173. cap. 1 nu. 2 & 3.* Palatios, *lib. 4. de Contract. cap. 5.* Beia, *in suis respons. cas. 41.* Nauarr. *cap. 23 sum nu 67 & seq.* Gutierez, *qq. canon. lib 2. cap. 20. nu. 13.* Sanchez, *lib. 1. de Matr. disp. 37. nu. 4.* Victoria, Lesius, *lib. 2. cap. 20. dub. 15. nu. 136.* Diana, *part. 1. tract. 8. resol. 29* Homobonus, *de exam. Eccl. spa. 2 trac. 9: cap. 15. quæst. 47.* Layman, *in Theolog. moral lib. 3 tract. 4 cap. 16. nu. 11.* & alij.

11 Secundò: Quotiès lex fertur simplicitèr, per verbum futuri temporis tantùm, non obligat in conscientia antè sententiam Iudicis, dicunt Tiraquellus, *in leg. si nunquàm v. Reuertatur n. 39.* Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 5. nu. 31.* & alij. Quorum ratio est: quià verbum futuri temporis, non solum non fert sententiam in præsenti: sed etiàm virtualitèr includit negationem eius: Quià quod in futurum faciendum est, non fit. Vt si dicat: *excommunicetur, Irritetur*: nondum excommunicat, non dùm irritat.

12 Limitant hanc sententiam Baldus, *in tit. de pace.* Decius, *in Authent. cassa, col. 3. c de Sacros. Eccles.* Felinus, *in cap. si cantio vers. Et dicit Baldus, & in cap. Rodulphus vers. prædicta etiàm pleniùs de rescript.* Tiraquellus. *in leg. vnquàm v Reuertatur. C. de renouat. donat. nu. 46.* Soccinus, *reg. iur. v. sententia.* Roman. *in repert leg si verò §. de viro. in 13.* Falent. *ff. soluto Matri.* Constant. *vers. Hoc quod nos v cassentur.* Crut. *senior cons. 3. post. princ. & cons. 4 vers Quintò ad idem.* Antonius Rubius, *cons. 147. incipit. Viso instrumento. col. pen.* & alij: vt non procedat, quandò verbum de futuro geminatur in lege. Vt si dicat lex: *Cassetur, & irritetur.* Quorum ratio est: quia verbum geminatum debet aliquid operari. *l. Balista ff ad Trebell.* iuncta Gloss. *ibi verb. etiàm fructus.*

13 Attamèn hanc limitationem non approbant. Castr. *lib. 2. de leg. pœnal. cap. 1.* Vasquez, *1. 2. disp. 173. cap. 1. nu. 5.* Suarez, *lib. 5. de leg. cap. 6 nu. 13* Salas, *de leg. disp. 15. sect. 6. nu. 78.* Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 4. nu. 35.* & alij. Et videtur sequi Castrus Palaus, *to. 1. oper. moral. tract. 3. disp. 2. pu. 16. nu. 4.* & retractarunt Decius, *in leg. cum postèa, C. de pactis* Felinus, *in cap. vlt. de offic. de leg. nu. 1, in fine.* Quià licèt lex habeat duo verba de futuro, eãdem pœnam, seù effectum significantia; non tamèn obligare in conscientia, nec continere pœnam latam, sed ferendam. Quorũ ratio est: quià etiàm in illo verbo geminato non continetur præceptum, ipsi Reo impositum, exequendi, seù obseruandi pœnam: ergò adhoc nõ obligatur, donèc à Iudice per sententiam præcipiatur. Vt si lex dicat: *Irritabitur, & Euacuabitur*: per vtrumque verbum instruitur Iudex, & non cogitur Reus.

14 Limitant secundò hanc sententiam Tiraquellus, *in leg. si vnquàm v. Reuertatur c. de reuocat. donat. nu. 43.* Castro. *lib. 2. de leg pœnal. cap. 3.* Azorius, *pa. 1. lib. 5. cap. 7. quæst. 4.* Vasquez, *1. 2. disp. 173. cap. 1. à nu. 4.* Sayrus, *in Clau Reg. lib. 3. cap. 8. nu. 20.* Suarez, *lib. 5. de leg. cap. 6. nu. 16* & alij: Vt regula communis non procedat, quandò talis est pœna; vt, nisi ipso factu incurratur, illusoria reddatur lex, & nullius momenti: tùnc enìm, licèt lex simplicitèr imponat pœnam, dicendo: sub tali pœna: vel per verbum de futuro; tacitè subintelligit, & includit actionem aliquã de præsenti, factam virtute eiusdem legis, ratione cuius potest verificari in futurum, quod lex disponit. Quorum ratio est: quià lex non est ità interpretanda, vt sit vana, & inutilis: nam hoc caderet in iniuriam Legislatoris: ergò si talis reddatur, intelligendo pœnam imponendam, & non latam; non potest ità intelligi, etiàm si verba de futuro, vel generalia loquatur. Et sumitur ex Glossa, *leg. improbũ. C. ex quibus causis infam. irrog.* in qua dicitur: Vsurario irrogandam esse infamiam: & nihilominùs Gloss. Bartol. Bald. Angel. Salic. & alij dicunt ibi: dictam legem intelligendam esse, ipso iure infamiam irrogare. Et rationem reddunt: quià nisi lex illa, de infamia ipso iure irroganda, intelligatur; non posset habere effectum: quià non posset per Iudicẽ imponi: & ità esset iniutilis illa lex.

15 Notant Merolla, *nu. 40.* & Suarez. *nu. 20.* hoc non esse intelligendum vniuersalitèr; quasi infamia sit talis pœna, quæ nõ possit per Iudicem imponi: sed tãtùm de infamia Vsurarij. Quorum ratio est: nam, qui soluit vsuras, non potest agere contrà Vsurarium actione criminali, nec famosa, sed ciuili: scilicèt conditione indebiti,

debiti, vel simili. Ex vi autèm huius actionis non infamabitur Vsurarius per Iudicem: etiàm si condemnetur, ad restituendas vsuras, iuxtà *leg. cessat, ff. de act. & oblig.* Nec etiàm potest criminalitèr puniri ex vi talis actionis: & ideò, ex vi talis sententiæ, non infamaretur reus. Ac proindè, vt infamis maneat, oportet, vt ex vi legis infametur: ergò, nisi lex loqueretur de pœna, ipso iure inutilis esset. Cæterum si Vsurarius non esset publicus, non deberet infamis existimari: nisi secuta priùs sententia declaratoria criminis: non tamèn ex illa oriretur infamia, sed ex crimine præcedenti, vt ait Paul. Costr. *in d. leg. improbum.* & notauit etiàm Vasquez. 1. 2. *disp.* 173. *num.* 4.

16 Tertiò: Quandò lex loquitur per modum imperandi, anceps est locutio: & ideò consideranda est materia, circà quā proximè versatur Imperium. Nàm si fuerit actio hominis, lex continebit sententiam ferendam, & non obligabit statìm in conscientia: Si verò fuerit effectus aliquis, quem Legislator per suam legem potest efficere, sæpè continebit sententiam latam, & obligabit. Ità Merolla, *to. 2. dis. 4. cap. nu.* 42.

17 His duobus modis (*ait Merolla nu* 43.) potest imperandi verbū sumi in lege pœnali. Priori modo sumitur, quotiès cadit in actionem, per aliū exercendam: & tùnc dicit, tantùm continere pœnam ferendam: quia, vel imperium illud non dirigitur ad ipsum Reum: Vt cùm dicitur, *Expellatur, & priuetur* Vel si possit dirigi ad Reum: Vt cùm dicitur, *soluat centum*, vel quid simile: iuxtà materiam subiectam intelligendum est, vel certè secundum ordinem iustitiæ, postquàm condemnatus fuerit. Vel etiàm tùnc dirigitur immediatè imperium, ad instruendum Iudicem: nā perindè est, ac si lex diceret: *Comdemnetur ad soluendum centum:* & ità illa soluat Hæc verò intelligenda sunt de pœnis iudicialibus, seù fori externi: nam aliæ præcipiuntur interdùm in ordine ad saluté animæ, quæ possunt statìm obligare: vt in Decretis, seù Canonibus pœnitentialibus sepè inueniuntur hæc verba: *Pœniteat tanto tempore, Ieiunet* &c. In quibus etiàm discernendum est: An per modum concilij, vel præcepti id statuatur? quod ex vsu, & circūstantijs colligendum est. *cap. accepisti d. sponsa duorum. cap. vt mensura, de empt. & vendit: cap. quicumque 6 quæst.* 1.

18 Posteriori autèm modo sumitur verbū imperandi, quotiès cadit immediatè in effectum, absquè ministerio hominis: soletque tùnc passiuè vsurpari: vt, *Amittat, Priuetur, subiaceat, Incurrat,* Fiat. Et tùnc etiam non potest generalis regula constitui, ait Merolla *nu.* 44. Primò quidem: quià sepissimè solent hæc verba vsurpari pro futuris. Et ità de illis tractat latissimè Tiraquellus loco citato: nullamque specialem mentionem facit imperatiui modi. Vndè quandò ex adiunctis constiterit, tale verbum accipi in vi futuri; superior regula in illo seruanda est, vt constat. Itèm quotiès significatio fuerit dubia, in vi futuri accipiendum est verbum. Prætereà, si verbum tale est, vt possit, & ad effectum ipsum immediatè, & ad ministerium hominis referri; etiàm si immediatè, & ad ministerium hominis referri; etiàm si imperandi verbum sit, referendum potiùs est ad hominem, quam ad effectum: & continebit tantùm sententiam ferendam: vt patet in verbo, *Excommunicetur*: Sempèr enim continet sententiam ferendam, sinè controuersia. Idem sentit Merolla, de verbo; *Annulletur Irritetur, Spolietur*, & similibus. De verbo autem, *Fiat*, solet esse maior dubitatio: plerumquè autèm videtur referri ad effectum ipsius legis, & illum imperare: & ideò in primis considerandum est terminus, cui adiungitur: nam si solū significet reatum, seù obligationem; rectè exponi potest de pœna ferenda: Vt si lex dicat: *fiat obnoxius tali pœnæ; fiat Reus; fiat debitor*, & similia. Si autèm cadat super ipsum effectum, Suarez. *lib.* 1. *de leg. cap.* 6. *nu.* 25. & alij dicunt, continere sententiam latam. Vt si dicat: *fiat inhabilis, fiat nullus. fiat irritus, fiat excommunicatus.* nisi ex materia, & circumstantijs legis aliud colligatur. At contrarium docet Merolla, *nu.* 44. *in medio*. vt à fortiori patebit ex dictis *nu.*.. De verbo *subiaceat, vel incurrat,* distinguit ipse Author: nàm si illi adiungatur ipsemèt effectus in particulari, quem lex ipsa solet efficere; continebit sententiam latam. Vt si dicat: *subiaceat excommunicationi, Incurrat inhabilitatem* Si verò verba sint generalia: vt, *subiaceat pœnæ.* Vel cadant in solum debitum pœnæ: *vt incurrat reatum talis pœnæ*, vel quid simile: non inducent sententiam latam de pœna ipsa: sed tantùm de obligatione, ad ferendam pœnam. Vndè etiàm solent verba illa vsurpari circà

pœ-

pœnas, quæ per homines inferri solent. Vt si dicatur: *subiaceat flagellis, incurrat exilij pœnam*, &c. Itâ Suarez loco citato. & Merolla.

19 Quartò: Lex, quæ fert pœnam per verbum indicatiui modi, vel temporis præsentis, continet sententiam latam. Vt si dicat: *Excommunicamus, hoc facientem*, vel; *Inhabilitamus, Priuamus &c.* Itâ cõmunitèr Doctores docent. Quorum ratio est: quia per verbum de præsenti significat sufficientèr Legislator, se velle per seipsum, seù per suam legem inferre talem pœnam, & potest id facere: ergò facit: ergò verba continent sententiam latam, immò etiam continent excommunicationem eius.

20 Quandò pœna legis talis est, vt non possit fieri immediatè per ipsam legem: sed per actionem, vel ministerium hominis: tùnc, ait Suarez, *d. cap. 2. nu. 27* quàmuis loquatur per verbum præsentis temporis; non tamèn significat sententiam latam, nec obligationem in conscientia, antè sententiã Iudicis: nisi aliquid aliud addat. Vt, *Obligamus in conscientia*, vel aliud æquiualens iuxtà dicenda dub. seq. vt si dicat: *Mandamus restituere, soluere, &c.* Quia illud verbum præsentis indicatiui nõ excedit vim verbi de præsenti in modo imperandi. Vt, *Restituat quadruplum, soluat &c.* At hæc verba non significant sententiam latam: ergò multò minùs illa: *Mandamus restituere, soluere &c.* Itâ Merolla. *nu. 46.*

21 Quintò: quotiès verbum substantiuũ fuerit coniunctum cum participio temporis futuri, lex indicat sententiam ferendam: cuiuscumque modi, vel temporis sit verbum substantiuum. Vt si dicat lex: *Excommunicandus est*; vel, *Inhabilitandus sit*, vel, *Irritandus erit.* Si verò participium sit de præsenti cum verbo substantiuo: tunc, si verbum substantiuum est modi indicatiui, indicatur lata sententia. Oportet autèm, vt per participiũ significetur pœna ipsa, quæ per legem immediatè ab ipso Legislatore, sinè interuentu actionis alterius hominis, fieri possit. Vt cum dicit: *Priuatus est, Excõmunicatus est*. Vt sumitur ex Glossa. *in leg iubemus 2. §. Oeconomus. C. de sacros. Eccles. v. priuetur*. cum alijs, quæ refert Tiraquellus. *nu. 26.* Ratio est: quià talis locutio, ad sui veritatem, requirit effectum de præsenti: ergò facit illum, cum verba legis verificari debeant. Secùs verò, ait Merolla *à n. 47 in fine.* si per participium non significatur pœna ipsa, sed obligatio ad illam.

22 Quandò participium de præsenti non coniungitur cum verbo substantiuo modi indicatiui, sed subjũctiui: Vt, si dicat lex: *Excommunicatus sit*, vel, *Priuatus sit*, aliqui dicunt: in hoc casu significari sententiam latam: quià hæc verba denotant imperium efficax, & efficiens, & sic latam sententiam. Itâ Panormit. *cap. 2. in fine de foro compet.* Felin. *cap. Rodulph. nu. 33. de rescript.* Henriquez, *lib. 13. de excommu cap. 20. § 2.* Vgolinus *de censur. ta b. 1. cap. 9. § 6. nu 9.* Sayrus, *de cens. lib. 1. cap. 11. n. 9.* Suarez, *to. 5. in 3. par. disp. 3. sect. 3. nu. 4. & lib. 5. de leg. cap. 6. nu. vlt.* Vasquez, *1. 2. disp. 173. nu. 6.* Bonacina, *de cens. disp. 1. quæst. 1. pu. 1. nu. 6.* Beccanus, *par. 2. Theol. schol. tract. 3. c. 7. q. 4.* & alij. Et valdè probabilem vocat Merolla. *tom. 2. de leg. disp. 4. cap. 5. nu. 49.*

23 Attamèn Gloss. *in cap. si quis ex Clericis. v. Anathema sit, de vit. & honest. Cleric. & in cap. nullus, de foro compet. in fine.* Caietanus, *2. 2. quæst. 154. art. 7. in solut. ad 3. dub.* vbi ea verba, *Anathema sit*, quæ habetur in Canone, *si quis virginem 36. q. 2.* explicat: idest Anathema fiat. Nauarr. *ca. 27. sum. nu. 12.* Sanchez, *lib. 7. de Matrim. disp. 12. n. 2. & lib. 2. sum. cap. 38. nu. 91.* Maior. *4. quæst. d. 29. ad finem.* Petrus Ledesma, *de Matrim. quæst. 50. art. unico dub. 2.* Merolla *nu. 49.* & alij, dicunt: Ea verba non significare sententiam latam, sed ferendam. Rationem huius reddit Nauarr. quià verbum, *fit*, est futuri temporis: aùt saltèm ambiguum, an sit futuri optatiui modi, aùt præsentis subiunctiui: Et ideò in hoc dubio Iuris, est in mitiorem partem inclinandum.

An leges, imponentes pœnam latæ sententiæ, obligent in conscientia, antè Iudicis sententiam?

Dub. 3.

24 Poenæ, quæ requirunt actionẽ tertiæ personæ, nunquàm ferri possint per legem latæ sententiæ, quæ statim obligent in conscientia, docent ferè oẽs Doctores. Quorum ratio est: quià lex ad summũ põt obligare reũ, ad sustentandã talem pœnam, quod ipse facere non tenetur, nèc potest: donèc talis pena ab alio inferatur. Alius verò non põt illã inferre ex vi legis, nisi vt Minister iustitiæ: & ideò

X necess-

necessariò talis pœna requirit sententiã, & mandatum Hominis, applicantis, & exequentis pœnam legis.

25 Pœnæ verò, quæ requirunt exequtionem ipsius Rei, solùm ità imponi possũt: quandò per verba legis tam clarè explicatur lata sententia, statim obligans in conscientia; vt vitari non possit sine corruptione, vel magna extorsione verborum legis. Ratio est: quia cum huiusmodi pęnæ rariùs imponi soleant ipso facto, quàm aliæ priuatiuæ: & maiorem contineant acerbitatem ex genere suo, si ità imponantur: ideò necessarium est, vt talis modus puniendi omninò in lege declaretur. Aliàs non censeatur à Legislatore intentus: quià pœnæ in partem mitiorem interpretandæ sunt. Quandò verò lex sufficientèr declarat obligationem ad talem pœnam, sinè dubio obligat: quià potestas non deest in Legislatore. Supponunt Auctores, pœnam esse ità demoratam, vt non contineat crudelitatem, nec apertam iniustitiam: & ideò regularitèr tales pænæ sunt pecuniariæ: non de omnibus bonis; sed in quantitate moderata, aùt tollerabili. Supponunt etiam: legem esse receptam, & non abrogatam per cõsuetudinem cõtrariam, quò ad hanc partem: nàm leges pœnales per consuetudinem abrogari possunt, quò ad pœnam, vel modum pœnæ: licèt quòad reliqua obseruentur. Ità Caiet. *in sum. v. Excommunicatio cap* 75. Nauarrus *cap.* 27. *n.* 150. Merolla, *to.* 2. *de leg. disp.* 4. *cap.* 5 *nu.* 55.

26 Vndè si aliquis sit condemnatus, vt fame moriatur: non peccat, si sibi cibum ministratum sumat: quià non sumere, esset seipsum occidere. Hanc pœnam interdùm leges imponunt: sed tàm acerba est, vt non possit ipso facto imponi. Immò aliqui existimant, nec per sententiã Iudicis posse obligare hominem in conscientia, ad illam implendam, si comedere potest. Ità Hyeron. de Gand *quodlib* 9. *quæst* 26. D. Thomas, 2. 2. *quæst* 96 *art* 4. & ibi Salonius, *controu.* 4. Sotus; *lib.* 5. *de iust quæst* 6. *art* 4. *vers. in eadem solutione* Vasquez, 1 2. *disp* 173 *cap.* 3. Suarez, *lib.* 5. *de leg. cap.* 10 *nu* 14. Victoria, *relect. de homic nu* 28 Lessius, *lib.* 2. *cap.* 9. *dub* 6 *nu* 26 Layman, *in Theolog. moral lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 15. *num.* 9. Salas, *de leg. disp.* 15. *sect.* 7. *num* 82 Merolla, *tom.* 2. *de leg. disp.* 4. *cap.* 5. *num.* 61. & alii.

Dubitatur: An damnatus à Iudice ad mortem, inediam præferendam, possit licitè recusare cibum, clàm sibi, contrà Iudicis voluntatem, subministratum?

27 Afirmatiuè respondet prima opinio: Quia non dicitur, concurrere actiuè ad mortem suam: sed iustitiæ amore, eam fortitèr patitur. Ità Lessius *de temp. cap* 9 *nu* 29 Petrus Nauarr. *lib.* 2 *de restit cap* 3 *nu* 72. Toletus, *lib* 5. *sum cap.* 6. Valentia, *disp.* 5. *quæst.* 13. *nu.* 4 Sotus, *de iust. lib* 5 *quæst* 6. *art.* 4. Suarez, *lib* 5 *de leg cap.* 10. *nu.* 14 *in fine* Sayrus, *in Clau. Reg. lib.* 7 *cap.* 9. *nu* 22. Emanuel Sà, *v. iudicialit. actus, nu* 53. Layman, *in Theolog. moral. lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 15. *nu.* 9 & alij.

28 Secunda opinio negat. Ratio est, vt aiè D. Thomas loco citando: quià non sumere cibum in eo casu, esset seipsum occidere. Nam quamuis homo non diceretur tùnc causa physica suæ mortis: diceretur tamèn causa moralis: eò quod, non solùm ex obligatione charitatis tenetur vnusquisque defendere, & conseruare vitam propriam, sicùt etiam vitam proximi, quandò commodè potest: verùm etiã quodãmodò ex obligatione iustitiæ. Homo enim constitutus est à Deo, veluti custos propriæ vitæ, cuius dominium Deus sibi reseruauit: quarè tenetur, quasi ex officio, illam conseruare, ac defendere à contrarijs: & consequentèr, si id omittit facere, peccat: non solùm contrà charitatem propriam; sed etiam contrà iustitiam: Sicuti peccat depositarius, non custodiendo rem depositam. Ergò sicut depositarius non custodiendo, dicitur causa moralis amissionis depositi: & hac ratione peccat contrà iustitiam, & consequenter tenetur ad restitutionem: ad quam non tenetur, cui non competit ex officio custodire, quamuis possit: eo modo, homo non sumendo cibum, necessarium ad vitæ propriæ conseruationem, dicitur causa moralis suæ mortis; ac peccat contrà iustitiam, quià est causa destructionis eius, quod suum non est; sed Dei, ipsius tamèn curæ commissi. Ita D. Thomas, 2. 2. *quæst.* 69. *art.* 4. *ad* 2. & ibi Caietanus, Bannes, & Aragonius, Castro, *lib.* 2 *de leg. pœnal. cap.* 3. Victoria, *relect. de Homic. num.* 28. Armilla, *v. accusatio. num.* 21. Driedo, *lib.* 2. *de christ. libert. cap.* 6.

Plaza

Plaza, *de delict. lib. 1. cap* 25 *nu.* 4. Nauarr. *tom* 4 *de regul nu.* 64. Beccanus, 1. 2. *tract.* 3. *cap.* 7 *quæst* 8. *num.* 6. Fernandez, *par.* 1. *cap.* 19. §. 4. *nu.* 10. Couarr. *lib.* 1. *var. resolu. cap.* 2. *num.* 10. Vasquez, 1. 2. *disp.* 174. *cap.* 4 Merolla, *to.* 2. *de leg. disp.* 4. *cap.* 5 *dub.* 3 *nu.* 63. Diana, *part.* 3. *tract.* 6. *resol.* 79 & alij.

An lex, imponens pœnam priuatiuam, ipso facto, obliget in cõscientia ad executionem eius antè sententiã? Dub. 4

29 CLarum est apùd omnes, quotiès in Canone censurarum ferente additur, *ipso facto, ipso iure*, aùt quid simile: esse Canonem latæ sententiæ: & obligare inconscientia delinquentem ad eius executionem antè omnem sententiam, etiã declaratoriam. Ratio est: quià verba illa in rigore sufficiunt adhoc significandum. Tùm etiàm, quià communis vsus, & sensus, ac obseruantia talium legum ostendit, in hoc sensu vsurpari. Omissis censuris, & irregularitate, de alijs pœnis aliquas regulas generales ponemus.

30 Primò, vt ait Merolla, *tom.* 3. *de leg. disp.* 4. *cap* 5. *dub.* 4 *nu.* 67. Quotiès in lege pro huiusmodi pœnis imponitur aliqua ex his particulis, *ipso facto, ipso iure, ex nunc, eò ipso*, vel alia æquiualens ponitur: pœna fit aliquo modo per ipsam legem. Et hoc continet sententiam latam: Et quò ad illud, vim habet obligandi inconscientia, ad pœnam: vt sumitur *ex cap. vlt. de præscrip in* 6. Vbi duobus modis dicitur, quis priuari bonis in pœnam: scilicèt, vel per sententiam, vel ipso iure. Ex quo colligitur, particulam, *ipso iure*, semper efficere aliquid, in quo non expectetur sentẽtia ferenda. Ratio huius regulæ est (ait Merolla) quià verba in lege non sunt superflua, nec falsa: non possunt autèm esse vera, & vtilia; nisi aliquid operetur antè sententiam: ergò aliquid operatur lex, ratione talium verborum, circà pœnam, quam imponit.

31 Secundò, vt ait Merolla, *nu.* 68. Quotiès lex fert pœnam priuationis rei propriæ, etiam obtentæ, quæ sinè actione hominis non potest plenè mandari executioni: tùnc talis lex, licèt aliquos effectus pœnales perse facit, non tamen inducit statim absolutam priuationem: nec obligat inconscientia ad illius executionem, quæ ex actione Rei pendet, antè sẽtentiam declaratoriam criminis: nisi ex alijs verbis legis, vel ex materia, aùt cõsuetudine aliquid ampliùs colligatur.

32 Sed quià hæc regula (quod scilicèt, quãdò lex fert ipso facto pœnam priuationis rei propriæ; non obligatur inconscientia delinquens, ad illam exequendam, antè sententiam declaratoriam criminis) non est ab omnibus recepta, sed Doctores interse dissentiunt: Dico, quòd prima opinio ait: Antè sententiam, etiàm declaratoriam criminis, ex ui talis legis, teneri delinquentem in foro conscientiæ, ad relinquendam rem, qua per legem priuatur siuè sit beneficium, siuè bona temporalia etiàm omnia, quæ aliquis possidet, si pœna de omnibus vniuersè loquatur. Cuius ratio est: quià verbum, *ipso iure, vel, ipso facto*, in rigore hoc significat, & est efficax: ergò inducit talem obligationem: quià nihil est, quod impediat. Nam supponimus, pœnam forè iustam, etiàm si cũ hoc rigore feratur. Et lex humana potest infligere pœnam, obligantem antè omnem Iudicis sententiam. Itá Felinus, *in capit. Rodulphus, de rescrip: nu* 38. Afflictus, *in const. incip.* Violentias, *col.* 3. *q.* 2 Tho Pargal. *in rept. l. si quis maior quæst.* 9. *ext glos. C de transact.* Ruyn. *consil.* 4. *num* 11. *vol* 5 Alphonsus de Castro, *lib.* 2. *de leg pœnal. c* 8. *& seq.* Gatz *tom.* 2. *de benepl pa.* 5. *cap.* 10. *num.* 18. Tiraquellus *in leg si unquàm.* 11. *Reuertatur num.* 291. *& sequ. C de reuoc. donat.*

33 Secunda opinio negat. Cuius ratio est: quià illa particula, *ipso facto. vel, ipso iure*, in his legibus posita, sufficientem habet effectum: ergò non est ampliùs extendẽda in his temporalibus pœnis. Probatur consequentia: Tùm exprincipio generali, quod Pœnæ restringendæ sunt potiùs, quã augendæ: Tùm etiam, quià cùm lex fragilitati humanæ accomodata esse debeat; non est credendum, velle Legislatorem, imponentem pœnam priuationis rerum propriarum ipso facto, vt Reus ipse fit illius executor, nulla expectatã sententia, nisi manifestissimis verbis id exprimat: nàm aliàs conseretur lex nimis rigorosa, & ferè inhumana. Itá Baldus. *incap.* 1. *de feud. sinè culpa, non am.* Io. Andr. *in cap. pro humani. de Homicid in.* 6. Decius, *cap.* 1. *in.* 1. *sect. in noua edict. num.* 73. *de const.* Siluester *v. Assensus nu. vlt.* & ibi Tabena, *quæst. vnica, nu.* 2. *&* 3. Caietanus 2. 2. *qu.* 62. *art.* 3. *ad finem* vbi Bannez, Aragonius, & Salonius *controu.* 1. Sotus, *lib.* 1. *de iust. quæst.* 6. *art.* 6. *conclus.* 1. Medina, *C. de rest. quæst.*

quaest. 1 § Post verum dominium Nauarr. *cap. 23. sum. num 66.* Couarr. 4. *Decretal. pa. 2 cap. 6 § 8. nu. 10* Riccius *collect.* 103 Molina, *tom. 1 de iust. disp 95. vers. contrariam sententiam* Gomez, *tom 2. varar. capit. vlt. num. 3* Penit., *in Directorio Inquisitorum 3 pa commento.* 158. Corduba, *in suo quaestionar lib. 1 quaes. 36 in 1. opinione* Monchata, *lib. i. de success. progress. in praefat. nu. 98 vers. Similium est in fine, & lib 1. controuersiarum illustrium cap. 28. n 14.* Mattiena *lib. 1. recopil. tit. 2. l. 2 gloss 5. nu 4. & titul 8. l. 6 gloss. 8 nu. 8 & tit 9. lib. 10 gloss. 3 num. 2 & gloss. 4. num 1. & titul. 11. gloss. 1. num. 3 &* Angelus, *v. poena, nu 3.* Molina, *tom. 1. de iust. disp 65. colun. 7.* Henriquez *lib. 13. de excom. capit. 56 num. 2 paulò antè finem.* Valentia, 1. 2. *disp 7 quaest 5 pu. 6 q. 3. concl. 16. & 2. 2 disp. 1. quaest 12 pu 2. ad finem.* Vasquez, 1. 2. *quaest 96 art. 5 disput. 170 toto. cap 3* Azorius, *lib 5 cap. 7 qu. 1. & 3.* Lesius, *lib. 2. de iust cap 29 dub. 8. nu. 61.* Emanuel Sa, *v. Fiscus, nu. 4.* Philiarcus, *de offi Sacerd to. 2 pa. 2. lib 6 ca 22 paulò post principium*, Layman, *in Theolog. moral. tract 4. cap. 55* Sanchez, *lib. 2. sum. cap. 22. num. 7* Merolla, *to 1 deleg. disp. 4 cap. 5. nu. 75.* Suarez, *lib. 5. deleg. cap 8. nu. 5.* Malderus, 1. 2. *quaest 96 art 4 memb. 4.* Diana, *par 1. tract. 1. resol. 23.* & alij.

34 Immò sequuta sententia declaratoria, siuè condemnatoria; non tenentur hi, bona offerre Fisco: sed tantùm tenentur, nō resistere, vt bona ab eis exigantur, & sententia mandetur exequutioni: quam & ipsi non tenentur aduersùs seipsos exequi: quià sententia non condemnat hos, vt bona tradāt: sed dat fisco, ea capiendi, actionem. Ità Adrianus, *quodlibet. 6. art. 1. littera, L. corollar. 4* Nauarr. Padilla, *allegat.* Couarr. 4 *Decret. 2 par. cap. 6. § 8 nu. 10 coroll 2.* Menchac. *lib. 1 controu Illus. ca. 28. nu 14* Mattiens. *lib. 5. recopil. nu 8. l. 6 glos 8. nu 8.* Molina, *tom. 1. de iust. disp. 66. colun. 3 & disp 9 colun. 14* Azorius, *pa. 1. lib. 5. cap. 8 q 4 & lib 8. cap. 12 q. 4.* Philiarcus *de offi. Sacerd tom. 2. p. 2. lib 6 cap. 22. colun. 3.* Sanchez *lib. 2. sum. cap 22. nu. 8.* Merolla, *tom. 2. de leg. disp. 4 cap. 5. nu. 78.* & alij.

35 Vndè si hic delinquens post sentētiam non occultat bona; nec interrogatus, negat: sed negligentia eius, cui adiudicata sunt aliqua eorum, non compareat: non teneri illum, ea restituere: quià suum nō est, ea tradere: nèc non interrogatus, ea manifestare. Ità Bannez. 2. 2. *qu 62 art 3. dub. 2.* Meroll. *num. 79* & alii: nisì per Edicta petantur ea bona: quià id est interrogare, ait Sanchez *nu 10.*

Quaenàm obligatio oriatur in conscientia ad executionem poenae ex lege, imponente illam ipso facto, quandò executio poenae actionem non requirit?

36 NOs hic nō loquimur de poenis Priuatiuis, quae per actionem hominis executioni mandantur: sed de poenis purè Priuatiuis, quae scilicèt, ad plenam executionem, nullam hominis actionem exigunt. De quibus communitèr Doctores dicunt: Si in lege dicatur: *ipso iure*, vel, *ipso facto*; & addatur, *absquè alia declaratione*, vel quid simile: statim absquè mora, lex ipsa exequitur poenam: quià potest: & nihil est, quod expectetur, vt supra probatum est Sed difficultas est: An simplex verbum, *ipso facto*, vel, *ipso iure*, sufficiat in his poenis?

37 Affirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quià priuatio facultatis petendi debitum, quam contrahit Coniux incestuosus, est poena priuatiua, imposita ab Ecclesia, pro culpa affinitatis, aùt cognationis iniquè contractae: & tamèn ad eam incurrendam, non requiritur Iudicis sententia. Quod verò huiusmodi priuatio sit vera poena, docent Sanchez, *lib. 1. de Matrim disp 30. num. 1.* & communitèr Doctores. Et clarè patet: quià non incurritur sinè culpa: vt colligitur ex dictis Merollae, *to 1. disp 1. cap. 2. dub. 2. num. 59.* Tùm *ex cap cum singula, de praebend. in. 6.* ibi *ex tùnc eo ipso efficiatur inelegibilis*. Et in fine, *Reddantur inelegibiles ipso iure*. Vbi omnes intelligunt cum Glossa: illam poenam statim incurri: ità vt electio de tali persona facta, nulla fit. Tū quià, hic effectus est aptus fieri integrè, & perfectè per solam legem: & ità potestas non deest, vt probauit Merolla, dub. 1. Voluntas autèm Legislatoris sufficientèr significatur per illam vocem, *ipso facto*: nequè est vllum iuridicum fundamentum, ad limitandum illam. Accedit, quod hae inhabilitates videntur in hoc comparari censuris, irregularitatibus. Nèc sufficiēs ratio differentiae assignari potest: nequè ex vsu aliud constat. Ità Caietanus 2. 2. *quaest. 62. art. 3.* & ibi Aragonius, Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 3 cap. 9. nu. 34* Vasquez, 1. 2. *disp. 168. à cap. 2.* Graffius, *part. 1. decis. lib. 4. cap. 23. nu. 12.* Azorius, *pa. 1 lib. 5 cap. 7 qu. 4.* Riccius, *tom. 1. prax. resol. 81.* Couarr. 4. decret.

Decret pa.2.ca 8. § 5.nu 8.& regul peccat. par. 2.§ 6. Syluester, *v. Assassinus.* Emanuel Sa, *v pœna, nu.1.* Medina, *1.2.quæst.96.ar. 4.dub.2.* Garzia, *to.1.de benefic par.5.cap.4. num 748* Layman, *in Theolog. moral lib.1. tract.4.cap.15.nu 5.* Vilalobos, *to.1 summ. tract.1 dub 25.nu.4.* Rodoriquez, *to.1.qq. Regul quæst 6 art 16.* Salas *de leg. ca.5.dub. 5.num.101.* Beccanus, *1.2.tract.3. cap.7.q. 3 concl.1.* & alij.

38 Secunda opinio ait: Talem pœnam non incurri antè sententiam, saltèm declaratoriam criminis. Cuius ratio est: quià sicùt aliæ pœnæ nõ incurrũtur, antè sentẽtiam declaratoriam, vt suprà dictum est: Ità neque hæ pœnæ: cum nulla sufficiens ratio differentiæ assignari possit. Confirmatur: nàm, vt quis fame moriatur, nulla est necessaria actio, sed priuatio commestionis: & tamèn est Iudicis sententia necessaria Ità Sotus, *1.de iust quæst 6.art. 6 ad ult & lib.4 quæst 6 ar 3.circà finem.* Molina, *tract.2.de iust.disp 96 sub fine.* Granad. *1.2 controu 7.tract.3.pa.1 disp.13.sect. 2.n.15.* Sousa, *in explic.Bull de larg.muner. §.9.* Nauarr. *cap.23.sum.nu 63.* Ledesma, *2 par.4 quæst.18 art.2.* Diana, *part 1.tract 10 resol.14.* & alij. Et de suffragio actiuo affirmat Malderus *in.1.2.quæst.96.art.4. mēb. 4.* & Castellinus, *in tract de elec.Canon prælud.1.§.8.nu.20.*

39 Et tandèm stando in prima opinione: Eum, qui in priuatione actiuè, & passiuè inciderit; nõ teneri, se voce actiua, vel passiua priuare: quotiès hoc nequit facere sinè infamia. Etiàm si in lege habetur: Delinquentem incurrere talem pœnam, non expectata vlla sententia. Ratio est: quià Ius ad propriam famam conseruandam, habet. Et nullus tenetur statim, delinquẽs renuntiare officium, & voces actiuas, & passiuas, quas habet; quandò per huiusmodi renuntiationem delictum suũ manifestare non posset, ex cuius manifestatione sequeretur infamia: vt dicunt communitèr Doctores. Tenetur tamèn adhibere omnem diligentiam ad dispensationem impetrandam: alioquin à peccato nõ excusetur. Ità Bonacina, *de leg disp 1.quæst. 1.pu.7.nu 10* Diana, *part.1.tract. 10. resol. 24* Merolla, *to.2.de leg.disp.4.cap.5.dub.5. num.109.* & alij.

(: * :)

An omnis lex pœnalis obliget Reum, ad executionem pœnæ, saltem post Iudicis sententiam? dub 5.

40 Communitèr Doctores dicunt: Post sufficientem sententiam, latam à Iudice, obligari, per se loquendo, Reum, ad sustinendam passionem pœnæ, sinè propria resistentia. Quorum ratio est: quià tùnc Iudex habet ius exequendi sẽtentiam: ergò alter non habet ius resistẽdi: aliàs daretur bellum iustum ex vtraque parte. Loquimur autèm de propria resistentia positiua: nàm impedire pœnã per fugam, nõ est prohibitum inconsciẽtia, quandò pœna corporalis, & grauis est, dicũt Doctores, *post sufficiẽtẽ sententiam:* quià sententia debet esse iusta, secundùm leges lata: aliàs non potest conferre ius ad sui executionem.

41 An reus innocens, qui reipsà iniustè dãnatur ad mortem (iustè tamèn iuxtà allegata, & probata) possit vi, & armis se defẽdere à Iudice, & ab eius Ministris? Aragonius, & Salonius, *2.2 quæst 69. artic 4.* Couarr. *lib.1.variar.cap 2.n.13.* Lesius, *cap.21. dub.4.* Suarez, *lib.5.deleg cap.10.* & Bonacina, *disp.10.q.3.pu.2.* docent, quod non possit. Quià Iudex, quamuis sciat, reum esse innocentem; potest, immò & tenetur, eum condemnare, & eius Ministri sententiam exequi: ergò ei nullam inferunt iniuriam: ergò nequit, se ab eis, cũ ipsorum iniuria, defendere.

42 Bannez verò *2.2.quæst.64 art.4.* Valentia, *disp.quæst.13 pu.4.* Angles, *quæst. de rest.in iudicio diff.3 dub.2.* Ledesma, *de iust. commutat.cap 8 conclus.8.* Vilalobus, *trac. 16 de reo capit 9* & alij dicunt, quod possit: adhùc Iudicem, & eius Ministros occidẽdo, si necessarium sit. Quod dicitur, docuisse Victoria: Et non displicet Beccano, *quæst.3. circà quæst. 96.* nec Lesio vbi suprà Et meritò, ait Hurtad. *disp.4.de reo, diff. 11.* Quià, vt ipse probauit *disp.1.diff.7.* absq; iniustitia innocentem nequit Iudex, nec eius Ministri occidere, immò nec mutilare: ergò vi, & armis potest eam iniustitiam propulsare, etiam si Iudex, & eius Ministri innocentiam illius ignorent. Sicùt potest Innocens vi se defendere ab inuasore furiato; & etiàm ab existimante in uincibilitèr, quòd possit illum occidere, immò & mutilare. Quam sententiam docet, esse veram in causa mortis, & mutilationis membri, Diana *par 9 tract.8. resol.* 43 non autèm in reliquis causis.

Du bita-

Dubitatur: An quandò pœna, quæ requirit actionem, seù cooperationem ipsius Rei; vel saltèm per illam fieri potest: obligetur Reus ad operandũ seù cooperandum, saltèm post sententiam Iudicis?

43 Affirmatiuè respõdet prima opinio. Cuius ratio est: quia lex habet vim obligandi ad pœnam pro aliquo tempore, vel statu: sed nullum potest esse magis opportunum, quàm post latam sententiam Iudicis: ergò &c. Tùm quia sententia (quàm iustam supponimus) habet vim præcepti: At subdit⁹ tenetur obedire superiori præcipti: ergò &c. Ità Caietanus 2.2. *quæst 69 art.* 4. Sotus, *lib.* 1. *de iust quæst.* 6 *art.* 6. *conclus* 5. Castro, *lib.* 2. *de leg. pœnal cap* 3. Nauarr. *cap.* 23. *summ. nu.* 66 Gom. 3. *vtrar. cap.* 14 *num* 3. & alij.

44 Secunda opinio negat; Reũ teneri, etiã per sententiam damnatum, exequi pœnã ipse: vel actionem aliquam exercere, qua illam exequatur, vel ad illam cooperetur. Cuius ratio est: quià ad officium Iudicis spectat, non tantùm præferre sententiam, sed etiam exequi Reus autèm non tenetur subire officium Iudicis, nec fieri minister eius contrà seipsum: ergò per sententiam non obligatur ad talem actionẽ, sed ad solam passionem sinè resistẽtia. Ità Couarr. *lib.* 1 *variar. cap* 2. *nu* 4. *& Decret. par.* 2. *cap* 6. *§.* 8 *nu* 10 *corol.* 2. *nu.* 11. & alij. Et quamuis hęc controuersia facilè componi possit, tamẽ vt meliùs intelligaris, ponam aliqua dubia.

Primò: An Damnatus, vt veneno pereat, possit illud haurire?

45 Affirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quià sicùt sunt alia supplicia, decreta contrà nocẽtes: quarè non potest id institui, vt veneno tollatur? quod sic, illud supplicium potest esse iustum, cum alitèr illa pęna irrogari non potest, nisi vt illud venenum epotet; nihil videtur, quod nõ liceat ei hãrire venenum: Sicùt licet damnato ad supplicium, ascendere scalas. Et ei, qui damnatus est gladiò, parare iugulum: Nequè enim vnus magis cooperatur morti suæ, quàm alius. Ità Victoria: *relec de Homicid. nu.* 30 *ad arg.* 8. Aragonius *in.* 2.2. *D Tho. quæst.* 69 *art* 4. & Corduba, *lib.* 1. *qu.* 36.

46 Negat tamẽ secunda opinio. Cuius ratio est; quia veneni sumptio, ideò homini lege naturæ interdicta est, quià est occisio sui ipsius: atque illam deformitatem non exuit, cogente alio homine, aut iubẽte. Sicuti nec scissio vẽtris aùt alia similis sui occisio. Ergò nullo casu licebit venenũ sumere. Ità Petr. Nau *de rest. lib.* 2. *c.* 3. *n.* 81. Sot *de ius lib.* 5. *q.* 6. *ar. vlt.* Diana, *p.* 5. *tr.* 4 *res.* 39 & Comitol. *in resp. moral lib* 4. *q.* 10. *nu* 6. qui sic ait: Ex quo intelligi potest absurdè opinatum esse Victoriam, iustè reum à iudice hoc mortis genere mulctari posse, vt è poto veneno, se ipsum perimat: errat vehemẽter Victoria: id enìm esset seipsum occidere, perindè ac se pugione perfoderet. Itàque D. Thomas *in* 2. 2. *qu.* 69 *art.* 4. apertè scribit: neminem à iudice condemnari posse, vt sibi mortẽ inferat, sed vt mortem paciscatur.

47 Non tamèn peccat reus in tali casu, si adhoc coactus permittat, vt sibi venenũ applicetur, merè passiuè se gerendo, docent Malderus, 2. 2. *tract* 3. *cap.* 1. *dub.* 18. & Diana, *par.* 5. *tract.* 4 *resol.* 39.

Secũdò: An dùm Iudex exequitur sentẽtiam, præsertim mortis, possit Reus, vel teneatur, aliquas actiones exercere, vt ambulare, ascendere scalam, extendere manum, præparare illam, &c?

48 Cõmunis sententia ait: Neminem obligari ad eas actiones, quæ commodè fieri possunt per Ministros iustitiæ: quià per se solum tenetur, ad faciendum. Ad aliquas verò actiones, quæ per alios commodè exerceri non possunt, & alioqui sunt necessariæ ad illum effectum obligari: quia aliàs non posset iusta pœna executioni mandari. Vndè repugnare illis actionibus, esset iustitiæ resistere. Nequè moralitèr cẽsetur, cooperari ad mortem: quià est actio valdè remota, & de se indifferens: idest, non intrinsicè afferens mortem: vt est actio ambulandi, ascendẽdi, &c. Vndè confirmatur: quià sic condemnatus potest tuta conscientia, ex parte sua, exhibere huiusmodi actiones: quià non continent intrinsecam malitiam. Tũ quià dici possunt, exerceri ab ipso reo: nõ vt priuata persona, sed vt Ministro iustitiæ. Tùm maximè, quià sunt actiones de se indifferentes, & proptèr bonũ fieri possunt: saltèm proptèr vitanda maiora incõmoda, & acerbiores coactiones, & proptèr vitandum scandalum, quod ex contraria resistentia nasceretur. Ergò etiàm potest

potest illa actio præcipi à Iudice, qui potest præcipere actiones honestas, moralitèr conuenientes ad executionem pœnæ, & quæ non continent inhumanam crudelitatem, vel acerbitatem: ergò, ex vi sẽtentiæ, & condemnationis, censetur Iudex obligare Reum ad easdem actiones; cum, morali, & ordinario modo, ad executionem pœnæ, requirantur. Ita Sotus. *lib. lib. 1. de iust quæst. 6 art. 6.* Caietanus. *2. 2. quæst. 62. art. 3.* & ibi Aragonius, Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 3. cap. 9 nu. 41.* Suarez, *lib. 5. de leg. cap. 10. nu. 14.* Salas, *de leg. disp. 15. sect. 2.* Medina, *1. 2. quæst. 96. art. 4. dub. 3.* Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 5. nu. 125.* & alij communitèr.

49 Vndè Reus, dùm Carnifex collo funẽ apposuit, non potest se ex scala præcipitem dare: quià ex se hæc actio est causatiua mortis. Tum, quià hæc actio potest per alios commodè exerceri. Nequè potest Iudex condemnare Reum, vt eam actionem faciat: quià non potest condemnare, vt se interficiat: cum non sit actio honesta, mortalitèr conueniens ad executionem pœnæ. Ità Siluius *in 2. 2. D. Thomæ quæst 69 art. 4. quæritur. 4.* & Diana, *par 5. tract. 4. resol. 4.*

Tertiò: An pœnas Exilij, Carceris diuturni, &c. teneatur Reus exequi?

50 Communis sententia docet: Reum iustè damnatum ad pœnas corporales: vt sunt, detentio in carcere, non nimis acerbo, & insalubrij, flagellatio moderata, & honesta, & similes; teneri, ad exequendas huiusmodi pœnas, eò ipso, quod per sententiam condamnetur. Ratio est: quià sententia Iudicis condẽnatoria, vel lex pœnalis, post talem sententiam, obligat inconscientia ad pœnã impositam: quandò non inuoluit iniustitiam, vel crudelitatem, aùt aliquid simile. Sed talis est in dicta pœna, dicto modo imposita: vt cõstat ex qualitate illius, & ex communi vsu, & iudicio hominum; ergò tenetur Reus seruare. Quià reuera hæc est intentio Iudicis: & præceptum, quod imponit, est iustum. Ità D. Thomas, *2. 2. quæst 62. art. 3.* Tiraquell. *in leg si vnquam. C de reuocand donat. ver. reuocatur nu. 291.* *Salas, de leg. disp. 15. sect. 2. num. 32.* Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 2. cap. 9. nu. 4.* Azorius, *pa. 1. lib. 5 cap. 8. quæst. 6.* Salzed. *in pract. Diez, cap. 140. lit. B. vers. sed vtrum.* Suarez, *lib 5. de leg. cap. 10. nu. 15.* Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 5. nu. 125.* Diana, *par. 3. tract. 6. resol. 79.* Couarr. *lib. 1. varia. cap. 14* Castrus, *tom. 1 oper. moral. to. 1. tract. 3. disp. 2 pu 4. nu. 5.* & alij.

51 Vndè aliqui Doctores dicunt: Damnatos ad triremes teneri inconscientia, ad non fugiendum, etiàm si possint. Ità Nauarr. *commen. 4. de regular. nu 94. coroll. 2.* Valencia, *2. 2 disp 5. quæst. 14 pu. 4. col. 4. ad 4.* Sayrus, *in Clau Reg. lib. 12. cap. 18. nu. 8.* Vasquez, *1. 2. disp. 174. cap. 1. nu. 7.*

52 Attamèn hanc sententiam non admittunt alii. Ratio est: quià hoc genus pœnę est veluti quedã perpetua mors. *leg. pan. ff. de reg. iur & leg. 2. in fine. ff de bonorum possess. contrà tabul & leg. 3 ff. de pænis.* Nèc videntur damnari, vt spontè ibi maneãt: id enim durissimum esset: sed vt pacientèr ferant, ibi detineri: sicut dum quis verberibus damnatur. Ità Corduba, *in sum. q. 195. dub. 1.* Lopez, *pa. 1. instruct. 153. vers. At hic quoque.* Bannez, *2. 2. quæst 69. art. 4. concl. 5.* & ibi Salon. *controu. 2. concl. 3.* Petrus Ledesma, *to 2. sum. tract 8. ca. 28.* Lesius, *lib. 2 de Iust. cap. 31. dub. 5. num. 39.* Suarez, *lib. 5 de leg. cap. 10. nu. 16.* Sanchez, *lib. 1. sum. cap. 8. nu 16.* Diana, *pa. 3. tract. 5. resol. 102. vers. notandum secundò.* Tannerus, *2. 2. disp. 4. quæst. 4. dub. 5. num. 102.* & alij.

53 Dummodò, quod non fuerit data fides præsertim iurata, de non fugiendo, putat Merolla, *to. 2. de leg. disp 4. cap. 5. num. 127.* Quià tùnc iusta prommissio seruanda est: Et maximè est implendum Iuramentum, iuxtà communem doctrinam, quæ traditur à Doctoribus in Tract. de Iuramento.

54 Secundò: nisi sint Religiosi, docent alii qui Doctores. Quorum ratio est: quià per votum obedientiæ se libertate priuarũt: & ideò obligari possunt, ad talem clausuram seruandam, in pœnam iustam suorum delictorum. Ità Sanchez, *d. cap 8 nu. 13. & 16.* Salzedo, *in addict. ad pract. Diez cap. 140. § Immò vero.* Rodoriquez, *to. 1. qq. regul quæst 22. art 6.* Suarez, *loc. citato*, & alii. Nisi modus, exequendi dictam iustam sententiam, iniustus sit. Vt si Custos carceris, suo proprio motu, aùt iussu Iudicis, vel alterius, iniustè illi cibum, vestitum, vel ignem, ad vitam sustentandam necessaria, denegaret: quià tùnc possunt licitè fugere. Ità Sayrus, *d. cap. 18. nu. 10.* Rodoriquez, *tom. 1 sum. cap. 40 nu. 1. & dic. art. 6.* Sanchez, *d. cap. 8. num. 14.* Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 5. num. 128. vers secundo.* Nauarrus, *d. comment. 4. de regul.*

regul. numer. 64. coroll. 8. & alii.

Quartò: An iustè damnatus, vt in carcere maneret, possit fugere, si pœna mortis, aut mutilationis imponenda ei esset?

55 NEgant Valentia, 2. 2 *disp 5 quaest. 13 pu. 4 in solut. ad 3.* Caietanus, 2. 2 *q. 69 ar. 4. dub. 2.* Savrus, *in Clau. Reg. capit. 18. nu. 14* & alii. Quorum ratio est: quià, sicùt potest iusta sentẽtia ferri, qua priuetur Reus vita, ad quam non minorẽ inclinationem habet, quàm ad eius conseruationem: ità poterit per iustam sententiam priuari fuga, qua alioquin posset vitam suam conseruare.

56 Affirmant Salonius, 2. 2 *quaest 69 art. 4. controu 2. post secundam concl.* & ibi Aragonius, *art 4 circà secundum argum. D. Thomae vers. ad secundum.* Lopez, *part. 2. cap 66.* Sanchez, *lib. 6 sum cap 8 nu. 15.* Bonacina, *de leg disp 10 par. 2. num 14.* Lesius, *lib. 2. cap. 13 dub. 5 num 34* Granad. 1. 2. *controu. 7. tract 1 par 1 disp. 14 sect. 3, num. 26.* Vasquez, 1. 2. *quaest 96 disp. 174.* Sotus, *lib. 5. de iust quaest. 6 art. 4* Siluester, *v. fugere num 1.* Diana *part 3. tract 6 resolut 102.* & alii Quià intollerabile est, & propensiori naturæ repugnans, Reum cogere, vt aliquid agat, quò ad mortem, sibi inferẽdam, cooperetur; quandò eam fugiendo, euadere potest.

An lex pœnalis obliget Iudicem, ad penam, in ea præscriptam, imponendam? dub 6.

57 AFfirmatiuè respondet D. Thomas, communitèr receptus, *in 2. 2. quaest. 67 art 4.* Cuius ratio est: quià licèt lex pœnalis imponat pœnam ipso facto, ad Iudicem propriè non spectat pœnam imponere: sed sententiam supèr delictum proferre, & executioni penæ incumbere: vtrumque autem horum manifestè cadit sub obligatione Iudicis. Primum qnidẽ: quià tenetur, secundùm veritatem probatam, proferre sententiam. Secundùm autèm: quià est Minister, & executor iustitiæ. Et quamuis hæc obligatio magìs ex munere ipso, & lege naturali, quàm ex lege puniente Reum, oriri videatur: nihilominùs etiàm dici potest, oriri ex tali lege, quià non nisi ratione illius, determinatur obligatio, exequendi talem pœnã potiùs, quàm aliam.

58 Non tamèn potest Iudex augere pœnã, Reo, à lege prescriptam. Ratio est: quià non potest à Reo iustè exigi, plùs quàm debeat: sicùt nequè à quolibet Debitore. Posita autèm lege, taxante talem penam: qui contrà illam committit, fit Reus, & debitor talis pœnę, & non maioris: ergò quidquid mali, vltrà illam, infertur huiusmodi Reo, non est pœna, sed iniuria. Vndè Iudex in hoc casu tenetur restituere Reo damnum, quod ex illo excessu ipsi euenerit: quià iustitia commutatiua obligat ad restitutionem.

59 Nisì iusta causa intercedat, docent citandi Doctores. Vt si delictum habuerit extraordinarias circumstantias, quæ illud atrox, vel grauissimum reddant. Quià tùnc potest Iudex augere pœnam, à lege prescriptam. Et hoc non excluditur per legem: quià loquitur de delicto, vt ordinariè committi solet: Vt colligitur ex *leg. quid ergò, §. pœna ff de his, qui not. infam.* vbi Glossa, *v. Oneresset*, id notat & *ex cap. firi §. vlt. de cland despons* ibi *Gratianus puniendus, si delicti qualitas postulauerit.* Et ità sumitur *ex cap. cum sit Romana, de Appellat.* Et ità docent Prepositus, *in cap. final nu. 11 vers sexto.* Panormitanus, *in cap. 3. de pœn* Bernard. Diaz, *in sua pract. criminal in noua edict cap 73 nu. 2* Sanch. *lib 3. de Mat. disp 48 nu 2.* Suarez, *lib. 5. de leg. cap. 11 num 5.* Farinac *in prax quaest. 17. num 7.* Couarr *lib 2 var. c p 9 nu. 8.* & alii. Dummodò quod hoc procedat antè latam sententiam Quià post quàm Iudex tulit sententiam, condẽnando delinquẽtem ad pœnam, per legem impositam; nõ potest ampliùs, illam augere: quià iam functus est officio suo *leg Iudex post quã ff de re iudic. Et docent.* Merolla *to. 2 de leg. disp 4 cap 5 du. 8 nu. 137. in fine* Couarr. *d nu. 8.* Farinac *nu. 61.* & alii. Et hoc procedere debet, quandò pœna est imponenda ministerio Iudicis: non autèm si esset imposita, ipso facto incurrenda, docet Sanchez.

60 Nequè potest Iudex diminuere pœnã, vt communis opinio docet. Quià est contrà commune bonum, atque adeò contrà legalem iustitiam: quod delicta remaneant impunita, aut non satìs punita: quià est moralis occasio, vt multiplicentur delicta. Tùm quià Iudex, ex officio suo, ac proindè ex iustitia, tenetur obseruare leges iustas, quæ ad bonũ commune ordinantur: immò facere, & procurare vt seruentur. Lex autèm, quatenùs imponit iustam pœnam, iusta est, & ad commune

commune bonum necessaria: ergò tenetur Iudex seruare illam. Vndè Iudex, qui minorem pęnam, quam lege stabilita est, Reo imponit, infamis efficitur. *leg. seruos C. de leg. Iulian. de vi publ.* Immò punitur Iudex ea pœna, qua Reus puniendus esset. Vt colligitur *ex leg. 4. in fine. C. ne san. baptis. reiteret.*

61 Limitant hanc communem sententiã Doctores: Nisi interueniant legitimę, ac rationales causæ huius remissionis: quibus occurrentibus, Iudicibus, hæc potestas minuendi pœnas, concessa est. Vt sũt, ætas ad tollerandam pœnam sufficiens, qualis esset potestas, senectus, & pueritia: Vt patet *ex leg. D. Adrianus, ff. de ter. moto & leg. auxilium. ff. de minor.* In pœna pecuniaria, causa remissionis solet esse paupertas. *leg. illicitas, § de offi. competen.* Multas causas refert Franciscus Bordonus, *tract. de defens. Reorum, cap. 36 à num.* 31. Addit tamèn Iacobus de Beluis. *in pract. fol. 46. in rubri. de fuga, & tortura reor. nu. 62.* Iudicem, qui minuit pęnam, debere exprimere causam in sententia, proptèr quàm mouetur, ad illam minuendam. At Iulius Clarus, *lib. 5. sent. § fin. quæst. 85.* ait: satis esse, quod Iudex dicat: ex iustis causis, animum suum mouentibus, id facere. Quàm sententiam, communem esse, dicit Fernand. Vasquez *controu. illust. cap. 14. nu. 5.*

62 Et quod dictum est de Iudice, quod antè sententiam possit ex causa minuere pœnam legis: intelligendum est, etiàm de Iudicibus, qui sunt de minoribus Magistratibus: vt sunt Præsules, Prætores, &c. Secùs dicendum est de Minoribus: vt sunt Assessores, &c. Ità Menoch. *quæst. 56. num.* 18. Farinac. *in prax. q. 17. nu. 67.* Iul. Clarus. *d. § fin. quæst. 85.* & alij.

Dubitatur: An Iudex, si non condemnet aliquem ad pœnam, à lege scriptam, teneatur restituere pœnam illi, cui esset applicanda, si condemnaret?

63 Affirmat prima opinio. Cuius ratio est: quià Iudex ex iustitia debet cõdemnare Reum pœna, assignata per legem: quoniàm adhoc tenetur ex officio. Ergò, si illum non condemnat, sed remittat pœnam; tenetur ad restitutionẽ damni, indè secuti; vel lucri, quod alteri acquiri debebat, si Reus condemnatus fuisset. Probatur consequentia: quià (iuxtà omnium Doctorum sententiam) quicumque omittit facere aliquid, quod ex iustitia facere debebat, in conscientia tenetur restituere damnum, & quidquid ob illius negligentiam acquisitum non est. Ità Siluester. *v. Iudex 1 quæst. 11. dict. 5.* Angelus, *v. pœna, num.* 18 Io. Medina, *C. de restitut. quæst.* 12 Salonius, *2. 2. quæst. 62. art. 7. controu. 5 concl.* 2. & ibi Aragonius, *vers. secunda conclusio.* Sayrus, *in Clau. Reg lib. 10. tract. 1. cap. 13. nu. 12.* Sotus, *lib. 5. de iust. quæst. 4. art. 4.* & alij.

64 Negat secunda opinio. Cuius ratio est: quià quamuìs Ministri debeant ex iustitia crimina deferre, & Iudex ex iustitia debeat procedere contrà delinquentes, eosque punire, pœna per legem taxata; eò quod ex pacto cum Republica conuenerunt: hęc autèm obligatio, ex pacto illo, non oritur ergà priuatam personã, cui pęna applicari debet: nequè ergà fiscum, cui etiàm aliquandò emolumentum pęnę defertur: sed ergà Rempublicam, adhoc tantùm, vt puniantur delicta, & pax publica hoc modo conseruetur. Et adhoc tantùm, intelliguntur præstare fidem sub iuramento: vt Respublica à peccatis purgetur. Quarè, nisi procedat Iudex contrà delinquentes, eosque puniat, & Ministri deferant crimina, debebunt quidèm restituere damna, quæ ipsorum negligentia in Republica secuta sunt: non autèm emolumẽtum pęnę infligendæ. Ità Salas, *de leg. disp. 13. sect. 8. numer.* 105. Diana, *part. 1. tract. 10. resol. 23. & part. 3. tract. 5. resolu.* 52. Merolla, *tom. 2. de leg. disp. 4. cap. 5. dub. 9 num.* 46. Granad. *1. 2. controuer. 7. tract. 3 p. 1 disp. 13 sect. 2. num* 8. Emanuel Sa, *v. restitutio. nu. 46. & v. pœna.* 14. Lessius, *lib. 2. cap. 13. dub. 10 num. 72. & 73.* Vasquez, *1. 2. tom. 2. disp. 168 cap. 4 nu.* 30. & ibi Beccanus, *tract. 3. cap. 7. quæst. 9.* Nauarr. *cap. 25 sum. nu* 34 Corduba, *in sum. quæst. 66.* Tannerus, *1. 2. disp. 4. quæst. 6. dub. 2. nu* 81. & alij. Et quod dictum est de Iudicibus, dicendum est etiàm de Ministris, non deferentibus crimina ad Iudiciũ: Vt sunt Custodes siluarũ, portarũ, &c. Ità Azorius, *par. 1. lib 5 cap 8. q. 5. ad* 4 Ledesma, *lib. 2. cap. 13. dub. 10 n 73.* Diana, *pa. 3 tract. 5. resol* 54 Lessius, *lib. 2. c. 13 dub. 10. n. 73.* Tanner. *vbi suprà. nu. 83.* & alij.

65 Limitant hãc sententiã aliqui: nisi crimen delatum esset ad iudiciũ, & pęna pecuniaria petita ab eo, cui applicari debet vel ab alio, nomine ipsius: Tùnc enim, si Iudex negligat ferre sententiam, aut

aùt penam applicare, tenebitur illam restituere. Quorum ratio est: quia Iudex ex officio, & ex iustitia, tenetur reddere vnicuique id, quod iustè petit in iudicio: sed quotiès pena est assignata per legẽ: pars, cui interest, iustè petit, penam illam sibi applicari: ergò Iudex ex officio, & ex iustitia debet illam applicare petenti: & per consequens, si non applicet, tenetur ad restitutionẽ illius. Ità Vasquez, & Beccanus, *vbi suprà*, Merolla, *vers. limitatur verò*, Suarez, *lib. 5. de leg. cap. 31. n. 6.* & alij.

66 Limitatur secundò: Vt non habeat locum in Procuratore fiscali: quià cum hic peculiari ratione adhoc constituatur, vt curam gerat fisci: & ei acquirat, quidquid vtilitatis ad eum pertinere potest: Atque intèr alia, multæ sunt pœnæ, quæ fisco sunt applicandæ, sequitur: contrà specialem iustitiam, quam debet ergà fiscum, peccare; si non procuret, vt crimina deferantur, ex quibus aliquod emolumentum fisco aduenire potest. Adhoc enim, ex officio, & conuentione constitutus videtur: & per consequens si id non faciat, tenetur ad restitutionem. Sicùt Tutor, qui cum posset, non est lucratus cum bonis sui minoris, tenetur in conscientia, lucrum non acquisitum restituere: quià ad id tenebatur ex officio. Ità Vasquez, Merolla, *locis citatis*.

Sed hanc limitationem non admittunt Diana, *par. 3. tract. 5. resol. 53.* & Lesius, *lib. 2. cap. 13. dub. 10. nu. 73.*

An quandò diuersæ pene, pro eodem delicto impositæ sunt in distinctis legibus, debeat Reus vtraque puniri, an altera tantùm?

Dub. 7.

67 IAcobus de Beluis. *in §. si quis autèm, ovnosit. 3. Authẽt vt iud. sine quò, & suffrag.* existimat. Quandò in diuersis legibus, diuersæ penæ imponendæ per Iudicem, statutæ sunt; tunc Iudex potest punire Reum vtraque pena. Et hanc sententiam probabilem iudicat Gramm. *cõs. crim. 35. & nu. 11.*

68 Communis verò sententia ait: Non posse Iudicem vtramque penam imponere: quià punitus à Iudice pena vnius legis, non potest puniri pena alterius: Cuius ratio est: quià in dubio non præsumitur, velle Legislatorem, vt pro vno, & eodem delicto, delinquens dupplici pena puniatur: Nam pænę sunt restringendę: Nisi sufficientèr constet de mente Legislatoris, voluisse addere penam pænę, alias multiplicando: quod fieri sepè solet, ad coercendam delictorum frequentiam, & delinquentium contumaciam Ità Suarez, *lib. 5. de leg. cap. 11. in fine.* Bartol. *in leg. 1. ff. de vi bon. rap.* Baldus, *cons. 250. nu. 12. lib. 1. & cons. 382. num. 16. lib. 5.* Tuscus, *to. 6. lit. P. concl. 244.* Anan. *in cap. final. de concl. tegen.* Felin. *cap. quod olim. nù. 3. de Iudeis.* Nauarr. *lib. 5. cons. in 1. edict. tit. de pæn. cons. 1. in fine. & in 2. lib. 1. tit. de const cons. 10. in fine.* Gutierez, *de Mat. cap. 75. nu. 17.* Merolla, *tom. 2. de leg. disp. 4. cap. 5. dub. 10. nu. 147. ver. Communis*, & alij.

69 Limitat hanc sententiam communis opinio Doctorum, quos refert Maran. *in spe. pa. 4. tit. An iudicium sit ciuile, à nu. 19.* Nisi per penam vnius legis non fuisset Reus sufficientèr, seù condignè punitus. Tùnc poterit Iudex recurrere ad aliam, & iterum punire. Hoc tamèn intelligendum est (vt ait Merolla. *vers. limitatur*) Vt hæc secunda punitio temperetur, & condigna sit, habita ratione penæ, priùs impositæ.

70 An sit in arbitrio Iudicis, imponere penam prioris legis, vel posterioris? Affirmant Panormitanus, *in cap. 2. in fine. de empt. & vendit.* & Gram. *loco citato.*

71 Existimat verò hanc opinionem Merolla. *num. 148.* dependere ab illa: An lex noua posterior, & eius pena corrigat, seù auferat penam legis antiquæ? Bartolus, *loco citato*, Baldus, *in lege data opera, num. 3. C. qui accus. non poss.* Nauarrus *tom. 1. cons. titul. de const. in 2. edict. consil. 10. à num. 2.* Bonifac. *in Clemen. 2. §. Illa verò, numer. 8. de atate, & qualitate.* Vbi Immola *num. 11.* & Felinus *vbi supra nu. 2.* dicunt: per legem posteriorem, imponentem nouam penam, non intelligi sublatam penam legis antiquæ: Et dicunt esse communem opinionem Cinus, *in lege qui sepulchra, C. de sepul. viol.* & Salicetus ibi. *num. 9. vers. Quo nùnc*: Vndè secúdum hanc opinionem, est in arbitrio Iudicis imponere vnam, vel alteram penam: & dicit, esse valdè probabilem Merolla, vbi suprà.

72 Attamèn Albert. *des. 1. part. 1. quæst. 8. num. 10. in fine.* Gomes, *lib. 3. var. cap. 1. numer. 38. in fine.* Iul. Clarus, *lib. 5. sentent. quæst. 85. vers. debet etiam index.*

Guttierez

Gutierez, *cap.75.de Mat.nu.* 14. Sanchez, *lib.3.de Mat.disp.*48.*nu.*4. *&* 8. Merolla., *vers. At probabiliùs, & num.* 151. Henriquez, *lib.3.cap.*38.*nu* 2. *in comment. lit. E.* & alij, dicunt: legem nouam, & eius pœnam corrigere, seù tollere pœnam legis antiquæ: & per consequens, non potest Iudex punire Reum, nisi sola pœna legis nouæ. Et dicit, totum Mundum ità obseruare, Alber. vbi suprà. Et hæc opinio, ait Merolla, multò magis procedit, quandò minor pæna imponitur in lege noua pro eodem delicto, pro quo imponebatur grauior in lege antiqua: Quià æquitas scripta præfertur rigori scripto.

73 Dixi: *Quando in diuersis legibus, diuersæ pœnæ, imponendæ per Iudicem, statutæ sunt.* Nam quandò diuersæ pœnæ, diuersis legibus, ipso facto incurrendæ, impositæ sunt eidem delicto: nèc apparet, vtra earum alteram corrigat: communis opinio Doctorum dicit, vtraque seruanda sit: quià non est maior ratio de vna pœna, quam de alia. Ergò vel neutra, vel vtraque incurritur. Primum autèm dici non potest, vt per se constat: ergò secundum. Nèc etiam dici potest, incurri solã pœnam, impositam à posteriori lege: quià posterior lex pœnalis non reuocat diuersam pœnam, positam à priori lege; nisi quandò ex verbis, aùt modo legis constat, hanc esse mentem Legislatoris.

74 Attamèn Merolla. *in.2.tom de leg.disp.* 4.*cap.*2.*num.* 154. oppositum sentit. Quià scilicè, lex noua posterior, & eius pœna censetur corrigere, seù auferre pœnam legis antiquæ: & maximè, quandò minor pœna imponitur per nouam legem pro eodẽ delicto, pro quo imponebatur grauior à lege antiqua. Tùm quià pœnæ sũt restringendæ. Tùm etiàm quia, quandò pęnæ non sunt ipso facto impositæ, sed imponendæ per sententiam condemnatoriam Iudicis, non potest Iudex vtraque delinquentem punire, vt supradictum est, & concedit Suarez. Et huius nulla alia ratio videtur posse assignari, nisi quià lex pœnalis posterior censetur corrigere pęnam legis antiquæ. Sed hæc ratio militat etiàm in casu nostro.

75 Nota, quòd quandò dicimus: legem pœnalem posteriorem corrigere pœnam prioris; intelligitur, quandò vtraque lex emanat ab eodem Legislatore, saltèm secundùm dignitatem. Vt, si prior lata sit ab vno Principe, & posterior ab eodem, vel à successore. Secùs verò, si emanat ab omninò diuersis, v.g. vt si vna lex est Principis Ecclesiastici: & altera secularis. Aut, vna est lata à Pontifice: altera verò ab Episcopo: Tùnc enim lex pęnalis posterior non corrigit pœnam prioris: ac proindè delinquens, vtraq; pœna fit reus: quià Episcopus per suam legem pœnale non potest corrigere pœnam, à Pontifice impositam. Nequè Princeps secularis pęnam latam à Principe Ecclesiastico: vel è contrà.

76 Vndè quandò delictum est misti fori, & per consequens datur locus præuentionis: si Iudex, v. g Ecclesiasticus præueniat, ac delinquentem puniat; potest Iudex sæcularis eundem iterùm punire. Quià cum sint Iurisdictiones, omninò diuersæ; vna pœna per aliam non tollitur. Ità Panorm. *in cap.* 1.*de offi.ordinar. in fine* Couarr. *in cap. Raymun num* 19 *de Te-stam.* Maran *in specul par.*6 *tit Et peruenitur aliquandò, n* 97. Iul. Clar *lib* *sent. q.*57 *vers.penult.* Gomez, *lib.*3.*variar cap.* 1.*nu.*40. Vasquez, *de success creat.lib.* 2 *§.* 26.*nu* 69. Gutierez, *lib.*2 *pract.q.*2 *num.* 1. Cucus, *lib.* 2.*de iust maior tit* 6. *num* 99. Merolla, *tom.*2 *de leg disp.*4 *cap* 5. *nu.*157. Sanchez, *lib* 3 *de Mat disp.*54 *nu* 7 & alij. Nisi prò qualitate delicti sufficientèr, seù condignè punitus esset Reus à Iudice Ecclesiastico: quià tùnc non posset iterùm pęnis affici à Iudice sæculari, nè pro eodem delicto quis condignè bis puniatur. Ità Panormit. Sanchez, Merolla, & alij.

An affectus aliqua pena ad tempus: si, durante eo tempore, aliam similem pęnã ad tempus incurrat, hoc posterius tẽpus incipiat, finito priori? Dub. 8.

CAsus hic est: Si lex prohibeat aliquid sub pęna suspensionis, vel alterius, per triennium, ipso facto incurrẽdæ: & aliquis, transgrediens legem, incurrat dictam penam: si deindè, antè elapsũm triennium, iterùm delinquat, & consequentèr suspendatur iterùm triennio: An hoc posteriùs triennium confundatur cum priori: vel incipiat, finito priori triennio?

77 Prima opinio ait: Incipere, finito priori triennio. Cuius ratio est: quia alitèr non satisfierit vtrique delicto. Sicùt enim duo admissa sunt delicta, ità duæ pęnæ contrahi debent: vt quotiès aliquis deliquerit, totiès plectatur. *cap imitare.*6.*qu.* 1. *& cap.* 1. *de pœnis.* Confirmatur: quià

L 2 cre-

crescente contumacia, debet punitio augeri. Non autèm augeretur, si duo illa tempora confunderentur: ergò non cōfundi debent. Ità Steph. *in Clem.1. de Magist.* vt refert ibi Cord. & Thomas de Ripera, quem refert Io. Andr. *in cap. cum in cunctis, num.30. de elect.*

78 Secunda opinio distinguit. Si imponatur pœna, in specie, idest, cum determinatione temporis, à quo incurritur. Vt si dicat lex: sit suspensus per triennium, à die delicti: & tùnc posterius, incipit à die delicti commissi, & confunditur cum priori tempore. Si verò pœna ponitur generalitèr, & indeterminatè. Vt dicendo: sit suspensus per triennium: posterius triennium incipiet, priori finito. Ratio disparitatis est: quià in priori casu, suspensio habet prescriptum sui initii tempus, quod impediri nequit ob similem incursum suspensionem: In posteriori verò, cum prescriptum initium non habet, interpretari debet, vt incipiat, finito priori tempore, vt plenè vtrumque plectatur delictum. Ità Bartol. *in leg. Senatus. §. fin. per toto ff. ad Senat. cons. Turpilia.* Abbas, *cap. cum in cunctis, §. vlt. in fine de elect.* Siluester *v. suspensio quæst.6 dict.6.* & probabilem vocat Merolla. *dub.11. nu.163.*

79 Tertia opinio ait: Pœnam Suspensionis triennalis incurri statim à die commissi delicti: et ità confunditur cum priori tēpore. Et ratio istius opinionis est: quià expressio triennii, vel alicuius temporis intelligitur tacitè de proximo sequenti. *leg. eum, qui Kalendis, 41. ff. de verb. oblig.* ibi *Sabinus ait: proximas Kalendas Ianuarii expectandas cap. non potest, §. 1. de prębend. in 6.* ibi: *per triēnium continuum ex tùnc incohoandum.* Ergò secunda Suspensio triennii intelligitur de proximo triennio: Et ità confundentur tempora. Tùm quià in pœnis benigna interpretatio facienda est; *reg. in pœnis, de regul. iur. in 6.* Sed benigna est, si interpretemur, concursum, ac confusionem temporum fieri: dura, & rigida, si alitèr interpretemur: ergò prior interpretatio eligenda est. Ità Gloss. *in clem. 2. v. sequentes*, de Magistris, vbi Cardin. *§. si quis q. 2.* Imola, *n. 13.* Io. Andr. *in cap. cum cunctis. § fin. n.30. in fin. de elect.* vbi Anton. *num.12.* Bald. *nu. 14.* Archid. *qu.7. num.8.* Sanchez, *lib.3. de Matrim. disp.50. nu. 2.* Gutierez, *de Matr. cap.75. num.20.* Naidus, *v. Suspensio, num. 12.* Barbosa, *to.2. de potes. Episcop. alleg.32. num.164.* Merolla, *to.2. de leg. disp. 4. cap.5. num.163.* & alii.

80 Limitant hanc sententiam Sanchez, & Gutierez, locis citatis: Nisi Iudex in sententia declaret, vt posterius triennium incipiat, finito priori. Verùm hanc limitationem non approbat Merolla, *nu.165.* Primò: quià videntur supponere hi Auctores: pœnam Suspensionis, ipso facto impositam pro aliquo delicto, non incurri antè sententiam Iudicis declaratoriam, quod est falsum. Quià pœna Suspensionis ipso facto imposita, fert secum executionem: sicùt pœna Excommunicationis, & aliarum censurarum, vt communitèr dicunt Doctores. Secundò: Nàm, dato, quod sententia Iudicis declaratoria requireretur; adhùc non videtur, posse huiusmodi Iudicem declarare, vt ea pœna Suspensionis triennalis, in causa proptèr secundum delictum, incipiat finito priori triennio: Quià cum ea Suspensio sit ipso facto imposita per legem; ad ipsum non pertinet, nisi declarare, delictum fuisse commissum. At verò decernere, vt ea posterior Suspēsio incipiat, finito priori triennio; esset potiùs condemnare, quam simplicitèr declarare: quià ex natura rei, seù stādo in iure communi, posterius triēnium incipit à die delicti commissi.

An pœna imposita alicui actui, incurratur, eo inualidè effectu? Dub. 9.

81 Communitèr dicunt: Aùt lex considerat tantùm factum, & animum facientis; non autèm iuris effectum: & tùnc incurruntur pœnę per actum inualidum: Quià attentatur factum, & prauus animus adest. Aùt considerat iuris effectum: & tùnc non incurruntur; cum actus ille iuris effectum sortitus minimè sit. Ità Glossa, *leg. quid ergò 13. § cum autèm. v. cum ea, ff. de his qui notant. infa.* Cardin. *Clem. 1. ap. osit. 8 de consang.* Felinus, *cap. tua nos, de iur. iurand. nu.7. & cap. ex tenore, de rescrip. nu. 9 vers. ceterum ad multa.* Molina, *lib.2. de primog. ca.16 n.19.* Gutierez, *pract. 2. quæst.4 nu.6.* Azebedo *lib.5 recopil. tit.1. l.5. nu.10.* Sanchez, *lib.3. de Matrim. disp.2. num.2.* Merolla, *to.2 de leg. disp.4. ca.5. dub. 12. num.167.* Suarez, *lib.5. de leg. cap.34. nu. 5. & seq.* & alii.

82 In duobus autèm casibus censetur, lex punire purum factum externum, & prauum animum facientis, non respiciendo ad iuris effectum. Primus est: quotiès vna, & eadem lex irritat actum, & imponit pęnam

nam facienti: tùnc enim talis pœna per actum nullum incurrit. Ratio est: quià, si irritando actum, punit illum; satìs apertè ostendit, velle punire actum, etiàm si nō habeat iuris effectum: cùm ipsamèt lex illum impediat. Sicùt Concilium Tridētinum irritauit Matrimonium Clandestinum: & nihilominùs iubet, puniri sic nullitèr contrahentes, arbitrio Ordinarij.

83 Secundus casus est. Quandò lex punit actum, sub nomine, includente nullitatē ex vi alterius legis, aùt institutionis: tùnc enìm pœna legis incurritur per actum irritum, & effectu iuris carentem. Patet: quià satìs ostendit lex volūtatem puniēdi purum factum externum; ex malo affectu procedentem: cum loquatur de actu, qui iuris effectum habere non potest. Itèm, quià aliàs lex illa frustatoria esset: nūquā enim puniri posset malefactor ex vi illius. Quià actus, de quo talis lex loquitur, (vt supponitur) nunquàm potest non esse nullus: vel ex se, vel ex efficacia prioris legis: Ergò, vt lex talis vtilis sit, & habere possit effectum; necesse est, vt actum irritum puniat. Vt patet ex pœna legis, imposita contrà Rebaptizantem: sinè dubio incurritur per actum nullum: quià per rebaptizationem non potest fieri actus validus. Similitèr ex pœna legis, punientis secundas nuptias, viuente primo Coniuge, incurritur per Matrimoniū nullum ex eodem capite: quod secundum Matrimonium npn potest esse validum, durante primo. Similitèr pœna legis, punientis Clericum in sacris, vel Religiosum professum, vxorem ducentem: per Matrimonium irritum incurritur: quià non potest alitèr ab huiusmodi personis fieri. Ità Merolla, *tom. 2. de leg. disp. 4. cap. 5. dub. 12 à num. 168.*

84 Et quamuìs incurritur ex supradictis casibus pœna per actum irritum: tamèn non potest incurri per actum validum. Quià si contingat, actum, qui putabatur nullus, esse validum; non incurretur pœna legis. V. G. Si quis contrahat Matrimonium coràm Sacerdote, quem falsò putat non esse Parochum: àc proindè existimat, se clandestinè cōtrahere: non incurrit pœnas, impositas contrà ineuntes Matrimonium Clandestinum, si talis Sacerdos verè erat Parochus. Similitèr: si quis putans, aliquem esse baptizatum, iterùm baptizaret, animo rebaptizandi: & posteà in re constaret, illum non fuisse baptizatum, vel priorem Baptismum habuisse essentialem defectum, & fuisse inualidum; ille talis non incurreret pœnas legis, punientis rebaptizantes. Ità Merolla *n. 170.*

Dubitatur: An hoc procedat, si actus intentus ex alio capite, pretèr id, quod lex punire intendit, nullus fit?

VG. Accipit quis secundam Vxorem, viuente prima; putans, non incurrere ibi aliud impedimentum: posteà verò inuenitur, secundum Matrimonium fuisse etiàm nullum ex alio capite V. G. quià secunda Vxor erat consanguinea, vel affinis in gradu irritante. Incurreret nè tùnc pœnam legis, punientis secundas Nuptias? Et idem dicendum est de Rebaptizante, si secundus Baptismus fuit nullus ex alio capite: vt quià nō fuit probata integra forma, vel fuit factus non in aqua naturali, seu elementaria!

85 Affirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quià ibi fit actus exterior purus, & ex prauo affectu, quem lex punire intendit: Ergò inuenitur, quidquid necessarium est, ad pœnam talis legis incurrendam, Confirmatur: nàm si secunda nullitas non tollit primam: ergò neque additio nouæ nullitatis, potest pœnā prioris impedire. Ita Rodoriquez *par. 2. sum. in 12. edict cap. 221. nu. 1.* Ledesma, *de Matrim. dub. 7* Lopez, *par. 2. cap. 30.* Sotus, *in 4. dist. 28. quæst. 1 art 2. concl. 2. in fine.* Perez, *lib. 5 ordin tit. 1. l. 1.* & alij.

86 Negatiuè respondet secunda opinio: Quia tùnc non incurri pœnam legis, punientis actum proptèr specialem nullitatem, & grauitatem, resultantem ex illa circūstantia, quàm importat nomen, sub quò lex punit talem actum. Itàque lex, puniens Rebaptizantem, intendit punire illum, qui (quantùm est ex se) facit, seù facere intendit Baptismum secundum validum. Et ità faceret, si primum non obstaret: Et idem est cum proportione de secundis Nuptijs. Et ità dicendum est de eo, qui exterius rebaptizat hominem baptizatum, sine intētione baptizandi: quià non incurrit pœnas, impositas Rebaptizantibus. Quià reuera non facit ex se propriam rebaptizationem, sed fictam. Idemque est de Contrahente exteriùs cum secunda, sine consensu, & voluntate, etiàm quantùm est ex se. Ità Sanchez, *lib. 3 de Matr disp. 2. nu. 5.* Petrus Ledesma, *de Mat. quæst. 65 art 9. dub. 5. in dubio, quod mouet circà solutionem ad 2.* Merolla, *tom 2.* *de*

de leg. disp. 4. cap. 5. nu. 77. Suarez, *lib. 5. de leg cap vlt. nu.* 10. & alij.

87 In alijs duobus casibus: Lex, imponens pœnam, censetur principalitèr respicere iuris effectum, & proptèr illum punire actum: ac proindè, non sequuto effectu, cessat pœna legis. Primus est: Quandò lex punit actum, qui tempore talis legis validus erat, licet malè fieret: & posteà fit nullus per legẽ posteriorem: tùnc enim pœna prioris legis non habet locum in illo actu, posteà nullitèr facto. Ratio est: quià tùnc prior lex, pœnam imponens, dirigebat suam intentionem ad actum validum: & solùm intendebat, punire malitiam, quę aliquo modo faciendi talem actum adiúgebatur. Ergò postquàm annullatus est actus, deficit materia illius legis: nàm posteà actus, qui exteriùs fit, reuera non est ille, de quo lex prior loquebatur: nec malitia eius est eadem. Nàm valdè diuersum est, actum validum inordinatè facere: vel intentare, facere actum nullum. Et licèt interdùm fortasè hoc secundum sit grauius, tamèn simplicitèr est diuersum. Et ideò ad illud non extenditur pœna prioris legis: præsertim, quià, licèt sit grauius, potest non esse ità nocium, nec habere illa incommoda, quæ prior lex considerabat. Et prætereà ipsa irritatio est quædã incommoditas, quæ vicem pœnæ supplere potest. Exemplum esse potest in Matrimonio Clandestino, quod antè Concilium Tridentinum validum erat, licèt esset prohibitum sub aliquibus pœnis: nùnc autèm irritum est ex vi Decreti dicti Concilij: & ideò illud nùnc contrahentes, non incurrunt antiquas pœnas: Vt benè Sanchez, *lib. 3. de Matr disp* 2. Suarez, *libr. 5 de leg. cap. vlt. nu.* 11. Castro, *to. 1. oper moral tract. 3. disp. 2. pu. 15. nu. 2.* Merolla, *tom 2 de leg. disp. 4. cap. 5. n.* 171. & alij. Quià Concilium Tridentinum, *in sect. 24. de refor. Matrim. cap.* 1. statuit: Clandestinè contrahentes, arbitrio Ordinarij puniri.

88 Secundus casus est. Quandò lex prohibet actum, qui validè fieri potest, non obstante prohibitione, & adijcit pœnam: tùc pœna illa non incurritur, nisi per actum validum. Ratio est: quià tùnc lex principalitèr respicit actum, secundùm substantiam suam, & effectum: & non tantùm secundùm externam apparentiam: Ergò illum etiàm directè punit: ergò per actum inualidum non incurritur illa pœna. Ità Balduc. *l. 2. nu. 3. C. de Episcop. audient.* Tiraquellus, *de retract. lignagier.* §. 1. *gloss. 2. num. 6.* & post leges connubiles. *gloss* 8. *n.* 206. Felin. *cap. ex tenore nu. 6. de rescript.* Palatios *in 4. dist. 28. disp. 3. vers. Hæsitabit.* Petrus, *de Ledesma, de Matr. qu. 45 art. 5. §. est tamèn dubium.* Barbos. *l* 1. *p. 4. n. 39. ff. solus Matrim.* Sanchez, *lib. 3. de Matr. disp. 2. nu* 5, Suarez, *lib 5 de leg cap. vlt num.* 11. Gutierez, *lib. 2. pract. quæst. 4 nu. 7.* Perez, *lib. 1 ordin tit. 1. §. itèm solet et.* §. *Dubitatur vlteriùs.* Molina, *tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 176. §. Obserua hodiè.* Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 5. nu.* 173. & alij.

An leges humanę, irritantes actum, pœnales sunt? Dub. 11.

89 Glossa *in cap. decet, § Ordinarij, v. Processus, de Immun Eccl. in 6.* Panor. *in cap. vlt. de ferijs, nu.* 17. Bartol. *in leg. sanctio in princip ff. de pœnis*, & alij. Iurisperiti, existimant leges irritantes, esse pœnales. Ratio istorum deducitur *ex cap. super litteras de rescrip.* ibi *in sua peruersitatis pœnam. & ex leg. turpia,* ibi. *Odio scribentis ff. de legat.* 1. vbi id notat Baldus: *ex cap. si Religiosus, de elect. in 6.* ibi: *Et in pœnam præsumptionis illius, electio eadem viribus vacuetur.* Vbi vocatur pœna, Annullatio electionis. Tùm quià, si lex irritans non esset pœnalis, non esset restringenda, sed potiùs extendenda. Tùm quià irritatio actus, quem homo, suo iure, & naturali libertate, posset validè facere, est non paruum grauamen, & nocumentum ipsius: ergò non potest, nisi in pœnam, iustè imponi.

90 Alij verò dicunt: Leges irritantes non esse pęnales, sed morales, seù per se directiuas Communitatis. Quorum ratio est: quià pœna non est, nisi præcedat culpa: sed annullatio actus fit sinè culpa præuia: ergò non est pœna. Accedit: quià pœna solùm est, quandò lex diminuit Patrimonium, aùt tollit ius acquisitum: quod non fit in actus irritatione. Ità Io. Andr. *in cap. vlt. de elect. in 6. vers. in glossa secunda, & in reg Odia de reg iur. in 6.* Dominic. *iudic. cap vlt. de elect. nu.* 18. Felin *in cap de const. nu. 3. vers. In contrarium.* Nauar. *lib. 5 Concil. in 2. edict. tit de priuil conf. 21. nu.* 5 Mandos. *reg. 15. cancell quæst. 5 nu. 7.* & alij.

91 Communis opinio dicit: Irritationem actus, in proprio, ac formali conceptu, non includere, quod sit pœna: & ita sepiùs non esse pęnam: interdùm verò posse, veram rationem pœnę habere. Vèl sub alijs verbis: Irritatio actus, positiuè, seù per mo-

modum inclusionis, non dicit, quòd sit pœna: permissiuè verò, & per modum cōiunctionis potest habere rationem pœnæ. Sicùt Animal in suo conceptu formali, seù positiuè, & per modum inclusionis, non dicit esse rationale: positiuè verò, & per modum coniunctionis, potest esse rationale. Ità Decius, *in cap. 2. de const. lect. 2. num.* 30. Merolla, *tom. 2. de leg. disp. 4 cap 5 nu.* 183 & alij.

92 Et vt distinctè hæc vltima sententia declaretur, duobus modis posse irritare actum, ait Suarez, *lib. 5. de leg. cap 19 num.* 4. Vno modo directè aliquid constituendo, & solùm per consecutionem: seù indirectè irritando. Ità videre licet in lege, dāte formam actui, & per conseruationem irritante actum, factum sinè tali forma. Exemplum est de lege, requirente ad valorem Testamenti talem numerum Testium. Itèm de lege, dante formam eligēdi, *cap. quid proptèr, de electione.* Alius modus irritādi actum, est negatiuus, seù prohibitiuus actus, cū verbis sufficientibus, ad irritandum illum. Talis est lex, prohibens Matrimonium inter Consanguineos vel Affines intrà quartum gradum: Et irritans Matrimonium Clerici in sacris, aùt Religiosi professi, & similes. Hæc autèm prohibitio ob duplicem causam, seù finem, fieri potest. Primò, per se, proptèr commune bonum: quià illa expedit ad diuinum cultum, vel ad decentiam Religionis. Secundò, in fauorem aliquarum personarum, vel ad subueniendum fragilitati earum: vt fit per leges, irritantes aliquos Contractus minorum. Tertiò, in odium personæ, seù actionis eius: vt in legibus, irritātibus acquisitionem dominij in aliquibus donationibus, vel acceptationibus. His positis, dico

93 Primò: Lex irritans actum solùm indirectè, & per consecutionem ad constitutionem formæ, seruandæ in aliquo Contractu, non est pœnalis. Ratio est: quià ibi nulla præcedit culpa, nec sufficiens causa pœnæ, ex parte eius, cujus actus irritatur: ergò irritatio illa non est pœna; & consequentèr neque lex est pęnalis. V. G. quandò quis condit Testamentum minùs solēne, quod ex illo defectu irritum est, non peccat: nec aliquid facit punitione dignum: ergò nullitas illa Testamenti non est pœna. Ità, vltrà Doctores citatos in *n.* 91 docent Anton. *in cap. 2. de constit. num.* 19. & ibi Panorm. *nu* 5. Imola, *num* 5: Menoch. *de arbit. lib. 2. cent 3 casu.* 276 *nu.* 18; Suar. *Loco citato, nu.* 5. Sanchez, *lib. 3. de Matrim disp. 4. num.* 9. Merolla, *loco citato num.* 185. & alij.

94 Secundò. Lex prohibens actum, & irritans illum, intuitu boni communis, vel priuatorum, non est pœnalis: Vt est in lege, irritante Matrimonium inter Consanguineos, vel Affines, & inter Cognatos spirituales: illa enim irritatio non est introducta in pœnam Contrahentium; sed per se proptèr decentiam Religionis, vel coniugalis honestatis. Ità Suarez, *loco citato nu. 6.* Merolla, *nu.* 186. Glossa, *in Clem. 2. de haret. v. Ex nunc q. 6.* & alij communitèr. Quorum ratio est: quià illa irritatio non fit in odium alicuius: nèc in vindictam delicti: quod, ad pœnam in rigore sumptam, necessariū est, iuxtà *l. sancimus. C. de pœnis:* sed fit, quià per se expedit bono communi, vel priuatorum.

95 Tertiò. Aliæ leges irritantes, pœnales sunt: scilicèt, quæ irritationem inducunt, in odium alicuius trāsgressionis, seù culpæ. Quià intèr impedimenta, irritantia Matrimonium, illa, quę sunt ratione delicti, pœnalia sunt: Vt sunt Vxoricidium, cū promissione Matrimonij cum alia: Adulterium cum aliquo ex Coniugibus, cum promissione futuri Matrimonij, post mortem alterius: Vt habetur in toto titulo *de eo, qui duxit in Matrim. quam poll. per adult. & cap si viuente* 31. q. 1. Sic etiàm, electio Religiosi ad prælationem, cui ipse cōsentit sinè Superioris sui licentia, irritatur in pœnam suæ præsumptionis: Vt expressè dicitur *in cap. si Religiosus de elect. in 6.* Ità Baldus, *in leg. turpit ff de legat.* 1. Panorm & Decius *vbi suprà.* Sanchez, *loco citato, & lib. 7. de Matr. disp. 5 nu.* 7. Suarez, *d. cap 19 nu.* 7. Merolla, *nu.* 187. & alij.

Quibus modis possit impediri irritatio actus? Dub. 11.

96 ADuerte: Duobus modis posse actum fieri irritum per legem: Primò, mediante sententia Iudicis condemnatoria, vel saltèm declaratoria criminis. Secundò, immediatè per ipsamèt legem, statìm ac fit actus. In præsenti agemus de primo modo: in sequenti de secundo.

Est generalis regula, vt ait Merolla *in 2. tom. disp. 4. cap. 5. dub.* 14. *nu.* 194. Quotiès lex irritat actum, dependentèr à sententia Iudicis: licèt actus à principio irritabilis sit

ſit ratione legis, vt per ſe conſtat; nihilhominus eius irritatio multis modis impediri poteſt: & dum nō irritatur, actus permanet validus: ſiuè iuſtè, ſiuè iniuſtè irritatio impeditur: vtroque enim modo id contingere poteſt.

97 Primò (vt ait Suarez, *lib. 5. de leg. cap. 21. n. 2.*) impeditur ſinè iuſtitia, ſi actus ſit occultus, ità vt in iudicio probari non poſſit: quià ex vi talis legis, nemo tenetur, actum ſuum irritare: vel contractum diſſoluendo, vel ſpoliando ſe rebus acceptis. Et ideò non peccat, qui talem actum occultum, tanquàm omninò firmum, & validū, perpetuò conſeruat: quià reuera talis eſt, quamdiù à Iudice non irritatur.

98 Limitat hanc ſententiam Merolla, *to. 2. de leg. diſp. 4. cap. 5. dub. 14. num. 195. verſic. limitatur*. Niſi ipſomèt actu aliqua iniuſtitia commiſſa ſit. Quià (vt probat ipſemèt Merolla, *in 1. to. diſp. 1. cap. 3. dub. 20*) metu extorta per aliquem Contractum, ſiuè onerosum, ſiuè lucroſum; ſunt in conſcientia obnoxia reſtitutioni: quamuìs Contractus non fuerit ipſo iure irritus, ſed ſolùm irritandus. Et ità dicit: ſi nequè contractus eſſet irritandus per Iudicem; vt ſi metus fuiſſet leuis, vt in ſupra citato loco oſtendit. Vndè fit, quòd licèt venditio rei vltrà dimidium iuſti prætij, non ſit irrita, ſed irritanda: quamuìs non reſcindatur de facto, quià eſt occulta; tenetur tamèn Venditor in conſcientia, & abſque vlla coactione Iudicis, reſtituere partem illam prætij, in qua exceſſit iuſtitiæ æquitatem, & omnia damna, quæ ob eam cauſam, vel proptèr dilationem reſtitutionis iniquam, Emptor paſſus eſt. Et è cōuersò, idem dicēdum eſt, ſi Emptor fuit iniuſtus: emendo rem minùs iuſto prętio, vel infrà dimidium iuſti prætij.

99 Secundò (vt ait Merolla, *nu. 196.*) Poteſt hæc irritatio actus (etiàm ſi publicus, aùt priuatus ſit) ſinè iniuſtitia impediri: aùt ex conſenſu partium, quià neutra vult illū reſcindere: aùt quià illa pars, cui intereſt, non vult litem mouere, nec reſciſſionem intentare: Tùnc enìm nihìl agitur contrà legem, cum ipſa non imperet partibus, vt actum reſcindat. Nec etiàm ſibi faciunt iniuriam: vel quandò ex mutuo conſenſu actum conſeruant: quià volenti, & conſentienti non fit iniuria: vel quandò is, qui habet ius, non intentat actionē: quià ipſe poteſt cędere iuri ſuo, & alter nō obligatur ad irritationem procurandam. Semper tamèn tenebitur ad recompenſationem faciendam, ſi iniuriam intulit, iuxtà dicta numero præcedenti. Vndè fit, vt poſſit etiàm hæc irritatio impediri per legitimam præſcriptionem aduersùs actionem, ſeù Actorem, qui fuit negligens, in petenda irritatione: nàm ſi contrà illū præſcriptum ſit, conſequentèr eſt omninò firmatus actus, & irritatio excluſa: quià hæc non poteſt fieri, niſi mediante actione: & actio fuit per præſcriptionem excluſa. Quot tempus ad præſcribendum ſufficiat, dicebimus in Tractatu de Contractibus.

100 Tertiò (vt ait Merolla, *nu. 197*) Poteſt hæc irritatio impediri: licèt actus ſit publicus, vel probabilis, & ad Iudicem delatus, vt illum irritet: quià Iudex cum effectum illum non irritat, ſeù ſententiam non profert: nàm ſiuè iure, ſiuè iniuria id facere omittat; quamdiù cum effectu actum non irritat, ille valorem ſuum retinet cum omnibus effectibus, qui ab illo naſcuntur. Benè verum eſt, quod quādò irritatio iniuſtè denegata eſt, tenebitur ad recompēſandum damnum ille, qui iniuriā intulit: ſiuè fuerit Iudex, iniuſtè iudicando contrà allegata, & probata, aùt non proferendo ſententiam irritationis: ſiuè fuerit falſus teſtis: ſiuè alia tertia perſona iniuſtè cooperando: ſiuè ipſemèt Reus iniuſtè ſe defendendo.

Dubitatur: An ſi pars illa, quæ rem alterius per Contractum irritabilem validè comparauit, per iniuſtitiam impediat, nè Cōtractus irritetur: vel per vim, & metum alium cogendo, ne reſciſſionem Contractus petat: vel ſubornando Iudicem, aùt falſos teſtes, &c. In eo caſu teneatur ex iuſtitia, reſcindere Contractum; etiàm ſi per Iudicem irritatus non fuerit?

101 Prima opinio ait: Reum teneri in cōſcientia ad reſciſſionem Contractus, alio volente: vel ad reddendam priori dominio rem, per Contractum acquiſitam: vel quid ſimile. Cuius ratio eſt: quià, vel ille tenetur reſtituere aliquid Actori in illo caſu, vel non. Hoc ſecundum videtur incredibile: quià plenè irrogat illi iniuriam; cum per media iniqua, illum impediat a conſecutione iuris, quod per leges illi competit. Itèm ſi falſus Teſtis per iniquam deceptionem illum impediat, tenebitur ei ſatisfácere: ergò, & Actor tene-

tenetur. Quòd si restituere tenetur, profectò debet in propria specie illud restituere, quod iniustè impediuit: quandò quidem potest. Nam vbi restitutio in propria specie fieri potest, non potest dari æquiualens, pro voluntate debitoris: quia alter habet ius ad suam rem propriam. Immò in præsenti casu, cùm agitur de rescissione Contractus, præcipuè videtur intenta recuperatio rei propriæ in propria specie. ergò &c. Ità Merolla, *tom. 2. de leg. disp. 4. cap. 5 dub. 14. num. 200.* Molina. *tom. 2. de iust disp 514. num. 2.* Suarez, *lib. 5. de leg. cap. 21 nu. 6.* Vasquez, *1. 2. disp. 175 in fine.* Bonacina, *de Contract. disp. 2. q. 3. nu. 3* & alij, *quos in lib. 1. tract. 1. cap. 5. dub. 19. nu. 101.* citauimus.

102 Secunda opinio ait: In casu proposito: Eum, qui rem alterius, per Contractum irritabilem validè comparauit, non teneri in conscientia, & ex iustitia rescindere illum. Cuius ratio est: quia hæc est quædam pœna. At verò nullus Reus obligatur ad restitutionem pœnæ, ad quam condemnatus esset secundùm legem, si de facto non condemnatur; etiàm si per iniquam, & iniustam tergiuersationem, vel subornationem, condemnationem impediuerit (vt docent Doctores, quos *in l. 1. tra. 1. cap. 5. nu. 95. citauimus*) ergò neque hic tenetur ad rescindendum Contractum, etiàmsi dolo euitet condemnationem ad huiusmodi pœnam. Ità Castr. Palaus, *in oper. moral. tract. 3. disp. 2 pu. 12 nu. 5.* Et à fortiori: Doctores, qui dicunt, Reum legitimè interrogatum, negantem veritatem, non teneri pœnam restituere, qua damnandus esset. *vt, in d cap. 5. n. 18. citauimus.*

103 Vndè Vxor legitimè accusata de adulterio, si falsis Testibus se tueatur, & sic absoluatur: nō tenetur, dotē viro restituere, quæ illi adiudicata fuisset, si vxor de adulterio damnata esset, iuxtà *c. plerūq; de donat. inter vir. & vxor. & l. consensu. §. 1. C. de repud. l. 1. §. taceat. C. de rei vxor. act.* Ratio est: quià quod vxor ob adulteriū perdat dotem, & accrescat Viro, statutū est in pœnam Adulterij. quarè Actor, seù Vir non habet directè ius ad pœnam: sed indirectè, & per accidens, mediante sententia Iudicis, qua ad illam condemnatur Reus. Ità Angles. *in florib. par. 1. de rest. leg. pœn. tit. 1. diff. 1. concl 3.* Lopez, *pa. 1. cap. 159* Rodor. *p. 1. sum. in 2. edict. e 186. n. 6* Graffius, *pa. 1. decis lib. 3. cap. 7. nu. 25.* & alij, quos *in lib. 1. tractat. 1. capit. 5. numer. 117.* citauimus.

Quò ad secundum quæro: An lex ipso Iure irritans actum, impedire possit, nè actum nullum reddat?

104 QVandò irritatio tantùm in pœnā imposita est à lege, potest impediri per ignorantiam talis legis: vel aliam similem causam, quæ à culpa saltèm mortali excuset. Quià cessante causa per se, & adæquata, cessat effectus: Sed in præsenti casu, culpa est causa per se, & adæquata talis irritationis, quià hoc modo est causa pœnæ: & illa irritatio, pœna quædam est, vt supponitur. ergò &c. Ità Salas, *de leg. disp. 16. sect. 3. nu. 4.* Sanchez, *lib. 9 de Matrim. disp. 32 nu. 18.* Bolognettus, *in leg. omnes populi ff. de iust. & iur. n. 153.* Suarez, *lib. 5 de leg. ca. 22. n. 3.* Card. *in Clem. 1. de elect. q. 18.* Merolla, *to. 1. disp. 1 cap. 2. nu. 53. & to. 2. disp. 4. cap. 5 dub. 15. num. 205.* & alij.

105 Quandò lex non irritat actum, tātùm in pœnam delicti: sed proptèr commune bonum, vel in fauorem aliquorum; siuè constituendo formam substantialem, seruandam in actu; siuè prohibendo, & irritando simùl: nullo modo potest irritatio illa ex aliqua causa, vel occasione impediri, communitèr docent. Quorū ratio est: quia, vt actus sit validus, non obstāte tali lege irritante, necessarium est, vt intercedat aliqua sufficiens ratio interpretandi, legem illam non procedere in alio casu: idest, non fuisse mentem Legislatoris, obligare ad seruandam talem formam in tali opportunitate: sed hęc interpretatio admittenda non est in tali lege irritante, quandò illa exceptio in ipsa lege, vel in alio iure nō habetur: ergò &c.

An lex irritans, interdùm priuetur suo effectu, quià in præsumptione fundatur? Dub. 12.

106 PRima opinio ait: Legem irritantē non irritare actum in reipsa, quandò fundatur in præsumptione, & veritas non est conformis præsumptioni. Cuius ratio est: quià sicut lex simplicitèr præceptiua, in præsumptione fundata, non obligat in conscientia; quandò veritas in reipsa non est conformis præsūptioni: ità etiā dicendū est de lege irritāte: siuè substantialem formam actus præscribat

scribat: siuè absolutè prohibeat, vel præcipiat actum, addendo irritationem. Ità Innoc. *in cap. quod sicùt, nu. 8. de elect.* Panormit. *in cap. porrectum, num. 13. de regul. & in cap. 1. nu. 19. de restit. in integ.* Felin. *in cap. 1. de const. nu. 39* Nauarr. *in comm. de alien. rer. Eccles. nu. 17. & comm. de spol. §. 2. nu. 6.* & alij.

107 Vndè, (secundùm hanc opinionem) alienationem rerum Ecclesiasticarum, prætermissa forma iuris Canonici, licèt à iure irritetur, validam esse inconscientia; si in re seruetur naturalis Iustitia, & Ecclesiæ vtilitas. Ità Nauarr. Innocent. Panorm. & Anton. *in cap. quià plerique, de Immun. Eccles.* Sarmient. *in tract. de reddit. Eccles. p. 1. cap. 2. à n. 6* Rodriquez, *to. 1. qq. regul. q. 27. art. 10* Aloysius Riccius, *to. 1. prax. resol. 7* & alij.

108 Secundò: Electionem, factam sine solemnitate, à iure requisita ad valorem eius, validam esse inconscientia; si iusta alioqui sit, & cum forma, iure naturæ sufficienti fiat, dicunt Innocentius, Felinus, & Rodoriquez, locis citatis.

109 Tertiò: Professio, facta sine solemnitate iuris, inconscientia ligat, & valida est; si cum sufficienti libertate, & iustè facta est, & acceptata *ex d. cap. conetur* cũ Gloss. 2. *ibi.*

110 Secunda opinio ait: Actus, factos contrà leges, constituentes substantialem solemnitatem, tanquàm simplicitèr necessariam ad eorum valorem, esse nullos ex defectu talis solemnitatis: etiàm si in re fiant ex vero consensu, & sinè vllo defectu contra legem naturalem. Cuius ratio est: quià illa forma est substantialis, ex institutione humana iusta: ergò sinè illa, actus est inualidus: quià non potest aliquid subsistere sinè substantiali forma. Vel clariùs: Lex humana ex iusta causa potest inhabilitare, seù impotentem reddere voluntatem subditi; vt non possit transferre dominium, nisi tali modo, & cum talibus circumstantijs: ergò si lex ità hoc absolutè disponit, & est iusta, sempèr id operatur. Nèc possumus nos, eam limitare ad casus particulares, in quibus reuera inuenitur malum, quòd timetur: cùm lex ipsa hoc non distinguat: nec ex ratione, in qua Iustitia eius fundatur, id colligi potest. Ità Suarez, *lib. 5. de leg. cap. 24. num. 4.* Salas, *de leg. disput. 10. sect. 4. num. 21. in fine.* Villagut. *in tract. de extens. leg. tit. de extens. leg. pœn. quæ ad valorem actus, num. 24. & sequ.* Euerard. *in suis Topic. loco à defectu formæ.* Merolla, *tom. 1. de leg. disput. 4. cap. 5. num. 228.* & alij.

111 Vndè primò: Alienationes rerum Ecclesiasticarum, sinè substantiali solemnitate factas, esse nullas. Ità Panormit. *in cap. tua col. 2. de his, quæ fiūt à Prælat. sinè cons. cap.* Magon. *decis. florent. 69. num. 4.* Ioseph Ludouicus, *decis. Perus. 93.* Farinac. *decis. 203.* Couarr. *lib. 2. var. cap. 17.* Suarez, *d. cap. 24. num. 9.* Merolla. *d. cap. 5. num. 233.* & alij.

112 Secundo: Idem dicunt de Electionibus, non ritè factis; quantùmuis Electus dignus sit. Vndè putant, non posse cum bona conscientia retinere munus, vel præbendam; nisi defectus aliquo modo suppleatur.

113 Tertiò: In professione religiosa, si defectus solemnitatis substantialis contrà leges Ecclesiasticas interueniat, valida non erit: etiàm si optima fide, & cum omnibus circumstantijs, iure naturæ sufficientibus, facta fuerit. Vt constat *ex Concil. Trid. sess. 25 de regul. cap. 15.*

An omnis lex, prohibens simplicitèr actum, eo ipso irritet illum; ità vt omnis actus, factus contrà legem prohibentem, nullus sit? Dub. 13.

114 Ferè omnes Iuris periti dicunt: Legem, simpliciter prohibentem actum, etiam si nihil aliud addat, irritare illum. Ratio istorum deducitur ex *leg. non dubium, C. de legibus.* vbi Imperator declarat: omnes Contractus, & actus similes, qui fiunt contrà legem prohibentem, esse inualidos, inutiles, & pro infectis haberi. Et subiungit: hoc procedere, etiàm si lex non dicat, vt actus non valeat, sed solùm, vt non fiat. Ità Bartol. *in leg. non dubium. C. de legib.* vbi Iason, & alij. Glossa. *in capit. licèt, de electio in 6.* Panorm. *in cap. nulli, de reb. Eccles. non alien. & in cap. ad Apostolicam. de regul. nu. 10.* Card. *in Clem. 1. de rescrip.* Tiraq. *in leg. vlt. connub. gloss. 4. nu. 5 & 6.* Io. Camill Rillotta, *in tract. de Absolu. à iur. lib. 1. cap. 12. n. 1.* Lazar. *de monit. sect. 3. q. 6. n. 14.* & alij. Et videtur tenere Couarr. *in cap. quamuis pactum, pa. § 4. nu. 6.*

115 Et vt meliùs in hac quæstione procedamus, sciendũ est (vt ait Merol. *in 2. to. de leg. disp. 4. c. 5. dub. 18. n. 237*) Duplicitèr possumus nos loqui de lege simplicitèr, ac purè prohibẽte: Vno modo, spectata sola natura

tura rei: seù, quòd idẽ est, attẽta sola verborũ vi, supposita significatione propria, & rigorosa verbi prohibendi, sinè additione, & extensione, aut interpretatione aliqua iuris positiui. Alio modo, loqui possumus de verbo prohibendi, vt ampliato, seù extenso per legem aliquam humanam, siuè ciuilem, siuè canonicam; constituentem regulam generalem, sic interpretantem iuridicè sensum legis prohibentis, vt vim habeat irritantis; etiàm si per solum verbum prohibendi, sinè additione clausulæ irritantis, feratur. Hoc supposito. Quæro primo

An spectata sola rei natura, ea, quæ fiunt contrà legem purè prohibentem, sint irrita ipso iure?

116 Affirmatiuè respondet prima opinio. Quià voluntas Inferioris nõ potest esse efficax contrà voluntatem Superioris. Sed quandò lex simplicitèr prohibet actum, resistit illi volũtas Superioris: ergò non potest esse efficax voluntas Inferioris. Sìc videtur tenere Bald. *in cap. nam concupiscentiam, de cõst. in princip.* vbi nullitatem actus prohibiti, vocat Pœnam naturalem eius: *Quid omne* (inquit) *quod est prohibitum, naturalitèr est inualidum.* Quod dictum approbat Decius. *in cap. 2. de const. sect. 1. n. 15.*

117 Secunda opinio negat. Cuius ratio est: quià prohibere actum, & irritare illum, sunt effectus valdè diuersi: ergò, vt per legem fiant, debent per eius verba sufficientèr explicari. Sed per solum verbum prohibendi non explicatur effectus irritandi: ergò non fit ex natura rei per legem, vtentem purè, & simplicitèr verbo prohibendi; quantùm vis directè, ac specificè actum prohibeat. Antecedens est clarùm: Tùm quià, Prohibere solum est, præcipere, & obligare, vt actus non fiat: Irritare verò non est præcipere, sed facere: scilicèt inefficacem reddere voluntatem, vel consensum eius; aùt inhabilitare personam. Tum etiàm, quià illi duo effectus sunt inuicèm separabiles: nàm sæpè prohibetur actus, & non irritatur, vt per se constat. Nàm prohibitum est, etiàm iure naturæ, donari vni rem alteri promissam: & tamèn donatio valida est. Itèm lex ciuilis prohibet ludum Alearum: & nihilominùs non irritat illum actum, vt patet: Quià, lucrata per talem actum, non sunt abnoxia restitutioni in conscientia antè sententiam Iudicis. Et Incestuosis prohibetur, contrahere Matrimonium, *cap. . & cap. ex litteris, de eo, qui cognosc. consang.* & tamèn id Matrimonium non irritatur: Immò sæpè prohibetur actus, qui irritari non potest. Vt cum alicui Sacerdoti præcipitur, nè celebret: aùt Episcopo, nè ordines conferat. Et è contrariò, interdùm irritatur actus, si fiat: licèt non prohibeatur, ne fiat. Sicùt lex ciuilis irritat Testamentũ, factum sinè certo numero Testium: non tamèn prohibet, nè fiat. Ergò illi duo effectus sunt diuersi. Ità Innocent. *in cap. si verò, de sentent. excõmun.* Felin *in cap. 2. de constitu nu. 5.* Suarez, *lib. 5. de leg. cap. 25. nu. 22,* qui dicit, esse communem: Salas, *de leg. disp. 15. sect. 5.* Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 5. dub. 18. nu. 239* & alij.

118 Si scire vis, quibus verbis, aut modis, lex prohibens actum, irritet illum, Dico: quotiès in verbis irritantibus additur v. g. *ipso facto,* vel, *ipso iure sit nullus,* vel aliud æquiualens: vt, *non valeat,* vel, *pro infecto habetur. leg. stipulatio, ff. de verb. oblig.* Ità si dicat: *Careat viribus,* vel, *careat robore,* vt docet Gloss *in cap. ad aures. v. vices de rescrip.* Felin. *in cap. Rodulph. nu. 27. eod. tit.* Idem est de illis verbis: *Robur, & firmitatem non obtineat. cap. decet §. ordinarij, de immun. Eccles. in 6.* vbi Gloss. & alij communitèr. Et idem est de his verbis. *locum non habeat.* Gloss. *in cap. præsenti, v. non habere, de sent. excom. in 6* vbi Archid. & Gemin. Idem est de his verbis, *nullas vires obtineat.* Butr. *in cap. ad aures, de rescript.* Adrianus Siculus. *in Clem. 1. de elect.* Felin. *loco citato nu. 28.* vbi etiã *num. 26 & seq.* cum multis alijs. Idem ait de his verbis, *nullo modo fiat, omninò fieri prohibemus.* Idem dicit Merolla, *vbi suprà nu. 241.* de illis verbis, quæ significãt, legem impedire translationem dominij, aùt iuris, *Non faciat suum, non possit in conscientia retinere,* & similibus.

Secundò: An ex vi iuris communis ciuilis, omnis actus factus contrà legem prohibentem, sit irritus ipso iure?

119 Prima opinio ait: Ex vi iuris cõmunis ciuilis, non omnes actus factos contrà prohibentem, esse irritos ipso iure: sed tantùm factos in fraudem legis. Ità Fernand. Mendoza, *1. de pact. cap. 4.* Explicat *tex. in leg. non dubium. C. de leg. & probat ex illis verbis, quæ habentur in principio eiusdem legis: Non dubium*

bium est, in legem committere eum, qui verba legis amplectens, contrà legis nititur voluntatem. Idem affirmat, ex lege originali, quæ fuit Theodosij Imperatoris. Et habetur in *Cod. Theodosij lib. 1. nouell. Theodos tit. 4.* Ibi constat, Theodosium condidisse illam legem, occasione quorũdam Curialium, qui cum essent prohibiti, nè ad Procurationes rerum alienarum accederent, ipsi conducebant illos, fingentes: Conductionem non esse Procurationem, quę erat fraudolenta transgressio legis: Cum Conductio species quædam Procurationis sit, vt ait ibi Theodosius.

120 Secunda opinio ait: Omnem actum, factum contrà legem prohibentem, non esse irritum ipso iure, sed irritandum per sententiam Iudicis. Quià per Iudicis sententiam ità declarari potest irritus, ac si fuisset irritus a principio; ab eo videlicèt tempore, quo talis actus præstitus fuit. Nõ negat tamèn, ad esse multas leges, absolutè, & simplicitèr prohibentes aliquos actus, & contractus, etiàm in foro cõscientiæ antè sentẽtiam Iudicis: sed negat actus, factos contrà legem, tales actus prohibentem, esse simplicitèr irritos antè sẽtentiam Iudicis: quamquàm irritari possunt: ac si à principio fuissent irriti. Et hoc procedit in his tãtum locis, in quibus lex Imperatoris recepta est. Nam actus, facti contrà legem tantummodò, prohibẽtem per se, & ex natura sua, non sunt irriti: nec videntur irritandi per sentẽtiam, ac si ab initio fuissent irriti; nisi alitèr iure aliquo præscribatur: sicùt reipsa præscribitur *in leg. non dubium* Citata, respectu illorum locorum, qui legibus Imperatorijs subijciuntur: modo lex, *non dubium*, recepta sit, quam paucis in locis receptam esse arbitror. Ità Bonacina, *de leg. disp. 1. quæst. 1. pu. 7 §. 5. nu. 10.*

121 Attamèn tertia opinio est communis intèr Iuristas, & Theologos, dicentes: Ex vi iuris communis ciuilis, omnem actum, factum contrà legem prohibentem, esse irritum ipso iure: et iàm si lex aliam clausulam irritantem non addat. Vt clarè patet *in leg non dubium C. de legib.* Quià in ea expressè annullantur omnes Contractus, contrà legem facti. Et posteà extenditur decisio illa ad omnium legum, tam antiquarum, quàm nouellarum interpretationes Ibi, *Vt, ea, quæ lege fieri prohibentur, si fuerint facta, non solum inutilia, sed pro infectis etiàm habeantur: licèt Legislator fieri tantùm prohibuerit, nec specialitèr dixerit: inutile esse debere, quod factum est.* Quid clarius? Idem colligitur ex illis verbis: *Vllius est momenti*, quæ habentur in fine legis: ea enim denotant nullitatem ipso iure. Ità pratèr Doctores citatos *n. 114.* docent Molina, *to. 1 de iust. trac. 2. disp. 88. vers. Moueor autèm.* Siluester. 1 *lex qu. 28.* Vasquez, *1. 2. disp. 164. cap. 1.* Farinac. *2. p. fragm. vbi de lege, nu. 125.* Suarez, *lib. 5. de leg. cap. 28. nu. 1.* Megal *to. 1 v. Baptismi patrinus, nu. 4.* Merolla, *to. 2 de leg. disp. 4. cap. 5. nu. 248.* & alij.

122 Hæc communis sententia triplicitèr limitatur. Primò: Vt intelligatur tantùm in Terris, subditis Imperio: vel, quæ iure communi Cęsareo gubernantur. Sic Merolla, *nu. 250* Secundò: Vt intelligatur solùm, vbi lex illa viguerit: nàm si consuetudine abrogata sit, nõ habebit effectum. Sic Molina, *disp. 88 §. Ad confirmationem primi argumenti* Tertiò: Vt habeat locum circà leges prohibentes, & non adijcientes aliam pęnam. Quià si Legislator aliam pœnam addidit, videtur, illa fuisse contẽtus. Ac irritatio introducta, *per leg. non dubium.* pœnalis est: ergò non est existimãdum, voluisse Imperatorem, multiplicare pœnas: sed locutum fuisse de lege, tantùm prohibente. Ità Siluester. *v. lex. qu. 28* Molina, *to. 1. de iust. tract. 2. disp. 88. vers.* Ad confirmationem Suarez, *lib. 5. de leg. cap. 28. nu. 19* Alex. *consil. 24. incip. Viro tamèn lib. 6* Vant *in tract. de nullitat. Quòt, & quibus modis nullitas in Iudic. num. 54.* & alij.

Tertiò: An ea, quæ fiunt contrà legem Canonicam, purè prohibentem, sint ipso iure irrita.

123 Est communis opinio, tàm Canonistarum, quàm Theologorum: Huiusmodi Acta contrà legem Canonicam, purè prohibentem, saltèm regularitèr, non esse ipso iure irrita, nisì ex alijs verbis adiunctis constet de tali effectu. Quorum ratio est: quià hæc irritatio ex natura rei non declaratur sufficientèr per verbum prohibendi. Sed nulla est lex canonica, quę aliam vim, vel significationem illi verbo tribuerit: ergò &c. Tùm quià, quandò Pontifices, & Concilia volunt irritare aliquem actum, quem prohibent, clausulam irritantem adijciunt, per quã aliquandò etiàm modum, & tempus irritationis declarant. Vt patet *ex cap. statutum de rescrip. in 6.* vbi cum, *§. Insupèr*, & sequen-

sequentibus, acceptio numerum prohibeatur Legatis Apostolicis; posteà, in §. *si quid autèm*; additur irritatio acceptionis, per obligationem inconscientia ad restitutionem: Quià nimirùm, censuit Pōtifex, solam prohibitionem non sufficere ad illam obligationem. Tùm etiàm patet ex duabus Constitutionibus, à Sixto V. & Clemente VIII. editis. Sixtus enim priùs prohibuit, nè professio in Religione fieret, nisi certo modo: & quià alitèr facta valere nōvoluit, clausulam irritantē addidit. Clemens autèm posteà, prohibitionem confirmans, irritationem abstulit. Supponit ergò, prohibitionem nudam non irritare. Confirmatur: nàm Matrimonia Clandestina, antè Concilium Tridentinū erant prohibita lege Canonica; & tamèn non erant irrita: ergò ea, quæ fiunt contrà legem Canonicam purè prohibētem, non sunt statìm ipso iure irrita. Vt benè Merolla, *tom.2. disp.4. cap.5. dub.18 diff.3 à num.157.*

An lex, dans formam actui humano, sempèr irritet illum, qui fit sinè tali forma: etiàm si clausulam irritantem non addat? Dub. 14.

224 Communitèr dicunt: Quotiès lex aliquid præcipit pro forma actus, vel contractus, irritare actum alitèr factum, etiàm si clausulam irritantem non addat: dum modò ea forma, per legem ordinata, substantialis sit: secùs verò si accidentalis. Ratio istius communis opinionis est: quià forma substātialis est illa, quæ dat esse rei: non autèm accidentalis: ergò omissio formæ substantialis tollit substātiam actus: non autèm accidentalis. Vide Doctores *nu.* 125. citatos.

125 Ad cognoscendum, quandò forma est substantialis, & quandò accidentalis: relictis omnibus, à Doctoribus assignatis, quæ refert Suarez, *lib.5 de leg. cap.31.* Dico cum Merolla, *to.2. de leg. disp.4. capit.5. dub.19 num.269. vers. Ad discernendum.* Quotiès Legislator, qui præscribit formā, seu solemnitatem in aliquo actu; dat etiā potestatem, ad efficiendum actum, seruata tali forma: tùnc talis forma est de substātia actus. Quandò verò supponitur potestas, & additur noua solemnitas, seù forma: tùnc non censetur esse substantialis; nisi per specialem clausulam declaretur. Ratio prioris est: quià tùnc potestas limitatur iuxtà formam præscriptam ab eo, qui potestatem dat: & ideò actus, in quo forma non seruatur, excedit potestatem, & consequentèr est nullus: ac proindè forma censetur substantialis, etiam si nō addatur speciale verbum irritans. Ità Glossa, *in Clem. 1. de iur. patron. v. Inhibentes* Vbi ait: quandò à principio datur potestas sub tali forma, defectum formæ irritare actum. Et ità dicunt Felin *in cap. ex parte, de Constit. in princ.* & ibi Panormit. *circà finem.* Suarez, *lib.5. de leg. cap.31 nu.9* Sanchez, *v. consilium quæst.4.* Rodoriqu. *to.2. qq. regul. quæst.45. art.2. ad finem.* Merolla, *tom.2. de leg. disp.4. cap.5. dub.19. nu. 270.* & alij. Nàm quià Pontifex, *in dic. cap. ex parte*, dat facultatem quibusdam personis, conferendi certas præbendas cùm consilio Episcopi: si conferant sinè consilio Episcopi, dicit: collationem esse nullam: Quià non est seruata forma, cum qua data est potestas. Et idem habetur *in cap. cum dilecta, de rescript.* & probatur etiàm *ex leg. cum hi, §. si Prætor, de transact.* Vndè quandò potestas delegatur, & datur forma procedendi in causa, defectus talis formæ censetur actum vitiare, vt probat dictum *cap. cum dilecta. de rescrip* ibi *Proptèr quod processum ipsorum, contrà nostri formam rescripti, ac iuris ordinem attentatur, irritum determinamus, & inane.* & *cap. venerabili*, iuxtà Gloss. *de offic. de leg.* ibi *Quorum processus cassauimus: quià contrà mandati nostri tenorem*, &c. vbi Glossa, *cassauimus*, exponit: id est, cassas, & irritas denuntiauimus. Idem *in capit. ult. de restit. spolia.* ibi *Irritum iudicauimus*: vtique proptèr defectum, in forma commissum.

126 Limitant hanc primam partem Sāch. *de Matrim. lib.3. disp.5. nu.3.* Merolla, *to.2. de leg. disp.4. cap.5. nu.271.* & alij, vt nō procedat, quandò datur potestas, & simùl præcipitur forma apponi, quæ de iure communi inest accidentalitèr, & non substantialiter: tùnc enim non debet præsumi, vt substantialem expostulari: sed est admonitio quædam, vt seruetur forma iuris cōmunis. Exemplum est clarum in contractu Matrimonij. Si enim Episcopus det facultatem Sacerdoti, assistendi Matrimonio aliquorum, præmissis denuntiationibus: si omittantur denuntiationes, adhùc erit validum Matrimonium: quià non cēsetur Episcopus, illam conditionem alio modo expostulare, quàm à iure expostulata est. Cum autèm à iure solùm de solemnitate accidentali, & non substantiali sit

sit requisita; efficitur, nequè àb Episcopo alio modo expostulari, nisi clarè explicet.

127 Secunda verò pars probatur. Quià hæc forma, quæ præscribitur, supponit absolutam potestatem, quæ poterat validè operari sinè tali forma. Ideò, si noua lex expresè non tollit, aùt minuit potestatem, censetur actus ab antiqua potestate manare: & ità esse validus, licèt iudebito modo fiat, proptèr solemnitatem, ac formam nouam, non seruatum. Vt ergò talis forma, substantialis cēseatur; necesse est, vt in lege exprimatur. Ità Gossa, *in Clem.* 1 *de iur. patron v Inhibentes.* & ibi Card *qu.* 7. Archid *not.* 3. Imol *n.* 4. Panor. *nu.* 1. Felin *in cap & parte, de const limit* 2. & ibi Imol. *num.* 3. *ad finem* Panorm. *nu* 5. Egid. *dec.* 69. Siluester. *v. consilio qu.* 4. Rota Romana, *in nouiss. decis* 750. *nu.* 4. *tom.* 1. Farinac. 1. *par fragm vbi de lege, n.* 225. Merolla, *nu.* 272. & alij.

128 Ex his deducitur primò: Forma seruāda, in ferenda sententia Excommunicationis, quæ habetur *in cap* 1 *de sentent. excomm in* 6. non censetur substantialis, sed accidentalis: quià datur pro his, qui iam habēt potestatem excommunicandi: & nō additur aliquid, quo maior necessitas in tali forma significetur. Ità Merolla, *tom.* 2. *de leg disp* 4. *cap* 5. *num.* 272. *vers. Hinc infertur* Sanchez, *lib* 3. *de Matr. disp* 5. *nu.* 4. Suarez, *cap.* 31 *nu* 10 Emanuel Sa. *v. lex, nu.* 14. Salas, *loco citato*, & alij.

129 Secundò: Quid dicendum de illa quęstione: An si Episcopus, Sacerdoti potestatem habenti, audiendi confessiones; præcipiat, nè audiat cōfessiones Fęminarum, validæ adhùc sint confessiones, illi factæ à Fęminis?

Negat prima opinio. Quià approbatum limitatè ab Episcopo, solum posse eligi ab illis, respectu quorum approbatus est. Ità Decius, *in cap.* 2 *de testib. nu.* 17. *vers. secùs si temporalis sit.* Rota, *in nouis. decis.* 250. *nu.* 3. *vol* 2. Sanchez, *lib.* 3. *de Matr. disp.* 32. *num.* 2. & alij.

130 Secunda opinio affirmat. Ratio est: quià cum aliàs Sacerdos ille habeat potestatem, validè audiendi confessiones, etiàm Fęminarum, non debet censeri restricta per aliam simplicem prohibitionem, nisi expresè dicatur Ità Io. Medina, *tract.* 2. *de Confess quast. de Sacerd. alia per Paroch. eligend. ad finem* Palac. *in* 4. *dist.* 17. *disp* 7 *vers. Rursus ait.* Henriquez, *lib.* 6. *de Sacrat. cap.* 6. *nu.* 6. Salas, *de leg disp.* 16 *sect.* 10 *nu.* 43. Ferd. Castro, *tom.* 1. *tract.* 2. *disp.* 2. *pu.* 9. *nu.* 6. Merolla, *tom.* 2. *de leg. disp.* 4. *cap.* 5 *nu.* 273 *vers. Oppositum tamèn.* & alij.

131 Tertiò. Si quis habuerit potestatem faciendi aliquem actum: & Superior præcipiat, vt illum faciat cum consensu aliquorum: validum fore actum, sinè tali cōsilio effectum. Ratio est: quià tùnc pręsumitur consilium mandari, vt rectè actus fiat, non validè, vt docent Panormitanus, *in cap ex parte: de constit. circà finem* Siluester, *v. consilium qu* 4. Salas, *de leg. disp.* 16. *sect* 10. *num.* 43. Merolla, *nu* 273 *vers.* 4. & alij. Secùs verò dicendum est, quādò aliūdè non habēti potestatem, simul cum appositione illius clausulæ, potestas detur.

132 Quartò. Matrimonium, celebratum coràm Parocho, cui Episcopus præceperat, nè illi assisteret, validum est. Quià cum Parochus habeat à iure potestatem, assistendi Matrimonio; non censetur restricta per illam simplicem prohibitionem. Ità Sanchez, *lib.* 3. *de Matr disp.* 32. *n.* 2. Filliuccius, *tract.* 10. *cap.* 6. *qu.* 6 *nu.* 215. Reginaldus, *lib.* 3. *nu* 179. Merolla, *disp* 4. *cap.* 5. *nu.* 274 Petrus de Ledesma, *de Matr. qu.* 45. *nu.* 5 *pu* 4 *dub.* 2. *vers Primum dubium* Rodoriquez, *pa.* 1. *sum in* 2. *edict num* 4. & alij. Et sic declarasse Sacra n Congregationem Cardinalium, refert Salzedo, *in pract Diaz cap.* 73. *§. Primum dubium.*

Etiàm si Episcopus, non solùm interdicat Parocho, nè illi Matrimonio assistat; verū etiàm si addat clausulam, irritantem ipso facto Matrimonium illud, si secùs factum fuerit. Ratio est: quià si Episcopus posset præcipere Parocho, nè certum Matrimonium celebrare præsumat, & irritare illud si alitèr fiat: ità poterit etiàm prohibitionem facere ipsis Contrahentibus, nè intèr se Matrimonium inheant, & addere clausulam irritantem, quod est falsum. Ergò, &c. Ità contrà Sanchez. *lib. de Matr. disp.* 32. *nu.* 2. docet Merolla, *tom* 2. *de leg. disp.* 4. *cap.* 5. *nu.* 274 *vers. Ego verò existimo.*

133 Limitant aliqui prędictam secundam partem. Nisi Legislator, formam constituendo, adderet; actum alitèr fieri non posse: tùnc enim induceret formam substantialem, sinè qua actus non valet: quià per additionem illius negationis, *Aliter non possit fieri*, non solùm fertur simplex prohibitio, sed etiàm limitatur ipsa potestas, vel potiùs aufertur respectu actus, facti sinè tali forma. Et hoc ratione potest hoc extendi ad omnes leges, prohibentes actum, sub illa verborum forma: *& alitèr non possit*, vel simplicitèr, *Nemo possit*

possit. &c. Exemplum esse potest in lege prohibente, Maritum alienare dotem, in vita Muliere, *vt in §. 1. instit. Quib. alien. liceat.* & vbi ponitur verbum: *non posse.* Et idem est de legibus, quæ statuunt minoré impuberem nō posse contrahere: vel etiã impuberem, si habeat curatoré. *leg. iusiurandum §. 1. ff. de iure iurand. & leg. si curatorem. 3. C. de integr. rest.* vbi Glossa, *v. non oportet.* Similes etiàm sunt leges, quæ taxant quantitatem rei, quæ donari potest, vel quæ formalitèr, vel virtute, addũt clausulam, vt ampliùs non possit donari. Et hinc est: quod interdùm leges prohibẽtes, censẽtur irritare actum prohibitum, licèt non addant propriam clausulam irritantem: quià scilicèt intelliguntur prohibere propter defectum formæ, quam supponunt, vel virtualitèr constituunt. Hoc enim intelligitur facere lex, quæ prohibet per verbum, *Non possit:* quia, cum potestas sit primum fundamentum valoris actus: qui negat potestatem, tollit radicem valoris; & consequenter excludit substantialem formam, quæ adhiberi non potest, nisi ab habente potestatem. Ità Bartol *in leg. cum lex, ff. de fide iussione. & in leg. Gallus. nu. 4. ff. de lib. & posthum. & in leg. vlt. num. 6. ff. de ferijs,* Felin *in cap. cum dilecta, de rescrip. in. 6. vers. Septimum signũ* Glossa, *reg. 1. v. Non potest, de reg. iur. in. 6.* Corral *leg. frater. à fratre §. 1. num. 7. de cõdic. in deb.* Angel. *excom. 7. nu. vlt.* Moranta *in specul. in report. l. is potest. num. 41. de acquir. hæred.* Siluester *v. excommunicatio 10. nu. fin.* Medina, *C. de pœnit. tract. 2. de conf. quæst. de alienat. sine licentia proprij absoluente. vers. Postremò facit,* & alij.

133 Addunt aliqui: esse differentiam intèr verbum, *non potest,* quod est de præsenti, & *Non possit,* quod respicit futurum: vndè inquiunt: doctrinam traditam esse veram tantum de verbo, *Non possit.* Quià tùnc negatur potentia etiàm in futurum: quæ tamèn non negatur per verbum præsentis, *Non potest.* Ità Bartol. *in leg. cum lex, num. 6. & seq.* Quam opinionem approbãt Iason *l. frater, à fratre, nu. 44. vers. Tertia difficultas, ff. de condit. indeb. &* Soccinus, *leg. 1. ff. de lib. & posthum.* & Henriquez, *lib. 13. de excom. cap. 28. nu. 3.*

134 Sed hæc differentia nullius momenti est: & meritò illam reijciunt Doctores citandi. Quorum ratio est: quià lex sempèr loquitur: & licèt per verbum de præsenti dicat: *Non potest:* sempèr hoc dicit, quãdò posteà Contractus fit: quià sempèr lex dictat: & ità sempèr resistit actui, auferendo potestatem: ergò illa distinctio Bartoli nullius momenti est. Ità idem Iason *in leg. stipulatio ista, § alteri, nu. 17. ff. de verb. oblig. & leg. pacta, nu. 7. C. de pact.* vbi Decius, *num. 10.* Tiraquell. alios referens *post leges connubia gloss. 4. nu. 9.* Couarr. *de pact. 2. §. 4. nu. 4. vers. sed aduersùs.* Vasquez, *lib. 4. controu. vsufrequent. cap. 10. nu. 2.* Gutierez, *leg. nemo potest. numer. 147. ff. de leg. 2.* Caldas. *in leg. si curatorem. v. cum non absimilis. n. 27. in fine. C. de integr. rest.* Gratian *reg. 484. num. 7.* Sanchez, *lib. 6. de Matrim. disp. 38. nu. 20.* Salaz, *lib. 5. de leg. cap. 31. nu. 12.* & alij.

135 Quandò dubitatur: An forma inducta sit substantialis, vel accidentalis? Præsumi debet substantialis, dicunt Farinaccius, *secund. part. fragm. vbi de leg. numer. 221.* Ferd. Castro. 12. *opere moral. tract. 3. disp. 3. pu. 9. in fine* Vant. *in trac. de null. rubr. Quot, & quibus modis nullitas in Iudicio proponatur nu. 52.* Rolan. à Valle. *consil. 43. nu. 13. lib. 2. & cons. nu. 1. & cons. 55. nu. 26. lib. 3.* & alij.

136 At Felinus, *in ca. cum dilecta, de rescrip. nu. 6. vers. Tertium signum.* & Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 5. dub. 19. n. 283.* dicunt: præsumi debet accidentalis. Quorum ratio est: quià in dubio præsumendum est pro valore actus, *l. quotiès ff. de reb. dub.* Ergò, quandò dubium est: An forma inducta, sit substantialis, vel accidentalis? præsumenda est accidentalis: vt actus substineatur potiùs, quàm irritetur. Accedit, quod irritatio actus est odiosa: ergò in dubio non est præsumenda: quià actus grauo præiudicium alicui inferret, dicunt citati Doctores.

An Episcopi possint concedere leges irritantes? Dub. 15.

137 PRima opinio affirmat. Quià Episcopi, stando in solo iure naturali, & diuino, possunt statuere impedimenta, irritantia contractum Matrimonij; quamuìs de facto id non possunt: eò quòd, hoc sibi Pontifex reseruauerit, vt generalis consuetudo Ecclesiæ testatur. Ergò, stando in eodem iure naturali, & diuino, poterunt etiàm Episcopi statuta condere, irritantia alios actus, vel contractus: quià nulla potest assignari ratio differentiæ. Sed nullum reperitur ius humanũ, quod hanc facultatem abstulerit Episcopis: ergò de facto id possunt. Ità Sanchez, *lib.*

7. de

7. de Matrim. disp. 1. n. 9 Bonacina, *de Mat. quaest. 3. pu. 1.* Filliuccius, *tract. 10 part. 2. de Matr. cap. 1. nu. 10.* Victoria, *relec. de Matr. 1. part secundae part. ad finem* Ledesma, *2. part. 4 q 66. art. 3. dub. 1. concl. 2. ad medium* & alij.

138 Secunda opinio negat. Cuius ratio est: quià Principes sæculares non possunt facere leges irritantes, nisi sint supremi: hoc est, non recognoscentes superiorem, vt fatetur idem Sanchez, *lib. 3 sum cap. 22. num. 10.* Ergò neque Princeps Ecclesiasticus poterit id facere, nisi supremus sit. At Episcopi non sunt huiusmodi: quià subsũt Romano Pontifici, eumque, vt superiorem recognoscunt: ergò &c. Ità Suarez, *to. 2. de Relig lib. 3. de uoto. cap. 3. nu. 13.* Coninch. *tom. 2. disp 30. dub. 1. nu. 8.* & alij.

139 Tertia opinio distinguit: Episcopus, ad condendam legem, habet duas potestates. Vna, est directa: Altera indirecta. Per potestatem directam potest Episcopus condere leges, obligantes personas Ecclesiasticas, sibi subditas. Per potestatẽ indirectam potest condere leges in ordine ad finẽ supernaturalẽ, seù spiritualẽ; idèst, cũ necessariò, aut valdè expedierit, visũ fuerit ad cultũ Dei, & salutẽ animarũ. Et huiusmodi leges obligant etiam laicos. Sic videmus, Episcopos statuta facere, quib' prohibẽt sub pœna Excõmunicationis, nè quis loquatur cũ Monialib', intra Monasteria degẽtib', ad euitãda pericula animarũ.

140 Hoc supposito: Potest dici ad quæstionem superpositam. Non posse Episcopos, per potestatem directam, cõdere leges irritantes: sed hoc spectare ad supremos Principes, non recognoscentes superiores: Vt sunt, Papa, Imperator, Reges, &c. Nihilominùs per potestatem indirectam posse id facere: quià verisimile est, habere Episcopos ordinariam potestatẽ in eorum Diœcesi, ad faciendum omnia illa, quę pertinẽt ad gubernationem, moraliter necessariam, vel conuenientem ad salutem animarum, & cultum Dei: nisi Põtifex alitèr statuat, vel prohibeat. Ità Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4 cap 5. nu. 302.*

DE ABROGATIONE Legum. Cap. VII

AN lex cesset per contrariam legem? Dub. 1.

Quis possit legem abrogare? Dub. 3.

An statutum, conditum ab Inferiori, confirmatum à Superiori, possit ab inferiori reuocari, sine consensu Superioris? Dub. 4.

Quibus modis fit abrogatio legis, & quos effectus habeat? Dub 5.

An sit necessaria promulgatio, vt abrogatio legis plenè facta censeatur, & suum effectum consequatur? Dub 6.

An reuocata, seù abrogata lege, imponente aliquam pœnam vel censuram trãsgressoribus, ipso facto incurrendã, censequatur etiàm ablata pœna, vel censura antè reuocationem incursa? Dub. 7.

An lex cesset per contrariam legem? Dub. 1.

1 COmmunitèr affirmatiuè respõdent. Quorum ratio est: quià lex anteà recepta, vim obligandi amittit per legem posteriorem contrariam: seù per reuocationem: seù per correctionem: seù per restrictionem præcedentis legis, iuxtà qualitatem correctionis, seù restrictionis. Quia posterior voluntas Principis præfertur priori. Et lex in tantùm obligat, in quantùm Legislator intendit obligare. Ità Bonacina, *de leg disp. 1 qu. 1. pu. vlt §. 1. nu. 1.* Suarez, *disp 6 de leg cap. 27* Azorius, *par. 1. lib 5. cap. 20 & 21.* Siluester, *v. lex quæst. 26.* & alij communitèr.

2 Limitant hanc sententiam aliqui: Modò prior lex non fuerit firmata iuramento. Quià lex, firmata iuramento, non tollitur per posteriorẽ; nisi in posteriori fiet mẽtio prioris. Quià iuramentum sempèr addit maius vinculum, quòd à Legislatore non creditur relaxari, nisi fiat illius mẽtio: & plura videntur necessaria, ad derogandum legi magìs stabilitę, quàm ad derogandum alijs, modo consueto editis. Sìc Azorius *part. 1 lib. 5 cap. 16. quæst 6.* Emanuel Sa, *v. lex. nu. 29.* Suarez, *lib. 8 de leg. cap. 14 nu. 6.* Glossa, *in cap. cum non deceat; v. effectus, de elect in. 6.* Panormitanus, *in cap constitutus, col 3. de rescrip.* & ibi Felin. *col. 2.* Afflictus, *decis. 3.* Couar. *rubr. de test. 2. par. nu. 19.* & alij.

3 Sed hanc limitationem non admittit Bonacina, *disp. 1 de leg quæst. 1. pu. vlt. §. 1. nu. 1.* quià in posteriori lege nõ opus est mẽtio prioris, etiàm iuratę: quandò iuramẽtum est tãtummodò assertorium de pręsenti, iuxtà ea, quæ tradit de iuramento, confirmãte contractum, *disp. 3. de cont. q. 1. pu. 1. nu. 7.* Cuius ratio est: quià Legislator per legem antecedentem non ademit

mit sibi ius illius auferendæ: ergò illam auferre per legem posteriorem contrariã. Admittit tamèn ipse Bonacina hanc limitationem; quandò iuramentum, non solùm est assertorium de presenti, sed etiàm de futuro. Vt si Legislator iuret, se legem non reuocaturum: quià tùnc censet, legem priorem non reuocari per posteriorem contrariam, nisi in ipsa fiat mẽtio prioris. Quià Legislator non præsumitur, velle sibi laqueum inijcere, derogando legi, cui sinè periurio derogare nequit.

Dubitatur: An abrogatio legis sit valida, & iusta?

4 COmmunitèr Doctores dicunt: Legem humanam interdùm abrogari posse, & validè, & iustè. Et sumitur *ex leg. unica C. de cadu. toll. in principio.* vbi ferè omnes causæ huius mutationis attinguntur; *& can. 2. dist.* 14. Quorum ratio est: quià per mutationem temporum, vel morum subditorum, aùt aliarum rerum accidere potest, vt subditis nùnc non ità expediant leges, quæ anteà magis expediebant. Non est autèm necessarium, hanc rerum mutationem tantam esse, vt legem effecerit, aùt iniustam, aùt prorsus inutilem: sed satìs est, vt, vel nimìs rigorosa, vel minùs vtilis esse videtur: seù quòd maior fructus ex eius reuocatione speretur: vel quod maiora pericula, aùt mala illo modo euitentur. Et licèt ad abrogandam legem, iusta causa necessaria sit, vt docet D. Thomas loco citando: nihilhominùs non est necessaria tam vrgens, & grauis, vt proptèr illam lex ipsa statim cesset. Sicùt etiàm ad dispensandum, requiritur iusta causa, quæ per se solam legis obligationem auferre nõ valet. Nequè repugnat, abrogationem esse iustam, licèt lex non fuerit iniusta: quià iustum etiàm potest omitti, vel mutari proptèr magis iustum. Sicùt aliquid etiã omitti potest, quamuìs non sit inutile, propter aliud vtilius. Ità D. Thomas, ab omnibus receptus, 1.2. *quæst.* 97. *art.* 1. & ibi Caietanus, & Medina. Sotus, *lib.* 1. *de iust. quæst.* 7. *numer.* 1. Siluester, *v. lex quæst.* 25. & ibi alij Summistæ Couar. *in cap. alma mater. part.* 2. *in princip.* vbi alios refert Suarez, *lib. sext. de leg. capit.* 25. *numer. tert.* Merolla, *tom. secund. de leg. disp. quart. capit. septim. dub. prim. numer. secund.* & alij.

5 Dixi: Licitè ad abrogandam legem, necessariam esse causam iustam. Quià ad validè tantùm abrogandam, non requiritur iusta causa: quià legis obligatio pẽdet ex voluntate Legislatoris: Voluntas autèm illa, abrogandi legem iustam, & vtilem sinè causa legitima, licèt mala sit; tamèn absoluta, & efficax est: ergò tollit imperium, & obligationem. Ità Merolla, *num.* 3.

Quis nàm possit legem abrogare?
Dub. 2.

6 COmmunitèr Doctores dicunt: Conditorem legis, eiusque Successorem, vel Superiorem posse abrogare legem. Quod possit Conditor, vel Successor, probatur: Quià res, per easdem causas, per quas nascitur, dissoluitur. *cap.* 1. *de reg. iur.* & Successor est eiusdem potestatis cum antecessore. Quod vero possit Superior, probatur: Quià Superior potest disponere in lege inferioris: ergò potest legem illam abrogare: quia lex inferioris pendet a Superiore, tanquam ab vniuersali causa. Vndè inferior non potest abrogare legem Superioris: vt habetur *in Clem. velle mani de elec.* quia potestas Superioris non pendet ab inferiori: nequè indiget illa in his, quæ per se ipsam facit: nec etiam potest voluntas inferioris, voluntatem superioris mutare.

Dubitatur: An Episcopus possit, extrà Synodum, abrogare Constitutiones, à se factas in Synodo Diœcesana?

SVpponimus in hac dubitatione: Episcopum non posse extrà Synodum Diœcesanã Constitutiones facere: Nam si concedimus, id posse: in hac dubitatione (vt aliqui tenent *in cap.* 2. *num.* 18.) necessariò dicendum est: Posse illas reuocare extra Synodum, seù inconsulta Synodo.

7 Archidiaconus, *in ca.* 1. *de fil. presbit. in* 6. Turrecrem. *in cap. ex pœnitentib. dist.* 50. Oldr. *cons.* 326. *n.* 6. & alij dicunt: Nõ posse, eas reuocare, saltèm absquè Consilio Synodi Diœcesanę, vel Capitoli. Quorum ratio est: quia res, per easdẽ causas, per quas nascitur, dissoluitur: sed Constitutiones non possunt fieri ab Episcopo, absq; cõsilio Synodi Diœcesanę: vel saltèm Capitoli: ergò nequè poterit, illas abrogare, inconsulto saltèm Capitulo.

N Merol-

8 Merolla, *to 2. de leg. disp. 4. capit. 7. num 9. vers. notandam*, distinguit. scilicet: Aùt abrogatio legis fit pura: aùt verò mixta cum aliqua obligatione contraria. Si primo modo, potest Episcopus illas abrogare. Secùs, si sit secundo modo. Ratio disparitatis est: quià in priori casu plus requiritur, ad legem condendam, quàm ad auferendam, vt clarè patet: nàm ad constituendam legem, multa requiruntur: Et tamèn ex defectu vnius tantùm requisiti, destruitur lex. Similitèr plùs requiritur ad res in fieri, quàm in conseruari: vt patet in naturalibus. Nàm ad productionē aquæ, requiruntur octo gradus frigoris: & tamèn cōseruatur aqua cum gradibus quatuor: vt videri potest in aqua feruida Et in moralibus: non potest quis recipere potestatem, delegatam à Papa; nisi sit in dignitate constitutus: & tamèn illā conseruat, etiàm cessante dignitate. Ergò, quamuìs Constitutiones Episcopales dependeant in fieri à consilio Capituli; non tamèn est necessè, vt ab eo pendeant in conseruari. Ratio posterioris est: quià in hac abrogatione imponitur noua obligatio contraria: ac proindè, conditur noua. Constitutio ab Episcopo: ergò non potest fieri, inconsultò saltèm Capitulo.

9 Tertia opinio absolutè ait: Posse Episcopum, illas reuocare. Cuius ratio est: quià solus Episcopus est auctor illarum Constitutionum: Parochi verò, Capitulum, & alij in Synodo Congregati, non faciunt Constitutiones: sed solùm præbent consilium, ad illas faciendas. Non ex necessitate: sed tantùm ex conuenientia, vt prudentiùs Episcopus procedat. Età Castrus. *pa. 1. oper moral. tract. 3. disp. 5. pu. 2. §. 2. nu.* 10 & alij.

An statutum, conditum ab inferiori, & confirmatum à Superiori, possit ab inferiori reuocari, sinè consensu Superioris?
Dub. 3.

10 Prima opinio negat. Quandò Superior non approbat reuocationem. Cuius ratio est: quià ex ea confirmatione, gaudet authoritate Superioris, & reputatur ac illius lex: ac proindè se habet ad illam inferior, ac ad ius commune. Età Baldus, *in leg. omnium. C. de testam. nu vlt.* Barbosa, *de potest. Episcop. part. 2. alleg. 34. nu. 7* Sanchez, *lib. 8. de Matri. disp. 17. nu. 30.* Botteus, *de Synodo Episcop part 2. art. 4. nu. 12.* Siluester, *v. beneficium, 3. q 9 nu. 13.* vbi Angelus, *n. 22.* Armilla, *nu. 27.* Dominicus, *cap. 1. in principio. numer. 11. de filijs Prælator. in 6.* & alij.

11 Secunda opinio distinguit: Aùt confirmatio est Essentialis: aùt Accidentalis: Si Essentialis: idèst, quandò est veluti forma, dans esse legi: aùt quandò inferiores non habent potestatem, statuendi, seù ferendi legē, quæ vim nō habet; nisi prius à superiore confirmetur. Tùnc tale Statutum non est reuocabile, sinè authoritate Superioris, confirmantis reuocationem. Ratio est: quià tùnc lex illa verè est condita auchoritate Superioris: nam in hoc casu, inferior propriè non condit legem, sed quasi postulat à Superiore talem legem: ergò non potest reuocari, nisi eadem auctoritate, qua fuit condita. Quià eadē authoritas requiritur in destruendo, quæ in construendo. Si verò lex est secundi generis: idest, quandò inferior habet potestatem, ferendi veram legem, quæ talis sit, & vim habeat obligandi: & nihilhominùs ad maiorē auchoritatem, & robur, confirmationem petit: tùnc nō obstante confirmatione Superioris, potest tale statutum abrogari ab ijs, qui illud condiderunt. Ratio est: quià id statutum, à Principe confirmatum, verè nō dicitur Statutum, seù lex Principis: sed sempèr manet in propria specie Statuti, seù legis municipilijs. Ergò per talem confirmationem, non est lex illa facta irreuocabilis à proprijs Auctoribus: quià non mutauit naturam suam: ergò non procedit per se à iurisdictione Principis. Itèm illa confirmatio non est constitutiua talis legis: sed potiùs supponit illam constitutam; & addit quamdam solemnitatem accidentalem, ad maiorem statuti approbationem, & auctoritatem. Ergò statuentes sempèr poterunt, Constitutionem suam tollere: & tùnc desinit etiàm confirmatio, quasi ad desitionem fundamenti, seù obiecti. Nisi aliud constiterit de voluntate Principis, dicunt præcitandi Doctores: Quià licèt eius confirmatio non petatur, vt necessaria: nihilhominus poterit ipse, si velit, legem facere suam: & illam ità cōfirmare, vt suo nomine subsistat: & tùnc non erit reuocabilis ab inferioribus. Età Bartolus, *in leg. omnes popu-*

populi, in 4. quæst. tertiæ quæstionis principalis, vers. Iuxtà prædicta, ff. de iust. & iur. Felin *in cap. cum accessissent, num. 5. de constit.* Suarez, *lib. 6 de leg. cap. 26 num. 16.* Bellon *consil 37. num. 8.* Granad. *12 controuers. 7 par. 2. tract. 3. disp. vlt.* Bonac. *de leg. disp. quæst. 2. pu. 1. num. 16.* Castrus, *part. 1. oper. moral. tract. 3. disp. 5. pu. 2. §. 2 num. 8.* & alij.

12 Tertia opinio ait: Absolutè possè inferiorem reuocare suum statutum, non obstante confirmatione Superioris. Cuius ratio est: quià interdùm legimus in iure: Statuta facta ab inferiori, & confirmata à Pontifice, posse validè tolli ex consensu eorum, qui ea fecerunt. Sìc habetur *in capit. cum accessissent, de constit. & capit. di lect. de prabend.* Ergò confirmatio Apostolica, per se, non tollit illam potestatem. Sìc etiàm *in leg. omnium. C. de Testament.* dicitur: Testamentum, confirmatum ab Imperatore, posse reuocari à Conditore. Ità Panormitanus *in capit. cum accessissent numer. 2. de constit. & capit. dilecto. num. 10. de prabend.* Roch de Curte, *in capit. vltim de consuetud sect. 3. num. 18.* Siluester, *v. statutum. quæst. 15.* Couarr. *de pact. 2. pa. §. 2. numer. 5. versicul. Ego vero.* Emanuel Sa, *v. statutum. versicul statutum capitul.* Rodoriqu. *tomo 1. qq. regul quæst 68. articul. 5* Portella, *dub. regul v. statutum numer. 11.* Sanchez, *lib. 3 sum. cap. 15. num. 6.* Megala, *tomo 2. var. recol. 104. numer. 4.* & alij. Etiàm si materia Statuti, & eius conditionis sit, vt statutum minimè valeret, absquè Superioris confirmatione. Ita Siluester, & Sanchez.

13 Limitant hanc sententiam Sanchez, *lib. 3 sum. cap. 15 numer. 6.* Emanuel Sa, Couarr. *numer. 6* Siluester, *dict. 5* Tabiena, *quæst. 39.* & alij: vt procedat tantùm, quandò Statutum, conditum ab inferiore, concernit principalitèr fauorem, ac vtilitatem Statuentium. Secùs verò, si fauorem aliorum, aùt bonum publicum principalitèr concerneret. Quorum ratio est: quià ea confirmatio vim Priuilegij habet, quod Statuentes possunt renũtiare, quandò in eorum fauorem cedit: Cuiusmodi erat casus *d. cap. cum accessissent.* Secùs verò, quandò Priuilegium concernit fauorem aliorum, vel bonum publicum. Vt apertè tenet Glossa, *in dicto capit. dilecto. vers. Huiusmodi clausula.*

14 Limitat secundò Megal. *numer. 12.* vt non habeat locum, quandò in confirmatione Apostolica, addita clausula irritante: *Vt, quidquid incontrarium factum fuerit, irritum sit.* Vt habetur *in dict. capit. dilecto, deprehend. versic. Nisi fortè.* Quià, quandò dicta clausula Decreti irritantis apponitur, videtur data forma: vt notanit Baldas. *in leg. 1. ff de lib. & posthum.* At formæ renuntiari non potest, vt docet Bartolus, *in leg. de his, ff. de transact.*

15 At hæc limitatio patitur maximam difficultatem, vt ait Merolla, *tom. 2. de leg. disput. 4. capitul 7. numer. 12.* Quià contrà illam facit Textus celebris, *in l. filio præterito, ff. de iust. rupt.* Vbi consensus Filij præteriti, Testamentum Patris comprobat, & impedit; nè omninò extinguatur ex iure ciuili, in eius fauorem statuto, & habente huiusmodi clausulam Decreti irritantis. Itèm *text in capit. vltim. §. 15. autèm, de offic. de leg.* Ex quo constat: posse quem renuntiare formæ, inductæ in eius fauorem: & tamèn quidquid est inductum pro forma, Decretum hoc irritans omninò habet: Vt colligitur *ex capitul. cum dilecta de rescriptis.* Atquè ità Panormitanus, Imola, & alij Canonistæ *in dict.* §. 15. *autèm* Ex eo adnotarunt, posse formæ renuntiari, si data sit in priuatam vtilitatem. Rursùs, ait Merolla: contrà eamdem limitationem potest afferri Text. *in capit. statutum §. In nullo, & § vltim. de rescript. in 6.* vbi licèt ea Constitutio Decreti irritantis clausulam habeat; tamèn ex consensu illorum, quorum fauorem respicit, permittitur eius derogatio; & illius formæ remissio. Et ideò hanc opinionem, quod quis possit renuntiare clausulæ Decreti irritantis, in eius fauorem appositæ, tenerunt Aret. *in leg. nemo potest. col. 4. ff. de leg. 1.* Felin. *in cap. cum dilecta, numer. 7. de rescrip.* Decius, *in capit. cum accessissent, num. 3 de const.* Curt. *in leg possumus. numer. 46. C. de bon poss. contrà tab.* Ludouicus Gomez, *in capit. 1. de rescrip. lib. numer. 59.* Ergò Statutum, conditum ab inferiore, & confirmatum à Superiore, poterit à Statuentibus reuocari: non obstante, quod ea confirmatio clausulam Decreti irritantis contineat. Ratio est: quià sicùt confirmatio facta èst in fauorem Statuentiũ: ità & ea clausula, quæ est confirmationi accessoria, in eorumdem Statuentium fauorem videtur addita: Nàm accessoriũ sequitur naturam principalis. Ergò, sicùt, nõ obstante cõfirmatione Superioris, pôt

Statutum ab inferiore reuocari poterit, non obstante ea clausula. Et ità hanc sententiam sustinet Glossa, *in cap. statutum §. 1. v. committatur, de rescrip. in 6.* & ibi Anchar. *in fine.* Tiraquellus *in leg si unquam v. Reuertatur nu.* 282. C. *reuocand donat.* Decius, *in cap. cum accessissent. nu. 22. de const.* Couarr *de pact. 2 p. §. 2. nu. 6.* Sanchez, *lib. 3. sum. cap. 15. nu. 6.* Merolla, *ubi suprà.*

16 Quarta opinio aliam distinctionem habet scilicèt: Aùt Statutum inferioris est confirmatum a Superiore in forma communi: aùt ex certa scietia. In forma communi, reuocari poterit ab inferiori, non obstante ea confirmatione. Si verò confirmatio est ex certa sciētia, tùnc non potest a Statuentibus reuocari: Ratio disparitatis est: quià per simplicem confirmationem, seù in forma communi, non censetur, Princeps, velle rei naturam variare: atquè ità ex Statuto, ad actum Statuentiū reuocabile, constituere illud irreuocabile: quià confirmatio in forma communi nihil noui tribuit: vt ait Merolla, *in 3 tom. disp. 6. cap. 5. dub.* 1 At verò confirmatio ex certa scientia habet vim nouę concessionis: & ideò confirmando Princeps ex certa scientia Statutum, latum ab inferiore, videtur de nouo ipse idem met statuere, seù illud facere suum. *arg. cap. 1. de confir. vt li. & cap. si Apostolicæ de præbend. lib. 6.* & ità Marta, *de iurisd. p. 4. cent. 1. cas. 99.* Rodoriqu *tom. 1. qq. regul. q. 68. art. 5.* Anguia. *lib. 3. de leg. controu. 6.* Merolla, *tom. 2. de leg. disp. 4. cap. 7. nu. 170.*

17 Confirmatur ex duobus exēplis: primò de Excommunicatione: quià Excommunicatio lata ab inferiori, v. g. ab Episcopo, & confirmata a Papa: non potest absolui ab Episcopo, si confirmatio fuerit ex certa scientia. Secùs verò, si in forma communi: Vt docent Io. Andr. *in cap. ex frequentibus de instit. in fine.* & ibi Panormit. *n. 12.* Summa Astensi, *pa. 2. lib. 7. tit. 12. art. 6. q. 3.* Angelus, *v. absolutio. 2. in principio §. Quarter.* Tabiena, *v. absolutio. 1. nu. 12. vers. Quæritur Octauò.* Siluester, *ibi n. 4. & v. absolutio to. 4 de excom. dub. 19. num. 10.* Rodoriq. Reginaldus, *tom. 1. lib. 9. cap. 2. nu. 31.* Portell. *de legato, pa. 6. & cap. de absolutione. n. 31.* Sayrus, *de cens. lib. 2. capit. 20. num. 12.* & alij. Secundò confirmatur de exemplo, collatione beneficij regularis, facta ab Abbate alicui Monacho, & confirmata a Pontifice. Si confirmatio est ex certa scientia, non poterit ab Abbate id beneficium reuocari: Secùs verò si fuerit confirmatio in forma communi. Ità Glossa, *in capit porrecta. v. confirmatur. de confirmatione. vtili,* & ibi Panormitanus, *num 4.* Card. *in fine.* Decius, *in noua editione. num 8.* Federicus, *in tract. de permut. quæsti 17.* Hostier. *s. in capit. nisi, num 4. d. præbend* & ibi Card. *numer. 5. oppos. 3* Felin *in cap persuas. num. 4. de maior & obed* Imola, *Clem. 1. num. 42. in fine de supplem. negl. Prælat* Milis. *in repert. v. beneficium numer 9 versicul. numer. 279.* Azorius, *part. 1. lib 12. cap. 22. quæst 10. & part. 2. lib. 8. capit. 7. quæst. 11.* Rodoriquez, *tom. 1. qq. regul. quæst. 34. articul. 2.* Sanchez, *lib. 7 sum cap 29 num. 130.* Merolla, *tomo. 2. de leg. disp. 4. capit. 7. numer. 18.* & alij.

18 Et non solùm procedit hęc quarta opinio, quandò confirmatio statuti est accidentalis, sed etiàm quandò est essentialis: vt apertè probatur, *ex capit. cum accessissent. de const.* Vt ait Merolla, *numer. 19.* Anguinas. *d numer. 17.* Siluester, *v. quæst. 15.* Quià si confirmatio non est ex certa scientia semper statuentes possunt statutum, factum ab eis, reuocare: siuè confirmatio fuerit accidentalis, siuè essentialis, vt tertia opinio inanem distinctionem fecit: vt patet ex textu allegato. Si verò confirmatio fuerit accidētalis, aut essentialis, & ex certa scientia, non poterunt reuocare.

19 Limitant supradictā quartā opinionem Primò, vt non procedat, quandò statutum erat contrà ius commune: quià tunc possunt statuentes reuocare illud, & redire ad ius commune. Vt docent Bartol. *allegatus num 12.* & Merolla, *vers. Id autem.* Secundò, vt non habeat locū, quandò statutum concernebat principalitèr fauorem, & vtilitatem statuentium: Vt colligitur. *ex d. capit. cùm accessissent:* & docent Glossa, vbi suprà *v. confirmatum, post medium:* & Merolla, *numer. 19. in fine.*

Quibus modis fit abrogatio legis, & quos effectus habet?
Dub. 4.

NOta, quod nos hìc non loquimur, quando lex abrogatur per dissuetudinē, seù cōtrariā cōsuetudinem: Sed quādò abrogatur a Principe: vel tollē do obligationem eius, & nullam aliam imponendo: vel vnam obligationem tollendo,

sessionem, & contrariam inducendo, condẽdo legem oppositam.

20 Communitèr Doctores dicunt: lex posterior, priori opposita, abrogat priorẽ, etiàm si nullam eius mentionem faciat. Quorum ratio est: quia voluntas posterior, supposita potestate, vincit, & reuocat priorem: at lex posterior, quandò concordari non potest cum priori, sufficientèr indicat voluntatem, priori contrariam, *saltèm virtualem*, quæ formali æquiualet: ergò sufficit ad abrogationẽ. Hæc autèm abrogatio restringenda est, quò ad fieri potest, ait Merolla, *tom. 2. de leg. disp. 4. cap. 7. dub. 4 nu. 20. circà medium*. Vndè communitèr Doctores dicunt: Legem nouam, prioris correctoriam, ità esse interpretandam; vt minùs quàm fieri potest, corrigat. Ità Gomez, *cons. 19. n. 5.* Paris. *cons. vlt. nu. 6. lib 3* Crauet. *cons. 259 n. 2.* Menoch. *de præsump. lib 6. præsumpt. 38 nu. 6.* & alij. Quorum ratio est: quia legum correctio vitanda est: vt sumitur *ex cap. cum dilectus, de consuetud.* Et facit etiàm regula iuris. *Quæ à iure exorbitant, nequaquàm sunt extendenda*. Constat enim, legem reuocatoriam, ex suo genere exorbitantem esse.

21 Dummodò, quod per correctionem legis, reddatur ad ius antiquum: quia tunc illa correctio censetur fauorabilis: quià est, vt dicam, reuocatio prioris correctionis, quæ fuerat odiosa. Ità Gloss. *in cap statutum v numerandum, de præbend. in 6.* Couarr. *3 var. cap 6 nu 4.* Nauarr. *de pœnit dist 6. cap. 1. § laboret. nu. 16.* Molina, *lib 3. de primogen. cap. 4 nu. 25.* Henriquez, *lib 3. de pœnit cap 14. nu 7 in commẽ lit K.* Tiraquell. *in præfat ad retract. nu. 58 de primog. q 24.* Gomez, *tom. 1. var. cap 5 nu. 11* Gutierez, *de iuram. 1 part cap. 51 nu. 8* Suarez, *lib. 6. de leg. cap. 27. num. 7.* Sanchez, *lib. 1 de Matrim disp. 12. num. 2.* & alij.

25 Secundò: Communis opinio ait: lex posterior non habet clausulam, derogantem, seù abrogantem priorem. Reuocat quidèm priorem, quandò illi directè opponitur: ità vt nisi priori derogat, fiat inutilis. Secus verò, si illi non opponatur. Ratio prioris est: quià voluntas posterior, quæ, ex vi obiecti, non potest consistere cum præcedenti, mutat illam: etiàm si formalitèr, & expressè non intendat ipsam abrogationem: ergò &c. Ratio posterioris est: quià si leges possunt conciliari, non est admittenda correctio: sed quandò vtraque potest habere effectum, conciliari possunt. ergò &c.

26 Immò Panormit. *in cap. cum olim, de sent. & re iud.* Felin. *in cap. non potest eod. tit. nu 8.* Boerius. *cap. quoniàm nu 31. de iur patron.* & alij, addunt: Si potest vitiari correctio, seù contrarietas legum, alterius verba impropriè intelligenda: tùnc posteriorem esse impropiandam, vt irritetur prioris correctio.

27 Sed hoc admittendum est, ait Suarez. *nu. 11.* tantùm: quandò improprietas nõ est tanta, quin (secundùm communem vsum) soleat etiàm velle in illa significatione vsurpari. Vel quandò, secundùm vsũ iuris, censeri potest illa significatio propria, licèt attenta prima significatione, videatur impropria: vt patet exemplo, in quo loquuntur Panormit. *in cap. cum olim, de re iudic. nu. vlt.* & Felin. *di. nu. 8.* scilicèt de electione facta in concordia: quæ in iure solet dici etiàm illa, in qua maior tantùm pars consentit: Et ideò ad vitandam contrarietatem, poterit interdùm vox illa ità exponi. Maior autèm improprietas non videtur admittenda, nisi quandò abrogatio ipsa, vel contrarietas, aliud speciale incommodum, vel absurditatem contineret.

28 Ex his deducitur primò, vt communiter dicunt Doctores: Legem generalem posteriorem omninò abrogare priorem, etiam generalem, dicto modo illi contrariam, vt patet *ex cap 1 de const. in 6. & ex leg. non est nouum, ff. de leg.* Quorum ratio est: quià tùnc lex posterior non potest simul subsistere cum priori: nec etiã potest ex parte valere, & ex parte derogare alteri. Tùm quià vniuersaliter loquitur: tùm etiam, quià non est maior ratio de vna parte, quam de alia. Et ità dicendum est, quandò vtraquè lex prior, & posterior est specialis: & includunt simùl contrarietatem, quæ contradictionem inuoluat: Tùnc enim posterior abrogat priorem, proptèr eamdem rationem. Ità Bart. *in leg. omnes populi, nu. 29. & 25 ff de iust. & iur* Hoc autem intelligendum est de legibus specialibus, aut in iure communi contentis, aut de statutis, quæ fiũt à particularibus Communitatibus, vel Legislatoribus, qui scire possunt, & debent sua statuta. Secùs autèm erit de particularibus legibus, concessis à Principe extrà commune ius: quià tùnc clausula reuocatoria requiritur. Quià non præsumitur Princeps, scire ius priuatum: vt dicitur

bium est, in legem committere eum, qui verba legis amplectens, contrà legis nititur voluntatem. Idem affirmat, ex lege originali, quę fuit Theodosij Imperatoris. Et habetur in *Cod. Theodosij lib. 1. nouell. Theodos. tit. 4.* Ibi constat, Theodosium condidisse illam legem, occasione quorūdam Curialium, qui cum essent prohibiti, nè ad Procurationes rerum alienarum accederent, ipsi conducebant illos, fingentes: Conductionem non esse Procurationem, quę erat fraudolenta transgressio legis: Cum Conductio species quędam Procurationis sit, vt ait ibi Theodosius.

120 Secunda opinio ait: Omnem actum, factum contrà legem prohibentem, non esse irritum ipso iure, sed irritandum per sententiam Iudicis. Quià per Iudicis sententiam ità declarari potest irritus, ac si fuisset irritus à principio; ab eo videlicèt tempore, quo talis actus pręstitus fuit. Nō negat tamèn, adesse multas leges, absolutè, & simplicitèr prohibentes aliquos actus, & contractus, etiàm in foro cōscientiæ antè sentētiam Iudicis: sed negat actus, factos contrà legem, tales actus prohibentem, esse simplicitèr irritos antè sētentiam Iudicis: quamquàm irritari possunt: ac si à principio fuissent irriti. Et hoc procedit in his tātum locis, in quibus lex Imperatoris recepta est. Nam actus, facti contrà legem tantummodò, prohibētem per se, & ex natura sua, non sunt irriti: nec videntur irritandi per sentētiam, ac si ab initio fuissent irriti; nisi alitèr iure aliquo præscribatur: sicùt reipsa præscribitur *in leg. non dubium* Citata, respectu illorum locorum, qui legibus Imperatorijs subjciuntur: modo lex, *non dubium*, recepta sit, quam paucis in locis receptam esse arbitror. Ità Bonacina, *de leg. disp. 1. quæst. 1. pu. 7. §. 5. nu. 10.*

121 Attamèn tertia opinio est communis intèr Iuristas, & Theologos, dicentes: Ex vi iuris communis ciuilis, omnem actum, factum contrà legem prohibentem, esse irritum ipso iure: etiàm si lex aliam clausulam irritantem non addat. Vt clarè patet *in leg. non dubium C. de legib.* Quià in ea expressè annullantur omnes Contractus, contrà legem facti. Et postea extenditur decisio illa ad omnium legum, tam antiquarum, quàm nouellarum interpretationes. Ibi, *Vt, ea, quæ lege fieri prohibentur, si fuerint facta, non solum inutilia, sed pro infectis etiàm habeantur: licèt Legislator fieri tantùm prohibuerit, nec specialitèr dixerit: inutile esse debere, quod factum est.* Quid clarius? Idem colligitur ex illis verbis: *Vllius est momenti,* quæ habentur in fine legis: ea enim denotant nullitatem ipso iure. Ità pretèr Doctores citatos *n. 114.* docent Molina, *to. 1. de iust. trac. 2. disp. 88. vers. Moueor autèm.* Siluester. 1 *lex qu. 28.* Vasquez, 1. 2. *disp. 164. cap. 2.* Farinac. 2. *p. fragm. vbi de lege, nu. 125.* Suarez, *lib. 5. de leg. cap. 28. nu. 1.* Megas *to. 1. v. Baptismi patrinus, nu. 4.* Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 5. nu. 248.* & alij.

122 Hæc communis sententia triplicitèr limitatur. Primò: Vt intelligatur tantùm in Terris, subditis Imperio: vel, quæ iure communi Cęsareo gubernantur. Sìc Merolla, *nu. 250.* Secundò: Vt intelligatur solùm, vbi lex illa viguerit: nàm si consuetudine abrogata sit, nō habebit effectum. Sic Molina, *disp. 88. §. Ad confirmationem primi argumenti.* Tertiò: Vt habeat locum circà leges prohibentes, & non adiicientes aliam penam. Quià si Legislator aliam pœnam addidit, videtur, illa fuisse contētus. Ac irritatio introducta, *per leg. non dubium,* pœnalis est: ergò non est existimādum, voluisse Imperatorem, multiplicare pœnas: sed locutum fuisse de lege, tantùm prohibente. Ità Siluester. *v. lex. qu. 28.* Molina, *to. 1. de iust. tract. 2. disp. 88. vers.* Ad confirmationem. Suarez, *lib. 5. de leg. cap. 28. nu. 19.* Alex. *consil. 24. incip. Viro tamèn lib. 6.* Vant. *in tract. de nullitat. Quòt, & quibus modis nullitas in Iudic. num. 54.* & alij.

Tertiò: An ea, quæ fiunt contrà legem Canonicam, purè prohibentem, sint ipso iure irrita?

123 Est commuuis opinio, tàm Canonistarum, quàm Theologorum: Huiusmodi Acta contrà legem Canonicam, purè prohibentem, saltèm regularitèr, non esse ipso iure irrita, nisì ex alijs verbis adiunctis constet de tali effectu. Quorum ratio est: quià hæc irritatio ex natura rei non declaratur sufficientèr per verbum prohibendi. Sed nulla est lex canonica, quę aliam vim, vel significationem illi verbo tribuerit: ergò &c. Tùm quià, quandò Pontifices, & Concilia volunt irritare aliquem actum, quem prohibent; clausulam irritantem adijciunt, per quā aliquandò etiàm modum, & tempus irritatronis declarant. Vt patet *ex cap. Statutum de rescrip. in 6.* vbi cum, *§. Insupèr,* & sequen-

sequentibus, acceptio numerum prohibeatur Legatis Apostolicis; posteà, in §. *si quid autèm*; additur irritatio acceptionis, per obligationem inconscientia ad restitutionem: Quià nimirùm, censuit Pōtifex, solam prohibitionem non sufficere ad illam obligationem. Tùm etiàm patet ex duabus Constitutionibus, a Sixto V. & Clemente VIII. editis. Sixtus enìm priùs prohibuit, nè professio in Religione fieret, nisi certo modo: & quià alitèr facta valere nōvoluit, clausulam irritantē addidit. Clemens autèm posteà, prohibitionem confirmans, irritationem abstulit. Supponit ergò, prohibitionem nudam non irritare. Confirmatur: nàm Matrimonia Clandestina, antè Concilium Tridentinū erant prohibita lege Canonica; & tamèn non erant irrita: ergò ea, quæ fiunt contrà legem Canonicam purè prohibētem, non sunt statìm ipso iure irrita. Vt benè Merolla, *tom. 2. disp. 4. cap. 5. dub. 18 diff. 3 à num.* 157.

An lex, dans formam actui humano, sempèr irritet illum, qui fit sinè tali forma: etiàm si clausulam irritantem non addat? Dub. 14.

224 Communitèr dicunt: Quotiès lex aliquid præcipit pro forma actus, vel contractus, irritare actum alitèr factum, etiam si clausulam irritantem non addat: dum modò ea forma, per legem ordinata, substantialis sit: secùs verò si accidentalis. Ratio istius communis opinionis est: quià forma substātialis est illa, quæ dat esse rei: non autèm accidentalis: ergò omissio formæ substantialis tollit substātiam actus: non autèm accidentalis. Vide Doctores *nu* 125. citatos.

125 Ad cognoscendum, quandò forma est substantialis, & quandò accidentalis: relictis omnibus, a Doctoribus assignatis, quæ refert Suarez, *lib. 5 de leg cap.* 31. Dico cum Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. capit. 5. dub. 19 num. 269. vers. Ad discernendum.* Quotiès Legislator, qui præscribit formā, seu solemnitatem in aliquo actu; dat etiā potestatem, ad efficiendum actum, seruata tali forma: tùnc talis forma est de substātia actus. Quandò verò supponitur potestas, & additur noua solemnitas, seù forma: tùnc non censetur esse substantialis; nisi per specialem clausulam declaretur. Ratio prioris est: quià tùnc potestas limitatur iuxtà formam præscriptam ab eo, qui potestatem dat: & ideò actus, in quo forma non seruatur, excedit potestatem, & consequentèr est nullus: ac proindè forma censetur substantialis, etiam si nō addatur speciale verbum irritans. Ità Glossa, *in Clem. 1. de iur. patron. v. Inhibentes* Vbi ait: quandò a principio datur potestas sub tali forma, defectum formæ irritare actum. Et ità dicunt Felin *in cap. ex parte, de Constit. in princ.* & ibi Panormit. *circà finem.* Suarez, *lib. 5. de leg cap. 31 nu. 9* Sanchez, *v consilium quæst.* 4. Rodoriqu. *to. 2. qq. regul. quæst. 45. art 2. ad finem.* Merolla, *tom. 2. de leg. disp. 4. cap. 5. dub. 19. nu.* 270. & alij. Nàm quià Pontifex, *in dic. cap. ex parte*, dat facultatem quibusdam personis, conferendi certas præbendas cùm consilio Episcopi: si conferant sinè consilio Episcopi, dicit: collationem esse nullam: Quià non est seruata forma, cum qua data est potestas. Et idem habetur *in cap. cum dilecta, de rescript.* & probatur etiàm *ex leg. cum hi, §. si Prætor, de transact.* Vndè quandò potestas delegatur, & datur forma procedendi in causa, defectus talis formæ censetur actum vitiare, vt probat dictum *cap. cum dilecta. de rescrip* ibi *Proptèr quod processum ipsorum, contrà nostri formam rescripti, ac iuris ordinem attentatur, irritum determinamus, & inane. & cap. venerabili*, iuxtà Gloss. *de offic. de leg* ibi *Quarum processus cassauimus: quià contrà mandati nostri tenorem*, &c. vbi Glossa, *cassauimus*, exponit: id est, cassas, & irritas denuntiauimus. Idem *in capit. vlt. de restit. spolia.* ibi *Irritum iudicauimus*: vtique proptèr defectum, in forma commissum.

126 Limitant hanc primam partem Sāch. *de Matrim. lib. 3. disp. 5. nu. 3.* Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 5. nu.* 271. & alij, vt nō procedat, quandò datur potestas, & simùl præcipitur forma apponi, quæ de iure communi inest accidentalitèr, & non substantialitèr: tùnc enìm non debet præsumi, vt substantialem expostulari: sed est admonitio quædam, vt seruetur forma iuris cōmunis. Exemplum est clarum in contractu Matrimonij. Si enìm Episcopus det facultatem Sacerdoti, assistendi Matrimonio aliquorum, præmissis denuntiationibus: si omittantur denuntiationes, adhùc erit validum Matrimonium: quià non cēsetur Episcopus, illam conditionem alio modo expostulare, quàm à iure expostulata est. Cum autèm à iure solùm de solemnitate accidentali, & non substantiali sit

sit requisita; efficitur, neque ab Episcopo alio modo expostulari, nisi clarè explicet.

127 Secunda verò pars probatur. Quià hæc forma, quæ præscribitur, supponit absolutam potestatem, quæ poterat validè operari sinè tali forma. Ideò, si noua lex expressè non tollit, aùt minuit potestatem, censetur actus ab antiqua potestate manare: & ità esse validus, licèt iudebito modo fiat, proptèr solemnitatem, ac formam nouam, non seruatum. Vt ergò talis forma, substantialis cēseatur; necesse est, vt in lege exprimatur. Ità Gossa, *in Clem.1 de iur. patron v Inhibentes.* & ibi Card *qu.7.* Archid *not.3.* Imol *n.4.* Panor. *nu 1.* Felin *in cap & parte, de const limit 2.* & ibi Imol. *num 3. ad finem* Panorm. *nu 5.* Egid. *dec.69 5.* Silueiter. *v. consilio qu.4.* Rota Romana, *in nouiss. decis 750. nu. 4. tom.1.* Farinac. *2. par fragm vbi de lege, n.225.* Merolla, *nu.272.* & alij.

128 Ex his deducitur primò: Forma seruāda, in ferenda sententia Excommunicationis, quæ habetur *in cap 1 de sentent. excomm in 6.* non censetur substantialis, sed accidentalis: quià datur pro his, qui iàm habēt potestatem excommunicandi: & nō additur aliquid, quo maior necessitas in tali forma significetur. Ità Merolla, *tom. 2. de leg disp 4. cap 5. num.272. vers. Hinc infertur* Sanchez, *lib 3. de Matr. disp 5. nu. 4.* Suarez, *cap.31 nu 10* Emanuel Sa. *v. lex, nu.14.* Salas, *loco citato,* & alij.

129 Secundò: Quid dicendum de illa quæstione: An si Episcopus, Sacerdoti potestatem habenti, audiendi confessiones, præcipiat, nè audiat cōfessiones Fęminarum, validæ adhùc sint confessiones, illi factæ à Fęminis?

Negat prima opinio. Quià approbatum limitatè ab Episcopo, solum posse eligi ab illis, respectu quorum approbatus est. Ità Decius, *in cap. 2 de testib. nu. 17. vers. secùs si temporalis sit.* Rota, *in nouis. decis. 250. nu.3. vol 2.* Sanchez, *lib 3. de Matr. disp.32. num.2.* & alij.

130 Secunda opinio affirmat. Ratio est: quià cum aliàs Sacerdos ille habeat potestatem, validè audiendi confessiones, etiàm Fęminarum, non debet censeri restricta per aliam simplicem prohibitionem, nisi expressè dicatur Ita Io. Medina, *tract.2. de Confess quæst. de Sacerd. alia per Paroch. eligend. ad finem.* Palac *in 4. dist.17. disp 7 vers. Rursus ait.* Henriquez, *lib.6. de Sacrat. cap.6. nu.6.* Salas, *de leg disp.16 sect. 10 nu.43.* Ferd. Castro, *tom.1. tract.2. disp.2. pu.9. nu.6.* Merolla, *tom.2. de leg. disp.4. cap. 5 nu. 273 vers Oppositum tamèn.* & alij.

131 Tertiò. Si quis habuerit potestatem, faciendi aliquem actum: & Superior præcipiat, vt illum faciat cum consensu aliquorum: validum fore actum, sinè tali cōsilio effectum. Ratio est: quià tùnc præsumitur consilium mandari, vt rectè actus fiat, non validè, vt docent Panormitanus, *in cap ex parte: de constit. circà finem* Siluester, *v. consilium qu 4.* Salas, *de leg. disp.16. sect 10. num.43.* Merolla, *nu 273 vers.4.* & alij. Secùs verò dicendum est, quādò aliūdè non habēti potestatem, simul cum appositione illius clausulæ, potestas detur.

132 Quartò. Matrimonium, celebratum coràm Parocho, cui Episcopus præceperat, nè illi assisteret, validum est. Quià cum Parochus habeat à iure potestatem, assistendi Matrimonio; non censetur restricta per illam simplicem prohibitionem. Ità Sanchez, *lib.3. de Matr disp.32. n.2.* Filliuccius, *tract. 10. cap.6. qu.6 nu.215.* Reginaldus, *lib.3. nu 179.* Merolla, *disp 4. cap.5. nu.274* Petrus de Ledesma, *de Matr. qu. 45. nu.5 pu 4 dub. 2. vers Primum dubium* Rodoriquez, *pa 1. sum in 2. edict num 4.* & alij. Et sìc declarasse Sacram Congregationem Cardinalium, refert Salzedo, *in pract Diaz cap.73. §. Primum dubium.* Etiàm si Episcopus, non solùm interdicat Parocho, nè illi Matrimonio assistat; verū etiàm si addat clausulam, irritantem ipso facto Matrimonium illud, si secùs factum fuerit. Ratio est: quià si Episcopus posset præcipere Parocho, nè certum Matrimonium celebrare præsumat, & irritare illud si alitèr fiat: ità poterit etiàm prohibitionem facere ipsis Contrahentibus, nè intèr se Matrimonium ineant, & addere clausulam irritantem, quod est falsum. Ergò, &c. Ità contrà Sanchez. *lib. de Matr. disp. 32. nu.2.* docet Merolla, *tom 2. de leg. disp.4. cap.5. nu.274 vers. Ego verò existimo.*

133 Limitant aliqui prędictam secundam partem. Nisi Legislator, formam constituendo, adderet; actum alitèr fieri non posse: tùnc enim induceret formam substantialem, sinè qua actus non valet: quià per additionem illius negationis, *Aliter non possit fieri*, non solùm fertur simplex prohibitio, sed etiàm limitatur ipsa potestas, vel potiùs aufertur respectu actus, facti sinè tali forma. Et hoc ratione potest hoc extendi ad omnes leges, prohibentes actum, sub illa verborum forma: *& alitèr non possit,* vel simplicitèr, *Nemo possit*

possit. & Exemplum esse potest in lege prohibente, Maritum alienare dotem, in vita Muliere, *ut in §. . instit Quib. alien. liceat.* & vbi ponitur verbum *: non posse.* Et idem est de legibus, quæ statuunt minorē impuberem nō posse contrahere: vel etiā impuberem, si habeat curatorē. *leg iusiurandum §.1. ff. de iure iurand & leg si curatorem.3.C. de integr rest.* vbi Glossa, *v non oportet.* Similes etiàm sunt leges, quæ taxant quantitatem rei, quæ donari potest, vel quæ formalitèr, vel virtute, addūt clausulam, vt ampliùs non possit donari. Et hinc est: quod interdùm leges prohibētes, censētur irritare actum prohibitum, licèt non addant propriam clausulam irritantem: quià scilicèt intelliguntur prohibere propter defectum formæ, quàm supponunt, vel virtualitèr constituunt. *Hoc* enim intelligitur facere lex, quæ prohibet per verbum, *Non possit:* quià, cum potestas sit primum fundamentum valoris actus: qui negat potestatem, tollit radicem valoris; & consequenter excludit substantialem formam, quæ adhiberi non potest, nisi ab habente potestatem Ità Bartol *in leg. sum lex, ff. de fide iussione. & in leg. Gallus. nu 4. ff de lib. & posthum. & in leg. vlt num.6 ff de ferijs,* Felin *in cap. cum dilecta, de rescrip. in.6 vers. Septimum signū* Glossa, *reg.1. v Non potest. de reg. iur. in. 6.* Corral *leg frater. à fratre §.1 num.7 de cōdic in deb.* Angel. *excom.7 nu. vlt* Moranta *in specul. in report. l. is potest. num 41 de acquir. hered* Siluester. *v. excommunicatio 10 nu fin* Medina, *C. de pœnit. tract.2. de conf. quæst de alienat sine licentia proprij absoluente. vers. Postremò facit,* & alij.

133 Addunt aliqui: esse differentiam intèr verbum, *non potest,* quod est de præsenti, & *Non possit*, quod respicit futurum: vndè inquiunt: doctrinam traditam esse veram tantum de verbo, *Non possit*. Quià tùnc negatur potentia etiàm in futurum: quæ tamèn non negatur per verbum præsentis, *Non potest* Ità Bartol. *in leg. cum lex, num 6. & seq Quam* opinionem approbāt Iason *l frater, à fratre, nu. 44. vers. Tertia difficultas, ff. de condit. indeb. &* Soccinus, *leg.1. ff. de lib. & posthum.* & Henriquez, *lib. 13. de excom. cap. 28 nu. 3.*

134 Sed hæc differentia nullius momenti est: & meritò illam reijciunt Doctores citandi. Quorum ratio est: quià lex sempèr loquitur: & licèt per verbum de præsenti dicat: *Non potest*: sempèr hoc dicit, quādò posteà Contractus fit: quià sempèr lex dictat: & ità sempèr resistit actui, auferendo potestatem: ergò illa distinctio Bartoli nullius momenti est. Ità idem Iason *in leg. stipulatio ista. § alteri, nu. 17. ff. de verb. oblig. & leg. pacta, nu 7. C. de pact.* vbi Decius, *num 10.* Tiraquell. alios referens post *leges connubia gloss. 4 nu. 9.* Couarr. *de pact. 2. §. 4. nu 4. vers sed aduersùs.* Vasquez, *lib. 4. contron. vsufrequent. cap. 10. nu. 2.* Gutierez, *leg. nemo potest. numer. 147 ff de leg. 2* Caldas. *in leg si curatorem. v. cum non absimilis. n. 27 in fine. C. de integr rest.* Gratian *reg 484. num. 7* Sanchez, *lib. 6. de Matrim. disp. 38. nu. 20.* Satuz, *lib. 5. de leg. cap. 31. nu 12.* & alij.

135 Quandò dubitatur: An forma inducta sit substantialis, vel accidentalis? Præsumi debet substantialis, dicunt Farinaccius, *secund. part fragm. vbi de leg. numer, 221.* Ferd. Castro. 12. *opere moral. tract. 3. disp. 3. pu. 9. infine* Vant. *in trac. de null rubr. Quot. & quibus modis nullitas in Iudicio proponatur nu 52* Rolan. à Valle. *consil. 43 nu. 13. lib 2. & conf. nu. 1. & conf. 55 nu. 26. lib. 3.* & alij.

136 At Felinus, *in ca. cum dilecta, de rescrip. nu. 6. vers. Tertium signum.* & Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4 cap. 5 dub. 19 n. 283* dicunt: præsumi debet accidentalis. Quorum ratio est: quià in dubio præsumendum est pro valore actus, *l. quotiès ff. de reb. dub.* Ergò, quandò dubium est: An forma inducta, sit substantialis, vel accidentalis? præsumenda est accidentalis: vt actus substineatur potiùs, quàm irritetur. Accedit, quod irritatio actus est odiosa: ergò in dubio non est præsumenda: quià actus graue præiudicium alicui inferret, dicunt citati Doctores.

An Episcopi possint concedere leges irritantes? Dub. 15.

137 Prima opinio affirmat. Quià Episcopi, stando in solo iure naturali, & diuino, possunt statuere impedimenta, irritantia contractum Matrimonij; quamuìs de facto id non possunt: eò quòd, hoc sibi Pontifex reseruauerit, vt generalis consuetudo Ecclesiæ testatur. Ergò, stando in eodem iure naturali, & diuino, poterunt etiàm Episcopi statuta condere, irritantia alios actus, vel contractus: quià nulla potest assignari ratio differentiæ. Sed nullum reperitur ius humanū, quod hanc facultatem abstulerit Episcopis: ergò de facto id possunt. Ità Sanchez, *lib.*

7. de

7. de Matri m. disp. 1. n. 9 Bonacina, de Mat. quaest. 3. pu 1. Filliucciis, tract. 10 part. 2. de Matr. cap. 1. nu. 10. Victoria, relec. de Matr. 1. part secundae part. ad finem Ledesma, 2. part. 4 q 66. art. 3. dub. 1. concl. 2. ad medium & alij.

138 Secunda opinio negat. Cuius ratio est: quia Principes saeculares non possunt facere leges irritantes, nisi sint supremi: hoc est, non recognoscentes superiorem, vt fatetur idem Sanchez, lib. 3. sum cap. 22. num. 10. Ergò neque Princeps Ecclesiasticus poterit id facere, nisi supremus sit. At Episcopi non sunt huiusmodi: quia subsũt Romano Pontifici, eumque, vt superiorem recognoscunt: ergò &c. Ità Suarez, to. 2. de Relig. lib. 3. de uoto. cap. 3. nu. 13. Coninch. tom. 2. disp 30. dub. 1. nu. 8. & alij.

139 Tertia opinio distinguit: Episcopus, ad condendam legem, habet duas potestates. Vna, est directa: Altera indirecta. Per potestatem directam potest Episcopus condere leges, obligantes personas Ecclesiasticas, sibi subditas. Per potestatẽ indirectam potest condere leges in ordine ad finẽ supernaturalẽ, seù spiritualẽ; idèst, cũ necessariò, aùt valdè expedierit, visũ fuerit ad cultũ Dei, & salutẽ animarũ. Et huiusmodi leges obligãt etiam laicos. Sic videm', Episcopos statuta facere, quib' prohibẽt sub pena Excõmunicationis, nè quis loquatur cũ Monialib', intr. Monasteria de gẽrib', ad euitãda picula animarũ.

140 Hoc supposito: Potest dici ad quaestionem superpositam. Non posse Episcopos, per potestatem directam, cõdere leges irritantes: sed hoc spectare ad supremos Principes, non recognoscentes superiores: Vt sunt, Papa, Imperator, Reges, &c. Nihilominùs per potestatem indirectam posse id facere: quià verisimile est, habere Episcopos ordinariam potestatẽ in eorum Dioecesi, ad faciendum omnia illa, quę pertinẽt ad gubernationem, moraliter necessariam, vel conuenientem ad salutem animarum, & cultum Dei: nisi Põtifex alitèr statuat, vel prohibeat. Ità Merolla, to. 2. de leg. disp. 4 cap. 5. nu. 302.

DE ABROGATIONE Legum. Cap. VII

AN lex cesset per contrariam legem? Dub. 1.

Quis possit legem abrogare? Dub. 3.

An statutum, conditum ab Inferiori, confirmatum à Superiori, possit ab inferiori reuocari, sinè consensu Superioris? Dub. 4.

Quibus modis sit abrogatio legis, & quos effectus habeat? Dub. 5.

An sit necessaria promulgatio, vt abrogatio legis plenè facta censeatur, & suum effectum consequatur? Dub. 6.

An reuocata, seù abrogata lege, imponente aliquam poenam vel censuram trãsgressoribus, ipso facto incurrendã, consequatur etiam ablata poena, vel censura antè reuocationem incursa? Dub. 7.

An lex cesset per contrariam legem? Dub. 1.

1 COmmunitèr affirmatiuè respõdent. Quorum ratio est: quia lex anteà recepta, vim obligandi amittit per legem posteriorem contrariam: seù per reuocationem: seù per correctionem: seù per restrictionem praecedentis legis, iuxtà qualitatem correctionis, seù restrictionis. Quia posterior voluntas Principis praefertur priori. Et lex in tantùm obligat, in quantùm Legislator intendit obligare. Ità Bonacina, de leg. disp. 1. qu. 1. pu. vlt. §. 1. nu. 1. Suarez, disp 6 de leg. cap. 27 Azorius, par. 1. lib. 5. cap. 20. & 21. Siluester v. lex quaest. 26. & alij communitèr.

2 Limitant hanc sententiam aliqui: Modò prior lex non fuerit firmata iuramento. Quià lex, firmata iuramento, non tollitur per posteriorẽ; nisi in posteriori fiet mẽtio prioris. Quià iuramentum sempèr addit maius vinculum, quòd à Legislatore non creditur relaxari, nisi fiat illius mẽtio: & plura videntur necessaria, ad derogandum legi magis stabilitę, quàm ad derogandum alijs, modo consueto editis. Sic Azorius part. 1. lib. 5 cap. 16. quaest. 6. Emanuel Sa, v. lex. nu. 29. Suarez. lib. 8. de leg. cap. 14 nu. 6. Glossa, in cap. cum non deceat; v. effectus, de elect. in. 6. Panormitanus, in cap constitutus, col 3. de rescrip. & ibi Felin. col. 2. Afflictus, decis. 3. Couar. rubr. de test. 2. par. nu. 19. & alij.

3 Sed hanc limitationem non admittit Bonacina, disp. 1 de leg. quaest. 1. pu. vlt. §. 1. nu. 1. quià in posteriori lege nõ opus est mẽtio prioris, etiàm iuratę: quandò iuramẽtum est tãtummodò assertorium de praesenti, iuxtà ea, quae tradit de iuramento, confirmãte contractum, disp. 3. de cont. q. 1. pu. 1. nu. 7. Cuius ratio est: quià Legislator per legem antecedentem non ademit

mit sibi ius illius auferendæ: ergò illam aufert per legem posteriorem contrariã. Admittit tamèn ipse Bonacina hanc limitationem; quandò iuramentum, non solùm est assertorium de præsenti, sed etiam de futuro. Vt si Legislator iuret, se legem non reuocaturum: quia tùnc censet, legem priorem non reuocari per posteriorem contrariam, nisi in ipsa fiat mẽtio prioris. Quià Legislator non præsumitur, velle sibi laqueum inijcere, derogando legi, cui sinè periurio derogare nequit.

Dubitatur: An abrogatio legis sit valida, & iusta?

4 COmmunitèr Doctores dicunt: Legem humanam interdùm abrogari posse, & validè, & iustè. Et sumitur *ex leg. unica C. de cadue. toll. in principio.* vbi ferè omnes causæ huius mutationis attinguntur; *& can. 2. dist.* 14. Quorum ratio est: quià per mutationem temporum, vel morum subditorum, aùt aliarum rerum accidere potest, vt subditis nùnc non ità expediant leges, quæ anteà magis expediebant. Non est autèm necessarium, hanc rerum mutationem tantam esse, vt legem effecerit, aùt iniustam, aùt prorsus inutilem: sed satis est, vt, vel nimìs rigorosa, vel minùs vtilis esse videtur: seù quòd maior fructus ex eius reuocatione speretur: vel quod maiora pericula, aùt mala illo modo euitentur. Et licèt ad abrogandam legem, iusta causa necessaria sit, vt docet D. Thomas loco citando: nihilhominùs non est necessaria tàm vrgens, & grauis, vt proptèr illam lex ipsa statìm cesset. Sicùt etiàm ad dispensandum, requiritur iusta causa, quæ per se solam legis obligationem auferre nõ valet. Nequè repugnat, abrogationem esse iustam, licèt lex non fuerit iniusta: quià iustum etiàm potest omitti, vel mutari proptèr magis iustum. Sicùt aliquid etiã omitti potest, quamuìs non sit inutile, proptèr aliud vtilius. Ità D. Thomas, ab omnibus receptus, 1. 2. *quæst. 97. art.* 1. & ibi Caietanus, & Medina. Sotus, *lib. 1. de iust. quæst. 7. numer.* 1. Siluester, *v. lex quæst.* 25. & ibi alij Summistæ Couar. *in cap. alma mater. part. 2. in princip.* vbi alios refert Suarez, *lib. sext. de leg. capit.* 25. *numer. tert.* Merolla, *tom. secund. de leg. disp. quart. capit. septim. dub. prim. numer. secund.* & alij.

5 Dixi: Licitè ad abrogandam legem, necessariam esse causam iustam. Quià ad validè tantùm abrogandam, non requiritur iusta causa: quià legis obligatio pẽdet ex voluntate Legislatoris: Voluntas autèm illa, abrogandi legem iustam, & vtilem sinè causa legitima, licèt mala sit; tamèn absoluta, & efficax est: ergò tollit imperium, & obligationem. Ità Merolla, *num.* 3.

Quis nàm possit legem abrogare?
Dub. 2.

6 COmmunitèr Doctores dicunt: Conditorem legis, eiusque Successorem, vel Superiorem posse abrogare legem. Quod possit Conditor, vel Successor, probatur: Quià res, per easdem causas, per quas nascitur, dissoluitur. *cap. 1. de reg. iur.* & Successor est eiusdem potestatis cum antecessore. Quod vero possit Superior, probatur: Quià Superior potest disponere in lege inferioris: ergò potest legem illam abrogare: quia lex inferioris pendet a Superiore, tanquam ab vniuersali causa. Vndè inferior non potest abrogare legem Superioris: vt habetur *in Clem velle mani de elec.* quia potestas Superioris non pendet ab inferiori: neque indiget illa in his, quæ per se ipsam facit: nec etiam potest voluntas inferioris, voluntatem superioris mutare.

Dubitatur: An Episcopus possit, extrà Synodum, abrogare Constitutiones, à se factas in Synodo Diœcesana?

SVpponimus in hac dubitatione: Episcopum non posse extrà Synodum Diœcesanã Constitutiones facere: Nam si concedimus, id posse: in hac dubitatione (vt aliqui tenent *in cap. 2. num.* 18.) necessariò dicendum est: Posse illas reuocare extra Synodum, seù inconsulta Synodo.

7 Archidiaconus, *in ca. 1. de fil præsbit. in* 6. Turrecrem. *in cap ex pœnitentib. dist.* 50. Oldr. *cons.* 326. *n.* 6. & alij dicunt: Nõ posse, eas reuocare, saltèm absquè Consilio Synodi Diœcesanę, vel Capitoli. Quorum ratio est: quia res, per easdẽ causas, per quas nascitur, dissoluitur: sed Constitutiones non possunt fieri ab Episcopo, absq; cõsilo Synodi Diœcesanę: vel saltèm Capitoli: ergò neque poterit, illas abrogare, inconsulto saltèm Capitulo.

8 Merolla, to 2. *de leg. disp. 4. capit. 7. num 9. vers. notandum*, distinguit. scilicet: Aùt abrogatio legis fit pura: aùt verò mixta cum aliqua obligatione contraria. Si primo modo, potest Episcopus illas abrogare. Secùs, si fit secundo modo. Ratio disparitatis est: quià in priori casu plus requiritur, ad legem condendam, quàm ad auferendam, vt clarè patet: nàm ad constituendam legem, multa requiruntur: Et tamèn ex defectu vnius tantùm requisiti, destruitur lex. Similitèr plùs requiritur ad res in fieri, quàm in conseruari: vt patet in naturalibus. Nàm ad productionē aquæ, requiruntur octo gradus frigoris: & tamèn cōseruatur aqua cum gradibus quatuor: vt videri potest in aqua feruida Et in moralibus: non potest quis recipere potestatem, delegatam à Papa; nisi sit in dignitate constitutus: & tamèn illā conseruat, etiàm cessante dignitate. Ergò, quamuìs Constitutiones Episcopales dependeant in fieri à consilio Capituli; non tamèn est necesse, vt ab eo pendeant in conseruari. Ratio posterioris est: quià in hac abrogatione imponitur noua obligatio contraria: ac proindè, conditur noua. Constitutio ab Episcopo: ergò non potest fieri, inconsultò saltèm Capitulo.

9 Tertia opinio absolutè ait: Posse Episcopum, illas reuocare. Cuius ratio est: quià solus Episcopus est auctor illarum Constitutionum: Parochi verò, Capitulum, & alij in Synodo Congregati, non faciunt Constitutiones: sed solùm præbent consilium, ad illas faciendas. Non ex necessitate: sed tantùm ex conuenientia, vt prudentiùs Episcopus procedat. Ità Castrus. *pa. 1. oper moral tract. 3. disp. 5. pu. 2. §. 2. nu.* 10 & alij.

An statutum, conditum ab inferiori, & confirmatum à Superiori, possit ab inferiori reuocari, sinè consensu Superioris?
Dub. 3.

10 Prima opinio negat. Quandò Superior non approbat reuocationem. Cuius ratio est: quià ex ea confirmatione, gaudet authoritate Superioris, & reputatur ac illius lex: ac proindè se habet ad illam inferior, ac ad ius commune. Ità Baldus, *in leg. omnium. C. de testam. nu. vlt.* Barbosa, *de potest Episcop. part. 2. alleg. 34. nu. 7.* Sanchez, *lib. 8. de Matri. disp. 17. nu. 30.* Botteus, *de Synodo Episcop part 2. art. 4. nu. 12.* Siluester, *v. beneficium, 3. q 9 nu. 13.* vbi Angelus, *n. 22.* Armilla, *nu. 27.* Dominicus, *cap. 1. in principio. numer. 11. de filijs Prælator. in 6.* & alij.

11 Secunda opinio distinguit: Aùt confirmatio est Essentialis: aùt Accidentalis: Si Essentialis: idest, quandò est veluti forma, dans esse legi: aùt quandò inferiores non habent potestatem, statuendi, seù ferendi legē, quæ vim nō habet; nisi prius à superiore confirmetur. Tùnc tale Statutum non est reuocabile, sinè authoritate Superioris, confirmantis reuocationem. Ratio est: quià tùnc lex illa verè est condita auctoritate Superioris: nam in hoc casu, inferior propriè non condit legem, sed quasi postulat à Superiore talem legem: ergò non potest reuocari, nisi eadem auctoritate, qua fuit condita. Quià eadē authoritas requiritur in destruendo, quæ in construendo. Si verò lex est secundi generis: idest, quandò inferior habet potestatem, ferendi veram legem, quæ talis sit, & vim habeat obligandi: & nihilhominùs ad maiorē authoritatem, & robur, confirmationem petit: tùnc nō obstante confirmatione Superioris, potest tale statutum abrogari ab ijs, qui illud condiderunt. Ratio est: quià id statutum, à Principe confirmatum, verè nō dicitur Statutum, seù lex Principis: sed sempèr manet in propria specie Statuti, seù legis municipalis. Ergò per talem confirmationem, non est lex illa facta irreuocabilis à proprijs Auctoribus: quià non mutauit naturam suam: ergò non procedit per se à iurisdictione Principis. Itèm illa confirmatio non est constitutiua talis legis: sed potiùs supponit illam constitutam; & addit quamdam solemnitatem accidentalem, ad maiorem statuti approbationem, & auctoritatem. Ergò statuentes sempèr poterunt, Constitutionem suam tollere: & tùnc desinit etiàm confirmatio, quasi ad desitionem fundamenti, seù obiecti. Nisi aliud constiterit de voluntate Principis, dicunt præcitandi Doctores: Quià licèt eius confirmatio non petatur, vt necessaria: nihilhominus poterit ipse, si velit, legem facere suam: & illam ità cōfirmare, vt suo nomine subsistat: & tùnc non erit reuocabilis ab inferioribus. Ità Bartolus, *in leg. omnes*

popu-

populi, in 4. quæst. tertiæ quæstionis principalis, vers. Iuxtà prædicta, ff. de iust. & iur. Felin *in cap. cum accessissent, num. 5. de constit.* Suarez, *lib. 6 de leg. cap. 26 num. 16.* Bellon *consil 37. num. 8. Granad. 12 controuers 7 par. 2. tract. 2. disp. vlt.* Bonac. *de leg. disp. quæst. 2. pu. 1. num. 16.* Castrus, *part. 1. oper. moral. tract. 3. disp. 5. pu. 2. §. 2 num. 8.* & alij.

12 Tertia opinio ait: Absolutè posse inferiorem reuocare suum statutum, non obstante confirmatione Superioris. Cuius ratio est: quia interdùm legimus in iure: Statuta facta ab inferiori, & confirmata à Pontifice, posse validè tolli ex consensu eorum, qui ea fecerunt. Sic habetur *in capit. cum accessissent, de constit. & capit. di lect. de præbend.* Ergò confirmatio Apostolica, per se, non tollit illam potestatem. Sic etiàm *in leg. omnium. C. de Testament.* dicitur: Testamentum, confirmatum ab Imperatore, posse reuocari a Conditore. Ità Panormitanus *in capit. cum accessissent numer. 2. de constit. & capit. dilecto. num. 10. de præbend.* Roch de Curte, *in capit. vltim de consuetud sect. 3. num. 18.* Siluester, *v. statutum. quæst. 15.* Couarr. *de pact. 2. pa. §. 2. numer. 5. versicul. Ego vero.* Emanuel Sa, *v. statutum. versicul statutum capitul.* Rodoriqu. *tomo 1. qq. regul quæst 68. articul. 5* Portella, *dub. regul v. statutum numer. 11.* Sanchez, *lib. 2 sum. cap. 15. num. 6.* Megala, *tomo 2. var. recol. 104. numer. 4.* & alij. Etiam si materia Statuti, & eius conditionis sit, vt statutum minimè valeret, absquè Superioris confirmatione. Ita Siluester, & Sanchez.

13 Limitant hanc sententiam Sanchez, *lib. 3 sum. cap. 15 numer. 6.* Emanuel Sa, Couarr. *numer. 6* Siluester, *dict. 5* Tabiena, *quæst. 39.* & alij: vt procedat tantùm, quandò Statutum, conditum ab inferiore, concernit principalitèr fauorem, ac vtilitatem Statuentium. Secùs verò, si fauorem aliorum, aùt bonum publicum principalitèr concerneret. Quorum ratio est: quià ea confirmatio vim Priuilegij habet, quod Statuentes possunt renũtiare, quandò in eorum fauorem cedit: Cuiusmodi erat casus *d. cap. cum accessissent.* Secùs verò, quandò Priuilegium concernit fauorem aliorum, vel bonum publicum. Vt apertè tenet Glossa, *in dicto capit. dilecto. vers. Huiusmodi clausula.*

14 Limitat secundò Megal. *numer. 12.* vt non habeat locum, quandò in confirmatione Apostolica, addita clausula irritante: *Vt, quidquid incontrarium factum fuerit, irritum sit.* Vt habetur *in dict. capit. dilecto, deprænbend. versic. Nisi fortè.* Quià, quandò dicta clausula Decreti irritantis apponitur, videtur data forma: vt notauit Baldas. *in leg. 1. ff de lib. & posthum.* At formæ renuntiari non potest, vt docet Bartolus, *in leg. de his, ff. de transact.*

15 At hæc limitatio patitur maximam difficultatem, vt ait Merolla, *tom. 2. de leg. disput. 4. capitul 7. numer. 12.* Quià contrà illam facit Textus celebris, *in l. filio præterito, ff. de iust. rupt.* Vbi consensus Filij præteriti, Testamentum Patris comprobat, & impedit; nè omninò extinguatur ex iure ciuili, in eius fauorem statuto, & habente huiusmodi clausulam Decreti irritantis. Itèm *text in capit. vltim. §. 15. autèm, de offic. de leg.* Ex quo constat: posse quem renuntiare formæ, inductæ in eius fauorem: & tamèn quidquid est inductum pro forma, Decretum hoc irritans omninò habet: Vt colligitur *ex capitul. cum dilecta de rescriptis.* Atquè ità Panormitanus, Imola, & alij Canonistæ *in dict §. 15. autèm* Ex eo adnotarunt, posse formæ renuntiari, si data sit in priuatam vtilitatem. Rursùs, ait Merolla: contrà eamdem limitationem potest afferri Text. *in capit. statutum §. In nullo, & § vltim. de rescript. in 6.* vbi licèt ea Constitutio Decreti irritantis clausulam habeat; tamèn ex consensu illorum, quorum fauorem respicit, permittitur eius derogatio; & illius formæ remissio. Et ideò hanc opinionem, quod quis possit renuntiare clausulæ Decreti irritantis, in eius fauorem appositæ, tenerunt Aret. *in leg. nemo potest. col. 4. ff. de leg. 1.* Felin. *in cap. cum dilecta, numer. 7. de rescrip.* Decius, *in capit. cum accessissent, num. 3 de const.* Curt. *in leg possumus. numer. 46. C. de bon poss. contrà tab.* Ludouicus Gomez, *in capit. 1. de rescrip. lib. numer. 59.* Ergò Statutum, conditum ab inferiore, & confirmatum à Superiore, poterit à Statuentibus reuocari: non obstante, quod ea confirmatio clausulam Decreti irritantis contineat. Ratio est: quià sicùt confirmatio facta est in fauorem Statuentiũ: ità & ea clausula, quæ est confirmationi accessoria, in eorumdem Statuentium fauorem videtur addita: Nam accessoriũ sequitur naturam principalis. Ergò, sicùt, nõ obstante cõfirmatione Superioris, põt

iessato, & contrariam inducendo, condẽdo legem oppositam.

20 Communitèr Doctores dicunt: lex posterior, priori opposita, abrogat priorẽ, etiàm si nullam eius mentionem faciat. Quorum ratio est: quià voluntas posterior, supposita potestate, vincit, & reuocat priorem: at lex posterior, quandò concordari non potest cum priori, sufficientèr indicat voluntatem, priori contrariam, *saltèm virtualem*, quæ formali æquiualet: ergò sufficit ad abrogationẽ. Hæc autèm abrogatio restringenda est, quò ad fieri potest, ait Merolla, *tom. 2. de leg. disp. 4. cap. 7. dub. 4 nu. 20. circà medium* Vndè communitèr Doctores dicunt: Legem nouam, prioris correctoriam, ità esse interpretandam; vt minùs quàm fieri potest, corrigat. Ità Gomez, *cons. 19. n. 5.* Paris. *cons. vlt. nu. 6. lib. 3.* Crauet. *cons. 259 n. 2.* Menoch. *de præsump. lib. 6. præsumpt. 38 nu. 6.* & alij. Quorum ratio est: quià legum correctio vitanda est: vt sumitur *ex cap. cum dilectus, de consuetud.* Et facit etiàm regula iuris. *Quæ à iure exorbitant, nequaquàm sunt extendenda.* Constat enim, legem reuocatoriam, ex suo genere exorbitantem esse.

21 Dummodò, quod per correctionem legis, reddatur ad ius antiquum: quià tunc illa correctio censetur fauorabilis: quià est, vt dicam, reuocatio prioris correctionis, quæ fuerat odiosa. Ità Gloss. *in cap. statutum v. numerandum, de præbend. in 6.* Couarr. 3 *varar. cap. 6 nu. 4.* Nauarr. *de pœnit. dist. 6. cap. 1. § laboret. nu. 16.* Molina, *lib. 3. de primogen. cap. 4. nu. 25.* Henriquez, *lib. 3. de pœnit. cap. 14. nu. 7. in comme. lit. K.* Tirequell. *in præfat. ad retract. nu. 58 de primog. q. 14.* Gomez, *tom. 1. varar. cap. 5 nu. 11* Gutierez, *de iuram. 1 part. cap. 51 nu. 8.* Suarez, *lib. 6. de leg. cap. 27. num. 7.* Sanchez, *lib. 1 de Matrim. disp. 12. num. 2.* & alij.

25 Secundò: Communis opinio ait: lex posterior non habet clausulam, derogantem, seù abrogantem priorem. Reuocat quidèm priorem, quandò illi directè opponitur: ità vt nisi priori derogat, fiat inutilis. Secùs verò, si illi non opponatur. Ratio prioris est: quià voluntas posterior, quæ, ex vi obiecti, non potest consistere cum præcedenti, mutat illam: etiàm si formalitèr, & expresè non intendat ipsam abrogationem: ergò &c. Ratio posterioris est: quià si leges possunt conciliari, non est admittenda correctio: sed quandò vtraque, potest habere effectum, conciliari possunt. ergò &c.

26 Immò Panormit. *in cap. cum olim, de sent. & re iud.* Felin. *in cap. non potest eod. tit. nu 8.* Boerius. *cap. quoniam. nu. 31. de iur patron.* & alij, addunt: Si potest vitiari correctio, seù contrarietas legum, alterius verba impropriè intelligenda: tùnc posteriorem esse impropiandam, vt irritetur prioris correctio.

27 Sed hoc admittendum est, ait Suarez, *nu. 11.* tantùm: quandò improprietas nõ est tanta, quìn (secundùm communem vsum) soleat etiàm velle in illa significatione vsurpari. Vel quandò, secundùm vsũ iuris, censeri potest illa significatio propria, licèt attenta prima significatione, videatur impropria: vt patet exemplo, in quo loquuntur Panormit. *in cap. cum olim, de re iudic. nu. vlt.* & Felin. *di. nu. 8.* scilicèt de electione facta in concordia: quæ in iure solet dici etiàm illa, in qua maior tantùm pars consentit: Et ideò ad vitandam contrarietatem, poterit interdùm vox illa ità exponi. Maior autèm improprietas non videtur admittenda, nisi quandò abrogatio ipsa, vel contrarietas, aliud speciale incommodum, vel absurditatem contineret.

28 Ex his deducitur primò, vt communiter dicunt Doctores: Legem generalem posteriorem omninò abrogare priorem, etiam generalem, dicto modo illi contrariam, vt patet *ex cap. 1. de const. in 6. & ex leg. non est nouum, ff. de leg.* Quorum ratio est: quià tùnc lex posterior non potest simul subsistere cum priori: nec etiã potest ex parte valere, & ex parte derogare alteri. Tùm quià vniuersaliter loquitur: tùm etiam, quià non est maior ratio de vna parte, quam de alia. Et ità dicendum est, quandò vtraquè lex prior, & posterior est specialis: & includunt simùl contrarietatem, quæ contradictionem inuoluat: Tùnc enim posterior abrogat priorem, propter eamdem rationem. Ità Bart. *in leg. omnes populi, nu. 29. & 25. ff. de iust. & iur.* Hoc autem intelligendum est de legibus specialibus, aut in iure communi contentis, aut de statutis, quæ fiũt à particularibus Communitatibus, vel Legislatoribus, qui scire possunt, & debent sua statuta. Secùs autèm erit de particularibus legibus, concessis à Principe extrà commune ius: quià tùnc clausula reuocatoria requiritur. Quià non præsumitur Princeps, scire ius priuatum: vt dicitur

tur

quasi consequentem ad illam. Si loquamur de reuocatione primi modi, non requiritur promulgatio. Secùs de secundo modo. Ratio disparitatis est: quià plus requiritur ad ponendam obligationem, quã ad auferendam: Nàm ad primũ requiritur concursus omnium conditionum, necessariarum ad veritatem, & substantiam legis: ad secundum autèm sufficit defectus cuiuslibet conditionis. Sed pura reuocatio legis, non ponit, sed aufert obligationem: ergò non est, cur ad illam requirantur omnes conditiones, quæ ad legem. Ratio posterioris est: quià illa obligatio imponitur per nouam legem: ergò ad illam legem requiritur promulgatio: quià eadem est ratio de illa, quæ de ceteris, cũ promulgatio fit de ratione legis, vt talis est: ergò ad dictam abrogationem eadem promulgatio necessaria est. Ità Suarez, *lib. 6. de leg. cap. 27. num. 16.* Merolla, *tom. 2. de leg. disp. 4. cap 7. dub. 5. à num. 34.*

34 Tertia opinio affirmat. Cuius ratio est: quià seruari debet proportio inter legẽ, & reuocationẽ eius: quià opponitur quasi priuatiuè: priuatio autèm reducitur ad genus formæ contrariæ. Et ex parte subiecti requirit omnes conditiones, requisitas ad positiuum oppositum: aliàs propria priuatio non erit. Tùm, quià lex est regula humanarum actionum: ità etiàm reuocatio legis est suo modo regula, saltẽ permittens oppositum eius, quod lex vetabat, vel præcipiebat: ergò sicùt lex non potest habere rationem regulæ, nisi promulgata sit: ità nec legis abrogatio. Ità Vasquez, 1. 2 *disp. 156. cap. 4.* Reccar. 1. 2. *tr. 3. cap. 6 quæst. 6. concl. 5.* Azorius, *pa. 1 lib 5 cap. 3. quæst. 7.* Salas, *de leg. disp. 12. sect. 8. & disp. 18 sect. 2.* Castrus, *pa. 1 opere. moral. tr. 3. disp. 5 pu. 2 § 1. n. 6.* Bonacina, *de leg. disp. 1 quæst. 1. pu. 1* & alij.

An reuocata, seù abrogata lege, imponente aliquam pœnam, vel censuram trãgressoribus, ipso facto incurrendam; censeantur etiàm ablatæ pœnæ, vel censuræ antè reuocationem incursæ? Dub. 6.

35 Negatiuè respondent Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 7. dub. 6. num 39.* Io. Battista Consta, *in cap 1. de iudic. nu. 103.* Marc. Anton. Genuens. *in pract. Eccl. quæst. 11. nu 2.* & alij. Quorum ratio est: quià illa pœna est iam contracta proptèr delictum commissum. Per abrogationem autèm legis pœnalis, licèt fiat, vt in posterum talis pœna non incurratur, proptèr tale delictum commissum: non tamèn remittitur pœna, priùs inflicta proptèr delictum, antea commissum: quià lex noua nõ extenditur ad præteritum, sed sola futura respicit: nisi aliud in ea exprimatur.

36 Limitant hanc sententiam aliqui: Nisi Princeps, in noua lege reuocatoria expressè adderet, se priorem reuocare, ac si condita non fuisset, vel similia verba: tùnc enìm tolleret etiàm pœnas, antea incursas. Ità Panormitanus, *in cap. quæ in Ecclesiarum eod. tit.* Io. Baptista, *consta in cap. 1. de iud. nu. 103.* Genuens. *in pract. Eccles. quæst 11. num. 2.* Sanchez. *lib. 7. de Matrim. disp. 7 nu. 4* & alij.

37 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quià talis abrogatio legis pœnalis, fauorabilis est: & ideò amplianda, vt censeatur reuocare, seù tollere etiàm pœnas, iam incursas. Confirmatur: nàm si Ecclesia abrogaret legem, quæ illegitimos facit irregulares, eò ipso auferentur eiusmodi irregularitates, antea contractæ: quià efficacior est abrogatio legis, quàm dispensatio in lege: ergò sicùt per dispensationem auferrentur: ità auferri debent per abrogationem. Ita Bonacina, *de cens. disp. 7. quæst. 5. pu. 1 nu. 2.* Suarez, *to. 5 in 3. par. disp. 41. sect. 1 n. 7.* Filliuccius, *tract. 20 cap. 10. qu. 4.* & alij.

38 Limitant hanc sententiam supra citati Doctores: modò abrogatio legis, simplicitèr, & absolutè fiat. Nã si apponũtur verba, respicientia solum tempus abrogationis; perspicuum videtur, regularitatem, antea contractam, non auferri: quia abrogatio non plus operatur, quam verbis exprimatur.

39 Quando verò Superior reuocat legem, seù constitutionem, vel censuram, sibi reseruatam, iam incursam; tũc cessat reseruatio. Ratio est: quià reseruatio non se habet admodum pœnæ, ipso iure incursæ: sed tantùm est negatio facultatis Confessario, aùt cuicumque inferiori, absoluẽdi Reum illum: ac proindè, est veluti pœna, tùnc infligenda, remittẽdo illum, vt obtineat absolutionem a Superiori: ergò si eò tempore reuocata est constitutio reseruans, cessabit reseruatio. Ità Dominic. *in cap final. nu. 9. de elect. in 6* Felinus, *in cap final. nu. 14. de const.* Sanchez, *lib. 7. de Mat disp. 49 in fine.* Meroll. *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 5. dub. 7. nu. 45.* & alij.

DE

DE CESSATIONE OBLIGA tionis legum. Cap. VIII.

An interdùm cessèt obligatio legis, in particulari casu, contrà verba legis: etiàmsi per Principem non tollatur? Dub. 1.

Quid nam sit necessarium, vt obligatio legis in particulari casu cessèt? Dub. 2.

Quomodò constare debeat de executione occurrente, vt in aliquo casu Epycheia vti, legem non seruare licèt, sinè recursu ad Principem? Dub. 3.

An aliquandò lex tota per seipsam cessèt, cessante omnino, & totaliter eius ratione, seù causa finali? Dub. 4.

An interdum cesset obligatio legis, in particulari casu, contrà verba legis, etiàm si per Principem non tollatur? Dub. 1.

1 Affirmatiuè respondet communis, & verissima opinio. Quià, vt ait Aristotelis, 5. *Ethyc. cap.* 10. Necessarium est, vt lex humana, interdum desinat obligare in aliquo particulari euentu: quià lex vniuersalitèr fertur. Et fieri non potest, vt vniuersalis dispositio legis humanæ, in omnibus particularibus casibus ità sit recta, quin aliquandò deficiat. Quià res humanæ, circà quas humanæ leges versantur, innumeris subsunt mutationibus, & casibus contingentibus: quos, nèc Legislator humanus semper præuidere potest: nec, si posset, illos omnes posset conuenientèr in particulari excipere: quià infinitam confusionem, & prolixitatem in legibus induceret: quod esset multò maius in commodum. Ergò necesse est, quod lex humana, generalitèr lata, in aliquibus casibus non obliget, proptèr mutationem rerum, in eis contingentem. Ità D. Thomas, 1. 2. *quæst. 96. artic. 6. & 2. 2 quæst. 60. art. 5. ad 2 & quæst. 120 per totam.* vbi Caietanus, & alij Expositores Diui Thomæ. Sotus, *lib. 1. de iust. quæst. 6 art.* 8. Medina, 1. 2. *quæst. 96 artic.* 6. Castro, *lib. 1 de leg. pœnal. cap. 5 docum.* 5. Valentia, *to. 2. disp. 7. qu. 5 pu.* 9. Suarez, *lib. 6 de leg. capit 6. num.* 4. Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 8. dub. 1. nu.* 2. Tiraquell. *in trac. de cessante causa, num.* 130. & communitèr Iuristæ.

2 Vndè, si in Ciuitate obsessa statuatur lex, quod portæ Ciuitatis non aperiãtur: lex hæc est vtilis Communitati, vt in pluribus & ideò obseruanda. Si tamen contingat casus, quod hostes insequantur aliquos Ciues, per quos Ciuitas cõseruatur: damnosissimum esset Ciuitati, nisi eis portæ aperirẽtur. Et ideò in tali casu essent portæ aperiende contrà verba legis, vt seruaretur cõmunis vtilitas, quam Legislator intendit: vt ait D. Thomas, 1. 2. *quæst. 96. artic 6.*

An, vt obligatio legis in particulari casu cesset, necessarium sit, & sufficiat, vt ratio legis in tali casu particulari cesset? Dub. 2.

3 Pro resolutione huius quæstionis, duobus modis posse rationem legis cessare, scilicèt: Negatiuè, & Contrariè. Tùnc dicitur ratio legis cessare negatiuè quandò ea ratio, quę induxit Principem, ad legem condendam, in aliquo casu particulari non militat: nihilominùs in tali casu seruare legem, non est malum. Contrariè verò dicitur cessare, quandò obseruantia legis in tali casu, vel esset peccatũ, vel saltem, quamuìs peccatum non esset nihilhominùs nimis intollerabilis fieret, Vt autèm distinctè in hac re procedamus, examinabimus duas causas.

Prima: An cessante ratione legis in aliquo casu particulari, tantùm negatiuè, cesset etiàm in eo casu obligatio legis?

4 Negat prima opinio: Nàm vt obligatio legis cesset, requiri vt eius ratio, & finis adæquatus cesset in communi, & vniuersalitèr: & non sufficit, quod cesset in casu particulari. Cuius ratio est: quià licèt ratio legis in particulari cesset negatiuè, tamèn semper manet aliqua ratio vniuersalis, ob quam expedit etiàm tùnc seruari legem. Tùm quià esset valdè contrarium bono communi, si proptèr illam solam causam possent leges non seruari. Tùm etiàm: quià per se est honesta ratio, seruandi legem, conformitas partium cum toto: vbi sinè incommodo seruari potest. Ità Vasquez, 1. 2. *disp. 163. cap. 3. nu. 19. & in opuscul de testam cap. 1. dub. 1. nu. 4. & opuscul. de reddit. cap. 2 §. 2. dub. 14 nu.* 5. Salas. *de leg. tract. 14. disp. 10 sect. 4 num. 19. & disp. 5. sect. 7 nu. 14. & tract. de cens. dub. 8. nu.* 16. Sanchez, *to. 1 sum. lib. 4. cap. 15 num. 37. & lib. 3 de Matrim. disp. 3. nu.* 7.

*num.*7 & 9. Beccanus, 1.2.*tract.*3.*capit* 6. *concl.*4.*num* 5.*in fine*. Medina, 1.2.*quæst.*96 *art* 6. Layman, *in Theolog. moral. lib.*1 *trac.* 4.*cap.* 21 *num.*3. Suarez, *de leg. lib.*6 *capit.* 7. & *lib.*3 *cap* 23. & *lib* 5 *cap.*26. Molina, *to.*1. *disp.*81. *ad* 3. *argum secundæ sententiæ in fine* Coninch. *de Sacram. disp.* 7. *dub.*9. *nu.* 86 & *disp.*14.*dub.*14 *num.*144. Reginald. *to* 1 *lib.*13.*cap.*18.*quæst.*3.*nu.* 180. Vilalob. *tom.*1 *sum.tract.*2.*dub.*36.*num* 6 Sotus, *de Iust lib.*1. *quæst.*6.*articul.*2. Miranda, *in Manual. Prælat tom.*2 *quæst.*25.*articul.*3. *conclus.*2. Petrus de Lorca, *in* 1.2. *tom.*2. *disp.*26.*de leg* Salonius, 2 2 *tom.*1.*quæst.*5. *articul* 4.*conclus.*5 *ad* 1 *argumentum* Couar. *part.*1. *decretal capit.*6. §.9 *num.*8 Sayrus, *in Clau. Reg, lib.*3.*capit.*1.*nu* 6. & *cap.* 7.*num.*11.*in fine*, & *num.*13 *in fine*. Naldus, *v. lex. num.*3. Bonacina, *de leg disp.*10. *quæst.*2.*pu.*8. §.*incidens.num.*13. & *de rest. disp.*3.*quæst.*1 *pu.*3.*num.*2. Pitigianus, *in 4.sent. to.*2. *disp.*15 *quæst.*2.*articul* 3. Moneta, *de commu. vlt. volunt. cap.*4. *quæst.*5. *conclus.*2.*num.*150. Pontius, *de Matrimo. lib.*5.*capit* 5.*num.*7 & 8. Portella, *in addit. regul. v. lex num.*4 Malderus, 1.2.*quæst.*97 *articul* 5. & 7. Sarmient. *select. inter. lib* 3. *capit.*12 *num.*8. Aragonius, 2.2. *quæst.*62. *articul* 4 *de dominio*. Caietanus, 2.2.*quæs.* 120. Merolla. *to.*2.*de leg. disp.*4.*capit.*8 *nu.* 7 Cardinal. Bellarm. *lib.*4. *de Rom. Pontif. capit* 16. *versicul. sed hoc facile* D.Thomas, 1.2 *quæst.*96.*artic.*6. & 2.2.*quæst.*120. *art.* 1. & alii.

5 At hæc opinio alicui displicuit: scilicèt, legem tùc obligare, quādò finis eius cessat in generali: secus autèm in particulari: Nàm (vt benè obseruat Scaccia, *in trac. de commerc* §.1. *quæst.*1. *num* 511.) quandò lex cessat in sua generalitate; tùnc lex non solum cessaret in vno: sed etiam cessaret in omnibus: sicque illa lex reduceretur ad non legem: quasi tùnc esset correcta ratio legis, & sic ipsa lex. Ità dicendum est, quod si in aliquo particulari casu cessat finis adæquatus, & totalis, & ratio legis; cessabit quoquè eius obligatio. Ratio est: quia valet illa regula: *Cessante causa, cessat effectus. capit. cum cessante de appellat* Nam ratio adæquata legis est, in suo genere, causa adæquata obligationis legis: Ergò illa cessante in quocumque casu particulari, cessat obligatio legis. Antecedens probatur: tùm quia ratio legis est anima legis: ergò non minùs est causa adequata obligationis, quam ipsa lex. Quoniam sicùt corpus sinè anima mouere aliud non potest: ita nec lex sine ratione potest subditum obligare. Tùm maximè, quia Iustitia legis pendet ex ratione: & ità, deficiente ratione, deficit iustitia, & consequentèr vis obligandi. Probatur secundò: quià cum ratio adæquata legis cessat in generali, seù comparatiuè omnium personarum, ac temporum, cessat in generali obligatio legis. Ergò cum ratio adequata legis cessat in aliquo, casu speciali, seù comparatione alicuius personæ, & temporis; cessabit obligatio legis in particulari. Ità Panormitan. *in cap quià, in Insulis, de regul.* Angelus, *v. lex, num.*4.*cas* 7. Nauar. *tom.*4. *comment rubric de Iudicijs num.*74. Henriquez, *lib* 1.*de Sacram capit.*17. *num.*2. *in comment. litter.* O & *lib.*10.*capit.*15.*num.*8. *in Comment. litter.* R Comitol. *respons moral. lib* 7. *quæst.*1.*num.*10. Granad. 1.2.*controuers* 7.*tract.*3.*par.*2.*disp.*15.*sect* 2. Diana, *part* 1. *tract.*10.*resolut* 28. Sosa, *in Bull. Clement. VIII de larg. muner fundam.*3. Emanuel Sa, *v. lex num.*1. & *v. Ludus. num.*1. Megala, 2.2.*lib.*2.*cap.*7 *quæst.*2. *num.*55. Menia, *in pag taxę panis. conclus.*2. *à num.*29. *vsquè ad num.*36. & alij.

Secunda: An cessante ratione legis contraria in aliquo particulari, cesset in eo obligatio legis?

6 COmmunitèr Doctores affirmant: Quorum ratio est: quia lex obligare intendens pro tali euentu, esset iniqua, vel in humana.

7 Dissentiunt tamèn Doctores: Quid necessarium sit, vt ratio, vel finis legis cesset contraria? Et specialitèr: An sit necessarium, vt, in tali casu seruare legem, sit malum, & peccatum? Nam Caietanus, *in* 2.2. *quæst.*120.*articul.*1. *ait*: Tùnc solum habere locum Epicheia, quandò lex in aliquo casu particulari ita deficit, vt in eo casu seruare illam, sit peccatum. Et fauet huic sententiæ D.Thomas, *in locis num.*4. allegatis: qui ait, tùnc solùm cessare in particulari legis obligationem, quandò obseruantia illius mala esset. Immò interdùm solùm excipit casum, in quo esset nociua Reipublicę. Vt patet *ex* 1.2.*quæst.* 96.*articul.*6.*in corpore*. Et probant: quia, Epicheia est pars Iustitiæ: ergò materia eius est operatio: quæ non esset recta, si secundùm legem vniuersalem fieret, & non secundum ęquitatem Epicheiæ alias rationes apud eos inuenies.

O Atta-

8 Attamèn Suarez, *in lib. 6. de leg cap. 7. à nu. 9* ait Hæc sententia Caietani est nimis rigida: quia sępè potest Homo excusari ab obseruantia legis, generalitèr loquentis: etiam si posset licitè, actum, per illā præceptum, facere; vel prohibitum, amittere. Ergò non tantum cessat obligatio legis, in particulari Nec solùm habet locum Epicheia, quandò obseruare legē, esset malum, & peccatum: sed etiam aliquandò, ac sępè illum habebit; etiamsi malum nō sit: solùm, quia est nimis grauè, aut difficile. Consequentia est clara: si Epicheia solùm haberet locum, quando seruare lege esset peccatum: quotiès licita esset Epicheia, esset etiam sub obligatione. Quia vitare id, quod peccatum est, semper cadit sub obligatione: ergò è contrariò: si absq; tali obligationd potest interdùm non seruari lex, potest etiam licita esse Epicheia, in casu, in quo sinè peccato potest lex obseruari Antecedens autèm est manifestum: quia ad vitandum magnum grauamen, licitum esse, non seruare legem: quamuìs si velim cedere iuri meo, possim facere actū pręceptum, cum illo grauamine. Vt clarè patet in præcepto Ieiunij: sępè enim licita est excusatio proptèr ægritudinē, vel similem causam: & nihilhominùs, si quis actum pręceptum faciat, non obstante excusatione: non solùm non peccabit; verū etiam sępè opus supererogationis faciet. Ergò excusatio non est sempèr cum obligatione, non faciendi actū præceptū. Nec oritur sēpèr ex iniqtate, seù malitia actus: sed ex alio iure, quod homo habet, vt non tam seruerè obligetur per legē humanā. Et ita Merolla, *to. 2 de leg disp. 4. ca. 8. n. 20.*

9 Vndè Epicheia, non solùm habet locū, quandò lex in tali casu præciperet rē iniquam: sed etiam, quandò præciperet rem acerbam, & nimis difficilem: quia in vtroque casu peccaret lex, præcipiendo iniustè: vel quia malum pręciperet: vel quia immoderatè, & vltrà potestatem Legislatoris. Ità Merolla, *num. 29.* qui addit cum Suarez, *d. cap. 7. nu. 11.* Epicheiam habere etiam locum in casu, in quo non deesset potestas in Legislatore, ad obligandū: sed ex circumstantijs iudicatur, nō fuisse hāc mentem eius: quia non sempèr Prælatus vult obligare cum tanto rigore, & in omni euentu, in quo posset obligare. Vt v.g. non solùm censetur quis excusari à præcepto Ieiunij, proptèr agitudinem grauē, in qua non posset Superior obligare: sed etiam proptèr minorem debilitatem, qua non obstante, potuisset Ecclesia obligare: sed nihilhominùs creditur, ex benigintate voluisse. Quę intentio Legislatoris colligi potest ex alijs circumstantijs temporis, loci, & personarū, & ex ordinario modo pręcipiēdi, cum illa moderatione sub intellecta; licèt non exprimatur. Vndè ad Epicheiam non est necesse interpretari, casum non comprehendi sub lege: quia Legislator non potuit sua lege illum cōprehendere: sed etiam sufficit, si interpretemur, noluisse illum non comprehendere, licèt potuerit: nam & hoc sufficit ad excusationem ab obligatione legis. Et sępè contingit illam esse Legislatoris voluntatam, ab ea, quam nuda verba pręseferūt. Et ita ibi etiā interuenit emendatio legis: quatenùs plùs verbis videtur cōprehēdere, quā fuerit in voluntate Legislatoris. Ergò rectè appellari pōt hęc Epicheia.

10 Vndè non solum potest cessare obligatio legis, quandò in particulari euentu esset cōtra bonum commune, seruare legem: sed etiam si sit tantùm contra bonū particularis personæ: dummodò sit nocumētum graue, & nulla alia ratio communis boni obliget ad illud inferendum, vel promittendum Nā tùnc iustitia, vel charitas iubet euitare tale nocumētum proximi, cui non potest lex humana rationabilitèr opponi. Vndè ad subueniendū proximo, grauitèr infirmanti; interdùm licitum erit omittere Missam in die festo.

11 Limitant hanc sententiam aliqui: vt tātū procedat, quandò detrimentū, vel proprium, vel proximi est in bonis acquisitis: non verò in acquirendis. Nā ex hoc sumi non potest sufficiens excusatio: quià illud non est verū detrimentum, seù damnum emergēs: sed tantū lucrum cessans, quod non consideratur. Aliàs possent homines nō seruare pręcepta, vt suis lucris attenderent. Ità Bart. *in leg nō dubiū, C. de leg. n. 9.* Tiraq *in tr. cessāte causa p. 1 n. 151.* Abluēs. *in c. 12 Exod q 23.* Siluest. *v Dom q. 4. vers. quæ autem necessitas.* & alij.

12 Attamèn hāc distinctionē nō approbāt aliqui. Nā si dānū emergens sit leuè, licèt in bonis acqsitis sit, pōt nō sufficere ad excusādū ab obligatione legis. Siverò lucrū cessās sit iustū, & graue, sępè ęquiparatur dāno, moralitèr loquēdo: Vt cōstat *ex leg. vn. C. de sēt. quę pro eo, ꝗ interest profer. in fin.* Et vsu receptū videmus excusari aliquem ab obseruatione Festi, ne currentē ac trāseūtē occasionē magni lucri amittat. *arg. cap. licet. de ferijs.* Quià lex positiua nō obligat cū tāto rigore. Et ità Caiet. *in sū. v. Testor. violatio.* Sua *li. 6 de leg. c. 7. n. 14.*

ferman

Fernandez, *par* 1 *cap.* 7. §. 1 *nu.* 6. Diana, *par.* 2. *tr.* 15 *resol.* 3, *in fine*. Ferdinād. Cast. *in opere moral tract.* 3. *disp.* 5 *pu.* 3. §. 2 *nu.* 3 Alcozer. *in sum cap.* 17. Palacios, *in sum. v. Festum*. Angelus, *v feria nu.* 34. Rosell. *v. feriæ*. Sanchez, *to.* 2. *consil. lib.* 5. *cap* 2. *dub.* 19. Merolla, *to.* 2. *de leg. disp.* 4. *cap.* 8. *dub.* 2. *num.* 29. & alij.

Quomodò de excusatione occurrēte constare debet, vt in aliquo casu Epicheia vti, & legem non seruare liceat, sinè recursu ad Principem?
Dub. 3.

NOta, quòd nos hic loquimur tātùm, quandò ille casus est certus, & cōtinetur sub verbis legis: nō autèm quandò est dubius: quià tùnc nulla est necessaria Epicheia; cum non obliget illa lex. Vt ostendi in Tract. de Conscientia dubia.

18 His positis D. Thomas. 2. 2. *quæst.* 120. *art.* 1. *ad* 3. ait: quandò certò constat, materiam legis, ex accidenti euentu, vel circumstantia, factam esse iniquam, seù contrariam alteri præcepto, aùt virtuti magis obliganti; tùnc cessat obligatio legis, & propria auctoritate potest omitti, sinè recursu ad Principem. Cuius ratio est: quià in hoc casu auctoritas Superioris nullum effectum habere potest. Nàm etiàm si post recursum ad illum, vellet, vt subditus legem seruaret; non posset illi obedire: quià obediendum est Deo magis, quàm hominibus. Ergò impertinens est, in eo casu licentiam postulare: nisi fortè in aliquo casu publico id iudicetur necessariū, ad vitandum scandalum.

19 Secundò, ait Merolla, *to.* 2. *de leg. disp.* 4. *cap.* 8. *num.* 33. Quandò constat certò, legē in tali casu non obligare: etiàm si possit sinè peccato seruari, subditus potest propria auctoritate illam non seruare. Cuius ratio est: quia si certum est, legem non obligare, consequentèr certum est etiam excusari a peccato subditum, non seruādo illam. Si verò subditus dubitet, An possit lex sinè peccato seruari? tùnc pro ratione dubij iudicandum est. Vt in *Trac.* 4. *cap.* 3. de conscientia dubia dicimus.

20 Tertiò Quandò quis habet opinionem probabilem: Legislatorem non potuisse, vel voluisse comprehendere casum aliquem in lege; potest excusari ab obligatione legis: & per consequens poterit licitè non seruare in eo casu legem. Ratio est: quia vnusquisque potest licitè operari secundùm opinionem probabiltem, vt dicemus *in Tract.* 4. *cap.* 4 *dub.* 2. etiam si formidinem aliquam habeat de opposito. Vt docent Santarellus, *vari. resol. p.* 1. *q* 59. *cap.* 4. *num.* 4. Lorca, *tom.* 1. *disp.* 39. *memb.* 2. Aluarez, *disp.* 80. & alij.

21 Limitant hanc sententiam Caietanus, 2. 2. *qu.* 120 *art.* 1. & alij: Vt tantùm locum habeat, quandò occasio est subita, & vrgens periculum, ità vt non detur tempus consulendi Superiorem: alioqui, dicunt, in illo casu recurrendum esse ad Superiorem. Et hanc opinionem videtur fauere D. Thomas. 1. 2. *quæst.* 96. *art.* 6. qui vtitur illa distinctione, quæ non potest in alio dubio verificari.

22 Sed hanc doctrinā non approbat Vasquez, 1. 2. *disp.* 176. *cap* 3. qui existimat, distinctionem illam D. Thomæ de casu, in quo potest, vel non potest consuli Superior, non posse applicari ad casum formidolosum cū iudicio probabili: quià quod Superior possit, vel non possit conueniri; nihil refert ad certitudinem iudicii de tali casu, an sub lege comprehendatur, nec nè. Et ideò distinguit hic Auctor duos modos Epicheiæ: scilicèt, vel excipiendo casum à potestate Legislatoris: vel à sola voluntate. Quod attinet ad primum modum Epicheiæ, dicit Vasquez: Posse subditum ex probabili iudicio, quòd talis casus non comprehendatur sub potestate Legislatoris, excusari a legis obseruatione, nulla expectata interpretatione Superioris: non solum in casu subito, & vrgente; sed etiàm in quolibet alio. Probatur: quià tùnc non agitur de interpretari ex iudicio ipsius Principis, quandò ipse illa nō declarauit: sed ex principiis Theologiæ, aùt Iuris. Et declaratur ampliùs: nam licèt Pontifex possit, suam potestatē declarare per clauem scientiæ: nihilominùs quamdiù illa non vtitur, nō tenemur illum consulere de potestate sua: sed regulis doctrinalibus possumus vti: ergò etiam in particulari casu, qui à potestate Legislatoris excipitur secundùm aliquas doctrinas probabiles, nō est necessarium ad interpretationem Princeps recurrere; etiàm si tēpus detur: sed licitum erit probabili iudicio, iuxtà probabilem opinionem vti. Quod verò spectat ae secundum modom Epicheiæ, in quo casu excipitur à sola voluntate Legislatoris, ait ipse Vasquez; non solùm esse recurrendum ad Superiorem, quandò fieri potest in casu probabili:

bbaili: sed etiam si casus sit merè impatiens: nec det tempus recurrendi ad Superiorem; non licere vti iudicio probabili, ad non seruandam legem: sed omninò esse ad literam seruandam. Ratio est: quia tunc est certum, nihil peccari seruãdo legem: Itemque est certum: verba legis de se comprehendere casum illum, & a Legislatore comprehendi potuisse: ergò quamdiù non constat certò, Legislatorem, casum illum excipere, voluisse; nõ licet à verbis legis recedere, proptèr solum probabile iudicium.

23 Attamèn *Suarez, lib. 6 de leg. 8. num. 6.* & Merolla, *to 1 de leg. disp. 4. cap. 8. num. 40* existimant, Sententiam Caietani esse practicè certam, quò ad hanc partem: vt quãdò non potest conueniri Superior; liceat, exprobabili opinione, seù iudicio, Epicheia vti: siuè casus excipi iudicetur à potestate Legislatoris, siuè à voluntate.

An aliquandò lex, tota per seipsam cesset; cessante omninò, & totalitèr eius ratione, seù causa finali? Dub. 4.

24 CLarum est apud omnes: quandò lex de se est perpetua, & feratur pro Communitate; non cessat ex defectu causę efficientis: Quià nõ cessat mortuo Legislatore, aùt amoto ab officio: vt colligitur, *ex cap. vlt de offic. de legat.* Et ità habet consuetudo omnium legum humanarum, tam Ciuilium, quam Ecclesiasticarum. Hinc patet differentia intèr præceptum, ab homine latum, solùm per modum personalis præcepti: & latum per modum constitutionis, seù legis. Nam præceptum, primo modo, expirat per mortem præcipientis: non vèrò latum per modum legis, seù statuti. Ità *Siluester. v* Mandatum *quæst. 3. & verb. Delegatus qu 6* Menoch. *de arbit. lib 1. q. 68.* Sanchez, *lib 8. de Matr. disp. 28. num. 47.* Suarez, *lib. 1. de leg. cap. 10. n 9.* Vasquez, *1. 2. disp. 151. cap. 3. nu. 16.* Merolla, *to 2. de leg. disp. 4. cap 1. dub. 3. nu. 66. & cap 8. dub. 4. num 57.* & alij.

25 Lex, ex defectu eorum, prò quibus fertur, ordinariè non cessat. Quià Communitas Ciuitatis, aut Populi de se perpetua est: quià per continuam successionem cõseruatur. Et licèt Ciuitas, vel Populus omninò deleri possit: id rarum est, & non habet moralem considerationem. Igitùr solum potest lex cessare per mutationem obiecti, seù materię, circa quam versatur, quò ad rationem propriam, ob quam sub obligationem legis cõstituitur. Nam si illa perseuerat, non cessabit lex ex illo capite: ac proindè simplicitèr non cessabit, nisi reuocetur: quia non habet illam causam reuocabilem, à qua in sua conseruatione pendeat, vt declaratum est.

DE DISPENSATIONIBVS.
Cap. IX.

An

Quid est Dispensatio? Dub. 1.

1 LAyman, *in Theolog. moral. lib. 1. tract. 4. cap. 22. num. 1.* ait: Dispensatio, est legis relaxatio, publica, auctoritate facta. Vndè Dispensare, aliud non est, nisi aliquem à lege eximere, casu quo ad illam tenebatur.

An Dispensatio latè interpretanda sit? Dub. 2.

2 COmmunitèr dicunt: Dispēsationem esse adeò strictè interpretandam, vt si aliquid operetur, extēdēda amplius non sit. Vt patet *ex cap. 1. § ille verò, de fili. Præsbit.* Et ratio istius opinionis est: quià Dispensatio exorbitat à iure communi, & ideò tanquam odiosa restringenda est. Confirmatur: quià lex, quæ omnibus est æqua, si ius commune lędat, ipsum corrigens; tanquam odiosa restringenda est. Regul. *Quę à iure communi exorbitāt. de reg. iur. in 6.* Ergò multò magis concessio particularis, ius ipsum violans, erit odiosa, & strictissimè intelligenda.

3 Hinc deducitur intellectus *ad cap. olim. de verb. signifi. & leg. beneficium. ff de cōst. princ.* quibus testibus constat: beneficium Principis, latissimè interpretandum esse. Cum ergò Dispensatio sit quoddam beneficium Principis, debet latissimè interpretari. contrà *cap. 1. de filijs Præsbyteri in 6.*

4 Sed huiusmodi Textus, (vt dicunt citandi Doctores) intelliguntur de beneficio Principis, nihil contra ius, sed solùm prætèr illud, concedentis: Id enim, quià iuri non repugnat, est latissimè interpretandum. Secùs, vbi concederet aliquid contrà ius commune: tunc enim esset vera Dispensatio, & strictè intelligenda. Insupèr quandò beneficium est prætèrius, debet latissimè interpretari in solius cōcedentis præiudicium: at in aliorum præiudicium, strictè. Ità Innocent. *in cap. quod dilectio in fine. de consang.* & ibi Alex. de Neua. *nu. 5.* Iason, *leg. beneficium, nu. 19. & 32. ff. de const. Princip.* Angelus, *v. priuilegium, nu. 3.* & ibi Siluester, *quæst. 3.* Armilla, *nu. 4. & 5.* Hoc autèm intellige, quādò est graue præiudicium, vt docèt Gloss. *fin cap. olim. de verb. signifi.* Archid. *Can. Quoniàm, nu. 2. dist. 69.* Volasc. *cons. 60. nu. 3. vol. 1.* Sanchez, *lib. 8. de Matr disp. 1. nu. 4. in fine.* Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. ca. 6. dub. 1. num 6.* & alij.

5 Immò Sanchez addit: Beneficium Principis, quod est solum præter ius, esse latissimè interpretādum: non tantùm, quādò est concessum motu proprio Principis; verum etiàm si ad partis instantiam concedatur. Nam alias, nullum esset discrimen inter id beneficium, & veram dispensationem: cum hęc quoquè latam interpretationē habeat, quandò motu proprio conceditur.

6 Attamèn alii Doctores citandi existimant: Beneficium Principis (quod scilicèt est præter ius, & nemini præiudicium affert) non esse ità latè interpretandum, quandò concessum est ad partis instantiam: sicùt quandò conceditur motu proprio. Quorum ratio est: quià, quandò ad solam instantiam partis conceditur, præsumitur minùs voluntarium, quàm si motu proprio concederetur. Immò censetur per importunitatem extortum: vt docent Baldus, *in leg. quod fauore, col. 2 in 2. oppos. C. de legib.* Panormit. *in cap. accedentes, nu. 10. de præscrip.* Felinus, *in cap. causā, quæ 2. col. pen. verf. Decimo tertio motu de testib.* Saran, *reg. de annot. quæst. 10 num. 3.* Ruyn. *cons. 148. num. 9.* Anto. Gabriel. *lib. 6. com. tit. de clauf. conel. 2. num. 82.* Et hanc opinionem tenent Io. And. *in cap. 8 de immun.*

mun. Eccles nu. 2. propè finem. num. 32 ff de benef prin Nauar, *conf.* 340. *numer.* 5. *vol.* 2. Granad. *dec* 59. *nn.* 55. Lauar. *conf.* 65 *num.* 28. Suarez, *lib 8 de leg cap.* 12. *num* 7. Tapina, *in leg. fin ff. de const. Princ par.* 2 *capit* 9. *num.* 127. Merolla, *to.* 1. *de leg. dispu.* 4 *cap.* 6. *num* 6. *vers. Ego verò.*

7 Vndè Suatez infert: Beneficium, seù Priuilegium, præter ius, motu proprio Principis concessum, extendi, quantùm proprietas vrborum patitur. Secùs verò, quādò est concessum ad partis instantiam.

8 At hoc non admittit Merolla, vbi supra. Nàm alias, nulla esset differentia intèr Priuilegium, quod est præter ius, concessum ad petitionem alterius: & veram Dispensationem, ad partis instantiam concessam. Vndè censet: etiàm Priuilegium præter ius, concessum ad petitionem alterius; extendi, quantùm patitur propria, ac naturalis verborum significatio. Differre tamèn ab eo, quod est concesū motu proprio, & à vera Dispensatione, quæ, scilicèt est contra ius Quoniàm in Dispēsatione, quandò commodè fieri potest, verba non ità latè accipienda sunt, ac propria eorum naturalis significatio extenditur: sed debet strictiùs intelligi. Priuilegium verò, concessum motu proprio, latissimè interpretandum est: hoc est, verba eius extendenda sunt aliquandò: non solum quantum patitur naturalis, ac propria eorum significatio; sed etiàm vltrà.

8 Hæc tamèn communis sententia aliquibus modis limitatur à Doctoribus.

9 Limitatur primò: nisi Dispensatio sit motu proprio Principis concessa: tunc enim latè interpretanda est: quia dicitur aliquo modo Principis beneficiū, ac omni ambitioni vacans. *cap si motu proprio de præbend. in 6.* ibi *Quæ de nostra mera libertate processit.* Ità Anton. *cap. At si Clerici. § de adulterijs. nu.* 14 *de iud. & cap. cum in cunctis § cum verò. num.* 14. *de elect.* & ibi Hostens *nu* 29. Io Andr. *nu.* 18. Panormit. *nu* 8 Decius, *in noua edit nu.* 14. Felin. *ca. postulasti. nu.* 13. *limit 6 de rescrip.* Rebuff. *in concord in form mand. Apostolici, super clausula motu proprio, in 4. effectu.* Staphil. *de lit grat. tit de ui. & effect. clausul. § Quartò motus proprius. nu.* 2. Milis, *in repert litt. D verb. Dispensatio. in princip.* Sanchez, *lib.* 8. *de Matrim disp.* 5 *num.* 5. Borgas. *de irregul p* 2. *tit. de interpet. Dispens. nu.* 22. Rodoriquez, *to.* 2. *qq regul. quast.* 46 *artic.* 11. & alij.

10 Immò Sanchez, & Merolla, *num.* 7. dicunt: Dispensationem, motu proprio cōcessam, debere quidem latè interpretari; non tamèn vltra naturam, & proprietatē verborum: sed quatenùs propria, ac naturalis verborum significatio patitur. Ex quo fit, latiùs esse interpretandum Beneficium Principis (quod est præter ius, & nemini præiudicat) quādò motu proprio conceditur: quàm vera dispensatio, quæ est contra ius, quamuìs motu proprio cōcessa: Nam in hac fit extentio tantùm intrà verborum proprietatem, secundum naturalem significationem: in illo verò, fit etiàm vltrà naturalem significationē: nempè, intra significationem ciuilem: siuè per communis iuris vsum, siuè per aliquam iuris fictionem. Quorum ratio est: quià purum Principis Beneficium (quod scilicèt, neque est contra ius commune, neque contra ius tertij) est magis fauorabile, quam Dispensatio, etiam motu proprio concessa: Nam, cum hæc sit contra ius, ex hac parte habet admistionem odii: & per consequens, est minùs extendenda, quam aliud. Immò qnandò huiusmodi Dispensatio inferret etiam præiudicium tertio; strictiùs interpretanda esset: quià præsumitur Princeps, velle, quàm minimū possit, damnum tertio inferre.

11 Et tunc dicitur Gratia; proprio motu concessa, quandò Princeps expresserit in litteris Dispensationis, se proprio motu concedere. Vt habetur *in cap si motu proprio. de præbend in 6.* Ratio est: quià, cum motus proprius includat necessariò vnā negatiuam, non coarctatam: scilicèt, nullum vnquàm supèr hoc Principem supplicasse, quæ probatu impossibilis est, *leg. actor. C. de probat. cap quoniàm cōtrà eod. tit.* non potest alitèr probari, quam per litteras ipsius Principis, asserentis: se motu proprio ductum, gratiam concessisse. Quandò autèm Princeps explicat, se proprio motu concedere gratiam, dicetur motu proprio concessa: quamuìs constet, eam ab impetrante petitam. Quia hæc non repugnant: sed significat Princeps illis verbis, se non illa petitione, sed proprio motu ductus, concessisse. Ità Bald. *cap nisi, num* 4 *de offic legat.* Decius, *cap.* 2. *in noua edit num.* 23. *de rescrip.* Rebuff. *in concord in forma mandati Apostolici super verbo. motu proprio vers. notandum est, & in praxi. benef tit. de mandat. Apostol. in Clausul. mandator. num.* 21. Anast. Germō, *de Indulg. Cord. § nos itaque n.* 5. Menoch. *de*

de arbit lib.2.centur 3 cas.201.nu.79. Sanchez,*to.8.de Matrim disp 8.num 6.*Merolla,*to.2.de leg disp 4 cap.6 num.8.*& alii.

12 Vndè infert Rebuff.*in dict. clausul.mandatorum nu.23.* cum Glossa, ab omnibus receptis.*dict.cap.si motu proprio. expressè.* Tunc non admitti volentem probare,ad partis petitionem concessam esse gratiã: Tùm quia esset, Pontificem mendacii redarguere velle:Tum etiam quia,nil emolumenti afferret,cum hęc non repugnẽt, vt supra dixi.

13 Limitatur secundò: Nisi Dispensatio sit in corpore iuris clausa. Tunc enim latè interpretanda est. Tum quia præsumitur motu proprio concessa,vt ait Felinus, *in cap si quandò numer 15. de rescrip.* Tum etiam quia, cum censeatur lex, non strictè interpretanda est: sed recipit omnem similem legis extensionem,scilicet, ad omnes causas, in quibus eadem, vel maior ratio inuenitur. Ita Oldrad *consil. 9.num.7.*Anton.*cap.olim num.vlt de verb. signif.* Felin. *cap.postulasti. num.13 lim.5. de rescrip.*Rodoriquez,*tom.2.qq regul.qu. 46.art.11.*Sanchez,*nu.8.*Merolla, *nu.11.*& alij. Nisi huiusmodi Dispensatio inferret præiudicium tertio:quia tunc ex hac parte,strictè interpretanda esset.

14 Limitatur tertiò: Quamuìs Dispensatio sit strictè iuris.At quotiès versatur circa iuris communis materiam,iuxta illud intelligenda est.Ita Abbas *in cap quod dilectio,ad finem,de consang.*Angelus.*v Matrim.3.imped 6 ad finem.* Siluest.*v.Matr.8. q.6.ad fin.*Sanch,*n.9.*Merol.*n.12.*Gamb. *de auct.leg.lib.10.n.254.*&alii.Quorum ratio est:quia Dispensationem, in tertio cõsanguinitatis gradu factã,extẽdi ad secundũ cũ tertio: eo, q̃ cõputari debet iuxta cõmunẽ Dispẽsationẽ:nẽpè,à persona,quę à stipite remortior est.*cap.fin.de consang.*

15 Vndè efficitur,vt licentia testandi,cõcessa Episcopis,faciat conualescere Testamentum,antea factum: Quia, id non est extendere Dispensationem:sed etiam intelligi secũdùm terminos iuris: quod, ad valorem Testamenti,etiam antea facti,solum petit, ad esse facultatem testandi tẽpore mortis, a quo robur sumit. *l. si quis filio exredato. §. irritum.ff.de iniust.rupto testam* & ita docent Bartol.*d.leg si quis filio in fine.*& ibi Immol *in principio.*Paulus *nu.4* Gambar,*de auctori,legis lib.10.num. 256.& seq.*Merolla,*num.12.vers.Hinc infertur.*Sanchez,*nu.9.*& alij.

16 Limitatur quartò: Vt intelligitur,quandò agitur de Dispensationis extensione, vltra verborum proprietatem. Vndè ad comprehensa secundum propriam verborum significationem,& naturam benè extenditur:quia verba latè intelliguntur quatenùs natura petijt. Ità Calder.*consil. 1.de consang.*Decius,*cap.at si Clerici, § de adult num.169.& seq.de iud.in noua edict.* Rebuff *in prax.benefic.de different. inter priuileg.& rescrip.num.8.*Tapia,*in rubric. leg final.ff.de const.princip.cap.5.nu.2.*Nauat.*cap.fin.num.5.& 6.de simon.à § leuitico.not.11.num.18.*Couarr.4 *Decretal.2.pa. cap.8 § 8.à lib 3.varar.cap.5.in fine.* Henriquez,*lib.7.de indulg.cap.24.nu.4.& cap. 30.nu.1.*& Rodoriquez,*to.2.qq.regul.quas. 46 artic.11.*

17 Et quamuìs hæc limitatio sit probabilis,non tamen caret difficultate:& ab ea recedunt Abbas,*in cap sedes,num.2 de rescrip.*Ganha.*de auctorit.legat. lib.10 num. 267 & seq* Sanchez,*lib.8 de Matrim.disp.1 num.10* Salas,*de leg.disp 17 sect.6.nu. 44;* Merolla,*to.2.de leg.disp.4.cap.6.num.14.* & alij. Qui dicunt:In materia stricta, qualis est Dispensationis, verba non sempèr ita latè accipienda esse,ac propria eorum significatio extenditur: sed debere aliquãdò strictiùs intelligi. Et probant: quia Dispensatio ad beneficia, non extenditur ad curata, & dignitates, neque ad beneficia Electiua: immò neque ad beneficia Ecclesiæ Cathedralis.Sed quid dicendum sit,dicemus inferiùs.

18 Limitatur quintò: Nisi Dispensatio sit in priuato statuto,aut consuetudine populi,quę erat iuri communi contraria: tunc enim latè interpretanda est. Quia reducit ad ius commune, quod est fauorabile. Quoniam omnis intellectus,&lex correctoria, per quæ reducimur ad ius commune fauorem continet, & extendi debet: res enim facile ad suam naturam redit. Ità Panormit.*cap.vim olim de verb. signif.nu.5* Iason,*leg.beneficium nu.24. & 35.ff de const.Princip.*Siluest.*v.Priuilegiũ. quæst.3 conclus.2.*Henriq.*lib.7.cap.30.nu. 3.*Sanch.*lib.8.de Matrim.disp.1.nu.12.*Coninch.*de Sacram.disp.33.dub 2.nu.17.*Decius,*in cap cum ordinem.nu.13.de rescrip.* Tapia,*in leg final.ff.de const.princ. in rubr. cap 6.num.9.*Merolla,*to.2.de leg.disp.4.ca. 6.num.16.*& alij.

19 Limitatur sextò: Vt intelligatur de Dispensatione,& Priuilegio quę priuatis cõceditur: nam Priuilegia, non Religioni concessa, extendenda sunt, tanquam fa-

uorabilia

uorabilia, in fauorem Religionis: etiàm si derogent iuri communi: ex illo principio quod etiàm Iuris consultus agnouit: *Sũma ratio est, quæ pro Religione facit. leg. sunt personæ. ff. de reg. & sump. funer.* Et huius ratio est: quià cum non vni, vel alteri personæ cõcedatur, sed toti Religioni, aut Communitati in perpetuùm; equiparantur legi: ac propterea habentur, ac si in corpore iuris inserta essent: sunt enim Constitutiones perpetuæ. Ità Oldr. *cons. 300 num. 4. vers. considerandum est.* Decius, *in cap. at si Cler. § de adulteris vers. similiter gratiosa videtur de iud.* Crauett. *de antiquo tempore pa. 4. in punt. num. 79.* Henriquez, *lib. 7. de indulg. cap 22. num. 3. & cap. 24. nu 4. in fine.* Suarez, *lib. 8. de leg. cap. 27. num. 7.* Sanchez, *num. 13.* Merolla, *nu 17.* & alij.

20 Hinc deducitur: Dispensationem, concessam ab Episcopo Clerico beneficiato, de percipiendis fructibus in absentia, causa studij; esse latè interpretandam. Quia non conceditur personæ, sed causæ, in qua vtilitas publica versatur. Ità Oldrad. *cons. 117. in fine.* Gambar. *de auctor. legat. lib. 10. num. 227.* Sanchez, *disp 1. nume. 14.* Merolla, *capit. sext. numer 17. in fine.* & alij.

21 Limitatur septimò: Nisi Dispensatio debita sit: eo quod Princeps, ob causam occurrentem, teneatur dispensare. Quià tũc potiùs est fauor, debitus causæ, & sic dilatanda. Ità Gambar. *d. lib 10. nu. 274.* Sanchez, *nu. 15.* & Merolla, *n. 18.* Vnde infert Gambran. *numer. 278.* & citati Doctores: eas Dispensationes, quæ fiunt, necessitate vel vtilitate Ecclesiæ exigentibus, velut ex iuris debito emanantes, esse ampliandas.

22 Limitatur octauò: Vt non ità strictè intelligatur Dispensatio, vt illusoria reddatur: ac à rei, in qua dispensatur, natura retrahatur. *arg. cap. si Ciuitas, de sentent. excommun. in 6.* Quià Priuilegium debet inintelligi iuxta materię, in quam cadit, naturam. *leg. in Contractibus §. fin. C de non numerata pecunia, & lege si vno, ff. locati.* & docent Sarmiem. *de reddit. Eccles. pa 8. cap 4. num. 3.* Sanchez, *lib. 8. de Matr. disp. 1. num. 16.* Coninch. *de Sacram. disp. 33. dub. 2. num. 17.* Merolla, *to. 2. de leg. disp 4. cap. 6. num. 19.* & alij.

Hinc deducitur: Quid dicendum sit de illa quæstione: An licentia testandi, concessa Monachis, vel Episcopis per Pontificem, arctetur ad primum Testamentum: ità vt, si illud reuocent, non possint postea secundum validè conficere?

23 Prima opinio affirmat, extingui eam licentiam, primo Testamento condito. Vndè (secundum hanc opinionem) dicendum est: postea confecto secundo Testamento, præualere primum: eo quòd secundum, ex potestatis defectu, vim sortiri nequeat. Cuius ratio est: quia, ea testandi facultas, est Dispensatio quædam, immutans bonorum Ecclesiasticorum naturam, & institutionem: ac proindè, tanquam odiosa restringenda est. Tum quia sermo simplicitèr prolatus, maximè in odiosis, intelligitur de prima vice. *leg. bones. § hoc sermone, ff de verb. signif.* Et ità Soccinus iunior, *cons. 89. à num 24. vol 1.* dicit: Sic respondisse insignes Iuris peritos, quęstione hac agitata. Decius, *cons. 512. nu. 10. vol. 2.* Tiraquell. *d. leg. bones. §. hoc sermone ff de verb. signif.* Curt. Iunior. *cons. 178. ad finem.* Couar. *in cap. cum in officijs in priori editione, num. 8. de testam.* Bursat. *cons. 30. num. 56. vol. 1.* Gregorius Lopez, *l. 32. verb. non valdra. quæst. 17. in fine tit. 9 pa. 6.* & alij.

24 Secunda opinio negat, eam facultatem extinguere primo actu: sed virtute illius licere totiès, quotiès libuerit, Testamentum facere vsque ad mortem; ac prius factum reuocare. Cuius ratio est: quià non est ea Dispensatio strictè interpretanda, vt reddatur illusoria, ac contra Testamẽti naturam: quæ est, vt vsquè ad mortem reuocari possit: ad eò vt, nullam legem contra hoc sibi Testans imponere valeat, quin ab ea, tanquam Testamenti naturæ contraria, recedere liceat. *leg. si quis, in princip. ff. de legat.* Tùm quià, *lex boues, si hoc sermone ff. de verbor signif.* decidens: sermonem, simplicitèr probatum, intelligi de prima vice; intelligitur: nisi actus ille sit suaptè natura reuocabilis. Et ità Nauarr *de reddi. Eccles. quæst. 3. nu. 23. & 24 & in Apolog. de redditib. quæs. 3. motior. 9. nu. 3.* Molina, *lib. 2. de primogenito. cap. 11. num. 45.* Alban. *tract. de Cardinal. quæs. 48* Sarmiento, *de reddit. pa. 4 cap. 4. nu. 3.* Cou. *se retractans cap. cum in officijs, nu. 8. in posteriori edit. de testam.* Hyeronimus Gabr. *cons. 83. num 27. vol. 1.* Molina, *tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 141. ad finem.* Barbosa, *l. diuortio, 8. §. Quod in anno, nu. 19 ff solut. Matrim.* Rodoriquez, *co. 3. qq. regul. quæst. 69. art. 5.* Sanchez, *lib. 8. de Matrim. disp. 1. num. 18.* Greg. Lopez, *sibi contrarius eadẽ l. 32. verb. non valdra. quæst. 21. titul. 9. par. 6.*

& Mattienz, lib. 4. recopil titul 4. l. 3 gloss. 3. num. 5 & l 9 gl ss. 1. num. 3. Merolla, tom. 2. de leg. disp. 4 cap 6. num 28. Baralta, leg. si quis, in princ. num 94 ff. de leg. 3 & alij.

25 Limitatur nonò: Vt Dispensatio non ità strictè intelligatur, quin ad necessariò, & inseparabilitèr connexa extendatur (vt dicunt communitèr Doctores) nè Dispẽsatio suo effectu frustretur. Hinc Dispensatio ad plura beneficia extenditur, ad licentiam non residendi in vtroque, sed in solo altero, vt dicunt Gloss. cap. quià in tantum v. plures, deprabend. & ibi Panorm. num. 4. Ripa, cap. ad aures, num. 43. de rescrip. Felin. cap. At si Clerici, § de adulterijs num. 17. de iud. Euerard. in suis Topicis loco, à ratione legis. larga num. 36. fallent. 11. Angelus, v. dispensatio num 9. Siluester, 16 quæst. 5. num. 9. Sanchez, lib. 8. de Mat. disp. 1. nu. 19 Merolla, to. 2. de leg. disp. 4. cap. 6. n. 22. Iason, leg. beneficium, nu. 45. ff de const. Princ. Probus, addit. ad Monach. C. vnico. num. 10 de ætate, & qualit. in 6. Borgosius de irregul. pa. 2. tit. de interpretat dispens. n. 4 Sayrus, in Clau. Reg. tom. 1 lib. 7. cap. 14. num. 21. & alij. Ex qua ratione si dispensetur cum minori viginti tribus annis, vt Beneficium parrocchiale habeat; dispensatur consequentèr, nè teneatur, intra unum ad sacerdotium promoueri, vt sic euitet pœnam statutam, in cap licèt, canon, de elect in 6. contra eum, qui, cum beneficium parrocchiale habeat, non promouetur intra annum. Ratio est: quià, ætate, in qua secum ad id beneficium dispensatur, nequit ad sacerdotium intra annum transire. Ità Felin. capit. fin nu 5. de simon Decius, cap. cum in cunctis §. cum vero, in noua edit. nu. 13 de elect. Panorm. loco citato Anna, cap. at si Clerici § de adulterijs num. 14. Milis, in Repertorio litt. D. verb dispensatio num. 23. & vers. Dispensatus, vt non obstante. & alij.

26 Dixi: Dispensationem esse extendendã ad accessoria, seù connexa inseparabilitèr: Nam, quandò accessoria sunt à principali inseparabilia; ità vt Dispensatio supèr principali, imprimat suum effectum, absque ea extensione, non extenditur ad ea accessoria. Quia Dispensatio strictè intelligenda est. Vndè Dispensationem, ad non residendum, non extendi ad fructuum consecutionem, qui ab absentibus perduntur: quià hęc possunt separari Vndè ea Dispensatio deseruit, ne is priuetur beneficio, ob residentię defectum. Ità Ant. ca. At si clerici, §. de adulterijs, n. 14. de iud. & ibi Felin. nu. 17 vers. secundò fallit Milis, in repert. nu. 23. vers. Dispensatus, vt possit. Gamb. de auct. legat. lib. 10. n 242. Sanch d. disp 1. n 20. Merolla, d c. 6. n 24. & alij.

27 Limitatur decimò ab aliquibus: Nisi Dispensatio sit in causa Matrimonij. Tũc enim, fauore Matrimonij, extendenda est: nisi scandalum ex larga interpretatione sequatur. Ità Felin. in cap. postulasti, n. 13. lim. 3. de rescrip. Milis, in repert. lit. D. verb. dispensatio, n. 23 vers. Dispẽsatio quatenùs. Loares, de Mat. Regis Angliæ, dub. 2. in secundo fundamẽto pro parte affirmatiua, n. 29. Veracez, pa 1. specul. art. 44 fol. 5. paulo ante 2. dubium. Borgas. de irregul. p. 2. tit. de interp. dispens. n. 23. Gambar. de auct. legat. lib. 10. nu. 262. & alij.

28 Attamèn hanc limitationem alij reijciunt. Primò: quia nullo iure probatur, Dispensationem, in causa Matrimonii, esse fauorabilem, & ita extendendam. Secundò: quia eam odiosam esse, ac stricti iuris, appellant expressè Corn. cons. 201. n. 8 vol. 2 & Rota, in nouiss to 3. lib. 1. dec. 117. & lib. 2. dec. 70. nu. 2. & docent Gutierez, qq cano. lib. 2 cap 15. à nu. 1: 7. Sanch. lib. 8. de Mat. disp. 1. num. 30. & alii.

29 Et quamuis hæc secũda opinio sit probabilis, ait Merolla, to. de leg. disp. 4. capit. 6. nu. 28. attamèn existimat, primam opinionem esse probabiliorem. Tum propter argumenta, pro ea adducta: tum etiam, quia ratio incontrarium allata, parum vrget. Nam dici potest, Dispensationem in causa matrimoniali, censendam esse fauorabilem: quia reducit ad ius naturæ, quod est fauorabile. Vndè licèt Dispensatio in impedimentis Matrimonii, sit contra ius commune Ecclesiasticum: nihilhominùs, quia hoc ius Ecclesiasticum est odiosum, cum exorbitet à iure naturę, quò spectato, validum esset Matrimonium, v. g inter consanguineos in linea transuersali, saltè excepto primo gradu: per consequẽs huiusmodi Dispensatio erit fauorabilis: quià per eam fit reductio ad ius naturæ, quod est fauorabile.

30 Ex his omnibus supra dictis deducitur resolutio multorum casuum. Primò: Dispensationem, concessam Episcopo, vt vltrà tres menses, iure præscriptos, cõsecrationem differat; non extenditur ad retẽtionem beneficiorum, quæ à consecratione nis die vacare debet, docent Innoc. d. cap. cum in cunctis, n. 3. vbi Hostiẽs. n. 16. Io. And. n. 18. & alij. Quorũ ratio est: quia Dispẽsatio non extẽditur ad annexa separabilia:

At dilatio consecrationis,& retentio beneficiorum non suntità annexa, quin separari possint.

31 Attamèn Anton. *in cap cum incunctis.* § *cum verò, de elect n.*14. vbi Panorm. *n.*9. Decius, *in noua edit. n.*14. Felin *in cap. postul. n.*13. *lim.*6. *de rescrip.* Rebuf. *in prax. benef. tit. de dispens. ad plura beneficia. n* 74 Gambar. *de auct. leg. lib.* 10. *nu* 249 *& seq.* Sayr. *decens. lib.* 7. *cap.* 14 *n.* 31. Garz. *to.* 2 *de de benef. pa.* 11. *cap.* 6 *num.* 14. Sanch. *lib.* 8. *de Mat. disp.* 1. *n.* 24. Merol. *to.* 2. *de leg disp.* 4. *c.* 6 *n.* 32. *vers. At probabiliùs,*& alij, dicunt: ea beneficia non vacare: quià vacatio illa est inseparabilitèr coniuncta dilationi inculpabili consecrationis. Quarè eo ipso, quòd dilatio culpa vacat, ratione legitime Dispensationis, extenditur quoque dispensatio, nè vacent beneficia, tãquam ad connexum inseparabile.

32 *Secundò.* Subdiaconus, dispensatus, vt possit vxorem ducere, tenetur recitare diuinum Officium, docent Azorius, *pa.* 1. *lib.* 10. *cap.* 5. *quæst.* 5 Bartolom. à S. Fausto; *de Horis Canon. q* 59. Bonac. *eod. tr. disp* 1. *q.* 2. *pu.* 3. *n.* 5. & alij. Quorum ratio est: quia Dispensatio est odiosa, & per consequens strictè interpretãda, vt non extendatur ad accessoria, seù connexa separabilia, iuxta doctrinam traditam, *in nu* 26. vbi ex hoc deduximus: Dispensationem, concessam Beneficiario ad non residendum, non extendi ad fructuum consequtionem: quià hæc possunt separari. At verò in Subdiacono, obligatio ad recitandum Officium, est diuersa, & separabilis ab obligatione, seruandi Castitatem, seù non ducendi Vxorem: ergò dispensatus ad hoc, non cẽsetur dispensatus ad illud.

33 Attamèn Sanchez, *lib.* 8. *de Matr. disp.* 8. *n.* 11. Sayrus. *in decis.* 23. *de celeb. Miss.* Aloysius Riccius, *collect* 908 Paulus, *Squill. in tract. de oblig Cleric. pa.* 1. *dub* 17 Suarez, *in defens. fidei lib.* 4 *cap.* 18 *n.* 3. Nauarr. *tom.* 1. *cons. in.* 2. *edit de celebr. Miss cons.* 21. Merolla, *to.* 2. *de leg. disp* 4 *cap.* 6. *n.* 33. & alii, dicunt: Subdiaconum, dispensatum, vt possit Vxorem ducere, non teneri recitare Officium. Quorum ratio est: quià hec obligatio recitandi, non videtur annexa charactéri præcisè, sed statui Subdiaconi: sicùt de priuilegijs Subdiaconi omnes fatentur. Cũ igitur per contractũ Matrimonij, Subdiaconus mutet statũ, ac transeat ad statũ incõpatibilẽ, in quo munus Subdiaconi exercere non potest, neq; priuilegiis Subdiaconi frui, & amittat etiam beneficia, si quæ antè habeat: Consequentèr dispensatus, vt mutet statum Subdiaconi, ducendo vxorem, censetur quoq; dispensatus, vt non teneatur, Officiũ diuinũ recitare: quià hoc erat inseparabilitèr connexũ statui Subdiaconi. Et ità, pręter Doctores citatos, docent Doctores, quos citaui *in lib.* 2. *tr.* 3. *c.* 2 *à n.* 16. *& lib.* 2. *tr.* 5. *ca.* 10 *num.* 15.

34 Ampliant hoc Sãch. Squil. & alij: Quod non solum Subdiaconus, sic dispensatus, non tenetur ad recitationẽ Officij diuini à die contracti Matrimonij: sed neq; à die quo habitũ sæcularẽ induit, vt, vtens dispensatione, ad nuptias transeat. Quià iã translatus est ad statum seculerẽ, solo indelebili charactere manente. Nec gaudet priuilegijs Clericorũ. Et idem videtur sẽtire Suarez, loco citato.

35 Tertiò. Quandò Episcopus, seù Prælatus regularis mittit subditum, ab alieno Episcopo ordinandum, non cẽsetur, cum cõmittere illi Episcopo vices suas, vt dispenset cũ illo in irregularitate, aut quouis alio impedimẽto, in quo potest prius Prelatus dispensare, docent Nauarr. *lib.* 1. *cons tit. de temp. ordin. in* 1. *edit cons.* 27. *n.* 2. *& in.* 2. *cons* 13. Sanch *lib* 8. *de Mat. disp.* 1. *n.* 25. Coninch. *de Sacr Mat disp.* 33. *nu.* 17. Io. Maria Nouar. *in suo opere, iur. Põtif. noui: concl.* 3. *n.* 4. *&* 6. Molfes. *to.* 1. *tr* 2. *de Sac. ord. c* 1. *n* 56. Merol. *to* 2 *de leg. disp.* 4. *cap.* 6. *n.* 38. & alij Quorum ratio est: quià Dispẽsatio non extẽditur ad connexa, sinè quibus potest consistere, absq; potestate reddendi ordinãdũ habilem ad Ordines: vt potè, quæ intelligitur, si ille aliàs habilis sit, vel à legitimo Superiore impetret dispensationem in ea inhabilitate. Tũ quià, à separatis non fit illatio, *cap. ad audientiã de decim. leg. Papinianus de minor.* At potestas Dispensandi, & Ordinandi separata sunt.

36 Alij verò contrarium dicunt. Quorũ ratio est: quià cõcesso aliquo, censentur sub indè concessa ea, sinè quibus id expedire nequit, *cap pręterea, de off. de leg. & leg.* 5. *ff. de iurisd. omn. ind.* Tum etiã quia, Dispẽsatio in principali, extẽditur ad accessoriũ, sinè quo consistere non potest: At promotio ad ordines fieri non potest, eo impedimento non sublato: ergò &c. Ità Angel. *v. irregul. n.* 34. & ibi Siluest. *q.* 9 *n.* 11. *in fine.* Armilla, *num.* 81. Auila, *de censuri b. par.* 3. *disp.* 10. *dub.* 6. Henriquez, *lib.* 14. *excommunic. capit.* 17. *num. quart ad finem*, & alii.

37 Quartò. Illegitimus, dispensatus ad Ordines, non censetur dispensatus ad Ordines sacros: sed solùm ad Ordines minores, docent Gloss. *in ca. litteras. v ordinari, de filijs Præs.* Reb *in prax. benef. tit. de dispē. super defectu natur n.* 17 Angel *v. Priuil. n.* 3 *& v. Cleric. 1. q* 4. Armil *v. Priuileg. n.* 4. *& v. Clericus nu.* 4. Tabien. *v Priuilegium, quæst* 3. *num* 4. Maiol *lib. 1. de irregul cap.* 8. *num.* 6 Henriquez, *lib.* 14. *cap.* 8 *num.* 10. Suarez, *lib.* 8. *de leg. cap.* 28. *num.* 16. Sayrus, *de cens. lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 19. Salas, *de leg. disp.* 17 *sect.* 6. *num.* 44. Sanchez, *lib* 8. *de Matr. disp.* 1. *num.* 26 Barbosa, *tom.* 2. *de potest. Episcop alleg* 45. *num.* 4. Gieronda, *in tract. de explic priuileg. nu.* 1637. Merolla, *to* 2. *de leg. disp.* 4. *cap.* 6. *nu* 39 & alij Quorum ratio est: quia cum strictè interpretanda sit, sufficit, vt in minoribus Ordinibus suum effectum sortiatur: Ordines enī sacri, sūt Ordines qualificati: & ideò in materia stricta nō veniunt, nisi exprimātur.

38 Limitant hanc sententiam aliqui: nisi prædictus Illegitimus esset in minoribus constitutus, & Papa id sciret: quia tunc, nè dispensatio frustanea sit, & vt verba aliquid operentur, intelligitur de Sacris, vsquè ad Sacerdotium. Quia non præsumitur, mens Pontificis esse, vt ille per Subdiaconatum maneat incapax, mutandi statum: nec vlterius possit ascendere. Secùs verò, si Papa ignoret, eum illegitimū esse in minoribus constitutum: quia tunc non est, cur eius mens præsumatur, esse dispensare, vt ad sacros ordines promoueatur, virtute eius dispensationis, quæ ex se solos minores Ordines comprehēdit. Si verò cum Illegitimo dispensaretur ad Ordines sacros suscipiendos; tunc talis Dispensatio extenderetur etiam ad minores: nam aliàs esset inutilis: Cum nemo possit sumere Ordines sacros, nisi prius suscipiat minores. Ità Sanchez, *loco citato.* Merolla, *nu* 40. Hostiens. *in cap. litteras, de filijs Presbiteri in fine.* & alij. Si tamēn Dispensatio ad Ordines, esset concessa motu proprio Pontificis: tunc enim extenderetur etiàm ad Sacros.

39 Secūda opinio ait: Quandò Illegitimus est dispensatus ad Ordines, censetur dispensatus etiam ad Ordines sacros. Cuius ratio est: quia Dispensatio non est ità restringenda, vt non extendatur ad omnia, quæ sub rigorosa verborum significatione continentur, vt docēt Calderinus, Decius, Rebuffus, Nauarr. Couar. & alij *num.* 36. citati. Sed prædicta verba in rigoroso sensu, tam significant sacros Ordines, quā minores: ergo etiam ad Sacros sunt extendenda. Confirmatur: nam si restringenda esset dicta Dispensatio, deberet intelligi tantùm de prima Tonsura. Tùm quia in his rebus, indefinita æquipollet vniuersali. Tùm etiàm, quia petens eam Dispensationem à Pōtifice, apertè innuit, se petere Dispensationem, etiam pro sacris Ordinibus: nam alias non fuisset necessarium, adire Pontificem pro ea Dispēsatione: cum Episcopus potuisset, cum eo ad minores Ordines dispensare. Quare Pontifex absolutè dispensando, videtur etiam pro Sacris dispensare. Ità Philiarc. relatus ab Antonio *in cap. litteras. nu* 10. *de filijs Presb* & probabilem vocat Coninch, *de Sacrament disp.* 33. *dub.* 2. *nu* 29 & approbat Suarez, *to.* 5. *in* 3. *pa. disp.* 4. *sect.* 3. *num.* 3. & docent Marchinus, *de Sacram ord. tit.* 1. *par.* 9 *cap* 4 *num* 10.

40 Quandò Dispensatio Illegitimi est ad omnes Ordines; tunc, non solùm censetur dispensatus ad minores, sed etiam ad omnes Ordines sacros. Ratio est: quia illud signum vniuersale, *Omnes*, est tantæ efficaciæ, vt faciat venire etiam, quæ aliàs non venirent, eo signo nō apposito. Tùm, quia, aliàs illa particula, *Omnes*, superflua esset: cum tamēn in decretis, ac rescriptis Pontificijs, verba aliquid operari debeant vt habetur, *in cap. si Papa, in priuileg* 16. Quòd adeò verum est, vt non solùm verbum, & quelibet actio non debeat esse sinè effectu, aliquid operandi: sed etiam quælibet syllaba, vt docent Gloss. *in cap. solite v tanquam de maior obed.* & alij. Ergò &c. Ità Gloss *in cap final. de filijs Presb. in.* 6 *verb ad omnes.* & ibi Archid *paulò post principium.* Domin. *num.* 8. Anchar. *in cap. litteras de filijs Præsbit* Sanchez, *lib* 8. *de Matrim. disp.* 1 *nu* 26 *in fine.* Coninch *to.* 2 *de Sacra. disp* 33. *dub.* 2. *num* 29. Ferd Cast. *in cap* 3 *num.* 4 Merolla, *to.* 2. *de leg. disp.* 4. *cap* 6. *num* 42. & alij.

41 Si verò cum Illegitimo non dispensetur explicitè ad Ordines; sed tantùm, vt Clericus fiat: tunc censetur dispensatus ad Ordines minores, docent Fagundez, & Sanchez, locis citatis.

42 Quintò. Illegitimus, dispensatus ad Ordines, nō censetur, dispensatus ad beneficia simplicia, docent Rebuff *in prax. benef. tit de dispens super defectu natalium num.* 48. Nauar. *conf.* 2. *de præbēd. in* 2 *edit.* Suarez, *to.* 5. *in* 3. *part. disp* 41 *sect.* 3. *num.* 3 *in fine,* Suarz, *to.* 1. *de benef. par.* 1. *cap.* 6. *d. n.*

71. Paris. *conf.* 88. *num.* 19. *& seq. vol.* 4. Sayrus sibi contrarius, *de cens. lib.* 6. *cap.* 11. *nu.* 21. Aloysius Riccius, *colle* 646. Marc. Ant. *variar. resol lib.* 1 *res.* 19 *nu.* 10. Barbosa, *to.* 2. *de potest. Episcop. alleg.* 45. *nu.* 6. & alij. Quorum ratio est: quia Ordo, & Beneficium sunt diuersa, nec necessariò connexa. Cùm igitur Dispensatio, tanquã odiosa, sit potius restringenda, quam amplianda: consequentèr, si est concessa tantũ ad Ordines, non debet extendi ad Beneficia.

43 Alij verò dicunt: Dispensatio Illegitimi ad Ordines, extenditur etiàm, vt beneficij simplicis capax sit. Ità Milis, *in repert. v. dispensatione, num* 23. *vers. dispensatus ad Ordines* Burgos, *de irregul par.* 2. *tit de interpret. dispens. num.* 7. Sayrus, *lib* 7 *cap* 14 *nu.* 1 Antonius, dicens: ita seruari, *in cap. postulasti. num.* 10. *de rescrip.* & ibi Immol. *num.* 4 Felin. *num.* 10. Ancher. *ca. fin. notab* 1 *de filijs Prasbit. in* 6. Emanuel Sa, *v. dispensatio. num.* 14. & alij.

44 Alij verò, sic distingunt: Si dispensatur cum Illegitimo absolutè in irregularitate; tunc extenderetur Dispensatio, non solum ad beneficia simplicia, sed etiã ad curata: quia verba absoluta integram absolutionem important. Ità Suarez, *disp.* 41 *sect.* 3 *num* 3. Milis, *in repertor. litt. D. verb. dispensatus simplicitèr.* Anton *in cap. at si Clerici* §. *de Adulterijs. vers. ad quartum principale.* Ferd. Castr. *in opere moral. part.* 1. *tract.* 3 *disp.* 4. *pu.* 10 *nu.* 3. Merolla, *to.* 2. *de leg. disp.* 4. *cap.* 6. *num.* 47. & alij. Et à fortiori dicunt: quandò Illegitimus, à Papa legitimaretur: si dispensetur cum Irregulari ad omnes Ordines (quo casu dispensatur etiam ad sacros Ordines) est satis probabile, reddi eum, beneficij simplicis capacem, vt dicunt Doctores secundę sententiæ. Ratio est: quia licèt Ordines Sacri, & Beneficium simplex, diuersa sunt: tamèn sunt annexa, quasi inseparabilitèr: Cum non deceat quempiam ad Sacros Ordines promoueri, absque titulo beneficij: idque prohibuit Concilium Tridentinum, *sess.* 21. *cap.* 2. *de reform.* quamuìs promouendus, patrimonium, aut pensionem habeat, nisi quasi dispẽsatiuè, ratione necessitatis, vel vtilitatis Ecclesiæ. Ità Oldrad. *cons.* 215 *num.* 6. *versic. Quadam ex intentione.* Calder. *cons.* 66. *num.* 2. *vers. Quadam dispensatio, de filijs Presbit* Ferd. Castro *in opere moral part.* 1. *tract.* 3. *disp.* 4. *pu.* 9. *num.* 4. Sanchez, *nu.* 27. Merolla, *nu.* 48. & alij.

45 Sextò Dispensatus ad oua in Quadragesima, non cẽsetur dispensatus, vt possit comedere lac, & caseum: & è contra docet Bonacina, *de præcep. Eccles. quæs.* 1 *pu.* 2. *num.* 4. Cuius ratio est: quia hæc Dispẽsatio est contra ius commune: & per consequens odiosa, ac stricti iuris. Ergò non est extendenda vltra casum, in quo loquitur, iuxta regulam, *Quę exorbitant. de reg. iuris. in* 6. Ergò si Dispensatio est ad oua comedenda, nõ debet extendi ad caseum, & è contra.

46 Henriquez verò *in lib.* 7. *de Indulg. cap.* 30. *num.* 3. ait: Dispensatus ad oua, potest comedere caseum. Ea ratione motus: quià hoc minus est. Vnde videtur tenere, cõcessionem casei non extendi ad oua: quià hoc maius est.

47 At dicendum est: Concessio ouorum, non solum extendi ad caseum (vt docent etiam Reginaldus, *lib.* 4. *num.* 170. Laymã *in Theolog. moral tract.* 4. *cap.* 10. *num.* 10 & alij) sed etiam, & è contra. Ratio est: quià hæc sunt in iure æquiparata. Nam vnica, & indiuidua est prohibitio ouorum, & lacticiniorum: eò quod sementinam originem à carnibus trahant. Sicùt vnica, & indiuidua est prohibitio omnium carniũ. Quod constat *ex cap. Deniquè,* 4. *dist.* vbi prohibitio hæc continetur, his verbis. *Par autèm est vt nos, qui bis diebus à carnibus animalium abstinemus, ab omnibus quoquè, quæ sementinam trahunt originem carnis, abstineamus: à lacte videlicèt, caseo, & ouis.* Sicùt igitur is, cui, ratione morbi, conceditur, cęterorum quoque lacticiniorum vsus licet, & è contra proptèr rationem assignatam. Ità Sanchez, *lib.* 8. *de Matr. disp.* 1. *in fine.* Felliuc. *to.* 2. *qq. moral tract.* 27. *cap.* 3. *num* 60. Valerius, *in differ. vtriusq fori. v. dispensatio. differ. vlt. versic. Idem quod.* Fagundez, *in Apolog. pro defens. sua opinion. de esu lact. & ouor. in Quadrag. cap.* 5. *nu.* 29 Ferd. Castro *in oper. moral. par.* 1. *tract.* 3. *disp.* 4. *pu.* 13. *num.* 5. *in fine.* Azorius, *pa.* 1. *lib* 7 *cap.* 21. *quæs.* 4. Merolla, *to.* 2. *de leg. disp.* 4. *cap.* 6. *num.* 72. Pasqualigus, *de ieiun. decis.* 76. *num.* 2. Bartol. à S. Fausto, *lib.* 1. *Thesau. Relig. quæst. vltim. edit Neapol.* Trullench. *lib.* 3. *de calog cap.* 2 *dub.* 2. *num.* 8. Lezana, *in sum. v. ieiunium, num.* 11. & alij.

An potestas dispensandi sit latè, vel strictè interpretanda? Dub. 3.

NOta, quod nos hic non loquimur de Potestate ordinaria, qualem habent Episco-

Episcopi iure ordinario: quia hæc potestas latè interpretanda est. Sed de Potestate delegata: An sit latè interpretanda?

48 Negat prima opinio. Cuius ratio est: quià hæc Potestas duplici titulo odiosa est, & per consequens restringenda. Primò, ratione generis: quià delegata est: nã eo ipso derogat ordinariæ: ergò cõsequẽtèr est odiosa, iuxta Gloss. *in cap. 1. de rescrip. in 6 verb. Processus. & in cap solet. de sent. excom. in 6. v. per Superiorem.* & alias. Secundò ratione differentiæ, seù speciei: quià Dispensatio est strictè iuris: vt diximus in dubio superiori: Ergò & Potestas, data ad dispensandum. Ità Anton. de Rossell. *in tract. de legitim. lib. 2. §. de causa materiali. num.* 10. Euarard. *in suis Topicis, loco à ratione leg. larga vers. secundò fallit*, & alij.

49 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quià potestas, delegata ad dispensandum, non est iuri contraria, & est beneficium Principis: Ergò est fauorabilis, & per consequens non est strictè iuris, sed extẽdenda. Ità Gloss. *in cap dudum v. beneficia, de præbend in 6.* Oldrad. *cons.* 152 *nu.* 1. Bartol. *in leg. 2. in prin. num. 2. ff. de verb. oblig.* & ibi Bald. *nu.* 1. Soccin. *num.* 14. Paul. de Castro, *nu.* 4. Panormit *in cap. at si Clerici, §. de adulterijs, nu* 11 *de iud.* vbi Imol. *in fine.* Decius, *in noua edit. num* 95. Milis, *in repert. v. dispensatio. §. dispensatio licet.* Angelus *v dispensatio nu* 9. & ibi Siluester *quæst.* 5. *num* 9. Nauar. *cap final. num* 3. *de simonia.* Couar. 4. *decret. 2. part capit.* 8 §8. *num* 10. Molina, *to. 1 de iust. trac. 2 dis.* 137. *vers. obseruandam est* Sayrus, *de cens. lib. 6 cap* 11. *num.* 8. Gutierez, *quæst. Canoni lib.* 2. *cap.* 15. *num* 125 Ludouicus Lopez, *2. pa. instruc. vbi de clauib ca 9 vol.* 4. Emanuel Sa, *v. dispensatio. nu.* 7. Rodoriq. *to* 1. *sum. 2. edit. cap.* 66. *num.* 3. Sanchez, *lib. 8. de Matrim. disp. 2. num.* 1 & alij.

50 Limitant hanc sententiam primò: Vt extendatur hæc potestas, non ad quoscumque casus, sed tãtùm ad casus, aliquo modo adaptabiles casibus, in potestate expressis. Ità Felinus, *in cap final. num* 8. *limit.* 1 *de simon.* Gambar. *de auctbori. leg. lib.* 10. *num.* 203. Sanchez, *lib. 8. de Matri. disp. 2. num.* 2. Merolla, *tom. 1. de leg. disp.* 4. *cap.* 6. *num.* 83. & alij. Ex quò infertur cum Gambara: Non extendi de casu ad casum non comprehensum sub lata verborum significatione: nisi fortè essent casus, à iure æquiparati. Addunt Merolla, Sanchez, & Felinus, *in cap. postul. num.* 11. *limit.* 4. *de rescrip.* extensionem huius potestatis, fieri ad consecutiua, etiam separabilia, in quibus est eadem, vel maior ratio.

51 Limitant secundò aliqui: Quandò solùm agitur de præiudicio ipsius, concedentis potestatem. Secùs verò, quandò ea concessio in præiudicium tertij vergit: quia tunc potestas est restringenda. Quià Princeps censetur velle, quam minimum possit, damnum tertio inferre. Ità Felinus, *in cap. postul. num.* 11 *cas.* 2. *de rescrip.* Alex. de Neuo, *vers. fallit quartò. ff. de verb. oblig.* & ibi Aret *nu.* 1 *in fine.* Gambar. *de auct. leg. lib* 10. *num.* 96. Couar. 4. *decret. 2. part. cap.* 8. § 8. *num.* 9. Suarez, *lib. 6. de leg. capit.* 17. *in fine.* Sanchez, *lib* 8 *de Matrim. disp.* 2 *num.* 3. Qui tamèn addit: hoc procedere tantùm, quandò præiudicium tertij est graue: secùs verò, si modicum. Ità Merolla, *num* 83. Couar. *loco citato.*

52 Vndè, quamuis Episcopus possit dispẽsare cum Electo criminoso; id tamen non potest in præiudicium capacis, qui simul cum eo electus est. Vt docent Innocentius, *in cap dudum, 2. num.* 13. *de elect.* Archid. *in cap. si quis de Ministerijs in fine, dis.* 50. Sanchez, *d. num.* 3. Merolla, *nu.* 84. & alij.

53 Quandò verò collatio beneficiorum ad solum Pontificem, concedentem potestatem, ea conferendi, spectat; ea potestas est fauorabilis, & amplianda. Quià soli concedenti Pontifici præiudicat. At quando collatio ad Ordinarium spectaret: ea potestas, concessa alteri per Pontificem, est strictè interpretanda, ob Ordinarii præiudicium. Dummodò quod præiudicium graue sit. Ità Gloss. *cap. olim. in fine de verb signif.* Archid. *cap. quoniam, n.* 2. *d* 69. Sanchez, *num.* 3 Merolla, *num.* 84. & 84. & alij.

54 Limitant tertiò aliqui: Nisi consuetudine inducta esset certa interpretatio in ea materia: tunc enim restringẽda est potestas dispensandi, ratione eius consuetudinis, vt caueatur scandalum *arg. l. ca. quod dilectio. de consang.* Vbi quamuis agatur de fauore Matrimonij, qui multus est: & consequenter dispensatio in tertio gradu, vt in quarto, deberet extendi ad mixtam extertio cum quarto: Nihilhominùs ibi deciditur, non extendi, ratione consuetudinis, quæ in eo loco vigebat: ex cuius violatione scandalum oriebatur, vt dicunt ibi Glossa *verb. vterque.* Innocent. *in fine.* Panormit. *num.* 7. & alij, quos refert, & sequitur Sanchez, *lib.* 8 *de Matrim. disp.* 2.

72. Parif. conf. 88. num. 19. & seq. vol. 4. Sayrus sibi contrarius, de cens. lib. 6. cap. 11. nu. 21. Aloysius Riccius, colle 646. Marc. Ant. variar. resol lib. 1 ref. 19 nu. 10. Barbosa, to. 2. de potest Episcop. alleg. 45. nu. 6. & alij. Quorum ratio est: quia Ordo, & Beneficium sunt diuersa, nec necessariò connexa. Cùm igitur Dispensatio, tanquã odiosa, sit potius restringenda, quam amplianda: consequentèr, si est concessa tantũ ad Ordines, non debet extendi ad Beneficia.

43 Alij verò dicunt: Dispensatio Illegitimi ad Ordines, extenditur etiam, vt beneficij simplicis capax sit. Ità Milis, in repert. v dispensatione, num 23. vers. dispensatus ad Ordines Burgos, de irregul par. 2. tit de interpret. dispens. num. 7. Sayrus, lib 7 cap 14. nu. 2 Antonius, dicens: ita seruari, in cap. postulasti. num. 10. de rescrip. & ibi Immol. num. 4 Felin. num. 10. Ancher. ca. fin. notab 1. de filijs Præsbit. in 6. Emanuel Sa, v. dispensatio. num. 14. & alij.

44 Alij verò, sic distingunt: Si dispensatur cum Illegitimo absolutè in irregularitate; tunc extenderetur Dispensatio, non solum ad beneficia simplicia, sed etiã ad curata: quia verba absoluta integram absolutionem important. Ità Suarez, disp. 41 sect. 3. num 3. Milis, in repertor. litt. D. verb. dispensatus simplicitèr. Anton in cap. at si Clerici §. de Adulterijs. vers. ad quartum principale. Ferd. Castr. in opere moral. part. 1. tract. 3 disp. 4. pu. 10 nu. 3. Merolla, to. 2. de leg. disp. 4. cap. 6 num. 47. & alij. Et à fortiori dicunt: quandò Illegitimus, à Papa legitimaretur: si dispensetur cum Irregulari ad omnes Ordines (quo casu dispensatur etiam ad sacros Ordines) est satìs probabile, reddi eum, beneficij simplicis capacem, vt dicunt Doctores secundæ sententiæ. Ratio est: quià licèt Ordines Sacri, & Beneficium simplex, diuersa sunt: tamèn sunt annexa, quasi inseparabilitèr: Cum non deceat quempiam ad Sacros Ordines promoueri, absque titulo beneficij: idque prohibuit Concilium Tridentinum, sess. 21. cap. 2. de reform. quamuìs promouendus, patrimonium, aut pensionem habeat, nisi quasi dispẽsatiuè, ratione necessitatis, vel vtilitatis Ecclesiæ. Ità Oldrad. conf. 215. num. 6. versic. Quædam ex intentione. Calder. conf. 66. num. 2. vers. Quædam dispensatio, de filijs Præsbit Ferd. Castro in opere. moral part. 1. tract. 3. disp. 4. pu. 9. num. 4. Sanchez, nu. 27. Merolla, nu. 48. & alij.

45 Sextò Dispensatus ad oua in Quadragesima, non cẽsetur dispensatus, vt possit comedere lac, & caseum: & è contra docet Bonacina, de præcep. Eccles. quæs. 1 pu. 2. num. 4. Cuius ratio est: quia hæc Dispẽsatio est contra ius commune: & per consequens odiosa, ac stricti iuris. Ergò non est extendenda vltra casum, in quo loquitur, iuxta regulam, Quæ exorbitant. de reg. iuris. in 6. Ergò si Dispensatio est ad oua comedenda, nõ debet extendi ad caseum, & è contra.

46 Henriquez verò in lib. 7. de Indulg. cap. 30. num. 3. ait: Dispensatus ad oua, potest comedere caseum. Ea ratione motus: quià hoc minus est. Vnde videtur tenere, cõcessionem casei non extendi ad oua: quià hoc maius est.

47 At dicendum est: Concessio ouorum, non solum extendi ad caseum (vt docent etiam Reginaldus, lib. 4. num. 170. Laymã in Theolog. moral. tract. 4. cap. 10. num. 10 & alij) sed etiam, & è contra. Ratio est: quià hæc sunt in iure æquiparata. Nam vnica, & indiuidua est prohibitio ouorum, & lacticiniorum: eò quod sementinam originem à carnibus trahant. Sicùt vnica, & indiuidua est prohibitio omnium carniũ. Quod constat ex cap. Deniquè, 4. dist. vbi prohibitio hæc continetur, his verbis. Par autèm est vt nos, qui bis diebus à carnibus animalium abstinemus, ab omnibus quoquè, quæ sementinam trahunt originem carnis, abstineamus: à lacte videlicèt, caseo, & ouis. Sicùt igitur is, cui, ratione morbi, conceditur, cęterorum quoque lacticiniorum vsus licet, & è contra proptèr rationem assignatam. Ità Sanchez, lib. 8. de Matr. disp. 1. in fine. Felliuc. to. 2. qq. moral tract. 27. cap. 3. num. 60. Valerius, in differ. vtriusq fori. v dispensatio. differ. vlt. versic. Idem quod. Fagundez, in Apolog. pro defens. suæ opinion. de esu lact. & ouor. in Quadrag. cap. 5. nu. 29 Ferd. Castro in oper. moral. par. 1. tract. 3. disp. 4. pu. 13. num. 5. in fine. Azorius, pa. 1. lib 7 cap. 21. quæs. 4. Merolla, to. 2. de leg. disp. 4. cap. 6. num. 72. Pasqualigus, de ieiun. decis. 76. num. 2. Bartol. à S. Fausto, lib. 1. Thesau. Relig. quæst. vltim. edit Neapol. Trullench. lib. 3. decalog cap. 2 dub. 2. num. 8. Lezana, in sum. v. ieiunium, num. 11. & alij.

An potestas dispensandi sit latè, vel strictè interpretanda? Dub. 3.

NOta, quod nos hic non loquimur de Potestate ordinaria, qualem habent Episco-

Episcopi iure ordinario: quia hæc potestas latè interpretanda est. Sed de Potestate delegata: An sit latè interpretanda?

48 Negat prima opinio. Cuius ratio est: quia hæc Potestas duplici titulo odiosa est,& per consequens restringenda. Primò, ratione generis: quià delegata est: nã eo ipso derogat ordinario: ergò cõsequẽter est odiosa, iuxta Gloss. *in cap. 1. de rescrip.in 6 verb. Processus & in cap solet. de sent.excom.in 6 v.per Superiorem.* & alias. Secundò ratione differentiæ, seù speciei: quià Dispensatio est strictè iuris: vt diximus in dubio superiori: Ergò & Potestas, data ad dispensandum.Ità Anton.de Rossell *in tract. de legitim.lib.2.§ de causa materiali.num.10* Euarard.*in suis Topicis, loco à ratione leg. larga vers. secundò fallit*, & alij.

49 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quià potestas, delegata ad dispensandum, non est iuri contraria, & est beneficium Principis: Ergò est fauorabilis,& per consequens non est strictè iuris, sed extẽdenda. Ità Gloss. *in cap dudum v.beneficia, de prabend in 6.* Oldrad. *cons. 152 nu.1.* Bartol.*in leg. 2.in prin. num.2. ff. de verb. oblig.*& ibi Bald.*nu.1.*Soccin.*num.*14.Paul. de Castro,*nu.4.*Panormit *in cap.at si Clerici,§.de adulterijs,nu 11 de iud.*vbi Imol. *in fine.* Decius,*in noua edit.num 95.* Milis, *in repert.v.dispensatio. §.dispensatio licet.* Angelus *v dispensatio nu 9.*& ibi Siluester *quæst.5.num 9.*Nauar.*cap final.num 3. de simonia.*Couar.4.*decret 2.part capit.8 § 8. num 10.*Molina,*to.1 de iust.trac.2.disp.137. vers.obseruandam est* Sayrus,*de cens lib.6 cap 11.num.*8.Gutierez, *quæst.Canoni lib 2.cap.15 num 125* Ludouicus Lopez,*2.pa. instruc.vbi de clauib ca 9 vol 4.* Emanuel Sa,*v.dispensatio. nu 7.* Rodoriq.*to 1.sum. 2.edit. cap. 66.num.3.*Sanchez,*lib.8.de Matrim.disp.2.num.1* & alij.

50 Limitant hanc sententiam primò: Vt extendatur hæc potestas, non ad quoscumque casus, sed tãtùm ad casus, aliquo modo adaptabiles casibus, in potestate expressis Ità Felinus,*in cap final. num 8. limit.1 de simon.* Gambar.*de auctbori. leg. lib.10.num.203.* Sanchez, *lib.8.de Matri. disp.2.num.2.*Merolla,*tom.1. de leg.disp.4. cap.6 num.83.*& alij. Ex quò infertur cum Gambara: Non extendi de casu ad casum non comprehensum sub lata verborum significatione: nisi fortè essent casus, à iure æquiparati. Addunt Merolla, Sanchez, & Felinus,*in cap.postul.num.11.limit.4. de rescrip.*extensionem huius potestatis, fieri ad consecutiua, etiam separabilia, in quibus est eadem, vel maior ratio.

51 Limitant secundò aliqui: Quandò solùs agitur de præiudicio ipsius, concedentis potestatem. Secùs verò, quandò ea concessio in præiudicium tertij vergit: quia tunc potestas est restringenda. Quià Princeps censetur velle, quam minimum possit, damnum tertio inferre. Ità Felinus, *in cap.postul.num.11.cas 2.de rescrip.* Alex. de Neuo, *vers. fallit quartò. ff. de verb. oblig.*& ibi Aret.*nu.1 in fine.* Gambar.*de auct. leg.lib 10.num. 98.*Couar. *4. decret.2.part. cap.8.§ 8.num.9.* Suarez, *lib.6.de leg.capit. 17.in fine.* Sanchez,*lib 8.de Matrim.disp.2 num 3.* Qui tamẽ addit: hoc procedere tantùm, quandò præiudicium tertij est graue: secùs verò, si modicum. Ità Merolla,*num 83.*Couar.*loco citato.*

52 Vndè, quamuis Episcopus possit dispẽsare cum Electo criminoso; id tamen non potest in præiudicium capacis, qui simul cum eo electus est. Vt docent Innocentius, *in cap dudùm,2 num.13.de elect.* Archid. *in cap. si quis de Ministerijs in fine. dis.50.* Sanchez,*d.num 3.* Merolla, *nu.84.* & alij.

53 Quandò verò collatio beneficiorum ad solum Pontificem, concedentem potestatem, ea conferendi, spectat; ea potestas est fauorabilis,& amplianda. Quià soli concedenti Pontifici præiudicat. At quando collatio ad Ordinarium spectaret: ea potestas, concessa alteri per Pontificem, est strictè interpretanda, ob Ordinarii præiudicium. Dummodò quod prẹiudicium graue sit. Ita Gloss. *cap.olim.in fine de verb signif.* Archid. *cap.quonidm, n. 2.d 69.*Sanchez,*num.3* Merolla, *num. 84.* & 84.& alij.

54 Limitant tertiò aliqui: Nisi consuetudine inducta esset certa interpretatio in ea materia: tunc enim restringẽda est potestas dispensandi, ratione eius consuetudinis, vt caueatur scandalum *arg. ca.quod dilectio. de consang.* Vbi quamuis agatur de fauore Matrimonij, qui multus est: & consequenter dispensatio in tertio gradu, vt in quarto, deberet extendi ad mixtam extertio cum quarto: Nihilhominùs ibi deciditur, non extendi, ratione consuetudinis, quæ in eo loco vigebat: ex cuius violatione scandalum oriebatur, vt dicunt ibi Glossa *verb.vterque.*Innocent. *in fine.*Panormit. *num.7.* & alij, quos refert,& sequitur Sanchez,*lib.8 de Matrim. disp.1.*

disp. 2. num. 33. Sic igitur in casu nostro: licèt potestas dispensandi, de qua loquimur, sit latè interpretanda: tamē si in aliqua materia, alicubi alitèr haberet consuetudo, vt euitetur scandalum, deberet strictè interpretari. Ità Felin. *in cap. postul. num.* 11. *vers. Quartus tamen. de rescrip.* Gambar. *de auctor. legati, lib.* 10. *num.* 194. Sanchez, *lib.* 8. *disp.* 2. *num.* 4. Merolla, *tom.* 2. *de leg. disp.* 4. *cap.* 6. *num.* 87. & alij.

55 Limitant quartò aliqui: Nè facultas dispensandi, absolutè concessa, extendatur ad dispensandum in iure naturali, vel diuino, etiam si Pontifex delegans, posset in eo iure diuino, vel naturali dispensare. Sic Gloss. *leg. filius à patre. §. finale. v. statu, ff. de libert. & posthum,* & ibi Bald. *in fine,* Angel *in fine.* Alex *num* 4. Aretin *leg.* 2. *in princip. ff. de verb. oblig.* & ibi Alciatus, *nu.* 51. *vers. fallit tertio.* Felin *cap. final. num* 8. *de simon lim.* 4. Sanchez, *disp.* 2. *num.* 5. Merolla, *cap.* 6. *num.* 87. *ver. limitatur quartò,* & alij.

56 Sed hec limitatio, vt vera sit, ait Merolla, *vers. sed hæc.* ità intelligenda est: Vt non transeat in ea generali potestate facultas dispensandi in iure diuino: quandò id tale est, vt specialissimè Pontifici reseruetur, ità vt, nisi ex magna causa in eo dispēset, vt explicauit Felin. loco citato. Secùs verò, quandò non ità strictè. Nemo enim negabit, virtute talis potestatis, posse, Delegatum dispensare in votis communibus, quæ iure diuino naturali obligant, vt ait Sanchez. Non tamèn in Matrimonio rato, nec in solemni voto Castitatis. Immò nec in simplici voto Castitatis, au Religionis. Hæc enim nunquam censentur concessa, nisi exprimantur, vt docent Sotus, *lib* 7 *de iust. quæst.* 4. *art.* 3. *in fine corp.* Henriquez, *lib.* 7. *de indulg. cap.* 30. *num.* 6. *in comment. litt. A.* Rodoriquez, *pa.* 2. *sum. cap* 97 *concl* 1. Sanchez, *lib.* 8 *de Matr. disp.* 9 *num.* 2. & alij.

57 Ex doctrina hactenùs tradita, deducitur primò contra Panormitanum *cap fin. num.* 5. *de Cler. pugnan. in duello.* Potestas dispensandi circa beneficia, concessa Episcopo, extenditur ad curata. Quià licèt Dispensatio sit odiosa; & sic, dispensante Episcopo ad beneficium, intelligitur de simplici: At facultas dispēsandi, sibi data, est latè interpretanda, consequentèr extenderetur ad curata. Ità Anna, *in cap. final. num.* 5. Felin. *in cap. postulast. nu.* 11. *limit.* 4. *vers. Adde etiam de rescrip.* Ripa, *in cap. ad aures. num.* 20. *eod. tit.* Sanch. *lib.* 4. *de Matr. disp.* 2. *num* 8. Merolla, *tom.* 2. *de leg. disp.* 4. *cap.* 6 *num.* 88. & alij.

58 Secundò. Priuilegia Bullæ Cruciatæ, & Iubilei, sunt strictè iterpretanda, docet Nauarrus, loquens de Iubileo, *lib* 2. *consil. tit de iur. iurad in prima edit. consi.* 3. *num.* 6. *& in secunda cons.* 1. *num.* 6. licèt contrarium dicat de Iubileo, *anni* 100. *in §. in leuitico, notab.* 34. *num.* 46. Et loquentes de Priuilegijs Bullæ Cruciatæ, idem afferunt Sanchez, *lib.* 8 *de Matr. disp.* 2. *num.* 7. Salas, *de leg. disp.* 20 *sect.* 11. *nu.* 100. *& disp.* 17. *sect.* 6. *in fine.* Coninch. *de Sacram. disp.* 33. *dub.* 2. *num.* 14. & alij. Quorum ratio est: quià non sunt Priuilegia actiua, seù beneficium ipsius dispensantis: sed passiua, ipsius personæ, Bullam accipientis, & Iubileum obtinentis: & ideò cum contineāt iuris communis relaxationem, tanquam odiosa restringenda sunt.

59 Attamèn Henriquez, *lib* 6. *de pœnit. cap.* 16. *num.* 3. *& lib.* 7 *de Indulg. capit.* 30. *in princ.* Suarez, *tom* 2. *de relig. tract. de voto. lib.* 6 *cap* 16. *nu* 3. Diana, *par.* 1. *tract.* 11. *reso.* 98 Bonacina, *disp.* 1. *de leg. quæst.* 3. *pu* 7. *§.* 1 *num.* 17. *& de Indulg. pu.* 7. *in fine.* Ferd. Castro, *in opere moral. par.* 1. *tracta.* 3. *disp.* 4. *pu.* 11. *num* 7. Capeauilla, *de casib. reseru. pa.* 1 *cap.* 4. *quæst.* 1. *diff.* 7. Rafael dell. Torre 2. 2. *to.* 2. *quæst.* 88. *art.* 12. *disp. vltim.* *nu.* 2. Villalobos, *to,* 1 *sum tract.* 27. *num.* 7. Merolla, *to.* 2. *de leg. disp.* 4. *cap.* 6. *nu.* 91. Petrus Prost. *de Iubil. cap.* 8. *dub.* 12. Pinell. *de Indulg. num.* 13. & alij, dicunt: huiusmodi Priuilegia esse fauorabilia, & per consequens amplianda. Quorum ratio est: quià huiusmodi priuilegia sunt beneficium Principis, sinè alicuius præiudicio: sunt opus liberalitatis, clementię, caritatis, &c ergò sunt fauorabilia, & amplianda. Deindè tales facultates ordinantur immediatè, ad pleniorem absolutionem faciēdam, quæ, quò ad hanc partem, est fauorabilis: & tamèn nō ordinantur ad bonum priuatum, sed publicum totius Ecclesiæ: ad subueniendum publicè eius necessitati: ergò &c. Et ità dic de Iubileo.

60 Vndè primò: Facultas, concessa in Bulla Cruciata (vt accipiens illam possit absolui in articulo mortis à casibus, seù cēsuris, etiam Summo Pontifici reseruatis in Bulla cene) extendēda est etiam ad periculum mortis, propter rationem assignatam. Ità Molina, *to* 4. *de iust. disp.* 63. *num* 6. Rodoriquez, Suarez, *tom.* 4 *in* 3. *pa. disp.* 26 *sect.* 4. *num.* 3. Sanchez, *lib.* 2. *sum. cap.* 13 *nu.* 1. Zamhranus, *de casib. art. mort.* pralud.

prælud.1.nu.17. Merolla, *to.* 2. *de leg.disp.4. cap.6.num.92.* & alij.

61 Secundò Suscipiens Bullam Cruciatæ, absolui potest à reseruatis,& censuris: nõ solum antè, sed etiam post ipsius susceptionem incursis. Ratio est: quia *Priuilegia* huius Bullæ sunt latè interpretanda, cum sint fauorabilia, vt suprà dictum est. Cum ergò verba Bullæ, concedentis hanc absolutionem, sint generalia, seù indefinita; extenduntur ad casus, etiam futuros, iuxtà doctrinam Glossæ, *in cap. quid circà. v. sed futuri, de priuileg.* & ità Sotus, *lib.7 de iust.quæst.4.art.3. verſ. Post hæc de priuilegijs.* Corduba, *in sum. quæst.149. in fine*. Graff *pa.1.decis.lib.2.cap.30.nu.9.* Sanchez *lib.4.sum.cap.53.num.6.* Henriquez, *lib.6. de pœnit.cap.16.nu.3.in fine. litt.N.in fine.* Suarez, *to.2.de Relig.deuoto. lib.6.cap.13. n.5.* Azorius *p.1.lib.11.cap.18.quæst 9.* Rodoriquez, *in explic.Bull.Cruciatæ* § 9. *num.93.* Cenedo, *qq.canon.quæst.25 num.6* Merolla, *to.2.de leg.disp.4.cap.6 num 92.verſ. secundo infertur.* Palauf. *to.1.tract 3. disp.4.pu.11.num.8.* Trullench. *in exposit.Bull. Cruciat lib.1.§.7.cap.2.dub.3.num.1.* Bard. *in explic.Bull.Cruc.pa.2.tract.6. cap.1.sect.7.num.46.* & alij.

62 Etiam si ea peccata commissa sint ex cofidentia, seù spe Bullæ. Ratio est: quia, vbi priuilegium non distinguit, tantũ valet, quantum sonat. Tum quià omnes ferè Christiani committant multa peccata, spe veniæ obtinendæ per pœnitentiam: quæ non committerent, si crederẽt, nullum esse pœnitentiæ remedium: Et tamẽ non ideò excluduntur à remedio pœnitentiæ. Ità Henriquez, *lib 7. cap.9.num.4. & in comment.lit.N* Rodoriquez, *in expl. Bull.Cruc.vbi suprà.* Riccardus, *in eand.p.1.tit.de conf num 42.* Graff *pa.1.decis.lib.1. cap.13.num.59 in 2.edit.* Rutil Beneon. *de anno.Iubil.lib.5.cap.15.dub 24.* Suarez, *to.2.de Relig.lib.6.de voto.cap.13 nu 6.* Nauar. *§.in Leuitico not.38.num.6.* Cenedo, *qq.canon.quæst.25. à nu.4.* Trullech. *in exposit. Bull.Cruc.lib.1.§.1.dub 9.num 5.* Merolla, *to.2.de leg disp.4.cap.6.num 92.verſ. Ampliatur hæc nostra.* Ludouicus à Cruc. *in Bull Cruc.disp.1.cap.1.dub.5.* & alij.

63 Quartò. Facultas eligendi Confessariũ, qui eum absoluat à censeris,& casibus reseruatis, extra Iubileum,& Bullæ Cruciatæ; strictè interpretanda est, docent Azorius, *par.1 lib.5.cap 23 quæst 2.* Castrus, *in opere moral tom.1.tract.3.disp.4.pu.11.nu 8.* Merolla, *to.2.de leg.disp.4.num.93 verſ. At longè.* Suarez, *to.2.deRelig.lib.6 de uoto.cap.16.num.2.* & alij. Vndè, secundum hanc opinionem, hæc facultas extenditur solũ ad solas censuras contractas, & peccata commissa: non autèm ad committenda: quià est fauor singularis personę, derogās legi communi reseruationis: est enim illa facultas, inchoata dispensatio, & exemptio à lege communi: quià cęteri adire Superiorem tenentur pro absolutione: ipse verò ab illa obligatione eximitur. Ergò, tanquam Dispensatio in lege, est strictè interpretanda, & per consequēs non debet extendi ad peccata committenda, & censuras contrahēdas: nè prebeatur ansa in futurum, liberiùs peccandi.

64 Attamèn Bonacina, *de leg disp.1. quæst.1 pu 7.§ 1 num.11 & de pœni quæst.7.pu.5. §.3 nu 16.* Salas, *de leg.disp.17 sect.8.nu.51.* & alij dicunt: hanc facultatem latè interpretandam esse: ac proindè comprehendere non solum peccata cõmissa, sed etiã committenda. Quorum ratio est: quiã verba generalitèr prolata, generalitèr sunt intelligenda. Tùm quia huiusmodi Priuilegium, omnibus consideratis, censetur, ad salutem animę conferre; nè peccator in delictis sordescat: quamuis delinquens indè per accidens peccandi ansam arripiat.

65 Quintò Potestas delegata, ad dispēsandum in Votis, vel Iuramentis, Deo factis; non extenditur ad commutandum, docent Nauar. *§.in Leuitico notab.27.nu.1.& seq & in sum cap.12.num 79.* Palacios, *in 4.dist.38 disp.3.verſ Et sanè si amicus.* Medina, *lib.2 sum.cap.1.* Valentia, *2. 2.disp.6. quæst.pun.7.* Azorius, *part lib 11. cap. 0. qu. 4.& cap.18 quæst 7.* Lopez, *1 part. cap.50,* Sorb. *in comp priuileg. Mend.v.votum annot suis notab.4* Reja, *par.2.cas.9* Sanchez, *lib.8, de Matr.disp.2.num 15. & lib.4 sum. cap.52.num.4:* Merolla, *tom.2 de leg disp.4. cap.6.nu.98.* & alij. Quorum ratio est: quia Priuilegia, quantùm vis fauorabilia, non sunt extendēda vltrà verborum proprietatem: ergò quantumuis potestas dispensandi sit fauorabilis, non est extendenda ad puram commutationem: quæ nec in communi modo loquendi, nec seruata verborum proprietate, clauditur sub Dispensatione.

66 Attamèn Lesius, *lib.2.de Iust. capit.40 dub.16.num.108.& in 2.edit.* Suarez, *to.2 deRelig.lib.6.deuoto.cap.12.num.10.* Bonacin. *in.3.præcep.Decal.disp.4.quæst.2.pu 7. §.3.num.10.* Layman, *in Theolog.moral.lib 4.tract.*

disp. 2. *num.* 33. Sic igitur in casu nostro: licèt potestas dispensandi, de qua loquimur, sit latè interpretanda: tamē si in aliqua materia, alicubi alitèr haberet consuetudo, vt euitetur scandalum, deberet strictè interpretari. Itá Felin. *in cap. postul. num.* 11. *vers. Quartus tamen. de rescrip.* Gambar. *de auctor. legati, lib* 10. *num.* 194. Sanchez, *lib.* 8. *disp.* 2. *num.* 4. Merolla, *tom.* 2. *de leg. disp.* 4. *cap.* 6. *num.* 87. & alij

55 Limitant quartò aliqui: Nè facultas dispensandi, absolutè concessa, extendatur ad dispensandum in iure naturali, vel diuino; etiam si Pontifex delegans, posset in eo iure diuino, vel naturali dispensare. Sic Gloss. *leg filius. à patre. §. finale. v. statu, ff. de libert. & posthum,* & ibi Bald. *in fine,* Angel *in fine.* Alex *num* 4. Aretin *leg.* 2. *in princip ff. de verb. oblig.* & ibi Alciatus, *nu.* 51. *vers. fallit tertio.* Felin *cap final. num.* 8. *de simon lim.* 4 Sanchez, *disp.* 2. *num.* 5. Merolla, *cap.* 6. *num.* 87. *ver. limitatur quartò,* & alij.

56 Sed hec limitatio, vt vera sit, ait Merolla, *vers. sed hæc.* itá intelligenda est: Vt non transeat in ea generali potestate facultas dispensandi in iure diuino: quandò id tale est, vt specialissimè Pontifici reseruetur, itá vt, nisi ex magna causa in eo dispēset, vt explicauit Felin. loco citato. Secùs verò, quandò non itá strictè. Nemo enim negabit, virtute talis potestatis, posse, Delegatum dispensare in votis communibus, quæ iure diuino naturali obligant, vt ait Sanchez. Non tamèn in Matrimonio rato, nec in solemni voto Castitatis. Immò nec in simplici voto Castitatis, au Religionis. Hæc enim nunquam censentur concessa, nisi exprimantur, vt docent Sotus, *lib* 7. *de iust quæst* 4. *art.* 3. *in fine corp.* Henriquez, *lib.* 7. *de indulg cap.* 30. *num.* 6. *in comment litt. A.* Rodoriquez, *pa.* 2. *sum. cap* 97 *concl* 1. Sanchez, *lib.* 8 *de Matr. disp.* 9 *num.* 2. & alij.

57 Ex doctrina hactenùs tradita, deducitur primò contra Panormitanum *cap fin. num.* 5. *de Cler. pugnan. in duello.* Potestas dispensandi circa beneficia, concessa Episcopo, extenditur ad curata. Quià licèt Dispensatio sit odiosa; & sic, dispensante Episcopo ad beneficium, intelligitur de simplici: At facultas dispēsandi, sibi data, est latè interpretanda, consequentèr extendetur ad curata. Itá Anna, *in cap final. num.* 5. Felin. *in cap. postulast. nu.* 11. *limit.* 4. *vers. Adde etiam de rescrip.* Ripa, *in cap. ad aures. num.* 20. *eod. tit.* Sanch. *lib.* 4. *de Matr. disp.* 2. *num* 8. Merolla, *tom.* 2. *de leg. disp.* 4. *cap.* 6 *num.* 88. & alij.

58 Secundò. Priuilegia Bullæ Cruciatæ, & Iubilei, sunt strictè iterpretanda, docet Nauarrus, loquens de Iubileo, *lib* 2. *consil. tit de iur. iurad in prima edit. cons.* 3. *num.* 6. *& in secunda cons.* 1. *num.* 6. licèt contrarium dicat de Iubileo, *anni* 100. *in §. in leuitico, notab.* 34. *num.* 46. Et loquentes de Priuilegiis Bullæ Cruciatæ, idem asserunt Sanchez, *lib.* 8 *de Matr. disp.* 2. *num.* 7. Salas, *de leg. disp.* 20 *sect.* 11. *nu.* 100. *& disp.* 17. *sect.* 6. *in fine.* Coninch. *de Sacram. disp.* 33. *dub.* 2. *num.* 14. & alij. Quorum ratio est: quià non sunt Priuilegia actiua, seù beneficium ipsius dispensantis: sed passiua ipsius personæ, Bullam accipientis, & Iubileum obtinentis: & ideò cum contineāt iuris communis relaxationem, tanquam odiosa restringenda sunt.

59 Attamèn Henriquez, *lib* 6. *de pœnit. cap.* 16. *num.* 3 *& lib.* 7 *de Indulg. capit.* 30. *in princ.* Suarez, *tom.* 2. *de relig. tract. de voto. lib.* 6 *cap* 16. *nu* 3. Diana, *par.* 1. *tract.* 11. *reso.* 98. Bonacina; *disp.* 1. *de leg. quæst.* 3. *pu* 7. *§.* 1 *num.* 17. *& de Indulg. pu.* 7. *in fine.* Ferd. Castro, *in opere moral. par.* 1. *tracta.* 3. *disp.* 4. *pu.* 11. *num* 7. Capeauilla, *de casib. reseru. pa.* 1. *cap.* 4. *quæst.* 1. *diff.* 7. Rafael dell. Torre 2. 2. *to* 2. *quæst.* 88. *art.* 12. *disp. vltim. nu.* 2. Vilalobos, *to,* 1 *sum tract* 27. *num.* 7. Merolla, *to* 2. *de leg disp.* 4. *cap.* 6. *nu.* 91. Petrus Prost. *de Iubil. cap.* 8. *dub.* 12. Pinell. *de Indulg. num.* 23. & alij, dicunt: huiusmodi Priuilegia esse fauorabilia, & per consequens amplianda. Quorum ratio est: quià huiusmodi priuilegia sunt beneficium Principis, sinè alicuius præiudicio: sunt opus liberalitatis, clementię, caritatis, &c. ergò sunt fauorabilia, & amplianda. Deindè tales facultates ordinantur immediatè, ad pleniorem absolutionem faciēdam, quæ, quò ad hanc partem, est fauorabilis: & tamèn nō ordinantur ad bonum priuatum, sed publicum totius Ecclesiæ: ad subueniendum publicè eius necessitati: ergò &c. Et itá dic de Iubileo.

60 Vndè primò: Facultas, concessá in Bulla Cruciata (vt accipiens illam possit absolui in articulo mortis á casibus, seù cēsuris, etiam Summo Pontifici reseruatis in Bulla cęnę) extendēda est etiam ad periculum mortis, propter rationem assignatam. Itá Molina, *to* 4. *de iust. disp.* 63. *num* 6. Rodoriquez, Suarez, *tom.* 4 *in* 3. *pa. disp.* 26 *sect.* 4. *num.* 3. Sanchez, *lib.* 2. *sum. cap.* 13. *nu.* 1. Zambranus, *de casib. art. mort.*

praind.

Digitized by Google

prælud.1.nu.17. Merolla, *to.* 2 *de leg.disp.4. cap 6 num.92.* & alii.

61 Secundò Suscipiens Bullam Cruciatæ, absolui potest à reseruatis,& censuris: nõ solum antè, sed etiam post ipsius susceptionem incursis. Ratio est: quia *Priuilegia* huius Bullæ sunt latè interpretanda, cum sint fauorabilia, vt suprà dictum est. Cum ergò verba Bullæ, concedentis hanc absolutionem, sint generalia, seu indefinita; extenduntur ad casus, etiam futuros, iuxtà doctrinam Glossæ, *in cap. quid circà v. sed futuri, de priuileg.* & ità Sotus, *lib.7 de iust.quæst.4 art.3 vers. Post hæc de priuilegijs.* Corduba, *in sum. quæst.* 149. *in fine.* Graff *pa.1.decis lib.2.cap.30.nu.9.* Sanchez *lib.4.sum.cap.53.num.6.* Henriquez, *lib 6. de pœnit.cap.16 nu.3.in fine. litt. N. in fine.* Suarez, *to.2.de Relig.deuoto. lib.6 cap.13. n.* 5. Azorius *p.1.lib.11.cap.18.quæst 9.* Rodoriquez, *in explic. Bull.Cruciatæ* §. 9. *num.* 93. Cenedo, *qq.canon.quæst.*25 *num.6* Merolla, *to.2.de leg.disp.4.cap.6 num 92.vers. secundo infertur.* Palauf. *to.1.tract 3. disp. 4.pu.11.num.8.* Trullench. *in exposit.Bull. Cruciat lib.1.§.7.cap.2.dub.3.num.1.* Bard. *in explic.Bull.Cruc.pa.2.tract.6. cap.1.sect. 7.num.46.* & alij.

62 Etiam si ea peccata commissa sint ex cofidentia, seu spe Bullæ. Ratio est: quia, vbi priuilegium non distinguit, tantũ valet, quantum sonat. Tum quia omnes ferè Christiani committant multa peccata, spe veniæ obtinendæ per pœnitentiam: quæ non committerent, si crederẽt, nullum esse pœnitentiæ remedium. Et tamẽ non ideò excluduntur à remedio pœnitentiæ. Ità Henriquez, *lib 7.cap.9.num.4. & in comment.lit.N* Rodoriquez, *in expl. Bull.Cruc.vbi suprà.* Riccardus, *in eand.p. 2.tit.de conf num* 42. Graff *pa.1.decis.lib,1. cap.13.num.59 in 2.edit.* Rutil Beneon. *de anno.Iubil.lib.5.cap.15.dub* 24. Suarez, *to. 2.de Relig.lib.6.de voto.cap.13 nu 6.* Nauar. *§.in Leuitico not.38.num.6.* Cenedo, *qq.canon.quæst.*25. *à nu.4.* Trullech. *in exposit. Buil.Cruc.lib.1.§.1.dub 9.num 5.* Merolla, *to.2.de leg disp.4.cap.6.num 92.vers. Ampliatur hæc nostra.* Ludouicus à Cruc. *in Bull Cruc.disp.1.cap.1 dub.5.* & alij.

63 Quartò. Facultas, eligendi Confessariũ, qui eum absoluat à censeris, & casibus reseruatis, extra Iubileum, & Bullæ Cruciatæ; strictè interpretanda est, docent Azorius, *par.1 lib.5.cap 23 quæst 2.* Castrus, *in opere moral tom.1.tract.3.disp.4.pu.11.nu 8.* Merolla, *to.2 de leg.disp.4.num.93 vers. At longè.* Suarez, *to.2.de Relig.lib.6 de uoto.cap. 16.num.2.* & alij. Vndè, secundum hanc opinionem, hæc facultas extenditur solũ ad solas censuras contractas, & peccata commissa: non autem ad committenda: quià est fauor singularis personæ, derogãs legi communi reseruationis: est enim illa facultas, inchoata dispensatio, & exemptio à lege communi: quià cęteri adire Superiorem tenentur pro absolutione: ipse verò ab illa obligatione eximitur. Ergò, tanquam Dispensatio in lege, est strictè interpretanda, & per consequẽs non debet extendi ad peccata committenda, & censuras contrahẽdas: nè prebeatur ansa in futurum, liberiùs peccandi.

64 Attamèn Bonacina, *de leg disp.1. quæst. 1 pu 7.§ 1 num.11 & de pœni quæst.7.pu.5. §.3 nu 16.* Salas, *de leg.disp.17 sect.8.nu.51.* & alij dicunt: hanc facultatem latè interpretandam esse: ac proindè comprehendere non solum peccata cõmissa, sed etiã committenda. Quorum ratio est: quiã verba generalitèr prolata, generalitèr sunt intelligenda. Tùm quia huiusmodi Priuilegium, omnibus consideratis, censetur, ad salutem animę conferre; nè peccator in delictis fordescat: quamuis delinquens indè per accidens peccandi ansam arripiat.

65 Quintò Potestas delegata, ad dispẽsandum in Votis, vel Iuramentis, Deo factis; non extenditur ad commutandum, docent Nauar. *§ in Leuitico notab.27.nu.1. & seq & in sum cap.12.num 79.* Palacios, *in 4.dist.38 disp.3.vers Et sanè si amicus.* Medina, *lib.2 sum.cap.1.* Valentia, *2. 2.disp.6. quæst.pun.7.* Azorius, *part lib 11. cap. 0. qu. 4. & cap.18 quæst.7.* Lopez, *1 part. cap.50,* Sorb. *in comp.priuileg. Mend.v.votum annot suis notab.4* Reia, *par.2.cas.9* Sanchez, *lib.8, de Matr.disp.2.num 15. & lib.4 sum. cap.52.num.4:* Merolla, *tom.2 de leg disp.4. cap.6.nu.98.* & alij. Quorum ratio est: quia Priuilegia, quantùm vis fauorabilia, non sunt extendẽda vltrà verborum proprietatem: ergò quantumuis potestas dispensandi sit fauorabilis, non est extendenda ad puram commutationem: quæ nec in communi modo loquendi, nec seruata verborum proprietate, clauditur sub Dispensatione.

66 Attamèn Lesius, *lib.2.de Iust. capit.40 dub.16.num.108.& in 2.edit.* Suarez, *to.2. de Relig.lib.6.de uoto.cap.12 num.10.* Bonacin. *3.præcep.Decal.disp.4.quæst.2.pu 7. §.3.num.10.* Layman, *in Theolog.moral.lib 4.tract.*

4.*tract*.4.*cap*.8. *num*.20. Sayrus, *in Clau. Reg.lib*.6.*cap*.12.*num*.12 *& cap*.11.*numer*.116 Rodoriquez,*in explic.Bull.Cruc.§*.9. *num*.115 *& part*.2 *sum.cap*. 100. *sect* 102. *in fine*.Aragonius,2.2 *quæst*.88.*ar*.12.*dict*.2.*& quæst* 89 *art*.9.*prop*.2. Emanuel Sa, *v.votum vbi de voti dispensatione numer*.19.Diana, *par*,2.*tract*.5. *resol*.25. Henriqu. *lib*.7.*de Indulg.cap*.30 *num*.5 *in fine*.Tannerus,2.2 *disp*.5.*quæst*.4 *dub*.5 *numer*.36. Vilalobos,*to*.2.*sum tract*.34 *diff*.32.*nu*.2. Reginald *lib*.8.*num*.339 Trullench. *lib* 2. *Decalog cap*.2.*dub*.37.*num*.1. *& in explic. Bull Cruc lib*.1.*§*.7.*cap*.3.*dub*.1.*num* 7. & alij dicunt:potestatem delegatam, ad dispensanda vota, extẽdi ad commutandũ. Quorum ratio est:quia cui licèt maius, licet quoque minus *Reg cui licet* 53.*de reg. iur.in* 6. Quandò scilicèt,minus continetur in maiori, tanquam pars in toto, vel tanquam species in suo genere. At commutare, est minus, quam dispensare; vt clarè patet, & continetur in dispensatione,tanquam pars in suo toto:quia Dispẽsatio remittit omninò vinculum voti:cõmutatio verò remittit partem,nempè,vt non impleatur in materia promissa, sed in alia æquali.Tùm quia,qui potest remittere totum debitum,potest etiam remittere partem. Ergò qui habet facultatem dispensandi in voto,habet etiam facultatem commutandi. Nam in Dispensatione obligatio voti remittitur:in Commutatione verò prior condonatur, hac conditione:vt vouens,aliam suscipiat.

67 Sextò Potestas delegata commutandi vota,qualis p BullãCruciatæ,&Iubileũ cõceditur,non extendit ad cõmutanda iuramenta, soli Deo facta. Et idem sentiunt de potestate dispẽsãdi Azorius,*pa*.1.*lib*.11 *cap*.10 *qu*.2.Lessius,*lib*.2.*cap* 32 *dub*.12.*nu*.60.*in fine*,*& in num*.62 *vers*. *Quintò*. Petrus Ledesma,*to*.2.*sum.tract*.11.*cap*.4 *diff*.4 Nauarrus,*cap*.27 *sum num*.275.*versic. Decimo sexto*,*& lib*.2.*concil. tit. de Iureiu.in* 1.*edit cons* 4.*nu* 6. *& in* 2. *cons*.1.*nu*.6. Et probabilem vocant hanc opinionẽ Sanchez,*lib*.8.*de Matr.disp* 2.*nu* 18.& Suarez *to*2.*de Relig.tract.de voto lib*.6 *cap*.14 *num*.5. Quorum ratio est:quia obligatio Voti,& Iuramenti sunt diuersæ speciei: & consequenter vna non est pars alterius, nec sub alia continetur. Tum quia id Iuramentum,vltrà vinculum expressum Ius iurandi,continet implicitum Voti, facti Deo:Et duo vincula sunt vno fortiora, *cap*.1 *de treg & pace*.

68 Alij verò, quos tacito nomine refert Azorius,*num*.86.dicunt: Facultatem,delegatã circa vota,nõ extendi ad Iuramẽta:si Iuramẽtũ absolutè,ac per se fiat sinè voto,Secùs verò si priùs,emisso voto,statim, vel ex temporis interuallo emittatur de eadem re Iuramentum. Et probabilem vocat hanc sententiam Sanchez, *lib*.8, *de Matrim.disp* 2.*num*.18. Quorum ratio disparitatis est: quia prior, in qua concordat cum præcedenti,probari potest argumentis illius. Ratio posterioris est: quià tunc Iuramentum est accessorium voto: ergò ablato per Dispensationem,aut cõmutationem voto,quod est principale; cessat Iuramentum,quod est accessorium.

69 Alii verò Doctores citandi absolutè dicunt:Potestatem delegatam ad dispensãdum,vel commutãdum vota,extendi ad Dispensationem,& commutationem iuramentorum;quæ soli Deo fiunt. Quorum ratio est: quia ad dispensandum in eis Iuramẽtis,vel illa commutanda; nulla est opus facultate circa ipsa Iuramenta directè:sed satis est facultas circà votum, in eis virtute inclusum: quo sublato per Dispensationem, aùt eo commutato: ex consequenti,& quasi per accidens,destruitur,vel commutatur Iuramentum:vt potè, quod innitebatur illi promissioni,tãquam fundamento.At verò Priuilegium, seù potestas delegata, ad dispensandum in votis,vel ea commutanda,extenditur ad omnia vota:ac proindè etiam ad id, quod verè est tale,virtute inclusum in eis Iuramentis: ergò ex consequenti extenditur ad ea Iuramenta. Ità Stunica, *de Voto*,*quæst* 5.*num* 42. Henriquez,*lib*.7.*de Indulg.cap* 30 *num*.4. Emanuel Sa, *v.Iuramentum num*.32 Caietanus, 2.2 *quæst*.89.*artic*.9.*paulò post principium*. Aragon. 2.2.*quæst*.86.*artic*.9.*& quæst*.88. *artic* .12. *dict*.1. Viualdus,*in candel. Sacram.p*.2.*cap*.14 *num* 8 Rodoriqu.*pa*.1.*sum*.2.*edit.cap*.192.*concl*.19 *num*.30 *& in Bull.Cruc.§*.9. *num*. 110.*regul*. 6. *& in addit. ad eum §*.9. *num*.111.*& to*.1.*qq regul.quæst*.63 *artic*.5 Sanchez,*lib*.8.*de Matrim. disp*. 2.*num*. 18. Merolla,*to*.2.*de leg.disp*.4.*cap*.6.*num* 107. Suarez,*to*.2.*de Relig.tract de Voto*,*lib*.6.*ca*.14.*num*.6.Sayrus.*in Clau.Reg.lib*.5. *cap*.8. *num*.9.Diana,*pa*.1.*tract*.11.*resol*.41.*& pa*.3 *tract*.5.*resol*.25.Filliuccius,*tom*.2.*tract*.26. *cap*.9.*num*.254.Tannerus,*in* 2.2.*D.Thomæ disp*.5.*quæst*.5.*dub*.1.*num*.36.*& 37*. & alij.

70 Ampliant hanc sententiam Bartol. Ledesma,*in sum.Sacram.de Matrim.dub*.23.

post

post 3. *conclusionem*,& Rodoriquez,*par.1. sum in 2 edit. cap. 23 1.num.4. & capit. 189. num 9 & cap.244. num.4* vt ea facultas, delegata ad Vota,extendatur ad Iuramẽ ta,adiecta contractui, in quo est turpitudo, & iniustitia in Creditore, vt ad iuramentum factum homini soluendi vsuras, aut metu extortus.

71 Sed hanc limitationem non admittũt Petrus Ledesma,*de Matr quæst.47 artic. 3. dub.3 quod mouet circà 3. arg. § sed adhuc*.Sanchez,*lib.1.de Matr. disp.32. num. 17*.Suarez,*to.2.de Relig.tract de Iuramen. lib 2.cap.41.num 13. & tract.de Voto, cap. 14.num.13*.Merolla,*to.2.de leg.disp.4 cap. 6.nu.106 Versu sed contrarium*: Quià licèt per illa nullum homini, cui fiunt,ius comparetur: At cum non fiant intuitu pietatis,nec Dei,nullam Voti rationem induunt: sed meræ promissionis humanæ, ac proinde nomine Votorum non veniunt.

72 Quid dicẽdum,quãdo adsunt expresse Votum,& Iuramentum eiusdem rei? An facultas,delegata ad commutandaVota, vel ei dispensandi,extẽdatur ad hæc duo vincula? Negant,hanc facultatem delegatam ad Vota extendi adhuc duo vincula, Sayrus,*ib Clau.Reg.lib.5 cap.8 nu 9*.Azor. *lib.11.cap.10.qu.2.& cap.18.qu.16.& cap.19. qu.19*.Rodoriquez,*in Bull.Cruc.§.9.n.110. & pa 2 sum.cap.110.in fin.&to.1.qq.regul. quæst 63 arti.5*.Sorbus,*in comp Mend.v. votum notab.5*.Lesius,*lib.2.cap.40.dub.11. nu 94* Henriquez,*lib.7 de Indulg. cap.30. num.5*.& alij Quorum ratio est:quia sunt duo vincula expressa, quæ apertè maiora sunt vinculo concesso. Confirmatur:quià D.Thomas,*in 2.2.quæst 89 articul.9.ad 2*. ait: Iuramentum addi Voto: & per duas res immobiles maior firmitas habetur.

73 Sanchez verò,*lib.8. de Matr. disp.2.nu. 23*.& Rodoriquez,*in addict.Bull.Cruciat. § 9.num.111*.distingunt,scilicèt: Si Iuramentum præstetur ad voti emissi confirmationem,tunc Priuilegium, seu potestas commutandi, aut relaxandi Vota, extenditur ad ea, sic Iuramento munita. Si verò non præstetur Iuramentum in voti confirmationem,sed independẽtèr ab illo. Vt si quispiam prius iurauit ieiunare, & posteà vouit idem: vel si priùs vouit,& posteà iurauit:non quasi votum confirmans, sed vel eius immemor, vel omninò independenter: tunc Priuilegiũ ergà Votum non extenditur ad Votum, & Iuramentum simul.

74 Attamèn alij absolutè dicunt:In vtroque euentu posse per illam facultatem commutandi Vota,vel in eis dispensandi idem effici;quandò Votum,& Iuramentũ simùl concurrunt: quamuis non præstetur Iuramentum in Voti confirmationẽ, sed independenter ab illo. Quorum ratio est:quia licèt sunt duo vincula diuersa specie; tamèn in ordine ad Dispensationem,& Commutationem reputantur quasi vnum,& idem,& eiusdem rationis: nec vnum addit alteri nouam grauitatẽ intensiuam;sed solum extensiuam: idest, plura vincula. Ità Emanuel Sa, *verb.Votum vbi de Voti irritatione num. 16*. Merolla,*to.2.de leg disp.4.cap.6.n.114*. Suarez, *to.2.de Relig.lib.6.de Voto,cap.14.d nu.19*. Trullench.*in explic.Bull.Crucia.lib.1 §.7. cap.3 dub.3.& lib.2. decalog cap.2 dub.23. nu 5 & dub.4 1.nu.12* Bardus,*in expl Bul. Cruc.par.2 tract.7.cap.1.sect 10.nu.91*. Põtius,*lib.8.de Matrim.cap.11. in tertia expl*. Palaus,*tom.3 disp 3.pu.1 num.5*.& alij. Et valdè probabilem vocat Sanchez, vbi supra.

75 Septimò. Quid dicendum de illa quæstione,An potestas delegata adDispensationem,vel Commutationem Votorum, restringẽda sit ad sola emissa,antè id Priuilegium: vel potius amplianda ad emissa,post Priuilegium?

Nota,quod nos hic nõ loquimur, quãdò Priuilegia hæc sunt perpetua: vt sunt priuilegia Religiosorum:quia extendi tã ad vota præterita,quam ad futura. Nequè quandò Priuilegia sunt temporalia: vt Bullæ Cruciatæ,vel Iubilei: quia tunc extendi ea ad quæcumque vota emissa, non solum ante concessionem Romæ factam: sed etiã posteà. Sed difficultas est: An extendantur hæc Priuilegia ad Vota, quæ emittuntur post publicationem?

76 Negatiue respõdet prima opinio. Cuius ratio est:quia cum Vota sint tãti momenti, obseruandum videtur,concedere Priuilegium exẽptionis ab eorum obligatione,antequam emittantur. Ità Fernandez,*pa.3.cap.9.sent.2. §.17.num.4*. Villalobos,*to.1.sum tract.27 cap.9.§ 3 num. 4*.Graffius,*pa.1.decis.lib.2.cap.30 n.9*. Angles,*in florib.pa 2.qu.vnica,de Voto,art.8 diff 7.præpos.2*.Lopez,*par.1. cap 50*.Sotus, *lib.7.de Iust quæst.4 articul 3*. Corduba, *in sum.quæst.149 in fine*,& alii.

77 Secunda opinio ait: Posse commutari Vota, vel in eis dispensari: siuè antè publicationem Priuilegij sint emissa, siue

Q post

post Cuius ratio est: quia Priuilegia Bullæ Ciuitatæ sunt fauorabilia, vt suprà probauimus. Et ità dic de Iubileo: ergò sunt latè interpretanda, vt cõprehendant Vota, post publicationem emissa. Et quamuìs non essent extendenda tanquam fauorabilia, sed potiùs tanquam odiosa restringenda, vt aliqui Doctores dicunt: nõ tamen sunt ità restringenda, vt non claudant, id quod sonant. Cum ergò verba sint generalia, non est cur ad Vota preterita restringantur. Ità Acosta, *in Bull qu.* 73. Ledesma, *tom. 2. sum. tract.* 11 *cap. 4. dub.* 5. Rodoriquez, *in Bull. Cruc § 9. num.* 111. Aragonius, 2. 2. *quæst.* 88. *artic.* 12 *circà 2. conclus.* Henriquez, *lib. 6. de Pœnit. cap.* 16. *num.* 3. *in comment. litt N. in fine, & lib.* 7. *de Indulg cap.* 30. *num* 5. Azorius, *pa.* 1. *lib.* 11. *cap.* 18. *quæst* 9 Diana, *par.* 1. *tract.* 11. *resol.* 50. Nauarr. *§. in Leuitico, notab.* 34. *nu.* 4. *vers Quædam omnia, & cap.* 12. *sum. nu,* 80. *in fine.* Merolla, *to.* 2. *de leg. disp.* 4. *cap* 6. *num,* 118 Sanchez, *lib.* 4. *sum. cap.* 53. *num.* 26. Sayrus, *in Clau. Reg. lib.* 6. *cap.* 12. *nu.* 16. Malderus, *in* 2. 2. *tract.* 10. *capit.* 5. *dub.* 11. & alij.

78 Octauò. Ille, qui potest ex Priuilegio legitimare Adulterinum, & Incestuosum: non potest, quandò vtrumque vitium in eadem personà concurrit, docent Calderinus, *in sua disp. incip Papa concessit.* Ioa. Andr. *in addit ad speculat. rubr. Qui filij sint legitimi verb ipse soluit.* Anchar. *regul Accessorium num.* 18 *in fine de regul. iur in* 6. Dominic. *cap susceptum num.* 5. *vers. nota quod de rescrip in* 6. Roman cõs. 498. *num* 14. Soccin. *leg.* 2 *ff de verb oblig.* vbi Iason. *num.* 4 Ameti. *num.* 1. Fortun. *leg. Gallus, §. Et quid si tantum num.* 151. *& seq ff. de liber & posthum.* Euarard. *loco ab æquipolentibus num.* 16. *& loco à vi geminationis num.* 12. Gutierez, *alleg.* 3. *num.* 20 Borgas. *de Irregular par.* 2. *titul. de interpret. dispens. num.* 11. & alij. Quorum ratio deducitur, *ex leg. vim passam* 39. *vers præscriptione, ff de leg Iul. de Adult.* ibi *Præscriptione quinque annorum crimen Incesti, iunctum adulterio, non excluditur:* vbi Glossa, *v. iunctum,* ait: Separatum tolli, vt expressè habetur, *in leg. Matrim* 29 *versicul. Hoc quinquennium ff de eodem titul* Tum quia, potestas legitimandi non est fauorabilis, sed odiosa: quod ex eo constat, quod Princeps protestetur, se nolle hanc potestatem exercere, ne delinquendi ansa præbeatur, *§ final. Authe. quib. mod. nat. effic. sui:* Cum ergò hæc potestas transeat in Delegatum cum omnibus suis qualitatibus vt notatur. *in leg pomponius* 17. *§ cum quis adminiculo ff. de requirit possess.* erit quoquè odiosa in persona Delegati.

79 Alij verò dicunt; Posse virtute illius facultatis legitimari, vtroque vitio laborantem. Quorum ratio est: quià in materia fauorabili sub simplici continetur casus mistus, licèt secus in odiosa, vt docet Bartolus, *in leg. Gallus, §. Et quid si tantum numer. tertio, ff. de libertat. & posthum.* Cum ergò quæstio nostra loquatur in potestate legitimandi, quæ fauorabilis est, tanquam Principis beneficium, fiet largissima interpretatio, iuxtà in superioribus. Ità Bartolus, *leg.* 2. *in principio. numer. secund, de verb. oblig.* & ibi Imol. *numer. secund.* Alexius, *num. quint.* Alciatus, *numer.* 44. *& sequ* Zaffi. *numer.* 16. Panormitanus, *capitul. final. numer.* 5. *de Simon.* Decius, *cap. At si Clerici, §. de Adulterijs. in nou. edit. nume* 130. *de Iudi.* & ibi Alex. de Neuo, *numer. vigesim. tert.* Angelus. *v. Dispensatio numer. non.* Siluester, *v. Dispensatio quæstion. quint. numer. decim.* Mandos. *regul. decim. Cancel. quæst tert. num. decim.* Henriquez, *lib. decim. quart. de Irregul capit. octau. numer. decim.* Couarrus, *quart. Decretal. par. secund. capit. octau. paragr. octau. numer. non.* Milis, *in repert. littera F. verb filius, versicul. filius, qui est spurius.* Sanchez, *lib. octau. de Matrimonio. disp secund numer. vigesim. octau.* Merolla, *tom. secund. de leg. disp. quart. cap. sext. numer.* 120. & alij.

80 Limitant hanc sententiam Sanchez: vt vera sit, quandò in fauorem legitimaturi conceditur hæc facultas legitimandi. Secùs verò, quandò in ipsius legitimandi fauorem. Cuius ratio est: quià in priori casu est amplè interpretanda: in posteriori autem strictè.

81 Limitant secundò Couarrus, Milis, Sanchez, Merolla, & alij: Nisi in præiudicium tertij cederet: Tunc enim ea facultas, tanquam odiosa, restringenda esset: vt non extendatur ad casum mistum: quià Princeps cẽsetur velle, quam minimum possit damnum tertio inferre.

82 Ex his deducitur primò: licèt Potestas legitimandi, concessa alicui, loqueretur de Spurijs tantum, extenderetur etiam ad casum mixtum: quià hæc potestas est fauorabilis, & latè interpretan-

terpretanda, vt diximus Tùm etiam, quia spurius est terminus generalis, comprehendens sub se omnes spurij species: & casus mistus, aut constituit tertiam speciem spurij, & tūc talis sub genere comprehenditur: vel si non constituat nouam speciem, applicatur simplicibus, *arg. leg. quæritur ff de stat. hom.* & sic semper sub genere includitur. Ità Decius, *in cap. At si Clerici § de Adulter. in nouo edit. numer.* 114 *& seq de iud* & ibi Aret *num.* 42 Conarr. 4 *decret.* 2 *par. cat* 8 § 8 *nu.* 8 Sanch. *num.* 30. Merolla, *num.* 121. & alij.

83 Secundò. Potens dispensare in secundo gradu affinitatis, potest etiam, quandò vterque gradus in eodemet concurrit. Quia potestas dispensandi est fauorabilis: At in fauorabilibus, sub simplici continetur casus mistus, vt supra probauimus Ità Rota Roman *in nouiss par.* 3 *lib.* 1. *dec* 117. Sanchez, *lib* 8 *disp* 21. *num* 10. Merola, *cap* 6. *num.* 121 & alij.

84 Tertiò. Ille, qui habet facultatem dispensandi cum nato ex adulterio, potest etiam quandò natus est ex vtriusque parentis adulterio. Quià in fauorabilibus, sub simplicibus comprehenditur casus mistus. Ità Calderin. *consl.* 1 *num. vnico de consang.* Alex. de Nouo, *in cap. quod dilectio ad finem de consang.* Ripa, *resp* 11. *nu.* 6. *de rescrip.* Iacob de Puteo, *decis.* 39. *num.* 2. *lib.* 3. Rota *in nouiss vol.* 3. *lib.* 1. *decis.* 117 *num.* 3 *& lib* 2. *decis* 70 *num.* 3 Gambar *de auct. leg lib* 7 *de disp legat. circa Matrim. num* 46 *& seq* & alij.

85 Nonò. An facultas, quæ conceditur Episcopis in Concil. Tridentino, *sess.* 24 *cap.* 6 *de reform.* ad absoluendum, & dispensādum circa omnes casus occultos, nec deductos ad forum contentiosum, excepta Irregularitate ex homicidio voluntario: extendatur etiam ea facultas ad Capitulum, sede vacante?

Prima opinio negat. Cuius ratio est: quia hæc facultas non competit iure ordinario Episcopis: sed iure speciali Tridentini: At quæ iure speciali competunt Episcopis, non transeunt in Capitulum, vt dicunt communitèr Doctores. Ità Suarez, *to* 5. *in* 3. *par disp* 41 *sect.* 2. *num.* 11. Bonacina, *de cens. disp.* 7 *quæst.* 5. *pu.* 1 *num* 7. Alter, *de cens. disp* 8 *de Susp. cap* 3 *vers. ex eodem to* 2 Filliucc. *to.* 1 *tract.* 10 *cap.* 10. *num* 276. Et videtur tenere, Petr. Ledesm. *par.* 2. *sum tit.* 1. *cap* 61. *diff.* 5. & Quaranta, *in sum Bullar. in append v Capitulum.*

86 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia licèt hoc iure speciali Tridentini competat Episcopis: & Capitulum non succedat in ijs, quæ competunt Episcopo iure speciali: id tamē est verum de ijs, quæ competunt iure speciali Delegato, seù ex commissione. Secùs si de iure ordinario speciali, vt dicunt Panorm *in cap. verum nu* 9. *de foro Compe.* & Felinus, *in capit eam te, num* 17. *de rescrip.* At hæc potestas cōpetit Episcopis iure ordinario speciali: nam potestas competit, non personæ, sed dignitati, vel offitio in perpetuum, vt docent Bartolus *in l g ambitiosa, num.* 34. *ff de decret. ab ordin. f. ect.* Io Andr. *addit. ad specul tit de legat §. vlt ad finem vers legatus est ordinarius* Bald *in ca final. num vnico de off ordinar* Sanchez, *lib.* 2. *de Mat. disp* 40 *num* 14. Henriquez, *lib.* 3. *ca.* 24 *num.* 2. & alij. Et ità contingit in casu nostro. Accedit quia Tridentinum in eo decreto non dicit, vt id competat Episcopis, tanquam delegatis sedis Apostolicæ: in quo euentu, licèt potestas competat dignitati, seù officio inperpetuam, est delegata, vt docent Glossa *fin. in cap. ad abolendam, de hæret* & ibi Panormit *nu.* 15. & alij communitèr. Tum quia in eo Decreto Tridentini non dicitur: vt auctoritate Apostolica dispensent Episcopi Quæ verba etiam denotant auctoritatem delegatam: vt tradūt Farin. *in cap. cum aliquibus num.* 4 *de rescrip. in* 6. & Maran *in sua pract.* 4 *par dict* 5 *nu* 4. Egò poterit Capitulum, Sede vacante, exercere omnia, quę in eo Decreto competunt Episcopis. Ità Suarez, *to* 4. *in* 3. *part disp* 30 *sect.* 2. *num* 4. Sayrus, *decis* 31. *de temp Ordinat.* Genuēs. *in prax Cur. Archiep Neap. cap* 66 *nu* 22. *in prima edit.* Riccius, *to.* 1 *prax. resol.* 466. Io. Maria Nauar. *sing & pract concl.* 2 Barbos. *to.* 3. *de potest Episcop alleg* 39 *num* 16 Cenedo, *collect.* 4 *in* 6 *Decret num* 3. Henriquez, *lib.* 14 *cap.* 18. *num.* 2. *& cap.* 20 *nu.* 1. *& lib.* 6. *capit.* 16. *num.* 1. Aragon 2 2 *quæst.* 88 *artic.* 12, *concl.* 5. Rodoriquez, *tom.* 1. *qq. regul quæst.* 61. *art.* 9. Sanchez, *lib.* 8 *de Mat. disp.* 2 *num.* 10. Auila, *de cens. par.* 7 *disp* 10. *dub.* 6. Garz, *to.* 2 *de benef pa.* 7. *cap* 11. *num.* 21. Ferd Castro *tom.* 1. *opere moral. tract* 4. *disp.* 4. *pu.* 1. §. 1 *num* 3. Merolla, *to.* 2. *de leg. disp.* 4. *cap* 9 *num.* 132. & alij.

(:†:)

Cui concedi possit Dispensatio?
Dub. 4.

PRo resolutione huius quæstionis, sciendum est: quod duobus modis potest Prælatus cum aliquo dispensare: Vno modo, in lege Superioris. Altero, in lege propria Exemplum primi: Vt quandò dispensat in lege Diuina, naturali: vt in Voto, Iuramento, vel in lege Pontificia. Exemplum secundi est, quandò Episcopus dispensat in lege propria Synodi Diœcesanæ.

67 Quod attinet ad Secundum, communiter dicunt: Posse Prælatum dispensare cum omnibus illis, quo aliquo modo suis legibus obligantur. Quorum ratio est: quia si Prælatus iurisdictionem habet ad obligandum eos: consequenter iurisdictionem habet, vt possit, ex causa rationabili, talem obligationem relaxare.

68 Quod verò spectat ad primum modum, communiter Doctores dicunt: Vt valida sit Dispensatio, requiratur aliqua subiectio in eo, cum quo dispensatur. Quid autem requiratur ad hanc subiectionem, non conueniunt Doctores interse.

69 Nam prima opinio ait: Requiri, vt is, cum quo dispensatur, habeat domicilium in Diœcesi Episcopi, dispensantis. Cuius ratio est: quia, quousquè quis non acquirit domicilium in illa Diœcesi, non censetur verè subditus illius Episcopi: Ergò non potest ab eo dispensari in lege Pontificis, votis, iuramentis, &c. Ita Barbosa, *de potestat. Episcop pa. 2. alleg. 36. num. 18.* Suarez, *to 2 de relig lib 6 de voto. cap. 11. n. 11.* Garzia, *to. de Benef par. 11. cap. 10. nu. 139*, Ferd. Castro *par 1 oper moral tract. 3. disp. 6 pu 7. §. 2. num. 7.* Panormit. *in capit. nullus, num 4 de Parocho.* Rosella, *v. Domicilium, num vnico* vbi Angelus, *num. vnico ad finem.* Siluester, *num. 2.* & alij. Vndè non potest Episcopus vota Scholarium dispensare, aut commutare, vt dicunt Panormit. Siluester, Angelus, & alij: Quia de facto animi perpetuò commorandi, non efficiuntur subditi, nisi quò ad Sacramenta necessaria: vt, Confessionis, & Communionis.

70 Limitant aliqui hanc sententiam: Nisi necessitas aliqua vrgeat. Vt, si contrahendum esset Matrimonium, ad restaurationem alicuius damni, illati fœminæ: vel ad legitimationem filiorum, parente existente in articulo mortis: Tūc enim, ex præsumpta voluntate proprij Ordinarij, posset alius dispensare, v. g. in Voto non nubendi, & non ex propria iurisdictione.

71 Secunda opinio ait: Vt forēses, seu aduenę possint dispēsari ab Ordinario loci, in quo reperiuntur; requiri, & satis esse, vt illuc confluant, animo ibi habitandi aliquo tempore diuturno: vt, pro maiori parte anni: vel ad expediendum aliquod negotium, quod breui tempore expediri non solet. Cuius ratio est: quia ratione huius habitationis diuturnæ, contrahit quis quasi domicilium, & sortitur forum externum, vt possit ibi de alibi gestis cōueniri. Ergò etiā in rebus spiritualibus: quales sūt Dispensationes, acquiret quasi domicilium, & sortitur forum ex hac diuturna habitatione: cum vterque forus æquè iurisdictionem petat. Ita Aragon. *2. 2. quæst. 88 artic. 12 vers. si quis autem quærat.* Lessius, *lib 2. cap 40. dub. 18. nu. 16.* Angles, *in floribus par. 1. quæst. 3. de Conf. art. 8. diff 4. dub. 10. conclus.* 10. Henriquez, *lib. 6 sum. capit 55 num 5.* Emanuel Sa, *v. Episcopus num. 36* Rodoriquez, *pa 1. sum. cap. 55 num. 5.* Sanchez, *lib 2. de Matrim. disp. 23. num 12 & lib 4 sum. cap 37. num. 27.* & alij. Et probabilem vocat Ferd Castro, *par 1. opere moral tract 3. disp. 6. pu 7. § 2. num. 5.*

72 Tertia opinio ait: Peregrinos, & Forēses, seu Aduenas, quamuis breui tempore commorentur in aliquo loco; posse, à Diœcesano illius loci dispensari in legibus Pontificis, Votis, & Iuramentis: sicut possunt reliqui alij subditi. Cuius ratio est: quia Peregrini, ratione habitationis in eo loco subduntur legibus illius Oppidi, in quo reperiuntur: vt probat Merolla, *to. 2. disp. 4. cap. 3 dub. 42.* Ergò non deficit illis subiectio necessaria, ad dispēsationem obtinendam. Probatur consequentia: nam si sunt subiecti, quò ad onera: æquitas poscit, vt etiā censeantur subiecti, quò ad fauores. Ita Basilius, Pontius, *lib 8. de Matr. cap. 5. num. 7.* & hanc opinionem, loquendo de Dispensatione in lege municipalis, & Pontificis, secutus est Ferd. Castro, *par. 1. oper. moral tract 3. disp. 6. pu. 7. §. 2. num. 5.* Qui tamen secus dicit de Dispensatione in Votis, vel Iuramentis, & alijs singularibus impedimentis.

Dubitatur primò: An Archiepiscopus, seu Metropolitanus, possit dispensare cum Episcopis, suis suffraganeis?

73 NEgatiuè respondet Basilius, Pontius, *lib. 8. de Matrim. cap. 5. num 10.* Sua-

Suarez, *lib. 6. de Voto cap. 1. nu. 3.* & Ferd. Castro, *part. 1. oper. moral. tract. 3. disp. 6. pu. 7. §. 2. num. 5.* Quorum ratio est: quia talis potestas non est necessaria. Nam, vel Dispensatio concedenda est in legibus Archiepiscopi: At his non ligantur Episcopi suffraganei, & per consequens, pro his nulla est Dispensatio necessaria. Vel concedenda est in legibus Pontificis, aut Concilij generalis: & in his æquè omnibus inferioribus est interdicta potestas dispensandi: vt dicit Merolla, *disp. 4. cap. 6. nu. 171.* In quibusdam verò casibus, quos refert dic. Merolla, *num. 176.* in quibus potest Episcopus cū suis subditis dispēsare, potest etiam secum: Ergò hæc potestas, ad dispensandum cum Episcopis suffraganeis, non est necessaria in Metropolitano.

74 Attamèn Barbosa, *de potest. Episcop. pa. 2. alleg. 36. num. 20.* Molfesius, *to. 1. tract. 11. cap. 15. num. 111.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 38. num. 16.* Auila, *de censur. p. 2. cap. 7. disp. 2. dub. 10. concl. 3. & p. 7. disp. 10. dub. 6. not. 2. circa primam conclus.* Henriquez, *lib. 14. capit. 18. num. 3.* Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 6. cap. 11. num. 79.* Angles, *in florib. pa. 1. qu. 1. de voto, art. 2. diff. 9. concl. 9.* D. Antoninus, *pa. 2. tit. 11. cap. 2. §. 4. vers. Itèm non potest.* Paludanus, *in 4. d. 38. q. 4. art. 4. concl. 8.* & alij, affirmant. Quorum ratio est: quià Archiepiscopus, seù Metropolitanus habet iurisdictionem ordinariam in suffraganeos: vt colligitur, *ex cap. Suffraganeis, de Elect.* vbi Panormitanus, *num. 11.* Quod ex eo etiam patet: quia potest illis præcipere, eosdemque negligētes ad officium compellere: vt docent Glossa, *in cap. Pastoralis,* & alij. Item potest illos excommunicare: vt colligitur *ex capit. 1. §. final. de offic. ordin. in 6.* Ergò multò magis poterit cum illis dispensare. Probatur consequētia: quia si Episcopi suffraganei subdūtur Archiepiscopo in sibi odiosis: multò magis possunt subdi in fauorabilibus.

Dubitatur secundò: An Archiepiscopus, seù Metropolitanus possit dispensare cum subditis suorum suffraganeorum?

75 Affirmat prima opinio. Cuius ratio est: quià Metropolitanus potest Indulgentias concedere in tota sua Prouincia, *cap. nostro, de Pœnit. & remis.* Ergò, & dispensare: cum vtrumq; sit actus iurisdictionis spiritualis, & spiritualem iurisdictionem erigat. Ità Rodoriquez, *par. 2. sum. in 2. edit. cap. 1. num. 3.*

76 Communitèr verò negant. Quorum ratio est: quià Metropolitanus non habet ordinariam curam, ac iurisdictionem, nisi in sua Diœcesi: & solum est Iudex causarum Diœcesis suffraganeæ, per appellationem ad eum deductis, *cap. 1. de offic. legat. & cap. duo de Offi. Ordin.* Ità Sotus, *lib. 7. de Iust. 4. art. 3. vers. Prætor.* Sayrus, *de cens. l. b. 7. cap. 11. num. 79.* Siluester, *v. Votum 4. quæst. 3. dict. 4.* Angelus, *in flor. pa. 2. quæst. 1. de Voto, artic. 4. diff. 4. concl. 7.* Aragonius, *2. 2. quæst. 88. art. 12. col. ...* Suarez, *tom. 2. de Relig. lib. 6. de voto cap. 10. num. 8.* Barbosa, *de potest. Episcop. part. 2. all. g. 36. num. 10.* Auila, *de cens. part. 2. capit. 7. disp. 1. dub. 10.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 38. à nu. 11.* Henriquez, *lib. 14. cap. 18. num. 3.* Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 6. num. 141. vers. Cōtrarium tamèn.* & alij.

77 Poterit tamèn Archiepiscopus, seù Metropolitanus dispensare: quandò Episcopus suffraganeus Dispensationem petitā denegat: & hoc per appellationem. Quià in hoc casu est legitimus Iudex subditorum suffraganeorū: vt docent Henriquez, Castrus, Sanchez, & Merolla, vbi suprà. Dummodò quod Episcopus teneatur dispensare. Secùs, quandò non tenetur. Quia tunc non datur Appellatio ad Archiepiscopum.

An Dispensatio distinctionem personarum exigat, ità vt nequeat à Prælatis ergà sèipsos exercere in ijs, in quibus possunt cum subditis dispensare? Dub. 5.

Antequam ad responsionem veniamus sciendum est prius: Duplex est Dispēsatio. Vna dicitur propriè dicta, quę est vera iuris relaxatio, & propriè actus iurisdictionis. Alia impropriè, quæ potius dicitur licentia quædam, seù facultas: est què, consensus quidam, seù approbatio Superioris, non relaxans obligationem legis. Vt, quandò in Constitutionibus Regularium præcipitur, nè aliquid fiat sinè licentia Superioris: nō intendunt Cōstitutiones, id opus omninò interdicere: sed tantum, nè fiat sinè ea conditione: nec licentia illa est propriè actus iurisdictionis, sed cuiusdam superioritatis.

78 His positis, dico Primo: Si loquamur de Dispensatione impropria, potest Prælatus secum dispensare in ijs, in quibus possunt

possunt cum subditis: hoc est, possunt vti licentijs, quas dare possunt suis subditis. Ratio istius est: quia expedit, vt ij, qui alijs facultatem facere possunt, sibi quoque possint facere; nè sint peiores conditionis, quam subditi: cum nō habeant Superiorem, quem facilè adire valeant. Ita D. Thomas, 2.2. *quæst.* 18. *art* 8. D. Anton. 3. *part tit.* 10 *cap* 2. § 7 Siluester, *v. Religio. quæst.* 10 *& Religio* 7 *quæst.* 12. Turrecre. *can. de Monachis* 16 *quæst.* 1. Angelus, *v. Monachus num.* 7 Armilla, *v Episcopus n.* S. Rodoriqu *to* 1. *qq. regul quæst* 45. *artic. vltim* Merolla, *to.* 2. *de leg disp.* 4 *cap* 6. *dub* 4. *num.* 146 *vers Primum est*, & alij.

79 Secundò Si Prælati in vniuersum dispensant cum subditis in aliqua lege, ad ipsos quoque hanc Dispensationem extendi. Vt si Prelatus Religionis iusta causa dispenset, vt aliqua die Ieiunij carnes comedat totus Conuentus: aut non ieiunet: aut Episcopus cum tota Ciuitate; Poterunt quoque ipsi eadem dispensatione vti. Ratio istius dicti est: quia hoc non est, directè exercere iurisdictionem in seipsum, sed quasi indirectè: vtēdo dispensatione, in vniuersum concessa.

80 Tertiò. Prælati possunt committere suo Confessario, vt cum ipsis dispenset in ijs omnibus, in quibus possunt ipsi cum subditis dispensare; nè deterioris conditionis subditis sint: cum subditi pre manibus habeant Prælatum, potentem cum illis dispensare: Et ipsi Prælati, ad dispēsationem obtinendam, cogerentur adire Summum Pontificem. Ratio est quià non repugnat, quempiam huiusmodi iurisdictionem in semetipsum exercere, etiam in absolutione Sacramentali, committendo Confessario, vt ipsum Prælatum absoluat: vt communitèr dicunt. Ergò à fortiori, id non repugnat in dispensatione. Et ità dicit Suarez, *de censur. disp.* 41. *sect.* 2. *num.* 9. de causibus occultis, concessis Episcopis in Tridentino, *sess* 24. *cap.* 6. *vers for mat.* Non autem oportet, vt Prælatus illi Sacerdoti fateatur, aut illi intendat fateri: sed satis est, vt ipsi cōcedat licentiam Absolutionis Sacramentalis, sibi impendendæ: vel aliàs Sacerdos ille iurisdictionem habeat, audiendi cōfessiones illius Prælati: aut illum eligat, ad hanc solam dispensationem faciendā. Ita Merolla, *d cap* 6 *num.* 148. Sanchez, *lib* 8 *de Matrim disp.* 3. *num* 3 & alij.

81 Dissentiunt verò Doctores inter se: An Prelati possint secū directè, verè, ac propriè dispensare, v g in Votis, Irregularitatibus, Præceptis Ecclesiæ, atque in cæteris omnibus, quotiès id possunt cum subditis?

Negat prima opinio. Cuius ratio est: quia Prælatus super seipsum iurisdictionem exercere nequit, *leg. ille, à quò, ff ad Trebell. & leg penult. ff. de recep arb.* At dispensare cum aliquo, est ergà eum iurisdictionem exercere: ergò nullus Prælatus potest secum dispensare. Confirmatur: quià dispensare est actus Superioris in subditum: atque ideò Dispensatio non subditis minimè prodest. At nemo seipso Superior esse potest. Tùm quia eiusdem est ligare, & soluere, *cap inter dist.* 2 *& cap cùm inferior. de maior & obed* At nemo potest se lege aliqua ligare: ergò neque potest seipsum à legis obligatione absoluere, nec secum dispensare. Ità Suarez, *to* 2. *de Relig lib* 6 *de Voto, cap.* 11 *nu* 4 Azorius, *lib* 5. *cap.* 15 *quæst.* 6. Anton. *cap.* 1. *num* 10. *de constit* & ibi Imol. *num* 7. Alex. de Neuo, *num* 66 Decius, *cons* 151 *n.* 10. *vol.* 1 Felin *cap* 2 *num* 20 *de sponsal & cap.* 1. *num* 33 *de const* Panormit. *cap. magna nu* 2. *notab* 1 *de Voto* Henriqu *lib.* 6. *de Pænit cap* 4 *num* 2. *in comment litt. I. & cap* 7. *num* 5 *in comment litt B. & lib.* 7 *de Indulg cap* 18 *num.* 1. *in comment litt. H* Angelus, *v. Votum* 4. *num* 7 Siluester, *v Votum* 4. *quæst* 3. *in fine*, & alij Differūt autem hi Doctores: nam Antonin. Imol. Alex. de Neuo, & Decius, negant hanc potestatem, etiam Summo Pontifici. Alij verò Doctores citati concedunt illam quidem Pontifici: negant tamèn alijs Prelatis inferioribus.

82 Affirmat tamen secunda opinio. Et nō solum dicit, Summum Pontificē, sed etiā alios Prælatos posse ergà seipsos dispensare in omnibus, in quibus possunt cum subditis. Cuius ratio est: quia non repugnat iure nature, hanc dispensandi iurisdictionem ab aliquo ergà seipsum exerceri, neque Ecclesiastico; ergò poterunt Prelati exercere illam ergà seipsos Quod non repugnat, patet: quia nullus reperitur Textus, hoc vniuersalitèr interdicēs. Dixi, *Vniuersaliter*: nam *cap final de iust.* in causa speciali collationis beneficiorū, ad vitandum perniciosum Prelati exemplum, deciditur: Eum, qui beneficium cōferre potest, non posse seipsum instituere: vt docet Panormit. suprà citatus. *nu.* 5. Quod verò non repugnet iure naturę. Probatur: Quia hęc iurisdictio, secum dispen-

ſpenſandi, non eſt contentioſa: quæ Teſtium probationem, ac partis citationem deſideret; vt vel ſic diſtinctionem perſonarum exigat: quaſi iniquum ſit, in propria cauſa ſibi met ius dicere contra ius, ab aduerſario intenſum, *leg. vnica C. ſne quis in ſua caua*. Sed ſolum poſtulat veluti directionem exprudenti iudicio, ad perpendendam Diſpenſationis cauſę iuſtitiam: quod non repugnat ergà ſeipſum ab aliquo haberi: quamuis expedientiùs foret alieno iudicio ſtare. Neque eſt hæc Iuriſdictio aliqua punitiua, ſeù coactiua, quam ipſemet exerceri repugnat: Sed eſt voluntaria Iuriſdictio: ac proindè huiuſmodi repugnãtia caret. Neque eſt propriè aliqua ſententia, per quam quis condemnatur, vel abſoluitur; vt ità requirat diſtinctionem perſonarũ: cuiuſmodi eſt Abſolutio ſacramentalis, quæ iure diuino, poſtulat diſtinctionem perſonalem intèr abſoluentem, & abſolutum. Atque ità diſcrimen hoc inter actũ Iuriſdictionis contentioſæ, & Iuriſdictionis voluntariæ, conſtituerunt D. Thomas *in 4 d.20. quæſt.1. artic 5. quæſt.4. ad 3.* & ibi Durand *quæſt.4. num.10.* Sotus, *diſt 21 quæſt.1. artic.4. in fine corpor.* & alii. Confirmatur: quià in voluntaria Iuriſdictione, poteſt quis plurium vices ſuſtinere: dummodò exercitium vnius actus non obſtet exercitio alterius. Quod latè probat Panormit. *cap ex litteris, num.11. de probat.* & conſtat, *ex leg ſi conſult ff de adop.* Vbi, ſi filius familias Preſes ſit, poteſt ſeipſum emancipare, vel adoptionẽ tradere. Et hoc non alia ratione; niſi quià non repugnat, eamdem perſonam, ſecũdùm diuerſas rationes, diuerſa munera obire: ac eſſe ſubditum, & Superiorem reſpectu ſui ipſius. Ità tenent, quò ad Romanum Pontificem, Paludan *in 4. diſt.38. quæſt.4 artic 4. concl.4.* & ibi Mayronus, *quæſt. vnica in fine.* Caietanus, *1 2. quæſt. 96. art 5. verſic. Adhuc dubium* Sotus, *lib. 1. de Iuſt. quæſ 6 art 7 verſ. Quandò autèm* Silueſter, *v. lex quæſt 14. in fine.* Suarez, *to.3 in 3. part. diſp.36 ſect. ſecund verſ. ſolet verò, & tom 4. vbi de Indulg. diſp.52. ſect. 1. num.10* Flamin. *de reſig. benef. lib.3. quæſt. vlt num.130* & ſupponunt Couarr. *capit. Alma mater pa 1. § 1. num 7.* & Corduba *in quæſtionar. lib 4. quæſt.1. verſ. Quartò idem.* Et loquentes de alijs Prælatis inferioribus, docent Molina, *to.1. de Iuſt. trac. ſecund diſp.247. verſ. Religioſus tamèn.* Armilla, *v. Monachus, num.9.* Emanuel Sa *v. Religioſus, num 47. verſ. Prælati in Religione.* Azorius, *lib 7 cap 29 quæſ 7* Rodoriquez, *in Bull. Crucia § 8 dub 6. num.11. & par ſecund. ſum. cap.30. num.4.* Suarez, *lib.6 de leg. cap.12 num.11.* Sanchez, *lib.8. de Matrim diſp.3. à num 8.* & de omnibus Merolla, *to ſecund. de leg. diſp.4. cap.6. nu. 149.*

83 Ex his deducitur: non ſolum Summus Pontifex poteſt ſecum diſpenſare in ijs omnibus, in quibus poteſt cum ſubditis: ſed etiam Prælati inferiores. Quia vti hac Iuriſdictione ergà ſeipſum, non repugnat iure naturæ; nec etiam iure Eccleſiaſtico. Quia ius Eccleſiaſticum, petens diſtinctionem perſonalem intèr dãtem, & accipientem; non generalitèr id decidit: ſed in caſu ſpeciali collationis beneficiorum; ad vitandum pernicioſum Prælati exemplum. Et ità dic de Prelatis Regularibus, ſiuè Generalibus, ſiuè Prouintialibus, ſiuè Præpoſitis localibus, qui toti domui præſunt, & eorum abſentiam Viceſgerentibus, vt ſunt Vicerectores, Vicepriores, Vicarij, &c. Hi omnes poſſunt ſecum diſpenſare in omnibus ijs, in quibus poſſunt cum ſubditis. Ità Molina, *to.1. de Iuſt. tract ſecund diſp.247 verſ. Religioſus tamèn.* Armilla, *v. Monachus, nu 9:* Emanuel Sa, *v. Religioſus, num 47.* Azorius *par.1 lib.7. cap.29. quæſt.7.* Rodoriqu. *in expoſ Bull. Cruc § 8. dub.6 num 11. & par ſecund ſum cap. 30. num.4.* Sanchez, *lib.8 de Matrim diſp.3. num 9.* Granad. *1. 2. controu.7. tract 3 pa. ſecund. diſp.17. ſec. ſecund num.16.* Merolla, *to ſecund. de leg. diſp.7. cap.6. num.151.* & alij.

An Prælati cenſeantur diſpenſare, quotiès admittunt ad aliquem actum, habẽtes iuris impedimentum ad illum?
Dub. 6.

SVpponunt hic Doctores: Nulla eſſe verba, iure præſcripta, ad diſpenſationem faciendam: ſed ſatis eſſe quæcumque, ſiuè ſigna, ſiuè facta, ex quibus, animus diſpenſandi, indiſpenſare potente deducatur. Poteſt autem hæc quæſtio duobus modis agitari: Primò, de Prælatis, ſeù Principibus ſupremis. Secundò, de Prælatis inferioribus.

84 Quod attinet ad ſupremos Principes, Communiter Doctores dicunt: Quandò impedimentum eſt iuris humani, & ſcienter Princeps admittit ad aliquem actum, habentem tale impedimentum: cenſeri, habere

habere animum dispensandi;ac proindè inducitur vera Dispēsatio; quamuis Princeps causæ cognitionem non præmiserit. Vt si Pontifex scientèr admittat Irregularem ad ordines, vel beneficia: aut iure humano impeditos, Matrimonio cōiugat: vel Rex, lege inhabilem, vt seruū, Iudicem constituat. Quorum ratio est: quià, vt valida sit supremi Principis in lege humana Dispensatio, non desideratur causæ cognitio: sed eius voluntas dispēsandi satis est: de qua sufficientèr constat, si indignum scientèr promoueat.

85 Discordant Doctores circà modum scientię probandæ: Nam Glossa, *in Clem. 2. in fine de rescrip & cap. Statutum, in principio verb litterarū, in fine de rescriptis, & cap. Statutum. in princ. verb. litter. in fine de rescrp in 6.* Bartol. *leg final. nu. 4 verf. Sed contra hoc in fine, C sententiam rescindi non posse.* Imola, *leg final. col. 4 n. 1 in fine, ff à quibus appellat non licet.* Ant. Gabriel. *tom. 3 commun. lib. 1. titul de præsu mp. concl* 8. *num.* 5. & alij, dicunt: eam probari non posse, vt præsumatur ex eo actu Dispensatio; nisi in literis promotionis addatur clausula, excerta scientia: atque ità Testium probationem nil conferre.

86 Panormitanus verò, *in cap cum in cūctis, § inferiora, num.* 8. *de elect. & capit. ad hæc ad finem, de rescrip. & cap. non nulli, nu.* 8 *eo tit* Felin. *multis allegatis cap. cum inter num.* 23 *&* 4. *de expect & cap. si aliquandò, in fine, de sent. excommu.* Rosella, *v dispensat num.* 6. vbi Siluester, *in fine.* & alij, dicnnt: non opus esse, addere clausulam, excerta scientia: sed satis esse, atque requiri, vt ex literarum rescripti tenore, & ex facti narratione constet, id excerta Principis scieñtia ęffectum.

87 Attamèn Staphil. *de litterarum gratia, tit. de affectu, clauf. § quintò motus proprius, in fine.* Menoch. *de præsump. lib.* 2. 20. *num.* 7. Mascħard. *in probat. concl* 845. *num.* 23 Senchez, *lib.* 8 *de Matr. disp.* 4. *nu.* 5. Merolla, *to.* 2. *de leg disp.* 4. *cap.* 6. *nu.* 154. *verf. Discordant.* & alij. Sufficere, vndecumque constet, Principem inhabilitatis fuisse cōscium, quod nullus sit textus, inducens specialem probationis modum huius scientiæ Principis: atque ideò sufficiet qualiscumque probationis modus, quò certè res specialem probandi modū iure non petens, probati valent. Et hoc, in foro externo: quià in foro cōscientiæ, vt ex ea promotione deducatur animus verè dispensandi, ac sit dispensatio; satis est, qualitercumque sciatur, Principem impedimēti conscium fuisse: quia in hoc foro, qui solam veritatem respicit, nulla probatio desideratur, ea constante.

88 Limitant hanc sententiam aliqui primò: Nisi Princeps, vrgente necessitate, inhabilem promoueat: tunc enim non cēsetur perpetuò dispensare: sed tantum ad tempus illius necessitatis. Ità Anton. Gabriel. *to.* 3. *commun. lib.* 1. *titul de præsump. concl.* 8. *num.* 10 Menoch. *de præsump. lib.* 2 *præsump.* 20. *num.* 36 *& conf.* 178. *nu* 56 *vol.* 3 Sanchez, *disp.* 3. *num.* 9. Merolla, 4 *cap.* 6 *num.* 151. & alij.

89 Limitant aliqui, secundò. Vt censeatur tacita dispensatio ea promotio, quò ad eum solum actū, ad quem Princeps sciētèr admittit. v. g. si Irregularem admittat ad Ordines: non proindè ad alia censetur cum eo dispensare. Nec si ad Ordines minores admittat, videtur dispensare ad maiores: quià Dispensatio expressa non extenderetur vltrà actum expressum, *cap.* 1. *de filij Presb* Ergò multò minùs tacita.

90 Quod dictum est de Principe Supremo; dicendum est etiam de Prælatis inferioribus: quotiès impedimentum est eorum legibus inductum. Censentur tūc dispensare, quandò scientes id impedimentum, promouent; quamuis nullā causæ cognitionem præmittant. Vt si Episcopus scientèr iubeat, aut concedat, fieri aliquid contrà suam Constitutionem, aut inferioris, aut æqualis Prędecessoris; censetur, tacitè dispensare in illa: quia militat eadem ratio.

Quod verò spectat ad Prelatos inferiores: An scilicèt, quandò admittunt impedimentum iure communi, ad actum, ad quem dispensare possunt; censeantur dispensare? Vt, si Episcopus, irregularitate ęffectum, in qua potuit dispensare, promoueat ad Ordines, vel illi litteras dimissorias concedat?

91 Prima opinio ait: Non censeri Dispensationem, nisi inferiores actū eum exerceant, pręmissa causę cognitione, an expediat dispensare, nec ne. Cuius ratio est: quià, ea differentia est inter Principem legislatorem, ac inferiores: quià ille possit saltem validè in sua lege dispensare, non premissa causę cognitione: hi autem minimè. Non ergò actus ille censebitur tacita Dispensatio ab inferioribus exercitus, qualis censebitur factus à Princi-

pe.

pe. Tum quid, *in cap final.in fine, dist.51* punitur Episcopus, qui promouit ad Ordines Concubinarium: At puniendus nō esset, si ea promotio censeretur tacita dispensatio. Ita Glossa, *in cap secund verb. Dispensatum, de schismate*, vbi Ioan. Andr. *num* 4. Panormit *num* 4. Cord *numer.* 1. *quæst* 1 Anchar *num* 3. Anna, *num* 7. & 8. Glossa, *in cap vni verb. dispensare de ætate, & qualit in 6* vbi Domin *num* 6. Francus, *num* 5 Innocent. *cap. veniens num* 2. *de filijs Presb* Henric *nu.* 4 idem Panor. *cap. propter à, num.* 11. *de test cogn.* & *cap. cum in causis § inferia, num* 8 & *cap. inconu. num* 7 & 8. *de elect* & *cap. diuersis, num.* 3. *de Cler coniug.* & ibi Imola, *num* 5. Specul *titul de dispens § qualitèr autèm num* 3 Archid *cap licèt canon. nu secund. de elect in 6* Bartol. *leg. Barborius, num.* 12. *ff de officio Prætor*, vbi Ias *n.* 14. Horof. *nu.* 26 Arch. *ad fi.* Fel *ca propterea, n.* 8. *de Testib. cogen.* Mondos. *de signatura gratiæ verbo dispēsationes, vers aduertendum tamèn est.* Rosel. *verbo, dispens. n.* 6 vbi Angel *nu.* 12. Siluester, *qu vlt* Nauar. *cap si quando excep.* 10 *num.* 3. *de rescrip* & *lib* 3 *consil.* 1. *edit. tit de Cler non resid. ent. consil vlt nu.* 9 & *lib* 1 *titul de temp ordin. consil.* 38. *nu.* 38 *num vnico in secund edit. lib.* 1. *titul. de filijs Presbit consil secund num. vnic.* Antonius Cucus *lib.* 4 *instit tit secund. num.* 28 & 29 Menoch *de præsump. lib.* 2. *præsump.* 20 *num* 24 & 25. Azorius. *lib* 5 *cap.* 15 *quæst.* 1. *in fine.* Rodoriquez, *to secund. q. regul quæst* 46. *art* 1. & *bas. sum* 2. *edit.* c. 217. Caiet. 2. 2. *q* 104 *art* 5 *ad fine n* & al j.

92 Secunda opinio ait: Inferiores non cēseri dispensare, quamuis causæ cognitionem præmittāt: nisi se dispensare exprimant. Quia non censentur, absoluere excommunicatum, nisi verbis absolutionis vtātur: quamuis scientèr admittant ad diuina excommunicatum. Ita Glossa, *in cap. literas fin de conceff. præbend* Rebuff. *prax. benef tit de dispensat super def ctu nataliū num* 9. Nauarr *sum prælud.* 9 *num* 15. *cap.* 25 *num* 73. Hostiens. *cap veniens num* 6. & 8. *de filijs Præsbit* & *cap statim in principio de schismat* Baldus, *leg Barbar. num* 7. & 8 *ff de offic. Præsbit.* Decius, *cap si quādo in nua edit num.* 23. *de rescrip* Rodoriquez, foro externo, *to.* 1 *q q regular. q.* 13. *artic.* 16 & al j.

93 Tertia opinio ait: Censeri tunc inferiorem dispensare, quamuis causæ cognitionem non præmittat. Cuius ratio est: quia Dispensatio non exigit certam formam, nec verborum expressionem, vt dicunt omnes: & concurrunt potestas in conferente, & voluntas: ex eo enim actu voluntas præsumitur: quippe præsumendum non est, Prælatum velle promotū ad Ordines illaqueare, manente irregularitate, qua erat affectus. Et quamuis non præmiserit causæ cognitionem: id efficit, vt temerè dispensarit: atque ob id puniri possit. Non tamen dispensationem esse irritam, si verè causa erat Quod si de peccato agas, etiam Princeps temerè dispensans in sua lege sinè causæ examinatione, peccat, vt aliqui Doctores dicunt. Ergò per illud factum censetur Prælatus, tacitè dispensare. Tum quid, & si peccat inferior, omittens causæ cognitionem Prelatus ēt delinquit, si inhabili beneficium conferat, vel irregularitatem ordinibus insigniat, volens dispensare in impedimento. At hæc delicta posteriora, sunt lōgè grauiora prioribus, vt ex se constat. Et sicùt in actu, qui sinè peccato, & cum peccato exerceri potest, recipienda est præsumptio, peccatum excludens, *leg merito ff prositio.* Ita in actu, qui sinè peccato fieri nequit, sed potest fieri cum maiori, vel minori, recipienda est præsumptio grauiùs, peccatum, excludens, *leg* 5 *Adulterium cum Incestu*, § 1. *secund.* & 3. *ff ad leg Iul de Adulter* & affirmat Baldus, *in leg. fin col v tim C de edil l action. arg i. si Præses. ff. de pœn* & alij. Ergò in huiusmo di promotione præsumen la est impedimenti Dispensatio: vt vel sic, minus delictum præsumatur. Ita Lambertin *de iur. patronat lib. secund par.* 1. *quæst* 7 *artic.* 30 *in noua edit num* 18. Bellamera. *capit. veniens num* 18. & 19. Siluester, *verb. Irreg. in fine.* vbi Armilla, *num* 91. Nauarr. *capit.* 25 *sum num.* 74. Maiolus. *lib.* 3. *de irregul. cap.* 24 *num* 14 & *lib* 4 *cap.* 10 *nu* 3. & *lib.* 5 *cap.* 5 *num.* 8. Salzedo, *in addit ad pract. Bernardi Diez, cap.* 25 *ad finem.* Paludanus *in* 4. *dist.* 38 *quæst.* 4. *articul* 4. *conclus secund nu* 29 D Antonius, *part secund. tit.* 11 *capit secund §.* 9, *notab secund.* & *par.* 3. *titul* 28. *capit.* 28 *§ vltim.* Medin. *lib* 1 *sum. cap.* 11 *§.* 12. *statim in principio* Henriquez, *lib.* 14. *de Irregul capit.* 17, *num.* 4 Emanuel Sa, *verb dispensatio num.* 8. Suarez. *de censur. disp.* 41. *sect,* 3 *ad finem* Sanchez, *lib* 8. *de Matrim disp,* 4. *num.* 17. Merolla, *tom.* 2. *de leg. disp.* 4. *cap.* 6 *num.* 162 & alij. Et pro foro conscientiæ Sayrus, *de cens lib* 7, *cap.* 14. *n.* 11. 12. & 13. Rodoriq. *loco citato*, & alij

R An

An sola pacientia Prelati, videntis aliquem, iure impeditum, exercere actum sibi interdictum, sit tacitè Dispensationis signum, ac Dispensationem inducat? Dub. 7.

94 NEgat prima opinio. Cuius ratio est: quia sola taciturnitas, & pacientia Prælati, per se, ac præcise sumpta, non est sufficiens signum consensus: vt ait Glossa, *in cap. cum iam dudum, de præbend.* & colligitur etiam, *ex cap. super eo de cognat. spirit.* Nam licèt dicatur, quis consentire indirectè, quãdò tenetur impedire, & non impedit: non tamen inde colligi potest directa voluntas, qualis ad dispẽsandum requiritur. Et hoc est, quod Canonistæ dicunt: Illa, quę tantum in patiendo consistunt, non esse sufficiẽs signũ Dispensationis, quæ actum positiuum requirit. Ità Glossa, *in cap. final verb. Approbare de sentent. excommunic.* vbi Cardin. Anchar. Imola, Bonifacius, Innocent. *in cap. veniens num. 3. de filijs Præsbiter* & ibi Hostiens. *num. 5.* Anton. Gaber. *lib. 3. commen lib. 1. titul de prgsump, lib. secund. prgsump. 20. num. 3.* Saytus, *de cens. lib. 7 cap. 14. num. 16* Suarez, *de leg. capit. 13. num. 22.* Bonacina, *de leg disp. 1. quæst. 1, pu. 3. num. 18.* & alij.

95 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia illa taciturnitas est rathiabitio de presenti, quæ sufficit ad concedendam veram iurisdictionem, ad audiendas cõfessiones, & reliqua exercenda. Ergò multò magis sufficiet, ad concedendum dispensationem. Tum quia cum Prælato exofficio incumbat, delictis subditorum obuiare; cum ea videt, ac facilè contradicere potest, præsumitur grauissimũ delictum Prælati, non contradicentis: nisi ipsum censeri dispensare dicamus. Ità Sanchez, *lib. · de Matrimon disp. 4. in fine.* Probus, *in addit. ad Mona. hum capit. vnico numer. sexto de ætate. & qualitate in 6.* Palud. *in 4. dist. 38 quæstion. 4. articul. 4. conclus. secund.* D. Antonius, *part. 1. titul. vndecim: capit secund § 9 notab. secund.* Azorius, *lib 5. capit 15. quæst. vltim.* Salas, *de leg. disp. · o sect 9 num. 87.* Sanchez, *lib. 8. de Matrimon disp. 4. in fine* Ferd. Castro, *tom 1 opere mora. tom. 1. tract 3. disp. 6. pun. 12. num. tert. & quint.* Merolla, *to. secund. de leg. disp 4. capit. 6. num. 69* & alij. Et probabilem vocat Bonacina vbi supra.

An inferior, iurisdictione ordinaria, possit ex vi sui muneris dispensare in lege Superioris: vt Episcopus in lege Pontificis? Dub. 8.

96 AFfirmat prima opinio: Quandò Põtifex non prohibet Dispẽsationem: sed simpliciter legem fert. Cuius ratio est: quia Episcopus est pastor ordinarius in sua Diœcesi: sicut Pontifex in toto Orbe, licèt sit ipsi subiectus: Ergò in ijs, in quibus Pontifex non limitat eius iurisdictionem, habet potestatem ordinariam: & sic potest dispensare in omnibus casibus, non seruatis Pontifici. Sicut Confessor ordinarius potest absoluere ab omnibus peccatis, non reseruatis Papæ, aut Episcopo. Tum quia grauiùs, & difficiliùs est dispensari in Votis, quam in legibus Superioris: quia hæ sunt me re humanæ: Vota verò obligant iure diuino naturali. Sed Episcopus potest dispensare in omnibus Votis, non reseruatis Põtifici, seù non sibi prohibitis: ergò, &c. Ità Sotus, *in 4. dist. 27. quæst. 1. articul. 4. §. At quo tandem.* D. Antoninus, *part. 1. titul. 17. §. 20.* & aiij.

97 Negat communis opinio: Posse Episcopum dispensare in lege Pontificis, nisi in casibus sibi concessis. Cuius ratio est: quia Inferior non potest irritare, vel impedire voluntatem, ac dispensationem Superioris: nõ solum, ipso inuito: sed etiã, ipso non consentiente. Ergò non potest dispensare in lege eius, propter solam nõ prohibitionem specialem. Sed necessaria est positiua concessio, per voluntatem expressam, vel saltem tacitam, aliquo sufficienti modo significatam. Antecedens probatur: quia rectitudo gubernationis petit, vt Superioris voluntas prævaleat contrà voluntatem inferioris: nisi Superior ipse cedat. Adhoc autem necesse est, vt tollat priorem voluntatem: quod non fit, nisi per positiuum consensum, vel concessionem. Confirmatur: quia Dispensatio est actus Iurisdictionis: sed inferior, vt sic, non habet iurisdictionem circà legem Superioris, vel in suos subditos, vt sunt subiecti legi Superioris: ergò non potest cum illis in lege Superioris dispensare. Ità Glossa, *in capit. cum singula. §. vlt. verb Canonicè, de præbend. in sext.* Innocentius, *in capit. dilectus, de tempor. ordin. numero secundo, & tertio* Panormitanus, *in capit. tam litteris,* de

*de Testib.num.*4.Couarr.4.*Decret.p.*2.*cap.* 6.*num.*15.Rebuff *in tract nominat quaest.* 5.*num* 32.*& seq.& in prax.benef pa.*1.*tit. de translat.Monach num* 9 Siluester,*v.Dispensatio quaest.*9 *num.* 14. Valentia, 12. *disp* 7.*quaest.*5 *pu* 9.Sotus,*lib.*1. *de Iust.q.* 7.*art.*3.Gutierez, *lib.*1 *can.quaest. cap.*5 *n.* 10.Sanchez,*lib.*2.*de Matrim.disp.*40.*nu.*1 Merolla,*tom.*2.*de leg.disp.*4 *capit.*6. *dub* 7. *num.*171.Suarez, *de leg lib.*6. *cap.*14 *num.* 30.Barbosa,*de potest.Episcop. tom.*2. *alleg.* 33.*num.*18 Hyeronimus Rodoriquez ,*in comp.qq.regul.Resol.*52 *num.*10.& alij.

Dubitatur primò: An Episcopus possit dispensare in casu magnae necessitatis in impedimentis Matrimonij?

98 NEgat prima opinio. Quia non potest Episcopus in lege Pontificis,vel Concilij dispensare:quia hæc impedimenta statuta sunt Itá Sotus, 1.*de Iust. quaes.*7.*art.*3.*vers. At verò sciscitaris.*Corduba,*lib.*1.*qq quaest.*11.*vers. hac igitur secunda opinio,& in sum.quaest.*45. *§. el secundo punto* Veracruz,*par.*3 *specul.art.*18 *in fine,&* Medina,1.2.*quaest* 97.*art.*4.

99 Secunda sententia, quę est vera, affirmat. Cuius ratio est: quia Episcopus potest in sua Diœcesi, quidquid Pontifex in tota Ecclesia: nisi aliquid Pontifex sibi reseruet,vt supra probauimus. Quarè si Episcopus dispensare nequeat in his impedimentis;indè prouenit,quia Pontifex sibi reseruat: sed non est verisimile in casu tantę necessitatis reseruare: ergò potest Episcopus. Probatur minor: quia reseruatio hęc fit ob charitatem, & suauem Ecclesię gubernationem in casu tātę necessitatis:quandò alitèr scandala, & peccata vitari non possunt; manerétque homines remedio destituti, reseruationem intelligi. Ergò in eo casu intelligēda non est. Itá Fernandez,*par* 3.*cap.*16.*§* 4.*num* 1. Fran. de Leone,*in Thesaur.for. Eccles par.*2.*cap* 8 *num.*43.Valentia, *to.*4. *disp.*10.*quaest* 5 *pu* 5. Bonacina, *de Matr. quaest.*3.*pu.*15.*nu.*6. Gutierez, *qq.canon lib.*1.*cap.*23.*num* 18.*& de Matrim cap.*49 *num* 6.Rodoriquez *pa.*3.*sum cap.*25.*nu* 7 Siluester,*v.dispensatio quaest* 9 *§.*15. Coninch.*de Sacram.disp.*33.*dub.*3.*numer.*32. Nauarr *cap.*22.*sum.num.*85. Sanchez, *lib. secund de Matrim.disp* 4 *num* 3.Vega,*lib.* 6.*sum. cas.* 143. *in fine*, *& lib.* 1.*cas.* 232. Graffius,*lib.*2.*decis.cap.*80 *num* 14 Angelus,*v.dispensatio,num.*5. vbi Tabiena, *qu.* 14.*in fine*,Henriquez, *lib* 6 *de Pœnit.cap.* 10 *num.*1.*& lib.*11.*de Matrim.capit.*3.*nu.* 2.& alij.

100 Et non solum potest Episcopus dispensare in casu magnę necessitatis in impedimentis Matrimonij post contractum Matrimonium:sed etiam antè contractum Matrimonium. Ratio est: quia, impedimentum dirimens est de iure humano: & ideò sicut Episcopus ex magna necessitate potest post contractum Matrimonium dispensare in impedimento dirimente: cur non poterit anteá; cum militat eadem ratio? Vndè Episcopus potest in foro conscientię dispensare cum illa,quę mane accedit ad confitendum,& inuenitur habere impedimentum dirimens:cuius manifestatio esset illi causa grauis infamię:sed iā iā parata sunt omnia ad nuptias eo mane,vt Matrimonium contrahat.Itá Molsesius, *tom.*1.*sum.trac.* 4.*cap.*12 *n.*35. Barbosa,*de potest Episcop. pa.*2.*alleg.*35 *nu.* 5 Homobonus,*de exam. Eccles par.*1 *tract.*5.*cap.*5 *quaest.*32.Basilius,*Pontius,lib* 8.*de Matrim cap* 13.*nu.*6 Reginaldus,*to secund.lib.*31.*cap.*27.*num.* 205 Diana,*par secund.tract.*26.*resolut.*17. Bonacina,*loco citato.* Vilalobos,*to.*1 *sum. tract.*14.*diff.*25 *num* 6 Henriquez, *lib.* 12. *cap.*3 *num.secund.*& alij.

101 Ex his deducitur: Episcopi in causis extraordinarijs, quandò necessitas reuera est magna,& est periculum in mora, & impotentia adeundi Pontificem; dispensare etiam in reseruatis Pontifici: vt in censuris,actis, & impedimentis Matrimonij Itá Panormit.*in cap.ac si Clerici, § de Adulterijs,num.* 9 *de iud.* vbi Decius, *num* 10.Felinus,*num.*3. Speculat.*titul.de dispensat §.nunc de Episcoporum, nu.* 30. *in fine* Baldus,*leg omnes populi num.* 8.*ff. de iust. & iur.*Azorius,*par* 1. *lib.*5 *cap.*15. *lib* 7 Vasquez.1.2.*disp* 178.*cap.*2. *num.*16. Henriquez,*lib* 12.*de Matrim.cap.*12. *num. secund* Rodoriquez,*in Bull Cruciat.§.*13 *num.*6.*in fine.*Gomez,*claus* 10 *numer* 18. Siluester,*v.dispensatio, quaest* 14. *num.*15. vbi Angelus,*num* 5 Armilla,*num.*19. Nauarr.*cap.*22.*num* 85.Rebuff *in prax. titul. de dispens. ad plura benef. à num.* 30. Gutierez,*qq.canon lib.*1.*cap* 23. *num.*18.Suarez,*d.cap.*14.*num.*10 Salas,*de leg.disp.*20. *sect* 3 *num.*25.Merolla,*tom.*2.*de leg.disp.*4 *cap.*6 *num.*177 Sanch.*lib.*2.*de Matr. disp.* 40.*num.*3.*& lib.*8 *disp* 9.*num.*22.& alij.

102 Etiam si Episcopus poterit Summum Pontificem certiorem facere per litte-

R 2 ras,

post Cuius ratio est: quia Priuilegia Bullæ Ciuitate sunt fauorabilia, vt suprà probauimus. Et ità dic de Iubileo: ergò sunt latè interpretanda, vt cōprehendant Vota, post publicationem emissa. Et quamuis non essent extendenda tanquam fauorabilia, sed potiùs tanquam odiosa restringenda, vt aliqui Doctores dicunt: nō tamen sunt ità restringenda, vt non claudant, id quod sonant. Cum ergò verba sint generalia, non est cur ad Vota preterita restringantur. Ità Acosta, in Bull qu. 73. Ledesma, tom. 2. sum. tract. 11 cap. 4. dub. 5. Rodoriquez, in Bull. Cruc § 9. num. 11. Aragonius, 2. 2. quæst. 88. artic. 12 circà 2. conclus. Henriquez, lib. 6. de Pænit. cap. 16. num. 3. in comment. litt N. in fine, & lib. 7. de Indulg cap. 30. num 5. Azorius, pa. 1. lib. 11. cap. 18. quæst 9 Diana, par. 1. tract. 11. resol. 50. Nauarr. §. in Leuitico, notab. 34. nu. 4. vers Quædam omnia, & cap. 12. sum. nu. 80. in fine. Merolla, to. 2. de leg. disp. 4. cap 6. num, 118 Sanchez, lib. 4. sum. cap. 53. num. 26. Sayrus, in Clau. Reg. lib. 6. cap. 12. nu. 16. Malderus, in 2. 2. tract. 10. capit. 5. dub. 11. & alij.

78 Octauò. Ille, qui potest ex Priuilegio legitimare Adulterinum, & Incestuosum: non potest, quandò vtrumque vitium in eadem persona concurrit, docent Calderinus, in sua disp. incip. Papa concessit. Ioa. Andr. in addit ad speculat. rubr. Qui filij sint legitimi verb. ipse soluit. Anchar. regul. Accessorium num. 18 in fine de regul. iur in 6. Dominic. cap susceptum num. 5. vers. nota quod de rescrip. in 6. Roman cōs. 498. num 14. Soccin. leg. 2 ff de verb oblig. vbi Iason. num. 4 Ameti. num. 1. Fortun. leg. Gallus, §. Et quid si tantum num. 151. & seq ff. de liber & posthum. Euarard. loco ab æquipolentibus num. 16. & loco à vi geminationis num. 12. Gutierez, alleg. 3. num. 20 Borgas. de Irregular par. 2. titul. de interpret. dispens. num. 11. & alij. Quorum ratio deducitur, ex leg. vim passam 39. vers præscriptione, ff de leg. Iub. de Adult. ibi Præscriptione quinque annorum crimen Incesti, iunctum adulterio, non excluditur: vbi Glossa, v iunctum, ait: Separatum tolli, vt expressè habetur, in leg. Matrim 29 versicul. Hoc quinquennium ff. de eodem titul. Tum quia, potestas legitimandi non est fauorabilis, sed odiosa: quod ex eo constat, quod Princeps protestetur, se nolle hanc potestatem exercere, ne delinquendi ansa præbeatur, § final. Authe. quib. mod. nat. effic. sui: Cum ergò hæc potestas transeat in Delegatum cum omnibus suis qualitatibus vt notatur, in leg pomponius 17. § cum quis adminiculo ff. de requirit possess. erit quoquè odiosa in persona Delegati.

79 Alij verò dicunt: Posse virtute illius facultatis legitimari, vtroque vitio laborantem. Quorum ratio est: quià in materia fauorabili sub simplici continetur casus mistus, licèt secus in odiosa, vt docet Bartolus, in leg. Gallus, §. Et quid si tantum numer. tertio, ff. de libertæt. & posthum. Cum ergò quæstio nostra loquatur in potestate legitimandi, quæ fauorabilis est, tanquam Principis beneficium, fiet largissima interpretatio, juxtà in superioribus. Ità Bartolus, leg. 2. in principio. numer. secund, de verb. oblig. & ibi Imol. numer. secund. Alexius, num. quint. Alciatus, numer. 44. & sequ Zaffi. numer. 16. Panormitanus, capitul final. numer. 5. de Simon. Decius, cap. At si Clerici, §. de Adulterijs. in nou. edit. nume 120. de Iudi. & ibi Alex. de Neuo, numer. vigesim. tert. Angelus. v. Dispensatio numer. non. Siluester, v. Dispensatio quæstion. quint. numer. decim. Mandos. regul. decim. Cancel. quæst tert. num. decim. Henriquez, lib. decim. quart. de Irregul capit. octau. numer. decim. Couarrus, quart. Decretal. par. secund. capit. octau. paragr. octau. numer. non. Milis, in repert. littera F. verb filius, versicul. filius, qui est spurius. Sanchez, lib. octau. de Matrimonio. disp secund numer. vigesim. octau. Merolla, tom. secund. de leg. disp. quart. cap. sext. numer. 120. & alij.

80 Limitant hanc sententiam Sanchez: vt vera sit, quandò in fauorem legitimaturi conceditur hæc facultas legitimandi. Secùs verò, quandò in ipsius legitimandi fauorem. Cuius ratio est: quià in priori casu est amplè interpretanda: in posteriori autem strictè.

81 Limitant secundò Couarrus, Milis, Sanchez, Merolla, & alij: Nisi in præiudicium tertij cederet; Tunc enim ea facultas, tanquam odiosa, restringenda esset: vt non extendatur ad casum mistum: quià Princeps cēsetur velle, quam minimum possit damnum tertio inferre.

82 Ex his deducitur primò: licèt Potestas legitimandi, concessa alicui, loqueretur de Spurijs tantum, extenderetur etiam ad casum mixtum: quià hæc potestas est fauorabilis, & latè interpretan-

terpretanda, vt diximus Tùm etiam, quia spurius est terminus generalis, comprehendens sub se omnes spurij species: & casus mistus, aut constituit tertiam speciem spurij, & tūc talis sub genere comprehenditur: vel si non constituat nouam speciem, applicatur simplicibus, *arg. leg. queritur ff de stat. hom.* & sic semper sub genere includitur. Itā Decius, *in cap. At si Clerici § de Adulter. in nouo edit. numer.* 114 *& seq* ac iud & ibi Aret *num.* 42 Conarr. 4 *decret.* 2 *par. cap* 8 § 8 *nu.* 8 Sanch. *num.* 30. Merolla, *num.* 121. & alij.

83 Secundò. Potens dispensare in secundo gradu affinitatis, potest etiam, quandò vterque gradus in eodemet concurrit. Quia potestas dispensandi est fauorabilis: At in fauorabilibus, sub simplici continetur casus mistus, vt supra probauimus Itā Rota Roman *in nouiss par.* 3 *lib.* 1. *dec* 117. Sanchez, *lib* 8 *disp* 24. *num* 10. Merola, *cap* 6. *num.* 121 & alij.

84 Tertiò. Ille, qui habet facultatem dispensandi cum nato ex adulterio, potest etiam quandò natus est ex vtriusque parentis adulterio. Quiā in fauorabilibus, sub simplicibus comprehenditur casus mistus. Itā Calderin. *conf.* 1 *num vnico de consang.* Alex. de Nouo, *in cap. quod dilectio ad finem, de consang.* Ripa, *resp* 11. *nu.* 6. *de rescrip.* Iacob de Puteo, *decis.* 39. *num.* 2. *lib.* 3. Rota, *in nouiss vol* 3 *lib* 1 *decis.* 117 *num.* 3 *& lib* 2. *decis* 70 *num.* 3 Gambar *de auct. leg lib* 7 *de disp legat. circa Matrim. num* 46 *& seq* & alij.

85 Nonò. An facultas, quæ conceditur Episcopis in Concil. Tridentino, *sess.* 24 *cap.* 6 *de reform.* ad absoluendum, & dispensādum circa omnes casus occultos, nec deductos ad forum contentiosum, excepta Irregularitate ex homicidio voluntario: extendatur etiam ea facultas ad Capitulum, sede vacante?

Prima opinio negat. Cuius ratio est: quia hæc facultas non competit iure ordinario Episcopis: sed iure speciali Tridentini: At quæ iure speciali competunt Episcopis, non transeunt in Capitulum, vt dicunt communitèr Doctores. Itā Suarez, *to* 5. *in* 3. *par disp* 41 *sect.* 2. *num.* 11. Bonacina, *de cens disp.* 7 *quæst.* 5. *pu.* 1 *num* 7. Alter, *de cens. disp* 8 *de Susp nf. cap* 3 *vers. ex eodem to* 2 Filliucc. *to.* 1. *tract* 10 *cap.* 10. *num* 276. Et videtur tenere, Petr. Ledesm. *par.* 2. *sum tit.* 1. *cap* 61. *diff.* 5. & Quaranta, *in sum Bullar. in append v Capitulum.*

86 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia licèt hoc iure speciali Tridentini competat Episcopis: & Capitulum non succedat in ijs, quæ competunt Episcopo iure speciali: id tamē est verum de ijs, quæ competunt iure speciali Delegato, seù ex commissione. Secùs si de iure ordinario speciali, vt dicunt Panorm *in cap. verum nu* 9. *de foro, Compe.* & Felinus, *in capit eam te, num* 17. *de rescrip.* At hæc potestas cōpetit Episcopis iure ordinario speciali: nam potestas competit, non personæ, sed dignitati, vel offitio in perpetuum, vt docent Bartolus *in l g ambitiosa, num.* 34. *ff de decret. ab ordin. f. Et.* Io Andr. *addic. ad specul tit de legat §. vlt ad finem, vers legatus est ordinarius* Bald *in ca final. num vnico de off ordinar* Sanchez, *lib.* 2 *de Mat. disp* 40 *num* 14 Henriquez, *lib.* 3. *c.a.* 24 *num.* 2. & alij. Et itā contingit in casu nostro. Accedit quia Tridentinum in eo decreto non dicit, vt id competat Episcopis, tanquam delegatis sedis Apostolicæ: in quo euentu, licèt potestas competat dignitati, seù officio inperpetuam, est delegata, vt docent Glossa. *fin. in cap. ad abolendam, de hæret* & ibi Panormit *nu.* 15. & alij communitèr. Tum quia in eo Decreto Tridentini non dicitur: vt authoritate Apostolica dispensent Episcopi Quæ verba etiam denotant authoritatem delegatam: vt tradūt Farin. *in cap. cum aliquibus, num.* 4 *de rescrip. in* 6. & Marian *in sua pract.* 4 *par dict* 5 *nu* 4. Ergò poterit Capitulum, Sede vacante, exercere omnia, quæ in eo Decreto competunt Episcopis. Itā Suarez, *to* 4. *in* 3. *part disp* 30 *sect.* 2. *num* 4. Sayrus, *decis* 31. *de temp Ordinat.* Genuēs. *in prax Cur. Archiep Neap. cap* 66 *nu* 22. *in prima edit.* Riccius, *to.* 1 *prax. resol.* 466. Io. Maria Nauar. *sing & pract concl.* 2 Barbos. *to.* 3. *de potest Episcop alleg* 39 *num.* 16 Cenedo, *collect.* 4 *in* 6 *Decret num* 3. Henriquez, *lib.* 14 *cap.* 18. *num.* 2. *& cap.* 20 *nu.* 1. *& lib.* 6. *capit.* 16. *num.* 1. Aragon 2 2 *quæst.* 88 *artic.* 12, *concl.* 5. Rodoriquez, *tom* 1 *qq. regul quæst.* 61. *art.* 9. Sanchez, *lib* 8 *de Mat. disp.* 2 *num.* 10. Auila, *de cens par.* 7 *disp* 10. *dub.* 6. Garz, *to.* 2 *de benef pa.* 7. *cap* 11. *num.* 21. Ferd Castro. *tom.* 1. *opere moral. tract* 4. *disp* 4. *pu.* 1. §. 1 *num* 3. Merolla, *to.* 2. *de leg. disp.* 4. *cap* 9 *num.* 132. & alij.

(:†:)

Cui concedi possit Dispensatio? Dub 4.

PRo resolutione huius quęstionis, sciendum est: quod duobus modis potest Prę latus cum aliquo dispensare: Vno modo, in lege Superioris. Altero, in lege propria. Exemplum primi: Vt quandò dispensat in lege Diuina, naturali: vt in Voto, Iuramēto, vel in lege Pontificia. Exēplum secundi est, quandò Episcopus dispēsat in lege propria Synodi Diœcesanę.

67 Quod attinet ad Secūdum, communitèr dicunt: Posse Prælatum dispensare cū omnibus illis, quo aliquo modo suis legibus obligantur. Quorum ratio est: quià si Prælatus iurisdictionem habet ad obligandum eos: consequentèr iurisdictionē habet, vt possit, ex causa rationabili, talem obligationem relaxare.

68 Quod verò spectat ad primum modū, communitèr Doctores dicunt: Vt valida sit Dispensatio, requiratur aliqua subiectio in eo, cum quo dispensatur. Quid autèm requiratur ad hanc subiectionem, non conueniunt Doctores inter se.

69 Nam prima opinio ait: Requiri, vt is, cum quo dispēsatur, habeat domicilium in Diœcesi Episcopi, dispensantis. Cuius ratio est: quia, quousquè quis non acquirit domicilium in illa Diœcesi, non censetur verè subditus illius Episcopi: Ergò non potest ab eo dispensari in lege Pontificis, votis, iuramentis, &c. Ita Barbosa, *de potestat. Episcop pa. 2. alleg. 36. num. 18.* Suarez, *to 2 de relig lib 6 de voto, cap. 11. n. 11.* Garzia, *to de Benef par. 11. cap. 10. nu. 139.* Ferd. Castro *par 1 oper moral tract. 3. disp. 6 pu 7. §. 2. num. 7.* Panormit. *in capit. nullus, num 4. de Parocho.* Rosella, *v. Domicilium, num vnico* vbi Angelus, *num. vnico ad finem.* Siluester, *num. 2* & alij. Vndè non potest Episcopus vota Scholariū dispensare, aut commutare, vt dicunt Panormit. Siluester, Angelus, & alij: Quia defectu animi perpetuò commurandi, non efficiuntur subditi, nisi quò ad Sacramēta necessaria: vt, Confessionis, & Communionis

70 Limitant aliqui hanc sententiam: Nisi necessitas aliqua vrgeat. Vt, si contrahēdum esset Matrimonium, ad restaurationem alicuius damni, illati fœminæ: vel ad legitimationem filiorum, parente existēte in articulo mortis: Tūc enim, ex præsumpta voluntate proprij Ordinarij, posset alias dispensare, v. g. in Voto non nubendi, & non ex propria iurisdictione.

71 Secunda opinio ait: Vt forēses, seu aduenę possint dispēsari ab Ordinario loci, in quo reperiuntur; requiri, & satis esse, vt illuc confluant, animo ibi habitandi aliquo tempore diuturno: vt, pro maiori parte anni: vel ad expediendum aliquod negotium, quod breui tempore expediri non solet. Cuius ratio est: quià ratione huius habitationis diuturnæ, contrahit quis quasi domicilium, & sortitur forum externum, vt possit ibi de alibi gestis cōueniri. Ergò etiā in rebus spiritualibus: quales sūt Dispensationes, acquiret quasi domicilium, & sortitur forum ex hac diuturna habitatione: cum vterque forus æquè iurisdictionem petat. Ita Aragon. *2 2 quæst. 88 artic. 12 vers. si quis autem quarat.* Lesius, *lib 2. cap 40. dub. 18. nu. 16.* Angles. *in floribus par. 1 quæst. 3. de Conf. art 8. diff 4. dub. 10. conclus. 10.* Henriquez, *lib. 6 sum. capis 55 num 5.* Emanuel *Sa, v. Episcopus num. 36* Rodoriquez, *pa 1. sum. cap. 55 num. 5.* Sanchez, *lib 2. de Matrim disp. 23. num 12 & lib 4 sum. cap 27. num. 27.* & alij Et probabilem vocat Ferd Castro, *par 1. opere moral tract 3. disp. 6. pu 7. § 2. num. 5.*

72 Tertia opinio ait: Peregrinos, & Forēses, seù Aduenas, quamuis breui tempore commorentur in aliquo loco; posse, à Diœcesano illius loci dispensari in legibus Pontificis, Votis, & Iuramentis: sicut possunt reliqui alij subditi. Cuius ratio est: quia Peregrini, ratione habitationis in eo loco subduntur legibus illius Oppidi, in quo reperiuntur: vt probat Merolla, *to. 2. disp. 4. cap. 3. dub. 42.* Ergò non deficit illis subiectio necessaria, ad dispēsationem obtinendam. Probatur consequentia: nam si sunt subiecti, quò ad onera: æquitas poscit, vt etiā censeantur subiecti, quò ad fauores. Ita Basilius, Pontius, *lib 8 de Matr. cap. 5. num. 7.* & hanc opinionem, loquendo de Dispensatione in lege municipilis, & Pontificis, secutus est Ferd. Castro, *par. 1. oper. moral tract 3. disp. 6. pu. 7. §. 2. num. 5.* Qui tamen secus dicit de Dispensatione in Votis, vel Iuramentis, & alijs singularibus impedimentis.

Dubitatur primò: An Archiepiscopus, seù Metropolitanus, possit dispensare cum Episcopis, suis suffraganeis?

73 NEgatiuè respondet Basilius, Pontius, *lib. 8. de Matrim. cap. 5. num 10.*

Sua-

Suarez, *lib. 6. de Voto, cap. 1. nu. 3.* & Ferd. Castro, *part 1. oper. moral. tract 3. disp 6. pu. 7. §. 2. num* 5. Quorum ratio est: quia talis potestas non est necessaria. Nam, vel Dispensatio concedenda est in legibus Archiepiscopi: At his non ligantur Episcopi suffraganei, & per consequens, pro his nulla est Dispensatio necessaria. Vel concedenda est in legibus Pontificis, aut Concilij generalis: & in his æquè omnibus inferioribus est interdicta potestas dispensandi: vt dicit Merolla, *disp 4 cap 6. nu. 171.* In quibusdam verò casibus, quos refert dic. Merolla, *num* 176 in quibus potest Episcopus cũ suis subditis dispẽsare, potest etiam secum: Ergò hæc potestas, ad dispensandum cum Episcopis suffraganeis, non est necessaria in Metropolitano.

74 Attamèn Barbosa, *de potest Episcop pa. 2 alleg. 36 num.* 20. Molfesius, *to 1 tract 11. cap. 15. num* 111 Sanchez, *lib 4. sum. cap. 38 num. 16.* Auila, *de censur. p. 2. cap 7. disp. 2. dub. 10. concl 3 & p. 7 disp. 10. dub 6 not. 2. circà primam conclus.* Henriquez, *lib. 14. capit. 18 num. 3* Sayrus, *in Clau Reg. lib. 6. cap. 1. num 79* Angles, *in florib pa. 2. qu 1. de voto, art 8 diff 9. concl 9* D. Antoninus, *pa. 2. tit. 11. cap 2. §. 6. vers. Itèm non potest.* Paludanus, *in 4 d. st. 38 qu 4. art. 4 concl.* 8. & alij, affirmant. Quorum ratio est: quià Archiepiscopus, seù Metropolitanus habet iurisdictionem ordinariam in suffraganeos: vt colligitur, *ex cap Suffraganeis, de Elect.* vbi Panormitanus, *num* 11. Quod ex eo etiam patet: quia potest illis præcipere, eosdemque negligẽtes ad officium compellere: vt docent Glossa, *in cap. Pastoralis,* & alij. Item potest illos excommunicare: vt colligitur *ex capit. 1. §. final. de offic ordin in 6.* Ergò multò magis poterit cum illis dispensare. Probatur consequẽtia: quia si Episcopi suffraganei subdũtur Archiepiscopo in sibi odiosis: multò magis possunt subdi in fauorabilibus.

Dubitatur secundò: An Archiepiscopus, seù Metropolitanus possit dispensare cum subditis suorum suffraganeorum?

75 Affirmat prima opinio. Cuius ratio est: quià Metropolitanus potest Indulgentias concedere in tota sua Prouincia, *cap. nostro, de Pœnit & remis.* Ergò, & dispensare: cum vtrumq; sit actus iurisdictionis spiritualis, & spiritualem iurisdictionem erigat. Ità Rodoriquez, *par. 2 sum. in 2 edit. cap. 1 o num. 3.*

76 Communitèr verò negant. Quorum ratio est: quià Metropolitanus non habet ordinariam curam, ac iurisdictionem, nisi in sua Diœcesi: & solum est Iudex causarum Diœcesis suffraganeæ, per appellationem ad eum deductis, *cap. 1. de offic. legat. & cap duo de Offi. Ordin.* Ità Sotus, *lib 7 de Iust. 4. art. 3. vers Prator* Sayrus, *de cens. l. b. 7. cap 11. num 79* Siluester, *v. Votum 4. quæst. 3. dict. 4* Angelus, *in flor. pa. 2 quæst. 1 de Voto, artic. 4. diff 4 concl. 7.* Aragonius, *2. 2. quæst 88 art 12. col. 2.* Suarez, *tom 2 de Relig lib. 6 de voto cap. 10 num* 8. Barbosa, *de potest Episcop part. 2. all g 36. num 10.* Auila, *de cens part. 2. cap. 7 disp 1. dub. 10* Sanchez, *lib 4 sum cap 38 à nu. 11.* Henriquez, *lib. 14. cap. 18 num. 3.* Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 6. num. 141. vers. Cõtrarium tamèn.* & alij.

77 Poterit tamèn Archiepiscopus, seù Metropolitanus dispensare: quandò Episcopus suffraganeus Dispensationem petitã denegat: & hoc per appellationem. Quià in hoc casu est legitimus Iudex subditorum suffraganeorũ: vt docent Henriquez, Castrus, Sanchez, & Merolla, vbi suprà. Dummodò quod Episcopus teneatur dispensare. Secùs, quandò non tenetur. Quia tunc non datur Appellatio ad Archiepiscopum.

An Dispensatio distinctionem personarum exigat, ita vt nequeat à Prælatis ergà sepsos exercere in ijs, in quibus possunt cum subditis dispensare? Dub. 5.

Antequam ad responsionem veniamus sciendum est priùs: Duplex est Dispẽsatio. Vna dicitur propriè dicta, quę est vera iuris relaxatio, & propriè actus iurisdictionis. Alia impropriè, quæ potius dicitur licentia quædam, seù facultas: est què, consensus quidam, seù approbatio Superioris, non relaxans obligationem legis. Vt, quandò in Constitutionibus Regularium præcipitur, nè aliquid fiat sinè licentia Superioris: nõ intendunt Cõstitutiones, id opus omninò interdicere: sed tantum, nè fiat sinè ea conditione: nec licentia illa est propriè actus iurisdictionis, sed cuiusdam superioritatis.

78 His positis, dico Primo: Si loquamur de Dispensatione impropria, potest Prælatus secum dispensare in ijs, in quibus possunt

possunt cum subditis: hoc est, possunt vti licentiis, quas dare possunt suis subditis. Ratio istius est: quia expedit, vt ij, qui alijs facultatem facere possunt, sibi quoque possint facere; nè sint peiores conditionis, quam subditi: cum nō habeant Superiorem, quem facilè adire valeant. Ita D. Thomas, 2.2. *quæst.* 18. *art* 8. D. Anton. 3. *part tit.* 20 *cap* 2. § 7 Siluester, *v. Religio. quæst.* 10 *& Religio.* 7 *quæst.* 12. Turrecre. *can. de Monachis* 16 *quæst.* 1. Angelus, *v. Monachus num.* 7 Armilla, *v Episcopus n.* 8. Rodoriqu *to* 1. *qq. regul quæst* 45. *artic. vltim* Merolla, *to.* 2. *de leg disp.* 4 *cap* 6. *dub* 4. *num.* 146 *vers Primum est*, & alij.

79 Secundò Si Prælati in vniuersum dispensant cum subditis in aliqua lege, ad ipsos quoque hanc Dispensationem extendi. Vt si Prelatus Religionis iusta causa dispenset, vt aliqua die Ieiunij carnes comedat totus Conuentus: aut non ieiunet: aut Episcopus cum tota Ciuitate; Poterunt quoque ipsi eadem dispensatione vti. Ratio istius dicti est: quia hoc non est, directè exercere iurisdictionem in seipsum, sed quasi indirectè: vtēdo dispensatione, in vniuersum concessa.

80 Tertiò. Prælati possunt committere suo Confessario, vt cum ipsis dispenset in ijs omnibus, in quibus possunt ipsi cum subditis dispensare; nè deterioris conditionis subditis sint: cum subditi prę manibus habeant Prælatum, potentem cum illis dispensare: Et ipsi Prælati, ad dispēsationem obtinendam, cogerentur adire Summum Pontificem. Ratio est quià non repugnat, quempiam huiusmodi iurisdictionem in semetipsum exercere, etiam in absolutione Sacramentali, committendo Confessario, vt ipsum Prælatum absoluat: vt communiter dicunt. Ergò à fortiori, id non repugnat in dispensatione. Et ità dicit Suarez, *de censur. disp.* 41. *sect.* 2. *num.* 9. de casibus occultis, concessis Episcopis in Tridentino, *sess* 24. *cap.* 6. *de reformat.* Nec autem oportet, vt Prælatus illi Sacerdoti fateatur, aut illi intendat fateri: sed satis est, vt ipsi cōcedat licentiam Absolutionis Sacramentalis, sibi impendendæ: vel aliàs Sacerdos ille iurisdictionem habeat, audiendi cōfessionem illius Prælati: aut illum eligat, ad hanc solùm dispensationem faciendā. Ita Merolla, *d cap* 6 *num.* 148. Sanchez, *lib* 8 *de Matrim disp.* 3. *num* 3 & alij.

81 Dissentiunt verò Doctores inter se: An Prelati possint secū directè, verè, ac propriè dispensare, v g in Votis, Irregularitatibus, Præceptis Ecclesiæ, atque in cæteris omnibus, quotiès id possunt cum subditis?

Negat prima opinio. Cuius ratio est: quia Prælatus supèr seipsum iurisdictionem exercere nequit, *leg. ille, à quò, ff ad Trebell. & leg penult ff. de recep arb.* At dispensare cum aliquo, est ergà eum iurisdictionem exercere: ergò nullus Prælatus potest secum dispensare. Confirmatur: quià dispensare est actus Superioris in subditum: atque ideò Dispensatio non subditis minimè prodest. At nemo seipso Superior esse potest. Tùm quia eiusdem est ligare, & soluere, *cap inter dist.* 21. *& cap cùm inferior. de maior & obed* At nemo potest se lege aliqua ligare: ergò nequè potest seipsum à legis obligatione absoluere, nec secum dispensare. Ità Suarez, *to* 2. *de Relig lib* 6 *de Voto, cap.* 11 *nu* 4 Azorius, *lib* 5. *cap.* 15 *quæst.* 6. Antòn. *cap.* 1. *num* 10 *de constit* & ibi Imol *num* 7. Alex. de Neuo, *num* 66 Decius, *cons* 151 *n.* 10. *vol.* 1 Felin *cap* 2 *num* 20 *de sponsal & cap.* 1 *num* 33 *de const* Panormit. *cap magna nu* . *notab* 1 *de Voto* Henriqu *lib.* 6. *de Pœnit cap* 4 *num* 2. *in comment litt.* I. *& cap* 7. *num* 5 *in comment litt* B. *& lib.* 7 *de Indulg cap* 18 *num.* 1. *in comment litt.* H *Angelus, v. Votum* 4 *num.* 7 Siluester, *v Votum* 4. *quæst* 3. *in fine*, & alij Differūt autem hi Doctores: nam Antonin. Imol, Alex. de Neuo, & Decius, negant hanc potestatem, etiam Summo Pontifici. Alij verò Doctores citati concedunt illam quidem Pontifici: negant tamèn alijs Prelatis inferioribus.

82 Affirmat tamen secunda opinio. Et nō solum dicit, Summum Pontificē, sed etiā alios Prælatos posse ergà seipsos dispensare in omnibus, in quibus possunt cum subditis. Cuius ratio est: quia non repugnat iure naturę, hanc dispensandi iurisdictionem ab aliquo ergà seipsum exerceri, neque Ecclesiastico; ergò poterunt Prelati exercere illam ergà seipsos Quod non repugnat, patet: quia nullus reperitur Textus, hoc vniuersalitèr interdicēs. Dixi, *Vniuersaliter*: nam *cap final de iust.* in causa speciali collationis beneficiorū, ad vitandum perniciosum Prelati exemplum, deciditur: Eum, qui beneficium cōferre potest, non posse seipsum instituere: vt docet Panormit. suprà citatus *nu.* 5. Quod verò non repugnet iure naturę. Probatur: Quia hęc iurisdictio, secum dispen-

spensandi, non est contentiosa: quæ Testium probationem, ac partis citationem desideret: vt vel sic distinctionem personarum exigat: quasi iniquum sit, in propria causa sibi met ius dicere contra ius, ab aduersario intensum, *leg. vnica C. sne quis in sua causa*. Sed solum postulat veluti directionem exprudenti iudicio, ad perpendendam Dispensationis causę iustitiam: quod non repugnat ergà seipsum ab aliquo haberi: quamuis expedientius foret alieno iudicio stare. Neque est hæc Iurisdictio aliqua punitiua, seu coactiua, quam ipsemet exerceri repugnat: Sed est voluntaria Iurisdictio: ac proindè huiusmodi repugnãtia caret. Neque est propriè aliqua sententia, per quam quis condemnatur, vel absoluitur; vt ita requirat distinctionem personarũ: cuiusmodi est Absolutio sacramentalis, quæ iure diuino, postulat distinctionem personalem intèr absoluentem, & absolutum. Atque ità discrimen hoc inter actũ Iurisdictionis contentiosæ, & Iurisdictionis voluntariæ, constituerunt D. Thomas *in 4 d. 20. quæst. 1. artic. 5. quæst. 4. ad 3.* & ibi Durand *quæst. 4. num. 10.* Sorus, *dist 21 quæst. 1 artic. 4. in fine corpor.* & alii. Confirmatur: quià in voluntaria Iurisdictione, potest quis plurium vices substinere: dummodò exercitium vnius actus non obstet exercitio alterius. Quod latè probat Panormit. *cap ex litteris, num. 11. de probat.* & constat, *ex leg si consult ff de adop.* Vbi, si filius familias Preses sit, potest seipsum emancipare, vel adoptionẽ tradere. Et hoc non alia ratione; nisi quià non repugnat, eamdem personam, secũdùm diuersas rationes, diuersa munera obire: ac esse subditum, & Superiorem respectu sui ipsius. Ità tenent, quò ad Romanum Pontificem, Paludan *in 4. dist. 38. quæst. 4 artic 4. concl. 4.* & ibi Mayronus, *quæst. vnica in fine.* Caietanus, *1. 2. quæst. 96. art 5. versic. Adhuc dubium* Sotus, *lib. 1. de Iust. quæs 6 art. 7 vers. Quandò autèm* Siluester, *v. lex quæst 14. in fine.* Suarez, *to. 3. in 3. part. disp. 36 sect. secund vers. solet verò, & tom 4. vbi de Indulg. disp. 52. sect 1. num. 10* Flamin. *de resig. benef. lib. 3. quæst. vlt num. 130* & supponunt Couarr. *capit. Alma mater pa 1. § 1. num 7.* & Corduba *in quæstionar. lib 4. quæst. 1. vers. Quartò idem.* Et loquentes de alijs Prælatis inferioribus, docent Molina, *to. 1. de Iust. trac. secund disp. 147. vers. Religiosus tamèn.* Armilla, *v. Monachus, num. 9.* Emanuel Sa *v. Religiosus, num 47. vers. Prælati in Religione.* Azorius, *lib 7 cap. 29 quæst. 7* Rodoriquez, *in Bull. Crucia § 8 dub 6. num. 11. & par secund. sum. cap. 30. num. 4.* Suarez, *lib. 6 de leg. cap. 12 num. 11.* Sanchez, *lib. 8. de Matrim disp. 3 à num 8.* & de omnibus Merolla, *to secund. de leg. disp. 4. cap. 6. nu. 149.*

83 Ex his deducitur: non solum Summus Pontifex potest secum dispensare in ijs omnibus, in quibus potest cum subditis: sed etiam Prælati inferiores. Quia vti hac Iurisdictione ergà seipsum, non repugnat iure naturæ; nec etiam iure Ecclesiastico. Quia ius Ecclesiasticum, petens distinctionem personalem intèr dãtem, & accipientem; non generalitèr id decidit: sed in casu speciali collationis beneficiorum; ad vitandum perniciosum Prælati exemplum. Et ità dic de Prelatis Regularibus, siuè Generalibus, siuè Prouintialibus, siuè Præpositis localibus, qui toti domui præsunt, & eorum absentiam Vicesgerentibus, vt sunt Vicerectores, Vicepriores: Vicarij, &c. Hi omnes possunt secum dispensare in omnibus ijs, in quibus possunt cum subditis Ità Molina, *to. 1. de Iust. tract secund disp 147 vers. Religiosus tamèn.* Armilla, *v. Monachus, nu 9.* Emanuel Sa, *v. Religiosus, num. 47.* Aorius, *par. 1 lib. 7. cap. 9. quæst. 7.* Rodoriqu. *in expos Bull. Cruc. § 8. dub. 6. num 11. & par secund sum cap. 30. num. 4.* Sanchez, *lib. 8 de Matrim disp. 3. num 9.* Granad. *1. 2. controu. 7. tract 3. pa. secund. disp. 17. sec. secund num. 16.* Merolla, *to secund. de leg. disp. 7. cap. 6. num. 151.* & alij.

An Prælati censeantur dispensare, quotiès admittunt ad aliquem actum, habẽtes iuris impedimentum ad illum? Dub. 6.

SVpponunt hic Doctores: Nulla esse verba, iure præscripta, ad dispensationem faciendam: sed satis esse quæcumque, siuè signa, siuè facta, ex quibus, animus dispensandi, indispensare potente deducatur. Potest autem hæc quæstio duobus modis agitari: Primò, de Prælatis, seu Principibus supremis. Secundò, de Prælatis inferioribus.

84 Quod attinet ad supremos Principes, Communiter Doctores dicunt: Quandò impedimentum est iuris humani, & scientèr Princeps admittit ad aliquem actum, habentem tale impedimentum: censeri, habere

habere animum dispensandi: ac proindè inducitur vera Dispēsatio; quamuis Princeps causæ cognitionem non præmiserit. Vt si Pontifex scientèr admittat Irregularem ad ordines, vel beneficia: aut iure humano impeditos, Matrimonio cōiugat: vel Rex, lege inhabilem, vt seruū, Iudicem constituat. Quorum ratio est: quià, vt valida sit supremi Principis in lege humana Dispensatio, non desideratur causæ cognitio: sed eius voluntas dispēsandi satis est: de qua sufficientèr constat, si indignum scientèr promoueat.

85 Discordant Doctores circà modum scientię probandæ: Nam Glossa, *in Clem. 2. in fine de rescrip & cap. Statutum, in principio verb litterarū, in fine de rescriptis, & cap. Statutum, in princ. verb. litter. in fine de rescrp in 6.* Bartol. *leg final. nu. 4 vers Sed contra hoc in fine, C sententiam rescindi non posse.* Imola, *leg final. col. 4 n. 1 in fine, ff à quibus appellat non licet.* Ant. G abriel. *tom. 3 commun. lib. 1. titul de præsu mp. concl* 8. *num.* 5. & alij, dicunt: eam probari non posse, vt præsumatur ex eo actu Dispensatio; nisi in literis promotionis addatur clausula, excerta scientia: atque ità Testium probationem nil conferre.

86 Panormitanus verò, *in cap cum in cūctis, § inferiora, num. 8. de elect. & capit. ad hæc ad finem, de rescrip. & cap. non nulli, nu. 8 eo tit* Felin. *multis allegatis cap. cum inter num.* 23 *&* 4. *de expect & cap. si aliquandò, in fine, de sent. excommu.* Rosella, *v dispensat num.* 6. vbi Siluester, *in fine.* & alij, dicunt: non opus esse, addere clausulam, excerta scientia: sed satis esse, atque requiri, vt ex literarum rescripti tenore, & ex facti narratione constet, id excerta Principis sciētia ęffectum.

87 Attamèn Staphil. *de litterarum gratia, tit. de effectu, claus. § quintò motus proprius, in fine.* Menoch. *de præsump. lib.* 2. 20. *num.* 7. Maschard. *in probat. concl* 845. *num.* 23 Senchez, *lib.* 8 *de Matr. disp.* 4. *nu.* 5. Merolla, *to.* 2. *de leg disp.* 4. *cap.* 6. *nu.* 154. *vers. Discordant.* & alij. Sufficere, vndecumque constet, Principem inhabilitatis fuisse cōscium, quod nullus sit textus, inducens specialem probationis modum huius scientiæ Principis: atque ideò sufficiet qualiscumque probationis modus, quò certè res specialem probandi modū iure non petens, probari valent. Et hoc, in foro externo: quià in foro cōscientiæ, vt ex ea promotione deducatur animus verè dispensandi, ac sit dispensatio; satis est, qualitercumque sciatur, Principem impedimēti conscium fuisse: quia in hoc foro, qui solam veritatem respicit, nulla probatio desideratur, ea constante.

88 Limitant hanc sententiam aliqui primò: Nisi Princeps, vrgente necessitate, inhabilem promoueat: tunc enim non cēsetur perpetuò dispensare: sed tantum ad tempus illius necessitatis. Ità Anton. Gabriel. *to.* 3. *commun. lib.* 1. *titul de præsump. concl.* 8. *num.* 10 Menoch. *de præsump. lib.* 2 *præsump* 20. *num.* 36 *& cons.* 178. *nu* 56 *vol.* 3 Sanchez, *disp.* 3. *num.* 9. Merolla, 4 *cap.* 6 *num.* 151. & alij.

89 Limitant aliqui, secundò. Vt censeatur tacita dispensatio ea promotio, quò ad eum solum actū, ad quem Princeps sciētèr admittit. v. g. si Irregularem admittat ad Ordines: non proindè ad alia censetur cum eo dispensare. Nec si ad Ordines minores admittat, videtur dispensare ad maiores: quià Dispensatio expressa non extenderetur vltra actum expressum, *cap.* 1. *de filij Presb* Ergò multò minùs tacita.

90 Quod dictum est de Principe Supremo; dicendum est etiam de Prælatis inferioribus: quotiès impedimentum est eorum legibus inductum. Censentur tūc dispensare, quandò scientes id impedimentum, promouent; quamuis nullā causæ cognitionem præmittant. Vt si Episcopus scientèr iubeat, aut concedat, fieri aliquid contrà suam Constitutionem, aut inferioris, aut æqualis Prędecessoris; censetur, tacitè dispensare in illa: quia militat eadem ratio.

Quod verò spectat ad Prelatos inferiores: An scilicèt, quandò admittunt impedimentum iure communi, ad actum, ad quem dispensare possunt; censeantur dispensare? Vt, si Episcopus, irregularitate ęffectum, in qua potuit dispensare, promoueat ad Ordines, vel illi litteras dimissorias concedat?

91 Prima opinio ait: Non censeri Dispensationem, nisi inferiores actū eum exerceant, prēmissa causę cognitione, an expediat dispensare, nec ne. Cuius ratio est: quià, ea differentia est inter Principem legislatorem, ac inferiores: quià ille possit saltem validè in sua lege dispensare, non premissa causę cognitione: hi autem minimè. Non ergò actus ille censebitur tacita Dispensatio ab inferioribus exercitus, qualis censebitur factus à Principe.

pe. Tum quid, *in cap final.in fine, dist.51* punitur Episcopus, qui promouit ad Ordines Concubinarium: At puniendus nõ esset, si ea promotio censeretur tacita dispensatio. Ità Glossa, *in cap secund.verb. Dispensatum.de schismate*, vbi Ioan. Andr. *num 4.* Panormit *num 4.* Cord *numer.1. quæst 1.* Anchar *num 1.* Anna, *num 7.&8.* Glossa, *in cap vni verb. dispensare de ætate, & qualit in 6* vbi Domin *num 6.* Francus, *num 5* Innocent. *cap. veniens num.2. de filijs Presb* Henric *nu. 4* idem Panor. *cap propter à, num.11. de test cogn & cap. cum in causis § inferia, num 8 & cap. inconu.num 7 & 8. de elect & cap. diuersis, num.3. de Cler coniug.* & ibi Imola, *num 5.* Specul *titul de dispens § qualitèr autèm num 3* Archid *cap licèt canon.nu secund. de elect in 6* Bartol. *leg. Barborius, num.12. ff de officio Prætor*, vbi Ias *n.14.* Horos. *nu. 26* Arch. *adfi.* Fel *ca propterea, n.8. de Testib. cogen.* Mondos. *de signatura gratiæ verbo dispẽsationes, vers aduertendum tamèn est.* Rosel. *verbo, dispens. n.6* vbi Angel *nu.12.* Siluester, *qu vlt* Nauar. *cap si quando excep.10 num 3. de rescrip & lib 3 consil.1. edit.tit de Cler non residẽne. consil vlt.nu. 9 & lib 1 titul de temp ordin. consil.38.nu. 38 num vnico.in secund edit. lib.1. titul.de filijs Presbit consil secund num.vnic.* Antonius Cucus *lib.4 instit tit secund.num. 28 & 29* Menoch *de præsump.lib.2. præsump.20 num 24 & 25.* Azorius, *lib 5 cap. 15 quæst.1.in fine.* Rodoriquez, *to secund. qq.regul quæst 46.art 1.& ba. sum 1.edit. c.217.* Caiet. *2.2.q 104.art 5 ad fine n* & alij.

92 Secunda opinio ait: Inferiores non cẽseri dispensare, quamuis causæ cognitionem præmittãt: nisi se dispensare exprimant. Quia non censentur, absoluere excommunicatum, nisi verbis absolutionis vtãtur: quamuis sciẽtèr admittant ad diuina excommunicatum. Ità Glossa, *in cap. literas fin de concess.prabend* Rebuff. *prax. benef tit de dispensat super des ctu nataliũ num 9.* Nauarr *sum prælud.9 num.15.cap. 25 num 71.* Hostiens. *cap veniens num 6. & 8. de filijs Præsbit & cap. statim in principio de schismat* Bald is, *leg Barbar. num 7. & 8 ff de offic. Præsbit.* Decius, *cap si quãdò in n. ua edit nu.n.23. de rescrip* Rodoriquez foro externo, *to.1 qq.regular.q 13. artic.16* & alij.

93 Tertia opinio ait: Censeri tunc inferiorem dispensare, quamuis causæ cognitionem non præmittat. Cuius ratio est: quià Dispensatio non exigit certam formam, nec verborum expressionem, vt dicunt omnes: & concurrunt, potestas in conferente, & voluntas: ex eo enim actu volũtas præsumitur: quippe præsumendum non est, Prælatum velle promotũ ad Ordines illaqueare, manente irregularitate, quia erat affectus. Et quamuis non præmiserit causæ cognitionem: id efficit, vt temerè dispensarit: atque ob id puniri possit. Non tamen dispensationem esse irritam, si verè causa erat. Quod si de peccato agas, etiam Princeps temerè dispensans in sua lege sinè causæ examinatione, peccat, vt aliqui Doctores dicunt. Ergò per illud factum censetur Prælatus, tacitè dispensare. Tum quid, & si peccat inferior, omittens causæ cognitionem Prælatus ẽt delinquit, si inhabili beneficium conferat, vel irregularitatem ordinibus insigniat, volens dispensare in impedimento At hæc delicta posteriora, sunt lõgè grauiora prioribus, vt ex se constat. Et sicùt in actu, qui sinè peccato, & cum peccato exerceri potest, recipienda est præsumptio, peccatum excludens, *leg merito ff prosocio.* Ità in actu, qui sinè peccato fieri nequit, sed potest fieri cum maiori, vel minori, recipienda est præsumptio grauiùs, peccatum, excludens, *leg 5 Adulterium cum Incestu, § 1 secund. & 3. ff ad leg Iul de Adulter.* & affirmat Bald is, *in leg.fin col vltim C de edil actión.arg l. si Præses.ff. de pœn* & alij. Ergò in huiusmodi promotione præsumenda est impedimenti Dispensatio: vt vel sic, minus delictum præsumatur. Ità Lambertin *de iur. patronat lib.secund par.1 quæst 7 artic.30 in noua edit num 18.* Bellamera. *capit. veniens num 18.&19.* Siluester, *verb. Irreg. in fine.* vbi Armilla, *num 91.* Nauarr. *capit. 25 sum num.74.* Maiolus. *lib.3. de irregul. cap.24 num 14 & lib 4 cap.10 nu 3. & lib. 5 cap.5 num.8.* Salzedo. *in addit ad pract. Bernardi Diez, cap.25 ad finem.* Paludanus *in 4.dist.38.quæst.4. articul 4. conclus secund nu 29* D Antonius, *part secund.tit. 11 capit secund §.9, notab secund. & par.3. titul 28 capit. 28 § vltim.* Medin. *lib 1 sum. cap.11 §.12. statim in principio* Henriquez, *lib.14.de Irregul capit 17, num.4* Emanuel Sa, *verb dispensatio num.8.* Suarez. *de censur.disp.41.sect.3 ad finem* Sanchez, *lib 8. de Matrim disp.4.num.17.* Merolla, *tom.2. de leg.disp.4.cap.6 num.162* & alij, Et pro foro conscientiæ Sayrus, *de cens lib 7, cap. 14.n.11.12.&13.* Rodoriq. *loco citato*, & alij

post Cuius ratio est: quia Priuilegia Bullæ Ciuitatæ sunt fauorabilia, vt suprà probauimus. Et ità dic de Iubileo: ergò sunt latè interpretanda, vt cōprehendant Vota, post publicationem emissa. Et quamuìs non essent extendenda tanquam fauorabilia, sed potiùs tanquam odiosa restringenda, vt aliqui Doctores dicunt: nō tamen sunt ità restringenda, vt non claudant, id quod sonant. Cum ergò verba sint generalia, non est cur ad Vota preterita restringantur. Ità Acosta, *in Bull qu.* 73. Ledesma, *tom.* 2. *sum. tract.* 11 *cap.* 4. *dub.* 5. Rodoriquez, *in Bull. Cruc* § 9. *num.* 11. Aragonius, 2. 2. *quæst.* 88. *artic.* 12 *circà* 2. *conclus.* Henriquez, *lib.* 6. *de Pœnit. cap.* 16. *num.* 3. *in comment. litt N. in fine, & lib.* 7. *de Indulg cap.* 30. *num* 5. Azorius, *pa.* 1. *lib.* 11. *cap.* 18. *quæst* 9 Diana, *par.* 1. *tract.* 11. *resol.* 50. Nauarr. §. *in Leuitico, notab.* 34. *nu.* 4. *vers Quædam omnia, & cap.* 12. *sum. nu.* 80. *in fine.* Merolla, *to.* 2. *de leg. disp.* 4. *cap* 6. *num,* 118 Sanchez, *lib.* 4. *sum. cap.* 53. *num.* 26. Sayrus, *in Clau. Reg. lib.* 6. *cap.* 12. *nu.* 16. Malderus, *in* 2. 2. *tract.* 10. *capit.* 5. *dub.* 11. & alij.

78 Octauò. Ille, qui potest ex Priuilegio legitimare Adulterinum, & Incestuosum: non potest, quandò vtrumque vitium in eadem persona concurrit, docent Calderinus, *in sua disp. incip Papa concessit.* Ioa. Andr. *in addit ad specul. rubr. Qui filij sint legitimi verb ipse soluit.* Anchar. *regul. Accessorium num.* 18 *in fine de regul. iur in* 6. Dominic. *cap susceptum num.* 5. *vers. nota quod de rescrip. in* 6. Roman *cōs.* 498. *num* 14. Soccin. *leg.* 2 *ff de verb oblig.* vbi Iason. *num.* 4 *Ameti. num.* 1. Fortun, *leg. Gallus,* §. *Et quid si tantum num.* 151. *& seq ff. de liber & posthum.* Euarard. *loco ab æquipolentibus num.* 16. *& loco à vi geminationis num.* 12. Gutierez, *alleg.* 3. *num.* 20 Borgas. *de Irregular par.* 2. *titul. de interpret. dispens. num.* 11. & alij. Quorum ratio deducitur, *ex leg. vim passam* 39. *vers præscriptione, ff de leg. Iub. de Adult.* ibi *Præscriptione quinque annorum crimen Incesti, iunctum adulterio, non excluditur:* vbi Glossa, *v iunctum,* ait: Separatum tolli, vt expressè habetur, *in leg. Matrim* 29 *versicul. Hoc quinquennium ff. de eodem titul* Tum quia, potestas legitimandi non est fauorabilis, sed odiosa: quod ex eo constat, quod Princeps protestetur, se nolle hanc potestatem exercere, ne delinquendi ansa præbeatur, § *final. Authe. quib. mod: nat, effic: sui:*

Cum ergò hæc potestas transeat in Delegatum cum omnibus suis qualitatibus vt notatur, *in leg pomponius* 17. § *cum quis adminiculo ff. de requirit possess.* erit quoquè odiosa in persona Delegati.

79 Alij verò dicunt: Posse virtute illius facultatis legitimari, vtroque vitio laborantem. Quorum ratio est: quià in materia fauorabili sub simplici continetur casus mistus, licèt secus in odiosa, vt docet Bartolus, *in leg. Gallus,* §. *Et quid si tantum numer. tertio, ff. de libertat. & posthum.* Cum ergò quæstio nostra loquatur in potestate legitimandi, quæ fauorabilis est, tanquam Principis beneficium, fiet largissima interpretatio, juxtà in superioribus. Ità Bartolus, *leg.* 2. *in principio. numer. secund, de verb. oblig.* & ibi Imol. *numer. secund,* Alexius, *num. quint.* Alciatus, *numer.* 44. *& sequ* Zassi. *numer.* 16. Panormitanus, *capitul final. numer.* 5. *de Simon.* Decius, *cap. At si Clerici,* §. *de Adulterijs. in neu. edit. nume* 120. *de Iudi.* & ibi Alex. de Neuo, *numer. vigesim. tert.* Angelus. *v. Dispensatio numer. non.* Siluester, *v. Dispensatio quæstion. quint. numer. decim.* Mandos. *regul. decim. Cancel. quæst tert. num. decim.* Henriquez, *lib. decim. quart. de Irregul capit. octau. numer. decim.* Couarrus, *quart. Decretal. par. secund. capit. octau. paragr. octau. numer. non.* Milis, *in repert. littera F. verb filius, versicul. filius, qui est spurius.* Sanchez, *lib. octau. de Matrimonio. disp secund numer. vigesim. octau.* Merolla, *tom. secund. de leg. disp. quart. cap. sext. numer.* 120. & alij.

80 Limitant hanc sententiam Sanchez: vt vera sit, quandò in fauorem legitimaturi conceditur hæc facultas legitimandi. Secùs verò, quandò in ipsius legitimandi fauorem. Cuius ratio est: quià in priori casu est amplè interpretanda: in posteriori autem strictè.

81 Limitant secundò Couarrus, Milis, Sanchez, Merolla, & alij: Nisi in præiudicium tertij cederet: Tunc enim ea facultas, tanquam odiosa, restringenda esset: vt non extendatur ad casum mistum: quià Princeps cēsetur velle, quam minimum possit damnum tertio inferre.

82 Ex his deducitur primò: licèt Potestas legitimandi, concessa alicui, loqueretur de Spurijs tantum, extenderetur etiam ad casum mixtum: quià hæc potestas est fauorabilis, & latè interpretan-

terpretanda,vt diximus Tùm etiam,quia spurius est terminus generalis, comprehendens sub se omnes spurij species: & casus mistus, aut constituit tertiam speciem spurij,& tùc talis sub genere comprehenditur:vel si non constituat nouam speciem, applicatur simplicibus, *arg leg. quęritur ff de stat. hom.* & sic semper sub genere includitur. Ità Decius,*in cap. At si Clerici § de Adulter.in nouo edit.numer.* 114 *& seq de iud* & ibi Aret *num.*42 Conarr.4 *decret.*2 *par.cap* 8 § 8 *nu.*8 Sanch. *num.*30.Merolla,*num.*121.& alij.

83 Secundò. Potens dispensare in secundo gradu affinitatis,potest etiam,quandò vterque gradus in eodem et concurrit. Quia potestas dispensandi est fauorabilis: At in fauorabilibus,sub simplici continetur casus mistus,vt supra probauimus Ità Rota Roman *in nouiss par.*3 *lib.*1.*dec* 117. Sanchez,*lib* 8 *disp* 24. *num* 10. Merola, *cap* 6.*num.*121 & alij.

84 Tertiò. Ille,qui habet facultatem dispensandi cum nato ex adulterio, potest etiam quandò natus est ex vtriusque parentis adulterio. Quià in fauorabilibus, sub simplicibus comprehenditur casus mistus. Ità Calderin.*cons.*1 *num.vnico de consang.*Alex. de Nouo, *in cap. quod dilectio ad finem.de consang.*Ripa,*resp* 11. *nu.* 6.*de rescrip.*Iacob de Puteo,*decis.*39.*num.* 2.*lib.*3.Rota.*in nouis vol* 3 *lib* 1.*decis.*117 *num.*3 *& lib* 2.*decis* 70 *num.*3 Gambar *de auct.leg lib* 7 *de disp legat. circa Matrim. num* 46 *& seq* & alij.

85 Nonò. An facultas,quæ conceditur Episcopis in Concil.Tridentino,*sess* 24 *cap.* 6 *de reform.*ad absoluendum,& dispensādum circa omnes casus occultos,nec deductos ad forum contentiosum, excepta Irregularitate ex homicidio voluntario: extendatur etiam ea facultas ad Capitulum,sede vacante?

Prima opinio negat. Cuius ratio est: quia hæc facultas non competit iure ordinario Episcopis: sed iure speciali Tridentini: At quæ iure speciali competunt Episcopis,non transeunt inCapitulum,vt dicunt communitèr Doctores. Ità Suarez,*to* 5.*in* 3.*par disp* 41 *sect.*2.*num.*11. Bonacina,*de cens disp.*7 *quæst.*5.*nu.*1 *num* 7. Alter,*de cens.disp* 8 *de Susp nf. cap* 3 *vers. ex eodem to* 2 Filliucc.*to.*1.*tract.*20 *cap.*10. *num* 176.Et videtur tenere,Petr.Ledesm. *par.*2.*sum tit.*1.*cap* 61.*diff.*5.& Quaranta, *in sum Bullar.in append v Capitulum.*

86 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est:quia licèt hoc iure speciali Tridentini competat Episcopis:& Capitulum non succedat in ijs,quæ competunt Episcopo iure speciali:id tamē est verum de ijs,quę competunt iure speciali Delegato,seù ex commissione. Secùs si de iure ordinario speciali,vt dicunt Panorm *in cap. verum nu* 9.*de foro.Compe.*& Felinus,*in capit eam te,num* 17.*de rescrip.* At hæc potestas cōpetit Episcopis iure ordinario speciali: nam potestas competit, non personę,sed dignitati, vel offitio in perpetuum, vt docent Bartolus *in l g ambitiosa, num.*34.*ff de decret. ab ordin.f.* Et Io Andr *addic.ad specul tit de legat §. vlt ad finem vers legatus est ordinarius* Bald *in ca final. num vnico de off ordinar* Sanchez, *lib.*2.*de Mat.disp* 40 *num* 14 Henriquez,*lib.*3.*ca.* 24 *num.*2. & alij. Et ità contingit in casu nostro. Accedit quia Tridentinum in eo decreto non dicit,vt id competat Episcopis, tanquam delegatis sedis Apostolicæ: in quo euentu, licèt potestas competat di gnitati,seù officio inperpetuam, est delegata,vt docent Glossa. *fin. in cap. ad abolendam,de hæret* & ibi Panormit *nu.* 15. & alij communitèr. Tum quia in eo Decreto Tridentini non dicitur:vt auctoritate Apostolica dispensent Episcopi Quæ verba etiam denotant auctoritatem delegatam:vt tradūt Farin.*in cap.cum aliquibus,num.*4 *de rescrip.in* 6.& Maran *in sua pract.*4 *par dict* 5.*nu* 4. Egò poterit Capitulum,Sede vacante,exercere omnia,quę in eo Decreto competunt Episcopis. Ità Suarez,*to* 4.*in* 3.*part disp* 30 *sect.*2. *num* 4. Sayrus,*decis* 31.*de temp Ordinat.* Genuēs. *in prax Cur. Archiep Neap.cap* 66 *nu* 22. *in prima edit.*Riccius,*to.*1 *prax.resol.*466. Io.Maria Nauar.*sing & pract concl.*2 Barbos.*to* 3.*de potest Episcop alleg* 39 *num* 16 Cenedo,*collect.*4 *in* 6 *Decret num* 3.Henriquez,*lib.*4 *cap.*18.*num.*2. *& cap.*20 *nu.* 1.*& lib.*6.*capit.*16.*num.*1.Aragon.2 2 *quæst.* 88 *artic.*12,*concl.*5.Rodoriquez,*tom* 1.*qq. regul quæst.*61.*art.*9.Sanchez,*lib* 8 *de Mat. disp.*2 *num.*10.Auila,*de cens par.*7 *disp* 10. *dub.*6.Garz,*to.*2 *de benef pa.*7. *cap* 11. *num.* 21.Ferd Castro.*tom.*1.*opere moral. tract* 4. *disp* 4.*pu.*1.*§.*1 *num* 3.Merolla, *to.*2. *de leg. disp.*4.*cap* 9 *num.*132.& alij.

(: † :)

Cui concedi possit Dispensatio?
Dub 4.

PRo resolutione huius quęstionis, sciendum est: quod duobus modis potest Prę latus cum aliquo dispensare: Vno modo, in lege Superioris. Altero, in lege propria Exemplum primi: Vt quandò dispensat in lege Diuina, naturali: vt in Voto, Iuramẽto, vel in lege Pontificia. Exẽplum secundi est, quandò Episcopus dispẽsat in lege propria Synodi Diœcesanę.

67 Quod attinet ad Secũdum, communitèr dicunt: Posse Prælatum dispensare cũ omnibus illis, quo aliquo modo suis legibus obligantur. Quorum ratio est: quià si Prælatus iurisdictionem habet ad obligandum eos: consequentèr iurisdictionẽ habet, vt possit, ex causa rationabili, talem obligationem relaxare.

68 Quod verò spectat ad primum modũ, communitèr Doctores dicunt: Vt valida sit Dispensatio, requiratur aliqua subiectio in eo, cum quo dispensatur. Quid autem requiratur ad hanc subiectionem, non conueniunt Doctores inter se.

69 Nam prima opinio ait: Requiri, vt is, cum quo dispẽsatur, habeat domicilium in Diœcesi Episcopi, dispensantis. Cuius ratio est: quia, quousquè quis non acquirit domicilium in illa Diœcesi, non censetur verè subditus illius Episcopi: Ergò non potest ab eo dispensari in lege Pontificis, votis, iuramentis, &c. Ita Barbosa, *de potestat. Episcop pa. 2. alleg. 36. num. 18.* Suarez, *to 2 de relig lib 6 de voto, cap. 11. n. 11.* Garzia, *to de Benef par. 11. cap. 10. nu. 139.* Ferd. Castro *par 1 oper moral tract. 3. disp. 6 pu 7. §. 2. num. 7.* Panormit. *in capit. nullus, num 4. de Parocho.* Rosella, *v. Domicilium, num vnico* vbi Angelus, *num. vnico ad finem.* Siluester, *num. 2* & alij. Vndè non potest Episcopus vota Scholariũ dispensare, aut commutare, vt dicunt Panormit. Siluester, Angelus, & alij: Quia de facto animi perpetuò commurandi, non efficiuntur subditi, nisi quò ad Sacramẽta necessaria: vt, Confessionis, & Communionis.

70 Limitant aliqui hanc sententiam: Nisi necessitas aliqua vrgeat. Vt, si contrahẽdum esset Matrimonium, ad restaurationem alicuius damni, illati fœminæ: vel ad legitimationem filiorum, parente existẽte in articulo mortis: Tũc enim, ex præsumpta voluntate proprij Ordinarij, posset alius dispensare, v. g. in Voto non nubendi, & non ex propria iurisdictione.

71 Secunda opinio ait: Vt forẽses, seu aduenę possint dispẽsari ab Ordinario loci, in quo reperiuntur; requiri, & satis esse, vt illuc confluant, animo ibi habitandi aliquo tempore diuturno: vt, pro maiori parte anni: vel ad expediendum aliquod negotium, quod breui tempore expediri non solet. Cuius ratio est: quià ratione huius habitationis diuturnæ, contrahit quis quasi domicilium, & sortitur forum externum, vt possit ibi de alibi gestis cõueniri. Ergò etiã in rebus spiritualibus: quales sũt Dispensationes, acquiret quasi domicilium, & sortitur forum ex hac diuturna habitatione: cum vterque forus æquè iurisdictionem petat. Ita Aragon. *2 2 quæst. 88 artic. 12 vers. si quis autem quærat.* Lesius, *lib 2. cap 40. dub. 18. nu. 16.* Angles, *in floribus par. 1 quæst 3. de Conf. art. 8. diff 4. dub. 10. conclus. 10.* Henriquez, *lib. 6 sum. capis 55 num 5.* Emanuel Sa, *v. Episcopus num. 36* Rodoriquez, *pa 1. sum. cap. 55 num. 5.* Sanchez, *lib 2. de Matrim' disp. 23. num 12 & lib 4 sum. cap 37. num. 27.* & alij Et probabilem vocat Ferd Castro, *par 1. opere moral tract 3. disp. 6. pu 7. §. 2. num. 5.*

72 Tertia opinio ait: Peregrinos, & Forẽses, seù Aduenas, quamuis breui temporẽ commorentur in aliquo loco; posse, à Diœcesano illius loci dispensari in legibus Pontificis, Votis, & Iuramentis: sicut possunt reliqui alij subditi. Cuius ratio est: quia Peregrini, ratione habitationis in eo loco subduntur legibus illius Oppidi, in quo reperiuntur: vt probat Merolla, *to. 2. disp. 4. cap. 3 dub. 42.* Ergò non deficit illis subiectio necessaria, ad dispẽsationem obtinendam. Probatur consequentia: nam si sunt subiecti, quò ad onera: æquitas poscit, vt etiã censeantur subiecti, quò ad fauores. Ita Basilius, Pontius, *lib 8. de Matr. cap. 5. num. 7.* & hanc opinionem, loquendo de Dispensatione in lege municipalis, & Pontificis, secutus est Ferd. Castro, *par 1. oper. moral tract 3. disp. 6. pu. 7. §. 2. num. 5.* Qui tamen secus dicit de Dispensatione in Votis, vel Iuramentis, & alijs singularibus impedimentis.

Dubitatur primò: An Archiepiscopus, seù Metropolitanus, possit dispensare cum Episcopis, suis suffraganeis?

73 NEgatiuè respondet Basilius, Pontius, *lib. 8. de Matrim. cap. 5. num 10.* Sua-

Suarez, *lib. 6. de Voto, cap. 1. nu. 3.* & Ferd. Castro, *part 1. oper. moral. tract. 3. disp. 6. pu. 7. §. 2. num 5.* Quorum ratio est: quia talis potestas non est necessaria. Nam, vel Dispensatio concedenda est in legibus Archiepiscopi: At his non ligantur Episcopi suffraganei, & per consequens, pro his nulla est Dispensatio necessaria. Vel concedenda est in leg bus Pontificis, aut Concilij generalis,: & in his æquè omnibus inferioribus est interdicta potestas dispensandi: vt dicit Merolla, *disp 4 cap 6. nu. 171.* In quibusdam verò casibus, quos refert dic. Merolla, *num 176* in quibus potest Episcopus cũ suis subditis dispẽsare, potest etiam secum: Ergò hæc potestas, ad dispensandum cum Episcopis suffraganeis, non est necessaria in Metropolitano.

74 Attamèn Barbosa, *de potest Episcop pa. 2. alleg. 36 num. 20.* Molfesius, *to 1 tract 11. cap. 15. num 111* Sanchez, *lib 4. sum. cap. 38 num. 16.* Auila, *de censur. p. 2. cap 7. disp. 2. dub. 10. concl 3 & p. 7 disp. 10. dub 6 not. 2. circà primam conclus.* Henriquez, *lib. 14. capit. 18 num. 3.* Sayrus, *in Clau Reg. lib. 6. cap. 11. num 79* Angles, *in florib pa. 2. qu 1. de voto, art 8 diff 9. concl 9* D. Antoninus, *pa. 2. tit. 11. cap 2. §. 6. vers. Item non potest.* Paludanus, *in 4 d st. 38 qu 4. art. 4 concl. 8.* & alij, affirmant. Quorum ratio est: quia Archiepiscopus, seù Metropolitanus habet iurisdictionem ordinariam in suffraganeos: vt colligitur, *ex cap Suffraganeis, de Elect.* vbi Panormitanus, *num 11.* Quod ex eo etiam patet: quia potest illis præcipere, eosdemque neglìgẽtes ad officium compellere: vt docent Glossa, *in cap. Pastoralis*, & alij. Item potest illos excommunicare: vt colligitur *ex capit. 1. §. final. de offic ordin in 6.* Ergò multò magis poterit cum illis dispensare. Probatur consequẽtia: quia si Episcopi suffraganei subdũtur Archiepiscopo in sibi odiosis: multò magis possunt subdi in fauorabilibus.

Dubitatur secundò: An Archiepiscopus, seù Metropolitanus possit dispensare cum subditis suorum suffraganeorum?

75 Affirmat prima opinio. Cuius ratio est: quia Metropolitanus potest Indulgentias concedere in tota sua Prouincia, *cap. nostro, de Pœnit & remiss.* Ergò, & dispensare: cum vtrumq; sit actus iurisdictionis spiritualis, & spiritualem iurisdictionem erigat. Ità Rodoriquez, *par. 2 sum in 2 edit cap. 1 0 num. 3.*

76 Communiter verò negant. Quorum ratio est: quia Metropolitanus non habet ordinariam curam, ac iurisdictionem, nisi in sua Diœcesi: & solum est Iudex causarum Diœcesis suffraganeæ, per appellationem ad eum deductis, *cap. 1. de offic. legat. & cap duo de Offi. Ordin.* Ità Sotus, *lib. 7 de Iust. 4. art. 3. vers Prætor* Sayrus, *de cens. l. b. 7. cap 11. num 79* Siluester, *v. Votum 4. quæst. 2. dict. 4* Angelus, *in flor. pa. 2 quæst. 1 de Voto, artic. 4. diff 4 concl. 7.* Aragonius, *2. 2. quæst 88 art 12. col. 2.* Suarez, *tom 2 de Relig lib. 6 de voto cap. 10 num 8.* Barbosa, *de potest Episcop part. 2. alleg 36. num 20.* Auila, *de cens part. 2. cap 7 disp 1. dub. 10* Sanchez, *lib 4 sum cap 38 à nu. 11.* Henriquez, *lib. 14. cap. 18 num. 3.* Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4 cap. 6. num. 141. vers. Cõtrarium tamèn.* & alij.

77 Poterit tamèn Archiepiscopus, seù Metropolitanus dispensare: quandò Episcopus suffraganeus Dispensationem petitã denegat: & hoc per appellationem. Quià in hoc casu est legitimus Iudex subditorum suffraganeorũ: vt docent Henriquez, Castrus, Sanchez, & Merolla, vbi suprà. Dummodò quod Episcopus teneatur dispensare. Secùs, quandò non tenetur. Quia tunc non datur Appellatio ad Archiepiscopum.

An Dispensatio distinctionem personarum exigat, ità vt nequeat à Prælatis ergà seipsos exerceri in ijs, in quibus possunt cum subditis dispensare? Dub. 5.

Antequam ad responsionem veniamus sciendum est priùs: Duplex est Dispẽsatio. Vna dicitur propriè dicta, quę est vera iuris relaxatio, & propriè actus iurisdictionis. Alia impropriè, quæ potius dicitur licentia quædam, seù facultas: estquè, consensus quidam, seù approbatio Superioris, non relaxans obligationem legis. Vt, quandò in Constitutionibus Regularium præcipitur, nè aliquid fiat sinè licentia Superioris: nõ intendunt Cõstitutiones, id opus omninò interdicere: sed tantum, nè fiat sinè ea conditione: nec licentia illa est propriè actus iurisdictionis, sed cuiusdam superioritatis.

78 His positis, dico Primo: Si loquamur de Dispensatione impropria, potest Prælatus secum dispensare in ijs, in quibus possunt

possunt cum subditis: hoc est, possunt vti licentiis, quas dare possunt suis subditis. Ratio istius est: quià expedit, vt ij, qui alijs facultatem facere possunt, sibi quoque possint facere; nè sint peiores conditionis, quam subditi: cum nõ habeant Superiorem, quem facilè adire valeant. Ita D. Thomas, 2. 2. *quæst.* 18. *art* 8. D. Anton. 3. *part tit.* 10 *cap* 2. § 7 Siluester, *v. Religio. quæst.* 10 *& Religio.* 7 *quæst.* 12. Turrecre. *can. de Monachis* 16 *quæst.* 1. Angelus, *v. Monachus num.* 7 Armilla, *v Episcopus n.* S Rodoriqu *to* 1. *qq. regul quæst* 45. *artic. vltim* Merolla, *to.* 2. *de leg disp.* 4 *cap* 6. *dub* 4. *num.* 146 *vers Primum est*, & alij.

79 Secundò Si Prælati in vniuersum dispensant cum subditis in aliqua lege, ad ipsos quoque hanc Dispensationem extendi. Vt si Prælatus Religionis iusta causa dispenset, vt aliqua die Ieiunij carnes comedat totus Conuentus: aut non ieiunet: aut Episcopus cum tota Ciuitate; Poterunt quoque ipsi eadem dispensatione vti. Ratio istius dicti est: quia hoc non est, directè exercere iurisdictionem in seipsum, sed quasi indirectè: vtẽdo dispensatione, in vniuersum concessa.

80 Tertiò. Prælati possunt committere suo Confessario, vt cum ipsis dispenset in ijs omnibus, in quibus possunt ipsi cum subditis dispensare; nè deterioris conditionis subditis sint: cum subditi pre manibus habeant Prælatum, potentem cum illis dispensare: Et ipsi Prælati, ad dispẽsationem obtinendam, cogerentur adire Summum Pontificem. Ratio est quià non repugnat, quempiam huiusmodi iurisdictionem in semetipsum exercere, etiam in absolutione Sacramentali, committendo Confessario, vt ipsum Prælatum absoluat: vt communitèr dicunt. Ergò à fortiori, id non repugnat in dispensatione. Et ità dicit Suarez, *de censur. disp.* 41. *sect.* 2. *num.* 9. de causibus occultis, concessis Episcopis in Tridentino, *sess* 24. *cap.* 6. *de reformat.* Non autem oportet, vt Prælatus illi Sacerdoti fateatur, aut illi intendat fateri: sed satis est, vt ipsi cõcedat licentiam Absolutionis Sacramentalis, sibi impendendæ: vel aliàs Sacerdos ille iurisdictionem habeat, audiendi cõfessionem illius Prælati: aut illum eligat, ad hanc solam dispensationem faciendã. Ita Merolla, *d cap* 6 *num.* 148. Sanchez, *lib* 8 *de Matrim disp.* 3. *num* 3 & alij.

81 Dissentiunt verò Doctores inter se: An Prelati possint secũ directè, verè, ac propriè dispensare, v g in Votis, Irregularitatibus, Præceptis Ecclesiæ, atque in cæteris omnibus, quotiès id possunt cum subditis?

Negat prima opinio. Cuius ratio est: quia Prælatus super seipsum iurisdictionem exercere nequit, *leg. ille, à quò, ff. ad Trebell. & leg penult ff. de recep arb.* At dispensare cum aliquo, est ergà eum iurisdictionem exercere: ergò nullus Prælatus potest secum dispensare. Confirmatur: quià dispensare est actus Superioris in subditum: atque ideò Dispensatio non subditis minimè prodest. At nemo seipso Superior esse potest. Tùm quia eiusdem est ligare, & soluere, *cap infer dist.* 21. *& cap cùm inferior. de maior & obed* At nemo potest se lege aliqua ligare: ergò neque potest seipsum à legis obligatione absoluere, nec secum dispensare. Ità Suarez, *to* 2. *de Relig lib* 6 *de Voto, cap.* 11. *nu* 4 Azorius, *lib* 5. *cap.* 15 *quæst.* 6. Anton. *cap.* 1. *num* 10. *de constit* & ibi Imol. *num* 7. Alex. de Neuo, *num* 66 Decius, *cons* 151 *n.* 10. *vol.* 1 Felin *cap* 2 *num* 20 *de sponsal & cap.* 1. *num* 33 *de const* Panormit. *cap magna nu . notab* 1 *de Voto* Henriqu *lib.* 6. *de Pœnit cap* 4 *num* 3. *in comment litt.* I. *& cap* 7. *num* 5 *in comment litt.* B. *& lib.* 7 *de Indulg cap* 18 *num.* 1. *in comment litt.* H *Angelus, v. Votum* 4 *num* 7 Siluester, *v Votum* 4. *quæst* 3 *in fine*, & alij Differũt autem hi Doctores: nam Antonin. Imol. Alex. de Neuo, & Decius, negant hanc potestatem, etiam Summo Pontifici. Alij verò Doctores citati concedunt illam quidem Pontifici: negant tamèn alijs Prelatis inferioribus.

82 Affirmat tamen secunda opinio. Et nõ solum dicit, Summum Pontificẽ, sed etiã alios Prælatos posse erg. seipsos dispensare in omnibus, in quibus possunt cum subditis. Cuius ratio est: quia non repugnat iure nature, hanc dispensandi iurisdictionem ab aliquo ergà seipsum exerceri, neque Ecclesiastico; ergò poterunt Prelati exercere illam ergà seipsos Quod non repugnat, patet: quià nullus reperitur Textus, hoc vniuersalitèr interdicẽs. Dixi, *Vniuersaliter*: nam *cap final de iust.* in causa speciali collationis beneficiorũ, ad vitandum perniciosum Prelati exemplum, deciditur: Eum, qui beneficium cõferre potest, non posse seipsum instituere: vt docet Panormit. suprà citatus, *nu.* 5. Quod verò non repugnet iure nature. Probatur: Quia hec iurisdictio, secum dispen-

spensandi, non est contentiosa: quæ Testium probationem, ac partis citationem desideret: vt vel sic distinctionem personarum exigat: quasi iniquum sit, in propria causa sibi met ius dicere contra ius, ab aduersario intensum, *leg. vnica C. ne quis in sua caua*. Sed solum postulat veluti directionem exprudenti iudicio, ad perpendendam Dispensationis causæ iustitiam: quod non repugnat ergà seipsum ab aliquo haberi: quamuis expedientiùs foret alieno iudicio stare. Nequè est hæc Iurisdictio aliqua punitiua, seù coactiua, quam ipsemet exerceri repugnat: Sed est voluntaria Iurisdictio: ac proindè huiusmodi repugnãtia caret. Nequè est propriè aliqua sententia, per quam quis condemnatur, vel absoluitur; vt itá requirat distinctionem personarũ: cuiusmodi est Absolutio sacramentalis, quæ iure diuino, postulat distinctionem personalem intèr absoluentem, & absolutum. Atque itá discrimen hoc inter actũ Iurisdictionis contentiosæ, & Iurisdictionis voluntariæ, constituerunt D. Thomas *in 4 d.20. quæst.1. artic 5. quæst.4. ad 3.* & ibi Durand *quæst.4. num.10.* Sotus, *dist 21 quæst.1. artic.4. in fine corpor.* & alii. Confirmatur: quià in voluntaria Iurisdictione, potest quis plurium vices substinere: dummodò exercitium vnius actus non obstet exercitio alterius. Quod latè probat Panormit. *cap ex litteris, num.11. de probat.* & constat, *ex leg si consult ff de adop.* Vbi, si filius familias Preses sit, potest seipsum emancipare, vel adoptionẽ tradere. Et hoc non alia ratione; nisi quià non repugnat, eamdem personam, secũdùm diuersas rationes, diuersa munera obire: ac esse subditum, & Superiorem respectu sui ipsius. Itá tenent, quò ad Romanum Pontificem, Paludan *in 4. dist.38. quæst.4 artic 4. concl.4* & ibi Mayronus, *quæst. vnica in fine.* Caietanus, *1 2. quæst. 96. art 5. versic. Adhuc dubium* Sotus, *lib. 1. de Iust. quæst 6 art. 7 vers. Quandò autèm* Siluester, *v. lex quæst 14. in fine.* Suarez, *to.3 in 3. part. disp.36 sect. secund vers. solet verò, & tom 4. vbi de Indulg. disp.52. sect 1. num.10* Flamin. *de resig. benef. lib. 3. quæst. vlt num.130* & supponunt Couarr. *capit. Alma mater pa 1. § 1. num 7.* & Corduba *in quæstionar. lib 4. quæst.1. vers. Quartò idem.* Et loquentes de alijs Prælatis inferioribus, docent Molina, *to.1. de Iust. trac. secund disp. 147. vers. Religiosus tamèn.* Armilla, *v. Monachus, num.9.* Emanuel Sa *v. Religiosus, num 47. vers. Prælati in Religione.* Azorius, *lib 7 cap 29 quæst 7* Rodoriquez, *in Bull. Crucia § 8 dub 6 num.11. & par secund. sum. cap.30. num.4.* Suarez, *lib.6 de leg. cap.12 num.11.* Sanchez, *lib.8. de Matrim disp.3 à num 8.* & de omnibus Merolla, *to secund. de leg. disp.4. cap.6. nu. 149.*

83 Ex his deducitur: non solum Summus Pontifex potest secum dispensare in ijs omnibus, in quibus potest cum subditis: sed etiam Prælati inferiores. Quia vti hac Iurisdictione ergà seipsum, non repugnat iure naturæ; nec etiam iure Ecclesiastico. Quia ius Ecclesiasticum, petens distinctionem personalem intèr dãtem, & accipientem; non generalitèr id decidit: sed in casu speciali collationis beneficiorum; ad vitandum perniciosum Prælati exemplum. Et itá dic de Prelatis Regularibus, siuè Generalibus, siuè Prouintialibus, siuè Præpositis localibus, qui toti domui præsunt, & eorum absentiam Vicesgerentibus, vt sunt Vicerectores, Vicepriores, Vicarij, &c. Hi omnes possunt secum dispensare in omnibus ijs, in quibus possunt cum subditis Itá Molina, *to.1. de Iust. tract secund disp 147 vers. Religiosus tamèn.* Armilla, *v. Monachus, nu 9.* Emanuel Sa, *v. Religiosus, num. 47.* Azorius *par.1 lib.7 cap. quæst.7.* Rodoriquez *in expos Bull. Cruc § 8. dub.6 num 11. & par secund sum cap. 30. num.4.* Sanchez, *lib.8 de Matrim disp.3 num 9* Granad. *1. 2. controu. 7. tract 3 pa. secund. disp.17. sec. secund num.16* Merolla, *to secund. de leg. disp.7. cap.6. num.151.* & alij.

An Prælati censeantur dispensare, quotièś admittunt ad aliquem actum, habẽtes iuris impedimentum ad illum?

Dub. 6.

SVpponunt hic Doctores: Nulla esse verba, iure præscripta, ad dispensationem faciendam: sed satis esse quæcumque, siuè signa, siuè facta, ex quibus, animus dispensandi, indispensare potente deducatur. Potest autem hæc quæstio duobus modis agitari: Primò, de Prælatis, seù Principibus supremis. Secundò, de Prælatis inferioribus.

84 Quod attinet ad supremos Principes, Communiter Doctores dicunt: Quandò impedimentum est iuris humani, & scientèr Princeps admittit ad aliquem actum, habentem tale impedimentum: censeri, habere

habere animum dispensandi: ac proinde inducitur vera Dispẽsatio; quamuis Princeps causæ cognitionem non præmiserit. Vt si Pontifex scienter admittat Irregularem ad ordines, vel beneficia: aut iure humano impeditos, Matrimonio cõiugar: vel Rex, lege inhabilem, vt seruũ, Iudicem constituat. Quorum ratio est: quia, vt valida sit supremi Principis in lege humana Dispensatio, non desideratur causæ cognitio: sed eius voluntas dispẽsandi satis est: de qua sufficienter constat, si indignum scienter promoueat.

85 Discordant Doctores circa modum scientię probandæ: Nam Glossa, *in Clem. 2. in fine de rescrip & cap. Statutum, in principio verb litterarũ, in fine de rescriptis, & cap. Statutum. in princ. verb. litter. in fine de rescrp in 6.* Bartol. *leg final. nu. 4 vers Sed contra hoc in fine, C sententiam rescindi non posse.* Imola, *leg final. col 4 n. 2 in fine, ff à quibus appellat non licet.* Ant. Gabriel. *tom. 3 commun. lib. 1. titul de præsump. concl 8. num. 5.* & alij, dicunt: eam probari non posse, vt præsumatur ex eo actu Dispensatio; nisi in literis promotionis addatur clausula, excerta scientia: atque ità Testium probationem nil conferre.

86 Panormitanus verò, *in cap cum in cũctis, § inferiora, num. 8. de elect. & capit. ad hæc ad finem, de rescrip. & cap. non nulli, nu. 8 eo tit* Felin. *multis allegatis cap. cum inter num. 23 & 4. de expect & cap. si aliquandò, in fine, de sent. excommu.* Rosella, *v dispensat num. 6.* vbi Siluester, *in fine.* & alij, dicnnt: non opus esse, addere clausulam, excerta scientia: sed satis esse, atque requiri, vt ex literarum rescripti tenore, & ex facti narratione constet, id excerta Principis sciẽtia ęffectum.

87 Attamèn Staphil. *de litterarum gratia, tit. de effectu, claus. § quintò motus proprius, in fine.* Menoch. *de præsump. lib. 2. 20. num. 7.* Maschard. *in probat. concl* 845. *num. 23* Senchez, *lib. 8 de Matr. disp. 4. nu. 5.* Merolla, *to. 2. de leg disp. 4. cap. 6. nu. 154. vers. Discordant.* & alij. Sufficere, vndecumque constet, Principem inhabilitatis fuisse cõscium, quod nullus sit textus, inducens specialem probationis modum huius scientiæ Principis: atque ideò sufficiet qualiscumque probationis modus, quò certè res specialem probandi modũ iure non petens, probari valent. Et hoc, in foro externo: quià in foro cõscientiæ, vt ex ea promotione deducatur animus verè dispensandi, ac sit dispensatio; satis est, qualitercumque sciatur, Principem impedimenti conscium fuisse: quia in hoc foro, qui solam veritatem respicit, nulla probatio desideratur, ea constante.

88 Limitant hanc sententiam aliqui primò: Nisi Princeps, vrgente necessitate, inhabilem promoueat: tunc enim non cẽsetur perpetuò dispensare: sed tantum ad tempus illius necessitatis. Ità Anton. Gabriel. *to. 3. commun. lib. 1. titul de præsump. concl. 8. num. 10* Menoch. *de præsump. lib. 2 præsump. 20. num. 36 & cons. 178. nu 56 vol. 3* Sanchez, *disp. 3. num. 9.* Merolla, *4. cap. 6 num. 151.* & alij.

89 Limitant aliqui, secundò. Vt censeatur tacita dispensatio ea promotio, quò ad eum solum actũ, ad quem Princeps sciẽter admittit. v. g. si Irregularem admittat ad Ordines: non proindè ad alia censetur cum eo dispensare. Nec si ad Ordines minores admittat, videtur dispensare ad maiores: quià Dispensatio expressa non extenderetur vltra actum expressum, *cap. 1. de filij Præsb* Ergò multò minùs tacita.

90 Quod dictum est de Principe Supremo; dicendum est etiam de Prælatis inferioribus: quotiès impedimentum est eorum legibus inductum. Censentur tùc dispensare, quandò scientes id impedimentum, promouent; quamuis nullã causæ cognitionem præmittant. Vt si Episcopus scienter iubeat, aut concedat, fieri aliquid contrà suam Constitutionem, aut inferioris, aut æqualis Prędecessoris; censetur, tacitè dispensare in illa: quia militat eadem ratio.

Quod verò spectat ad Prelatos inferiores: An scilicèt, quandò admittunt impedimentum iure communi, ad actum, ad quem dispensare possunt; censeantur dispensare? Vt, si Episcopus, irregularitate ęffectum, in qua potuit dispensare, promoueat ad Ordines, vel illi litteras dimissorias concedat?

91 Prima opinio ait: Non censeri Dispensationem, nisi inferiores actũ eum exerceant, pręmissa causę cognitione, an expediat dispensare, nec ne. Cuius ratio est: quià, ea differentia est inter Principem legislatorem, ac inferiores: quià ille possit saltem validè in sua lege dispensare, non pręmissa causę cognitione: hi autem minimè. Non ergò actus ille censebitur tacita Dispensatio ab inferioribus exercitus, qualis censebitur factus à Princi-pe.

Digitized by Google

pe. Tum quid, *in cap final. in fine, dist. 51* punitur Episcopus, qui promouit ad Ordines Concubinarium: At puniendus nō esset, si ea promotio censeretur tacita dispensatio. Ità Glossa, *in cap secund. verb. Dispensatum. de schismate,* vbi Ioan. Andr. *num* 4. Panormit *num* 4. Cord *numer.* 1. *quæst* 1. Anchar *num* 2. Anna, *num* 7. & 8. Glossa, *in cap vni verb. dispensare de ætate, & qualit in 6* vbi Domin *num.* 6. Francus, *num* 5 Innocent. *cap. veniens num.* 2. *de filijs Præsb* Henric *nu.* 4 idem Panor. *cap. propter à, num.* 11. *de test cogn & cap. cum in causis § inferia, num* 8 & *cap. in conu. num* 7 & 8. *de elect & cap. diuersis, num.* 3. *de Cler coniug.* & ibi Imola, *num* 5. Specul *titul de dispens § qualitèr autèm num* 3 Archid *cap licèt canon. nu secund. de elect in 6* Bartol. *leg. Barbarius, num.* 12. *ff de officio Prætor,* vbi Iaf *n.* 14. Horof. *nu.* 26 Arch. *adfi.* Fel *ca propter ea, n.* 8. *de Test lib. cogen.* Mondof. *de signatura gratiæ verbo dispēsationes, vers aduertendum tamèn est.* Rosel. *verbo, dispens. n.* 6 vbi Angel *nu.* 12. Siluester, *qu vult* Nauar. *cap si quando excep.* 10 *num* 3. *de rescrip & lib* 3 *consil.* 1. *edit. tit de Cler non residēnt. consil vlt. nu.* 9 & *lib* 1 *titul de temp ordin. consil.* 38. *nu.* 38 *num vnico. in secund edit. lib.* 1. *titul. de filijs Præsbit consil secund num. vnic.* Antonius Cucus *lib.* 4 *institit tit secund. num.* 28 & 29 Menoch *de præsump. lib.* 2. *præsump.* 20 *num* 24 & 25. Azorius, *lib* 5 *cap.* 15 *quæst.* 1. *in fine.* Rodoriquez, *to secund. qq. regul quæst* 46. *art* 1. & *ba. fum* 1. *edit. c.* 217. Caiet. 2. 2. *q* 104. *art* 5 *ad fine n* & al j.

92 Secunda opinio ait: Inferiores non cēseri dispensare, quamuis causæ cognitionem præmittāt: nisi se dispensare exprimant. Quià non censentur, absoluere excommunicatum, nisi verbis absolutionis vtātur: quamuis sciētèr admittant ad diuina excommunicatum. Ità Glossa, *in cap. literas fin de concess. præbend* Rebuff. *prax. benef tit de dispensat super def ctu nataliū num* 9. Nauarr *sum præl ud.* 9 *num.* 15. *cap.* 25 *num* 71. Hostiens. *cap veniens num* 6. & 8. *de filijs Præsbit & cap statim in principio de schismat* Bald is, *leg Barbar. num.* 7. & 8 *ff de offic. Præsbit.* Decius, *cap si quādò in n. ua edit nu n.* 23. *de rescrip* Rodoriquez, *foro externo, to.* 1 *qq. regular. q.* 13. *artic.* 16 & al j.

93 Tertia opinio ait: Censeri tunc inferiorem dispensare, quamuis causæ cognitionem non præmittat. Cuius ratio est: quià Dispensatio non exigit certam formam, nec verborum expressionem, vt dicunt omnes: & concurrunt, potestas in conferente, & voluntas: ex eo enim actu voluntas præsumitur: quippe præsumendum non est, Prælatum velle promotū ad Ordines illaqueare, manente irregularitate, quæ erat affectus. Et quamuis non præmiserit causæ cognitionem: id efficit, vt temerè dispensarit: atque ob id puniri possit. Non tamen dispensationem esse irritam, si verè causa erat. Quod si de peccato agas, etiam Princeps temerè dispensans in sua lege sinè causæ examinatione, peccat, vt aliqui Doctores dicunt. Ergò per illud factum censetur Prælatus, tacitè dispensare. Tum quid, & si peccat inferior, omittens causæ cognitionem Prælatus êt delinquit, si inhabili beneficium conferat, vel irregularitatem ordinibus insigniat, volens dispensare in impedimento. At hæc delicta posteriora, sunt lōgè grauiora prioribus, vt ex se constat. Et sicùt in actu, qui sinè peccato, & cum peccato exerceri potest, recipienda est præsumptio, peccatum excludens, *leg merito ff pro socio.* Ità in actu, qui sinè peccato fieri nequit, sed potest fieri cum maiori, vel minori, recipienda est præsumptio grauiùs, peccatum, excludens, *leg* 5 *Adulterium cum Incestu,* § 1. *secund.* & 2. *ff ad leg Iul de Adulter* & affirmat Bald is, *in leg. fin col v tim C de e lib. l action. arg l. si Præses. ff. de pœn* & alij. Ergò in huiusmodi promotione præsumenda est impedimenti Dispensatio: vt vel sic, minus delictum præsumatur. Ità Lambertin *de iur. patronat lib. secund par.* 1. *quæst* 7 *artic.* 30 *in noua edit num* 18. Bellamera. *capit. veniens num* 18. & 19. Siluester, *verb. Irreg. in fine.* vbi Armilla, *num* 91. Nauarr. *capit.* 25 *sum num.* 74. Maiolus. *lib.* 3. *de irregul. cap.* 24 *num* 14 & *lib* 4 *cap.* 10 *nu* 3. & *lib.* 5 *cap.* 5 *num.* 8. Salzedo, *in addit ad pract. Bernardi Diez, cap.* 25 *ad finem.* Paludanus *in* 4. *dist.* 38. *quæst.* 4. *articul* 4. *conclus secund nu* 29 D Antonius, *part secund. tit.* 11 *capit secund §. o, notab secund. & par.* 3. *titul* 28 *capit.* 28 *§ vltim.* Medin. *lib* 1 *sum. cap.* 11 *§.* 12. *statim in principio* Henriquez, *lib.* 14. *de Irregul capit.* 17. *num.* 4 Emanuel Sa, *verb dispensatio num.* 8. Suarez, *de censur. disp.* 41. *sect,* 3 *ad finem* Sanchez, *lib* 8. *de Matrim disp,* 4. *num.* 17 Merolla, *tom.* 2. *de leg. disp.* 4. *cap.* 6 *num.* 161 & alij, Et pro foro conscientiæ Sayrus, *de cens lib* 7, *cap.* 14. *n.* 11. 12. & 13. Rodoriq. *loco citato,* & alij

R An

An sola pacientia Prælati, videntis aliquem, iure impeditum, exercere actum sibi interdictum, sit tacitè Dispensationis signum, ac Dispensationem inducat? Dub. 7.

94 NEgat prima opinio. Cuius ratio est: quia sola taciturnitas, & pacientia Prælati, per se, ac præcisè sumpta, non est sufficiens signum consensus: vt ait Glossa, *in cap. cum iam dudum, de præbend.* & colligitur etiam, *ex cap. super eo de cognat spirit.* Nam licèt dicatur, quis consentire indirectè, quādò tenetur impedire, & non impedit: non tamen inde colligi potest directa voluntas, qualis ad dispēsandum requiritur. Et hoc est, quod Canonistæ dicunt: Illa, quę tantum in patiendo consistunt, non esse sufficiēs signū Dispensationis, quæ actum positiuum requirit. Ità Glossa, *in cap. final verb. Approbare de sentent. excommunic.* vbi Cardin. Anchar. Imola, Bonifacius, Innocent. *in cap. veniens num. 3. de filijs Præsbiter* & ibi Hostiens. *num. 5.* Anton. Gaber *lib. 3 commen lib. 1. titul de prȩsump. lib. secund. prȩsump. 20. num. 32.* Sayrus, *de cens. lib. 7 cap. 14. num. 16* Suarez, *de leg. capit. 13. num 22.* Bonacina, *de leg. disp. 1. quæst. 1, pu. 3. num. 18* & alij.

95 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quià illa taciturnitas est rathiabitio de prȩsenti, quæ sufficit ad concedendam veram iurisdictionem, ad audiendas cōfessiones, & reliqua exercenda. Ergò multò magis sufficiet, ad concedendum dispensationem. Tum quia cum Prælato ex officio incumbat, delictis subditorum obuiare; cum ea videt, ac facilè contradicere potest, præsumitur grauissimū delictum Prælati, non contradicentis: nisi ipsum censeri dispensare dicamus. Ità Sanchez, *lib. 8 de Matrimon disp. 4. in fine.* Probus, *in addit. ad Monachum capit. vnico numer. sexto de ætate, & qualitate in 6.* Palud. *in 4. dist. 38 quæstion. 4. articul. 4. conclus. secund.* D. Antonius, *part. 1. titul. vndecim: capit secund. §. 9 notab. secund.* Azorius, *lib 5. capit 15. quæst. vltim.* Salas, *de leg. disp. 20 sect 9 num. 87.* Sanchez, *lib. 8. de Matrimon disp. 4. in fine.* Ferd. Castro, *tom 1. opere mora. tem. 1. tract 3. disp. 6. pun. 12. num. tert & quint.* Merolla, *to. secund. de leg. disp 4. capit. 6. num. 69* & alij. Et probabilem vocat Bonacina vbi supra.

An inferior, iurisdictione ordinaria, possit ex vi sui muneris dispensare in lege Superioris: vt Episcopus in lege Pontificis? Dub. 8.

96 AFfirmat prima opinio: Quandò Pōtifex non prohibet Dispēsationem: sed simpliciter legem fert. Cuius ratio est: quia Episcopus est pastor ordinarius in sua Diœcesi: sicut Pontifex in toto Orbe, licèt sit ipsi subiectus: Ergò in ijs, in quibus Pontifex non limitat eius iurisdictionem, habet potestatem ordinariam: & sic potest dispensare in omnibus casibus, non seruatis Pontifici. Sicut Confessor ordinarius potest absoluere ab omnibus peccatis, non reseruatis Papæ, aut Episcopo. Tum quià grauiùs, & difficiliùs est dispensari in Votis, quam in legibus Superioris: quia hæ sunt meræ humanæ: Vota verò obligant iure diuino naturali. Sed Episcopus potest dispensare in omnibus Votis, non reseruatis Pōtifici, seù non sibi prohibitis: ergò, &c. Ità Sotus, *in 4. dist. 27. quæst. 1. articul. 4. §. At quo tandem.* D. Antoninus, *part. 1. titul. 17. §. 20.* & alij.

97 Negat communis opinio: Posse Episcopum dispensare in lege Pontificis, nisi in casibus sibi concessis. Cuius ratio est: quià Inferior non potest irritare, vel impedire voluntatem, ac dispensationem Superioris: nō solum, ipso inuito: sed etiā, ipso non consentiente. Ergò non potest dispensare in lege eius, propter solam nō prohibitionem specialem. Sed necessaria est positiua concessio, per voluntatem expressam, vel saltem tacitam, aliquo sufficienti modo significatam. Antecedens probatur: quià rectitudo gubernationis petit, vt Superioris voluntas præualeat contrà voluntatem inferioris: nisi Superior ipse cedat. Adhoc autem necesse est, vt tollat priorem voluntatem: quod non fit, nisi per positiuum consensum, vel concessionem. Confirmatur: quià Dispensatio est actus Iurisdictionis: sed inferior, vt sic, non habet iurisdictionem circà legem Superioris, vel in suos subditos, vt sunt subiecti legi Superioris: ergò non potest cum illis in lege Superioris dispensare. Ità Glossa, *in capit cum singula, §. vlt. verb Canonicè, de præbend. in sext.* Innocentius, *in capit. dilectus, de tempor. ordin. numero secundo, & tertio* Panormitanus, *in capit. tam litteris,* de

de Testib. num 4. Couarr. 4. *Decret. p.* 2. *cap.* 6. *num.* 15. Rebuff *in tract nominat quaest.* 5. *num* 32. *& seq. & in prax. benef pa.* 1. *tit. de translat. Monach num* 9 Siluester, *v. Dispensatio quaest.* 9 *num.* 14. Valentia, 1 2. *disp* 7. *quaest.* 5 *pu.* 9. Sotus, *lib* 1. *de Iust. q.* 7. *art.* 3. Gutierez, *lib.* 1 *can. quaest. cap.* 5 *n.* 10. Sanchez, *lib.* 2. *de Matrim. disp.* 40. *nu.* 1 Merolla, *tom.* 2. *de leg. disp.* 4 *capit.* 6. *dub* 7. *num.* 171. Suarez, *de leg lib.* 6. *cap.* 14 *num.* 10. Barbosa, *de potest. Episcop. tom.* 2. *alleg.* 33. *num.* 18 Hyeronimus Rodoriquez, *in comp. qq. regul. Resol.* 52 *num.* 10. & alij.

Dubitatur primò: An Episcopus possit dispensare in casu magnae necessitatis in impedimentis Matrimonij?

98 NEgat prima opinio. Quia non potest Episcopus in lege Pontificis, vel Concilij dispensare: quia hæc impedimenta statuta sunt Ità Sotus, 1. *de Iust. quaest.* 7. *art.* 3. *vers. At verò sciscitaris* Corduba, *lib.* 1. *qq quaest.* 11. *vers. hac igitur secunda opinio, & in sum. quaest.* 45. *§. el secundo punto* Veracruz, *par.* 3 *specul. art.* 18 *in fine, &* Medina, 1. 2. *quaest* 97. *art.* 4.

99 Secunda sententia, quę est vera, affirmat. Cuius ratio est: quia Episcopus potest in sua Diœcesi, quidquid Pontifex in tota Ecclesia: nisi aliquid Pontifex sibi reseruet, vt supra probauimus. Quarè si Episcopus dispensare nequeat in his impedimentis; indè prouenit, quia Pontifex sibi reseruat: sed non est verisimile in casu tantę necessitatis reseruare: ergò potest Episcopus. Probatur minor: quia reseruatio hęc fit ob charitatem, & suauem Ecclesię gubernationem in casu tātę necessitatis: quandò alitèr scandala, & peccata vitari non possunt; manerētque homines remedio destituti, reseruationem intelligi. Ergò in eo casu intelligēda non est. Ità Fernandez, *par* 3 *cap.* 16. *§* 4. *num* 1. Fran. de Leone, *in Th saur. for. Eccles. par.* 2. *cap* 8 *num.* 43. Valentia, *to.* 4. *disp.* 10. *quaest* 5 *pu* 5. Bonacina, *de Matr. quaest.* 3. *pu.* 15. *nu.* 6. Gutierez, *qq. canon lib.* 1. *cap* 23. *num* 18. *& de Matrim cap.* 49 *num* 6. Rodoriquez *pa.* 3. *sum. cap.* 25. *nu* 7 Siluester, *v. dispensatio quaest* 9 *§.* 15. Coninch. *de Sacram. disp.* 33. *dub.* 3. *numer.* 32. Nauarr. *cap.* 22 *sum. num.* 85. Sanchez, *lib. secund de Matrim. disp* 4 *num* 3. Vega, *lib.* 6. *sum. cas.* 143. *in fine, & lib.* 1. *cas.* 232. Graffius, *lib.* 2. *decis. cap.* 80. *num* 14 Angelus, *v. dispensatio, num.* 5. vbi Tabiena, *qu.* 14. *in fine*, Henriquez, *lib* 6 *de Pœnit. cap.* 10 *num.* 1. *& lib.* 11. *de Matrim. capit* 3. *nu.* 2. & alij.

100 Et non solum potest Episcopus dispensare in casu magnę necessitatis in impedimentis Matrimonij post contractum Matrimonium: sed etiam antè contractum Matrimonium. Ratio est: quia, impedimentum dirimens est de iure humano: & ideò sicut Episcopus ex magna necessitate potest post contractum Matrimonium dispensare in impedimento dirimente: cur non poterit anteà; cum militat eadem ratio? Vndè Episcopus potest in foro conscientię dispensare cum illa, quę mane accedit ad confitendum, & inuenitur habere impedimentum dirimens: cuius manifestatio esset illi causa grauis infamię: sed iā iā parata sunt omnia ad nuptias eo mane, vt Matrimonium contrahat. Ità Molfesius, *tom.* 1. *sum. trac.* 4. *cap.* 12 *n.* 35. Barbosa, *de potest Episcop. pa.* 2. *alleg.* 35 *nu.* 5 Homobonus, *de exam. Eccles. par.* 1. *tract.* 5. *cap.* 5 *quaest.* 32. Basilius, *Pontius, lib* 8. *de Matrim cap* 13. *nu.* 6 Reginaldus, *to secund. lib.* 31. *cap.* 27. *num.* 205 Diana, *par secund. tract.* 26. *resolut.* 17. Bonacina, *loco citato.* Vilalobos, *to.* 1 *sum. tract.* 14. *diff.* 25 *num* 6 Henriquez, *lib.* 12. *cap.* 3 *num. secund.* & alij.

101 Ex his deducitur: Episcopi in causis extraordinarijs, quandò necessitas reuera est magna, & est periculum in mora, & impotentia adeundi Pontificem; dispensare etiam in reseruatis Pontifici: vt in censuris, actis, & impedimentis Matrimonij Ità *Panormit. in cap. at si Clerici, § de Adulterijs, num.* 9 *de iud.* vbi Decius, *num* 10. Felinus, *num.* 3. Speculat. *titul. de dispensat. §. nunc de Episcoporum, nu.* 30. *in fine* Baldus, *leg omnes populi num.* 8. *ff. de iust. & iur.* Azorius, *par* 1. *lib.* 5 *cap.* 15. *lib* 7 Vasquez, 1. 2. *disp* 178. *cap.* 2. *num.* 16. Henriquez, *lib* 11. *de Matrim. cap.* 12. *num. secund* Rodoriquez, *in Bull Cruciat. §.* 13 *num.* 6. *in fine*. Gomez, *claus* 10 *numer* 18. Siluester, *v. dispensatio, quaest* 14. *num.* 15. vbi Angelus, *num* 5 Armilla, *num.* 19. Nauarr. *cap.* 22. *num* 85. Rebuff *in prax. titul. de dispens. ad plura benefi. à num.* 30. Gutierez, *qq. canon lib.* 1. *cap* 23. *num.* 18. Suarez, *d. cap.* 14. *num.* 10 Salas, *de leg. disp.* 20. *sect* 3 *num.* 25. Merolla, *tom.* 2. *de leg. disp.* 4 *cap.* 6 *num.* 177 Sanch. *lib.* 2. *de Matr. disp.* 40. *num.* 3. *& lib.* 8 *disp* 9. *num.* 22. & alij.

102 Etiam si Episcopus poterit Summum Pontificem certiorem facere per litteras,

concess. præbend. num. 10 Felinus, *in cap. quæ in Ecclesiarum, de constit. num 19 & 20.* vbi inter alia dicit: Posse Pontificem ex causa mutare formam Baptismi in hanc: *Ego te baptizo in nomine Trinitatis. Et in cap. num. 23. de constit.* affirmat: Posse Pontificem vnico verbo creare Sacerdotem, dicendo: *Sis Præsbiter*, sine alia solemnitate. Et similiter posse solo verbo Episcopum facere. Et hanc sententiā docent etiam Innocent. *in cap. 1. de Sacra vntione.* Angel. *in leg. 2. C. de crim. sacril.* Rebuff. *in prax. benefic. in princ. tit. de Cler. num 9* Decius *consil. 112. num. 3. in fine vol. 1. & in cap. quæ in Ecclesiarum, in noua edit num 44 & 45.* & Bellon. *consil. 76. num. 3.* Sed hæc sententia, tanquam omninò à veritate aliena, est reijcienda, ait Sanchez, *lib 8. de Matrim disp. 6. num. 3. in fine.*

105 Secunda opinio ait: Non posse Pontificem in hoc iure diuino propriè dispēsare; vt dispensatio est iuris relaxatio: sed tantum posse authoritate declarare, id ius in tali euentu non obligare. Cuius ratio est: quia Inferior non potest dispēsare in lege Superioris. *Clem. ne romani, de elect. & cap. inferior d. 21.* Confirmatur: quia, quamuis per eam specialem Dispēsationem non abrogetur lex absolutè: At in eo casu speciali abrogatur, tollendo eius obligationem, casu quo, seclusa dispensatione, obligabat. At hoc est solius Conditoris legis, aut eo Superioris. Tum etiam constat ex Sozomo, & Vrbano Pontificibus, quorum dicta referuntur, *c. apit. sunt quidam, & cap. contra statuta, 25 quæ. 1.* Tum quia Sacra Scriptura, & perpetuus Ecclesiæ vsus docet: Legem naturalem, & diuinam, potius esse humanis Magistratibus propositam, tanquam certam, ac immutatam regulam, qua gubernetur: quā, vt possint eam relaxare, eximēdo aliquos ab eius obligatione. Alias, nullæ essent in Ecclesia regulæ immotæ, ex quibus authoritas humana, tanquam ex principijs procedat. Confirmatur: quia semel in iure diuino hac dispensatione admissa, nil erit firmum, ac immutabile. Nec erit maior ratio: cur possit dispensare in vno, & non in alio iuris diuini præcepto, concurrentibus paribus causis. Tandèm, quia ideò in lege humana dispensari potest; vt manentibus eisdem conditionibus, quibus statibus, obligat: desinat obligatio, quod volūtas humana, à qua consurgit, sit mutabilis. Cum ergo diuina voluntas, à qua lex naturalis proficiscitur, sit prorsus immutabilis, minimè in illam cadet Dispensatio. Ita D. Thomas, *Quodl. 4 art. 3. in corpore, & ad 1.* Durand. *4. dist. 33. quæst. 1 num. 15.* Maior, *in 4. dist. 29. quæst. 6 col 4 & disp 24. quæst. 12.* Almayn *de potest Eccles. cap. 13* Driedo, *lib. 2. de libert Christ. cap 4 pa. 4.* Chatarin. *lib. 6 ad Caietanum in qu. illa: An Pontifex possit dispensare in voto? &c.* Sotus, *in 4. dist. 8 quæst. 1. art. 5 ad 1 lib. 1. de iust. qu. 7. art. 3. ad 3. & lib. 10 quæst. 3. artic. 6 col. 8.* Palatios, in *4 dist. 38. disp. 2. col. 46. & dist. 11. disp. 3. col. 21* Suarez, *de Euchar quæst. 74. art. 2 disp 43 sect. 4.* Valentia, *1. 2 disp 7 quæst 4. pu 6 & quæst 8 pu. 4 & 2. 2. disp. 10 quæst. 1 pu 5. col. 4* Siluester, *v Papa qu. 16. & 17* Nauarr *lib. 4 consil. 2. edit. tit. de sponsal. consil. 39. nu 16 & 17. 2 tit. de dispens. impub. consil. 4. num 16.* Turrecrem. *at. cap. conuinctiones 35 quæst 2. nu. 3 & in sum. de Eccles. lib 3. cap 54 col. 3 num. vnico, & 57 num 1.* Couarr. *4 decret secund capit 6. § 9 num. 4.* Barbosa, *rubric ff soluto Mat. pu. 5. num 104.* Magdalen. *de numero testium, par. 3 cap. 3 num 215.* Marolla *tom. 2. de leg. disp 4. cap 6. num. 194* Pontius, *lib. 8. de Matrim cap. 3 num 2* Ferd. Castro, *to. 1 oper. moral tract. 3. disp 6. pu. 3. nu. 4* Salas *de leg. disp. 24. sect. 5 num. 33.* Vasquez, *to 3 in 3 par. disp. 223. cap. 3. num. 21. & sequ.* & alij.

106 Tertia opinio ait: Summum Pontificē posse iusta de causa in aliquibus, quę sunt de iure diuino, dispensare: non autem in omnibus. Ratio, cur non possit in omnibus, est: quia in primis principijs iuris naturæ: aut in his, quæ spectant ad substantiam Sacramentorum: aut in dogmatibus Fidei: aut in Sacrificio: aut etiam in alijs, quæ à Deo instituta sunt, dispensare non potest: quia in ijs nunquam fuit dispensatum. Ergò indicandum videtur, potestatem, in illis dispensandi, non exercere. Tum quia, non adest sufficiens causa, propter quam in illis liceat dispensare: Nullus enim fine iusta, & rationabili causa dispensare potest in lege Superioris. Quod verò in aliquibus potest dispensare: in his, videlicet, in quibus admiscetur aliquid obligationis humanæ: Quia experientia docet, concedi dispensationem in Voto, & Iuramento, quę sunt adimplēda ex obligatione iuris naturæ, & diuini. Tum quia Matrimonium ratum, aliquādo potest, authoritate Papæ dissolui. Matrimonium autem, iure diuino naturali, indis-

cumquo dispensatum est, postea cognoscat causam, non fuisse iustam, & sufficiẽtem. Cuius ratio est: quia non est credibile: Superiorem, qui dispensandi facultatem concessit Inferiori, ad pacandas conscientias, vel auferendos scrupulos; velle, talem Dispensationem irritam, & inualidam esse. Tum quià, licet causa debeat esse æqualis, seù proportionata Dispensationi; non tamèn hæc proportio sumenda est ex re ipsa: sed pro vt cadit sub prudentem electionem Dispensationis. Non est enim humanum, in his rebus semper attingere puntum æqualitatis: & ideò, non est verisimile: Christum, vel Põtificem concessisse hanc potestatem cum tanta limitatione, vt si in reipsa nõ attingat veram æqualitatem, inualida sit Dispensatio. Sufficit ergò, vt secundùm regulas prudentiæ humanæ, causa iudicetur proportionata. Ità Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 6. num.* 209. Sanchez, *lib* 8. *de Matrim disp.* 17 *num* 8. & *lib.* 4 *sum. capit.* 41. *num* 6 Reginaldus, *tom.* 2. *lib.* 31. *capit.* 16. *num.* 195. Azorius, *ib.* 7. *cap.* 29 *quæst.* 6. Alex. de Neuo, *cap.* 1. *num.* 109. Emanuel Sa, *v. Rotam de Irritatione num.* 20. & *v. Dispensatio num.* 4. Sotus *in* 4. *dist.* 21 *qu. secund artic. secund* Siluester, *v. dispensatio num.* 4. & alij. Et probabilem vocat Diana, *part.* 1. *tract.* 10 *resolut.* 33.

An dispensatio, facta ab Inferiori in lege Superioris, non præcognita causa, quãdò reuera aderat causa legitima, valida sit? Dub. 11.

112 NEgat prima opinio. Cuius ratio est: quia dispensans, non præcognita causa, excedit limites suæ commissionis. Nam facultas, sibi concessa dispensandi, censetur commissa, præmissa causæ cognitione: ergò erit inualida Dispensatio. Ità Imol. *leg. quidam consulebat. num.* 7 *in fine,* & *num.* 8. *ff. de re iudic.* Hippolytus, *cap. si Clerici, § de Adulterijs,* 106 *de Iudic* Stunica, *quæst.* 6 *de Voto, nu.* 104. Azorius, *lib.* 5 *cap* 15 *quæst.* 9 & 10 Et videtur tenere Nauar. *in cap. final. num.* 4. *de Simon.*

113 Secũda opinio ait: Valida esse in foro conscientiæ, donec in foro exteriori reuocetur. Ratio illius opinionis deducitur *ex cap. nihil, de elect.* vbi dicitur: Electum sinè suæ causę examine, esse eijciendum, cum est Indignus. Ergò à contrario sensu: nõ eijcitur, si dignus sit: quãuis Eligentes, non præmisso eo examine, defecerint ab electionis forma. Tum quia valet lex temerè, & absque causæ cognitione indicta: si reuera causa boni communis intercedat: Ergò idem de legis dispensatione censendum est. Ità Innoc. *in cap. diuersis, num* 1. *de Cleric. coniug* vbi Panormitan. *num.* 3. Probus, *in addit. ad Monach cap. unico num* 4 Burgos. *de Irregul pa secund tit. de different. termin. in materia* Dispensant. Armilla, *v. Dispensatio, num.* 14 *in fine.* Lopez, *par.* 1. *cap.* 4 Sanchez, *lib.* 8. *de Matrim. disp* 17. *num.* 11. Salas, *de leg. disp.* 20 *sect.* 9. *nu* 79. Vilalobos, *tom.* 1. *tract. secund dub.* 41 *nu* 4. Diana, *par.* 1. *tract.* 10. *resol.* 34. Merolla, *to.* 2 *de leg. disp.* 4. *cap.* 6. *num.* 211. & alij.

An Episcopus possit dispẽsare: quamuis petens Dispensationem, prius adierit Pontificem: siuè Pontifex concesserit eam, aut commiserit Ordinario, vt dispenset: siuè denegauerit: vel si non adierit Pontificem, tamen Episcopus scit, Pontificem eam denegare? Dub. 12.

114 QVuotiès Episcopus potest iure Ordinario in aliqua re dispensare, vt in Voto pœnali, Castitatis, vel non nubendi: quamuis obtenta sit à Pontifice commissio, facta Ordinario, vel Confessori, vt dispenset: potest Vouens ei renuntiare, & adire Episcopum, vt potestate sua ordinaria dispenset. Ratio est: quià cum ea commissio sit ob Vouentis gratiam, ac fauorem concessa, non debet in eius damnum retorqueri. *Regul Quod ob gratiam de reg iuris in 6 leg quod fauore, C. de leg.* Nec ob id interdicitur impetranti, posse, fauori sibi concesso cedere. Ità Nauarrus, *lib.* 1. *consil in* 2. *edit. tit. de offi. de legat consil.* 1. *num. secund* Merolla, *tom.* 2. *de leg. disp.* 4. *cap.* 6. *num.* 222. & alij. Et ita dicendum est: quamuis, virtute eius commissionis, iam Ordinarius, vel Confessarius in eo Voto dispensasset, partim commutando, iuxta Pontificis præscriptum: Potest enim hic, vel ab Ordinario petere, vt authoritate ordinaria in ea commutatione dispenset: Etiam si Votũ commutatum, erat ex reseruatis, vt ait Sanchez, *lib* 8 *de Matrim. disp.* 9. *num.* 10. Vel potest etiam eligere, redire ad prioris Voti obligationem, & petere ab Ordinario, vt dispenset in illo authoritate sua ordinaria: quià tunc est nouum Votũ omninò: At in nouo Voto, tunc emisso,

mani

manifestum est, posse Episcopum dispensare: nec opus esse mentionis prioris Dispensationis limitatæ, factę per Pontificē, cum sint circa diuersa: nam prius Votum, circà illam materiam Castitatis, iā prorsus extinctum est. Ità Gutierez, *de Matr. cap 123 num 18.* Sanchez, *lib. 8 de Matr. disp. 14 num. 4.* Salas, *de leg disp 20. sect 13. in princ.* Merolla, *to. 2. de leg disp 4 capit. 6. num. 224.*

115 Quandò verò Pontifex solitus est denegare alijs Dispensationem ob causas allegatas; reputando eas non esse iustas: poterit adhùc Episcopus cum aliquo, qui Pontificem non adiit, dispensare, iudicās, eas esse causas iustas: Quià cum iure ordinario sibi ea Dispensatio competat, nō adstringitur ad dispensandum ex ijs solis causis, quibus existentibus, *Pontifex* vult dispensare. Nec Pontificem denegasse alijs ex ea causa Dispensationem, ligat ordinariam Episcopi facultatem, nè valeat dispensare cum hoc, cui Pontifex nō denegauit. Ità Sanchez, *lib. 8 disp. 14 nu. 5* Merolla, *d cap. 6 num. 225.* & alij.

116 Si verò aliquis adijt Pontificem, petendo ab eo Dispensationem, & Pontifex denegat: iudicans, causam propositā non esse iustam: potest Episcopus cum eodem ex eadem causa dispēsare. Ratio est: quià gratis dicitur, eo ipso, quod Pontifex denegauit Dispensationem; videri, facultatem auferre Inferiori in illo casu particulari dispensandi, nisi noua causa proposita. Quia illa præsumptio nullo iure fundatur: neque ex illo facto sufficientèr colligitur, considerata natura dispensationis, quæ est quædā gratia: cum enim Dispensatio non sit debita, potest denegari à Pontifice ex sola voluntate: ergò per hoc non est, cur censeatur auferre ab Inferiore potestatem illam concedendi, si velit. Deindè denegatio Dispensationis potest prouenire ex particulari Iudicio: quod talis causa non sufficiat ad Dispensationem. Sed Episcopus non tenetur, conformari Pontifici in hoc iudicio: ergò neque in eo casu tenetur præsumere, fuisse mentem Pontificis, in illo casu sibi auferre potestatem dispensandi. Immò potest præsumi, voluisse se exonerare, tacitè subditum ad suum Ordinarium remittendo. Ità Suarez, *lib 6. de leg. capit. 22 num. 4.* Salas, *de leg. disp. 20. sect 13.* Bonacina, *disp. 1. de leg. quæst. 2 pun. 7 num. 5.* Portella, *in dub. regul. verb. Dispensare nu. 19.* Merolla, *to secund. de leg. disp. 4. cap. 6. n. 228* & alij. Et hoc non solū procedit in habente ordinariam potestatem ad dispensandum, vt est Episcopus: sed etiam in habente delegatam Quia potestas generalitèr, & sinè restrictione commissa, non est restringenda, sinè maiori fundamento. Ex sola denegatione Dispensationis, non posse colligi diminutionem prioris potestatis, etiam delegatæ: nam sepè Superior committit alteri potestatem dispensandi, quia ipse non vult, vel non audet sua vti: & quià, quandò potestatem delegat, prudentiæ Delegati committit iudicium causæ iustæ. Ità Merolla, *num. 231.* & alij.

117 Si tamèn aliquis Dispensationem petijt ab Episcopo in casu, quo poterat: vel à Religioso, virtute priuilegiorum, qui noluerunt dispensare, sed remiserunt illum ad Pontificem: possunt, hoc non obstante, postquam ille talis se præsentauit Pontifici, petens ab eo Dispensationem: etiam si Pontifex commisisset Dispensationem Ordinario, vel Confessario: & hi iam illam expedissent contra Glossam, *in cap licèt de offi de leg verbo Transtulerat.* Panormitanum, *ibi num 3.* & alios: Quia textus in cap licèt, & doctrina Auctorum intelligitur in iurisdictione contentiosa, de qua is textus loquitur: qualis non est Iurisdictio ad dispensandum. Ità Sanch. *lib 8 de Matrim disp. 14. num 8.* Gutierez *de Matr cap 123. num 28.* & Merolla, *dict. cap. 6 num. 235.*

An Dispensatio supremi Principis, in lege propria concessa absque legitima causa, valeat, vt Pontificis in lege Ecclesiastica, & Principis sæcularis in ciuili? Dub 13.

118 NEgatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quià, iure diuino naturali interdictum est Principi, dispensare absque causa in iure humano: quia semper talis Dispensatio est iniusta, & illicita: ergò semper est nulla. Consequentia probatur: quià talis Dispensatio excedit potestatem dispensantis: ergò est nulla: nam actus, sinè potestate factus, nullus est. Antecedens verò probatur: quià Superior, dispensans etiam in lege sua, non operatur, vt dominus, sed vt dispensator fidelis, & prudens: ergò operatur per potestatem, à supremo Legislatore Deo concessam: sed non minùs Deus, quam humanus Princeps presumitur dare

re suam potestatem, adstrictam legibus iustitiæ, & illius formam postulare, tanquam essentialem in actu talis potestatis: & ideò dicitur Deus, non dare potestatẽ in destructionem, sed in ędificationem. 1. *Corint.* 10. ergò illa dispensatio, quę dissipatio est, & in destructionem, non est à potestate, datâ à Deo, ac proindè est nulla. Ità Fort. Garzia, *in repertor. leg. Gallus, §. Et quid si tantum à num.* 296 *ff. de lib. & posthum.* Mendozza, *de Pactis, lib.* 1 *quæst.* 2 *num.* 35. & inclinat Vasquez, 1. 2. *disp* 178 *cap.* 4. Et non valere in foro conscientię, & in foro externo, tenet Leozes, *de Matr. Reg. Angliæ dub* 4 *à num.* 14.

119 Secunda opinio, quę est communis sententia, affirmat. Cuius ratio est: quia quando supremus Princeps dispensat in lege propria, tunc dispensat in re propria, & in propria voluntate: eam mutans à qua sola vim habebat lex: ergò ea Dispensatio, tanquam in bonis proprijs facta, valebit absquè causa: siuè dispensans peccet, siuè non. Sicut Dominus prodigens bona sua, verum dominium transfert; esto quod prodigendo, delinquat. Confirmatur: quia lex pendet à voluntate imponentis illam: ergò si ipsemet voluntate sua aufert illam, respectu alicuius; ipsa ablata manet. Nam, vt dicit Glossa, *in leg. relegati, ff. de pœni,* vt lex non obliget, est in Principe pro ratione volũtas: quià à voluntate eius pendet lex; vt in fieri, ità & in conseruari. Et hoc confirmari etiam potest: quia Absolutio à censura, data ab eius authore iniustè, & sinè causa, valida est. *C venerabilis, § sanè, de sent. excommun. in* 6. Ergò idem dicendũ est de Dispensatione. Ità dicunt Doctores, dicẽtes: posse Principem ad libitum suis legibus dispensare Glossa, *leg. relegati* 4 *in fine ff de Pœnis* vbi Bartolus, *num.* 4. Speculator. *titul de legat. § nunc ostendendum est nu.* 52 *& tit de Dispens. § nunc breuitèr dicendum est num.* 5. *versic sit, & nota.* Innocent. *cap. cum ad omnia num.* 3. *&* 4. *de Statu Monachorum* vbi Io Andr. *num. vltim.* Paludanus, *in* 4. *dist.* 38 *quæst.* 4 *artic* 4. *concl* 3 *num* 4 & alij. Et in proprijs terminis docent Innoc. *cap. dudum, el secund num* 16 *vers item, & si Papa, de elect.* Anton. *cap per venerabilem num.* 6. *qui filij sint legitim.* vbi Prępositus, § *quod autem, num.* 2 *relat.* 3. Panorm. *cap nõ est, num.* 8 *de Voto* Felin. *cap. postulasti, num.* 13 *in* 4 *casu de rescrip* Rosella, *cap fin. nu.* 4 *de Simon & in sum. prælud.* 9. *nu.* 14. Conar. *cap. alma mater par.* 1. *§.* 1. *n.* 7. *de sent. excommu. in* 6. Vilalobos, *in suis commu. lit. D. nu.* 86 Caietan. 2. 2. *qu.* 6. *art.* 5. *ad finẽ, & opusc. to.* 1. *tract.* 27. *de Dispens. Mat. in occid Eccl qu. vnica vers. quò ad tertium.* Caterin. *lib.* 6. *in Caietano, circa qu. an Papa possit dispensare in Voto solem. Relig. ad finem* Victor. *de potest. Papæ n* 15 *prop.* 15. Sotus, *lib.* 1. *de iust. qu.* 7. *artic* 3. *col.* 6. *& lib.* 7. *qu.* 4. *art.* 3 *ad* 2. *fin & 4. dist.* 15 *quæst.* 2 *art.* 2. *col* 11. *& dist.* 39. *qu. vnica, art.* 2. *ad finem.* Canus, *relect. de pœnit par.* 5. *vbi de præcep. confess. ad finem,* Ledesma, 2. *pa.* 4 *q.* 27. *art. secund. pauld post principium, & q.* 86 *ar.* 4. *col. penul.* Palatios, *in* 4. *dis.* 15 *disp.* 8. *col.* 17 *et dic* 38. *disp. secunda, col secunda* Medina, 1. 2. *qu.* 97. *art.* 4. *ad finem.* Merolla, *to. secund. de leg. disp.* 4 *cap.* 6, *dub.* 15. *n.* 242 Cord. *qq. lib.* 4. *qu* 8 *ad finem.* Henriquez, *lib* 5. *de Pœnit. cap.* 22. *nu.* 5. *& lib.* 12. *de Mat. cap.* 3. *nu.* 6. Sanchez, *lib* 8. *de Matri. disp.* 17 *nu.* 24. Suarez, *lib.* 6. *de Relig. cap.* 19. *nu.* 1. Valentia, *pa.* 4. *disp* 6 *qu secund. pu.* 10. Aragonius. *secund. qu* 89 *nu.* 9 *ad finem.* Azorius. *lib* 7 *cap.* 29 *qu* 6. *& lib.* 5. *cap.* 15. *qu.* 3. Rodoriquez, *to. secund qq. regul. qu.* 14. Salas, *de leg. disp.* 20 *sect.* 4. *nu.* 37. Lorca, *to. secund. disp.* 27. Philiarcus, *de off. Sacerd. to.* 1. *pa secund lib.* 3. *cap.* 4. Angles, *in florib. pa.* 1 *de Ieiunio qu.* 5. *diff.* 3. & alij.

120 Immò Princeps potest dispensare in lege sua subditis, ipsis inuitis, etiam sinè causa: Quia sicut potuit ponere obligationem sinè voluntate subditorum; ità potest illam auferre, ipsis inuitis. Ità Merolla, *to. secund. de leg. disp.* 4. *cap.* 6. *nu.* 249. *vers. quæres.*

An Dispensatio Inferiorum in proprijs legibus, facta absquè causa, valeat; vt si Episcopus dispenset in suis?
Dub. 14.

121 NEgat prima opinio. Cuius ratio est: quia, licèt ab Episcopi voluntate pẽdeat, vim habere statutum illud: atque adeò possit illud omninò cassare: tunc enim sua potestate ordinaria vtitur, nec in aliquo ius commune offendit. At vim habenti statuto, dispensare cum aliquo absque iusta causa, est contrà ius commune, *capit. cum omnes constitut.* At Dispensatio Inferioris in iure communi absquè causa est irrita. Ità Innocent. *cap. dilect. nu.* 5. *de temp. ordin.* Archid. *cap. licèt canon. num.* 3. *de elect in* 6.

122 Communis verò opinio, quæ est se-

S cun-

cunda, affirmat. Quia militat eadem ratio, quæ in Pontifice respectu suorum legum: tunc enim non dispensat in voluntate aliena, sed in propria, à qua sola vim habent leges illę. Ità Innocentius, sibi contrarius, *in cap. cum ad Monasterium, nu 4 de stat. Monach.* vbi Io. Andr. *ad fin.* Anton. *cap. at si Cler. §. de Adulterijs n. 17. de iudic.* vbi Panorm. *nu. 10.* Decius, *in noua edit. nu. 98.* Aretin. *nu. 24.* Felin. *n 6* Alex. de Neuo. *nu.* 16 Hyppol. *nu n. 93* *Cardin. in repetitione cap. præcedamus nu. 6 de sent. excommu.* Domin. *capit. licèt canon. in principio nu. 8 de elect. in 6.* Milis. *in suo repertorio lit. de nu 23. verbo Dispens. vers. dispensare potest* Bottetus, *trac. de Synodo Episcop. p 2 art. 4 n. 8.* Gambar. *de auctbor. Legat lib. 10 nu. 442. & 443.* Angelus, *v. beneficium nu. 22.* Siluest. *v. Dispensatio qu. 13. nu. 19. & v. Beneficium 3 qu. 9. nu. 13.* Franc. *cap. licèt canon in principio num. 4.* Tabiena, *v. Dispensatio qu. 14. nu. 15. in fin. & v. Beneficium 2 qu 15. nu. 17.* Armilla, *v. Beneficium nu. 17.* Nauarr. *cap. 25 sum. num. 74. & cap. final.* Sotus, *lib. 1. de Iustit. quæst. 7. art. 3. ad 2.* Valentia, *2. 2. disp. 5. qu. 7 pu. 2.* Azorius, *pa. 1. lib. 5 cap. 15. qu. 3* Philiarcus, *de offi. Sacerd. to. 1. pa. 2. lib. 3 cap. 4* Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 6. cap. 11. nu. 11.* Ludou. Lopez, *p 1. cap 4.* Sanch. *lib. 8. de Matr. disp. 17. n. 27.* Merolla, *to. 2. de leg. disp 4 cap. 6. dub. 16. nu. 251,* Diana, *p. 1. trac. 10. reso. 32 & pa 9 trac. 6 resol 41.* Salas, *de leg. disp. 2. sect. 4. nu 47.* Suar. *to. 4. in 1 pa. disp. 56 sect. 2. nu. 11* Lorca, *pa. 2. to. 2. disp. 27.* Vilalobos *to. 1. tract. 2. dub. 41 nu. 5.* & alij.

123 Limitant primò hanc sententiam: Nisi lex illa Episcopi transierit in contractum, in commodum alterius. Vt si fieret statutum, vt omnes ad Vrbē confluētes, gauderent aliquo priuilegio: nō posset illud Episcopus reuocare, respectu eorum, qui iam venerant absquè legitima causa superueniente: Quia ius ex illo cōtractu, iam in illis est acquisitum. Ità Sanchez, *lib. 8. de Mat. disp. 17 n 29.* Diana, *pa. 9 tract. 6. resol. 41.* Merolla, *tract. 4 cap. 6 art. 253* & alij.

124 Limitant secundò: Nisi illæ Constitutiones fuerint auctoritate Papæ confirmatæ. Quia ex ea confirmatione gaudent auctoritatę Papę, & reputantur, ac illius leges: ac proindè se habet ad illas Episcopus, ac ad ius commune: quia nequit eam confirmationē ex parte tollere. Ità Silu. *v. Benefic. 3. q. 9. n. 13.* Ang. *v. Benefic. nu. 22.* vbi Arm. *n. 27* Tab. *v. Benefic. 2. q. 15 nu. 17.* Sayr. *de cēs. lib. 6. c. 11. n. 11.* Azor. *lib. 5. c. 15. q.* Dia. *p 9 tr. 6. resol. 41.* & alij.

125 Attamē Merol. *to. 2 de leg. disp. 4. cap. 6. n. 254. vers. Ego vero.* Tūc putat esse verā hāc limitationē, quādò confirmatio Pontificis est ex certa scientia: non aūt si fuerit confirmata in forma cōmuni: quia tūc poterit Episcopus dispēsare. Ratio disparitatis est: quia confirmata ex certa sciētia, habet vim nouę cōcessionis: & ideò cōfirmando Pōtifex, ex certa scientia, statutū, latū ab Episcopo; videtur de nouo ipse idēmet statuere, seù illud facere suum *arg. cap. 1. de confirm. vtili, & cap. si Apostolica de præb. in 6.* At verò per confirmationē simplicē, seù in forma cōmuni, nō cēsetur Princeps, velle rei naturā variare: atque ita ex statuto, ad nutū statuentiū reuocabile, constituere illud irreuocabile: quia cōfirmatio in forma communi nihil noui tribuit: ergò, &c.

126 Limitāt tertiò alij. Nisi Episcopus eas Constitutiones iuramēto confirmauerit: Quia tūc non possit secū in Iuramēto dispensare in ijs Constitutionibus. Ità Ang. Siluest. Tabi. Arm. Sayr. & Azor. vbi supra.

127 Sed hāc limitationē nō admittūt alij, qui dicūt: Licèt Episcopus dispensaret in dictis Cōstitutionibus iuratis: absq; iusta causa, valeret adhùc Dispensatio, quis sit periurus: Quia periuriū nō impedit actus valorē. Sicut si quis iurasset, nō prodigè se expēsurū pucunias; peccaret, prodigè expendendo: sed factū teneret. Ità Gamba. *de auct. leg. lib. 10. n. 452.* Sāch. *lib. 8. disp. 37 n. 31.* Merol. *to. 2. de leg. disp. 4. c. 6. dub. 13. n. 256.* Dian. *pa. 9. tr. 6. resol. 41. vers. sed vt verum fatear,* & alij.

128 Vndè Dispensatio Episcopi, aut Archiepiscopi in Cōstitutionibus suę Synodi Diœcesanę, facta absq; causa, valida est. Ratio est: quia solus Episcopus hēt iurisdictionē, ac suffragiū decisiuū in Synodo Dięcesana: cęteri assident illi, vt cōsilium prębeāt. Vt constat ex ipsomèt tenore Synodi, in qua solus Episcopus decernit, & subscribit, nulla Assessorū mētione facta: cuius cōtrariū accidit in Synodo Prouinciali. Cū ergò solus ipse sit Legislator, poterit dispēsare validè absq; causa; vt potè, qui in sua sola volūtate dispēsat. Ità Bott. *de Synodo Episcop. p. 2 art. 4. n. 9.* Nauar. *ca. 25. sum. n. 74. & cap. fin. n. 4. de Simon.* Azor. *lib. 5. c. 15. q. 3.* Sal. *de leg. disp. 20 sect. 4. n. 43.* Suar. *li. 6 de leg. c. 15 n. 8.* Sāch. *lib. 8. de Mat. disp. 17. n. 33.* Merol. *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 6. dub. 17. nu. 257.* & alij.

Dubi-

Dubitatur, An Archiepiscopus, vel Episcopus possint dispensare, vel reuocare leges, in Concilio Prouintiali latas?

129 AFfirmatiuè respondet prima opinio. Ità Pater Arriaga, *in Cur. Theol tom. 4 disp. 18 sect. 4. num* 58. qui ait: Ratio dubitandi est: Quia cum ex vna parte illæ leges sint à fortiori potestate constitutæ, quàm sit cuiuslibet Episcopi priuati; non videntur, posse postea à quolibet reuocari. Ex alia verò parte illæ leges pro Episcopatu cuiuslibet, iuxtà paulò ante dicta, non videntur aliundè habere vim, quam in ipsomet Episcopo, eas pro Prouintia, aut Episcopatu suo approbante. Respondet ipse Auctor. Si *Primas* nō habuit altiorem potestatem, vel iurisdictionem, à Papa specialitèr cōmissam, in ordine ad eas leges; videri probabiliùs, posse omninò eas reuocari à quolibet Episcopo in sua Diœcesi. Quod benè probat ratio, facta immediatè, fitq; per illam satis, oppositæ incontrarium: Ostensum enim est, tunc eas leges non ferri respectu illius Episcopatus ab altiori potestate, quam sit Episcopus, qui eas postea tollit: nam ipse eas tulit pro suo Episcopatu. Quod si *Primas* habeat specialem concessionem à Papa, vel postea illa acta Concilij sint à Pontifice confirmata; iam non poterit eas reuocare. Quià quod ab altiori iurisdictione statutum primò est, aut deindè confirmatum, non potest Inferior reuocare. Ità P. Arriaga: qui etiam, *in disp* 27 *sect.* 2. in proprijs terminis suam opinionem confirmauit.

130 Secunda opinio, quæ est communis, negat. Cuius ratio est: quià Archiepiscopus solus non habet potestatem, condēnandi statuta, totam Prouintiam obligātia: Vt constat, *ex capit. nullus Primas* 9. *quæst.* 3. *& cap. Sicut olim, de accus.* At decreta Synodi Prouintialis totam prouintiam ligant: ergò non dimanant à solo Archiepiscopo: ac proindè nequibit ipse absque causa, valide in eis dispensare. Ità Merolla, *to secund. de leg. disp.* 4 *capit.* 6 *nu.* 263. Diana, *part* 9. *tract* 6 *resolut.* 40 Salas, *de leg. disp* 20. *sect num.* 46 Sanchez, *lib.* 8 *de Matrim. disp* 17. *num.* 37. Suarez, *lib* 6. *de leg. cap* 15 *num* 6 *& seq* & alij.

131 Vndè Archiepiscopus, & alij Episcopi suffraganei, tanquam inferiores, tenentur legibus, ac Decretis *Synodi* Prouintialis. Nec possunt in illis dispensare, nisi quatenùs illi permissum est, vel concessum. Vt, v. g. sicut dispensant in lege Pōtificia in vno, vel altero casu, ratione necessitatis; eò quod non sit recursus ad Pontificem: nec tunc sit coacta Synodus *Prouintialis*, vt ad illam confugiatur. Ità Diana, *par.* 9. *tract* 6 *resol* 40. Sanchez, Merolla, Salas, Suarez citati.

An Dispensatio absquè iusta, vel legitima causa, à Prælato concessa, culpæ abnoxia sit? Dub. 15.

132 COmmunitèr Doctores dicunt: Peccare mortalitèr Prælatum, dispensantem absquè iusta, & legitima causa in lege Superioris: vt si Pontifex dispenset in lege Diuina naturali, vt in Voto, Iuramento, &c. vel Episcopus in lege *Pontificia*: nisi materiæ leuitas excuset à tanta culpa. Ratio est: quià ea Dispensatio est irrita, ac proindè à graui legis transgressione non excusat.

Difficultas tantùm est: quandò *Prælatus*, seù Legislator in proprijs legibus dispensat.

133 *Prima opinio* ait: Legislatorem ipsū, si sit *Princeps* supremus, posse in eis ad libitum dispensare, & solam suam voluntatem esse sufficientem causam dispensandi. Cuius ratio est: quià lex sola voluntate Legislatoris posita est: ergò per eamdem licitè auferri potest absque alia causa. *Probatur* consequentia: tum quià cū Legislator sit dominus suæ voluntatis, consequentèr habet quasi dominium legis, ab ipsa profectæ: ergò nulla alia causa videtur desiderari, vt in ea cum aliquo dispēset: quia dominus rem suam liberè expendere potest. Confirmatur: quià potest Legislator ad libitum, & absque alia causa, legem ex toto dissoluere seù abrogare: ergò etiam ex parte per Dispensationem. Tum quià Dispensare Legislatorem in lege sua sinè causa, non est intrinsecè malum: ergò licitum est. Antecedens patet ex vsu: quia *Papa* sæpè dispensat sinè causa in impedimentis matrimonialibus: ergò signum est, illud non esse intrinsicè malum: quia non est præsumendum, Pontificem peccare. It Glossa, *in leg. relegat* 4. *in fine, ff de pœnit* vbi Bartol. *num* 4. Speculator, *titul. de legat § nunc ostendendum est, num* 52 & Medius *tit de Dispensat §. nunc breuitèr dicēdum est, num.* 5 *vers & nota* Innocent *cap. cum admon. num.* 3 *&* 4 *de statu Monachor* vbi Io. Andr. *num. vlt* Anton. Felinus, Hostiēs.

num. 13 in fine. Anchar. *num* 25. Henric. *num* 16 Cardin. *§. vltinum.* 5. Abbas, *cap. diuers num.* 3. *de Cleric coniug & cap.* 2. *n.* 4. *de Schism.* idem Io Andr *cap magne nu.* 5 Hostiens. *num* 13. *in fine* Baldus, *leg rescrip. num.* 13 C. *de praecib. Imperial. offert.* Decius, *cap quae in Ecclesiarum*, *in noua edit num.* 133 *de constan & capit. cum in cunctis.* § *inferiora. nu.* 17. *de elect.* Gygas. *de Pensionib. quaest* 6. *num.* 13. Turrecrem. *cap. singulo art.* 4. *in fine* Hyppolit. *singul.* 599. Bernardus, *de Publicis concubinar.* §. *Statuimus, num* 28. Angelus, *v Dispensatio num.* 3. vbi Rosella, *num.* 6. Siluester, *q.* 3. *num.* 5. Armilla, *num* 14 Roias, *epit. success cap* 23 *num.* 12. Minchac *lib.* 1. *quaest illustrium, cap.* 25 *num.* 9 & 16. qui limitat, quandò Dispensatio est ex gratia, & non ex iustitia concedenda. Menoch. *de arb. lib secund cons.* 5. *cas.* 421 *num.* 19. Borgasius, *de Irregul pa.* 7. *cap. vltim. num* 16 & 17 & 18. Paludanus, *in* 4. *dist.* 38. *quaest.* 4. *artic.* 4. *concl* 3 *num.* 40. Stunica, *de Voto, quaest* 6. *num* 110. & 130. Aluarus Pedagius, *lib.* 1. *de plena Eccles. artic.* 4. *litter.* G. Diana, *par.* 1. *tract* 10. *resol.* 32. Lorca, *in* 1. 2 *tom secund disp.* 27. Vilalobus, *to.* 1 *sum. tract secund dub.* 41 *num.* 5. & alij.

134 Secunda opinio ait: Quilibet Legislator, etiam si supremus Princeps sit, vel Summus Pontifex, non potest licitè dispensare in lege sua, sinè iusta causa, & proportionata legi, in qua dispensat. Cuius ratio est: quia Princeps, etiam si auctor sit legum, non est absolutus Dominus, sed quasi dispensator illarum: ergò etiam quandò in illis dispensat, se gerere debet, vt fidelis dispensator, & prudēs; & non vt absolutus Dominus. At si absque iusta causa, vnum, vel alium liberet ab obligatione legis; nec prudentèr, nec fidelitèr dispēsat: ergò abutitur suo munere, & consequentèr peccat. Ità D. Thomas, 1. 2 *quaest.* 97 *artic* 4 Caietanus, *in sum. v. Dispensatio, in princip. &* 1. 2. *quaes.* 96, *art.* 5. *ad finem* Victoria, *de potest. Papae praepos.* 15, *num.* 15. Petrus de Soto, *lect.* 11 *de Matrim vers. iam circà* Sotus, *de iust. et iure lib.* 1. *quaest.* 7 *artic* 3 *ad finem corporis* Medina, 1 2. *quaest.* 97. *artic.* 4. *vers de causa necessaria* Corduba, *in qq. lib.* 4. *quaest.* 8 *colun penult* Valentia, 2. 2. *disp.* 7. *quaest* 5 *pun* 9 *ad finem* Petrus Ledesma, *de Mat. qu.* 54 *art.* 3 *ad fin. & vlt* 4 *post secund cōclus* Azorius, *par.* 1. *lib.* 5. *capit.* 15. *quaest secund* Rebuff *in concord vbi de forma Mādas.* 1. *Apostol super verbo Dispensationes*, *vers notandum est.* Nauar. *cap si quandò de rescrip excep* 8. *num* 18 & *in sum capit.* 12. *num* 57 & *cap.* 25 *num* 5 Couarr. *cap. alma mater* 1. *par* § 1. *num.* 7. *de sent excommun in* 6 & 4 *decretal secund part. cap.* 6. § 9. *num* 7 Suarez, *lib* 6 *de leg cap* 18. *nu* 4 Sanchez, *lib* 8. *de Matrim. disp.* 8 *num.* 3. Merolla, *to.* 2. *de leg. disp.* 4. *cap* 6. *num.* 284. Vasquez, 1. 2. *to secund. disp.* 178 *cap.* 4. Vega, *tom secund. sum. cap* 23. *num.* 4 & alij.

Et quamuis prima opinio sit probabilior: At stando in secunda opinione: An Legislator committat peccatum mortale, Dispensando in lege sua sinè iusta causa?

135 Affirmat prima opinio. Cuius ratio est: quia Legislator tenetur ex iustitia non dispensare in lege sua, sinè iusta causa: ergò peccat contra iustitiam, alitèr dispensando: ergò illud peccatum est mortale ex genere suo: nam violatio cuiuscumq; iustitiae, ex suo genere peccatum mortale est, iuxta doctrinam omnium: ergò, &c. Ità Valentia, 1. *disp.* 7. *quaest.* 5. *pu.* 9 *ad finem.* Rodoriquez, *par* 1. *sum in* 2. *edit. cap.* 196. *in fine.* Suarez, *lib.* 6. *de leg cap.* 18. *num* 9. Sayrus, *in Claui Reg. lib.* 3 *capi.* 10. *num* 10 Granad. 1. 2. *controu.* 7. *tract.* 3. *par secund. disp.* 17 *sect* 3 *num.* 24 Vega, *to secund. sum. cap.* 23 *cas* 14. Couarru. 4. *Decret. par. secund. cap.* 6. §. 9. *nu* 7. & alijs quos, *in l.* 1 *to* 3. *cap.* 16 *fol* 7. *nu.* 10. *adduxi de Ieiunio.*

136 Secunda opinio ait: Peccare tantum venialitèr Legislatorem, dispensando in lege sua sinè iusta causa, si desit scandalum, ac notabile aliorum damnum: quale esset, alios nimis grauari ex eo, quod quis, absque causa tributi soluendi lege liberaretur. Cuius ratio est: quia, his cessantibus, nō est res tanti momenti, quempiam absque causa à legis obligatione eximi, cum lex illa à Legislatoris voluntate pendeat. Tum quia, violationem iustitiae legalis, aut distributiuae, mortalem non esse, nisi graue damnum Communitati inferatur: At qui, per se loquendo, non infert grauè damnum communitati, si aliquis sinè causa à communi lege absoluatur, certum est non grauitèr peccare. Ità Layman, *in Theolog. moral lib.* 1 *tract* 4. *cap.* 22. *num* 13 Nauarr *in sum. praelud* 9. *num.* 14 & *capit.* 12. *num* 52 Philarcus, *de offi Sacerd to* 1. *p secund lib.* 2 *cap* 4 Salas, *de leg disp.* 20 *sect* 5. *num* 54 Tannerus, 1. 2. *disp* 5. *quaest* 7 *dub.* 2. *nu* 29. Vilalobus, *to.* 1 *sum. tract secund dub.* 4 *nu.* 6.

*num.6.*Lopez,*par.1.cap.4.* Merolla, *to.2.de leg.disp.4.cap.6.num.193.* Sanchez,*lib.8.de Matrim.disp.18.num.7* Malderus,1.2.*qu.97.artic.4.*Diana.*par.secund.tract.10 resol.32.& 35.*& alij,quos retuli,*in lib.1.tract.3 cap.19 §.commu 17.de Ieiunio num.8.*

An Subditus peccet, vtens Dispensatione, sibi a Superiore sinè iusta causa concessa? Dub.16.

137 Affirmat prima opinio. Cuius ratio est:quia licèt ablata sit illius legis humanę obligatio ratione Dispensationis;tamẽ superest obligatio legis naturalis,dictantis: neminem debere absque iusta causa à suo toto discrepare: quia turpis est pars, quæ toti non conuenit. Est enim rationi dissonum; vt aliquis in Communitate viuat,& non vtatur eodem iure cum alijs, sinè iusta excusatione. Quare, & si hic non peccat aduersùs illam legem humanam,tamen peccat cõtrà hoc ius naturale.Ita Abbas,*cap.non est,num.8 de Voto.* Ioa.Andr.*capit.cum ad Monasterium in fine, de stat. Monachor.* Barla,*in addit.ad Abbat. cap. & si Cleric. § de Adult.numer.12. v. est nulla de iudic.* Gambar.*de auctor. legat.lib.10. num.161. & 374* Rebuff.*in prax.benef.de Dispensat. ad plura benefic num 52.* Nauarr. *in sum. prælud 9.num.14.*Corduba,*in qq.lib.4.qu.8 vol.penult* Couar.4 *Decret.par. 2.capi.6 §.9.num.7.& 8* Gallect. *de cognat. spiritu cap 12.num.10* Caietanus,1.2 *quæst 96 art. 5 ad finem corporis* Ledesma,2.*pa 4.quæst. 27.art.2.paulò post principium.* Azorius, *lib.5.cap.15.quæst.3.ad finem.* Rodoriqu. *tom.2.qq.regul.quæst.46 artic.5.& part.1. sum.in 2.edit.cap.23 num.1.*Petrus Ledes. *cap.27.post.4.conclus.*Ludouicus Lopez, *par.1.cap.4.col.2 vers.6.*Philiarcus,*de offic. Sacerdot.tom.1 par.2.lib.3 cap.4.*Valentia, 1.2 *disp.7 quæst.5 pun.9 ad finem.* Sanch. *lib.8.de Matrim.disp.18 nu.11.* Trullench. *lib.3 Decalog.cap.2.d.7. num.8.* Sanctorũ da Messa,*cap.2.in exposit. constit. sect.14. §.5.*Salas,*de leg.disp.20.sect.4.* Vasquez, 1.2.*disp.177 cap.3* & alij.

138 Quod si roges,quale sit hoc peccatum? Petrus Ledesma ait, esse peccatum mortale:quia concedens absquè causa Dispẽsationem, peccatum mortale perpetrauit,cui consentire videtur,ea vtens.

Sanchez verò,Sotus, Nauarrus, & alii, *num.137* alligati dicunt:esse tantum peccatum veniale,si scandalum, & damnum notabile aliorum cessent:quia vsus illius Dispensationis non est consentire peccato dispensantis, nec prosecutio peccati admissi in petitione,vel acceptatione Dispensationis; cũ ea peccata omninò trãsierint, & solum supersit in illius vsu ea partis cum toto deformitas indicẽs:quę cessante scandalo,vel alio damno,non ità grauis est,vt culpam venialem excedat.

139 Secunda opinio ait: Per se loquendo, ac secluso scãdalo, nullum esse peccatũ. Cuius ratio est : quià cum talis Dispensatio sit valida,nulla ampliùs legis obligatio remanet, cuius transgressio ad culpã venialem obligare posset ergò,&c. Nec lex naturalis,dictans,partem suo toti cõgruere debere, cum obligat:quià tũc ille subditus,cum quo dispensatum est,non potest dici turpitèr agere;discordando à toto in tali opere: quià etiam est dispar in obligatione legis: nam à lege illa, cęteros obligante,est verè exemptum. Nequè apparet vndè oriatur obligatio ad tantam vniformitatem in opere, vbi est deformitas in obligatione legis. Item non apparet,cuius speciei esse possit malitia illius culpæ: quià non est contrà Iustitiam,vt per se notum est:nec etiam cõtrà charitatem:quià secluso scãdalo,nulla interuenit ratio talis obligationis. Ergò dicendum est: nullo modo peccare subditum,qui secretè,& sinè scãdalo aliorum vtitur tali Dispensatione. Ità Anch. *cap.non est,in fine,de Voto. & cogi cum ad Monasterium,num.25.de statu Monacho.* Felin.*cap.cum ad audientiam il. 2. num.4. de rescrip.* Gigas,*de pens.quæst 6. num.13.* Angelus,*v. Dispensatio num.3.* vbi Siluester,*quæst.3.nu.5.*Nauar.*capit.12.sum nu.57* Sayrus, *in Clau.Reg.lib.3.cap.10. num.10 propè finem.*Brunon.*in suo compend.lit. P de Voto,quæst 6. num.130.* Azorius,*lib.5 cap.15.quæst.3.in Principio,*licèt in fine, contrarium dicat Suarez,*cap.19 num.14.* Merolla, *tom.1. de leg.disp.4.cap.6. dub.22. num.297.vers.cęterùm,quamuis.*Diana, *part.2.tract.10.resolut.35 in fine.*Aragon. 2.2 *quæst.89 artic.9 ad finem.* Malderus, 1.2.*quæst.97 artic.4. dub.2.* Pasqualigus, *decis.392 de Ieiun. num.3* Palaus,*part.1. opere moral.tract.3.disp.6.pun.8 §.1. num.8* Pontius,*lib.8.de Matrim.cap.14. num.5.* & alij. Et probabilem vocant Sanchez, *numer.10.* & Salas, *de leg.sect.viges.disp.9. num.60.*

An quotiès intercedit iusta causa dispensandi, teneatur Prælatus dispensare, petentibus subditis? Dub. 17.

140 PRima opinio absolutè ait: Teneri; & perconsequens peccare Prælatum, si absquè iusta causa Dispensationem denegat. Cuius ratio est: quià cum acceptio personarum, opponatur iustitiæ distributiuæ in solis debitis, & hac iustitia committitur: vt fatentur omnes cum D. Thoma. 2. 2. *quæst 63. art. 1. ad 3.* Sed Prælatus, malè dispensans, est acceptor personarum: vt docent Abulens. *cap. 22. Matth. quæst. 117.* D. Antoninus, *par secund. tit. 1. cap. 20. § in fine*, & alij: ergò Dispensatio, existente iusta causa, est debita ex iustitia distributiua. Confirmatur: quià vsus potestatis Prælati, est bonum quoddam publicum, ad bonum subditorum ordinatū: & Prælatus est, quasi distributor illius: ergò ex iustitia distributiua tenetur illis distribuere, secūdùm merita causę vniuscuiusque subditi: si ergò, causa iusta existente, non dispenset; peccabit aduersùs iustitiam distributiuā, ac vt iniquus distributor. Ita Glossa. *capit. Domino sancto, v. necesse dist. 50* vbi Card. *num secund.* Alex de Neuo, *num. 19.* Rebuff. *reper. cap. postulaui notab. 3. num. 12. de Cleric. excomm.* Rosella, *v. Dispensatio num. 4.* vbi Siluest. *quæst. 1. in fine.* D. Anton. *tom. 1. pa. 1. trac. 17. cap. vnico § vigesim.* Armilla, *v. Dispensare num. 14.* & alij, & probabilem vocat Sanchez, *lib. 3. de Matrimon. disp. 10. nu. 3.*

141 Secunda opinio ait: Non sempèr, existente causa iusta, Dispensationem esse debitam: sed quandoquè esse debitam, quandoquè verò gratiam. Probat hæc opinio: quià iniure aliqnandò Dispensatio appellatur gratia, & misericordia: vt patet, *ex cap. postulasti. de Cleric. excommun. minist.* ibi *nisi forsitàn cum eis fuerit misericorditèr dispensatum, & cap. licèt canon, de elect. in 6. in fine*, ibi *Possit Ordinarius gratiam dispensationis facere* & Can. didici 1. *quæst. 7. in fine.* ibi *Dispensationis enim gratia, & cap. pœnult. de Clerico excom minist* ibi *Proptèr quod Dispensationis gratia*: ergò Dispensatio non sempèr est debita: sed aliquandò est gratia, & misericordia. Ità Archid. *cap. licèt canon n. 6 vers. gratia de elect. in 6.* vbi Franch. *§ 15 etiam num secund versicul secundò infertur* Panormitanus, *in cap at si Clerici § de Adulter num. 15 de iud.* vbi Decius. *à num. 163.* Felinus, *num. 15.* Sanchez, *lib. 3. de Matrim disp. 10 num 3.* Bonacina, *de leg. disp. 1. quæst secund. pun 3 num. 22.* Rodoriquez, *tom pr qq. regul quæst. 24. artic vlt. in fine* Coninch *de Matrim. disp 27. dub. 6 num. 59* Suarez, *lib 6 de leg disp. 20. sect. 7. num 70* Pontius, *lib. 8 de Matrim. cap 14. num 6.* Palaus, *part . opere moral. tract. 3. disp 6 pun. 8 § secund. num nono*, & alij.

142 In quatuor casibus erit debita Dispēsatio, ita vt Prælatus debeat dispensare: extra quos non erit debita Dispensatio, sed gratia. *Primò:* quandò ius disponit, ac præcipit; vt, existente tali causa, concedatur Dispensatio: seù debet Prælatus Dispensare, tunc erit debita Dispensatio: Vt *in d. canon. Domino Sancto*, vbi notant Glossa, & Turrecrem. Quando verò ius solum concedit, vt possit dispensare, non est debita Dispensatio: vt notant Doctores *in d § de Adulterijs*, ex ipso textu. Similitèr potest esse debita Dispensatio per præceptum ab homine, vt in Dispensationibus, quas concedit Pontifex, remittens causas Ordinarijs, vel discreto Confessario, mandans vt dispensent; impleta conditione, Dispensatio est debita.

Secundò: Quandò est necessaria ad cōmune bonum, vel vitandum publicum scandalum, vel quid simile: vt habetur in Canone, *cum constitueretur, dis. 50.* vbi Glossa, & Turrecremata.

Tertiò. Quandò fuerit necessaria, ad spirituale bonum postulantis, vel ad uitādum graue periculum animæ: quià Prælatus ex officio tenetur prouidere in his casibus saluti subditorum.

Quartò. Si Subditus grauitèr ea Dispensatione indiget, ad uitandū aliquod graue damnum in persona, vel alijs rebus tēporalibus, & sinè dispēsatione potest illi concedi. Tunc enim Prælatus tenetur, saltem ex charitate, eam Dispensationem concedere.

Dubitatur primò: An quandò adest legitima causa dispensandi, & Prælatus non vult dispensare, possit appellari ad Superiorem?

143 QVotiès ius ex aliqua causa præcipit Dispensationem, tunc si nolit Prælatus dispensare, potest appellari ad Superiorem: non solum quòad effectum deuolutiuum, ita vt deuoluatur causa ad Superiorem, qui possit inferiorem inhibere: sed etiam, quò ad effectum suspensiuum; ità vt suspendatur jurisdictio

tio Prælati inferioris per eam appellatio nem, & consequenter non possit executioni mandare suam sententiam. Quia ille, cum quo dispensandum est, actionem habet ex præcepto legis, vt secum dispẽsetur. Ità Felinus, *cap. exceptionem num. 6. de except.*

144 Si verò ius id non præcipit, sed conscientiæ Prælati inferioris relinquit. An expediat dispensare? Tunc si talis ad sit causa, vt teneatur dispẽsare, iuxta ea, quæ supra diximus, nõ habebit appellatio effectum suspensiuum: non enim Iudex tenetur illi deferre: quia non habet aliquã actionem petens Dispensationem, cum nullo iure præcipiatur Dispensatio. At habebit appellatio effectum deuolutiuũ, quia deuoluetur causa ad Superiorem, qui ex officio potest compellere inferiorem, vt dispenset. Sicùt contingit in obligatione naturali, in qua, licèt non detur actio ciuilis; potest tamen inuocari officium Iudicis, vt compellat, teste Antoni. *cap. quæ in Ecclesi. num. 27. de const.* & docent Glossa, *can. Domino Sancto v. necesse acti.* 50. Anton. *cap. At si Clerici §. de adult. num.* 12 *in fine de Iudic.* vbi Card. *num.* 2. Alex. de Neuo, *num.* 29 Panormitanus, *n.* 20. Sanchez, *lib. 3. de Matrim. disp.* 10. *nu.* 21. Merolla, *de leg. disp. 4. cap. 6. num* 278. & alij.

145 Si tamen Dispensatio debita non sit, sed gratuita: tunc Ordinarius si dispensare nolit, non datur appellatio: Nam quotiès Iudex potest aliquid facere, non tamen tenetur; non est locus appellationi, cum non faciat iniustitiam, nec grauet subditum: vt benè docet Felinus, *cap. super his, de Accus. num.* 13. *vers. sextò limita,* & Moranda, *de ordine iudiciorum pa 6 tit. & quandoque num* 365 & in proprijs terminis Bald *leg. quicumque num.* 17. *vers. Quarto casu C de seru. fug* Felinus, *de cap. super his, num.* 12 *vers Quintò limita.* Sanchez, *vbi supra num.* 21. Merolla, *nu.* 278. & alij.

Dubitatur secundo: An cessante causa Dispensationis, cesset ipsa Dispensatio?

146 Dico primò: Quãdò causa, quę à principio fuit vera, non est finalis, sed impulsiua: licèt postea cesset, non corruet Dispensatio. Quia valor cuiuscumque Dispensationis non pendet in fieri à causa impulsiua, sed tantùm à finali, vt communitèr docent: ergò neque ab ea dependet in conseruari. Ità Glossa, *regul decet verb. decet de reg. iuris.* vbi Dinus *num.* 3. Tiraquell. *d. limit.* 1. *num.* 18 Couarr. *lib.* 1. *variar. cap.* 20. *num* 5. *vers His breuitèr* Henriquez, *lib* 15. *de Irregul cap.* 17 *in fine.* Sãchez, *lib. 8. de Matrim. disp* 30 *nu.* 7. & alij.

147 Secundò: Si causa finalis non omninò cesset, sed adhùc aliquòt illius causę reliquiæ permanent, non extinguitur Dispẽsatio. Quia in moralibus non requiritur eadem causa; vt primò fiat aliquod opus, & vt permaneat, postquàm factum est. Et minor causa desideratur ad licitum concessionis vsum, quàm ad ipsam cõcessionem: quia faciliùs quis ab obtinẽdo reijcitur, quàm ab obtento, *cap. super his, de causis.*

148 Vndè Tiraquell. *in regul. cessant causa limit.* 15. *num.* 4. Hippolit. de Marsig. 107. *verbo Priuilegium* Milis, *in repertorio, v. Priuilegium* Tuscus. *tom.* 1. *litt. C. conclus.* 201. *num.* 51. Aloysius Riccius, *collect.* 682 & alij dicunt: Priuilegium Canonis, *si quis suadent.* 17 *quæst.* 4. habere locum etiam in Clerico degradato, proptèr memoriã purissimæ dignitatis.

149 Et quamuis hæc opinio vera sit, quandò Clericus verbalitèr tantum degradatus est, seù depositus, de quo loquitur Glossa, *in caq. ad abolendum. v Prorogatiua, deberet.* quia per depositionem hanc non amittit Clericus priuilegia clericalia. Secùs verò si actualitèr degradatus sit: quia tunc ipso factu amitteret dictum priuilegium Canonis Ratio est: quia Clericus per actualem, seù realem degradationem priuatur omni priuilegio clericali, *cap. degradatio, de pœn. in* 6. ita Glossa, *in can. accedens dis.* 50 *& can. dictum, dist.* 81. Loares, *de Matrim. Reg. Angliæ dub.* 7. *numer.* 13. Angelus, *v. excommunicatio* 5. *num* 14 Siluester, *v excommunicatio 6. n.* 4. *vers. de Clerico* Toletus, *lib* 1. *sum. capi.* 33 *versic. sextus casus.* Vgol. *de cens. tab.* 1. *cap.* 13 §. 15. *num.* 8. Suarez, *to.* 1. *in* 3. *p. disp.* 22. *sect.* 1. *num.* 6. Saytus, *de cens. lib.* 3 *cap.* 27 *num.* 30 Merolla, *to.* 2. *de leg. disp.* 4 *cap.* 6. *num.* 325. Diana, *part* 9. *tract.* 4. *resol.* 29. Nauar. *cap.* 27. *num* 81. *vers nona.* Alphonsus de Leone, *de cens. recollect.* 5 *num.* 241 & alij.

150 Quid dicendum, quandò causa finalis Dispensationis omninò cessat? quandò omninò perfecta, & consummata est in se Dispensatio: vt quia Ordinarius, vel Confessarius dispensauit; non dùm tamẽ sortita

tita

tita est suum vltimum effectum: Vt si v.g. non dùm Matrimonium est initum, vel si obtinuit, is est commodè diuisibilis. Vt si virtute Dispensationis, ad edendas carnes, vel non ieiunandum, cepit quis eas edere, & non ieiunare, an in tali casu cesset, & extinguatur omninò Dispensatio?

151 Prima opinio ait: Cessante omninò causa finali Dispensationis, etiam negatiuè cessare quoquè ipsam Dispensationem. Cuius ratio est: quia actus non operatur vltrà agentium intentionem, *capit. quemadmodum, de iur. iurand.* At in omni Dispensatione subintelligitur conditio, dummodo causa permaneat: Aliàs iniquus esset Dispensator, si vellet suam Dispensationem ad eum casum extendi, quò causa prorsus cessaret, & maximè in Voto, vel Iuramento, in quibus ad Dispensationis valorem requiritur causa: ergò cessabit, cessante causa. Ità Glossa, *capit. Abbate, de verb. signif. & cap. cum ex eo v. literarum, de elect. in 6. & regul decet 16. v. decet. de reg. iuris. in 6.* vbi Dirus. *nu.* 3. Ioan. Andr. *cap. post translationem, num.* 39 *de renunt* Felin. *cap. quæ in Ecclesiarum nu.* 26. *de const.* Panormitan. *cap suggestum nu.* 5. *duodecim.* Tiraquel. *tract. cessante causa limit.* 23 *num.* 11. Bald. *leg. general. num.* 3. *C. de Episcop. & Cler.* Valasc. *consf.* 60. *num.* 9. *vol.* 1. Paul. de Castro, *consf.* 210. *vers. Ego Paulus, vol.* 1. Imola, *to.* 1. *litt. C. concl.* 87. *verb. propterea.* Tuscus, *to.* 1. *lit. C. conclus.* 202. *à num.* 25 Sanchez, *lib.* 8. *de Matr. disp.* 30. *num.* 14 Bonacina, *de leg. disp.* 1. *quæst.* 2. *pu.* 10. *§.* 1. *num.* 9. Coninch *to.* 2. *disp.* 33. *in fine.* Merolla, *to.* 2. *de leg. disp.* 4. *cap.* 6. *nu.* 331. & alij.

152 *Secunda opinio ait*: Non cessare Dispensationem. Cuius ratio est: quia cessante causa, non cessat effectus consummatus, & perfectus: secùs, quandò non est consummatus, vt probat Tiraquell. loco citato, *Limit.* 12. *Sed* effectus Dispensationis est ipsa legis relaxatio, quæ fit per illam: ergò cum consummata sit, Dispensatione semèl iam facta, non obstabit inposterùm cessatio causæ. Tùm quia, factum legitimè, non debet retractari; maximè quandò consummatum est: quamuis posteà eueniat id, à quo non potuit inchoari. *Reg. factum* 74. *de iur. in* 6. At in hoc euentu, iam Dispensatio erat in suo esse perfecta, & consummata: non ergò eius firmitati nocebit, causam postea cessasse; licèt tunc, eò quod causa deerat, cócedi denuò non possit. Ità Panormitan., *cap post translationem in secund. lectura, nu.* 17 *de renunt.* Tiraquell. *tract. cessante causa, in prin. num.* 94. Angelus, *v. Dispensatio, num.* 14. *Siluester, quæst.* 6. Suarez, *lib.* 8 *de leg. cap.* 30. Garzia, *to.* 1. *de Benef. p.* 6. *cap.* 1. *num.* 289. Salas, *de leg. disp.* 20. *sect.* 6. *num.* 64 Granad. 1. 2. *contr.* 7. *tract.* 3. *par. secund. disp.* 17 *sect.* 4. *num.* 36. Gutierez, *qq. can. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 30. & 132. Menoch. *de præsump. lib.* 4. *præsump.* 189. *num.* 197. Diana, *par.* 1. *tract.* 10 *resol.* 41. Pontius, *de Matrim. lib.* 8. *cap.* 20. *num.* 4 & alij.

An taciturnitas veri, vel expressio falsi, vitiet Rescripta, & Dispensationes? Dub. 18.

153 AD intelligentiam huius quæstionis sciendum est primò: Rescripta alia esse Gratiæ, alia Iustitiæ. *Priora* dicuntur, quæ, ad beneficia, dispensationes, & alias quascumque gratias obtinenda, conceduntur. Posteriora verò, quæ ad lites forenses impetrantur, vt ad committendam causam Iudici, in foro externo decidendam. Ità Menoch. *de arbit. lib.* 2. *cent.* 3. *cas.* 201. *nu.* 1. Sanchez, *lib.* 8. *de Mat. disp.* 21. *num.* 1. & alij.

154 Secundò: Vtraque Rescripta aliquãdò appellari subreptitia, aliquandò Obreptitia. Sunt tamèn hæc nomina, Synonyma, & nihil inter se differunt: & differentia hęc nihil deseruit, quò aduitanda Rescripta. Quarè dicentur differentèr Obreptitia, vel Subreptitia, quotiès malè impetrantur: siuè tacita veritate, necessariò explicanda: siuè falsum, ad rem conferens, in precibus narrando. Ità Decius, *in cap. super litteras, in noua edit. notab.* 1. *num.* 4. *de Rescrip.* Rebuff. *tom.* 2 *const. regiar. tit. de rescrip. in præfat. num.* 125. Menocn. *d. casu* 201 *nu.* 10. & *seq.* Sanchez, *lib.* 8. *de Matrim. disp.* 21. *num.* 2. & alij.

155 Tertiò: Multas esse differentias intèr Rescripta Gratię, & Iustitię: quas latè probat Rebuffus, *in prax. Benef. tit. differentię inter rescripta gratiæ, & iustitiæ.* Ea tamẽ potissima est, quę ad rem nostram pertinet: quod Rescripta Gratię, per subreptionem obtenta, sunt ipso iure irrita: quarè, quidquid virtute eorum factum fuerit, nullius prorsùs est momenti. Secùs autem de Rescriptis Iustitię, quę valida sunt, donèc ope Exceptionis elidantur, idèst, donèc Aduersarius, contrà quẽ impetrata sunt, excipiat: allegans, ea esse subreptitia: quarè processus, virtute illorum

rum factus, validus erit; si de subreptione minimè excipiatur. Ita Sanchez, *nu.* 3. Merolla, *to.2. de leg. disp.4. cap.6 nu.*340. & alij: Dummodò quod non habeat locum in rescripto reuocatorio iurisdictionis: hoc enim est ipso iure nullum, si per surreptionem impetratur: quià reuocatio litterarum Papæ est odiosa: nam fit iniuria Iudici, à quo reuocatur. Ita Cassa. *decis.*1. dicens: sic pluriès fuisse resolutum in Romana curia.

156 Et quod diximus de rescriptis Gratiæ, quod ex subreptione obtenta, sunt prorsùs irrita: non solùm est verum de concessis à Summo Pontifice, verùm etiã ab alijs *Prælatis* inferioribus: vt ait Merolla, *to.1 disp.1 cap.2 dub.21. coroll 3. nu.* 741 *& to.2. disp 4. cap.6. dub.25. num.*340. *vers. Id autem.* Exceptis tantum rescriptis ad beneficia.

157 Limitant hanc differentiam, inter vtraque rescripta: Vt si simul in eisdem litteris, rescriptum Gratiæ, & Iustitiæ cõtineantur, spectandum sit, quod principaliùs concedatur, & iuxtà id est regulandum. Iuxtà *regul accessorium de reg iuris in 6.* Quarè si in eodem rescripto concedatur Gratia, seù beneficium principalitèr, & accessoriè datur alicui iurisdictio ad eius Gratiæ executionem: sicùt Gratia per subreptionem redditur ipso iure nulla: ita & Iudicis assignatio. Ratio est: quià cum executor non deputetur principalitèr ad lites, non possunt dici hæ, litteræ, sed accessoriæ litteris Gratiæ. Vndè sicut Gratia corruit, ita, & ipsæ. Quodsi deputaretur Iudex principalitèr super contentione beneficiali: quãuis litteræ concernerent beneficij priuationem, valerent vtique, per subreptionem obtentæ: atque Processus, ab eo Iudice factus, validus esset, donec ope exceptionis elidatur. Quià regulantur, vt rescripta iustitię ad lites: eò quod id principalitèr contineant, Gratiam verò accessoriè. Ità Panormitanus, *capit. ad audientiam, numero decimo quarto*, vbi Felinus, *numero decimo septimo.* Sanchez, *dict. disp viges. prima numero sexto.* Merolla, *dict. capit. sext. num.*341. & alij.

Quartò. Causa in Dispensationibus, & litteris quibuscumque tacita, vel falsò expressa, alia est finalis alia impulsiua

His præmissis, vt distinctè in hac quæstione procedamus, quatuor difficultates examinabimus.

Prima: An taciturnitas veri reddat Gratiam subreptitiam, ac proindè irritam?

158 Prima opinio ait: Ex taciturnitate veritatis, reddi quamcumque Gratiam & Dispensationem subreptitiam, ac irritam: quotiès illa veritas tacita est, causa concessionis, siuè finalis, siuè impulsiua: quià, nimirum, ea veritas declarata, retraheret Principem simpliciter à concessione: vel saltem difficiliùs notabilitèr eam concessisset. Ratio istius opinionis deducitur, *ex capit. postulasti, de rescrip.* Vbi quidam à Pontifice obtinuit beneficium, tacendo vicariam perpetuam victui sufficientem, quam possidebat: & consultus Pontifex, respondit: Gratiam beneficii fuisse subreptitiam. Et reddit rationem his verbis. *Et pro habente beneficij sufficientis subsidium, ex certa scientia super beneficio alio obtinendo, de leui non scribimus.* Ergò taciturnitas veritatis, quæ expressa, retraheret Principem à tam facili concessione, Gratiam vitiat. Tum quia ideò veri taciturnitas irritat Dispensationes, & Gratias: quia est virtualis quædam falsi narratio, mouens Principem, ad dispensandum. Nam tacens, quæ iure, aut consuetudine, aut alijs circumstantijs suadentibus, sunt explicanda in Dispensationis impetratione; censetur virtualitèr asserere, ea non esse: & per consequens falsum narrat, quo Principem ad concedendam inducat. Ac falsi narratio (iuxtà ferè omnium sententiam) vitiat Dispensationem, quotiès notabilitèr inducit Principem, ad faciliùs concedendum: ergò idem censendum ẽ de taciturnitate veritatis: qua cognita, difficilior redderetur cõcessio. Ita Glossa, *in capit. final. in casus posit. de fil Præsbit. in 6.* vbi Probus *in additio. ad Menoch. numer. tertio versic. Ipso iure.* Panormitanus, *capit. ad aures, numero quarto, de rescrip.* Domin. *capit. dudum numero decimo quinto de præbend in sexto.* vbi Fel. *numero primo* Decius, *numer decimo, & sequ.* Staphil., *de litt. Grat. vbi de modo, & forma impetrandi § proptereà est dare, numero quinto.* Cassiodorus, *decision. duodecima numero decim. quart. de præbend.* Rebuff. *in prax. benefi. in tert. part signaturæ. v. nec non numer. vigesim. quart. in concordatis in forma mandati Apostolici*, vbi explicat narranda in beneficiorum impetratione,

post. 30. *narrandum vers. si verò à iure.* Et loquentes de rescriptis, & alijs Gratijs, idem dicunt Panormitanus, *in capit. certum numer. tert. de rescrip & capit. constitutus, numer. quint. de Religiosis domibus.* Alex. *consil.* 161. *incip. visis narratis in fine; & consil* 95. *incip. Requisitus numer.* 8 *versic. non obstant. vol.* 7 Maschard. *de probat. conclus.* 846. *numero primo, & septimo.* Guttierez, *qq. canon. lib.* 1. *cap.* 15. *numer.* 12. *& lib secund capit.* 25 *à num.* 41. Tiraquellus, *tract. cessante causa limitat. prim. numer vndec. & seq.* Angelus, *v. rescriptum, numer. tert* vbi Armilla, *num. secund* Tabiena, *quæst tert numer.* 4 Tusc *to.* 7 *lit. S. concl.* 720. *n.* 3. & alij.

159 Secunda opinio ait: Solum vitiari Gratiam, & Dispensationem, tacita veritate, quæ est causa finalis concessionis. Secùs verò, quandò est solum causa impulsiua. Cuius ratio est: quia ratio huius, & efficaciæ Gratiæ, tacita veritate, consurgit ex ignoratia illius Veritatis in Principe; ac proìdè defectu veritatis cõcedẽdi: Ignorantia enim voluntariũ aufert. At subreptio, & defectus causæ, quæ solũ retardaret à tam facili concessione, non irritat dependentiã à gratuita voluntate; nec aufert voluntarium, ad eorum valorem requisitum: sed tunc tantùm, quando omninò retraheret à concessione: & sic ex defectu in causa finali: Vt constat, *ex leg. cum tale* 71. *§ falsam causam, ff. de condit. & demonstrat.* vbi deciditur: Tũc vitiari Legatum ex causæ defectu; si probetur forè, vt cognita veritate, Testator non legaret: ergò à fortiori, Gratiæ, & Dispensationes, quæ non omninò gratuitæ sunt, sed ad Principis officium spectant, & in quibus concedendis, aut denegandis, ratione ipsum duci opportet: tunc tantùm vitiabuntur, ac inuoluntaria censebuntur; quando ignorantia, aut error Principis versatur circà causam finalem, qua verè cognita, Gratiam non concessisset. Ita Lapus, *allegat.* 89. Siluester, *v. Rescriptum à quæst sext.* Decius, *in capit. postul in noua editio numer. vndecim. notab. quart. & capit. super litteris super Gloss. in verb. literas, numer.* 33. *de rescrip.* Beroius, *capit. super litteris in secund. lect. numer.* 55. *&* 73. Paris. *consil. quart. numer.* 35. *volum. quart.* Couar. *lib. quart. varar. capit. vigesim. numer. quint. versicul. falsitas vero.* Menoch. *de arbitr. lib. secund. censur. tert. casu* 201. *numero tertio.* Emanuel Sa, *v. Gratia numero decimo.* Molina, *tomo primo de iustit. tractat secund. disp.* 173. *versicul. Vt item legitimatio.*

160 Tertia opinio ait: Non ex omni veritatis taciturnitate reddi Gratiam subreptitiam: quamuis, ea cognita, Princeps non concessisset: sed tunc solùm, quando tacetur veritas, quam iura iubent exprimi. Cuius ratio est: quià voluntas Principis præsumitur talis, qualis est intentio iuris, *l. ex facto, in princ.* vbi Baldus, *ff. de vulgari.* Ergò vbi iuris intentio, ad Dispensationis valorem, non exigit expressionem alicuius veritatis, nec voluntas Principis præsumetur esse, vt ea exprimatur. Tum quià impetratio beneficij valida est, quantumuìs impetrans criminibus sit irretitus: dummodò nullo impedimento, iure inducto, affectus sit. Cum tamen possit iure optimo præsumi, fore, vt Pontifex conscius, nullatenùs ei beneficium conferret. Ita Glossa, *in Clem. prim. v. Vel alteri de præbend.* Calder. *consil sext. versic. Per prædicta de præbend. & consil. decim. numer. vnic. de rescrip* Felin. *capit. postul. numer. prim. vers. declara etiam, &c. Super literis, numer. secund. Et regula est de rescrip.* Rebuff. *in tract. nominat quæst* 9. *numer.* 49. Nauarr. *in extrauag. dedat. & pœnis pro litteris grat. notab.* 32. *numer.* 48. *coroll* 4 *versic. nec obstat. & in sum. capit. vigesim. secund numer.* 86. *& lib. tert consil. in vtraque edit. titul. de feud consil* 1. *numero quarto.* Mandosius, *designat grat. v. absolutio ab hæreti. vers. dispensatum fuerat* Bossius, *in pract. tit. de remed. ex sola clementia Principis numero trigesim quart.* Flaminius, *de resignat. benefic. lib.* 6. *quæst secund. num.* 86 *& lib.* 10. *quæst. secund nu* 18. Henriquez: *lib.* 12. *de Matrim. cap* 2. *num.* 6. *& capit.* 3. *num.* 7. Petrus Ledesma, *de Matr quæst.* 56. *arti. vlt. dub.* 25. *diff.* 2. *concl.* 2. Emanuel Sa, *v. Dispensatio num.* 10 Rodoriquez, *part.* 1. *sum. in* 1. *edit. capit.* 238. *num.* 1. *& tom.* 2. *qq. regul. to.* 2. *quæst.* 46. *art.* 6. & alij.

161 Concludunt hanc quæstionem primò aliqui Doctores: Taciturnitas qualitatis, quam iura specialitèr exprimi iubent, reddit gratiam subreptitiam: quamuis constet fore, vt ea expressa, Princeps eadem facilitate concessisset. Quorum ratio est: quia pro forma exigunt iura harum qualitatum expressionem. At forma ad unguem est obseruanda,

iuxta

iuxta *leg.* 1. vbi Baldus, *ff. de libert & posth*um Idem constat *ex cap. si motu proprio de præb. in 6.* vbi deducitur: Ex quantum vis modici beneficij taciturnitate, reddi alterius impetrationem subreptitiam. At apertè constat, id modicum beneficium tacitum, non fore impedimento, quamuis Pontifex conscius, eadem facilitate aliud concederet. Ita Domin. *in cap. dudum, n. 15. de præb. in 6.* Felin. *cap. super litteras, num 2. limit. 1.* vbi Decius, *in noua edit. num. 18. & 32.* Rebuff. *in tract. nomin. quæst. 9. num. 50.* Gouarr. *lib. 1. varar. cap. 20. num. 5. vers. rerum vt his.* Menoch. *de arbit. lib. 2. cens. 3. cas. 201. nu. 27.* Maschard. *de probat. conclus. 846. num. 2 & 3.* Gutierez, *qq. Canon. lib. 2. cap. 15. num. 38. in voto num. 51.* Flamin. *de confident. benef. quæst. 46. num. 53.* Suarez, *to. 2. de Relig. tract. de Voto lib. 6. cap. vlt. nu. 5.* Sanchez, *lib 8. de Matr. disp. 21. num. 13.* Merolla, *tom. 2. de leg. disp. 4. cap. 6. num. 349.* & alij.

162 Ampliant hanc conclusionem Glossa *in cap. si motu proprio. v. Taceatur, de prebend. in 6.* vbi Archid. *n. 2. v. taceatur.* Dec. Menoch. Maschard. Flamin. Gutierez, Sãc. & Merolla: vt vera sit, etiam si ignoranter ea qualitas tacita fuerit. Quia cum omittatur forma, & corruat actus, nec ignorantia iuuabit, nisi ad excusandum à culpa.

Et quamuis Henriquez, *lib. 12. de Mat. cap. 3. num. 8.* dicat: Excusari hanc taciturnitatem, etiam exculpabili ignorantia, dummodò non sit crassa: vt contingit in Excommunicatione. Attamen (vt benè dicunt Merolla, & Sanchez) est dispar ratio de Excommunicatione: nam Excommunicatio incurritur ob inobedientiam & contumaciam, quæ cessant, vbi est probabilis ignorantia. At Dispensatio corruit, ex non seruata forma, ad eius valorem necessaria; & ex defectu intentionis, quā minimè supplet ignorantia, quantumuis inculpabilis.

163 Et quamuis verbis expressis, & specialibus non inueniatur in iure decisum, qualitatem aliquam exprimendam esse: satis tamen id deciditur, si decisum in iure nè delictum aliquod remittatur, vel nè dispensetur in aliquo casu: dicunt Sanch. *lib. 8 de Matr. disp. 21. nu. 15.* & Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4 cap. 6. num. 350.* Quorum ratio est: quia eo ipso exprimitur, mentē iuris esse, denegandi Dispensationem, nisi ex speciali aliquo casu, ea qualitate, Principi expressa; velit ille in eo iure dispensare. Hæc regula, quamuis non ita expresse in Doctoribus inueniatur; at ex eorum doctrina apertè colligitur. Nam ideò omnes asserunt: in euntem Matrimonium scienter in gradu prohibito, teneri, nè subreptitia sit, in Dispensatione exprimere hunc Matrimonij contractū; Quia Concil. Tridentinum, *sess. 24 de Mat. cap. 5.* dicit: hunc spe Dispensationis cariturum. Et similiter, ideò tradunt omnes *in leg. 3. C. de Episcop. audien.* in remissione secundi homicidij, esse necessariam mentionem remissionis primi: quia ibi deciditur, vt delictum semel tantùm remittatur.

164 Vndè, si aliquis semel obtinuit Dispēsationem, ad Matrimonium contrahendum, in impedimento Vxoricidij, cum promissione alteri facta, de ea ducenda: & postea iterum simile crimen committat, & aliam Dispensationem de illo petat, nō facta mentione prioris; fore irritam secundam Dispensationem. Ita Suarez, *lib. 6. de leg. cap. 23 num. 12.*

165 Secundò concludunt præcitandi Doctores, Idem prorsùs dicendum esse de qualitate, quæ ex stylo Curiæ Romanę, in resciptis exprimenda est: talis enim est necessariò explicanda in impetratione Dispēsationis, vel alterius Gratię; nè reddatur subreptitia: quamuis constat, ea expressa, Principem adhuc gratiam forè cōcedendum. Quorum ratio est: quia cum stylus Curiæ faciat ius, *capit. quam graui, decrim fals.* nec ab eo sit recedendum, vt multis citatis, probat Maschard. *de prob conclus. 1317. num. 51.* Idem de hac qualitate sentiendum est, quod de illa, quam iura exprimi iubent. Et ita docēt Decius, *in cap. ad aures, in noua edit. conclus. 2. nu. 28. de rescrip.* Menoch. *de arbi lib. 2. centur. 3. cas. 201 nu. 28* Mascard. *de probat. concl. 846. num. 8.* Gutierez, *qq. canon. lib. 2. capi. 15. num. 51.* Suarez, *to. 2. de Relig. tract. de Voto lib. 6. cap. vlt. num. 5.* Sanchez, *lib. 8. de Matr. disp. 21. num. 16.* Merolla, *disp. 4. cap. 6. num. 352.* & alij. Et ita dicunt Menoch, Gutierez, Sāchez, Merolla, & Suarez, quādo ex consuetudine Principis, qualitas aliqua narranda est: quia Consuetudo pro lege obseruatur, *leg. minimè, ff. de leg.* Quare nec ignorantia excusabit harum qualitatum taciturnitatem.

166 Limitant hanc sententiam Henriquez *lib. 12. cap. 3. num. 7* Diana, *part. 2. tract. 10 resol. 42.* & alij. Nempè, taciturnitatem qualitatis, ex stylo Curiæ exprimendæ nō

vitiare Dispensationem in foro consciẽtiæ: sed in solo externo. Secùs quando iure erat exprimenda qualitas.

167 Sed hanc limitationem aliqui nõ admittunt. Quia nulla assignari potest ratio huius differentiæ, cùm Doctores alligati vtrasque qualitates æquẽt: & in vtroque foro idem omninò sequetur: Vbi nõ est falsa præsumptio, nec lex est pœnalis, vt aduertunt Sotus, *lib. 4. de Iust quæst. 5. art. 3. vers. Quartò arguitur* Couar: *cap: cũ esses, nu, 7: de Testam.* Sanchez, *lib. 1. de Matr: disp: 5: num: 10: vers: Tandem probatur*: & alij. At annullatio hæc Dispensationis, ex taciturnitate harum qualitatũ, non habet rationem pœnæ; cum non statuatur in delicti pœnam, sed ob defectũ intentionis, concedentis gratiam: ergò in vtroque foro locum habet. Ita Sanch, *lib. 8. de Matr. disp. 21 num. 16.* Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4 cap 6. num.* 153. *vers. Ampliatur*.

168 Tertiò concludunt præcitandi Doctores: Quandò nec ex iure, nec ex stylo Curiæ constat, qualitatem tacitam exprimendam; tunc verissima est secunda opinio, nu. 159. alligata: nimirum, tunc vitiari rescripta quæcumque, ex alicuius qualitatis taciturnitate, quandò veritate cognita, Princeps illa non concederet, vel non absolutè cõcederet, sed quibusdam moderationibus adhibitis. Secùs verò, si sit circà qualitates, Dispensationi extrinsecas: tunc enim valebit vtique Dispensatio: quamuis constet, Superiorem, eis cognitis, negaturum esse Dispensationẽ. Ratio huius disparitatis est: quia in priori euentu, voluntas Superioris, dispensãtis, includit virtualitèr eam cõditionem: si ita est: & nil falsò additur, aut calidè occultatur, quod intentioni meę repugnet. Quod ex eo probat: quia hæc interpretatio voluntatis Superioris est iusta, & rationabilis. Et quamuis, tempore Dispẽsationis, non habuerit Superior actu eam intentionem; sed solùm sit quasi habitualitèr, & tunc absolutam dispensandi voluntatem habeat: tamen, reuera non cẽsetur retractasse priorem voluntatem, cũ ius habeat vtendi sua potestate, secũdùm rationalem suam voluntatem, & suum dictamen, & non ab alio circumuentus, & seductus. At in posteriori casu, voluntas illa habitualis, denegandæ Dispensationis, qualitate ea cognita, non aufert pręsentem voluntatem, nec ponit illam cõditionem; si ita est, aut nihil occultatur: quia voluntas pręsens est interpretanda secundùm rectam rationem, & secũdùm iura; & quotiès aliquis rectè, & honestè vult, censetur retractare priorem effectũ rationi dissonum, potiùs quàm secũdùm illum agere. Ita Suarez, *to. 2. de Relig. tra. de voto lib. 6 cap. vlt. à nu.* 11. *vsque ad nu.* 26. Sanchez, *lib. 4 de Matr disp. 21. à num,* 17 *& lib. 4 sum. cap. 47. num.* 13. Bonacina, *de leg disp. 1. quæst. 2. pu. 4. num.* 3 Salas, *de leg. disp. 20. sect.* 15. *num.* 115. Merolla, *to. 2. de leg. disp 4. cap 6 num.* 353. & alij.

169 Limitant hanc sententiam primò: Vt taciturnitas causæ finalis vitiet Dispensationem, quandò est de pręsenti, vel pręterito, remouens Principem à Gratia concedenda. Secùs, dicunt de causis, quę in futurum contingere possunt, quæ se habent ad esse, & non esse: de illis enim non est curandum: Vt, nõ nocet, in beneficij impetratione, tacere ius, quod posset aduersarius consequi, me non impetrante. Ita Felin. *cap in nostra num.* 15: *corall. 7. de rescrip.* Cassiod *decis* 16. *num.* 2 *&* 3. *de præbend* Flam. *de signat benef. lib. 6. qu. 2. num.* 85. Sanchez, *lib 8 de Matr disp.* 21. *num.* 26. Merolla, *to 2. de leg disp. 4 capit. 6. num.* 355. & alij.

170 Limitant secundò aliqui Doctores tertiam conclusionem: Nisi taceatur veritas notoria, quam creditur, Principem nouisse: eius enim taciturnitas non inducit subreptionem, vt potè quæ non inducit ignorantiam, ac defectum intentionis. Ita Felin. *cap. in nostra nu.* 15. *coroll. 5. de rescrip.* Nauar. *lib. 3. consil. vtraque editione tit. de feud. cons. 1. num. 2. &* 3. Maschardus, *de probat. concl.* 846 *num.* 10. Reginaldus, *to. 2. lib.* 31. *cap.* 26 *num.* 199. Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 6. num.* 355 *vers. limitatur secundò*, & alij.

171 Limitant tertio aliqui Doctores: Nisi qualitas tacita de iure insit: qualis est reseruatio generalis, in corpore iuris clausa. Ita Decius, *in cap. sedes, in noua editio. num.* 22. *de rescrip* Felin. *capi. in nostra corall. 4. num.* 15. *de rescrip.* Cassiodorius. *decis.* 12. *num.* 8. *de præbend* Maschard. *concl.* 846. *num.* 15. Nauar *loco citato*, Merolla, *loco citato vers. limitatur tertiò*, & alij communitèr.

172 Ex his deducitur primò: Si quis proponat Põtifici, se Votum Religionis emisisse; cum tamen vouerit etiam, se perseueraturum in eadem: tunc Dispensatio erit subreptitia. Quia tacuit qualitatem intrinsecam, tangentem ipsius Voti substan-

stantiam. Ita Nauar *cap. 12 sum. num. 17.* Philiarcus, *de offic. Sacerd tom. 1. par. 2 lib. 3 cap. 20. vers. Idem etiam.* Lopez, *par. 1. cap. 44 in fine.* Rodoriquez *par. 2 sum. cap. 95. concl. 7. num. 7.* Sanchez, *lib. 8. de Mat. disp. 21 num. 23.* Merolla, *to. 2. de leg disp. 4. cap. 6, num. 358.* & alij. Secùs verò, si explicaret, se vouisse Religionem; cum tamen se vouerit, se futurum Religiosum. Quia tunc est valida Dispensatio: quia vtrumque Votum solis verbis differt, & reipsa idem est, ac ad solum ingressum bona fide obligat: Vt, ex communi sententia Doctorum, dicunt Sanchez, *lib. 4 sum. cap. 16. num 83.* Azorius, *lib. 11 cap. 22. quæst. 7.* & Merolla, *vbi supra.* Et ita dic, quandò impetrans Dispensationem Voti, taceat, se illud sæpiùs repetijsse. Ita Suarez, *to. 2 de Relig. Sil 6. de Voto cap. 27. num. 12* Sanchez, *lib. 4 sum. cap. 45. num. 25. & cap. 47. num. 32.* & alij.

173 Secundò: Valida est Dispensatio Irregularitatis, ex homicidio Presbiteri, contracte: quàuis in petitione taceatur, Presbiterum fuisse occisum. Ratio est: quia cum Irregularitas homicidij imposita sit, non tam ob delicti grauitatem (si quidē multò grauioribus delictis, vt blasphemiæ, periurio, &c non sit imposita) quam ob perfectę lenitatis defectū, fuisse Præsbiterum, aut quemcumque alium hominem interfectum, est qualitas omninò extrinseca, & nil ad Irregularitatem faciens. Ita Sanchez, *lib 8 de Matr. disp. 21. num. 22.* Salas, *de leg. disp. 20 sect. 15. num. 122.* Molina, *to. 4 de Iust tract 3 disp 79 numer. 9,* Sanctarellus, *variar. resol par. 1. quæst 62. num. 2.* Pontius, *de Matr. lib. 8 cap. 15 § 4 num. 24* Layman, *in Theolog. moral. lib. 1. tract. 4 cap 22 num 21.* Diana, *par. 1 tract. 10. resol. 38* Bonacina, *de leg disp. 1. quæst. 2. pu 5. num. 20.* Merolla, *tom. 2. de leg. disp. 4 cap. 6. num. 360.* & alij.

Secunda: An omnis expressio falsi vitiet Dispensationes, & alias Gratias?

174 AFfirmat prima opinio: Etiamsi causa, falsò expressa, sit impulsiua. Cuius ratio est: quia litteræ concessionis habent tacitam conditionem, si preces veritati nitantur, *cap. 2. de rescrip.* Cuius signum est: quia Pontifex priùs narrat in suis litteris ea, quæ pars proposuit, & postea subdit: si ita est, dispensa. Ità Panorm. *in cap. postulasti nu. 1 vers. item nota ibi de rescrip.* vbi Imol. *num. 4.* Felin. *num. 1.* Decius, *cap. cum cessante in noua edit. num 7. de Appellat.* Beia, *in suis respons. cas 61. in fine,* & loquens in genere de rescriptis. Cord. *cap. postul. num. 4. notab 8* vbi Barb. *num. 16.* Angelus, *v. rescriptum num 3* vbi Armilla, *num. 2.* Tabiena, *quæst. 3. num 4.* Et loquentes de omni Dispensatione, Panormita *cap. ex parte el 2. num. 8 in fine, de conser. coniug* Bellamera, *decis. 697. cōclus. extra rotam num. 4* Ripa, *leg. ex facto nu. 15. vers. & si replicaueris, ff. de vulgar.* Soccinus, *cons. 77 num 85. vol. 1.* Tiraquel. *de cessat. caus. limit. 1. num. 12. & 14.* Nauar. *cap. 22 sum num 86 vers. quinto. & extrauag de dotis progratia notab. 32. nume. 48. coroll. 4. vers. nec obstat, & capit si quando excep. 3. num. 3 de rescrip. & lib. 1. consil in vtraque edit tit. de constit consil 1. quæst. 19. num 50 & tit. de rescrip. in 1. edit cons. 2. num. 1 in 2. consil. 12 num. 5. & consil. 14 num 3. & lib 4. tit. de cognat. Spirit consil. vlt. num. 42.* Gutierez, *qq canon. lib. 2. cap. 15 num. 41. & seq.* Ludouicus Lopez, *par 1. cap. 196. vol 13. & pu 2. de Ieiun. cap. 112. col. 25 vbi de Matr. cap. vlt. colun. ante penult.* Rodoriquez, *to. 2. qq. Regul. quæst. 46 artic. 6.* & alij.

175 *Secunda* opinio ait: Solius causæ finalis falsa expressione vitiari Dispensationem: nimirum, quando Princeps, ea falsitate non expressa, Gratiam minimè concessisset. Secùs, quando causa, falsò expressa, est impulsiua: vt quia Princeps, ea non expressa, concessisset Gratiam, licèt multo maiori difficultate. Cuius ratio est: quia eamdem libertatem exigit Donatio, ac Gratia, à Principe concessa: cum vtraque à mera Principis voluntate procedat. Immò maiorem postulat Donatio, vt potè, quæ nullam debiti rationē habeat, quam tamen habet aliquo modo Dispensatio, ex iusta causa concessa: sed Donatio, procedens ex causa falsa, simulata, impulsiua, non est irrita; sed tantum vbi falsitas contingit in causa finali: ergò Gratia Principis, procedens à causa impulsiua, valida est. Ita Decius, *in capit. postulasti in noua edit. num 11. notab 4. de rescrip.* Beroius, *in cap super litteras, in secunda lectura numer. 35. de rescrip.* Paris, *cons. 4. num. 25. vol. 4.* Staphill. *de litt grat. tit. de vi, & effectu, claus. in princ. numer. 5.* Couarr. *lib. 1. varar. cap 20. nu 5.* Sanchez, *lib. 8 de Matr. disp. 21. num. 32.* Siluester, *v. rescriptum quæst 6 & 7. initio* Loazes, *de Matrim Reg. Angliæ, dub. 5. à num. 37. 42. 45. & 46.* Henriq. *lib. de Mat. cap. 3 n. 7.* & alii

Quod

176 Quod si in foro externo veritas precum, in Dispensationibus allegata, probetur falsis Testibus: quandò posteà constaret veritas; censenda est Dispensatio irrita V.G. si Pontifex committit Ordinario facultatem dispensandi, sub conditione: si preces veritati nitantur: & falsis Testibus probetur, eas preces esse veras: tūc Dispensatio, ab Ordinario concessa, est irrita, & nulla. Nec obstat, Ordinarium inuenisse, ita esse, ac proindè videatur verificari clausula, in rescripto Pontificis posita: si ita esse inueneris: quia fundatur in falsa præsumptione. Ita Sanchez, *lib* 8. *de Matr. disp.* 21 *num.* 33. Merolla, *to.* 2. *de leg. disp.* 4. *cap.* 6 *num* 368 Petrus Ledesma, *in sum: Sacram vbi de Matr. capit.* 27. *diff. vlt.* Etiàmsi Testes illi formalitèr veri essent: quia scilicèt putabant, se verum testari: quia in reiueritate non verificatur conditio illa: si ita est. Si verò causa allegata, in se vera esset; quamuis falsis Testibus probaretur: quia nimirum, vel testes eam ignorabant, vel credebant, eam esse falsã: valeret vtiquè Dispensatio. Quia causa erat vera in se, & talis iudicata, secundùm allegata, & probata. Ita Sanch. & Merolla, locis citatis.

177 Ex his deducitur primò: Non vitiari Dispensationem ex falsæ causæ expressione, quandò ea verè expressa, facilior esset Dispensatio Vt si impetrans beneficium, narret, id esse Curatum, vel Dignitatem; cum tamèn sit simplex, aut Officium. Quod intelligendum est, quando causa demonstrationis, ea qualitas adiungitur: secùs, si causa taxationis. Prior pars constat, *ex leg falsa ff de condit. & demonstrat. & excogi tua desponsal.* Ex quibus Testibus constat, falsam demostrationem non nocere; quando constat de corpore. At hic cõstat de corpore, impetratum, certũ beneficium vacans; vt supponimus. Posterior autem pars probatur, *ex capit. cui de non Sacerdotali, de prabend. in* 6. vbi deciditur: Mandatum, de conferenda alicui præbenda, *& ex cap. suscep. de rescrip. in* 6. vbi Mandatum datum, de conferendo beneficio, vacante per resignationem, nequit conferri, si vacet per mortem. Cum tamèn in vtroque euentu, vel faciliùs in priori casu, vel saltem æque facilè ac in posteriori, Pontifex concederet. Ita Panormit. *in cap. significante, num* 6. *& seq. de rescrip.* vbi Felin. *num. vlt. vers. vlteriùs tangit* Rebuff. *cap. nulla art.* 2. *post.* 2. *concl. vers. noteris de concess. prabend.* Staphil *de litt. Grat. vbi de forma, & modo impetrand tit. Præterea est dare, à num.* 4. Siluester, *v. Rescriptum quæst* 3. Couarr. *allegata Rotæ decis. lib.* 1. *variar. cap. vlt. nu.* 6. Gutierez, *qq. Canon lib.* 2. *capit.* 15 *num.* 83. & 84. Sanchez, *lib* 8 *de Matr disp.* 21. *num.* 35 Merolla, *to.* 2. *de leg disp.* 4. *cap.* 6 *num.* 369. & alij.

178 Secundò. Quando error committitur in nomine proprio eius, cui impetratur Dispensatio: tunc vitiari Dispensationem, dicunt Gloss. *in cap. significante, de rescrip. in causis positione nat.* 2. & alij. Quia Priuilegium intelligitur iuxtà verba, in supplicatione posita: vt dicunt Iason, *in leg. Gallus, in* 1. *lect* § *idem credendum, nu.* 10. *ff. de lib & posthum.* & alij. At in supplicatione est petita Dispensatio personæ, proprio nomine signatæ: ergo non porrigitur ad eam, quæ id nomen non habet.

179 At dicendum est cum alijs: Non vitiari Dispensationem: sed prodesse illi, cui impetrata est, quamuis in eius nomine proprio erratum est. Ratio est: quia error nominis proprij, quandò constat de corpore, non vitiat scripturam: Vt probatur in simili, *ex leg si quis infundi* 4. *ff. de legat.* 1. ibi: *Si quis infundi vocabulo errauerit, & Cornelium pro Sempronio nominauerit, debebitur Sempronius.* Et meliùs *Instit. de legat.* § *si quis in nomine.* ibi: *Si quis in nomine, cognomine, pronomine, agnomine Legatarij, Testator errauerit, si de persona constat, nihilominus valet legatum. Nomina enim, significandorum hominum gratia, reperta sunt: qui, si alio quolibet modo intelligantur, nihil interest.* Tum *ex cap. significante de rescrip.* Quia ratio decisionis eius Textus est, quod ex nullo adiecto poterat constare de persona, contrà quam est rescriptum impetratum: & ideò, non obstante errore in designatione Diœcesis, valeret vtique, si ex alijs circumstantis de illa persona constaret. Ita Hostiens, *in capit super litteris num.* 12. *de rescrip.* Anton. *in cap. significãte, num.* 9. *de rescrip* vbi Felin. *num.* 1 Milis *in repertorio litt. R. num.* 7. *v. Rescriptum, vers. Rescriptum si contineat.* Pontius, *de Matr. lib.* 8. *cap.* 15, § *vlt num.* 43. Moneta, *de commut. vltim. volunt. cap.* 12 *concla.* 9. *num* 205. Salas, *de leg. disp.* 20 *sect.* 20. *num.* 123. Gutierez, *de Matr. cap.* 89. *num* 8. Sanchez, *lib.* 8. *de Matr. disp.* 21. *num.* 37. Merolla, *to.* 2. *de leg. disp.* 4. *cap.* 6. *nu.* 374. Diana, *par.* 2. *tract.* 10. *resolut.* 36 Layman, *in*

Theo-

Teolog. moral. lib. 1. tract. 4. cap. 32. num. 37. & alij.

180 Tertiò. Quandò erratur Diœcesis, cuius erat is, cui impetratur Dispensatio: vt si dicatur, esse Diœcesis Montis Regalis, cum tamen esset Agrigentinæ: ac proindè commissio facta est Vicario Archiepiscopi Montis Regalis; aliqui dicunt, non posse Vicarium Agrigentinum, eam Dispensationem exequi: quia in hoc casu nō error tantùm in nomine proprio: qualis esset, si diceretur; appellari Vicarium veræ Diœcesis, Petrum, cum appellaretur Ioannes: sed erratum est, afferendo postulantem esse Diœcesis Montis Regalis: ac proindè, virtute, petita est commissio Vicario Montis Regalis. At Pontifex noluit illi committere, cum commissio fuerit inuoluntaria, vt potè, ex errore orta. Et quamuis, si petita esset vero Ordinario Agrigentino, illi committeretur: tamèn illi nec petita est, nec commissa. Ita Sanchez, *lib*, 8 *de Matrim. disp. 21. num. 39.* Moneta, *de commut. vlt volunt. cap. 12. cōclus. 9 num. 206.* Vilalobos, *tom. 1 sum. tr. 2. dub. 43. num. 11. Castro, pa. 1. oper. moral. tract. 3. disp. 6. pu. 16. §. 2. num. 6.* Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 6. num. 377* & alij.

181 Attamèn alij affirmant. Quorum ratio est: quia legitima Pontificis mens est, committere vero Ordinario impetrantis: & quasi materiale est, appellare illum Vicarium Montis Regalis. Cum ergò de corpore constet: nil obstare videtur error nominis. Et confirmatur: quia non minùs est de substantia Gratiæ persona, cui conceditur, quam eius Gratiæ executor: ergò si in illa error non vitiat, vbi constat de corpore: nec vitiabit error in hoc. Ita Sanctarellus, *variar. resolut. par. 1. quæst. 63* Salas, *de leg. disp. 20 sect. 16. nu. 123.* Diana, *par. 2. tract. 10 resol. 33.* Bonacina, *de leg. disp. 1. quæst. 2. pun. 4. numer. 6.* & alij.

182 Quartò. Quotiès in rescripto duæ narrantur causæ copulatiuè, quarum altera est vera, altera falsa: spectandam esse causam, cui nititur rescriptum, nempè, finalem: atque ea existente vera, non obstare alterius falsitatem, *argum. §. si plures instit. de excus. tut.* Cuius ratio est: quia quando plura copulatiuè narrantur, quæ de iure non sunt omnes necessariæ, resoluitur copulatiua illa in disiunctiuam: Vt docent Panorm. & alij, quos sequitur, & refert Maschard. *de probat. cōclus. 325. num. 3.* At cum disiunctiuè narrantur causæ, sufficit alteram esse veram nè rescriptum subreptitium sit: vt expressè habetur, *in cap. inter cæteras, de rescrip* ita Glossa, *in cap. 2. verb. Et perpetuò, de rescrip.* vbi Anton. *num 5.* Imol. *numer. 6.* Ripa, *num. 60.* Felin. *num. 23.* Falent *num 3.* Maschard. *de probat. conclus. 325. num. 8.* Menoch. *cons. 385. num. 1. & 2. vol. 4.* Gutierez, *qq. canon. lib. 2. cap. 15. num. 56.* Nauar. *lib. 5. consil. in 1. edit. tit. de pœnit. & remiss. cons. 20. & in 2. lib. 1. tit. de rescrip. consil. 7. num vnico.* Riminald. *cons. 474. num. 46. & triplici sequenti, vol. 4.* Loazes, *de Matrim. Reg. Angliæ, dub. 5. nu. 40.* Iason. *l. 1. § sed & si mihi, nu. 15. ff. de condit. causa data.* Sanchez, *lib. 8. de Matr. disp. 21. nu. 42.* Merolla, *to. 2 de leg. disp. 4. cap. 6. nu. 382* Baldus, *l. præscripta, num. 28. vers. item in foro C. si contrarius.* Paris. *cons. 30. singula gesta num. 90. & cons. 42. quantum de alteratiuum num. 8. & 9. vol 4.* & alij.

An Clausula, motu proprio, in Dispensationibus, & alijs rescriptis gratiosis apposita, suppleat vitium Subreptionis?

183 Communiter Doctores dicunt primò: Clausula, *motu proprio*, in rescriptis Principis apposita, supplet vitium subreptionis, ex taciturnitate veritatis, necessario explicādæ, consurgens: & per cōsequēs valebit cōcessio. Vt apertè constat *ex cap. si motu proprio, de præb. in 6. & Clem. si Romanus, de præbend.* ibi *si Romanus Pontifex, de beneficio alicui proprio motu prouideat, de beneficijs, quæ obtinet, non habita mentione; prouisionem, seu gratiam huiusmodi fore validam, declaramus*, vbi Glossa, *verb. validam*, ait: quò ad vitium subreptionis. Ratio est: quia cum ea Gratia, ex mera Principis liberalitate procedat; præsumitur fore, vt veritatis cōscius, æquè concederet.

184 Et ita dicendum est, si hæc clausula, motu proprio, apponatur à Legato: vt docet Glossa recepta, *in capit final. super clausul. motu proprio, effect. 29.* Et ita dicunt de inferioribus Superioribus, seu Prælatis. Staphil. *de lit. gratiæ tit. de effect. clausul. motu proprio effect 7. numer. 1.* & Sanchez, *lib. 8. de Matrim. disp. 21 num. 48* Quamuis Rebuff. *sibi contrarius, cap. nulla artic. 1, clausul. 7. de concess. præbend.* asserat: Legatū, & alios Ordinarios non vti clausula motus proprij: & si ea vtantur, nullius esse effectus.

185 Limitant primò aliqui Doctores: Nisi tacea-

taceatur inhabilitas, concernens personam. Vt si beneficium obtenturus, sit Irregularis, vel careat legitima ætate; non supplebit clausula, *motu proprio*, hos defectus. Quia hæc clausula non supplet personę inhabilitatem; nec Dispensationem inducit. Ita Glossa, *in Clem. si Romanus, v. validam, de præbend. & cap. si motu proprio v. ob hoc, eod. tit. in 6.* vbi Ioa. Andr. *num.* 1. Anchard. *num.* 2. Dominic. *num.* 5. *& 6.* Felin. *cap. ad aures num.* 7. *cas.* 1. *de rescrip.* vbi Decius, *in noua edit. num.* 30. Beroius, *num.* 38. Milis, *in repert. lit. G. num.* 3 *verb. Gratia vers. Gratia motu proprio.* Siluester, *v. Rescriptum quæst.* 6. Staphil. *de litt. Gratiæ de vi, & effectu clausularũ in hac clausula, effect.* 5. *num.* 2. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 3. *cas.* 201. *num.* 85. Sanch. *lib.* 8 *de Matrim. disp.* 21. *num.* 49. Merolla, *to.* 2. *de leg. disp.* 4. *cap.* 6. *num.* 390. Alexand. *de neuo cap. quia circà num.* 8. *in fine de consang.* & alij.

186 Limitant secundò alij: Nisi taciturnitas illa ius tertij respiciat. Vt v. g. si sit beneficium iuris patronatus, & hoc taceatur: vel aliquis priùs beneficium impetrasset: tunc enim impetratio secundi, etiam motu proprio obtenta, inualida erit, nisi de primo impetrante fiat mentio. Quia motus proprius, ius in re, vel ad rem alteri quæsitum minimè aufert: vt docent Decius, *consil.* 47 *num* 23 *vol.* 1. & alij. Ita Panormitanus, *in capit. ad aures, num.* 5 *de rescrip.* vbi Felin. *num* 8. Sanch. *d. disp.* 21. *num.* 50. Merolla, *d. cap.* 6 *nu.* 391. & alij.

187 Limitant tertiò aliqui: Nisi qualitas intrinseca beneficio taceatur. Tunc enim non valet Gratia: non ob vitium subreptionis, sed quia non apparet de concedentis voluntate. Ita Panormit. *in capit. ad aures, num.* 5 *de rescrip.* Rebuff. *in concord. tit. de forma mandati Apostolici in clausul. motu proprio, in 9 effectu, quem non operatur.* Menoch. *de arbit. lib.* 2. *cent.* 3. *casu* 201. *num.* 80. Sanchez, *d. disp.* 21. *nu.* 51. Merolla, *d. cap.* 6 *num.* 392. & alij.

188 Secundò: Quotiès Subreptio contingit in falsæ causæ expressione, non supplet clausula, *motu proprio*, hanc Subreptionem. Ratio diuersitatis est, ait Sanch. loco citando: quia, quandò taceatur veritas, ignoratur, an Pontifex benè, vel malè informatus, gratiam motu proprio concesserit: & ideò non potest dici concessa contrà eius mentem: At cum falsa causa exprimitur, cognoscitur animus concedentis, ac vltrà eius intentionem gratia cõparatur. Sed Motus proprius non firmat gratiam contrà cõcedentis intentionem: vt dicunt Io. Andr. *in cap. si motu proprio, num.* 1 *de præbend. in* 6. & alij: ergò Motus proprius non supplet hanc Subreptionẽ. Ità Panormit. *in cap. quia circa num.* 7. *de consang.* vbi Alex. de Neuo. *nu.* 8. Pręposit. *num.* 4. *vers. sed de Dispensatione.* Felinus, *capit. ad aures num.* 9 *cas.* 4. *de rescrip.* vbi Decius, *in noua edit. nu.* 32. Staphil. *de lit. grat. tit. de vi, & effectu clausularum, in claus. motu proprio, effect.* 7 *num.* 3. Siluest. *v. Resciptum quæst.* 7. vbi Armilla, *num.* 4. Tabiena, *quæst.* 5. *nu.* 4. Menoch. *d. cas.* 201. *num.* 84. Sanchez, *lib.* 8. *de Matr. disp.* 21. *num.* 52. Rosella, *v. rescriptum in fine*, & alij.

Quarta: An Subreptio, tacendo veritatem, vel exprimendo veritatem, contingens in una sola rescripti parte, totum vitiet?

VT autem distinctè in hac re procedamus, priùs quæ clariora sunt, ac deindè quæ sunt dubia, examinabimus.

189 Primò. Licèt, *in cap. super litteras de Rescriptis*, de solis iustitiæ litteris loquatur: tamèn Doctores communitèr asserunt, intelligi etiam de litteris Gratiæ: quià si hoc habet verum in litteris contentiosis, fortiùs in gratiosis: cum Subreptio magis vitiet litteras Gratiæ, quam Iustitiæ: nam illæ sunt ipso iure irritæ, hæ autèm ope exceptionis irritandæ: vt dicunt Anton. *in cap. super litteris, num.* 27. *de rescrip.* vbi Panormitan. *num.* 2. *notab.* 1 Felinus, *num.* 5. Barbos. *num.* 25. Gutierez *qq. canon. lib.* 2. *cap.* 15. *nu.* 45. Sanchez, *lib.* 8 *de Mat. disp.* 21. *num.* 54. Barthol. *Soccinus cons.* 164. *num. secund. & cons.* 273. *ad finẽ vol. secund.* Merolla, *to. secund. de leg. disp.* 4 *cap.* 6. *num.* 596. & alij.

190 Secundò: Quandò Subreptio contingit in causa finali totius Rescripti; quià nimirum aùt Rescriptum vnicam, ac indiuisibilem partem continet: aut si duas partes claudat, Subreptio in causa finali vtriusque contingit: atquè adeò illa non existente, nec totum, nec pars Rescripti concederetur: tùnc certum est in vtroq; euentu, litteras esse omninò subreptitias siuè per ignorantiam, siuè per malitiam Subreptio contingerit; tacendo veritatem, aùt exprimendo falsitatem: vt apertè constat, *ex cap. super litteris* ibi, *si verò*

per

per huiusmodi falsitatis expressionem, &c. Ratio est: quia in valore gratiæ considerando, non spectatur impetrantis culpa, aut ignorantia; sed iusta intentio concedentis, a qua vires sumit Gratia: quę deficit, quotiès subreptio est circa causam finalem. Ita Panormitanus, *in capit. super litteris, numer 4. & 6. de rescript.* vbi Felinus, *num. 6.* Decius, *in noua edit. numer. 8. notab. 3* Franc. *capit. si eo tempore numer. 4 de rescrip. in 6.* Bellamera, *decis. 4. nume. 1* Tiraquellus, *trac. cessante causa in princ. numer. 116.* Sanchez, *lib. 8 de Matrimon. disp. 2. numer. 56.* Merolla, *tom. secund. de leg. disp. 4. cap 6. numer. 197.* Bartolomeus Soccinus, *cons. 223. ad finem, & cons. 164. numero secundo volum. secund.* Corneus, *consil. 227 numer. 9 volum secund*, & alii.

191 Et ita dicendum est: quamuis Subreptio non fuisset commissa ab eo, cui Rescriptum impetratur: quia veritatem narrauit, sed ab alio, vt à Curiale, vel Sollicitatore, qui vel falsum expressit, vel veritatem, sibi propositam, tacuit. Quia ratio, tradita numero præcedenti, æquè procedit: siuè ipsemet impetrans commiserit Subreptionem, siuè alius, eo inscio. Probatur etiàm ex Textu, *in capit. si motu proprio de præbend. in 6.* ibi *secus, si, ad petitionem illius, vel alterius pro eo ablatam.* Ita Anchar. *dict. capit. si motu proprio, numer. 3. notab. 2.* vbi Franc. *num. 3.* Decius, *dict. capit. super litteris, in noua edit notab. 3. numer. 9.* Gonduba, *in sum. quæst. 45. opin. 1. part. 1. ratione 1.* Sanchez, *lib 8. de Matrimon disp. 21. numer. 57.* Merolla, *tom. secund de leg. disp. 4. capit. 6. nu. 367 vers. Hinc deducitur*, & alii.

Et quamuis Henriquez, *lib. 12. capit. 3. numer. 7 in fine*, dicat: Curialem, aut Sollicitatorem, vel Scriptorem, qui, vt faciliùs Dispensationem impetrent, mutāt narrationis substantiam, remanere excommunicatos. At hoc non est verum. Quia is motus proprius nullam excommunicationem imponit: sed solùm decernit, vt pœna falsarii plectantur. Ità Rodoriquez, *part. secund sum. in secunda edit. capit. 238. in fine.* Vega, *tom. 1. sum. capit. 88 cas. 4.* Sanchez, *lib. 8. de Matrim. disp. 21. numer. 58.* Merolla, *tom. secund. de leg. disp. 4. capit 6. numer. 397 vers. Curialis autèm*, & alii.

193 Tertiò. Quandò Subreptio per ignorantiam, vel simplicitatem admissa: siuè tacendo veritatem, siuè explicando falsitatem, non fuit causa totius Rescripti, sed partis illius: quià scilicèt, explicata veritate, non concederetur ea Rescripti pars, at reliqua concederentur; non vitiari totum Rescriptum: sed eam solam partem, in qua est Subreptio. Ratio est: quia substantia illius Rescripti, est ipsa iurisdictio: forma autèm accidentalis, est ille procedendi modus specialis, quem Pontifex Delegato concessit. Cum ergò Subreptio absquè dolo contingerit, ac fuerit causa solius formæ accidentalis, quæ à Rescripti substantia potest separari; ipsam solam formam vitiabit. Ita expresè deciditur, *in capit. super litteris de rescrip.* vbi communitèr Canonistæ. Et hoc non solum est verum in Litteris gratiosis, vel beneficialibus: sed etiàm in Priuilegiis, dicunt Felinus, *dict. capit super litteris numer. 3 limit. 3.* Panormitan. ibi *numer. 5. in principio.* Sanchez, *lib. 8. de Matrimon disp. 21. num 64.* Merolla, *d. capit. sexto num. 399.* & alii.

194 Limitant aliqui hoc, quod supra num. 193. diximus: Nisi à negotio, circà quod commissa fuit illa Subreptio non dolosa, dependeant alia negotia tanquam accessoria: tùnc enim, etiamsi in his non sit Subreptio, corruent, pereunte principali. Ità Panormitanus, *capit sedes, numer. 4. de Rescrip.* vbi Felinus, *numer. secund.* Franch *capit. si eo tempore, numer. 4. eodem tit. in 6.* Sanchez, *vbi supra, numer. 63.* & alii.

196 Quartò: Quandò Subreptio fuit per fraudem, vel malitiam, vitiari omninò litteras; quamuis ea non fuerit causa totius Rescripti, sed solius formæ specialis: vt expresè deciditur, *in capit super litteris de rescrip.* Siuè ea Subreptio malitiosa contingerit, falsum exprimendo: siuè verum tacendo; quià in dic. capit. super litteris, de vtraque Subreptione disponitur. Et ita docent Panormitanus, *dict. cap super litteris numer, 1. notab secund.* vbi Imola, *numer. 6.* Barbant. *numer. 24.* *Decius in noua edit. numer. 4.* Sanchez, *lib. 8 de Matrimon disp. 21. numer. 65.* Merolla, *d. cap. 6. num. 400.* & alii.

195 Addunt Sanchez, & Merolla. Quantumuis crassam ignorantiam, & simplicitatem excusare ab hac pœna irritationis totius Rescripti, ratione Subreptionis in altera eius parte: Itaque, vt hæc pœna incurratur, necessarium est, vt impetrans sciens, & prudens, malitioso animo id faciat: quià Textus, dicto *capit. super litteris* expresè petit fraudem, vel malitiam. At

verò, quandò lex malitiam requirit, quælibet ignorantia, etiam crassa, à pœna excusat: vt ait Merolla, *tom. 1. disp. 1. capit. secund. à num.* 228. His præmissis, Quæro;

Primò: An quandò partes Rescripti sunt omninò separatæ, Subreptio malitiosè commissa circa vnam partem, vitiet etiàm alteram?

197 Prima opinio affirmat. Cuius ratio est: quià Textum, *eod. cap. super litteris*, intelligi etiàm, si Rescriptum contineat plura separata: quippè omnia vitiabuntur per Subreptionem dolosam, in altero commissam. Ita Panormitanus, *dic. capit. super litteris num.* 2. vbi Barbos. *num.* 25. Boreius, 1 *lect. à num.* 7.

198 Secunda opinio negat. Quià doctrina supra tradita non intelligitur, quàdò partes eiusdem Rescripti sunt omninò separatæ: sed solùm, quàdò altera gratiæ pars connexionem habet cum altera: quià scilicèt eamdem causam, eumdemque finẽ respiciunt. Tùnc enim solùm Subreptio dolosa in vna parte, vitiabit alteram. Cuius ratio est: quià hæc irritatio est in pœnam delicti, & malitiæ: ergò non est extendenda vltrà casum, in eo Textu expressum: qui est, quandò impetratur vnũ Rescriptum, diuersa continens, quorum vnum connexionem habet cum altero: quià pertinet ad eamdem causam decidendam. Tùm quia, cum diuersæ gratię, absque nulla connexione, in eodem Rescripto conceduntur; sunt, virtute, duo rescripta; ac omninò per accidens, et materialitèr vnum: ergò nil confert Subreptio circà vnam gratiam, ad alterius irritationem. Ita Decius, *d. capit super literas in noua edit notab.* 1 *num.* 7 & 18. Sanchez, *lib.* 8. *de Matrim. disp.* 21. *num* 71. Bonacina, *de leg. disp.* 1. *quæst secund. pun.* 4. *num.* 15. Layman, *in Theolog. moral. lib.* 1. *tract* 4. *capit.* 22. *num.* 25. Merolla, *tom secund. de leg. disp.* 4. *capit.* 6. *num.* 403. Filliuccius, *tract.* 10. *par.* 2. *cap.* 10. *quæs.* 7. & alii.

199 Vndè si in eodem Rescripto impetret quis Dispensationem Voti Castitatis, ac Peregrinationis Hyerosolimitanę, allegatam scientèr falsa causa circà alterum votum, vera autem circà alterum, non vitiari Dispensationem circà vtrumque: sed tantum circa illud, in quo causa falsa fuit. Ratio est: quià sunt Dispensationes omninò separatæ. Secùs verò, si duplicis impedimenti ad Matrimonium contrahendum, Dispensatio in eodem Rescripto obtineretur: vt voti Castitatis, & Consanguineitatis: nam Subreptio dolosa in altero vitiabit totam Dispensationem: quoniam cum sit Rescriptum ad eamdẽ causam, eumdemque finem respiciens, quò ad vtramque partẽ censebitur prorsùs vnum. Ita Decius, *loco citato:* Sanch. *num.* 72. Merolla, *num.* 404. Bonacina, *pun.* 4. *num.* 16. & alii. An hoc sit ipso iure & in foro conscientiæ antè Iudicis sentẽtiam, dicemus in num. 204.

Secundò: An ea Subreptio dolosa, vt totum Rescriptum vitiet, debeat esse circà causam finalem, an potius sufficiat, vt sit circà causam impulsiuam?

200 Prima opinio ait: Satis esse, vt sit circà causam impulsiuam. Cuius ratio est: quia Textus, *d. cap. super litteris*, de Rescriptis loquens, & de exprimente falsitatem, vel suprimente veritatem per fraudem, indistinctè decidit: nullum ex eis litteris, posse impetrantem commodum assequi. At postea agens de eo, qui id fecit per ignorantiam, distinguit: an talis sit causa, circà quam fuit Subreptio, vt eà non tacita, sed verè expressa, adhuc literæ concederentur: & tùnc dicit, valere, quo ad eam partem, quæ cõcedenda foret. Secùs, si talis sit causa, vt illa verè expressa, nullatenùs litteræ concederentur. Ergò in priori parte indistinctè intelligitur Textus: siuè causa sit finalis, siuè solũ impulsiua. Aliàs nullum esset discrimen intèr vtrumque casum. Ita Glossa, *in d. cap. super literis v nullatenùs*, vbi Innoc. *in principio.* Ioa. Andr. *num.* 12 Imola, *nu.* 5 Barbato, *num.* 24. Decius, *in capit. sedes, in noua edit nume.* 14. *notab.* 4. *de Rescrip.* Siluest. *v. Rescriptum quæst.* 6. & 7. Cord. *in sum. quæst.* 45. *opin.* 1 *par.* 1. *ante* 3. *rationem.* Guttier. *qq. canon lib.* 2 *cap.* 15. *n* 134.

201 Quamuìs hæc opinio sit probabilis, dicunt citandi Doctores, supposita opinione, n. 158. & 174. relata, quæ dicebat: taciturnitatem causę impulsiuę, vel eius falsã expressionẽ vitiare gratiã: Nihilhominùs retenta sententia, de qua supra n. 160 & 175. & seq dicẽte: solam Subreptionem circà causam finalẽ, illam vitiare: Dicẽdũ est, quantumuis malitia, & dolus adsit, in tacenda veritate, vel exprimenda falsitate solius causæ impulsiuæ totius, vel partis Rescripti, nihil ipsius vitiari. Et ità intelligitur, *dicto capite. super litte-*

litteris: quandò solùm Dispensationes, & cętera Rescripta subreptitia censentur; quandò siuè ignorantèr, siuè dolo, est taciturnitas veri, siuè expressio falsi in causa finali. Et tùnc, si ea Subreptio, tacendo verum, siuè exprimendo falsum, contingat in causa finali totius Rescripti; & ità totum Rescriptum afficit; vitiabit totum: siuè per fraudem, siuè per ignorantiam contingat. Si verò accidat circà solam Rescripti partem; tùnc distinguendū est: si per ignorantiam, sola pars Rescripti, quæ ea Subreptione afficitur, vitiabitur: Si autèm per malitiam, vitiabitur totum: vt ait Merolla, *num 366. & sequ.* vbi allegantur plures causæ: nam quandò solum vna allegatur; nihil refert, an sit finalis, vel impulsiua: vt ibi explicauit dictus Auctor. Quarè differentia, quam Textus *in d. cap. supèr litteris,* constituit, cui innititur contraria sententia, vbi absolutè, & indistinctè loquitur Textus, quandò ad fuit dolus: & quandò ignorantèr, cum distinctione, an litteræ concederentur, nec ne: eo solum pertinet, vt quando adest fraus circà causam finalem partis Rescripti, vitietur indistinctè, & omninò Rescriptum: tam quò ad partem inutilem: idest, quę seclusa ea subreptione, litterę nō cōcederentur: quā quò ad alteram vtilē: idèst, alias concedendas. At quandò fuit ex ignorantia, pars sola inutilis vitiatur. Ità Beroius, *in cap. supèr litteris de rescrip. in secund. lect. num.* 53. Sanchez, *lib.* 8. *de Matr. disp.* 21. *num.* 74. Merolla, *to. secund. de leg. disp.* 4. *cap.* 6. *num.* 406.

Tertiò: An Subreptio hæc dolosa, siuè falsum exprimendo, siuè verum tacendo, vitiet ipso iure, tam Rescripta Gratiæ, quàm etiam Iustitiæ?

202 PRima opinio ait: Quamuìs huiusmodi litterę non irritentur ipso iure ob Subreptionem; nihilominùs quandò subreptio fuit dolosa, dicendæ sunt ipso iure nullæ. Ratio istius opinionis probatur, *ex cap. sedes in fine, de rescrip. & leg. & si legibus C. si contrà ius, dicitur:* Hunc mendacem Impetratorem debere pœnitùs carere impetratis. At dictio, *pœnitùs,* importat ipso iure, *arg. capit. fin. de pœnit.* & docent Tiraquell. *l. si vnquàm v. Reuertatur num.* 105. *vers. vigesimo sexto C. de reuocat. donat.* & alii. Tum quià *in capit. supèr litteris, de rescrip.* dicitur: Nullum ex illis litteris commodum consequendum. Ac dictio, *Nullus,* ob negationem vniuersalem, in ea inclusam, denotat ipso iure: vt docent Glossa, *in cap. intonuit, v. nullam de elect.* Tiraquellus, *d. v. Reuertatur, numer.* 242. *vers. septuag. sext. fallit.*

203 Secùnda opinio ait: Non vitiari litteras Iustitiæ ipso iure, siuè quò ad partem subreptitiam, siuè quò ad non subreptitiam: sed ope exceptionis, vtramque partem irritādam esse, ratione illius dolosę Subreptionis. Cuius ratio est: quià *in d. cap. super litteris, de rescrip.* dicitur: Iudicem, datum in his litteris dolosis, nō posse cognoscere de causa, sibi commissa post quam sibi facta fuerit fides de impetrantis dolo: ergò antè fidem, sibi factam potest cognoscere: ac proindè processus anteà factus, erit validus. Ità Glossa, *d. cap. supèr litteris v. Nullatenùs,* vbi Beroius, *in lect.* 1. *num.* 25. Sanchez, *lib.* 8 *de Matr. disp.* 21. *num.* 76. Merolla, *to. secund. de leg. disp.* 4. *cap.* 6. *num.* 409. & alii.

204 Dispensationes, & ceteræ gratiæ non irritari ipso iure, & in foro conscientiæ, quò ad eam partem, in qua non fuit Subreptio: sed necessariam esse Iudicis sententiam, docent Sanchez, *lib.* 8 *de Matr. disp.* 23. *num.* 78. Merolla, *to. secund. de leg. disp.* 4 *cap.* 6 *num.* 212. & alii. Quorum ratio est: quià Textus, *d. capit. supèr litteris,* non decidit, ratione Subreptionis dolosę in altera Gratię parte, reddi quoque alteram Subreptionem: Vt, vel sic per necessariam consequentiam deducatur, alteram partem fore ipso iure in vtroque foro irritatam: sed tantùm decidit, debere impetrātem carere alterius partis commodo, quæ aliàs verìs erat, & non quodcumque decidit, debere eo commodo carere: sed in doli pœnam. Ergò non est, cur ea irritatio sequatur naturam litterarum Gratiæ subreptitiarum: sed debet sequi naturam pœnæ: quæ est, vt non incurratur ipso iure; sed post Iudicis sententiam: Vbi contrarium non inuenitur expressè in iure decisum.

An taciturnitas prioris Dispensationis obtenta, reddat posteriorem inualidam?

Dub. 19.

205 DVo sunt certa apud Doctores. Primum: quandò Dispensatio non additur Dispensationi, sed est executio Dispensationis, iā factæ; non esse opus prioris Dispensationis mentione. Vt si cum Homicida dispēsatum sit, ad beneficium

obtinendum: non tenetur, dum postea beneficium impetrat, defectus illius, aut Dispensationis mentionem facere: quia iam in illo dispensatum secum fuit. Neque nunc Dispensationem aliquam impetrat, sed priorem exequitur, recipiens beneficium. Ita Io. Andr. *in cap. secund. de fil Praesbit. in 6. num. secund.* vbi Anhar. *num. vnico notab. 3* Domin. *num. 7* Franc. *num. 5* Panormitan. *in cap. penult. num. 14 de praescrip.* Rebuff. *in prax. benef. titul. de disp. in fine.* Merolla, *to. secund. de leg. disp. 4. cap. 6. dub. 26. num. 415.* & alii.

206 Secundum. Quando inter priorem & posteriorem Dispensationem, nulla est dissonantia, sed sunt super rebus diuersis: non esse necessariam mentionem prioris in posteriori. Vt v.g. Subdiaconus, cum quo dispensatum est in Horis Canonicis: si deinde petat Dispensationem, ad contrahendum Matrimonium, non tenetur in posteriori hac Dispensatione, mentionem prioris facere. Ratio est: quia nullo iure cauetur, vt fiat mentio talis Dispensationis: neque ex natura rei necessaria est: Nam illa taciturnitas per se non causat inuoluntarium in concedente, vt videtur ex se manifestum: quia sunt Dispensationes super diuersis. Ita Panorm. *in cap. penult. num. 13. de praescrip.* Nauarr. *lib. 5. concil. in 2. edit. tit. de priuileg. consil. 12. num. secund. & in secund. tit. de consang. consil. 8. in fine.* Petrus Ledesma, *sum. Sacr. vbi de Matr. cap. 27. post. 7. concl. dub. 3.* Rodoriquez, *pa. 1. sum. in secund. edit. cap. 238. n. 4.* Sãch. *lib. 8. de Mat. disp. 22. n. 4.* Suar. *lib. 6. de leg. cap. 22. n. 2.* Merol. *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 6. num. 415. vers. secundum est:* & alii.

207 Quando vero prior, & posterior Dispensatio sunt circa eamdem rem: ac inter vtramque est dissonantia, & partialis quaedam contrarietas; eo quod posterior Dispẽsatio extẽdit effectũ prioris circa idẽ vinculũ, seu defectũ tollendum. Vt si prior Dispẽsatio cũ moderatione quadã concessa sit; posterior vero conceditur absolute, & absque illa moderatione: tũc posterior Subreptitia censetur, si prioris mentio Principi non fit, dicunt multi Iurisperiti. Ratio istorum deducitur, *ex cap. secund. de filijs Praesb. in 6.* vbi deciditur: Subreptitiam fore Dispensationem, à Sede Apostolica impetratam, vt illegitimus obtineat plura beneficia; si prius ad vnum dispensatum secum fit: nec in posteriori Dispensatione mentionem illius defectus faciat. Et redditur ibi ratio: quia si Pontifex prioris Dispensationis esset conscius, verisimile est, eum non fore cõcessurum posteriorem. Tum *ex cap. postul. de praescrip.* Vbi iudicatur subreptitium Priuilegium, recipiendi sacramenta, à quouis Antistite, absolute concessum cuidam Abbati; non facta mentione alterius Priuilegii, prius eidem Abbati concessi, non ita ample: sed cum restrictione hac: si proprius Antistes ministrare nollet. Ita Gloss. *in cap. secund. de fil. Praesbit. in 6. post casus positionem notab. 1.* Ioan. Monac. ibi *in princ.* & Decius, *consil. 695. incip. visa donatione numer. 32. & 33.* Paris. *cons. 74. à nu. 56. vol. 4.* Rebuff. *in concord. in forma mand. Apostoli super verbo Dispensationum, & in prax. benef. tit. de Dispens. super defect. natal. num. 59.* Couarr. *lib. 1. variar. cap. 20. num. 8. vers. quarto in fine.* Menoch. *de arbit. lib. secund. cent. 3. cas. 201. num. 39.* Molina, *lib. secund. de primog. cap. 4. à num. 50.* Gutierez, *qq. canon. lib. secund. cap. 15. num. 91.* Tusch. *to. secund. litt. D. concl. 460.* & alij.

208 Alii vero dicunt: Non esse opus, mentionem facere prioris Dispẽsationis. Probant: quia *in cap. secund. de fil. Praesbit. in 6.* non probat opinionem primae sententiae: quia in eo non dicitur prioris Dispẽsationis mentionem esse faciendam, sed solum prioris defectus: eo quod in illo non sit prius plene dispensatum, sed tantum, quo ad vnum beneficium obtinendum: vt clare constat ex illis verbis Textus. *Dispensationem aliam, tacito praedicto defectu, postmodum obtinent.* Iunctis verbis praecedentibus, ibi: *Si is, cum quo fuit per Sedem Apostolicam dispensatum, vt non obstante defectu natalium.* Vnde Domin. *ibi num. 7.* & Franc. *num. secund. notab. 3* dicunt: In secunda Dispensatione, addita primae, non esse necessarium de prima mentionem facere, sed de primo defectu: ac proinde, si declarando, se esse illegitimum, peteret Dispensationem secundam, nulla facta mentione primae, valida esset Dispensatio: quia ille impleret quidquid ex vi verborum illius Textus, ad non committendam subreptionem, necessarium est. Adde, quod esto ille Textus peteret Dispensationis mentionem: tamen loquitur in casu speciali: quando, scilicet, cum illegitimo dispensatur ad duo beneficia, tacita priori Dispensatione ad vnicum: nam difficilius vtrumque simul, quam vtrumuis seorsum concederetur: ergo non est extendendus

ad

ad alias Dispensationes. Tum, quia *in cap.penult. de prascrip.* cui etiam prima opinio innititur, illa non probat: nam loquitur in casu speciali, nempè, quādò per posterius Priuilegium derogatur iuri proprij Episcopi: cuius est, omnia Sacramenta suis subditis conferre. Quod ius partim seruabatur inuiolatum in priori Priuilegio, vt potè, quod solùm concedebat, ab illo recipere, quādò proprius ministrare nollet. At posterius absolutè cōcedebat, ab alio recipere. Et ità in hoc casu intelligunt eum Textum Innoc. *ibi num.* 4. Io. Andr. *num.* 14. Hostiens. *nu.* 7. Anton. *num.* 20. Baldus, *num.* 10. Anchar. *num.* 8. Quarè, cum Textum ad alias Dispensationes, iuri tertii non derogantes, trahere, est rationi dissonans.

An Dispensatio in vno vinculo, tacitis aliis, obtenta, subreptitia sit? Dub. 10.

209 Prima opinio ait: Esse irritam, & subreptitiam Dispensationem vnius impedimenti, quandò occultantur alia, quę erant coniuncta cum illo. Cuius ratio est: quià vt Dispensatio legitimè obtineatur: necessarium esse, proponi Principi totū vinculum dissoluendum, secundùm totā grauitatem, quę intrinsicè potest, Dispensationem difficiliorem reddere. Vnum autem impedimentum censetur moralitèr habere maiorem grauitatem in illo genere, quādo tā est coniunctū alijs, quā solitariè sumptum: ergò, &c. Minor probatur: quià impedimenta simùl iuncta, sinè dubio reddunt personam minus dignam Dispensatione, etiam in singulis; vndè etiam simùl proposita, magis auertunt animum Principis, ad habilitandum talem personam, ad effectum, ad quem Dispensatio impetratur (vt experientia ipsa docet) & per se videtur prudentiæ consentaneum. Vndè in remissione pœnarum, cùm in aliqua persona plura sunt atrociora delicta, singula difficiliùs remittuntur in humano Iudicio. Ita loquuntur de impedimentis Matrimonij Panormit. *in cap. non debet, de consang. & affin. num.* 12. vbi Alex. de Neuo, *num.* 13. Præpositus, *num.* 18. Siluester, *v. Matrimonium* 8 *quæst* 14. *dict.* 3. Henriquez, *lib.* 12. *de Sacram. cap.* 3. *num.* 8. Couarr. 4. *Decret. secund. part. cap* 6 *§.* 4. *num.* 11. Petrus Ledesma, *de Matrim. quæst.* 56. *arti. secund. dub.* 1. *in solut. ad secund.* Lopez, *de Matr. Reg. Angel. dub.* 10. *num.* 32. Sanchez, *lib.* 8.
ni

disp. 23. *num. secund.* Menoch. *de arbit. lib. secund. cent.* 3. *cas.* 203. *num.* 12. Et pro hac opinione facit etiam Baldus, *in leg. si non lex, in principio ff. de hered. instit.* Vbi ait: non valere litteras, si per eas remoueantur certa obstantia, non tamèn omnia.

210 Secunda opinio ait: Talem Dispensationem esse validam, quantùm ad effectum, ad quem impetratur. Vt si quis habeat duas Irregularitates ad Ordines, v. g. Illegitimitatis, & Bigamię: petat Dispēsationem vnius, tacita alia. Concessa Dispensatione, tolletur Irregularitas vna, remanente alia, ratione cuius non sufficiet illa Dispensatio: nisi addatur alia de altera Irregularitate. Simile exemplum facilè potest poni de duobus impedimētis Matrimonij. Cuius ratio est: quià potest tolli vnum impedimentum sine alio, sicùt potest esse: ergò ex hac parte non repugnat, talem Dispensationem esse validam, & habere suum effectum. Nèc ratio Subreptionis: quià nulla est lex, quæ præcipiat expressionem plurium defectuum, vt tollatur vnus. Nec ex natura rei est necessarium: quià, vt Princeps habeat iustam, & efficacem volūtatem, tollendi aliquem defectum, vel vinculum; satis est, vt illud perfectè narretur, cum causa sufficiente ad Dispensationem. Hoc autèm totum sufficientèr narrari potest, explicando vnum impedimentum, sinè alijs. Et confirmatur: quià valet impetratio Absolutionis ab vna excommunicatione, non facta mentione de alijs, quibus idèmet ligatur: vt docet Glossa, communitèr recepta, *in cap. ex parte. v. Redire de affin. ordin.* Ergò valida erit Dispensatio vnius impedimenti, tacitis alijs. Ita Ioa. Andr. *in arbor. affinit. § secund. num.* 5. & *habetur, to.* 9. *tract. de nouior.* Nouarr. *cons.* 6. *de rescrip. & consil.* 7. & 8. *de consang. & & affinit.* Couarr. *qq. pract. quæst.* 737. *num.* 27. Rodoriquez, *par.* 1. *sum. in secund. edit. cap.* 238. *num.* 5. & *in prima edit. capit.* 182. *concl. secund.* Vega, *to. secund. sum. cap.* 34. *cas.* 97. *ad finem.* Emanuel Sa, *v. Dispensatio num.* 16. & alij.

211 Quamuis prima opinio sit probabilior in impedimentis Matrimonij, nihilominus nō potest idem generalitèr dici de omnibus alijs Dispensationibus, & vinculis. Vt patet exemplo Dispensationum in Irregularitatibus, & alijs inhabilitatibus, ac pœnis: nam potest quis obtinere Dispensationem vnius Irregularitatis, vel Inhabilitatis, tacitis alijs: pręsertim, quan-

quandò Irregularitates sunt omninò disparatæ, & vna aliam non aggrauat, v. g. esse illegitimum, & bigamum. Et prætèr Doctores, num. 250. alligatos, docet *Suarez, lib. 6. de leg. cap. 24 à num. 4. Salas, de leg. disp. 20. sect. 15. in fine.* Bonacina, *de leg. disp. 1. quæst. secund par. 9. num. 1.* Riccius, *tom. 4. prax. resol* 524. Merolla, *to. secund. de leg. disp. 4. cap. 6 num.* 452. & alij.

212 Datur etiam casus, vt in impedimentis Matrimonij, possit quis validè obtinere Dispensationem vnius, tacito alio: vt patet in Dispensatione voti Castitatis. Ratio est: quià in hoc casu Dispensatio voti petitur tantùm, vt vouens sit licitè ineundi Matrimonij capax. Sed ad hoc nullum aliud impedimentum est, nisi solum Voti: ergò eius solius mentio faciēda est. Ita Sanchez. *lib. 8 de Matr. cap. 17. num.* 24. Ferd. Castro, *part. 1. oper. moral. tract. 3 disp. 6. pu. 16. §. 4. num.* 12. Merolla, *to. secund de leg. disp. 4. capit. 6. num.* 454. & alij. Etiam si habens tale votum, habeat intentionem, ducendi consanguineam, obtinendo posteà aliam *Dispensationem*: quià hoc accidentarium est, & Dispensatio voti per se non ordinatur ad tale Matrimonium cum consanguinea: sed generalitèr, vt liceat vsus coniugalis, quem votum Castitatis impediat. Secùs verò esset, si ligatus voto Castitatis, vellet, nōdum ablato per Dispensationem voto, impetrare à Pontifice Dispensationem, ad ducendam consanguineam: quià hic tenetur in eadē petitione explicare Pontifici id votum, cum alio impedimento consanguineitatis: & eo tacito, Dispensationem impedimenti consanguineitatis fore subreptitiam: vt benè inquiunt Doctores citati.

213 Vndè Dispensatio vnius vinculi, sinè expressione alterius, valet: dummodò quod grauitas vnius, non possit satis, sinè alia explicari. Vt si quis plura homicidia commisit: si vno tantùm narrato, velit Dispensationem vnius Irregularitatis obtinere, nihil faciet: quià, licèt illæ censeantur Irregularitates, numerò diuersæ: tamèn moralitèr, quasi efficiunt vnam grauiorem: vel certè nulla illarum satis explicatur sinè alia. Ita Merolla, *to. secund. de leg. disp. 4. capit. 6. num.* 460.

(:+:)

An Dispensatio, vel alia licentia concessa, prosit extra Territorium concedentis?

Dub. 21.

CAsus hic est: Episcopus dispensat cum suo subdito ex iusta causa, vt possit in diebus festiuis exercere opera seruilia: vel dat ei licentiam, ad legendos libros prohibitos. Quæritur: Vtrum possit is, hac facultate vti extra Diœcesim, seu Territorium Episcopi?

214 Communitèr dicunt: Posse aliquem, *Dispensatione*, vel alia licentia, sibi concessa à suo particulari *Principe*, aut *Prælato*, licitè vti in alieno Territorio; quandò actus, nequè iure cōmmuni, nequè particulari illius loci est prohibitus; nec pendens à speciali licentia Superioris talis loci.

215 Quandò verò actus, pro quo datur Dispensatio, aut licentia, est prohibitus iure communi, vel per proprium statutum, aut consuetudinem illius Territorii: vel saltèm est dependens à voluntate talis Superioris; tunc Dispensatio, data ab vno Episcopo, & respectiuè, à quocumq; particulari Principe, dispensando in aliquo speciali iure sui Territorij; non potest valere, ad operandum in alieno aliquid, in eo prohibitum per simile speciale statutum illius loci: docent *Suarez, lib. 8. de leg. cap. 26. num. 7.* Salas, *de leg disp. 17. sect. 10. num. 54.* Bonacina, *de leg. disp. 1. quæst. 1. pun. 6. num. 4.* Ferdin. Castro, *in opere moral par. 1. tract. 3. disp. 4. num. 6.* Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. capit. 6 dub. 28. nume.* 461. & alij. Quorum ratio est: quià Peregrini, dum versantur in alieno Territorio, tenentur, ad seruanda statuta, & consuetudines illius loci, in quo adsunt: quandò sunt communia toti populo, vel personis omnibus eiusdem conditionis, vel status: ergò, licèt aliquis in proprio Episcopatu, seu Territorio sit dispensatus ad similem actum, sibi prohibitum per suum Episcopum; non poterit vti illa Dispensatione in altero Episcopatu. Probatur consequētia: quià Priuilegiū, seu Dispēsatio vnius Episcopi, non potest derogare præcepto alterius Episcopi, vel illius iurisdictioni: At illa obligatio prouenit ex alieno præcepto, & ex iurisdictione alterius Episcopi: ergò talis *Dispensatio*, vel Priuilegium non potest præualere contra illam. Sed Bonacina in hoc non sibi ipsi constat, cū teneat: Aduenas, & *Peregrinos* non teneri, seruare leges alieni Territorij, dum

in

in eo versantur, vt retuli in tract. 1. *cap. 5. dub. 6. num. 57.*

216 Vndè primò, secundum hanc opinionem: Non potest aliquis, vti Priuilegio, legendi libros, sibi concesso à supremo Senatu vnius Territorij, in alieno Territorio, vbi est speciale statutum, circà prohibitionem librorum, latum à supremis Prælatis illius Territorij. *Ita* Suarez, *lib. 8. de leg. cap. 26. num. 8.* Portella, *in dub. regul. v. librorum probibitio, num. 4.* Bonacina, *de leg. disp. 1. quæst. 3 pu. 6. num. 4.* Ferdin. Castro, *in opere moral par. 1. tract. 3. disp. 4. pu. 6. num. 6.* Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 6. num. 463.* & alij.

217 Secundò. Licèt Sacerdos habeat licentiam, seù Priuilegium, faciendi Sacrũ, & ministrandi Sacramenta in toto suo Episcopatu; non poterit tamen, facere Sacrum in alieno Episcopatu, sinè licentia Episcopi loci, vel qui eius vicem gerit: & multò minùs poterit ministrare Sacramẽta. Ratio est: quià priuata Iurisdictio nõ extenditur ad alienum Territorium: ergò Priuilegium particulare, tollens prohibitionem, cum particulari respectu ad vnum locum, vel Territorium, non potest in alio valere. Ita Merolla, *tom. 2. de leg. disp. 4. cap. 6. num. 464.*

218 Quandò actus est prohibitus iure cõmuni, & non particulari statuto alterius Territorii; Dispensatus à suo Episcopo circà talem actum, potest licitè vti Dispẽsatione extrà Territorium: nisi fortè ex speciali ratione contingat, Dispensationem illam ad locum limitari. Ex quò infertur: licèt, habere plura beneficia, sit prohibitum iure communi, & Legatus Pontificis non possit dispensare cum non suis subditis, ad habendum plura beneficia: nihilominùs, si cum homine sui Territorii Legatus dispenset ad plura beneficia; vtique illa obtinere poterit extrà Territorium Legationis. Quia habilitas illa, ad plura beneficia obtinenda, cum persona incedit. Et ità dic de illo, qui erat impeditus, ad petendum debitum propter votum Castitatis, vel propter aliquam affinitatem, per illicitam copulam contractam: si enim sit dispensatus à suo Episcopo, ad petẽdum debitum, poterit vtiquè illud petere. Et ita dic de dispensato in Irregularitate: quia per Dispensationem sublata fuit à persona inhabilitas seù impedimentum: ideò pro quocumq; loco libera manet. Ita Probus. *in cap. officij de offic. Legat. in 6.* Rebuff. *in concord. tit. forma mandati Apostolici v. dispensatione* Sanchez, *lib. 8. de Matr. disp. 31. num 17.* Innocent. *cap. per venerabilem num. 3 qui filij sint legit.* vbi Io. Andr. *nu. 6.* Cardin. *num. 10. quæst. 2.* Azorius, *lib. 5. cap. 23. quæst. 6.* Suarez, *lib. 8. de leg. cap. 26. num. 12.* Gutierez, *de Matrim cap. 127. in fine.* Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 6. num. 465.* & alii.

219 Ille verò, cui data est facultas, vescendi lacticiniis in Quadragesima, ob inopiã olei, aut Piscium, ob distantiam maris: nõ potest tali Priuilegio vti in aliena regione, vbi copia Piscium adest: Quia hoc est Priuilegium personale, cum determinatione loci concessum. Si verò Priuilegiũ sit tantummodò personale: vt si concessum sit ob causam, seù necessitatem ipsius priuilegiati, potest tunc priuilegiatus vesci lacticiniis, etiam extrà territorium concedentis. Ita Nauarr. *de Priuileg. cõs. 16.* Salas, *de leg. disp. 17. sect. 10. num. 54.* Bonacina, *de leg. disp. 1. quæst. 3. pun. 6. num. 4.* Merolla, *to. 2. de leg. disp. 2. cap. 6. dub. 28. n. 466.* & alii.

An Dispensatio impetrari possit, absquè mandato eius, cui impetratur?

Dub. 22.

220 COmmunitèr Doctores dicunt: Litteras ad beneficia posse impetrari absquè mãdato speciali, vel generali eius cui beneficium impetratur: vt patet, *ex cap. si motu proprio de præbend. in 6. ibi Secùs, si ad petitionem illius, vel alterius pro eadem.* Tùm etiàm *ex cap. nõ nulli § sunt & alij de rescrip.* Ibi enim, tanquam quid speciale decernitur, litteras ad lites impetrari non posse, absque speciali mandato. Quod factum est, causa litium vitandarum: quæ ratio in litteris ad beneficia cessat. Ita Glossa, *d. cap non nulli, § sunt, & alij: v. Sinè speciali ad finem,* vbi Panormitan. *num. 1.* Felin. *num. 46.* Imola, *cap. ad aures num. 3. de rescrip.* vbi Ripa, *num. 48.* Decius, *in fine* Domin. *d. cap. si motu proprio num. 2.* Nauarr. *in cap. si quandò, prælud. 1. num. 2. de rescrip.* Sanchez, *lib. 8. de Matrim disp. 6. num. 1.* Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 6. num. 471.* & alii.

221 Ad acceptandum tamèn beneficium, alteri impetratum; desideratur speciale mandatum eius, cui acquiritur: docent Sanchez, *in num. secund.* Merolla, *vbi supra,* & Felinus, *cap. non nulli, § sunt & alij, num. 46. de rescrip.* qui subdit, *in num. 21,* quod

quod ad acceptandum beneficiũ, non requiritur, vt mandatum sit speciale, ad acceptandum tale beneficium in specie: sed sufficere mandatum, ad acceptandum quæcumque beneficia. Licèt ad resignãdum aliquod beneficium, necessarium sit mandatum specialissimum, ad resignandum tale beneficium in particulari. Ratio est: quia acceptatio beneficii est fauorabilis, resignatio verò odiosa.

222 Ad impetrandum verò Dispensationem, & alia Priuilegia, quidam censent, speciale mandatum eius, cui impetratur, desiderari. Probatur hæc opinio, *ex cap. intonuit de elect.* Vbi petita est à Pontifice Dispensatio ad confirmandam electionẽ cuiusdam Illegitimi, quæ irrita fuerit: tamèn ait Textus. *Cum non ad postulandam Dispensationem, sed ad petendam confirmationem ipsius fuerint Nuntij destinati, ad præsens non diximus admittendam.* Tùm quià regulariter nemo potest agere pro alio, sinè eius mandato, *ff & C. de procurat tot. tit.* Ita Speculator, *tit de Procuratore § Ratione igitur, num 5 vers. 21. & num. 6 vers 24.* Panormit. *in cap. intonuit num. 10 de elect.* Baldus, *in leg illud, §. si tale, n. 1. ff. de minor.* Corset. *in suis singular v. Mandatum in principio* Hostiens. *cap. suscit num. 3. de in integrum rest.* vbi Panor. *num. 5.* Card *num. 2. oppos. 7.* & alii.

223 Dicendum est tamèn cum aliis: Posse validè impetrari Dispensationem, vel Priuilegium, absquè vllo mandato; nèc speciali, nèc generali eius, cui impetratur. Quorum ratio deducitur, *ex leg. vniuersi 6. C de precib. Imper offeren.* quæ decidit: Non referre, à quò impetratum sit Priuilegium; dummodò à Principe concessum sit. Tùm ex rationibus, quibus id probatur in num. 221. de impetratione beneficii: quià militant in omnibus Priuilegiis, gratiis, & dispensationibus. Ita Rebuffus *in prax. benef titul. de differentia inter rescripta gratiæ, & iustitiæ, num. 16. & tit. de dispens. num. 13* Nauarr. *lib. 5 consil tit. de Priuileg. in 1. edit. cons. 4 à num 4 & in 2. lib. 1. tit de rescrip. cons 2. num. 2 & sequ. & cons. 3. in fine.* Emanuel Sa, *v Gratia, num. 23* Sanchez, *lib. 8. de Matr. disp. 26 num. 4.* Suarez, *lib. 6. de leg. cap 13. num. 6* Merolla, *to. 2. de leg. disp 4 cap 6 num. 474.* Salas, *de leg. disp. 20 sect. 14.* & alii.

224 Non tamèn Dispensatio prodest ignoranti, nisi ab ipso acceptetur: vel ab alio, habente speciale eius mandatum: vt benè Sanchez, *in lib. 3. de Matri. disp. 36. & lib. 8 disp 27 num 5* & Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 6. num 474. in fine, & to. 3. disp. 6 cap. 6 dub 4.*

An si impetrans Dispensationem, si illi renuntiet, possit ampliùs ea vti? Dub. 23.

225 Affirmatiuè respondent præcitandi Doctores: dummodò, quod renũtiatio non fuerit acceptata à Superiore. Quorum ratio est: quià subditus per propositum non vtendi Dispensatione, aùt per renuntiationem, non dum acceptatã à Superiore, non abducit à se ius Dispensationis: Nec ob id Dispensatio vices suas amittit: ergò qui Dispensationem obtinuit, poterit renuntiare voluntatem, & voti dispensationèm. Tùm quia, res, per quas nascitur, per easdem dissoluitur, *ca. 1. de reg. iur. in 6.* Sed ad concessionem Dispensationis, & Priuilegii requiritur voluntas concedentis, & dispensantis: ergò ad eius dissolutionem requiritur voluntas vtriusque. Ergò qui proposuit, non vti Dispensatione, aut renuntiauit, potest adhùc ea vti; cum non adsit voluntas dispensantis, ac acceptantis renuntiationẽ. Ita Suarez, *de leg. lib. 6. cap. 20 nu 8. & cap. 23 ad finem* Bonacina, *de leg disp 1 quæst. 2. pu. 10 §. 2. num 5.* Salas, *de leg. disp. 20 sec. 19. num. 128* Merolla, *to 2 de leg. disp. 4. cap. 6. num. 479* Sanchez, *lib 8 de Matr. disp. 32 num. 2*, Loares, *de Matr. Reg. Angl. dub. 12 num. 28.* & alii.

226 Limitant hanc communem sententiam aliqui: Nisi Dispensatio esset circa Votum, vel Iuramentum. Quarè, si Dispensationẽ, semel perfectè concessá, is, cui conceditur, renuntiaret, etiam solo actu interno; non posset ampliùs ea vti: sed teneretur ad prius Votum, vel Iuramentum. Quorum ratio est: quia certa vincula non potest sibi imponere is, cum quo in eis dispensatum est: nisi accedat Superioris auctoritas. Et ideò quantũuis ipse nolit, vti dispensatione, iam semel acceptata, vel nolit acceptare; potest, Superiore manente in pristina voluntate, resilire. At quamuìs semèl Dispensatio concessa sit in Voto, vel Iuramento; & ità ablatum sit vinculum Voti, & Iuramenti: potest tamèn, sua sola interna voluntate, his vinculis iterum Deo obligari. Quod facit, quandò, deliberata voluntate, eligit renuntiare Dispensationi. Nullus enim alius videtur, esse sensus renuntiationis;

nisi

nisi volo redire ad priorem Voti obligationem: seù, illo Voto, quod per Dispensationem extinctum erat, denuò obligari: & proindè est, ac si tunc denuò id vouerit. Sed Dispensatio prior non est cōcessa, nisi ad Votum, antè illam emissum: & ideò non poterit hic renuntians, ampliùs ea Dispensatione vti. Ita Sanchez, *dict. disp.32. num.3.* Salas, & Bonacina, *vbi supra.* Secùs dicendum est, quandò Dispensatio in Voto, vel Iuramento non est perfectè concessa, vt addunt supra citati Doctores. Vt si Pontifex non dispenset, sed tantùm committat Ordinario, vt dispenset: si preces veritati nitatur, vel Penitentiarius id committat Confessario. Quamuis enim is, cum quo dispēsandum est, ei rescripto renuntiet; potest, mutata voluntate, eo vti, antequam Superior renuntiationem acceptet. Quia cum ea commissio, non à sola volūtate eius, cum quo dispensandum est, pendeat; non potest sola illius renūtiatione extingui, antequam Superior illam acceptet.

227 Quamuis, quod dicunt hi Auctores de Dispensatione in Voto, vel Iuramento non perfectè concessa, verissimum sit: nempè, posse eum, cum quo dispensandum est, post renuntiationem rescripti, illo vti, propter rationem, suprà assignatam: Nihilominùs, quod asserunt de Dispensatione, perfectè concessa in eisdem vinculis: quod, scilicèt, si quis illi renuntiet, non possit ampliùs ea vti; eò quod renuntiando tali Dispensationi, censetur eisdem vinculis iterùm se Deo obligare: non videtur semper verum. Nam talis renuntiatio in dubio, semper ita interpretanda est, vt sit simplex nolitio Dispensationis: idest, vt non sit cum interpretatione, se obligandi ad aliquid: sed solùm per modum propositi, non vtendi tali Dispensatione in futurum; nisi aliud euidentèr constet de intentione renuntiantis. Quia nunquam præsumitur obligatio, nisi manifestè de illa constet: & quia ex communi vsu moralitèr patet, non alitèr haberi hunc effectum, renuntiandi dispensationi. Ita Anton. Buar. *in capit. accedentibus in verb. per prædicta conclude, de Priuileg.* Decius, *consil.374. num.5 volum secund.* Gutierez, *de Iuram. p.3. capit.19. num.21.* Suarez, *lib.8. de leg. capit.35. num.12.* Barbos. *de potestat. Episcop. part secund. alleg. 26 num.16. arg. capit. super hoc de renunt.* Merolla, *de leg. disp.4. capit.6. numer.483.* & alii.

228 Hinc deducitur primò: Non extingui Dispensationem, quamuis is, cui conceditur, laceret illam, vel litteras cancellet. Quia hoc solùm illius renuntiationem importat, quæ dum non est à Superiore acceptata, non eneruat vim Dispensationis. Et licèt ad valorem Dispēsationis, expediri litteras, desideraretur: tamen vbi semèl, vel litteris expeditis, concessa est; non pendet eius firmitas, à litterarum conseruatione: vt benè dicunt Sanchez, *lib 8. de Matrimon. disp.32. num. quint.* & Merolla, *tom secund. de leg. disp.4. capit.6. num.485.*

229 Secundò. Quandò, obtenta dispensatione, vt inter duos consanguineos Matrimonium ineatur; alter, vel vterque aliis nuptiis copulatur; relictis illis, ad quas Dispensatio obtenta est: possunt, Vidui effecti, iungi inter se Matrimonio, virtute prioris Dispensationis. Quia, cum semel oblatum sit id consanguineitatis impedimentum, & illi habiles effecti sint, ratione Dispensationis præteritæ; non est, cur ratione sequentis Matrimonii, impedimentum illud reuiuiscat. Nec obstat ea tacita renuntiatio, per trāsitum ad alias nuptias, inducta: quia illa non fuit à concedente acceptata: sinè qua acceptatione, Dispensatio semel cōcessa, non corruit: vt suprà probauimus. Ita Sanchez, *lib 8 de Matrimon. disp 32. num.6* Suarez, *lib 6. de leg. capit.23. num. 20* Basilius Pontius, *de Matrimon. lib. 8. capit.18 §.3. num.20* Ferdin. Castro, *tom. 1. oper. moral. tract.3. disp.4 pun.17. num. 13.* Merolla, *to. secund. de leg. disp.4. capit.6. num.486.* & alii.

An Potestas, vel commissio dispensandi, & aliæ gratiæ expirent, morte concedentis? Dub.24.

230 VT meliùs in hac quæstione procedamus, sciendum est: Duplicitèr concedi posse Gratiam. Primò, absolutè. Secundò, cum aliqua limitatione: vt ad beneplacitum, aut ad tempus determinatum.

Gratia, concessa ad beneplacitum, duplex est: Altera, concessa ad beneplacitū personæ concedentis: Alia verò, ad beneplacitum Sedis, seù dignitatis.

Notandum est etiam: Alia est Gratia facta: Alia verò facienda. Gratia facta dicitur, quandò perfectè conceditur ei, in cuius fauorem datur, ac independen-

tèr ab alio. Vt cum Pontifex dispensat omninò cum aliquo in Voto, Iuramento, &c. Aut quandò omninò in fauorem dispensaturi, concedit illi facultatem dispensandi in Votis, Iuramentis; &c. Gratia verò facienda est, quandò non conceditur perfectè ei, in cuius fauorem datur, sed dependentèr ab alio, vt si in fauorem certæ personæ, cum qua dispensandum est, detur alicui potestas, dispensandi cum illa.

231 His positis, dico, quod communiter Doctores dicunt: gratiam absolutè concessam absquè limitatione aliqua, si est gratia facta, non expirare morte concedentis, etiam re integra. Si verò sit gratia facienda, perire morte concedentis, secùs si res non esset re integra. Ratio deducitur, *ex cap si cui nulla, de præbend. lib 6.* vbi deciditur, facultatem alicui cõcessam, conferendi beneficia, non expirare morte concedentis, etiam re integra. Secùs si detur potestas, conferendi beneficia certis personis expressis, non in gratiam, & fauorem collaturi, sed in gratiam eorum, quibus beneficia conferenda sunt: vbi Glossa, *notab.* 1, reddit rationem, ex textu deductam, quod in priori casu, erat gratia facta; erat enim omninò perfecta, & nullius executioni indigens, respectu illius, in cuius fauorem concessa est, nempè, respectu collaturi beneficia. At in posteriori, non erat gratia facta, sed facienda, respectu eorum, in quorum fauorem data est: quia indigebat escecutione alterius. Ita Glossa, *in capit si cui nulla, de præbend lib 6. notab* 1. *& verb moriatur.* vbi Archid *v. secus facienda.* Anchar. *capit super gratia, num.* 1. *de offic. deleg in 6* Baldus, *leg. final. in* 1. *lect numero tertio vers sed pone Princeps, ff de constitut Princip.* Decius, *in capit relatum in noua edit. numer.* 21. *de offic de leg* Berojus, *capit quoniam Abbas, num.* 11. *de offic. deleg* Hyeronim. Paul. *in pract. cancell titul declaratoria super proponente vers Præstantissimè Doctores* Siluester, *v. Gratia quæst secund* Nauarrus, *lib* 1. *consil in secund edit. de offic deleg cõsil secund. num* 1. *& in* 1. *edit lib.* 5. *titul de priuileg. consil* 1. *num.* 1. Gutierez. *qq. can. lib.* 1. *capit.* 15 *num.* 24. Sayrus, *de cens lib.* 7. *capit.* 14 *num.* 6. Sanchez, *lib* 8. *de Mat. disp* 28 *num* 64. Merolla, *tom secund. de leg. disp.* 4 *capit* 6. *num* 488. & alii communitèr.

232 Quod diximus de gratia facienda, dupplicitèr limitatur, vt dicunt Sanchez, & Merolla, *num.* 490. Primò, nisi esset cõcessa, sub nomine dignitatis concedentis. Secundò, nisi potestas executoris, cui cõmissio facta est, sit accessoria gratiæ iam factæ, vt definitur, *in capit super gratia, de offi. deleg in 6.* de potestate executori data, ad exequendam gratiam, à Sede Apostolica concessam. Et redditur ibi ratio: quia sicut gratia facta non perit morte concedentis, re integra, ita nec ea potestas executoris, quæ est accessoria, ac principalis gratiæ naturam sequitur.

233 Ampliatur verò, quod diximus de gratia facta, vt verum sit, quamuis gratia facta, non dum, tempore mortis concedẽtis, acceptata esset ab eo, cui facta est; nõ enim perit gratia, neque executoris potestas. Ratio est, quia gratia illa, ex parte Principis fuit perfectè concessa, & in morte non fuit reuocata: ergò post mortem acceptari poterit. Ita Dominicus, *in capit. super gratia, de offi. de leg. in 6. nu.* 5. Franc. *num. secund.* Pontius, *Cons.* 157. *num.* 3. Sanchez, *lib* 8. *de Matr. disp.* 28. *nu.* 43. Suarez, *lib.* 8. *de leg. cap.* 31. *num.* 21 Merolla, *to. secund. de leg. disp.* 4. *capit.* 6. *num.* 490. *vers Ampliatur.* Si verò, morte Principis ignorata, procedat Commissarius ad executionem Gratiæ: valida sunt, per eum gesta; si mors Principis communitèr ignoretur, proptèr, *leg. Barbarius, ff. de offi præt.* siuè Commissarius sciat mortem, siuè non. Ita Sanchez, *d. disp.* 22. *nu.* 59. & Merolla, *d cap 6 num* 490. *in fine.*

234 Et tunc res desinit esse integra in cõmissionibus dispensandi, & aliis rescriptis Gratiæ; quotiès primus actus iudicialis, qui expediri solet post rescripti præsentationem, efficeret, ne res deinceps sit integra: Vt si Iudex, seù Commissarius iubeat fieri informationem veritatis precum. Quod in simili tradunt Bart. Bald & alii, quos refert, & sequitur Marãt. *in specul.* 4 *pa. dist* 9 *An sit super petitorio, n.* 20 *& pa.* 6 *memb.* 10. *Iudicij de litis contestatione in princ. num.* 2. dicens: In causis, in quibus litis contestatio non requiritur, habere vim ipsius, quò ad effectus, ex lite contestata: productos; eum primum actum, qui solet immediatè fieri post litis contestationem, in causis, in quibus ea exigitur. Et ita Felin *in cap postul § Quoniam num.* 3. *de rescrip.* Sanchez, *de Matr. lib. octau. disp. viges. octau. numer. vigesimo.* Merolla, *dict. capit. sext. numer. quadrages. nono, & primo.*

Ex

235 Ex his deducitur primò (vt dicunt Paludan. *in 4. dist. 17. quæst. 4. art. vlt. concl. 7. num. 25.* D. Antonin. *par. 3. tit. 17. cap. 9. in fine.* Philiarcus, *de off. Sacerd. tom. par. 2. lib. 2. cap. 14. ad finem*, & alij) Facultas delegata audiendi confessiones expirat, mortuo Episcopo concedente, aut eius amotione ab officio, seu Episcopatu. Quorum ratio est: quia hæc est potestas delegata, ad exercendam iurisdictionem: & res est integra, quo ad omnes eas personas, quarum Confessiones non sunt cœptæ audiri. At potestas iurisdictionis delegata, expirat, morte concedentis re integra: vt habetur expressè, *in cap. gratum, capit. relatum, & cap. licet vndique de offic. Delegati.*

236 Dicendum est tamen cum aliis: Eam facultatem audiendi Confessiones, non expirare, morte concedentis. Quorum ratio est: quia omnia iura decidentia, potestatem iurisdictionis delegatæ perire morte Delegantis, re integra; loquuntur de potestate iurisdictionis delegatæ contentiosæ: qualis non est potestas delegata, ad audiendum Confessiones: Illa enim non computatur inter Gratias; sed inter iustitiæ literas: hæc autem inter gratias. Quarè eius duratio non est metienda iuxtà naturam literarum iustitiæ: sed iuxtà naturam litterarum Gratiæ. Quæ, si gratiæ factæ sint, non expirant morte cōcedentis, etiam re integra. At hæc facultas audiendi Confessiones, computatur inter Gratias factas: quamuis sit in pœnitentium fauorem: quia cum non concedatur, respectu personæ determinatæ in peculiarem ipsius fauorem, vel ad ipsius petitionem; reputatur potiùs Gratia, facta ipsismèt Sacerdotibus: vt potè, quæ in maximum eorum fauorem redundat. Et statim ac ipsis conceditur, est Gratia perfectè concessa, & à nullius executione dependens; quæ est definitio Gratiæ factæ, vt diximus num. 230. Sed Gratia facta non expirat, morte concedentis, etiam re integra: vt probauimus nu. 231. & vt dicunt communitèr Doctores de Priuilegiis, scilicèt, quod nō expirent, morte concedentis; quamuis priuilegiarii nō dum eis vsi fuerint. Ita Card. *Clement. dudum verb. At deindè num. 2. notab. 5 de sepult.* vbi Bonif. *v. Et si, num. 6.* Nauarr. *cap. placuit numer. 263. de pœn. d. 6.* Henriquez, *lib. 6. de pœnit. cap. 6. num. 7. & lib. 7. de Indulg. cap. 21. nu. 6.* Sayrus, *de cens. lib. 7. cap. 14. nu. 7.* Graff. *par. 1. decis. lib. 1. cap. 13. num. 49.* Tannerus, *1. 2. disp. 5. quæst. 7. dub. 2. num. 33.* Garzias, *tom. 1. de benef. par. 6. cap. 2. num. 319. & seq.* Bonacina, *de leg. disp. 1. quæst. 3. pun. 8. § 1. num. 23.* Suarez, *to. 4. in 3. part. disp. 26. sect. 3. num. 5.* Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. capit. 6. num. 494.* Sanchez, *lib. 8. de Matri. disp. 28. num. 72.* & alii.

237 Si verò facultas esset concessa Sacerdoti, audiendi Confessiones Pœnitentis determinati: in illius tantum pœnitentis fauorem expiraret ea facultas, morte cōcedentis, re integra: id est, quo ad Confessionem, non dum anteà cœptam. Quia cū illa Gratia sit in illius Pœnitentis fauorem & non dum sit perfecta, sed per Confessarium exequenda; non habet Gratiæ factæ rationem, sed faciendæ, quæ morte concedentis expirat. Ita Gaeta, *can. ad limit. 30. quæst. 1. §. quinto quæst. 109. num. 312.* Sanchez, *lib. 7. de Matrim. disp. 28. num. 73.* Garzia, *to. 1. de benef. pa. 6. cap. 2. num. 327.* Suarez, *lib. 8. de leg. cap. 31. num. 10.* Sayrus, *de cens. lib. 7. cap. 14. nu. 7.* Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 6. num. 486.* & alii.

238 Secundò. Licentia, alicui concessa ab Episcopo, vel alio Prælato, eligendi Confessarium, expirat morte concedentis, vel ex amoto ab officio, re integra: nisi Episcopus, præmissa causæ cognitione, & cōsentiente Capitulo, eam licentiam concederet, docent aliqui. Quorum ratio est: quia hæc licentia, virtute continet delegationem iurisdictionis exercendæ, quæ cessat obitu Delegantis, re integra: vt habetur, *in cap. gratum, cap. relatum, & capit. licèt vndique de offic. Delegat.* Tùm quia non potest Episcopus, in preiudicium Ecclesiæ Parrocchialis, absque causæ cognitione, & Capituli consensu, has licentias concedere; ita vt durent etiam post mortem ipsius. Ita Panormitan. *in capit. final. num. 9. in fine, de offic. leg.* Rolan. *consil. 38. num. 12. vol. 3.* Angelus, *v. Indulgentia, nu. 7.* vbi Siluester, *quæst. 5. dict. 7. num. 16. & verbo Confessor. 1. quæst. 7.* Corduba, *in qq. lib. 5. quæst. 36. circà principium.* Felinus, *in cap. licèt vndique num. 1. ad finem de offic. Delegat.* & alii. Limitant aliqui hanc sententiam: nisi hæc concessa esset ad Sedis Episcopalis beneplacitum. Ita Siluester, *d. quæst. 7.* Tabiena, *v. Absolutio quæst. 37. num. 61.* & alij.

239 Attamen alij dicunt: Hanc licentiam eligendi Confessarii, concessam, siuè à Pōtifice, siuè ab Episcopo, aut ab alio Ordinario, potente eam concedere; non expirare morte concedentis, etiam re integra, vel amotione ab Officio. Quorum

X 2 ratio

ratio est: quia hæc facultas, non tanquam Iurisdictio delegata, sed tanquam Gratia facta censenda est: ergò morte concedentis non expirat. Antecedens patet: quià in hoc casu non datur directè facultas Cõfessario: sicùt contingit, quandò datur illi licentia audiendi Confessiones: sed tota Gratia conceditur directè Pœnitenti, & per quamdam consequentiam, ac indirectè Confessario electo: ac proindè, statim ac concessa esset, censetur Gratia absoluta, & perfectè facta, respectu Pœnitentis, cui id Priuilegium conceditur. Ita Rodoriquez, *to.2.qq. regul quæst 46. artic.8.* Nauarr. *cap.placuit num.16. & seq. de pæn. dist.6.* Henriquez, *lib.7 de Indulg. capit.21. num.6.* Salzedo, *addit. ad prac. Bard. Diez cap.26.col.19. immediatè antè vers. Tribut tamen.* Suarez, *de Pœnit. disp.27.sect.4.à n.8.* Sayrus, *de Sacram pœnit cap.22. num.3.* Emanuel Sa, *v.Gratia, num.4* Basilius Pôtius, *lib.8 de Matr. cap 19.§ 1 num.7.* Sanch. *lib.7. de Matr disp.27. num 75.* Garz. *tom.1 benef. par.6. cap.2 num.315.* Gonzal. *ad regul.8. cancel. ar gloss.12 num.39.* Sanctorũ de Melsa, *cap 2. stat 14.§.4 vers. respondeo tertiò*, & alij.

240 Tertiò. Licentia, concessa ab Episcopo, ad celebrandum in priuato Oratorio; non spirat, morte concedentis. Quia est Gratia facta. Sic, relata Rosæ decisione, sustinet Nauarr. *cap.placuit, num.163 de pœn.d 6 & .§. in Leuiticum notab.31. num. 26.* Salzedo, Suarez, & Sayrus *locis citatis*, Sanchez, *num 76.* & alii.

241 Quartò. Potestas dispensandi, ab Episcopo, vel Pontifice cõcessa, expirat morte concedentis, re integra: docent Specular *tit de dispens § dicendum restat. num. 19. vers Quid si is.* Archid. *cap. dudum 18.q. 2 num 5* & ibi Bellam. *num 1 vers. Præterea quæritur.* Felin. *cap. licèt vndiquè, de Offic. Deleg.* Quia est potestas delegata, ad iurisdictionem exercendam.

242 At dicendum est cum aliis: Quando conceditur potestas, ad dispensandum cum personis incertis, & indeterminatis; non expirat talis potestas, morte concedentis, re integra. Quorum ratio est: quia est Gratia facta, quia in fauorem ipsius dispensaturi concessa est: vt in simili de potestate conferendi beneficia personis incertis, deciditur, *in cap. si cui nulla, de præbend in 6.* Nec obstat ratio, in contrarium adducta: quia hæc non est potestas, ad exercendam iurisdictionem contentiosam, sed voluntariam: & ideò non est computanda inter mandata iurisdictionis, quæ expirant, morte mandantis, sed inter gratias factas, quæ, morte concedentis, non expirant. Secùs dicendum est, quandò datur potestas dispensandi cum certis, & determinatis personis, in fauorem tantũ illarum: quia tùnc nõ est Gratia facta, sed facienda: & ideò expirat, morte concedẽtis, re integra. Ita Io. Andr. *addit. ad specul. loco supr. cit. vers. Ergò tu distingue.* Felin. *cap. pastoralis § Quoniam nu 2. vers. Et intelligunt isti de rescrip.* Angelus, *v. Gratia num.2.* vbi Siluester, *quæst.2.* Armilla, *num 5.* Nauarr. *lib 5. consil in 1. edit. de Priuil. consil 1 num.1. & in 2. lib. 1. tit. de offic de leg. cons.2. num.1. & in sum. cap.27 nu.254. vers nono.* Sanchez, *lib.8 de Matr. disp.28. num.80.* Garz, *to.1. benef. par.6. cap. 2 num.314.* Merolla, *to.2. de leg disp 4 cap. 6. num.506.* & alij communiter.

243 Quintò. Facultas testandi, concessa Episcopis, Monachis, vel aliis, quibus testari interdictum est, expirat, morte concedentis: docent Soccin. *sum. cons 89. à n. 33 vol 1* & Côuarru *cap cum in officijs, in prima edit. num.8. vers. Qua ratione de Testam.* Quorum ratio est: quia est facultas ad actum odiosum, ac iuri communi repugnantem.

244 At dicendum est: Non expirare. Quia est gratia facta, quam non expirare, morte concedentis, probauimus 232. Nec obstat, esse odiosam: quoniam Dispensatio id habet, vt probauimus num.2. quæ tamen, cum omninò concessa est, non expirat, morte concedentis, vt omnes fatentur. Ita Couarr. mutata sententia *in dic. cap. cum in Officijs in 2. edit. num.8. in fine.* Nauarr. *Apolog ad librum de reddit. Eccles. quæst.3. monit.8.* Sarmiento, *eod. tract. 4. par. cap.4. num.2.* Gonzal. *gloss.12. num.35.* Garz. *to.1 de benef. par.6. cap.2. § 3 numer. 328* Fontanell. *de pact. nupt. to.1. clausul.4. gloss.13. num 38.* Gutierez, *qq. pract. lib. 2 q. 75 à num.1.* Henriquez, *lib.7. de Indulg. cap. 21. num.6.* Molina, *to.1. de Iust. tract. 1. disp. 141 ad finem.* Rodoriquez, *to.3. qq. regul. q. 69. artic.6.* Sanchez, *dict. disp.28. numer 81.* Merolla, *to.2. de leg disp.4. cap.6. num 508.* & alii.

245 Sextò. Litteras dimissorias, ad Ordines suscipiendos, non expirare, morte Episcopi, eas concedentis. Quia, cum contineant licentiam, Ordinando concessam, vt ad Ordines promoueatur; sunt gratia facta: & per consequens non expirant, morte Episcopi, concedentis. Ita Card.

in

in Clem.final.num 9.quæst.5 de elect. vbi Imola,*num 3.* Guliel.*de monte laudato n.* 3.Bonifac.*num 43.quæst.10.*Rebuff.*prax. beneficij in formul.litterarum dimissoriar. num.43.*Roland.*conf.38 num 5 vol 3.* Viladeg.*tract. de legat quæst.16.num.25.*Pauinus,*de potest.Capitul.p.1.num 9.*Nauarr *lib.5.consil.in secund. edit.titul.de rescript. consil.5.num vnico,& capit.placuit, num. 35.& 563.de pœnit.d 6 in polog. ad librum de redditibus quæst.3,monito 8. nu.secund. & §.in leuiticum,notab.31.num.26.*Perez *lib.secund.ordinantes titul.secund l.2 paulo post principium.*Salzedo,*addit.ad tract. Bernard.Diez,cap.26 volum. 17.vers.non tamen poterit Episcopi superior.*Gutierez,*quæst.pract.lib secund.quæst.75.num 3.& quæst.canon.lib.secund.cap.17.nu.secund.* Henriquez,*lib.7 de Indulg.cap.21.num.6. & lib.10.de Sacram.Ordinis cap.12.in fine.* Suarez,*de Pœnit.disp.27 sect.4.dub 3. nu.* 8 Sayrus,*tract.de pœnit.cap.22.num 3.* Emanuel Sa,*v dimissoria numer.1.* Petrus Ledesma,*deSacram.vbi deSacrament.Ordinis cap.8.diff.1.vol.6.conclus.4.*Rodoriquez,*to.secund sum cap.14 num 5. concl. 5.*Sanchez,*lib.8. de Matrim disp.28. num. 83.*Merolla,*to.secund.de leg.disp 4. capit.6. num.509.* Marcus Antonius Genuens. *in prax.cur Archiep.Neapol.cap.81.num.4.et cap.85.num.39.*& alij.

246 Et ita dicendum est de litteris dimissoriis,concessis à Capitulo,Sede vacante; quandò eas concedere valet: non enim expirat, finita Capitoli potestate,per noui Episcopi aduentum. Et idem est de concessis à Vicario Episcopi ; eò quod Episcopus in remotis sit;iuxtà *capi.3.de temp.Ordin in 6.* Vel de speciali facultate, sibi concessa ab Episcópo. Et de dimissoriis,concessis à Prelatis Religionum suis subditis. Quia in his omnibus militat eadem ratio. Ita *S*anchez, Merolla, & alii.

247 *S*eptimò, Licentia non residendi, concessa ab Episcopo Clericis beneficiatis, causa studii ; non expirat,morte concedentis. Quia est Gratia facta.Et ita dicendum est de licentia faciẽdi,aliâs prohibita:vt edendi carnes,vel non ieiunandi in Quadragesima, ac de licentia prædicandi, & aliis proptèr eamdem rationem. *Sic*,ab iis relatis,*Sanchez, num.77. & 78.*Mèrolla,*num.510.*& alii.

248 Octauo. Commissiones dispensandi in impedimentis Matrimonii,vel Irregularitate,aùt aliis rebus,quæ in foro externo committũtur Ordinariis,&in interno Confessariis,cum clausula: *Si preces veritati nitantur*:expirant,morte concedentis,re integra, docent aliqui Doctores. Quorum ratio deducitur, *ex capit. si cui nulla,de prabend.in 6.*ibi *Secùs,si super prouisione certæ personæ facienda, sit data potestas eidem:non ob suam,sed eius, cui prouideri mandatur, gratiam, vel fauorem: illa quidem expirat omninò ; si concedens, re integra moriatur.* Vbi Glossa, *v.moriatur.* Archid.ibidem, *num. vnico ver obitum.*Anchar.*num.secund.notab.secund.* & alij.Indè colligunt,quandò Pontifex non facit Gratiam,sed fieri mandat, expirare id mandatum, morte *P*apæ, re integra: Cum ergò Pontifex, & *P*enitentiarius nõ dispensent, sed committant Ordinario, vel Confessario, vt dispensent, cognita precum veritate ; peribit ea commissio, morte committentis,re integra. Ità Nauarr.*lib.1.consil.in 1.edit. titul. de tempore ordinat.consil.38.in fine,& in secund. edit. de fil.Prasbit.consil.3.in fine,& in sum ca. 29.num 253.vers.nono.*Vgolin *de Irregul. lib.4 cap.61.num.6.* Gigans *de pens quæst. 91.num.5* Sayrus,*de cens lib 7 capit.14.nu. 9.*Marcus AntoniusGenuens *in prax.Archiepisc.Neapolit. cap.94.in secund.edit.* & alij.

249 Attamèn alij dicunt,non expirare eas commissiones,morte concedentis, etiam re integra: hoc est,etiam si Summus Pontifex decedat, antequam narrata verificentur. Quorum ratio est: quia, quandò in litteris Gratiæ,in fauorem alicuius cõcessis,Minister executurus est volũtarius; eò quod ei non præcipitur,vt exequatur: sed tantùm facultas exequendi conceditur:non fauore ipsius, sed eius, cui Gratia est concedenda:tunc non est gratia facta,sed facienda, & per consequens expirat,morte concedentis,re integra. At verò,quandò est executor necessarius: vt, quia præcipitur ei,vt exequatur;si preces veritati nitantur, tunc est Gratia facta,ac proindè non perit,morte concedentis,re integra.Ratio differentiæ est:quià in priori casu, nemini est ius quæsitum per illas litteras: nõ enim quæritur Delegato executuro, eò quòd in eius fauorem concessę non sunt:nec ei,cui Gratia facienda est:quia solùm, voluntati Delegati relinquitur: velit ne,dispensare, an non. Ac proindè ea Gratia est omninò facienda: cum in eam nulli sit acquisitum ius.At in posteriori, est iam ius acquisitum ad rem illi,

illi, in cuius fauorem Gratia concessa est, & per consequens, dicitur facta respectu illius, ac sola eius executio desideratur, quæ per Commissarium necessariò facienda est. Ac proindè habet hic locum Textus *in cap. si super gratia de off. de leg. in 6.* Et clarè colligitur etiam ex *dict. capit. si cui nulla de præbend. in 6.* ibi *Secus si super prouisionem certæ personæ faciendam data sit potestas eidem, &c.* Vbi Textus vsus est verbo *Potestas*, ad significandum, vt sit Gratia facienda, dictum Commissarium debere esse voluntarium: qui, scilicet, potestatem habet, sed non præceptum exequendi. Cum igitur in his dispensandi commissionibus, non relinquatur voluntati Ordinarij, vel Confessarij Dispensationem concedere, aut denegare; sed ipsis precipiatur, vt, reperta precum veritate, dispensent: Gratia hæc non censetur facienda, sed facta: ac proindè non extinguetur, morte concedentis. Ita Hyeronim. Paul. *in pract. cancell. titul. Declaratoria super proponente, seù vouente, § Præstantissimè Doctor.* Rebuff. *in concord. vbi de mand. Apostolicis § 1. v. sui Pontificatus vers. licèt quidam Doctores.* Maiolus, *lib. 5. de Irregul. cap. si num. 6.* Suarez, *tom. 5. in 3 part. disp. 41 sect. 2 in fine, & lib. 6 de leg. capit. 17. num. 6 & 9 & lib. 8 cap. 31 nu. 3.* Henriquez, *lib. 7. de Indulg. cap. 21. num. 7. & lib. 12. de Matr. cap. 1. num. 8. & cap. 3. num. vlt.* Emanuel Sa, *v. Gratia num. 3.* Petrus Ledesma, *in sum. sacram. vbi de Matrim. cap. 27 vers. secunda conclusio in fine.* Rodoriquez, *to. secund. qq. regul. quæst. 86. artic. 7 & par. 1. sum. cap. 236 num. 3 concl. 3.* Sanchez, *lib. 8. de Matrim. disp. 28. num. 87.* Gutierez, *de Matrim. cap. 125. num. 21.* Reginald, *to. secund. lib. 31. cap. 27. num. 210.* Garz. *tom. 1. de benef. par. 5. cap. secund. nu. 31.* Merolla, *to. secund. de leg. disp. 4. capi. 6. num. 512.* Milis, *in repertor. verb. Gratia facta*, & alii.

250 Nonò. Quid dicendum de Priuilegiis Bullæ Cruciatæ? Certum est, apud omnes: Indulgentias, ibi concessas visitantibus altaria, & facultates edendi lacticinia, & similes, à nullius executione pendentes, non expirare. Quia illa omnia continent Gratiam factam.

251 Et ita dicendum est de Indulgentiis, semel in uita, & semel in articulo mortis per Confessarium concedendis, ac Absolutione à reseruatis, ac Votorum commutatione, per ipsum præstandis. Ratio est: quia dictæ facultates, seù Priuilegia non conceduntur directè Confessario, sed ipsi pœnitenti, vt possit eligere Confessariū, qui hæc exequatur. Vndè continent Gratiam, factam ipsi pœnitenti; ac proindè, omnia illa, quæ concedit Bulla, sunt Gratiæ, factæ ipsi pœnitenti: & sic non expirant, morte concedētis. Accedit, quod concessio horum Priuilegiorum, non est merè gratuita, sed ex causa onerosa, vt clarè patet: ergò multò minùs debet extingui, morte concedentis. Ita Henriqu. *lib. 7. cap. 21. num. 4. in fine.* Garz. *1. de benef. par. 6. cap. secund. num. 317.* Basil. Pontius, *de Matrim. lib. 8. capit. 19. §. 1. num. 9.* Sanchez, *lib. 8. de Matrim. disp. 28. num. 95.* Gutierez, *de Matrim. cap. 125. num. 14.* Suarez *lib. 8. de leg. cap. 31. num. 10. & to. 4. in 3. par. disp. 22. sect. 4. num. 10.* Castro pal. *oper. moral. tract. 3. disp. 4. pun. 16. § 4. numer. 5.* Merolla, *to. secund. de leg. disp. 4. cap. 6. num. 518.* & alij.

Dubitatur: An potestas dispensandi, & aliæ gratiæ cum limitatione concessæ, expirent, morte concedentis?

NOtandum est priùs: Multis modis posse Gratiam concedi cum limitatione. Primò modo, ad tempus determinatum; vt, per annum. Secundò, ad beneplacitum, vel sub alijs verbis æquiualentibus; Vt, quamdiu vixero, quamdiu voluero, &c.

252 Prima conclusio. Communitèr dicūt: quandò Gratia conceditur ad tempus determinatum, non expirat morte concedentis; si ante finitum id tempus moriatur concedens. Vt patet ex dictis superioribus, vbi probauimus: Gratiam, absolutè concessam, non expirare morte cōcedentis. Ergò multò minùs cessabit, quādò concessa iam est ad tempus determinatum e. g. per annum: quamuis concedens antè finitum annum decedat.

253 Secunda cōclusio. Quādò conceditur Gratia, ad beneplacitum personæ concedentis, extinguitur eius morte. Vt si dicatur, ad beneplacitum nostrum. Secùs verò, si concedatur ad beneplacitum Sedis, seù dignitatis: quia tunc est perpetua, donec à successore, vel ab eodem reuocatur. Vt habetur expresè, *in cap. si gratiosè, de rescrip. lib. 6.* vbi assignatur hęc ratio: quia voluntas personæ morte, perit: ac proindè peribit Gratia concessa, quousque ea voluntas duraret. At verò, dignitas est perpetua, & eadem reputatur in successore, & per consequēs idem erit

erit de Gratia, ad illius dignitatis beneplacitum concessa.

254 Limitant aliqui priorem partem huius Conclusionis: Vt tunc Gratia, ad beneplacitum personæ concedentis facta, expiret eius obitu, quandò est Gratia ambitiosa, ac proindè odiosa, & restringibilis: qualis est Gratia retinendi plura beneficia, vsquè ad beneplacitum Papæ cõcedentis. In qua materia loquitur, *dict. cap si gratiosè.* Vndè sentiunt: aliud esse in Gratiis fauorabilibus. Ac proindè sẽtiunt: potestatem dispensandi, vel absoluendi, &c. expresè datam, ad beneplacitum personæ concedentis, etiam re integra; non extingui morte concedentis. Quia in his, clausula, *ad beneplacitum meum*, vel, *donèc voluero*, resoluitur ad clausulam, *Donec reuocauero:* in quo casu non cessat Gratia, morte concedentis. Ità Bald. *d. cap. si gratiosè*, Anton. Gabra *tom. 1. commun. lib. 6. tit. de præbend. conc. 1. nu. 3.* & inclinat Glossa, *in capit. si Delegatus, verb. morte, de offic. de leg. in 6.* & alii.

255 Sed hanc limitationem non admittunt Glossa, *in cap. Delegatus, de offic. Iud. de leg. in 6. verb. morte, in fine.* vbi Domin. *num. 10 vers. in fine.* Glossa Franc. *in d. cap. si gratiosè num. 10.* Couar. *lib. 3. variar. cap. 15. num. 4. vers. secundo.* Sanchez, *lib. 8. de Matrim. disp. 28. num. 50.* Suarez, *lib. 8. de leg. cap. 32. num. 3.* Merolla, *to. secund. de leg. disp. 4. cap. 6. num. 523.* & alii. Quorum ratio est: quia dictum Textum etiam de Priuilegiis fauorabilibus, atquè adeò potestatem illam dispensandi, vel absoluendi, ad concedentis beneplacitum datam, expirare morte concedentis; quamuis res non sit integra. Et constat ex ratione, tradita *in d. cap. si gratiosè*, ibi *Per obitum, per quem ipsius beneplacitum omninò extinguitur*. Quæ ratio in omnibus concessionibus, factis ad beneplacitum personæ concedentis, æqualitèr procedit.

256 Limitant secundò Bald. *in leg. meminisse, circà finem, ff. de offic. procons.* Franc. *cap. si Delegat. de offic. iudic. de leg. in 6.* Paris de Putto, *in tract. Synod. §. An officialis successor. vers. si Princeps* vant. *in tract. de null. tit. de null. ex defectu iurisdict. de leg. num. 104* Menoch. *de arbit. lib. 1. quæst. 69. num. 8.* Masch. *de probat. concl. 188. num. 5.* Barbosa, *in leg. quia tale, num. 85. ff. solut. Matr.* Fontanell. *de pact. nupt. tom. 1. clau. 4. gloss. 2. par. 1. num. 150.* Antonius Gabr. *to. 3. commu. lib. 6. titul. de præbend. concl. 1. num. 32.* Sanchez, *lib. 8. de Matr. disp. 28. nu. 5.* Merolla, *to. secund. de leg. disp. 4. capit. 6. num. 524.* & alii: Nisi iurisdictio, concessa ad beneplacitum personæ concedentis, sit ordinaria: tunc enim non perit morte concedentis: Vt colligitur, *ex Authe. de 1 quæstione §. super hoc.* Cuius ratio est: quia est fauor publicus, qui in iurisdictione ordinaria conseruanda versatur.

257 Limitat tertiò Merolla, *in secund. to. disp. 4. cap. 6. num. 524. vers. limitatur tertio*, Nisi communitèr mens concedentis ignoretur, *arg. l. Barbarius ff. de offic. prat.* quæ etiam locum habet in Iudice delegato.

258 Limitant quartò Anton. Gabr. *tom. 3. commun. lib. 6. titul. de præbend. conclus. 1. num. 31.* Henriquez, *lib. 7. de Indulg. capit. 21. num. 4.* Sanchez, *lib. 8. de Matrim. disp. 28. num 51.* & alii. Vt nequè pereat Gratia, concessa ad beneplacitum personæ concedentis; si adiiciatur quoquè tempus durationis determinatum: Vt si concedatur ad annum, & ad beneplacitum personæ concedentis: Volunt enim non expirare, morte concedentis; donec is annus elapsus sit. Quia est sensus: Concedo ad annum, & vlteriùs, secundùm meam voluntatem. Itaque voluit concedens, vt eo anno duraret Gratia, & deinceps, dum duraret voluntas.

259 Hæc sententia habet aliquam difficultatem, ait Merolla, *in secund. to. disp. 4. ca. 6. num. 252.* & eam impugnat Suarez, *lib. 8. de leg. cap. 32. num. 11.* Quia illa dictio, *ad beneplacitum meum*; addita in concessione absoluta, non ponitur ad augendum: sed ad restringendum, vt patet ex supradictis. Ergò etiam addita post concessionem ad annum, additur cum proportione ad restringendum cõcessionem illius anni, vt sit dependens à vita concedentis. Nec refert, si verbis mutatis dicatur: *Cõcedo tibi licentiam ad beneplacitum, ad annum:* Nam licèt materialis ordo verborũ sit diuersus; sensus tamen est idem: scilicèt, licentiam ad beneplacitum, tantum ad annum concedit: ergò licentia semper est annua tantum, & intrà illud limitata ad beneplacitum. Ex quo sequitur expirare licentiam, si cõcedens moriatur infrà annum. Secundò, transacto anno, expirare licentiam, etiam si concedens non moriatur.

260 Quamuis hæ duę sententiæ sint contrariæ, possunt cum hac distinctione concordari. Aut in concessione dicitur, *Cõcedo*

cedo tibi talem facultatem per annum ad beneplacitum; aut, *Concedo tibi talem facultatem per annum, & ad beneplacitum;* vel *ad beneplacitum, & per annum.* Si concessio fiat primo modo, expirabit ea facultas, transacto anno; quamuis concedens eo anno non moriatur: Vt benè probat Suarez. Cuius ratio est: quia cum in hoc casu, *ly ad beneplacitum*, immediatè afficiat, ac determinat illam particulam, *per annum*, per consequens restringit illam: Quoniam ex natura sua est dictio restrictiua, & nō ampliatiua: vt est communis opinio, & apertè colligitur, *ex capit. si gratiosè, de rescrip. in 6.* Si verò concessio fiat secundo modo, non extinguetur ea facultas, antequam labatur annus, etsi Pontifex prius moriatur: neque elapso anno, donec viuit Pontifex, nisi ab eo reuocetur Et in hoc casu loquitur Sanchez vt clarè patet. Cuius ratio est: quia tunc illa particula, *ad beneplacitum,* non est addita, determinans particulam, *per annum:* sed est illa particula omninò per se subsistens, distincta, & separata: Vt constat ex illa coniunctione, *Et*, quæ regularitèr ponitur inter diuersa: & consequentèr non restringit gratiam, factam per annum, sed potiùs ampliat, vt duret post annū, quousque durat beneplacitum concedentis: quoniam natura eius est augere, non minuere, vel restringere. Et ita Merolla, *tom. secund. de leg. disp. 4. cap. 6. num. 526.*

261 Limitant quartò Emanuel Sa, *v. gratia num. 7* & alii: Vt neque expiret Gratia, morte concedentis; si concedens dicat: *Donec voluero*, vel, *Donec reuocauero;* aut, *Alitèr ordinauero:* quasi sentiāt, idem importari per vtrumque dicēdi modum.

262 Armilla verò, *verb. voluntas nu. 1.* vbi Tabiena, *quæst. 1. num secund* & alii, è cōtrà censent, finiri: licèt concedens dicat: *Donec reuocauero*, vel, *Alitèr ordinauero.*

263 Vtramque sententiam esse falsam, dicunt præcitandi Doctores. Quia est manifesta differentia inter vtrumque modum. Nam, *Donec voluero*, vel, *Quandiù volo*, aut, *Ad beneplacitum meum*, vel, *meā voluntatem*, importat durationem, ac perseuerantiam eiusdem voluntatis: quæ mortuo concedente, durare nequit: ac proindè, Gratia, sic concessa, extinguetur illius morte. At verò, *Donec reuocauero,* aut, *Donec alitèr ordinauero*, importat actum positiuum nouæ voluntatis, alitèr disponentis, vel Gratiam reuocantis: qui actus, si in uita habitus non sit, cum post mortem haberi nequeat, durabit Gratia in perpetuùm, donec ab alio successore reuocetur, aut ab eius Superiore. Ita Io. And. *in d. cap. si gratiosè, num. secund. & 3. de rescrip. in 6.* vbi Anchar. *num 6* Domin. *num. 8.* Franc. *num* 10 Bartol. *leg. centesimis §. si ità stipulatus num. 9 & 10 ff. de verb. oblig.* vbi Alex. *num. 11* Imola, *num. 6* Iason, *num. 12.* Angelus, *v. voluntas, num. 1.* Armilla, *v. Gratia in fine* Nauarr. *lib. 5. consil titul. de priuileg. in 1. edit. consil. secund num. 1. & in secund. consil. 3. num. 1.* Decius, *consil. 108. à num. 3.* Tuscus, *tom. 1. litt B. concl 89. num. 4. & 22.* Couarr. *3. variar. cap. 16. num. 3.* Menoch. *de arbit. l. b. 1. quæst. 96. num. 112 & sequ.* Tabiena, *in leg. final ff de const Princ. par secund. cap. 3 n. 9.* Sanchez, *lib. 8. de Matr. disp. 28. num. 52.* Merolla, *to. secund. de leg. disp. 4. capit. 6. nu. 528.* Gonzal. *ad 8. reg. Cancell gloss. 12. nu. 18. & sequ.* & alii.

264 Vnde infertur: si Gratia concedatur, donec concedens aliquid fecerit: vt v. g. ingressus fuerit Romam: dùm superstes fuit, id non fecit: non extinguetur Gratia, morte, sed remanet perpetua. Quia post obitum non potest iam illud efficere. Ita Io. Andr *in cap. si gratiosè, numer. 3. de rescrip. in 6.* vbi Domin. *num 9* Franch. *nu. 10.* Sanchez, *dict. disp. 28. num. 53.* Merolla, *dict. cap. 6 num. 529.* & alii. Secùs verò est, si quis iuraret, se non lusurum; donec Pater velit, vel absq; Patris voluntate: posset enim, Patre mortuo, ludere. Quia iam Patris voluntas cessauit. Ita Sanchez, *num. 55.* & alii apud eum.

265 Maximè aduertendum est: Iurisdictionem contētiosam delegatam, donec cōcedens reuocauerit, aliudue fecerit, expirare morte concedentis, re integra. Secùs, si non erat integra. Quare idem dicendum existimant Merolla, *num. 530.* & Sanchez, *nu. 54.* de illa, ac si absolutè vsq; illo addito concessa esset: quia illud additum non immutat huiusmodi Iurisdictionis naturam, quæ est, vt morte Delegantis expiret, re integra: vt habetur expressè *in cap gratum cap. relatum, & cap. licet vndique, de officio Delegati.* Vbi Textus ponderat: Rem non fuisse integrā, nè potestas hæc concessa, donec reuocetur, pereat concedentis morte. Et ita etiā docent Domin. *in d. cap si Delegatus, nu. 10.* vbi Franc. *num. 4.* Iason, *leg more, num. 15. ff de Iurisdict. omn. iud.* vbi Curt. *iun. num. 92.* Couarr. *3. variar. cap. 15. numer. 4. vers. primo*, & alij.

Sed

266 Sed si obiicies, id additum esse frustaneum. Respondent Merolla nu. 531. & Sanchez nu. 54 hûc deseruire, vt liberiùs possit ea iurisdictio reuocari: at verò, quò ad durationem, nullam esse differentiam. Sed siuè eo addito adiecto, siue nō: peribit re integra, morte delegantis: secùs, re non integra. Addunt verò ijdem Authores: maximum esse discrimen intèr id Additum, & si Adderetur, donec concedens voluerit, vel ad eius beneplacitum. quià in priori casu, non extinguetur Delegatio, per cessationem volūtatis Delegantis, quæ morte eius cōtingit: sed solùm id attendetur; si res integra, nec ne; perindè ac si nil adiectum foret. At in posteriori cessabit Delegatio, morte delegātis, quamuis res non sit integra: nam ea commissio fuit ad tempus: nempe dum perseuerauerit Delegantis voluntas, quæ eius morte cessat.

267 Aduertunt secundò Bartol. *in leg. centesimis*, § 2 *nu.* 9. *ff. de verb. oblig.* Baldus, *in leg. fin.* C. *de contrah. emption.* Lanar. *cons.* 65. *nu.* 26. & Fabius de Anna, *cons.* 14 *nu.* 5. *vol.* 1. Quod aliquandò, ratione benignioris interpretationis, illa clausula, *Donec reuocauero*, æquiualet illi, *Ad meum beneplacitum*; v. g. si dicat Iudex: Relego te ad talem locum, donèc reuocauero: talis relegatio extiguetur, seù finietur morte Iudicis. Vnde Bartol. ibi. & in cap. 1 *Delegatus*, de officio delegati, lib. 5. dicit: quod nō inducitur reuocatio per mortem: quià est benignior interpretatio, vt non expiret iurisdictio Delegati.

268 Alex. verò *in d leg. centesimis*, §. *si ita stipulatus*, *nu.* 11. & ibi Iason. *nu.* 14 Socinus Senior, *cons* 78. *incip. super prædicta. vol.* 1. *nu.* 3. *lib.* 3. Decius *c. ex literis*; *in fine. de constit.* & *cons.* 108. *nu.* 4. vbi Felin. *nu.* 10 *vers. Et maius. dubium.* Couar. *lib.* 3. *varar. cap.* 15 *nu.* 3. *vers. Hinc etiàm constat.* Tapia, *l fin ff. de const. Prin pa.* 2. *cap.* 3 *n.* 9. Gonzal. *ad reg.* 8 *cancellar glos.* 12. *nu.* 62. Merolla, *tom* 3. *de leg. disput* 4. *cap.* 6. *num.* 532. *vers. Alij verò*, & alij. hanc sententiam non admittunt. Quià nullo iure fundatur. Tum quià è contrariò posset quis dicere: ratione benignioris interpretationis illam clausulam, *Ad meum beneplacitum*, æquiualere illi, *Donèc reuocauero*: quod tamèn dicunt esse falsum, vt in num. 255. diximus. Nisi fortè fauor, & vtilitas publica aliud suaderet: vt ostendimus. nu. 256

266 Ampliant eamdem primam partem conclusionis secundæ, numero 253. relatæ, præcitandi Doctores, Vt sicùt concessio Gratiæ, facta ad beneplacitum personæ concedentis, expirat eius morte: ità finito eius officio, ratione cuius potuit concedere. Quià dicta verba debēt intelligi: donèc concedens, permanens in officio, velit. Secundò: quià causa reseruandæ sibi voluntatis, erat officium: ergò finito officio, finitur voluntas. *argum. l non solum*, §. *fin. ff. de nouo opere. Nunt.* vbi Nuntiatio finitur, cessante dominio rei, quod eius causa erit: quamuìs persona superstes sit. & *ex leg. Lucius, laprina, cum l. sequent: ff. de fidei comm.* Vbi arbitrium, concessum alicui, vt hæredi, cessat; quandò desinit esse hæres. Et cōfirmatur: quià cum reuocare sit actus Iurisdictionis, *leg. iudicium soluitur, ff. de iudic.* & docet Glossa, ab omnibus recepta *in cap. si Delegatus. verb. Reuocandas de offic. Delegat. in* 6. & finito officio, careat concedens iurisdictione, frustrà voluntas ad id tempus protraheretur. Ità Bartol. *in leg. centesimis.* 46. §. *si ità stipulatus. num.* 11 *ff de verb. obligat.* vbi Alex. *num.* 12. Iason. *num.* 5. Curt. *iur. leg. more.* 88. *ff. de iurisd. omnium iudic.* Franc. *cap. si gratiosè num.* 11. *de rescript. in* 6. Mastrill. *decis.* 6. *nu.* 14 *volum.* 1. Sanchez, *lib.* 8. *de Matrim. disp.* 28. *numer.* 56. Merolla, *tom* 2. *de leg. disp.* 4. *cap.* 6. *numer* 533, & alij. Et hoc non solùm procedit in Gratijs odiosis: sed etiam fauorabilibus, dicunt Sanchez, & Merolla, loc. cit.

270 Hinc deducitur: si Episcopus concedat alicui Sacerdoti facultatem, audiendi Confessiones, ad ipsius Episcopi beneplacitum; si Episcopus renuntiet Episcopatui, vel ad alium transferatur, expirare prædictam facultatem. Non tamèn expiraret, Episcopo illo excommunicato, vel suspenso: quià licèt Episcopus concedens, nequeat pro tunc suo officio fungi; eius tamèn voluntas durat. Ità Gloss. *in cap.* 1. *verb. Ipsius*, *de offic. Vicarij lib.* 6. & *in cap. licèt verb. Reintegrat. de offic. delegat.* Bartol. *in leg. centesimis*, 46. §. *si ità stipulatus*, *num.* 12 *ff. de verb, oblig.* vbi Alex. *num olt.* Iason, *num.* 16. Franc. *in cap. si gratiosè, num.* 12. *de rescrip. in* 6. Sbroz. *de offi. Vicar. lib.* 3. *q.* 17. *num.* 10. & *quæst.* 18. *numer.* 11. Maranta, *in specul par.* 4. *dist.* 5. *numero* 70. Molina, *tract.* 5. *de Iustit. disp.* 23. *num.* 19. Sanchez, *lib.* 7. *de Matrim. disp.* 28. *num* 57. Merolla, *tom.* 2.

de leg. disp 4. cap. 6. num. 534. Guttierez, *lib. 1. quaestion. canon. cap. 1. n.* 83. & alij.

271 Limitant deniquè secundam partem eiusdem secundæ Conclusionis, nu. 253. propositæ: nempè vt, cōcessa ad beneplacitum Sedis, vel Dignitatis, non expirent morte concedentis; intelligitur, quandò Dignitas est perpetua, ac successorem habens. Quarè si Legatus Pōtificis, vel Vicarius Episcopi concedant aliquid, ad suæ dignitatis beneplacitum, extinguitur, eis defunctis, vel officij cessatione: quià cessat in his ratio tradita, *in cap. si gratiosè de rescrip in 6.* nempè dignitatem non perire: nam horum dignitas perit morte ipsorum, vel amotione ab officio. *Ità* Franc. *in d. cap si gratiosè num.* 13 Felin. *in cap ex litteris, nu.* 10 *vers & secundum prædicta, de constit.* Sanchez, *lib 8 de Mat. disp.* 28 *nu.* 59. Merolla. *tom. 2. de leg. disp.* 4 *cap. 6 num.* 537. & alij.

Dubitatur primò: *An quandò concessio fieret ad beneplacitum personæ, & dignitatis simul; pereat facultas, ità concessa, morte concedentis?*

272 PRima opinio ait: Præponderare dignitatem: & sic eam commissionem minimè extingui, cōcedentis morte: Ità Io. Andr. *in cap. si gratiosè, de rescript. in 6 nu 6. in fine.* Hostiens. *in cap. quoniàm Abbas, de offi. deleg.* Decius *consil.* 168. *col* 3. Simoneta, *de reseruat. benef. q.* 47. Io. And. Georg *allegat.* 46. *num* 20. & alij.

273 Secunda opinio ait: Nomen, quod præcedit, præponderare: & ità non perire, si præcedat nomen dignitatis: *Vt, ad beneplacitum Sedis, & nostrum*: Secùs si precedit nomen personæ: *Vt ad beneplacitum nostrum, & Sedis*. Ità Imola *d. cap. si gratiosè*, vbi Gemin, *col* 4. *vers. Quid si exprimatur vtrumque.* Io. Ant. Lanar. *conf.* 66 *à nu.* 21. Tapia, *in leg. vlt. ff de const Princip. pa 2. cap. 3 num.* 13. qui dicit, esse communem opinionem: Et eā sententiam videtur supponere Suarez, *lib. 8. de leg. cap. 9 nu.* 11. & Barbos. *in leg. quià tale, nu. 6. ff solut. Matrim.*

274 Et quamuis vtraque opinio sic probabilis; potest tamen probabilior dici prima opinio, quandò facultas est proprio motu concessa, per amplissimam eius interpretationem. Secundā verò esse veram: quandò facultas non est ex proprio motu concessa, sed ad petitionem alicuius: quià hæc strictè interpretanda est, cum sit ambitiosa. *Ità* intelligunt Gemin. *d. cap si gratiosè, nu.* 16. *ver. Posset in hac materia*: vbi Franc. *num.* 14. Lanar. *d conf.* 65 *nu.* 22 Et probabiliorem existimant. Sanchez. *disp.* 28. *num.* 60. & Merolla *d. cap.* 6 *nu* 542.

275 Quandò verò in concessione exprimitur quidem vtrumque nomen copulatiuè: sed respectu diuersarum personarum. Vt si ab Episcopo fieret concessio, his verbis: *Ad beneplacitum Sedis Apostolicæ, & nostrum*: aut è conuersò: In tali casu perit facultas, ità concessa, morte Episcopi: Quià cùm requiratur volūtas vtriusque, statim atque altera volūtas desinit esse, mandatum extinguitur Cum igitùr magna sit conformitas beneplaciti, & mandati: cum vtraque morte extinguatur; sequitur, eam concessionem Episcopi, factam ad beneplacitum suū, & Sedis Apostolicæ, expirare. Quià per mortem Episcopi cessat eius voluntas. ità Tapia, *in leg. vlt. ff de Const prin. 2 pa. cap. 3. nu.* 14 Merolla, *to. 2. de leg. disp* 4 *cap 6. nu.* 542. & alij.

276 Quando verò vtrumque nomen Dignitatis, scilicèt, & Personæ, non exprimitur copulatiuè: sed alternatiuè v. g. si Pontifex in concessione diceret: *Ad beneplacitum Sedis, vel nostrum*; aut è cōtrà: *Ad beneplacitum nostrum, vel Sedis*, expirare facultatem, morte cōcedentis, affirmat Sanchez, *lib* 8. *de Mat. disp* 28. *num.* 60. cuius ratio est: quià in alternatiuis sufficit alteram partem impleri *reg in alternatiuis, de reg iur. in 6.*

277 At Merolla *in 2 tom. de leg. disp.* 4 *cap 6. n.* 544. ait: Non perire concessionem, morte concedentis; quandò vtrumque nomen exprimitur copulatiuè: Cuius ratio est: quia idem est dicere: *Concedo tibi hoc, ad beneplacitum meum*, ac dicere: *donèc voluero*. Nām beneplacitū importat durationem, ac permanentiam eiusdem voluntatis, vt dicunt communitèr Doctores. *I*gitùr quandò Pontifex dicit: *Concedimus talem facultatē Petro, ad beneplacitum nostrum, vel Sedis Apostolicæ*, aut è cōtra, facit hunc sensū: *Donec ego, vel Sedis Apostolica voluerit*. Et per consequens, mortuo Pontifice, qui facultatē concessit, nō expirat facultas: quià licet cessat negatiuè voluntas illius Pontificis, adhuc tamèn permanet volūtas Apostolicæ Sedis, quę nunquā deficit: & in alternatiuis sufficit, vt altera pars verificetur

Dixit

Dixit supradictus Doctor: voluntatem illius Pontificis cessare tantùm negatiuè: etenim per mortem ipsius non cessat cōtrariè; cum non adueniat aliquis actus voluntatis, contrarius priori: nempè Nolitio.

Dubitatur secundò: An dicatur concessio facta ad beneplacitum personæ concedentis, quando fit mentio solius nominis Dignitatis: non in abstracto, sed in concreto. Verbi gratia: si non diceretur: Ad beneplacitum Sedis, vel Pontificatus: sed ad Romani Pontificis beneplacitum, vel Papæ, vel Regis, aut Episcopi?

278 PRima opinio ait: In dubio, vbi aliæ coniecturę nō vrgēt, referri ea verba ad personæ voluntatē: & per cōsequēs concessionem perire, morte concedentis. Cuius ratio est: quià cum voluntas magis propriè conueniat personæ, dignitate præditæ, quam ipsimet Dignitati incorporeę: rationi cōsonat, vt actus, directus in Pontificis voluntatem, potiùs ad personæ, quam Sedis ipsius voluntatem referatur. Tùm etiàm probatur ex *cap. si gratiosè.* vbi expressè dicitur: Concessionem, à Romano Pontifice factam, ad suæ volontatis beneplacitū, perire eius morte. Ità Anchar. *cap. si gratiosè, de rescript. in 6. nu. 4.* vbi Franch *nu. 7.* Soccin. *iuri cōs. 89. nu. 7 vol. 1.* Couarr. *lib. 3. varar. cap. 15. nu. 2.* Gutierez, *pract. lib. 3. quæst. 11. nu 19.* Gonzal. *ad 8. regul. cancell. § 1. prœm. nu. 1.* Barbos. *in leg. quià tale à nu 30 ff solut. Matrim.* Barbos. *de potest. Episcop. par. 3. alleg. 57. nu. 191.* Tapia, *in leg vlt ff de constitut. Princip. par. 1. cap. 3. nu. 10.* Molina, *to. 2. de iust. disp. 298.* Tuschus, *to. 1. lit. B. concl. 89. num. 30.* & alij.

279 Secunda opinio ait: Ea nomina referri ad Dignitatam. Cuius ratio est: quià ea sunt propria nomina Dignitatis, & Officij. Tum quià commissio, facta alicui sub nomine concreto Officij: vt, Archiepiscopo *Panormitano*: censetur facta Dignitati, vt omnes concedunt: & per consequēs non extinguitur morte ipsius Episcopi; sed transit ad successores. Ergò idem dicendum est de commissione actiua, facta ad beneplacitum Romani *Pontificis*, vel *Papæ*, vel Archiepiscopi *Panormitani*: quod scilicèt referatur ad dignitatem. Ità Io. Andr. *d. cap. si gratiosè nu. 5.* vbi Domin *num. 11.* Felin. *in cap. ex litteris nu. 9. de consti.* Beroius, *Quoniam Abbas, nu. 90. de off. Deleg.* Capyc. *decis. 136. nu. 3.* Suarez, *de cens. disp. 26 sect. 2. nu. 17.* Casal *de indulg. cap. 15. nu. 144. 10.* Andr. Georg *allegat. 46. nu. 17.* Camill. Borell. *cons. 1. nu 99.* Gomes *in cap. 1. de const. lib. 6. à nu. 2.* Maschard *de probat. concl. 88. v. Beneplacitum.* Menoch. *de arb. lib. 1. q. 69. nu 7.* Ruin. *lib 1. cons. 115. nu. 5. & 7 & lib. 5 cons. 104.* Cald *cons. 3 tit. de rescript.* Sanchez, *lib 8. de Mat. disp. 28. nu. 62.* Salas, *de leg disp. 20 sect. 17. nu. 125.* Azorius, *pa. 2. lib. 5. cap. 23 q. 4.* Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 6. nu. 546.* Bonacina, *de leg. quæst. 3. pu. 1. nu. 14.* & alij.

280 Quando verò fierit concessio ab Episcopo, ad beneplacitum summi *Pontificis*, vel Sedis Apostolicæ: tùnc non solùm non extingueretur ea facultas, morte Episcopi: immò nequè posset ab eo in vita reuocari. Ità Vincent. Anna, *alleg. 119 nu. 13.* Tapia, *in leg. vlt ff de const. Princip. pa. 2 cap. 3. nu. 15 arg. l. certè § si Procurator.* vbi gloss. *ff. de precar.*

Vltimò dubitatur: An Dispensationes, & & aliæ Gratiæ, ad sui valorem, scriptura indigeant?

281 PRima opinio affirmat. Ratio deducitur ex regula cancellariæ. *si.* Vbi disponitur: nullam dispensationem suffragare, nisi litteris expeditis. Ita Decius, *in rub. de Const. in 2 sect. nu. 16* Felin *num 6.* Staphil. *de litt. gratiæ in princip præfat nu 11.* Plam. *de resig. benef. lib. 10. q. 1. a num. 7.* Oldrad *cons. 136. col. 2.*

282 Alij verò sic respondent, primò: Scriptura non est necessaria ad substantiam, & valorem Gratiæ: sed statim ac cōcessa est per verbum, Fiat, valida est in se, & perfecta, quoad substantiam. Ad probationem autem, & vt ex illa agi possit in iudicio, indiget expeditione litterarum. Ratio istius primæ conclusionis deducitur ex Clem. *dudum verbo in quibus per seipsos, de Sepult.* ibi *Vniuersa Priuilegia, Gratias, vel Indulgentias, verbo, seu quacumque forma.* *Et ex cap. institutionis 25 quæst. 2.* quod est D. Gregorij Papæ ibi *Siue, quæ scripto decreuimus, siue quid in nostra præsentia videntur esse disposita.* Tū quià Gratia est donatio quædam. Constat autēm; Donationem, statim ac fit, esse in se perfectam; antequam instrumentum Donationis conficiatur. Ità Gloss. *in clem dudum de Sepult. verb. verbo* vbi Imol. *num. 51.* Archid. *nu. 39 & 40.* Gardin. *vers. not enim notab. 2.* Innocent. *cap. constitutus. nu. 2.*

num. 2. in fine de rescrip. Archid. in prœmio. sexto. § final. nu. 3. vbi Io. And. verb. sacrosancta à nu. 5. Domin. verb. Vniuersitati. nu. 4. Franch. eodem verbo. n. 2. idem Cardin. in proem. Clementin verb. hæc sũt. nu. 2 quęst. 5. Panormit. cap. in nostra. nu. 11. de rescrip. Bald. leg. human. nu 8 in fine. C. de legibus. & leg final. num. 1. C. de communi seruo. & leg final. nu. 6. C sententiam rescindi non posse Felin. rubric. de constit. num 5. vbi Decius, in noua edit in prima lectura à nu. 37. vsque ad nu. 43 Mandos à nu. 40. Bosius, nu. 110. Ripa num. 50. Ferretus, nu. 18. Antonius de Burgos. n. 144. Riminaldus, num 129. Gygas, de pension. quæst 36. nu. 1. 2. & 3. & quæst. 40. nu 2. & 3. Parisius cons 5 nu. 60. & consil. 77. nu. 12. col. 4 Rebuff. cap. postulastis in gloss. verb retinere. nu. 21. de Clerico excommu. minist prax bæres, tit. de Dispens. ad plura beneficia, nu penult. ex tit. gratia rationi congruit. nu. 2. & tit. de signatura gratiæ, pa. 2. nu 15. & in concord. rubric. de mandat. Apost. § 1. verb litteras. Ripa, resp. 13. nu. 4. de rescrip. Cassadorus, in suis decision. tit. de causa possession. decis. 4. nu. 2. Bartol. soccinus cons 41. nu. 3. col. 3. Rosella, v. Priuilegium nu. 26. vbi Siluester. q 14. Armilla, nu. 10. Tabiena, q. 10 nu 11. Nauar. lib. 5. consil in 2 edit. tit de Priuileg. consil. 1. nu. 2. & § in Leuiticum notab. 26. nu. 6 & cap. accepta oppos. 8. nu. 20. de rest. spol. Bossius, in sua pract. tit de Principe nu. 393. Molina, lib 2. de prim. genit. cap. 8 num. 55. Maschard de probat concl 845. nu. 20. Azobedo lib. 5. recopil. tit. 7. l. 2. num. 11. & 12. Martiens. d. l 2. gloss. 3. nu. 1. Molina, tom. 3. de iust. disp. 999. nu 1. Graffius, pa. 3. decis. lib. 1. cap. 13 num. 51. Sayrus, de pœnit. cap. 22. num. 3 in fine. Sanchez, lib. 8. de Mat. disp. 29. num. 2. Merolla, to. 2. de leg. disp. 4. cap. 6. nu. 552. & alij.

283 Hinc deducitur primo: Gratia non expirat, mortuo Pontifice, antè expeditionem litterarum; quia iam perfecta est, & nihil ad eius valorem desideratur: licèt ad probationem, vt ex illa agi possit in iudicio, indigeat expeditione litterarum. Ità Doctores, numero præcedenti allegati.

284 Secundò: Licitum est cuilibet in foro conscientiæ vti gratia concessa; etiã si litteræ nondum expeditæ sint. Quia cũ ea Gratia sit in se, & quò ad substantiam perfecta: & solùm, quò ad probationem in foro externo, indigeat scriptura; licebit, ea vti in foro conscientię, ante literarum expeditionem. Ità Panormita. in ca dudum. ad finem de sepult. Felin. cap. ex diligenti. nu fin. de Simonia, & rubric. de const. in 5. vbi Anton. de Burgos. nu. 152. Rebuff. prax. benefi, tit. de signat. gratiæ, § in princip. nu. 8. & tit. de pens. ad plura benefi. nu. 41. & cap. postulastis; in gloss. & retinere nu 20. de Cler. excom. minist. & in cõcordat. rubric. de mandat. Apostolicis § 1. verbo litteras. vers. 4. in foro conscientiæ. Gomez, regul de non iudicand iuxtà form. supplicat quæst 14. vers breuitèr prædictis non obstantibus. Gigas, de pensionib. q. 34. nu 6. in fine & sequentibus. Mandos regul. 27. cancellariæ q. 7. nu 4 Nauarr. § in Leuiticum notab 26 & cap accepta. opposit. 8. nu. 30. de restit. spoliat. Maschard. de proba. conclus. 843. nu. 30. Molina, to. 3. de instit. disp. 599 nu. 1. Henriquez, lib. 7. de Indulg. cap. 20. num. 5. in conuent. litt. D. & cap. 21. nu. 7. & lib. 11 de Mat. cap. 3. num. 7. Emanuel Sà, v. Gratia. nu. 21. Sanchez, lib. 8. de Mat. disp. 29. nu. 4. Merolla, to. 2. de leg. disp 4. cap 6. nu. 554. & alij.

285 Hinc infertur, vt dicunt aliqui; Pensiones posse recipi, & solui in foro conscientiæ: quandò Gratia verbo tantum concessa est: quamuis litteræ non sint expeditæ. Ità Gomes. in regula de non iudicando iuxtà formam Supplicationis q. 14 vers Breuiter prędictis. Mandos. reg. 27. cancell. q. 7. nu. 4. Sanchez alios referens in lib. 8. de Mat. disp. 29. nu. 5. Etiamsi inter partes sit conuentum. vt concessa per Põtificem Pensio, soluatur, adhùc litteris non expeditis, teneri soluere eum, qui ita conuenit. Ità Rebuff. de pacif. possess. nu. 137. concl. 21. & in prax. benef. si inter partes sit conuentum.

286 Et quamuis tempore antiquo vera esset opinio istorum; Attamèn hodiè cõtrarium dicendum est: Vt benè inquit Gordia. to. 1. de benef p. 4. cap. 2. à num. 39. stante clausula in supplicatione pensionum, quæ à tempore Gregorij XIII. apponi cœpit; scilicèt, Vigore litterarum, desuper expeditarum; nec aliàs persoluenda. Et ità tempore Sixti V. altera clausula apponi solebat. Vigore litterarum Pontificiarum, desuper expediendarum, nec antea persoluenda; aliàs præsens reseruatio eo ipso nulla sit. Et hodiè à tempore Clementis VIII. dicta clausula ponitur magis strictè: dicitur enim. Vigore litterarum Apostolicarum, intrà nouem menses proximos expediendarum: aliàs persoluenda: aliàs præsens reseruatio eo ipso

ipso nulla sit. Vnde hodie pensio non solùm non debet solui, litteris non expeditis, sed etiam illæ debent expediri intra nouem menses à data supplicatione: alias pensio est nulla eo ipso: quia clausula annullat pensionem à principio.

287 Limitant aliqui primam Conclusionem, num. 282. relatam; vt intelligatur quandò Gratia nihil amplius desiderat, quàm ipsam Principis concessionem. Vt si sit de aliqua obligatione contracta remittenda: vel aliquo iam facto confirmando &c. Secùs vero, quandò Gratia, vel Priuilegium sunt ad aliquid inposterum faciendum, quod absque hoc *Priuilegio* non liceret, aut irritum esset. Tùnc enim existimant, Gratiam non valere: nec virtute illius eum actum licitè, aut validè fieri posse; nisi prius litteræ illius Gratiæ expediantur, Ità Bald. *leg. falsum, num.* 21. *C. de furt.* Molina, *lib. 2. de Primog. cap. 7. num.* 57. Gutierez *qq. Canon. lib. 2. cap. 17. num. 4. & qq. pract. lib. 2. q. 75. nu.* 2. Rodoriquez, *to. 2. qq. regul. quæst. 46. art.* 8. & alij. Ex quo Rodoriquez, & Gutierez dicunt, licentiam testandi, concessam Episcopis à Pontifice, expirare, eo mortuo antè litterarum expeditionem: quià est Gratia, ad aliquid faciendum.

288 Sed hanc limitationem non admittunt Molina, *tom. 3. de Iust. disp.* 599. *nu.* 4. Sanchez, *lib. 8. de Mat. disp. 29. nu.* 7. Garzias, *tom. 1. de benef. cap. 1. nu.* 333. Gonzal. *de regul. 8. Cancell. gloss. 12. num. 45. & seq.* Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 6. num.* 559. & alij. Quorum ratio est: quià nulli solido fundamento innititur. Tùm quià seclusis regulis Cancellariæ, valida est Gratia, ad aliquid efficiendum, quamuis litteræ confectæ non sint. At regulæ Cancellariæ Gratiàs has non irritant; sed ad solius fori externi probationem, expediri litteras petunt; ergò &c.

289 Secunda Conclusio. Dispensatio non suffragatur in foro externo, litteris non expeditis; at quod semel expediuntur suffragatur à puncto gratiæ concessæ, & non solum à puncto expeditionis litterarum, etiam si mortuo Papa, qui tàm concessit, litteræ expediātur nomine sequētis Pontificis in forma: *Quia rationi congruit.* Itaque si antè finitum iudicium litteræ quocumque tempore expediantur, Gratia, & Dispensatio suffragatur, quamuis in principio iudicij solo verbo concessa inueniantur. Quià regulæ Cancellariæ, petentes litterarum expeditionē; vt dispensatio suffragetur in foro externo, non petunt à principio iudicij, litteras expeditas esse. Ità Bartol. Soccin. *cons. 41. num. 3. vol. 4.* Ludouisius Gomez, *regula de non iudicando, iuxtà formam supplicationis quæst. 6. nu.* 1. Molina, *lib. 2. de Primog. cap. 7. numer.* 56. alter Molina, *to. 3. de iust. disp. 599. nu.* 2. Sanchez, *lib. 8. de Mat. disp. 29. num.* 9. Merolla, *tom. 2. de leg. disp. 4. cap. 6. nu. 559. vers. secunda conclusio,* & alij.

290 Tertia Conclusiò. Litteræ, iurisdictionem concedentes Iudicibus, qui per eos deputantur, requirunt necessariò, antè Iudicij initium, eas expeditas esse. ita vt si iudicium inchoetur, concessa supplicatione; nondum tamèn litteris expeditis, & intimatis, est omninò nullum, nèc valorem obtinebit: eò quod in iudicij progressu litteræ expediantur, ea præsententur. Constat ex regula Cancellariæ de nō iudicando, iuxta formam supplicationis. Itèm quià cum iurisdictionis exercitium non acquiratur antè litterarum præsentationē, vt probat multis allegatis Molina de *Primog.* statìm allegandus, quidquid antè gestum est, corruit, defectu iurisdictionis in Iudice. Ità Molina. *lib. 2. de Primog. cap. 7. nu. 56. & 57.* alter Molina, *to. 3. de iust. disp. 599. nu.* 2. Sanchez, *lib. 8. de Mat. disp. 29. num.* 10. Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 6. nu.* 560. & alij.

An potestas, seù concessio dispensandi, & quæcumque alia potestas delegata, expiret morte, vel cessatione officij personæ, cui commissa est? Dub. 25.

PRo resolutione huius quæstionis, sciendum est: Tripliciter posse committi potestatem delegatam alicui. Primo modo expresso solo proprio nomine ipsius: vt, committimus Petro. Secundo modò expresso solo nomine dignitatis: vt committimus Archiepiscopo Panormitano. Tertiò expresso vtroque: vt, committimus Petro, Archiepiscopo Panormitano.

291 Communiter Doctores dicunt: Quoties Delegatio, seù commissio est personalis: idest, specialiter facta personæ; cessat, morte ipsius Delegati. Quandò verò est realis: idest, dignitati, vel officio facta; non extinguitur eius morte: sed trāsit in personam, succedentem in officio, seù dignitate. Et tùnc censetur personalis, quotiès solùm personæ delegati nomen

men exprimitur: Vt committo hoc Petro. Realis verò erit, quandò nomen Dignitatis, vel officij solum exprimitur: Vt committo Archiepiscopo Panormitano. Hæc regula expressè probatur *ex cap. quoniam Abbas, de offic. deleg.* ibi. *Quia sub expressis nominibus locorum, & non personarum, commissio emanauit.* Locorū: idest, dignitatum, quæ locis præsunt: vt explicat *Panormit. nu. 8.* ab omnibus receptus. Et ideò ex eo textu colligunt hãc regulam omnes Canonistæ cum Glossa. ibi *verb. substitutum.* Ratio est: quia in priori casu, commissio fit Personæ, quę moritur. *In* posteriori verò, fit Dignitati, quæ nunquàm moritur, sed est vna, & eadem in successore *cap. si gratiosè, de rescrip. in 6.*

291 Limitant hanc sententiam primò Panormit. *cap. quoniam Abbas nu. 4. de offic. deleg.* vbi Anton. *num. 21.* Card. *quæst. penult.* Imola, *num. 8.* Decius, *in noua edit. num. 33.* Couarr. *cap. requisiti à num. 1. de testam.* Sanchez, *lib. 7. de Mat. disp. 17. nu. 3.* Barbosa, *leg. quia tale, 24. num. 41. ff. solut. Matrim.* Merolla, *to. 2. de leg. disp. 4. cap. 6. nu. 565.* & alii communitèr: Nisi ex verbis concessionis, aut ex subiecta materia, aliud colligatur. Quia, si verba, vel subiecta materia indicent, commissionem esse personalem, sic erit censendum; quamuis solius Dignitatis Delegati mentio fiat. Exemplum primi sit de verbis. Pontifex committit causam Archiepiscopo Panormitano, solo Dignitatis nomine expresso: declarans, se illi committere eam causam, ob peculiarem sententię, ac sanctitatis notitiam, quam de illo habet. Ex verbis constat, non esse habitam, Dignitatis considerationem, sed Personę: ac proindè commissio erit personalis. Exemplum in materia subiecta. Fuit excommunicatus Episcopus Agrigentinus, solo Dignitatis nomine expresso: manifestum est, excommunicationem esse personalem, nec transire ad successorem: quia hoc petit materia excommunicationis subiecta, vt potè, quæ ob solum personale delictum ferri potest. Ratio istius est; quia vna pręsumptio tollit aliam; & maior minorem, vt ait Gloss. *fin. cap. transmissæ, qui filij sunt leg.* Bartol. *in leg. Diuus, per illum Textum, ff. de integr. rest. not. 2.* Menoch. *de præsumpt. lib. 1. q. 30. nu. 1.* & alii. At fortior est pręsumptio, quæ ex verbis ipsis peculiaribus cōmissionis, ac ex materia subiecta sumitur, vt potè, quæ peculiaris est: quàm generalis, desumpta ex proprii nominis, vel dignitatis expressione: ergò illa potiùs attēdenda est, ac huic prępondenda.

293 Vnde Decius, *nu. 36.* Sanchez, *nu. 4.* & Merolla, *nu. 566.* dicunt: Præsumptionē, respicientem personā, preferri præsumptioni, respicienti dignitatem: ac proindè, vtraque concurrente, iudicandum esse in dubio dispositionem personalem. Quorū ratio est: quia pręsumptio, specialis, generalem cessare facit: cum generi species derogat. Vt probat Menoch. *de arbitr. li. 2. cauſ. 423. nu. 14. & de præsumpt. lib. 1. q. 29. num. 7.* At præsumptio respiciens personam, specialis est: vt docet Bald. *leg. 1. q. 3. ff. de off. consul.* Hoc autèm intelligunt pręcitati Doctores; quandò pręsumptiones illæ essent hinc inde pares, ac proindè res est ęquilibrio, vt dicit Beroius *in d. cap. quoniam Abbas nu. 85.*

294 Limitant secundò Angelus, *§. Et hæc verò iubemus; vers. Attende Authent. vt null. iudic.* & alii. vt tunc commissio realis, facta sub nomine Dignitatis, transeat ad successorem, quando prior obiit, re non integra: sed negotio iam incepto. Secùs si re integra obierit.

295 Attamèn alii communitèr dicunt: Commissionem, factam sub nomine Dignitatis, transire ad successorem: quamuis prior Delegatus re integra obierit: Quia rem esse integram, aut ceptam, nè commissio expiret, solùm attenditur, quādo Delegans obiit: non autèm quandò Delegatus obiit. Quia dum est commissio personalis, semper extinguitur cum persona Delegati. Quandò verò est realis transit ad successorem: siuè commissio cępta sit à defuncto, siuè res integra māserit. Quia ratio vtriusque partis, nimirum, personam mori, non autem dignitatem, militat; siuè res sit integra, siuè non. Ita Innocen. *cap. quoniam Abbas, num. 1. de off. deleg.* vbi Hostiens. *num. 509.* Io. Andr. *num. 27.* Anton. *num. 10.* Decius, *nu. 14.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. q. 78. nu. 22.* Idem Decius, *l. mor. numer. 54. ff. de iuris. omn. iud.* vbi Zasius, *in fine.* Anchar. *cap. licet vndiquè q. 5. de off. Deleg. §. quibus modis finitur. num. 10.* Merolla, *d. cap. 6. num. 567.* Sanchez, *d. disp. 27. nu. 7.* & alii communitèr.

296 Limitant tertiò Bartol. *leg. quod Principi, in fine ff. delegat. 2.* vbi Baldus, *in fine.* Albert. *leg. more, nu. 10. ff. de iurisd. omnium iud.*

ind. vbi Decius, *num.* 64. Iason. *num.* 63. Felin. *cap. quoniàm Abbas, nu.* 7. *de off. deleg.* Flam. *de resign. benef. lib.* 7. *quæst.* 24. *nu.* 76. Menoch. *de præsump.* 123. *num.* 10. *& de arbit. lib.* 1. *quæst.* 68. *nu.* 24. & alij Vt intelligatur, quandò dignitas Delegati, est per se subsistens, & nomine proprio illi competit. Secùs si sit accessoria, & dependens ab alio, cui principalitèr ea dignitas inest. Vt contingit in Vicario Episcopi: quia in hoc euentu nulla erit differentia: siue commissio fiat expresso proprio nomine Vicarij, siuè nomine dignitatis: nam in vtroque euentu commissio erit personalis. Nèc transilit ad successorem in Vicariatu: sed morte personæ peribit. Quorum ratio est: quia Dignitas, seù officium Vicarij, eo mortuo, expirat, vel eo reuocato ab Episcopo nec dicitur tunc vacans, eo quod non habeat tunc propriè successorem: quoniàm Vicarius non habet iurisdictionem nomine proprio, sed iurisdictio sua est Episcopi, faciens idem consistorium. *cap.* 2. *de consuet. in* 6.

297 Attamèn alij dicunt: commissionē factam Vicario sub nomine Dignitatis, seù officij, eo mortuo transire ad successorem in Vicariatu. Quorùm ratio est: quià licèt, propriè, ac strictè Vicarium Episcopi non habet dignitatem, nec successorem, vt apretè probant Doctores nu. 296. & per consequēs in rigore iuris non transit ad successorem: nihilominùs dicendum est, transire: quià sic habet praxis, & consuetudo, quæ fundatur in præsumpta voluntate Pontificis, ad vitanda inconuenientia. Cum enìm commissiones dispēsandi in foro externo, dirigantur sempèr ad Vicarium generalem Episcopi; si personales essent, sæpè perirent, morte Vicarij occurrente; ac magnæ expensæ in impetrandis alijs rescriptis fierent. Ità Paul. *clemen. si principalis, de rescrip.* Cardin. *cap. quoniàm Abbas, nu.* 3. *oppos.* 11. *&* 12. *de offic. deleg.* Iacob. de Puteol. *dicens, sic Rotam decidisse, decis.* 487. *num.* 11. *lib.* 2. Flamin. Paris. *de resign. benef. lib.* 1. *q.* 11. *ad finem.* Panorm. *cap. quoniàm Abbas; num.* 11. *de off. deleg.* Sanchez, *lib.* 8. *de Mat. disp.* 27. *nu.* 10. Salas, *de leg. disp.* 17. *nu.* 124. Steph. Grat. *tom.* 1. *discep. for. cap.* 92. *num.* 15 Genuens. *in prax. Archiep. Neapol. cap* 69. *in edit. Rom.* Gutierez, *de Mat. cap.* 125. *nu.* 2. Garz. *to.* 1. *de benef. pa.* 6. *cap.* 2. *num.* 34. Merolla, *to.* 2. *de leg. disp.* 4. *c.* 6. *n.* 569. & alij

298 Et quod diximus de Vicario Episcopi, dicendum est etiàm de Vicarijs Prælatorum, habentium iurisdictionem quasi Episcopalem in sua Diœcesi, ita vt nulli Episcopo subsint: Commissiones enìm, huiusmodi Vicarijs directę, sub nomine officij, transiliunt ad successorem: quià etiàm in his militat ratio assignata: Et ità habet praxis, & docet Merolla. *to.* 2. *de leg. disp.* 4. *cap.* 6. *nu* 570. *in fine.*

299 Non tamèn commissio, seù Delegatio, facta Canonico Ecclesiæ Cathedralis, transit ad successorem, vt communitèr dicunt: quando Ecclesia illa non est numerata, seù nō est in ea certus numerus Canonicorum. Quià Canonicatus ille cum persona extinguitur; nec successorem habet. *cap. dilecto de præbend.*

300 Quandò in illa Ecclesia adest certus numerus Canonicorum; tūc commissio facta Canonico, vt sic, nō transit ad successorem: sed extinguitur, morte Canonici, cui facta est: docent Panormitanus. *in cap. quoniàm Abbas, num.* 9. *de off. deleg.* vbi Beroius, *nu* 99. Felin. *nu.* 5. *&* 6. Decius, *in noua edit. à nu.* 59. Imol. *clem.* 2. *nu.* 12. *de rescrip.* Domin. *cap. statutum num.* 8. *de rescrip. in* 6. vbi Franc. *num* 9. & alij. Quorum ratio est: quià Canonicatus non habet propriè successorem, sed morte extinguitur: vt dicit Gloss. *in cap. quod sicùt verb. consentire in fine de elect.*

305 Sanchez verò *in lib.* 8 *de Matr. dispu.* 27. *nu.* 12. Gutierez, *de Matri cap.* 125 *nu* 4. Bonacina, *de legib. disp.* 1. *quæst.* 3. *pu.* 8. *nu.* 14. & alij dicunt, Quamuìs, in rigore iuris, horum sententia sit vera, proptèr rationem, ab ipsis assignatam: nihilominus, ex præsumpta voluntate Pontificis, commissionem, factam Canonico, transire ad alium successorem, cui Canonicatus ille collatus est: sicùt diximus suprà de Vicario Episcopi.

302 Secundo. Commissiones, factas Legato, etiàm à latere, sub nomine Dignitatis, non transire ad successorem: sed cū persona Legati extingui, docent Anton. *cap. quoniàm Abbas, nu.* 23. *de offit. deleg.* vbi Panormit. *num.* 12. Decius, *in noua edit. nu.* 63. Felin. *nu.* 8. Beroius, *à nu.* 102. Bartol. *leg. more in fine. ff de iurisdic. omnium iudic.* Imola, *in Clem.* 2. *nu.* 12. *de rescrip. in* 6. Gutier. *de Matr. cap.* 125. *nu.* 4. Bonacina, *de leg. disp.* 1. *quæst.* 3. *pu.* 8. §. 1. *nu.* 15. Sanchez, *d. disp.* 27. *nu.* 11. Franc. *cap. statutum n.* 12. *in* 6. *de rescrip. notab.* 5.

&

& cap. si gratiosè nu. 13. eodem tit. & lib. & alij. Quorum ratio est: quia, finita legatione, non dicitur vacare ea dignitas nec in illa datur propriè successor: sed semper de nouo per Pontificem creatur.

303 Anastasius Germon. *verò de Indult. Card. § Hyeronimo, num.* 57 Steph Grat. *tom. 1 discept. Forens. cap. 92. nu.* 15. & Merolla, *tom. 2. disp. 4 cap. 6. nu* 526. *vers. caeterum,* dicunt: Quamuis sententia suprà citata sit vera, stando in rigore iuris: tamen non videtur, cur non possit dici in praesenti; commissionem, factam Legato, transire ad successorem, ex praesumpta mente Pontificis; sicùt diximus nu. 277. si enim non transiret, eadem inconuenientia sequerentur, quae dicta sunt de Vicario. Et hoc verum est tantùm in Legatis, quorum locus legationis est certus, & consuetum in eo esse Legatos Pōtificis: vt Bononiae, Perusij, Auenione, Ferrariae &c.

304 Limitant quartò alij eandem regulā, num. 291. traditam: Vt tùnc commissio, facta dignitati, transeat ad successorem; quandò commissio illa iurisdictionem aliquam continet. Secùs, si sit nudum ministerium, seù nuda facti executio. Quorùm ratio est: quià in commissione iurisdictionis, attenditur praesumpta peritia eius, qui eam dignitatem habet, quicumque ille sit; at in commissione nudi ministerij, sola certae personae affectio, & cōfidētia reperitur. Ità Bart. *leg. more in fine ff. de iuris. omn. iud.* vbi Iason, *n.* 65. Io. Andr. *cap. final. nu.* 24. *de offic. deleg.* vbi Anton. *§ vlt. nu.* 25. Beroius, *cap. quoniā Abbas à nu.* 111. *eod. tit.* Ancharan. *cap. si gratiosè, nu.* 7 *de rescrip in 6.* Ruynus, *cōs.* 115. *nu.* 9 *volum.* 1. *& cons.* 63. *num.* 5. *vers.* 62. *nu.* 5 *vers. neque obstat vol.* 4.

305 At dicendum est cū alijs: Huiusmodi commissiones trāsire ad successorem in dignitate. Quià nulla potest assignari congrua ratio disparitatis: nàm cum dignitas, cui commissio facta est, non moriatur; sed eadem in successore maneat: dicendum est, eam ad successorem transire. Ita Hostiens. *cap. final. nu.* 11. *de offic. legat.* vbi Panorm. *§. vlt. in fine,* Card. *q.* 7. Imol. *num* 20. Ancharan. *num.* 8 *limit.* 1. Decius, *cap. quoniàm Abbas, nu.* 77 *de off. deleg.* Menoch. *de arbit. lib.* 1. *q.* 68. *nu.* 23. Gutierez, *de Matr. cap.* 125 *nu.* 7 Sanchez, *lib.* 8 *de Mat. disp.* 27. *nu.* 14. Merolla, *to.* 2. *de leg. disp.* 4, *cap.* 6. *nu.* 528. & alij.

306 Limitant quinto. Iason. *in leg. more, num.* 65 *ff. de iurisd. omn. iud.* Menoch. *loc. cit. nu* 25. Petr. de Grass. *in tract. de effect. amicit. num* 157. Anastas. Germon. *de indult. Card. § Hyeronimo. num* 59. & alij. Nisi ille, cui sub nomine Dignitatis facta est Delegatio, sit coniunctus sanguine, aut stricto amicitiae vinculo cum Delegāte: tùnc enìm existimant, commissionē esse personalem, & per consequens, non transire ad successorem. Quorum ratio deducitur, *ex cap. requisisti, de Testam.* vbi Legatum, relictum ab amico, vel cōsanguineo, expresso solo nomine Dignitatis Legatarij, censetur relictum, contēplatione personae.

307 Castr. verò *in 1. par. oper. moral. tract.* 3. *disp.* 4 *pu.* 16. *§.* 6 *nu.* 6. Sanchez, *lib.* 8 *de Mat. disp.* 27. *nu.* 15. Gutierez, *de Mat. cap.* 125. *nu.* 8. Merolla, *tom.* 2 *de leg. disp.* 4 *cap.* 6. *nu.* 579. & alij dicunt: Huiusmodi Delegationem esse realem, ac proindè trāsire ad successorem. Nàm cum stylus, & consuetudo habeat, vt Delegationes cōmittantur personae alicui, in dignitate constitutae, *iuxta cap. statutū de rescript. in 6.* & Dispensationes fori externi Vicarij Episcopi, quamuìs, ij sint consanguinei, vel amici delegantis; praesumendum potius est, commissionem sub nomine dignitatis, eis factam, esse realem, ac trāsire ad successorem. Quià non praesumitur principalitèr spectata persona, aut coniunctio cum illa: sed dignitas, cui haec causae delegari debeant.

308 Vltimò limitant Iason, *in leg. more, nu.* 65 *ff. de iurisd. omn. iud.* Bart. *in leg. si seruus. communis, ff. de stipul. seru.* Panorm. *in cap. quoniàm Abbas num.* 8 *de offi. deleg.* Beroius, *ibidem nu.* 91. Menoch. *de arbit. lib.* 1. *quaest.* 68. *num.* 16. *& sequenti,* & alij eādem regulā, quo ad eam partem: vt, Delegatio facta, expressa tantū Delegati proportione, censeatur personalis, & ita cum persona expiret, vt intelligatur, nisi Delegatus esset incognitus Deleganti: tùnc enim censebitur (secundum istos) commissio realis, & facta Dignitati, si Delegatus eam habeat.

309 Sed Sanchez, *d. disp.* 27 *nu.* 16. Castro *loco citato nu.* 7. Merolla *d. cap.* 6 *nu.* 581. reijciunt hanc limitationem. Quia si cōmittens, noluit personae, sed dignitati, vel officio delegare; quarè solius nominis proprij personae mentionem fecit.

Da-

Dubitatur: An Commissio facta, expressis simùl nominibus Dignitatis, & Personæ Delegati, censeatur realis, an personalis?

310 PRima opinio ait: Censeri commissionem realem, dignitati factam, & sic transire ad successorem. Cuius ratio est: quià Dignitatis qualitas præualet, eo quod potentior, & firmior sit. Ità Glossa, *leg. cum ita 93. vers. Hæredi, ff. de cond. & demostrat.*

311 Secunda opinio ait: Spectandum esse, Vtrùm ex illis nominibus præcedat, & præcedente proprio, commissionem esse personalem: vt si dicatur: Committimus Petro, Episcopo Agrigentino. Si verò Dignitatis nomen præcedat esse realem. Vt, committimus Agrigentino Episcopo, Petro. Cuius ratio est: quià vbi res est dubia, deducitur ex ordine litteræ intentio concedentis. *cap. mandato. in fine de præbend. in 6. cap. si quis iusto in princip. de elect. in 6. & leg. quotiès, ff. de vsu fructu.* ità Bartol. *in leg. more, in fine, ff. de iurisd. omn. iud.* vbi Decius, *nu. 55.* Iason, *nu. 65.* Curtius, *in fine.* Archid. *cap. si gratiosè, num. 6 in fine, de rescrip. in 6.* Panormitan. *cap. quoniàm Abbas. num. 8. de offic. deleg.* vbi Card. *quæst. penult.* Decius, *in noua edit. num. 47. & 48.* Menoch. *de arbit. lib. 1. quæst. 68 à nu. 16* Anast. Germon. *de Indul. Card in 1. edit. §. Hyeronimo à num. 69.* nisi Delegans, seù committens non haberet notitiam personæ, cui committit: tūc enim censetur commissio facta dignitati, etiam si nomen proprium præcedat. Ità Panormitanus, Cardinal. Decius, & Menochius.

312 Tertia opinio ait: Sempèr huiusmodi commissionem esse personalem, vtrum uis nomen præponatur, ac proindè non transire ad successorem, sed perire, morte delegati. Cuius ratio est: quià cum nomen Dignitatis generale sit ad omnes, ea fulgentes: nomen autèm proprium sit speciale illius personæ nominatæ; illud per hoc restringitur, vt non excedat personam nominatam. Nàm quotiès genus, & species in vna persona concurrūt, genus, expositum per aliquam speciem, restringitur ad illam. *cap. 2. de rescript. cap. statuto, de decim. in 6.* Tùm etiàm *ex cap. quoniàm Abbas de offic. Delegat.* vbi Textus, explicans, quandò commissio sit realis, ait: *Sub expressis nominibus locorum, & non personarum.* Quasi dicat: Vbi nulla nominis personæ mētio facta est: quià negatio, quidqd post se inuenit, destruit, ac magis negat, quàm affirmatio ponat, vt dicunt Dialectici, & tradit Gloss. *cap. cùm Dilectus, verb. à suspensis, de consuetud.* ità Io. Andr. *cap. statutum num. 17. vers. Et ibi possit, de rescript in 6.* vbi Archid. *num. 3. vers. Quid si causa.* Alex. *cons. 175 incip. perspectis, num. 5. volum. 5.* Imola, *cap. quoniàm Abbas, num. 8. in fine de offic. deleg.* Bellarm. *quæst. 4. num. 13.* Beroius, *num. 22.* Flamin. *de resignat. benefi. lib. 1. quæst. 11. num 12.* Card. Tuscus, *tom. 2. lit. D concl. 439. num. 51.* Gutierez, *de Mat. cap. 125. num. 9.* Stephan. Grat. *tom. 1. discept forens. cap. 92. à num. 2.* Salas, *de leg. disput. 20 sect 17. vers. Dico secundo.* Sanchez, *lib. 8 de Mat. disp. 27. nu. 20.* Merolla, *tom. 2. deleg. disp. 4. cap 6. nu. 584.* & alij.

314 Limitat hanc vltimam opinionem Sanchez: Nisi spectato personæ nomine, commissio redderetur inutilis: tūc enim censenda est realis, ac proindè transiret ad successorem. Quià in dubio sempèr ea interpretatio accipienda est, vt actus valeat. *leg. quotiès ff. de reb dub.*

Hoc autèm sublimitat Beroius *d. cap. quoniàm Abbas, nu. 93. & seq.* nisi accepto hoc intellectu, inferretur alteri iniustè damnum: nam potiùs sustinendum est, Dispensationem esse inutilem, quam damnum iniustè inferri: vt dicunt etiàm Paul. de Castro. Iason Alex. & alij Iuristæ, *in leg. fieri, § in computatione C. de iur. delib. Apostol* ad Alex. *cons. 81. incip. Lecto, num. 5. in verb.* Præambulus, Rubeus, *cons. 109* Tuscus. *tom 1. v. Actus concl. 136. num. 57.* & alij.

Dubitatur secundò: An commissio, facta expressis simul nominibus Dignitatis, & Personæ Delegati, expiret, quandò Delegatus officium suæ dignitatis amittit?

315 NEgatiuè respōdent Glossa, *in Clem. 2. verb. princip. de rescrip.* vbi Imol. *nu. 11.* Panormit. *cap. quoniàm Abbas, nu. 8. in fine de offic. deleg.* vbi Imol. *n. 5.* Beroius, *nu. 102. vers. Et ex prædictis,* Decius, *nu. 3.* Tabiena, *v. delegare. q. 12. nu. 13.* Gutierez, *de Mat. cap. 125. nu. 12.* Tiraquel. *tract. cessante causa, pa. 1. limit. 4. nu. 4* Sanchez, *lib. 8. de Mat. disp. 27 nu. 22.* Merolla, *to 2. de leg. disp. 4. cap. 6. nu. 589.* & alij. Vndè, secundum hanc opinionem, ea commissio non expirat, finita eius dignitate: sed pōt adhùc

hùc de illa cognoscere. Ratio est: quiá cō missio nō est facta Dignitati, sed Personæ, vt supra probauimus: ergò sequitur personam, instàr priuilegii personalis. Et ità Sacra Congregatio, secundùm hanc opinionem, iudicauit: vt refert Flamin. *de resignat. benefic lib.* 1. *quæst.* 11. *num.* 14. *in fine.* Hoc autèm verum est, etiamsi res sit integra, docet Sanchez, *nu.* 25. Quid rem esse integram, aut inceptam, ne Delegatio pereat, solum spectatur, quandò Delegans obijt, aut dignitatem amisit: non autèm quandò Delegatus obijt.

316 Et ita dicendum est, quandò tempore præsentationis rescripti, *Dignitas* iā cessauerit: si tamèn tempore impetrationis, aderat in Delegato, propter eandem rationem, docent Glossa, *cap. statutum; verbo. Canonicis, de rescript. in* 6. vbi Monach. *num.* 7. Io. Andr. *à num.* 17. Anchar. *num* 5. 9. 4. Decius, *cap. quoniàm Abbas, in noua edit. nu.* 56. vbi Felin. *nu.* 5. Sanchez, *d. disp.* 27. *nu.* 27. Flam. *de resig. benefi. lib.* 1. *quæst.* 11. *à nu.* 6. Merolla, *d. cap* 6. *nu* 590. & alij.

317 Limitant hanc opinionem primo, Bald. *in leg generaliter nu.* 7. Decius, *in cap. quoniàm Abbas: num.* 58. *de offic. deleg.* vbi Felin. *nu.* 5 Beroius *nu* 96. Sanchez, *d. disp.* 27. *nu.* 26. Merolla. *d cap.* 6. *num.* 592. & alij. Nisi Persona delegata sit, in delicti pœnam, priuata officio, vel dignitate. *arg. Tex. leg. Cassius, & seq. ff. de Senat.* vbi remotus à Senatu ob propriam turpitudinem, iudicare nequit. Secùs, si ob aliam causam.

318 Limitant secundò Doctores citandi: Nisi Delegatus ille, deposita dignitate, transisset ad statum incompatibilem: ità vt factus esset iurisdictionis illius Ecclesiasticæ incapax. Ità Decius, Felinus, Beroius, numero præcedenti alligati Franc. *in cap. statutum. num.* 7. *de rescript. in* 6. vbi Archid. *num.* 3. *vers. Quid si causa*, Anchar *num.* 5. 9. 4. Tabiena, *v. delegare. quæst.* 12. *num.* 18. Flamin *lib.* 1. *de resign. benef. q.* 11. *nu.* 15. Sanchez, *d disp.* 27. *num.* 27. Merolla, *d. cap.* 6. *nu* 593. & alij.

319 Et sicut Delegatio realis, morte eius, cui facta est, transit ad successorem in dignitate: ita etiàm transit ad successorē; quandò superest adhùc Delegatus, sed dignitatem amisit. Nàm, cùm in illa Delegatione sola Dignitas spectata sit, illam sequitur, in quacumque Persona inueniatur. Ità Gloss. & Doctores *num.* 315 Immò quamuis Delegatus non amisisset omninò dignitatem, sed ad aliam translatus esset: adhuc cessaret commissio realis, illa facta: ac transiret ad successorem in priori illa dignitate, quamuis res non esset integra. Nàm cum commissio priori illi Dignitati facta sit, ipsam sempèr sequitur. Ità Innocentius. *cap. quoniam Abbas de offic. delegat.* vbi Panormitan. *num* 8. Cardin. *numer.* 4. *quæstione* 4. Baldus. *num.* 3. & alij, quos refert, & sequitur Sanchez, *lib.* 8. *de Matrim. disput* 27. *numer.* 23. qui benè hoc intelligit cum Panormit. & alijs: quandò Dignitas, ad quam Delegatus ille transit, non continet primam, sed illam extinguit. Vt si commissio fiat Diacono Cordubensi, & is fiat Episcopus Cordubēsis, cessabit commissio, & transibit ad Diaconum successorem. Secùs verò, si per adiectam qualitatem non extinguatur in eo prior dignitas. Vt de causa, commissa Episcopo Cordubensi, posset idē cognoscere, si Episcopatus Cordubensis erigatur in Archiepiscopatum: quiá factus Archiepiscopus, non desinit esse Episcopus eiusdem Diœcesis.

320 Si verò causa sit delegata vni, habenti duas dignitates; exprimendo nomen appellatiuum vtriusque dignitatis, puta Præposito, & Archidiacono: & deindè mortuo illo, diuersis personis conferantur dictæ Dignitates: tunc isti duo, qui in locum vnius subrogantur, succedunt in tali Delegatione. Quiá Delegatio fuit facta vtrique Dignitati: ergo transit ad successorem vtriusque. Ità Panormitan. *in cap. quoniàm Abbas de offic. Delegat. numer.* 13. Io. Andr. *reg. rationi. vers. in tertio verò casu, de reg. iur. in* 6. Alex. *leg. qui liberis, §. Hac verba, col. penult. ff. de vulg. & pupill.* Lapus. *alleg.* 88 *incip. commune Florentiæ, numer.* 5. *vers. Idem diximus,* Tuschul. *tom.* 4. *verb. Iurisdictio, concl.* 562. Merolla, *tom.* 2. *deleg. disp.* 4. *cap.* 6. *nu* 596. & alij.

321 Et è contrà: Si causa fuit delegata duobus, sub nomine appellatiuo, seù dignitatis: puta, Præposito, & Archidiacono: & contingit, quod altero mortuo, alter impetrauit dignitatem Collegæ per dispensationem; potest ipse solus in causa procedere. Ratio est; quiá hic habet illas duas Dignitates, & illorum duorum vice fungitur: ergò est Iudex dictæ causæ. Tùm quiá, si defunctus ipsi collegæ subdelegasset, & hic vti cæpisset, eo viuente; certum est, quod esse cōpetēs

Iudex

Iudex ipse solus, *cap. licet, de offic. Deleg.* Si ergò hoc facit subdelegatio, idem facere poterit subrogatio. Cùm enim hoc ad vtramque dignitatem pertineat, & iste vtramque administret, ipse solus erit cōpetens Iudex. Ità Io. Andr. *in reg. Rationi congrui, vers. circà secundum, de reg. iur. in 6.* vbi Franc Lapus, *alleg.78 incip Communis Florentiæ, nu.3 vers. sed ponamus.* Decius. *in cap quoniam Abbas, nu 66. de offi.deleg.* vbi Felin. *nu.*10. Card. Tusc. *to.4. verb. Iurisdictio concl.*563, Stephan. Grat. *discep.for.to.1 cap 4.nu.*17. Merolla. *tom. 2. deleg.disp.4.cap.9.nu.*598. & alij.

Dubitatur tertiò: An commissio dispensandi, quæ solet committi Vicario generali Episcopi alicuius Diœcesis, possit expediri per Episcopum; saltèm mortuo Vicario, vel amoto ab Officio?

322 Negatiuè respondent Ferd. de Sen. *cons.*130. *incip factum tale est ad finem* Cardin. *Clem.2.quæst.9.nu.*10 *de rescrip.* vbi Imol. *nu.*14. Anchar. *nu.* 5. Decius, *cap. quoniam Abbas, in noua edit.nu.* 62. *de offic deleg.* Nauarr. *lib.1. consil in 2. edit.tit.de offic.deleg cons.*5. *nu.*1 Gutierez, *de Mat.cap.*125 *nu.*11 Sanchez, *lib. 8. de Mat. disp* 27.*nu.*30. Merolla *tom 2. deleg. disp.5.cap.6 nu.*602. & alij. quia cum aperta differentia sit intèr Episcopum, & eius Vicarium; vt constat ex *cap. venerabilibus. de sent.excommu. in 6 ibi Archiepiscopo, vel eius officiali,* & commissio soli Vicario fiat: nullo modo potest ad Episcopum pertinere. Nec obstat, quod idē sit Episcopi, & eius Vicarij tribunal: id enim est verum in causis, quæ iure ordinario competunt Vicario: secùs verò si competant iure delegato, vt est in casu nostro.

323 Nota, quod licet Episcopus possit Vicarium suum generalem ab offitio remouere: atquè ità impedire, nè Delegationem, ipsi sub nomine Dignitatis commissam, exequatur, vt docent Card. *clement. 2, quæst.9.nu.*10.*de rescript.* vbi Imola, *nu.* 14. Anchar. *num.* 5. Bonif. *num.* 52. licèt puniri possit, si in fraudem iurisdictionis delegatæ, id efficeret, tanquàm eam perturbans, *cap.1.de offic.deleg.* & docet Imol. proximè allegatus; nihilominus non posset Vicarium specialem constituere, vt de ea sola Delegatione cognoscat. Quià hæc commissa est Vicario Generali: seù principali, ipsius Episcopi. At hic nō est Vicarius principalis, seù Generalis, nec ordinariam Vicarij iurisdictionem sortitur: sed est quidam specialis Delegatus, ad eam causam expediendam, quā nequit Episcopus delegare; cum suæ iurisdictionis non sit. Posset tamen alium Vicarium Generalem constituere, deposito priori: & ille posset eam exequi. Dixi, *Deposito priori*: nàm si causa à priori cœpta esset, vel ei esset præsentatum rescriptum, non posset hic posterior, manente priori in officio, eam causam expedire. Secùs verò, si priori non esset præsentatum rescriptum. Ità Sanchez *lib.* 8 *de Matr.disp.*27. *nu.*42. Gutierez, *de Matr. cap.*125.*nu.*19. Salas, *deleg.disp.*20.*sect.*17. *num.*124.*in fine.* Castro. *pa.*1.*oper.moral. tract.*3.*disp* 4.*pu.*16 *§.*7.*nu.*14. Bonacina, *deleg.disp.*1.*quæst.*3.*pu.*8.§.1.*nu.*11. Merolla, *tom. 2. deleg. disp. 4. cap. 6. num* 617. & alij.

DE CONSVETVDINE. CAP. X.

Quid quotuplex sit Consuetudo?
Dub. 1.

1 RESpondeo: Cõsuetudo, est ius quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex. Ità Molfesius, *tom. 1. sum. tract. 9. cap. 11. num. 4.* Merolla, *tom. 3. disp. 5. cap. 2. dub. 1. num. 1.* Reginaldus, *tom. 1. lib. 13. cap. 23. nu. 241.* & alij.

2 Dupplex est Consuetudo: Vna Vniuersalis, quæ respicit Vniuersitatem; Altera, Particularis, quæ viget in aliquo loco. Consuetudo Vniuersalis habetur *in leg. seruus plurium § vlt. ff. de leg. 1. in can. istis disp. 4.* & apud alios, vt post Hostiens. Bald. & alios docet Suarez. *lib. 7. cap. 3.* vbi aliam diuisionem ponit de Consuetudine circa res, vel personas: & de Consuetudine circa facta hominum, quam omitto. Igitùr Consuetudo Vniuersalis primò sumitur pro iure gentiũ, quo omnes gentes vti ceperunt. *leg. 2. ff. de orig. iur. & § ex non script. Instit. de iur. natur. gent. & ciuil.* Siquidem quidquid originem habuit post ius naturale, vocari potest Consuetudo. Et Lacedemones consuetudine vocabantur. Athenienses verò iure scripto vti ceperunt. Et ab Atheniensibus originem cepit ius ciuile: vt habetur *in leg. 2.* Et sicùt ius gẽtium etiàm vocatur consuetudo, vt dicitur *in § ius autem gentium, instit. de iur. natur. gent. & ciuil.* ità generalitèr Cõsuetudo omnia prædicta significat. Hic verò sumitur specificè, quatenùs complectitur solùm ius non scriptum. Secũdò, sumitur pro Consuetudine, quæ ligat totum Orbem Christianitatis. Et huiusmodi hodiè est Ieiunium vigiliæ Pentecostes, quod ex præcepto ligat omnes Christianos: & hoc euenit, non ex iure scripto; quià non adest, sed Consuetudine vniuersalis totius Ecclesiæ. Sic etiàm sunt Consuetudines feudales, quæ in materia feudali seruãtur inter omnes Christianos: vbi non adsunt leges principales: prout sunt plures pragmaticæ, & gratiæ in hoc Regno Siciliæ.

3 Consuetudo partialis est: quæ vel in suo Regno, vel in sua Prouintia, vel in vna Ciuitate viget: non autèm in vna familia. Ratio est: quià vna familia, sicut non potest sibi legem imponere, & sic introducere legem expressam: ità non potest introducere legem tacitam. Vt latiùs, post alios, probat Suarez, *cap. 3. a nu. 8.* quod cumulatis varijs authoribus, probat Molfesius. *tom. 1. ad consuet. Neapolit. pa. 2. tit. de bonis. quæst. 24. vbi in 2. to. num. 2. & 3.*

Quot conditiones requiruntur, ad inducendam Consuetudinem?
Dub. 2.

4 MVltas conditiones requiri. Quarum prima est, vt quid per Consuetudinem introducitur, possit esse materia legis. Ratio est: quià Consuetudo vim legis habet: ergò necessarium est, vt materia Consuetudinis, seù id, quod per Cõsuetudinẽ fit, possit esse materia legis. Vndè non potest legitimè introduci Consuetudinem contrà ius naturale, aut Diuinum: quià materia huiusmodi Consuetudinis esset mala, vt porè iure Diuino, vel naturali vetita, q non põt humana potestas derogare. Ità Reginal. *lib. 13. num. 243. & 251.* Suarez, *lib. 7. cap. 6. nu. 4.* Bonacina, *de leg. disp. 1. quæst. 1. pu. vlt. § 3. nu. 8.* Salas, *de leg. disp. 1. quæst. 1. pu. vlt. § 3. nu. 8.* Salas, *de leg. disp. 19. sect. 11. nu. 89.* Beccanus, *tract. 3. quæst. 6. nu. 2.* & alij. Nequè potest esse Consuetudo, quæ vim legis habeat, nec legitimè introduci circà materiam inutilem, aùt contrà commune bonum: quià hæc non potest esse materia legis. Ità supracitati Doctores.

5 Secunda Conditio est: vt Consuetudo introducatur per actus voluntatis. Ratio est: quià Consuetudo habet vim legis, & obligationem inducit: Non potest autèm vim legis habere, & obligationem inducere, nisi per actus volũtarios humanos, & liberos: lex enim est actus voluntatis humanus, & liber: ergò &c. Ità Sanchez, *lib. 4. de Mat. disp. 1. nu. 22.* Bonacina, *de leg. 1. quæst. 1. pu. vlt. § 3. num. 12.* Reginaldus, *lib. 13. nume. 244.* Salas, *sect. 11. numer. 9.* & alij.

6 Tertia Conditio est: vt Consuetudo, abrogans legem, inducatur ab ijs, qui legẽ seruare tenentur. Ratio est: quià propriũ Consuetudinis est, legem receptam per actus contrarios abrogare: actus autem non sunt contrarij legi, nisi præstatur ab ijs, qui legem seruare tenentur. Vnde pueri, qui nõ dum ad rationis vsum peruenerunt, nõ possunt leges humanas per Consuetudinem abrogare. Et ita dicendum est de Amentibus, Furiosis, & Peregrinis. Ità Salas, *de leg. disp. 9. sect. 6. nu. 59.* Azorius, *pa. 1. lib. 5. cap. 18. quæst. 18.* Bonacina,

cina, *de leg. disp. 1. quæst. 1. pun. vlt. §. 3. nu. 14.* Emanuel Rodoriquez, *to. 1. qq. regul. quæst. 99. art. 1. & quæst. 11. art. 8.* Hieronymus Rodoriquez *in compend. qq. Regul. Resolu. 34. nu. 1.* Siluester *v. consuetudo. q. 4. nu. 2.* Nauarr. *in manual. cap. 21. nu. 13.* Couarr. *lib. 1. variar. cap. 17. nu. 8. §. quandò.* & alij.

7 Communitas verò Fæminarum potest sua Consuetudine ius inducere. Quià fæminæ sunt capaces legis, & ad onera legum tenentur. Vndè Consuetudo Mulierum, saltèm si accepta sit à Prælato, potest inducere legem, Moniales obligantē. Ità post alios Suarez, *cap. 9. num. 11.* Salas, *de leg. disp. 19. sect. 11. nu. 91.* & alij. Non tamen Fæminæ possunt inducere Consuetudinem contrà legem, obligantem solos Masculos. Neque Laici possunt inducere Consuetudinem contrà legem, obligantem solos Clericos. Obligat tamèn, si Consuetudo sit mista Laicorum, & Clericorum. Ità Panormit. *cap. vlt. de Consuet.* Salas, *sect. 11. nu. 90. & sect. 15. num. 105.* Reginaldus *nu. 244.* Azorius, *lib. 5. cap. 17. q. 7. & cap. 18. quæst. 12.* Suarez, *cap. 16. num. 19.* & alij.

8 Quarta Conditio est: Vt ad legem abrogādam, adsit intentio eximendi se per Consuetudinem ab illa lege: vt constabit ex dicendis. Hæc autèm intentio satis conijcitur ex ipsa frequentia actuum: vt dicunt Suarez, *cap. 18.* Bonacina, *num. 17.* & alij. Quià ad inducendam Consuetudinem, quæ vim legis habeat, & obligationem pareat, requiritur, vt id, quòd inducitur per Consuetudinem, introducatur, seù obseruetur tanquàm præceptum, seù modum obligationis, & præcepti. Alioquìn Consuetudo non obligat ad peccatum. Quamobrèm, quod frequentèr fit ex sola deuotione, vel tanquàm ex consilio, vel ex gratitudine, aùt liberalitate, non inducit legem, seù obligationem. Ratio est: quià nullus præsumitur, sibi onus obligationis imponere, nisi intendat illud imponere. Et sicut lex vim habet ex intentione Legislatoris: ità Consuetudo vim habet ex intentione eorum, qui Consuetudinem inducunt. Vndè illi, qui Consuetudinem inducunt, non tanquàm præceptum, nec eam seruant per modum præcepti, seù tanquam ex præcepto, non sunt rei culpæ, si consuetudinem transgrediantur. Nec quælibet Consuetudo obligat sub mortali. Ità Siluester, *v. Consuetudo. quæst. 4.* Sotus, *1. de iust. quæst. 7. art. 2.* Rebell. *par. 1. lib. 1. q. 5. nu. 27.* Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 3. cap. vlt. num. 9.* Azorius, *pa. 2. lib. 5. cap. 18. quæst. 5.* Suarez, *cap. 14. nu. 6.* Emanuel Sà, *verb. Consuetudo nu. 3.* Menoch, *de arbit. cas. 494. nu. 4.* Vasquez, *1. 2. disp. 179. cap. 1. ad finem,* Salas, *ex parte, disp. 19. sect. 11. nu. 92.* Beccanus, *to. 3. cap. 7. quæst. 1. nu. 4.* Reginaldus, *lib. 13. nu. 244.* & alij.

9 Ex tribus verò coniecturis deduci posse, Consuetudinem per modum legis obligare. Prima coniectura: si consuetudo sit grauis, difficilis, & communitèr seruata à Populo. Ratio est: quià non solet Populus vniformitèr conuenire in his actibus, quos secundùm consuetudinem facit; nisi quandò se obligatum sentit. Secunda coniectura est: si viri timorati malè sentiant de his, qui non seruant consuetudinem, & communitèr Populus scādalizaretur. Ratio huius coniecturæ est: quià nisi Consuetudo obligaret, non malè sentirent viri timorati de his, qui non seruant eam, nec populus scandalizaretur. Tertia coniectura: si Prælati, & Superiores puniant violantes Consuetudinem. Huius ratio est: quià si Prælati non sentirent Consuetudinem obligare, non punirent violantes eam. Nemò enim puniendus est, ex eo, quod non faciat id, ad quod non obligatur: Ità Ioseph Roccaful. *in prax. Theol. moral. pa. 3. lib. 6. cap. 4. quæst. 3.* Diana, *par. 9. tract. 7. resol. 29. vers. Vndè præter Doctores.*

10 Vndè non tenetur, seruare Consuetudinem in ijs, quæ ex mera liberalitate, aùt vrbanitate fieri consueuerūt. Vt sunt Milites, qui consueuerunt alteri obsequia, vel beneficia præstare: non requiri obligationem illa præstandi. *leg. 1. ff. de seruit. & leg. creditores C. de Priuileg.* & docent Rebell. *loco citato.* Siluester *v. Consuetudo nu. 14.* Menoch, *de arbit. cas. 494. num. 4.* & alij. Tenetur tamèn seruare Consuetudinē, quandò ab initio inchoata fuit ex deuotione; sed posteà continuata fuit, vt obligatoria. Ità Salas, *num. 92.* Sotus, *1. de iust. quæst. 7. art. 3.* Bonacina, *de leg. disp. 1. quæst. 1. pun. vlt. §. 3. num. 20.* & alij.

11 Quandò verò dubitatur: An Consuetudo introducta fuit ex animo deuotionis, vel animo se obligandi, præsumendum est, inductam fuisse animo deuotionis. Ratio est: quià nemò præsumitur, velle sibi onus imponere, seque obligare, nisi alitèr constet de ipsius voluntate. Ità Suarez, *cap. 15. n. 12.* Bonacina, *de leg. disp. 1.*

quæst.

quaest. 1. *pu. vlt.* § 3. *num.* 11. Diana, *pa.* 3. *tra.* 2. *resol.* 8. *vers. His omnibus.* & alij.

12 Quinta conditio est: Vt adsit consensus Principis, saltèm iuridicus, seù tacitus, ad legem abrogandam. Ratio est: quià non minor potestas requiritur, vt consuetudo vim legis habeat, quàm lex requirit consensum Principis: ergò etiàm Consuetudo. Quod requiritur consensus saltèm iuridicus, aùt tacitus, patet ex *leg. de quibus ff. de legib.* & docent Sanchez *lib. 7. de Mat. disp.* 4. *nu.* 11. & 14. & *disp.* 82. *nu.* 20. Azorius, *par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 18. *quaest.* 11. Vasquez, 1. 2. *disp.* 176. *cap.* 2. 5. 7. 8. Salas, *de leg. disp.* 19. *sect.* 4. *nu.* 4. & 37. *in fine.* Reginaldus, *lib.* 13. *nu.* 147. D. Anton. *pa.* 1. *tit.* 16. § 2. Merolla, *tom.* 3. *disp.* 5. *cap.* 3. *nu.* 39. Diana, *par.* 3. *tract.* 5. *resol.* 75. & alij.

13 Sexta conditio est: Vt Consuetudo sit longæua, sufficiens ad inducendam obligationem: vel abrogans leges ciuiles, saltèm per modum præscriptionis: & seruata fuerit spacio decem annorum. Quià spacium decem annorum, in iure longænum tempus censetur *leg. vlt. C. de præscrip. longæui temporis.* & docent Suarez, *cap.* 15. Molina, *tract.* 2. *disput.* 77. Azorius, *cap.* 17. *quaest.* 6. & 9. Reginaldus, *nu.* 241. Emanuel Sà, *v. lex. nu.* 17. Rebellius, *pa.* 1. *lib.* 1. *quaest.* 5. *nu.* 9. Salas, *de leg. disp.* 19. *sect.* 4. & alij.

14 Dixi, *leges ciuiles*, quià ad abrogandas leges Canonicas per Consuetudinem, cũ tacito solum, vel præsumpto Principis consensu, spacium quadraginta annorum requiri, putant Suarez, *lib.* 7. *cap.* 18. *nu.* 12. Rebell. *nu.* 12. Salas, *de leg. disp.* 19. *sect.* 4. *nu.* 41. Beccanus, *cap.* 8. *quaest.* 8. Reginaldus, *lib.* 13. *n.* 143. & alij. Quorum ratio est: quià ferè communiter Doctores putant, ad præscribendam Consuetudinem, tantum temporis requiri, quãtùm requiritur saltèm spacium quadraginta annorum, ergò &c.

15 Glossa verò, *in cap. vlt. de Consuetud. in* 6. Panorm. *in cap. certificat. de sepult.* & *in cap. fieri nu.* 11. *de Consuetud.* Felinus, *in cap. statuimus. col.* 2. *de maior. & obed.* Bartol. *in leg. de quibus. col.* 5. *ff. de leg.* Siluester, *v. Consuetudo quaest.* 2. *nu.* 4. & *quaest.* 4. *nu.* 6. vbi Tabiena, *num.* 7. Valentia, 1. 2. *disp.* 7. *quaest.* 5. *pu.* 8. Sayrus, *in Clau. Reg. lib.* 3. *cap.* 10. Merolla, *tom.* 2. *de leg. disp.* 4. *ca.* 4. *dub.* 19. *nu.* 182. *circà medium*, & *tom.* 3. *disp.* 5. *cap.* 4. *nu.* 6. Lesius, *lib.* 2. *cap.* 6. *dub.* 24. *nu.* 46. Azorius, *pa.* 1. *lib.* 5. *cap.* 18. Emanuel Sà. *v. lex.* & *verb. Consuetudo* & alij dicũt, hanc opinionem non esse veram: quià ad introducendam Consuetudinem, vim legis habentem in re Ecclesiastica, & spirituali, quæ sit præter legem Canonicã, sufficiunt decem anni. Vndè secundùm hanc opinionem, ad abrogandas leges Canonicas, sufficit decennium. Quorum ratio est: quià nullum alium cum fundamento præscribi potest. Et sicùt ad introducendam legem Ecclesiasticam, sufficiũt decem anni; ità dicendum est, ad abrogandam talem legem.

16 Bonacina verò, *de leg. disp.* 1. *quaest.* 1. *pu. vlt.* § 3. *nu.* 29. *in fine.* Reginaldus, *nu.* 245. Salas, *de leg. disp.* 19. *sect.* 8. *nu.* 72. Basilius Pontius, *de Mat. lib.* 6. *cap.* 5. *num.* 9. Montesinus, *in* 1. 2. *to.* 2. *disp.* 2. *quaest.* 13. *n.* 225. Granad. 1. 2. *controu.* 7. *tract.* 3. *par.* 2. *disp.* 16. *sect.* 1. *nu.* 9. & alij, dicunt. Ad introducendam Consuetudinem, vel ad abrogandam legem per Consuetudinem, non requiri certum tempus: sed sufficere, vt lex non seruetur quandò esset seruanda, & Princeps non contradicat: sed expressè, vel tacitè consentiat, tollerando, dum scit, & commodè potest impedire. Quorum ratio est: aliud est, legem abrogari per Consuetudinem, & per consensum iuridicum. Aliud verò per consensum tacitum: Vt dicunt Lesius *vbi suprà.* Sotus, 1. *de iust. quaest.* 7. *art.* 2. Valentia, *disp.* 7. *quaest.* 5. *pu.* 8. & alij. Et hoc ad arbitriũ boni viri, idest tot actus requiri contrarios maioris partis Communitatis, qui moralem coniecturam efficere valeant de tollerantia Legislatoris: quod prudenti arbitrio definiendum est, dicunt Bonacina, Reginaldus, Salas, Pontius, Montesinus, Granad. suprà citati.

17 Azorius tamen *par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 17. *quaest.* 9. & *cap.* 18. *quaest.* 15. dicit: Vnum actum continuatum sufficere, ad inducendam Consuetudinem, quandò vnus actus vicem gerit plurimorum. Et hanc sententiam non impugnat Salas, *de leg. disput.* 19. *sect.* 12. *nu.* 96. *vers. Deindè.*

18 Dicendum est tamen cum alijs: tunc legis obligationem cessare, quandò bis, vel tèr actum est contrà legem, sciente Principe, & non contradicente, dum cõmodè potest contradicere. Quià vnicus actus hominis, non probat Consuetudinem, sed exigitur saltèm binus. Ratio est: quià quod fit bis, vel ter, dicitur fieri frequentèr. *cap. ità nos* 25. *quaest.* Tùm quià cum possit commodè contradicere, & nõ contradicit; censetur approbare: ergò &c.

Ità

Ità Siluester. v. *Cõsuetudo. q.4.* Emanuel Sà, *v. locatio.* Archid. *cap. illud in fine. d. 12.* Bartol. *in leg. pupillo. §. si quis ipsi nu. 15. ff. de operit. noui.* Sanchez, *lib. 4. de Matr. disp. 1. nu 22.* Diana, *par. 5. tract. 14. resolu. 91.* Castrus Palaus, *tom. 1. tract. 10. disput. vnica. pu. 4. nu. 2.* & alij.

Quæ nam sint proprietates Consuetudinis? Dub. 3.

19 Tres sunt proprietates Consuetudinis. Quarum prima est: Interpretari legem. *cap. cum dilectus de Consuetudine.* Preterea, quandò dubium circà legis intelligentiam suboritur, recurrendum est ad Consuetùdinem: quæ dici consueuit operũ legum interpretatio. *leg. 31. ff. de leg.* Et non solùm Consuetudo potest interpretare legem humanam, sed etiam diuinam, & naturalem. Cum hac tamen differentia: quòad humanam, potest interpretari etiàm agendo, vel derogando. Quò ad diuinam verò, & naturalem, solùm explicando mentem Legislatoris, & indicando, quo pacto lex accipienda sit. Est autèm certa interpres iuris naturæ, vel diuini, quando vniuersali Ecclesiæ traditione, vel Summi Pontificis consensu approbata est. Sic Bonacina, *de leg disput. 1. quæst. 1. pu. vlt § 3. nu. 4.* Salas. *de leg. disp. 19. sect. 4 nu. 94.* & alij.

20 Secunda proprietas est: Legem inductam mutare, & abrogare. *cap. in his citato.* Ratio est: quià sicùt Populus per Cõsuetudinem sancire potest: ità sancitum potest per Consuetudinem abrogare, & mutare. Ità Sayrus, *in Clau. Reg. lib 3. cap 11. nu. 3.* Suarez, *lib. 7. cap. 14. nu. 14. & 17.* Azorius, *pa. 1. lib. 5. cap. 17. q. 3.* Bonacina, *de leg. disp. 1. quæst. 1. pu. vlt. §. 3 nu 5 in fine.* & alij.

21 Tertia propietas Consuetudinis est: Legem inducere. *cap. Consuetud. dic. 1. & cap. in his dist. 15.* & communitèr Doctores.

22 Circà secundam proprietatem Consuetudinis aduertendum est: Legem Cõsuetudine, aliquandò abrogari in totum, aliquandò in partem, quo ad legis obligationem, & quò ad partem: aliquandò verò solum ad partem, non abrogata obligatione; vt dictum est de acceptatione legis. Ratio est: quià sicùt lex potest acceptari, quo ad partem, alia non acceptata: ità etiàm potest per Consuetudinem mutari, & abrogari, quò ad partem, alia non mutata, nec abrogata. Ità Nauarr. *cap. 17 sum nu. 106.* Azorius, *par. 1. lib. 5. cap. 18. q. 10.* Siluester *v. Consuetudo, quæst. 3. & 15.* Reginaldus, *lib 13. nu. 215.* Salas, *de leg disp. 19. sect. 13. à nu. 22 & sect. 9. & 10. nu. 76.* Panorm. *cap. 1 de tregua & pace* Molfesius. *tom. 1 sum. tract. 9. cap. 15. num. 59.* & alij.

Dubitatur: An Consuetudo, legitimè præscripta, vim habeat, abrogandi aliquod impedimentum dirimens, efficiendo habiles, ad ineundum inter se Matrimoniũ, qui iure Canonico inhabiles sunt?

23 Prima opinio negat. Ratio deducitur *ex cap. quod super de consang & affi. in fine, & cap. supèr eo, in priori sui parte, de cognat. spirit.* Tùm quià Consuetudo, vt legi deroget, debet esse rationi consentanea, *cap. final. de Consuet.* At Consuetudo, ineundi Matrimonium, in gradu, iure Canonico interdicto, non potest esse rationi consona: tùm, quià d. cap. quod supèr, appellatur potiùs corruptela, quàm Consuetudo: tùm etiam, quià peccatum Læthale fouet, quale est, id Matrimonium inualidum inire, in eoque persistere. Et confirmatur: quià sicùt *cap final de Consuet.* appellatur potiùs corruptela, Consuetudo aduersus ius naturale inducta, & ità dicitur ibi, ea non posse ius naturale abrogari: *ità d. cap. quòd super.* appellatur Consuetudo, ineundi Matrimonij in gradu prohibito, corruptela: & ideò dicit Textus, eam Consuetudinem minimè obstare. Sicùt enim in priori euentu nũquàm potest Consuetudo præualere: ità nèc in posteriori. Ità Gloss. *in cap. quod supèr v. non obstante.* vbi Vincentius Goffred. Hostiens. *in fine. & in sum. tit. de cognat. spirit. § quis sit effectus, num. 6.* Anton. *cap. supèr eo, in fine. de cognat. spirit. & cap. quod supèr nu. 3. & cap quod dilectio nu 10 de consang. & affinit.* Panormitan. *d. cap. quod supèr nu. 4 & d. cap supèr eo. nu. 5. & 6.* vbi Alex. de Neuo, *num. 15 & 16. d. cap. supèr eo. num. 5. duplici sequent.* vbi Anchar. *num. 4. Præpos. cap. quod dilectio. nu. 7. & cap supèr eo num. 4.* Rosella *v. Impedimentum impedim. 1. nu. 7.* Angelus, *v. Matrimonium. 3 impedim. 17. nu 1.* Siluester. *v. Matrimonium. 1. quæst 3.* Brunellus *de sponsal. concl. 20. num. 7. & 8.* Couarr. *4. Decret. 2. part. cap. 6. § 10 nu. 18.* & alij

24 Secunda opinio ait: Posse Consuetudinem derogare legi Ecclesiasticæ, statuẽti

An sicùt Consuetudo potest abrogare legem, ita etiam lex possit abrogare Cōsuetudinem, antèa introductam? Dub.5.

26 AFfirmatiuè respondeo: si lex habet omnimodam contrarietatem,& repugnantiam cum Consuetudine:& Legislator conscius sit Consuetudinis. Ratio est:quia lex nō est minoris efficaciæ, quā Consuetudo: nèc Consuetudo abstulit, Superiori facultatem, & auctoritatem, condendi leges obligandi subditos, & abrogandi Consuetudinem.

Dixi, *nisi Legislator conscius sit Consuetudinis*: quia, vt Princeps lege abroget Consuetudinem, iam receptam; debet habere voluntatem abrogandi: non potest autem velle Consuetudinem abrogare, nisi eam nouerit: cum voluntas non feratur in incognitum. ergò requiritur, vt Princeps conscius sit Consuetudinis. Ità Suarez, *lib.7 cap 70.nu.* 7. Azorius, *pa.1 lib.5.cap.6 quæst.*7.Salas, *de leg. disp.*19 *sect.*13.*nu.*98.Sayrus.*in Clau. Reg. lib.3 cap.vlt.nu.*10.Reginaldus,*lib.*13. *nu.*247.& alij.

27 Vnde si Consuetudo est vniuersalis, v.g.totius Ecclesiæ, & lex contraria fertur pro tota Ecclesia: Consuetudinem omninò abrogari per talem legem, etiam si clausulam derogatoriam non habeat.Ratio est: quia lex posterior vniuersalis reuocat priorem vniuersalem, etiam si illius mentionem non faciat. Sed Consuetudo vniuersalis habet vim legis vniuersalis; & reputatur Ius Canonicum, vel ciuile non scriptum: ergò &c. ità Bald. *in leg.*2.*C.quæ sit longa Consuetudo* Felin.*in cap.super litteras, de rescript nu.*8.Suarez, *lib 7.de leg.cap.*20. *nu.* 7. Merolla, *tom.* 3: *disp.*5.*cap* 4 *nu.*4.& alij.

28 Non tamen per legem vniuersalem possunt abrogari Consuetudines speciales locorum, aut statuta specialia, non continentia solum ius commune, aut priuilegia: nisi eorum fiat mentio in lege: aut nisi saltē in genere reuocetur expressè qualiscumque contraria Consuetudo, aut statutum, aut priuilegium. Ratio est: quià Princeps censetur ignorare Consuetudines speciales, & consequentèr nō censetur, eas velle abrogare; nisi earum mentio fieret. *cap.*1.*de Constitut. in* 6. & docent Reginaldus *vbi supra. Suarez,lib.*6.*cap.*27 *n.*27.Merolla,*to.*3.*disp.*5.*cap.*4.*n.*7 Sayrus, *in Clau.Reg.lib.*3.*cap.*10.*nu.* 10. & communitèr alij Doctores.

29 Nequè per illa verba: *Non obstante quacumque consuetudine*, vel æquiualentia, abrogari censetur Consuetudo immemorabilis: nisi addatur etiam, *Immemorabilis.* Ratio est: quia cum initium Consuetudinis ignoratur, consequentèr etiam ignoratur, an ius illud fuerit constitutum solo vsu, vel aliundè duxerit initium, ex aliquo priuilegio, vel constitutione? Ergo meritò dicimus, talem Consuetudinem non censeri derogatam per generale nomen Consuetudinis: quia habet quamdam superiorem rationē: & ob hanc causam valdè specialis in iure reputatur, habetque multa specialia priuilegia, sicut Præscriptio immemorabilis. Ità Boerius, *decis* 39 *nu.*12. Tiraquellus, *de de retract.Consuet.* §.1.*gloss.*2. *nu.* 25. Maior, *in* 4.*quæst.*20.*nu.*50.Angelus,*leg.*1.*C. ne rei domin.vel temporal* Decius,*resp.* 32 *nu.*46.*col.*2.Afflict *decis.*254.*in fine.* Aloysius Riccius, *col.*778 *&* *coll* 1285. dicens: Sic fuisse resolutum in Rota Romana, in vna Burg.quindemniorum 15.Maij 1600. Merolla *tom.*3.*disp.*5 *cap.*4.*nu.*14.Couarr. *lib.*3 *varar.resol.cap* 13.*nu* 4.*&* 5 Suarez, *cap.*20.*nu.*18 Salas.*sect* 7.*num.*70 *in fine.* Molfesius, *to.*1.*sum tract.*9.*cap.*11. *nu.* 59. & alij.

An lex pœnalis possit per Consuetudinē abrogari? Dub 6.

30 AFfirmatiuè communitèr respondēt: & non solum quo ad pœnā, sed etiā quò ad obligationēm ad culpam.Et ratio est: quià Consuetudo contrà talem legē, potest esse rationabilis, vt per se constat:& potest indicarè sufficientèr voluntatē tacitam Legislatoris, abrogandi talem legem. Quoniam non minùs potest hoc expedire ad bonum commune in lege pœnali; quàm in qualibet alia; quandò illa non est cōueniens moribus Populi, vt experimento constat, non esse illi proficuū. Item verba, *cap.vlt. de Consuetud.* æquè in hanc legem cōueniunt, ac in alijs. Denique potest hoc cōfirmari exemplo, *extrauag. de Simon*; prohibente sub pœna excōmunicationis, aliquid recipere pro ingressu Religionis. Nihilominus in Monasterijs Monialium, per consuetudinem est id omnino abrogatum: vt dicunt Nauarr. *cap.*27.*sum.nu.*106 & alij: & cōstat in praxi. Immò potest lex abrogari, quò ad pœnam tantùm; relicta obligatione, quò ad culpam. Ratio est: quià

35 Et non solum lex, quæ prohibet; sed etiam si reprobat omnem Consuetudinē contrariam, etiam futuram, potest consuetudine abrogari. Ratio est: quia *cap. final de Consuetud.* generaliter statuit: Consuetudinem habere vires, ad abrogandam legem, & solum excipit legem naturalem, & diuinam. At verò lex, reprobans contrariam Consuetudinem, non est naturalis, vel diuina, vt suppono, sed merè humana; ergo poterit Consuetudo habere vim, ad abrogandam legē. Ità Gabriel *in 4. distin. 41. quæst. 1. art. 3. dub. 6.* Couarr. 3 *variar. cap. 3. nu. 4.* Suarez *lib. 7. de leg. cap. 19. nu. 24. lib. 7. de Mat. disp. 4. nu. 14.* Medina. *1. 2. quæst. 97. art. 3.* Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 3. cap. vlt. nu. 10*, Salas *de leg. disp. 19. sect. 7. nu. 71.* Merolla; *tom. 3. disp. 5. cap. 5. nu. 123.* & alij.

An introducens Consuetudinem contrà legem, seù contrà Consuetudinem, legitimè receptam; peccet toto tempore, quo actus contrà legem exercent, donec elapsum sit tempus, requisitum ad Consuetudinem introducendam? Dub. 8.

36 BOnacina, *de leg. disp. 1. quæst. 1. pu. vlt. §. 3. nu. 45.* ait: Peccare, donec elapsum sit tempus, requisitum ad legitimam consuetudinem introducendam: nisi fortè sciat Princeps Consuetudinem, extolleret. Cuius ratio est, quia lex, & ipsius obligatio viget, donec elapsum sit tempus requisitum, ad Consuetudinē introducendam. Qui autem facit contrà legē, & ipsius obligationem, peccat. ergò &c.

37 Valentia verò *disput. 7. quæst. 5. pun. 8.* Reginaldus. *lib. 13. numer. 247.* Beccanus, *quæst. 3. nu. 6.* Salas, *de leg. disp. 19. sect. 4. §. 5. nu. 43.* Lessius, Sotus, & alij, dicunt: In foro externo præsumi delinquere, & peccare contrà legem: in foro verò conscientiæ non peccare, quandò Consuetudo ita inualuit, vt eam plerique, etiam boni viri sequantur, sine remorsu conscientiæ.

A a 2 TRA-

TRACTATVS SECVNDVS DE PRIVILEGIIS.

De multiplici Diuisione Priuilegij. CAP. I.

Quid est Priuilegium? Dub. 1.
Quòmodò diuiditur Priuilegium? Dub. 2.

Quid est Priuilegium? Dub. 1.

1 RIVILEGIVM est veluti priuata lex, in alicuius fauorem datū *iuxtà cap. priuileg. d. 3.* & sic Layman, *in Theolog moral. to. 1. lib. 1 tract. 4. cap. 23. nu 1.* Iuxtà verò Bonacin *de leg. dispu. 1. quæst. 3. pu. 1. nu. 1.* Priuilegium est lex, qua aliquid conceditur speciale.

Quomodo diuiditur Priuilegium? Dub. 2.

2 MVltis modis diuiditur Priuilegium. Primò in Reale, & Personale. Ità colligitur *ex regul 68. & 156 ff. de regul. iur.* Priuilegium Reale est illud, quod conceditur alicui rei, muneri, vel conditioni, distinctè à persona. Personale verò est illud, quod immediatè, ac directè fertur in personam, ratione sui.

3 Secundò diuiditur Priuilegium, in Perpetuum, & Temporale. Dicitur autem Priuilegium perpetuum, non quia finiri non possit: semper enim amitti possunt Priuilegia Sed dicitur Perpetuum: quia vel adhæret rei, de per se, perpetuæ: vel quià sine limitatione temporis conceditur. durat enim de se, quamdiù reuocatum non fuerit. Temporale verò multis modis contingit. Primò, quià ad definitum tempus conceditur, quo elapso, finitur. *leg. quotiès C. de precib offert.* Secūdò: licèt indefinitè concedatur, nihilominus Temporale erit, si soli personæ conceditur, quià finitur cum persona: quamuis respectiuè, & secundùm quid, possit dici perpetuum; quià pro tota vita conceditur. Tertiò: dicitur Priuilegium Temporale, quod sub conditione datur, quod lapsu temporis finitur. Vt v. g. si concedens Priuilegium, addat conditionem: *Donèc decessero:* finitur per mortem eius. Et eundem sensum habent illa verba: *Vsquè ad meum beneplacitum.* Nam licèt, ex vi illorum, non cesset Priuilegium, & viuente Auctore eius, nisi illud reuocet: tamen per mortem eius finietur: quia virtualitèr includit conditionem, vt semper pendeat à voluntate personæ concedentis. Mortuo autem concedente, iam non potest ab illius voluntate pendere, quia iam non est voluntas talis personæ: & ideò cessat dependentia, & consequentèr etiam Priuilegium. Secùs erit, si dicatur: *Ad beneplacitum Sedis:* quia Sedes perpetua est: & ità quamuis sempèr reuocari possit: tamèn, quamdiù non reuocatur, durat etiam post mortem personæ concedentis.

4 Tertiò: diuiditur Priuilegium, in illud, quod per se, ac principalitèr conceditur proptèr bonum priuatum, scilicèt, alicuius personæ, eo quod per se primò, ac principalitèr datur proptèr commune bonum. Quam diuisionem attingit Glos. *in cap. si delictum de reformat. competent & in leg. ius publicum ff de pactis. & in Authent. vt sine prohibitione, matres, & cap verb sensus.*

5 Quartò: diuiditur Priuilegium in Fauorabile, & Odiosum Fauorabile dicitur illud, quod ita vni prodest, vt nemini noceat, neque iuri communi derogat. Odiosum verò est, quando ex fauore, vni concesso, sequitur derogatio iuris communis, vel alicuius tertij. Ità Bald. *leg. 1. ff de constit. princip. num 8.* Tiraquell. *de vtraq; tract. in præfat. nu. 62.* Exemplum Priuilegij fauorabilis est: vt, facultas absoluendi à casibus, reseruatis Summo Pontifici. Exemplum Priuilegij odiosi, sunt, Priuilegium non soluendi decimas, vel gabbellas, comedendi lacticinia, vel

carnes

carnes in Quadragesima. Similitèr Priuilegium ad lites solet odiosum appellari; quia fauor censetur actori, v. g. premit reum, vel diminuit Iudicis potestatem, & præsertim augetur odium, quando videtur, Priuilegium coarctare ius naturale: vt cum datur v. g. cum clausula, appellatione remota.

6 Quintò diuiditur Priuilegium in id, quod datur pro Foro externo, & pro Foro interno. Hæc autem duo membra sunt includens, & inclusum; non tanquam mutuò se excludentia; vt benè inquit Suarez. *lib.* 8. *de leg. cap.* 6. *nu.* 11. Nam Priuilegium pro foro interno, exclusiuè sumitur: idest, pro illo, quod in conscientia habet effectum: in foro autem exteriori nihil operatur. Aliud verò, quod in foro exteriori nihil operatur: aliud verò, quod exteriori valere dicitur, accipiendum est accumulatiuè, seù non ad excludendum forum internum: sed ita, vt sensus sit, non tantum in interno, sed etiam in externo operari. Nam in hac materia Priuilegium, quod in foro exteriori valet, etiam in interiori operatur: quia nō in præsumptione fundatur hic valor, sed in veritate.

7 Vt autem vtrumque membrum meliùs intelligatur: Aduertendum est, cum eodem Suarez, loco citato: Duobus modis posse contingere, vt Priuilegium valeat in foro interiori, & non exteriori: scilicèt, Per se, & Per accidens. Per se appellat, quando ex intentione dantis, cum illa limitatione datur, quæ debet ex verbis Priuilegij constare: alioquin Priuilegium simplicitèr concessum, in vtroque foro valere, censendum est: nisi in subiecta materia, vel circumstantijs, adiuncto vsu, aliud sufficientèr constet. Per accidens verò contingere dicit, Priuilegium non valere in foro exteriori, quia ex solo defectu probationis, vel instrumenti non admittitur: hoc enim accidentarium est, & extrinsecum: & ideò non variat qualitatem Priuilegij, secundùm se: ideòque diuisio propriè intelligitur de Priuilegio per se, limitato ad forum internum. Et hoc modo etiam dicit, non dari Priuilegium, limitatum ad solum forum externum, vtique per se loquendo: nam per accidens, contingere etiam potest, vt aliquod Priuilegium, quòd in conscientia non valet, quia reuera habet substantialem defectum subreptionis, vel aliud simile, in foro exteriori valor, seù habet effectum, ex defectu probationis talis nullitatis: quamquam si ipso iure sit nullum, reuera non sit verum Priuilegium, etiam quò ad forum externum, sed tantum apparens, vel præsumptum: quia non probatur contrarium. Et ideò, quidquid in foro externo, & vi talis Priuilegij fit, in conscientia non valet; etiam si in foro non possit impugnari, vel irritari. Nos autem loquimur de Priuilegio valido, ac vero: & sic dicimus, illud, quod in externo foro admittitur, & operatur, etiam in conscientia conferre securitatē: quia quidquid in virtute illius fit, verè, ac solidè factum est.

8 Sexto: diuiditur Priuilegium in id, quod ex mero arbitrio, seù motu proprio Principis conceditur: & quod conceditur ad petitionem, & instantiam alicuius. Hi autem duo modi Priuilegiorū ex forma concessionis, per hanc generalem regulam distinguendi sunt. Quotiès in ipso Priuilegio expressè non dicitur, Concedi motu proprio concedentis, præsumitur concessum ad instantiam alicuius: vt dicunt Bartol. *In leg.* 1. *C. de petit. Benef. subl. lib.* 10. *nu.* 8. Angelus, *in leg.* 1. *C. de bon. vacant. eod. lib.* Alex. & Iason, *in leg.* 1. *ff. quod quis iur.* Bald. *in leg. quod fauore. C. de leg.* Suarez, *lib.* 8 *de leg. cap.* 12 *num.* 5. & alij.

9 Nisi concessio esset geminata: quia geminatio rescripti habet vim clausulæ *motu proprio*. & tunc operatur geminatio litterarum Principis, quantùm motus proprius: vt dicunt Bald. & Iason, *in leg. nec damnosa. C. de præscrip. l. mper offit.* Io. Plat *leg.* 1. *nu.* 7. *C. de peti bon. subl.* & alii. Aut nisi concessio facta esset per modum legis generalis, vel fuisset in corpore iuris, Bald. *in leg.* 1. *in fine. C. de bon. vacant & in Authent. quas actiones num.* 6. *C. de sacros. Eccles.* Menoch. *de præsump. lib.* 2. *præsump. lib.* 2. *præsump.* 13. *num.* 506. & alij. Aut nisi concessio esset facta ad benemerita: vt dicunt Albericus, *in leg.* 1. *nu.* 17. *ff. quod quis iur.* Tiraquellus, *leg. si vnquā. verb. donatio. largitur. nu.* 52 *C. de reuocat. Donat.* Aut nisi rescriptum fuisset concessum generalitèr omnibus Ecclesijs, vel omnibus subditis: nam in hoc casu præsumitur concessio, facta motu proprio Principis; quia non est verisimile, omnes supplicasse: vt dicunt Baldus, *in Authen. quas actiones col.* 1. vbi Bartol. & Iason. *C. de sacros. Ecclesia.* Merolla. *to.* 3. *disp.* 6 *cap.* 2 *nu.* 80, & alij.

Septimò,

10 Septimò, Subdiuidi potest Priuilegium, in Absolutum, & Respectiuum. Absolutũ dicitur, quando ad nullius similitudinem datur. Respectiuum verò, quando conceditur ad imitationem alterius; quia, scilicèt, respicit illud, ad cuius imitationem fit, tanquam exemplar. Et hoc communitèr appellari solet Priuilegium, ad Instar. Hoc autem priuilegium ad Instar, concedit omnem fauorem, & gratiam, formalitèr contentam in suo Exemplari, & in eodem sensu, quo in Exemplari cõtinetur, & cum eadem extensione, vel restrinctione, non maiori, neque minori: quia hoc totum spectat ad propriam, & adæquatam imitationem: & est necessarium, vt Priuilegium sit vtile, & certum. Ità Suarez, *lib. 8. de leg. cap. 15. nu. 2.* Merolla, *to. 3 disp. 6 cap. 2. nu.* 109. Nauarr. *in comment. de iubileo. notab. 16. nu. 2.* & alij.

DE CAVSA EFFICIENTI & subiecto Priuilegij.

CAP. II.

Quis potest Priuilegium concedere? dub. 1.
Cui Priuilegium concedi possit? dub. 2.
An Summus Pontifex, vel alius Princeps possit sibi ipsi concedere Priuilegium? dub. 3.
An Priuilegium, concessum viris, intelligitur concessum Fæminis, si illius sunt capaces? dub. 4.
An Priuilegium, concessum Marito, communicetur Vxori? dub. 5.
An Priuilegium, concessum Patri, conceditur ad Filium? dub. 6.
An Priuilegium immunitatis, concessum Patri ob numerum duodecim filiorum, cõmunicetur Vxori, ac filijs? dub. 7.
An Priuilegium, alicui concessum, extendatur ad suos familiares, vel inseruientes, aut socios? dub. 8.
An Priuilegia, concessa Monachis alicuius Monasterij, comprehendat Abbatissam? dub. 9.
An Priuilegium concessum alicui Religioni, vel Religiosis ipsius, extendatur ad Nouitios? dub. 10.

Quis potest Priuilegium concedere? Dub. 1.

1 REspõdeo: ille, qui legem potest cõdere, potest etiam Priuilegium cõferre. Ratio est: quia Priuilegium, lex quædam priuata est. Tum quia Priuilegium non cuiusuis hominis beneficium dicitur, sed quòd publica potestate alicui confertur, ad faciẽdum aliquid, vel omittendum. Ex quo infertur: publicas potestates, tùm ciuiles, tum Ecclesiasticas, in ijs tantum rebus Priuilegia dare posse; de quibus disponendi ius habent: v. g. Imperator, in temporalibus tantum: Papa verò per se, ac directè, in spiritualibus, vel alijs, quæ annexa sunt spiritualibus: vt, decimæ, contractus, matrimonij, &c. In materia verò temporali non ità potest Papa, directè Priuilegia concedere, nisi in proprijs Terris Ecclesiæ. Indirectè potest etiàm in temporalibus concedere, sicut potest leges condere: *vt in tract. 1. cap. 2. dub. 2. nu.* 10. *diximus.* Ità potest etiã temporalia Priuilegia auferre, vbi ad spiritualia fuerint necessaria. *cap. 2. de Priuileg.* & docent Layman, *in Theol. moral. to. 1. lib. 1 tract. 4. cap. 23 nu.* 14. D. Antonin *par. 1. tract. 19 cap.* 1. Azorius, *part. 1. lib. 5. cap. 21. quæst. 3.* Suarez, *de leg. lib. 8. cap. 8. num.* 2. Merolla, *tom. 3. disp. 6. cap. 6 dub. 1. nu. 1.* & alij.

Cui Priuilegium concedi possit? Dub. 2.

2 REspondeo: Is, qui legem condere potest, non solum in ijs tantùm conferre potest, qui verè, & absolutè subditi sunt; verum etiam ijs, qui respectiuè inferiores, vel inæquales sunt: secundùm ordinem ad rem, in quo Priuilegium cõfertur. Sic enim constat, Imperatorem, v. g. extraneis Priuilegium concedere posse, in Terris Imperij militem conscribendi, merces vehendi, vectigal non soluendi. Item Ecclesiasticis Iudicibus, vt de laicis, in causis temporalibus, directè iudicare possint, quod communi iure ipsis concessum non est. Quare Priuilegium est Theodosij Imperatoris, quod refertur *in cap. quicumque causa 11. quæst.* 1. Item Episcopus potest concedere Priuilegium, absoluendi suos subditos à casibus, sibi reseruatis, etiam Sacerdoti, sibi non subdito, & in aliena Diœcesi existenti. Ratio, cur, non subdito concedi posset Priuilegium, est: quia Priuilegium, vt sic, non requirit vim coactiuam, neque vim directiuam in priuilegiatum: quia Priuilegiũ non obligat eum nec ad pœnam, nec sub culpa: ergo Priuilegium, vt sic, non requirit

quirit subiectionem. Ità Layman, *in Theol. moral to. 1. lib. 1. tract. 4. cap. 23. n. 15.* Merolla, *tom. 3. disp 6. cap. 2 dub 2. num. 13* Suarez, *lib. 9 de leg. cap 9.* & alij.

An Summus Pontifex, vel alius supremus Princeps possit sibi ipsi concedere Priuilegium? Dub. 3.

3 Affirmatiuè respondet communis opinio. Quia quamuis Summus Pōtifex non potest sibi concedere Priuilegium, quod est præter iùs: tamen non videtur, cur non possit sibi dare Priuilegium, quod est ius. Nam Summus Pontifex, v.g. potest secum dispensare in legibus Ecclesiasticis, vt in lege ieiunij &c. vel in lege diuina naturali. vt in Voto de ieiunando, sicut potest cum suis subditis: ergo poterit sibi concedere verum Priuilegium, quo ex rationabili causa eximatur ab obligatione talium legum, sicut potest concedere alijs. Et quod dictum est de Pontifice: dicendū est etiam de alijs Prælatis, vel Principibus sæcularibus, cū proportione tamen. Sic Suarez, *lib. 8. de leg. cap. 2. nu* 10. Merolla, *to. 3. de disp. 6. cap. 3. dub 4. nu.* 20. & alij.

An Priuilegium, concessum viris, intelligatur esse concessum Fæminis, si illius sunt capaces? Dub. 4.

4 Affirmatiuè respōdent Gloss *in Clem. 1 de elect. v homines. & in cap generali, de electione in 6. v. vniuersos.* Archidiac. *in cap si quis suadente 17 quæst. 4.* Bald. *in cap. ad audientiam, 2. de rescript. num* 121. Rebuff *in leg. 1. ff. de verb signif. circa verb. si quis ampliat.* 17. Tiraquellus, *lib. 1. de retract. ligna. §. 1. gloss. 9 num.* 107. & alij. Hæc opinio videtur colligi *ex leg. 1.* quæ declarat particulam, si quis fæminam comprehendere. *& ex leg. laicus §. quæsitum ff de legat. 3.* vbi dicitur in Testamēto, nomine fratrum, venire sorores: nisi aliud sensisse Testatorem probatur.

5 Vt meliùs hanc quæstionem sciatis, duobus modis posse Priuilegium concedi viris. Vno modo per nomen, definitè significans Viros, seù Masculos: vt si loquatur Priuilegium per hæc ipsa verba: *Viros*, aut, *Masculos*. Alio modo, loqui potest per nomen communis, seù ambiguæ significationis: vt est hoc nomen, *Homo filius*, & alia, quæ cum illis adiectiuè coniungi possunt: vt, *Religiosus, Nobilis*, & similia: talia etiam sunt illa signa, *Nullus, Omnis, Quis*, & similia.

6 His positis, ait Suarez, *lib. 8. de leg. cap. 10. num 9.* Quotiès Priuilegium conceditur viris, sub prioribus nominibus; in tali casu non comprehendere fæminas; nec illis concedi. Vndè si Priuilegium conceditur Religiosis, sub hac conditione, *Viris Religiosis*. qualis concessio habetur, *in cap. postulast. de Priui leg* non extenditur ad Moniales, vt concedit etiā Rebuff. suprà citatus. Idem certiùs est, si Priuilegium conceditur filijs masculis: nullo enim modo extenditur ad fæminas etiamsi maximè fauorabile sit. Ratio est: quia hæ voces ità significant mares, vt distinguāt illos à fæminis. Et ideò constat ex iure, quandò instituuntur, seù vocantur masculi tantum, sub hac voce excludi fæminas: vt benè probat Rebuff *in leg. 1. ff de verb. signif verb. masculos.* Vbi licèt addat limitationem: Nisi necessitas cogat alitèr interpretari; nihilominùs, vt benè inquit, Suarez, id potest habere locum tantùm in Testamentis: quia sæpe Testatores, vel proptèr imperitiam, vel proptèr turbationem, & memoriæ defectum, nominibus impropriè vtantur. At in Priuilegijs id rarò, vel nunquam accidit: qaia cum maiori maturitate conceduntur. Addit etiam idem Suarez, id faciliùs posse admitti nomine Viri, quam nomine Masculi, aut Maris: nam Vir interdum videtur comprehendere fæminas etiam in communi: & vulgari sermone, quando materia id requirit, iuxta illud Psalmi: *Beatus vir, qui non abijt in concilio impiorum.* & Psalm. *Beatus vir, qui timet Dominum.*

Hic huius rarus est. vt ait Merolla, *in 3. tom. disp. 6. cap. 3. dub. 6. num. 36. in fine.* Ideò, nisi euidens sit necessitas, ad Priuilegia non est accomodandus: & facit pro hoc, *tex. in cap. maiores de bapt.* ibi. *tam Viri, quàm fæmina.*

7 Quando verò non est commune duorum: tunc Priuilegium, concessum sub nomine masculino, comprehendit sexū fæmininum. Et prætèr Suarez, docent etiam Baldus, *in cap. ad audientiam, 1. col. fin. vers. quæro numquid de rescrip* Domi. *in cap. general à nu 7 de elect in 6.* Tuscus *tom. 6 lit. P. concl. 758 in fine.* & alij. Et ità Priuilegia Religiosis, seù Monachis, alicuius Ordinis concessa, intelliguntur etiam concessa fæminis, seù Monialibus

in

in his, quæ possunt ipsis adaptari. Ità Suarez, *d. cap. 10. nu. 7.* Merolla, *to. 3. disp. 3. cap. 3. dub. 7. nu. 27.* Rodoriquez, *to. 1. qq regul quæst. 13. nu. 32.* & alij. Sic etiam Priuilegium, absolutè concessum filijs, etiam filiabus est commune: nisi ex alio capite ex supradictis limitandum sit. Et ità dicendum est de nomine Fratrum: nã quod illis conceditur, debet intelligi concessum Sororibus, posita capacitate, & ablatis alijs impedimentis. Ità Glossa, *in leg. laicus, ff. de leg. 3.* Suarez, *vbi suprà*, Riccius *coll. Ct. 1109.* & alij.

8 Limitant hanc sententiam Merolla, *to. 3. disp. 6. cap. 3 dub 6 n. 28.* & Mart. fract. *de feud. lib. 2 tract. 1. quæst 12. nu. 22.* Dummodò quod hoc non habeat locum in feudis: in his enim, appellatione Fratrũ, non veniunt Sorores.

9 Limitant secundò Tuscus *tom. 4. lit. F. concl. 450. nu. 36.* Merolla, & Suarez, locis citatis: Vt procedat tantùm in fauorabilibus, non autem in odiosis, aut exorbitantibus: quià statutum, loquens de Fratribus, non comprehendit sororem. Procedit etiam hæc limitatio, etiam si statutum loquatur in plurali de Fratribus, & extet vnus Frater solus, & Sorores, vt dicunt Alex. *consil. 85 nu 2.* Tuscus, *de concl 450. nu. 32.* & alij. Et ita dicendum est de statuto, vel alia dispositione, loquente de filijs in genere masculino; quod scilicet in fauorabilibus, filias comprehendat, non autem in odiosis. Ità Alex. *cons. 135. lib. 1.* & alij.

An Priuilegium, concessum Marito, communicetur Vxori? Dub. 5.

10 Doctores citandi dicunt: Absolutè, & per se loquendo, Priuilegium, concessum Marito, propter rationem in illo solo existentem, non communicari Vxori, ex vi correlationis, seu coniunctionis, quam inter se habent: nisi aliundè ex verbis Priuilegij, vel ex alia iuris dispositione, aut consuetudine, talis extensio habeatur. Quorum ratio est: quia tale Priuilegium simpliciter est personale: & relatio, seu coniunctio ad aliam personam, non facit indemnitatẽ: ergò non cõmunicatur relatio: nisi ex alio capite colligatur extensio. Probatur consequentia: quia natura Priuilegij personalis est, vt in ipsa personam maneat, & ideò alteri donari, vel in alium transferri non potest; etiam voluntariè concedendo ipsũ Priuilegiũ: vt docent communitèr Doctores 1. Barbosa, *leg quia tale, 14 ff so In to Matrim. nu 22.* Suarez. *lib 8 de l g. cap. 11. nu. 2.* Merolla *tom. 3. disp. 6 cap. 3. dub. 7. num. 35.* Goliat. *to. 1 contro. iur. Ct controu. 55 nu 15 & 18* Alberic *l. 2. nu 9 C. de Episcop. & Cleric* Aretin *leg. Marit col penul. ad finem ff soluto Matrim.* Gem. Iason *leg. non tantùm. nu 4. ff de iud* & alij

11 Vndè omnia Priuilegia, competentia Marito, ratione nationali, prouentionis, exstirpe, vel per accidens acquisita, transfiunt ad vxorem. Alia verò, quæ competunt marito ob aliam rationem, non semper extendi ad Vxorem. Ratio est: quià ex iuris dispositione statutum est: Vxorem Viri nobilis, esse nobilem, etiam si antè Matrimonium nobilis non esset *leg. Mulieres C. de dignitatibus, lib 12. l fœminæ. ff. de Senat.* & consequentèr gaudet Priuilegijs, Viro competentibus, ratione nobilitatis. At verò de alijs Priuilegijs non inuenitur aliqua generalis iuris dispositio, in qua communicatio talium Priuilegiorum fundari possit. Ità Merolla *num. 36* & alij.

12 Immo quãdò Maritus est nobilis, Vxor etiam, mortuo marito, gaudet Priuilegijs quæ Viro competebant, ratione eius nobilitatis. Quià etiam in viduitate retinet nobilitatem, vt probatur *in l g. his solis*, vbi Bald Salicetus, *C de reuocat. donat.* & Felin. *in cap postulasti, col. 3. vers mulier impud de iud* & alij Dummodò, quod Mulier, mortuo marito, honestè viuat: alias perdit omnia Priuilegia, honores, & commoda pristrini Matrimonij: vt in dicta *leg. his*, habetur.

13 Quando verò Maritus non est nobilis sanguine, sed sit nobilis per accidens, v. g. ratione Magistratus, vel Officij: tunc distinctione opus est: Nam hæc Nobilitas accidẽtalis duobus modis acquiritur, secundùm iura. Vno modo, vt perpetua: quià scilicèt, permanet, etiamsi Magistratus, aùt Dignitas relinquatur: Sicuti, Senator fit nobilis ex tali munere: & manet nobilis, etiamsi administrationem relinquat. Alio modo solet conferre Officium nobilitatem, quamdiù geritur: illo verò deposito, cessat nobilitas. In vtroque modo Vxor participat nobilitatem accidentalem Mariti, & consequenter gaudet Priuilegijs eius: alitèr verò, & alitèr: Nã quando Nobilitas accidentalis est de per se perpetua: tunc Vxor gaudet Priuilegijs Mariti, etiam eo mortuo: quia etiã tunc

tunc nobilitate gaudet. *Arg.leg.fin. §. Senatores 1 ff.ad municipil.& leg. 1. C.de dignitatib.lib.12.* Quãdò verò Nobilitas accidentalis pendet in esse, & conseruari à munere: tunc Vxor gaudet Priuilegiis Viri, illo viuente, non autem mortuo: quia iam amisit nobilitatem. Vt est tex.in leg. fori dictorum, *C.de excusat. muner. lib. 10. cum gloss.penult C.de Episc.& Cler.* Immò idem erit, licèt Maritus non moriatur, sed Magistratum relinquat: quia eo ipso perdit nobilitatem, & consequenter Priuilegia. Deniquè, quando Priuilegium datur Marito sinè vllo respectu ad nobilitatem naturalem, vel accidentalem: sed purè, ratione officii, seù exercitii, quod nõ habet annexam nobilitatem: tunc Vxor non gaudet Priuilegio, concesso Marito ob tale officium, etiam illo viuente, *leg.1. C. de execut. muner.* quia Officium non communicatur, sicùt Nobilitas: nec inuenitur Dispositio iuris, in qua communicatio talis priuilegii fundari possit. Ita Alberin. *de stat.p.1.q.* 114. Nicol. de Neapol. *in leg.medicos C.de profes.& medic. lib.10.* Barbosa, *in leg quia tale 14. à nu. 24. ff soluto Matr.* Suarez, *lib.8.de leg.cap.11.nu.2* Capyc.*dec.*129 *num.*9 Roland *consl.*86 *nu.* 8.*lib.2.* Merolla, *tom.3.disp.6.capit 3.dub.7. num.*37 & alii.

14 Ex his deducitur: *Priuilegium Militis* non communicari eius Vxori, etiam dum viuit miles: quia hic censetur habere ministerium, non habens dignitatem, vel nobilitatem annexam. Ita Glossa, *in leg. vnica, C.de castrens. dignit. lib.12.* Bartol. *in leg.ex eo num.3.ff de testam.Milit.& leg. 1.nu.83.C.de Dignit.lib.12.* Alberic. *l.Milites, post princip.C.de locat.* Tiraquell. *de nobil.cap.8.nu.5.& 8.* Perez, *lib.4.ordinat. tit.1.pag.767.* Barbosa, *in leg. quia tale, 14. ff.solut.Matr.num.26 in fine.* Merolla, *to.3 disp.6.cap.3.num* 41. & alii. Vndè Priuilegium exceptionis hosticę, concessum Militi, dum militat in castris, seù bello, non competere Vxori. Ita Afflict. *in const. Hostici exceptionem not.1.qu.11.* Capyc. *decis. 76.& 177.* Tapia, *in const. Hostici num.14.* Muschat *in prax. Sacri Concil pag.6.* & alii.

15 Si verò esset talis militia, quę haberet dignitatem, vel nobilitatem annexam, iuxtà ea, quę tradunt Iason, *in leg.pen.nu. 4.C.de pact.*& Afflict.*lib.3. const. rubr. 37. cap.1.§.constitutione præsenti num.1* tunc viuẽte Milite, communicaretur eius Vxori: non autem eo mortuo. Ita Merolla, *to.3 disp.6.cap.3.num.42.*

16 An Vxor Clerici coniugati gaudeat Priuilegiis eius? Respondeo, si loquamur de Priuilegio Canonis, *si quis suadente*: certum est, Vxorem Clerici coniugati, eo nõ gaudere: ac proindè manus violentas in ipsam iniicientem, non incurrere excommunicationem: quia hoc Priuilegium est personale ipsius Clerici, cõcessum in Ordinis clericalis reuerentiam: qui Ordo nõ cõmunicatur Vxori. Ita Squillant. *de Priuileg.Cleric.cap.6.num.21.* Imola, *in cap.2. num.3 de foro competent.* vbi Alex. de Neuo, *num.21.* Felin *nu.3.* Tiraquell. *post leges connubia, gloss.2.nu.61.* Merolla, *tom.3. disp.6.cap.3.nu.* 30. Dominicus de S. Geminiano, *cap.1.de cleric.coniug.in 6.* Franciscus de Aretio, *in consil.131. vol.2. & 3.* Diana *par.9.tract.4. resol.6. vers. sed an Vxor Clerici coniugati,* & alii: Nisi, manus iniectio fieret Vxori prędictę in odium Viri: quia tunc iniiciens, incurreret excommunicationem, ac si ipsum percuteret, docet Carolus de Grassis, *effect.9. nu. 115.* & alii apud eum.

17 De Priuilegio verò Fori prima opinio ait: Vxorem Clerici coniugati non gaudere hoc Priuilegio. Cuius ratio est: quia quando Priuilegium conceditur Marito, sinè vllo respectu ad nobilitatem naturalem, vel accidentalem; sed purè, ratione alicuius officii, vel ministerii, quòd non habet annexam nobilitatem: tunc Vxor non gaudet eo Priuilegio Mariti, etiam illo viuente, vt supra dictum est. At verò Priuilegium Fori, sicut & Canonis concessum est Clerico, ratione officii, aut ministerii Clericalis, quod non habet propriè annexam aliquam nobilitatem: nam aliàs deberet etiam Priuilegium Canonis communicari: Ergò eo Priuilegio non gaudebit eius Vxor; cum non reperiatur aliquod ius, quod illam communicationem talis Priuilegii faciat. Ita Io.Andr. *in addit.ad specul.tit.de cler. coniug.§ vnico super num.5.v.Vxoris.* Io.Delignaur, *in cap.vnico de cler. coniug.lib.6.vlt.* Franc. *§.vlt.in fine.* Anton. *cap.2.num.6.de foro cõpet.* vbi Alex.de Neuo, *num.21.* Sanchez, *lib.7. de Matr.disp.47.* Suarez, *lib.8 de leg.cap.11. num.3* Ferd.Castro, *p.1.oper.moral tract.3 disp.4 pu.12 in fine.* Io.Andr.de Marin.*quotid. resol. to.1.cap.58 num.14.* Bonacina, *de leg.disp.1 qu.3 pu.7.§ 2.num.6.* Anton. de Marin.*quotid resolut, cap.58. num.14.* Castrus Palaus, *tom. 2.disp.vnica, de immun. Eccles.pu.2.num.10* & alii. Et probabilem vocat Merol.*to.3.disp.6.cap.3.dub.7.n.52.*

 Secun-

18 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia Clericatus, per se est quędam dignitas: vt dicunt Ioa. Andr. *in capit. eo libentiùs de seru. non ordin. post princip.* Bonus *de curti lit tract. de nobilit. par. 3. num. 220.* Tiraquellus, *de nobil. cap. 9. & habetur in capite denique, dist. 4. & in cap. 1. de vita, & honest. Cleric. lib. 1.* vbi Glossa, *v. dignitas.* Cum igitur clericale Officium sit ministerium quoddam, habens annexam dignitatem: meritò Priuilegium, competēs Clerico, ratione ministerii clericalis, communicetur Vxori: saltem, eo viuente. Et hoc multò magis procedit in Vxoribus Sacerdotum Græcorum: quia Sacerdotiū est maxima dignitas. Tum quia quandò Priuilegium Fori competit Marito, ratione alicuius Officii, vel Dignitatis, etiam quod non habeat annexam dignitatem, communicatur Vxori, quamuis alia non communicentur: vt supra probatum est. At verò Priuilegium Fori concessum est Clerico, ratione officii, ac ministerii clericalis: ergò eo Priuilegio gaudebit etiā eius Vxor; nè deterioris cōditionis sint Vxores Clericorum, quàm aliorum Artificum. Ita Gloss. *in cap. Cleric. 1. verb. Clericum 11. qu. 1. & leg. 2. C. de Episc. & cler. & can. eos, qui dist. 32.* Specul. *tit. de cleric. coniug. §. vnico num. 5. vers. & nota.* Ioa. Monac. *cap. 1. nu. 1. de Cler. coniug. lib. 6.* vbi Domin. *§. vlt. num. 7. ad finem.* Panormit. *in cap. 2. nu. 7. de foro competent.* vbi Imol. *num. 3.* Felin. *num. 3.* Aretin. *num. 10.* Tiraquel. *post leg. connub. gloss. 2. num. 54.* Barbosa, *in leg. quia, tale 14. nu. 26. ff. solut. Matrim.* Sanchez, *sibi contrarius to. 2. cons. lib. 6. cap. 1. dub. 3. n. 2.* Angel. *v. excōmun. 9. cas. n. 21. in fi.* Tab. *v. excōm. 5. 18. q. 7. n. 8.* Marc. Anton. Cucus, *lib. 3. instit. moral. tit. 9. nu. 20.* Decianus, *tract. criminal. pa. 1. lib. 4. ca. 9. num. 53. & seq.* Milanens. *decis. 10. lib. 2.* Ludouicus Correra, *in elect. ad capit. inter alia, de immun. Eccles. pa. 2. num. 33.* Carol. de Graff. *disquis. Cler. eff. ct. 1. nu. 155.* Perez, *lib. 1. tit. 3. l. 1. fol. 57. vers. Vxor etiam clerici.* Bellectus, *disquis. Cleric. pa. 1. tit. de fauor. Cleric. real. §. 1. nu. 24. & seq.* Mestell. *in add. ad capyc. decis. 76. num. 3.* Diana, *pa. 3. tract. 1. resol. 45. & par. 4. tract. 1. resol. 41. & par. 9. tract. 4. resol. 6.* Merolla, *to. 3. disp. 6. cap. 3. dub. 8. num. 52.* & alii.

19 Immò Perez, Bellectus, Diana, Merolla, & alii dicunt: Gaudere hoc Priuilegio Vxores Clericorum, etiam mortuis Viris donec alteri nubant. Quia cum vidualis vita durat, censetur in priori Matrimonio esse *arg. leg. filij §. 1. ff. ad municipialia.* Et ita videtur confirmari à Barbosa, *de potest. Episcop. part. 2. alleg. 13. num. 15.* vbi ex multis probat, Vxores viduas Aequitū D. Iacobi, Alcantarę, &c. etiam gaudere exemptione gabellarum.

An Priuilegium, concessum Patri, extendatur ad filios? Dub. 6.

28 Absolute, & per se loquendo, priuilegium concessum patri, non extendi ad filios: quia tale priuilegium est personale: at Pater, & filius sunt personę diuersę, & sola habitudo relationis non sufficit vt in Vxore dictum est, & ita de filiis docuit Glossa, *in cap. licet, de cens. & gloss. fin. leg. ex pluribus 43. ff. de administrat. tutur.* quæ simpliciter negat, filium gaudere priuilegio patris: & ita Iason, *in leg. si cum procurat. num. 8. ff. de re iudic.* Alex. dicens esse communiter recepta, *in leg. quia tale, num. 2. in fine ff. solut. matrim.* Baldus, *in leg. 2. C. de Episcop. & cleric. num. 5.* Alex. de Neuo, *in cap. 2. de foro competenti num. 21.* Barbosa, *leg. maritum 13. num. 80. ff. solut. matrim.* Merolla, *tom. 3. disp. 6. cap. 3. num. 60.* & alii.

21 Limitant hanc sententiam aliqui, nisi aliundè, & ex ui alterius iuris, fiat talis cōmunicatio, vel transmissio. Vnde priuilegium fori, quod competit Patri, ratione alicuius artis, vel ministerii, extendi ad filios; sicut etiam competit vxori, *ex leg. penult. C. de fabric. lib. 11.* quia in eo textu vxor, & filii æquiparantur. Et ita dicendū est de filiis Clericorum: quia in his militat eadem ratio.

22 Limitant secundò aliqui, vt non habeat locum hæc opinio, in priuilegio, quod datur media nobilitate: nam tunc filii gaudent priuilegio patris, siuè nobilitas sit naturalis, quia scilicet illam habent ex vi originis, & quasi naturali iure, aut gentium; siuè sit accidentalis, quia illam participant, ex vi iuris ciuilis, vt patet, *ex lege fęmina, ff. de Senat. & leg. 1. C. de dignit. lib. 12.* Si enim nobilitas sit naturalis, gaudebunt filii priuilegio patris, etiam post mortem eius. Si verò sit accidentalis, tūc si est perpetua, hoc est, separabilis ab eo munere, seù magistratu, propter quod datur, ita vt permaneat vt patre, etiāsi magistratū relinquat, transibit ad filios, ēt postmortē patris. Si verò est inseparabilis ab eo munere, gaudebunt eo priuilegio filii, tm̄ viuēte patre, sicut de vxore dictū est.

Ita

ita Glossa, *in leg. 2. C de Episcop. & Cleric. verb. filij.* Iason, *leg. filius à patre, §. 1. nu. 3. ff. de libert. & posthum.* Hyppolit. *leg. vnica num. 41. C. de rap. virg.* Tiraquel. *de primog. quæst. 32. num. 2.* Barbosa, *leg. quia tale 14. num. 26. & seq. ff. soluto matrim.* Suarez, *lib. 8. de leg. cap. 11. num. 4.* Merolla, *tom. 2. disp. 6. cap. 3. dub. 8. num. 65.* & alij. Quando verò priuilegium competit Patri, ratione alicuius ministerij, quod non habet nobilitatem, seù dignitatem annexam, tunc filij neque, viuente patre, gaudent eo priuilegio: excipitur tamen priuilegiũ fori, ùt patet *ex leg. pen. C. de fabric. lib. 11.*

An Priuilegium immunitatis, concessum Patri ob numerum duodecim filiorum, communicetur Vxori, ac Filiis? Dub. 7.

23 HOc Priuilegium habetur *in leg. si quis Decurio, 24. C. de decur. lib. 10.* his verbis: *Si quis Decurio pater sit duodecim liberorum, honoratissima numerum quiete donetur.* Et quamuis hæc lex tantùm loquatur de Decurionibus; tamèn etiam in priuatis hominibus locum habet: vt benè dicunt Tess. *decis. 267. num 4.* & fusius Alex. Trentacinq. *lib. 1. varar. tit. de iur. immun. in 2.*

24 Et vt meliùs procedamus, sciendum est prius: Munera, quædam esse Personalia, quædam Realia, seù Patrimonialia, & quædam Mista. Sic Bartol. *in leg. 1. nume. 33. & seq. C. de mult. & in quo loco lib. 10.* Specul. *titul. de cens. n. 7.* Io. de Platea, *in rubric. de annon & trib. lib. 10. versic. sextò quærit. Glossa,* & alij. Personalia dicuntur quæ personis indicuntur sinè detrimento facultatum: vt creari Syndacum, vel Tutorem, de quo habetur *in leg. fin. § personalia, & leg. fin. ff. de munere, & honor.* Patrimonialia, seù realia appellantur, quæ sumptibus Patrimonii, seù cum detrimẽto propriorum bonorum exequuntur: vt collectas soluere, vel pręstare annuatim certam pecunię summam, & cętera realia onera subire: de quo habetur, *in leg. fin. §. Patrimonialium.* Mista verò sunt, quę partìm corporalia ministerio, partim summa pecuniæ subeuntur: vt dicitur, *in leg. final. § mista.* Quę distinctio habetur expressè, *in d. leg. 1. & final. ff. de muner. & honor.*

25 Iterùm Munera, alia sunt Ordinaria, alia Extraordinaria. Ordinaria sunt, quę à lege, vel Principe, aut Republica indicta sunt, & habent ordinariam, ac perpetuam prestationem, *leg. in honoribus paragraph. qui muneris ff. de vacan. l. 1. C. de vacat. muner. & l. omnes omnino, C. de annon. lib. 10.* Extraordinaria verò dicuntur quę accidentalitèr, ob aliquam causam de nouò occurrentem, indicta sunt; nec ordinariam, & perpetuam pręstationem habent: vt bene dicunt Bartol. *in leg. 1. C. de mul numul. num. 37.* Luca Pinna, *in leg. omnes omninò num. 2. C. de annon. & trib. eod. lib.* & alii.

26 Preterea, Munera Patrimonialia, seù realia, sunt in duplici differentia: Quędā n. imponũtur reb⁹: Quędā verò Personis. Ea, q̃ rebus, seu Personis imponuntur, adhùc sũt in dupplici differẽtia: nā quādoq; imponũtur ipsi rei, vt publicis vsibus deseruiāt v. g. q; Boues, vel Equi pro vtilitate publica prestentur: aut domus, pro hospitibus recipiendis, & alia multa, de quibus Bartol. *in leg. script. § final. ff. de munere, & honore*: & ab his, nec incolę, nec alii excusentur, vt habetur, *in leg. fin. § Patrimoniũ ff. eod. tit.* Quandoque imponuntur super eo, quod præcipitur ex re, vt quod detur tertia pars fructuum: vt in *leg. modeas. C. de success. & arca lib. 10.* Quandoq; verò imponuntur ipsi rei: sed de eo, quod non fit ex ipsa re, nec pręcipitur ex re, sed est omninò extra rē: vt, præstare annuatim certam pecuniæ quantitatem. Vt habetur *in d. leg. fin. § præterea, & leg. 1. de impos. luc. des. lib. 10.* Quæ verò personis imponuntur sunt dupplicia: nam aliqua imponuntur personis tantùm, vt pro capite soluant. Alia verò imponuntur personæ pro rebus, habito respectu ad valorem Patrimonii vniuscuiusque, & istæ appellari solent Collectæ. In quo æstimo, seù appretio, etiā lapides prætiosi, anuli, & similia appretiari debent, vt ait Luca Penna, *in leg. fin. num. 17. vers. videtur autem. C. de quibus* Et ab hac Collecta nemo excusatur, iuxta dicta Imperatoris, *in leg. vnica, C. de mul. in quo loco l. 10.* & Iurisconsult. *in leg. fin. § Patrimonium ff. de Muneribus vxor* Idq; procedit, etiam si nihil possideat, sed opera tantum sua aliquid lucretur, vt Artifex vt ait And. Isten. *in cap. 1. § & plaustorum num. 55. quæ sint regulæ.* Domus autem propria, quę pro Domini habitatione deseruit, non solet deduci in apprætium. In quibus tamen apprætiis conficiendis, res, seù bona extimantur, vt plurimum, habita simul consideratione valoris rei, & fructuum, qui ex ea colliguntur.

27 De quibus autem Muneribus, hactenus enumeratis, senserit Imperator *in d. leg. si quis decurio*, non est dubitandum, eum de Patrimonialibus, seù Realibus intellexise: nam de Personalibus alias addiderunt Imperatores Constitutiones: vt patet *ex leg. 3. & 5 ff de his, qui numer. liber. se excus.* Vbi sancitum fuit, quinque liberorum numerum, Patrẽ à muneribus excusare, *& in leg. 1. ff. de legat.* Triũ liberorum Patrem, legationibus publicis liberari, mandauit Imperator Valerianus. Item quinquaginta annorum ætatem à muneribus Personalibus publicis excusare statuit, in *leg fin §. qui ætate vel professe excus.* Secùs verò ab onere suscipiẽdi Tutelam, in qua nemo excusatur ob ætatem; nisi fuerit annorum septuaginta: Vt dicunt Glossa, & Doctores *in leg. final.* Et probat Textus *in leg. 3. ff. de iure immu & in §. item maior.*

28 Intelligenda tamen est dicta *lex quis decurio* de muneribus, non dum susceptis, & sic in suscipiendis. Secùs vero si Pater munus aliquod iam suscepit, & deindè liberi superuenierunt: quia tunc ab eo non liberatur. *leg. 2. §. qui ad munera. ff. de vacat. muner.* cum alijs, ibi per Glossam allegatis, & declarat Ripa, *in leg. ex facto ff. de vulg. & pupilla nu. 17 circa fin.* Secùs est Fulu. Constant. *in comment ad leg. 24. eod tit. 24. de Decur. lib. 10. num. 11.* Ratio est: quia, quemadmodum numerus liberorum deficiens, non nocet Patri, quò ad immunitates adeptas, vt infra dicemus: ità numerus liberorum superueniens, quò ad munera suscepta, ei prodesse non debet: Nam quod operatur propositum in proposito, & operarur oppositum in opposito.

29 Ampliatur verò hæc immunitas, vt locum habeat etiam in bonis post Priuilegium acquisitis: quia hæc immunitas est fauorabilis, vt infra dicemus: Ergo extẽdenda est, vt procedat, non solum quò ad bona præsentia, sed etiam ad futura. Ità Guid. Papa. *dec.* 486. Franc. Mor. *dec.* 425. *num.* 8. l. 2. Menoch. *conf.* 486. *in fine.* Ripa. *in leg. final. ff. de constit. princip. par. 1. cap. 4. nu.* 7 Merolla, *to. 3. disp. 6. cap. 7. dub. 9. nu.* 71. & alij.

30 Iterùm ampliatur, vt procedat etiam in Immunitatibus ab hominibus, qui sũptus requirunt, & suscipiendi sunt propriis sumptibus. Ita Alex. *conf.* 123. *vol.* 5. Alex. Trentacinq. *lib. 1. varar. resol. tit. de iure immunit. vers. septimo procedit.* & alii

31 Ex supradictis dicendum est primò: Immunitas, concessa Patri ob numerum duodecim filiorum, extenditur etiam ad Matrem, pro bonis, quę tanquam propria possidet. Ratio est: quia Priuilegia immunitatis à muneribus personalibus, ob numerum filiorum, Pátri concessa, de quibus supra; competunt etiam Matri, quò ad excusationem à muneribus, quæ Mulieri conuenire possunt. *leg. de personalib. C. de his, qui numer. liber. lib.* 10 Sed munera Patrimonialia, seù realia conuenire etiam possunt Mulieribus; *leg. 1. c. de muner.* Ergò ab eis numerus filiorum excusat Matrem, sicut à Personalibus. Ita Vincent. de Franc. *decis.* 259. *nu.* 13. Gasp. Tesfaur. *in addit. ad dec.* 267. Peden. Anton. *patris, num.* 10. Paschal. *de vir. potest part.* 4 *cap. 4. num* 24. Fulu. *constan in commend. ad tres poster. lib. C. titul. de Decur. lib.* 10. *num.* 15. Iacob. Alens. de Bot. *in addit. ad Bartol. in leg. si quis decurio.* dicens sic fuisse per Regiam Cameram decisum. Ioa. Baptist. Thor. *tom. 1 cap. dec. verb. Immunitas concessa patri.* Merolla, *tom 3 disp. 6. ca. 3. num.* 73. & alii.

32 Immò addunt aliqui: Vxorem Patris, duodecim filios habentem, gaudere hoc Priuilegio; si post eius mortẽ castè viuat: siuè omnium filiorum mater fuerit, siuè aliquorum, siuè nullius ex eis: Vt constat *ex dict. tit. de cur.* §. 1. *num.* 28. vbi Piscat. Regimoles *in suis decis. manuscrip. decisio.* 50. vt refert, & docet Merolla, *num* 81. & alii.

33 Secundò: Non cessat hoc Priuilegium, vno ex filiis mortuo. Ratio est: quia liberorum numerus duodenarius, tantum ad acquisitionem Priuilegii est necessarius: non autem ad illius conseruationem; vt dicunt Ripa, *leg ex facto num.* 13. *cum seq. ff. de vulg. & pupill.* Et est Textus ad litteram, *in leg. 2. §. remittit ff. de excus.* Ergò cessante eo numero, non cessat Priuilegium. Antecedens probatur: quia præcipua causa, concedendi fratribus hoc priuilegium, fuit quasi in remunerationem beneficii Reipublicę, facti pro iis, qui tot generant filios: quia expedit Reipublicę, vt hominibus repleatur. Ergò satis est ad durationem Priuilegii, vt numerus duodecim filiorum semel extiterit. Et in tantùm hoc verum est, quod sufficeret; etiam si ipsorum vltimus in octauo mense natus sit, & paucis superuixerit horis: si antè illius mortem hoc Priuilegium immunitatis iam Pater adeptus esset: vt probat

bat Camill.Borrell.*conf.28.per totum*. Nã licèt octomestris partus pro abortiuo habeatur: cum (secundum communem Medicorum sententiam) viuere non possit: vt scripserunt Aul.Gell *lib. 3. nat.* Act. *cap.46* Cęl Rodig.*lib. 22. antiqu. cap. 13.* Aristot.*lib.7.de histor.animal. cap.4.* tamẽ ob incertitudinem temporis conceptionis, semper in dubio vitalis præsumitur: vt inquiunt Boer.*decis 200.num.2.* Turr. *conf.23.à num 1.vol.2.*Dec.*conf.613.num.4.*Magan.*decis Florent.41.nu.4.* Zachias. *in qq.Medic.titul.2.quæst.4.de octimest partu.* Ita hanc opinionem sequuntur Io.Andr.*in reg.de Reg.iuris in 6.* Alber. *in leg.2. C.de excus.Tutor.* Bartol *in leg.2.§.1.*Paul. *de castro in leg. si cum dotem ff. Maritos ff. soluto Matr.* Soccin.Senior.*conf.84.vol.3.* Imola,*conf.77* Goffred.*decis.267.numer.8.* Roland.*conf.52.num.39 vol.2* Marsil *sign. 657.num.2.*Reg.Moles *in suis decision. manuscrip.decis.35.* vbi alios refert. Vasill. *in addit. ad* Affiict. *decis.122.num.2.* Io.Vincent.de Anna, *sign.240.* Barbosa,*in leg. si quia tale,num.20.ff.solut.Matrim.* Alciat. *de præsumpt.reg.1.præsump.36.* Paschal.*in tract.de vir.pater.potest.pract.4. cap.4. à n. 18.*Egid Boll. *tit.de Principe, & Priuilegetius nu.155.* Piscator Valent.*in leg. si quis Decurio 24.num.4.C. de Decur.* vbi Fulu. *constans.à num.20* Merolla,*to.3.disp.6. ca. 3. num.82.* & alii. Et ita fuit decisum per Regiam Cameram summariè, testatur Anna,loco citato.

34 Amplia.Etiam si omnes duodecim filii moriantur, adhuc enim Priuilegium non cessat,proptèr rationem suprà assignatã: licèt contrarium, & absque fundamento dicat Reg. Moles. vbi supra. Et nostram opinionem sustinet Piscat.Constans.& Merolla.

35 Addunt etiam alii:Hoc verum esse,non solum quando Pater antè mortem filii, iã obtinuerat Priuilegium immunitatis: verum etiam quando tantùm fecerat instãtiam Superioribus pro consecutione Priuilegii Ita Reg.Moles.*decis.46.* dicens: Sic fuisse decisum per Regiam Cameram de eo, qui à patria sua arripuit iter Neapolim versùs, ad consequendum Priuilegium: Quod scilicèt, si interim moriatur filius antè petitionem Priuilegii, ei non noceat,

36 Et quod diximus, quod Priuilegium nõ cessat,mortuis filiis,post adeptum,vel petitum Priuilegium;intelligẽdum est, quò ad onera, imposita antè mortem filiorũ Secùs verò, quò ad ea, quæ imponuntur post mortem filiorum. Ità Ripa,*leg. ex eo facto num.18.ff.de vulg.* Reg. Moles. *decis 46.in fine.* Barbosa,*in leg.quia tale,num.20 ff.soluto Matrim.* Tiraquell *tract. cessante causa,par.1.limit.4.num.13* Ferdin.Perez, *tract.de excus.parent.ob num. liber numer. 36.*Merolla,*tom.3.disp.6.cap.3.num.84.* & alii.

37 Tertiò. Aliqui dicunt: Filium, existentem in vtero Matris, connumerãdum esse in eo numero duodenario filiorum, necessariò ad hanc immunitatem cõsequẽdam. Quorum ratio est:quia filius, existẽs in vtero,in fauorabilibus habetur pro nato *leg.qui in vtero ff.de stat.homin.* At hoc immunitatis Priuilegium est fauorabile, vt dicit Merolla,*tom.3.disp.6. cap. 3. num. 80.* Ergò cur non potest extendi, vt in appellatione filiorum,hunc etiam comprehendat? Ita Io.Baptist.Costa *Decret capit. 2 num 4* & Boll.*in sua pract. crim. tit de Princip & Priuileg.num.155.*

38 Dicendum est tamèn cum aliis: Filium, adhuc in vtero matris existentem, non prodesse Patri, ad hanc immuinitatem obtinendam. Ratio est: quia sic reperitur, id esse espressè definitum, *in leg 2. § Remittit ff.de excus. Tutor.* ibi *Qui autem in ventre est,& si in multis partibus iuris cõputatur,iam natis;tamen in præsenti quæstione (idest,quò ad excusationem à tutela) neq; in reliquis ciuilibus muneribus prodest Patri. Et hoc dictum est in constitutione Diui Seueri.* Et ita hanc opinionem docent Roland.alios referens,*conf.52.nu 6.vol.2.*Alexand.Trentãcinq. *variar resol. lib.titul.de iure immuni vers. secundò declaratur.*Fulu.*constant. vbi supra numer. 26.*Testat. *dec. Penden 267.num. 8.* Lucas Mat.Apcel. *de dilat. quinq. num.189.* Merolla,*to.3.disp.6.cap.3.num.87.*& alii.

39 Quartò. Quamuis Soccinus Senes, *in conf.84.lib.3.*Festas,*in tract. de abstinet. & collect.par.4.cap.3.num 73.* & Bass.*titul.de princip. num.155.* dicant: Filios, mortuo Patre, non gaudere hac immunitate: tamèn quia hoc Priuilegium est fauorabile,vt multi concedunt,dicendum est: tale Priuilegium non extingui,mortuo Patre, sed transire ad filios: quia adhùc durat magis principalis ratio, proptèr quã conceditur hæc immunitas, fauor, scilicèt, Reipublicę; cui Pater tot procreauit filios. Tanto magis,quia hæc immunitas, tanquam fauorabilis, est latè interpretãdas

sufficiunt tres, quatuor, vel quinque filii; & quę facilius conceditur. Ergo multò minus prodesse possunt, ad consequendã immunitatem à Muneribus realibus, seù Patrimonialibus, quæ difficilius conceditur: vt patet, *ex leg. nequè C. de mune. Patrimon.*

45 Alii verò dicunt: Viuente filio, Nepotes prodesse Auo, ad hanc immunitatem consequendam. Quorum ratio est: quia immunitas hæc potissimum Patri conceditur, vt filiorum educationi, vel substentationi vacare possit: & hac ratione, Nepotes post mortem Patris, prosunt etiam Auo, in cuius potestate remanent, & à quo substentantur: ergo multo magis debent ei prodesse, viuente filio; quia tunc magis grauatur patrimonialiter; cum debeat substentare, non solum Nepotes, sed etiam filium. Ita Fulu. Constant. *§. 1. num. 32.* qui, sic declarasse Regiam Cameram Summarię, ait. Et ita Io. Franch. de Ponte *cons. 16. num. 25 in fine vol* 1. Et valde probabilem vocat Merolla, *num.* 102. & duas declarationes Cameræ Summariæ refert Moles, *in suis decis. manuscriptis decis.* 47. & 48. Prima: fuit die 19. Nouembris 1542. in qua decisum fuit: Auum, habentem duodecim Nepotes, ex filio, siuè viuo, siuè mortuo, gaudere hac immunitate, ac si ipsius Auus haberet duodecim filios: dummodò omnes illos Nepotes habeat sub eius potestate, & alimenta eis pręstet. Secunda facta fuit anno 1554. die 10. Iulii, in qua decisum fuit: Patrem, habentem vndecim tantùm filios, & vnum Nepotẽ, ex filio viuẽte, debere gaudere hac immunitate.

An hoc Priuilegio immunitatis, quod habet Pater, duodecim liberos habens, gaudeant etiam alij Fratres, cum eo habitantes?

46 Affirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia hoc Priuilegiũ tanquàm fauorabile, latissimè interpretandum est, vt supra diximus, & concedũt aliqui Doctores. Ergo meritò ad alios Fratres, in communi cum Fratre priuilegiato viuentes, extenditur. Ita Iacob Auell. de Bote, *in addit ad Bartol. in leg. si quis decurio, numer.* 24. *C. de decur.* Mars. *sig.* 180. *num.* 3. Menoch *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 4. *cas.* 379. *à num.* 8. Fulu. *constans in commed ad tres poster. l. C. tit. de decur.* §. 1. *num.* 19. Paschal. *de vir. par. potest par.* 4. *c.* 4. *n.* 23. & alii

47 Secunda opinio negat. Cuius ratio est. quia non est minùs fauorabiliùs immunitas ab oneribus realibus, seù patrimonialibus, concessa statui Clericali; quàm hęc, de qua agimus: Sed Priuilegium immunitatis, quod habet Clericus, non cõmunicatur aliis Fratribus, cum eo incommuni, & pro indiuisò viuentibus: sed Clericus tantùm est immunis pro parte bonorum, sibi contingente: alii vero Fratres pro eorum partibus, tenentur soluere Collectas: ergo eodem modo Immunitas, concessa vni ex fratribus, habenti duodecim filios, prodest sibi tantum pro parte sua: non autèm fratribus, quantumvis bona sint communia, & pro indiuiduo possideãtur. Maior videtur clara. Minor verò cõceditur quasi cõmunitèr à Doctoribus. Ita Speculat. *tit. de elec. coniug. in rub. d n.* 14. Petr. de Antibol. *tract de Immun.* 3. *part. princip. num.* 109. *& habetur tom.* 12 *tract de diuort.* Franc. Lucan. *tract. de fisco, & eius Priuileg. par.* 3. *num.* 33. Labert. *de iur. Patrim. lib.* 1. *par.* 1. *q* 7. Ferret. *in tract. de Gabell num.* 427. & 437 *addit. ad Afflict super const. Regni const. Apostatantes lit. C. lib.* 1. *rubr.* 3. Crot *consil.* 355. *num.* 8 *lib.* 3. Natta, *consil* 280 *num.* 3. *lib.* 2 Io. Aloysius Nigris, *in Clem. deuit. & honest. Cleric. num.* 108. Molfesius, *to.* 2. *sum. tract.* 12. *cap.* 22 *num.* 166. Megola, *cons.* 84. Carol. de Grass. *in tract. de effec. Cleric. effect.* 3. *num.* 186. Merolla, *tom.* 3. *disp* 6. *cap.* 3 *dub.* 9 *diff.* 7. *num*, 106. Azeledo, *lib.* 11. *nu.* 14. *titul.* 3. *lib.* 1. *recup.* Flores de Menna, *var. qq. lib.* 2. *num.* 267. & alii. Secùs dicendum est de Immunitate Clericorum ab hospitandis militibus: hac enim gaudẽt alii fratres, cum eis habitantes. Ita Io. de Arnon. *sig.* 83. Marsilius. *sig.* 80. Ioa. Aloys. Deleo, *in leg. placet. num.* 30. *C. de sacros. Eccles.* Merolla, *d. cap.* 3. *num.* 107. & alii.

An Priuilegium, concessum alicui, extendatur ad suos familiares? Dub. 8.

48 Negatiuè respondeo: Ratio est: quia est personale: cuius natura est, vt intra personam, cui concessum est, maneat: nisi esset ferè inutile ei, cui concessum est. At nisi ad supradictam etiam extendatur, *arg. cap. his de priuileg.* Ratio est: quia, qui facultatem aliquam concedit; censetur etiam, concedere omnia moralitèr necessaria ad illius vsum, quæ ab ipso concedi possunt. *arg. tent. in cap. praterea, de offic. delegat.* quare tunc non fit propriè exten-

extensio priuilegii; sed rigorosa, & iuridica interpretatio: vt benè inquit Suarez, *lib. 8. de leg. cap. 11. num. 7.* Et interminis docent Bald. *in leg. 1. C. de Vxore milit.* Luca de Penna, *in rubr. de appor. præfec. verb. lib. 12.* Bartol *in tract. de rescript. quæst. 7. vers. ad sextum* Felin. *cap. 2. num. 2. de foro competenti* Franch. *in cap. licet de Priuileg. lib. 6.* & alii communitèr.

49 Vnde primo: Priuilegium, concessum Religioso, ad ingrediendum Monasteria Monialium, extendi ad Socium. Ratio est: quia consuetudo, & decentia religiosa postulat, vt hi numquam soli incedant, sed saltem bini: cum igitur non possit Religiosus, decentèr solus ingredi, Priuilegiũ eius redderetur moralitèr inutilè, si non extenderetur ad socium. Ita Rodoriquez, *to. 3 qq. regul. quæst. 6. art. 7.* Gallet. *verb. littera* Aloysius Riccius, *pa. 1. prax. for. Eccles. resolut.* 632. Sanchez, *to. 2 sum. lib. 16.* 46. Miranda, *tract. de monial. quæst. 2. art. 17. in fine*, Diana, *par. 3. tract. 2. resol.* 51. & alii.

50 Secundo: Priuilegium, concessum Sacerdoti, vt possit celebrare Missam tempore Interdicti, extendi ad Ministrum inseruientem: quia ferè inutile esset, si non posset Minister aliquis illo gaudere. Non enim cogendus est Sacerdos, habẽs tale Priuilegium, quęrere Ministrum, qui similem fauorem habeat, vt ab eo iuuari possit. Hoc enim accidentarium est, & ab eo non pendet vtilitas prioris Priuilegii, quod per se habet esse efficax. Ita Glossa *in cap licet vobis, de Priuileg. lib. 6. verb. nõ debent.* vbi Io. Andr. Angelus, *verb. Interdictum 6 num. 6.* Siluester, *eodem verbo 5. quæst* 5. Nauarr. *cap. 27 sum. num.* 180. Merolla, *tom. 3. disp. 6. cap. 3. num* 131. qui hanc sententiam limitat, nisi Minister ille causam dederit Interdicto: seù ad perpetrãdum delictum, cuius occasione interdictũ impositum fuit, & auxilium, vel consilium, vel fauorem dederit: quia tunc eo priuilegio Sacerdotis non gauderet, nec posset illius Missæ inseruire.

51 Et ita dicendum est de eo, qui habet Priuilegium, audiendi Missam tempore Interdicti: quia potest secum familiares, & domesticos ducere, ad Missam audiendã: vt habetur expresè, *in cap. licet vobis, de Priuileg. lib. 6.* dummodò quod famuli, seù domestici non dederint causam Interdicti. Ita Merolla, *to. 3. disp. 6. cap. 3. numer.* 135. & alii.

52 Tertio. Si quis habuerit Priuilegium, vt tempore Interdicti valeat assistere diuinis Officiis, poterit sepelliri in loco sacro. Ratio est: quia sicùt possunt post mortem supradicti Priuilegiarii, pro eo celebrari Officia diuina, v. g. Missam, & Officium Defunctorum, præsente eius cadauere: ita etiam poterit sepelliri in loco sacro. Antecedens probatur: quia si viuus poterat interesse Officiis diuinis: ergo multò magìs mortuus: quia hoc videtur minùs, cũ non intersit humano modo. Consequentia probatur: quia sepultura Ecclesiastica videtur quid accessorium ad illud Officium diuinum, quod fit circà defunctum: seù Officium illud fit in ordine ad sepulturam, vt clarè patet ex vsu Ecclesiæ: ergo habens Priuilegium, vt siuè viuus, siuè mortuus, possit assistere, seù intercesse Officiis diuinis, quod est quid principale, poterit etiam sepelliri in loco sacro, quod est accessorium ad illud. Ita Calderinus, *in tract. de Interd. memb. 6. col* 24. Angelus *v. Interdictum 6. num.* 25. Nauarr. *capit. 27. sum. num.* 181. Saytus, *de cens. lib. 5. capit 8. num.* 16 D. Antoninus, *part. 3, tit 27 de Interd. cap.* 8. Siluester, *v. Interdictum 5. qu.* 8 *num.* 10. vbi Tabiena. 5. *num* 12 Henriqu. *lib. 13. de Interd. cap.* 44 § 5. Auila, *de cens par. 4. disp 4 sect. 3. dub.* 4 Coninch. *de Interdict. dub. 2. num.* 52. Bonacina, *de cens. disp. 5. par. 5. num. 6.* & alii.

An Priuilegia, concessa Monachis alicuius Monasterii, comprehendant Abbatem?
Dub. 9.

53 Affirmatiuè respondeo. Ratio est: quia (vt communitèr dicunt Doctores) in fauorabilibus, & proportionabili materia, Abbas venit in appellatione Monachorum. Secùs verò dicendum est in materia odiosa, vel non proportionabili: vt colligitur, *ex cap. fin. de Simonia.* vbi Glossa, & alii Canonistæ. *Cardin. in Clem. 1. oppos. 6. de reg. Roma cons.* 259. §. *final. num. 21. de stat. Monach.* Sanchez, *lib. 6. cap. 8. nu.* 84. & alii. Cum igitur in casu nostro simus in materia proportionabili, & de fauore agatur: consequentèr dicẽdum est, etiam Abbatem gaudere priuilegiis, Monachis concessis. Accedit, quod cũ Abbas, adepta Abbatia, non desinat esse Monachus, non debet ex dignitatis augmẽto deterioris esse conditionis, quã sint alii Monachi: cum dignitatis superueniẽtię proprium sit augere, nõ autem statum priorem, in quem dignitas cecidit, ab eo auferre

ferre in ipsius præiudicium. *leg. Senatores vbi omnes scribentes ff de senat. l. Alexandrinus*, vbi Bartol. *C. de decur lib.* 10. Feder. *de sent. conf.* 19. Natta, *consil.* 44. & alii.

An Priuilegium, concessum alicui Religioni, vel Religiosis, extendatur ad Nouitios? Dub. 10.

54 Affirmatiuè respondent citandi Doctores. Quorum ratio est: quia Nouitii in Religione admissi; quamuis non omninò, ac perfectè sint Religiosi: tamen sunt aliquo modo pars eius Religiosæ Communitatis: ergo in fauorabilibus, saltem lato sumpto vocabulo, veniunt appellatione Religiosi: cum fauores sint ampliandi, & per consequens gaudebunt Priuilegiis, Religiosis concessis. Ita Molina, *to 1. de Iust. tract. 2. disp.* 139 Henriq. *lib. 7. de Indulg. cap.* 22. *num.* 7. Riccius, *to. 4. resol.* 240 Azorius, *par. 1. lib. 7. cap.* 30 *in fine, & lib. 12. cap. 2. quæst.* 10. Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 39. nu.* 17. Portell. sibi contrarius, *de dub. regul. v. nouitij annus. num* 5. Bonacina, *de leg. disp. 4. quæst. 2. pun. 7. §. 4. num.* 27. Fagundez, *præcep. 1. lib. 1 capit. 7. num.* 6 Rodoriquez, *to. 1. qq. regul. quæst. 21. artic.* 11. Consta, *remed. subsid.* 73. *in fine.* Bartol. à *S.* Fausto, *lib. 1. Theolog moral. quæst.* 53. Diana, *part. 3. tractat. 2. resol.* 73. & alii.

55 Vndè etiam Priuilegia, concessa Fratribus nostræ Religionis, comprehendũt Fratres tertii Ordinis. Ratio est: quia appellatione Religiosorum, veniũt Fratres tertii Ordinis in fauorabilibus: licèt non in odiosis: vt dicunt Felinus, *in cap. Eccl. Sanctæ Mariæ num. 1. de constit.* Rodoriq. *tom. 1. qq. Regul. quæst 6. artic.* 5. & alii. Vbi tamèn nota, quod extant duæ Constitutiones Summorum Pontificum, circà hoc: Vna est Pii V. quæ incipit: *Ea est officij nostr.* edita anno 1568. Altera, Gregorii XIII quæ incipit: *Ex benigna*, edita anno 1575. vbi decernunt, solum illos posse Priuilegiis Fratrum Minorum gaudere, qui sunt tertii Ordinis D. Francisci, de Pœnitentia nuncupati, in Congregatione viuentes, ac tribus Votis substantialibus astricti, ac professi, sub obedientia Superiorum Ordinis Minorum de Obseruantia degentes.

DE EFFECTIBVS Priuilegij. Cap. III.

An sit de ratione Priuilegii, vt aliquem effectum habeat in Priuilegiario? Dub. 1.
Quis nam sit effectus Priuilegij? Dub. 2.
An ad Priuilegium, vt lex est, & ad effectum eius, sit necessaria promulgatio? Dub. 3.
An Priuilegium prosit Priuilegiario, à tempore, quo concessum est, an verò à tẽpore quo eius notitiam habeat? Dub. 4.
Quomodò Priuilegium, quò ad suos effectus, restringendum sit, vel ampliãdum? Dub. 5.
Quæ regulæ obseruandæ sint, in restringẽdis Priuilegijs? Dub. 6.
Quæ regulæ, ad extendenda, seù amplianda Priuilegia, obseruandæ sint? Dub. 7.

An sit de ratione Priuilegii, vt aliquem effectum habeat in Priuilegiario? Dub. 1.

1 Affirmatiuè respondeo, vt sumitur expressè, *in cap. bis de Priuileg. & cap. si Papa eod. tit.* ibi, *cum verba aliquid operari debeant*: quia aliàs essent superflua: quod in lege vitandum est: & in Priuilegio debet operari aliquid speciale: aliàs lex priuata non esset, vt dicitur, *in capit. Abbas, de verb. signific.* Et optimè probatur quia aliàs esset inutile, & quasi actus otiosus, quod de benefico Principi præsumendum non est. Ita Merolla, *tom. 3. disp. 6. capit. 6. dub. 1 num.* 2. Vndè sequitur, debere Priuilegii effectum esse aliquo modo diuersum, ab effecto iuris communi: nam aliàs nihil de nouo concederet.

2 Duobus verò modis posse effectum Priuilegii, esse diuersum ab effectu iuris communis: vt docet Suarez, *lib. 8. de leg. capit. vigesim. secund. numero tertio.* Vnum appellare possumus distinctum in re, ex substantia sua: Alium tantùm distinctum secundùm modum. Effectus Substantialitèr distinctus, est, quotiès

Priuilegium dat Ius, vel potestatem, ad aliquid agendum, vel recipiendum; quotiès commune prohibeat, vt saltem non concedat. Effectus verò, moralitèr tantùm distinctus, dicitur: quando non concedit nouam potestatem, vel actionem, quæ iure communi non esset licita: confert tamen illam nouo modo, vel nouo titulo; aliquam vtilitatem moralem secum adducente. Dicimus ergo ad rationem Priuilegii: satis esse, quod habeat effectum proprium, vno, vel alio modo: nam quilibet illorum sufficit, vt Priuilegium non sit inutile.

Dubitatur: Quando nam Priuilegium, vnum, vel alium effectum censeatur operari?

3 SVarez, *in dict. capit. viges. secund. num. quint.* ait: Spectandum esse ad materiam, et verba Priuilegii, & ex illis colligendum esse, an effectus Priuilegii sit huius, vel illius qualitatis? simul habendo præ oculis illud principium, quod: *Beneficia, & fauores ampliandi sunt, cōtra verò restringenda.* Si ergò verba concessionis Priuilegii, iure communi concessum esse, & nullum alium effectum distinctum, in sua proprietate significare possunt: tunc tale Priuilegium non potest habere effectum substantialem, distinctum ab effectu iuris communis: sed illum ipsum nouo modo, & speciali titulo. Ratio est: quia verba Priuilegii non sunt extendenda sinè cogente ratione, vltra illorum proprietatem: sed in eo casu verba non possunt habere effectum, substantialitèr distinctum intrà proprietatem suam, vt supponimus: & nulla est necessitas impropriandi illa: quia, eo ipso, quod Priuilegium aliquod operatur sufficiens ad nomen, & rationem Priuilegii, in aliis restringendum est; quia specialia iura, non sunt multiplicanda sinè necessitate: sed conferendo nouum modum operandi, habet sufficientem effectum ad rationem, & nomen Priuilegii: ergo non opportet, vt aliquid vltrà efficiat. Declaratur exemplo: nam si alicui detur Priuilegium dicendi Missam, ante recitatam Primam, quod constat iuri communi esse licitum: ex vi illius Priuilegii, nihil aliud habet: nec poterit illud Priuilegium extendi, ad dicendam Missam antè Laudes, vt aliquid præter ius operari, vel dubium tollere videatur; Quia verba illa: *Antè recitatam primam*; non significant Laudes: nèc possunt, nisi valdè voluntarie, talem recipere extensionem: quod à simili optimè confirmari potest, *ex capit. vltim. de verb. signific.* quod si tale Priuilegium videatur inutile, sibi imputetur, qui illud postulauit. Ordinariè, autem talia Priuilegia, vel non dantur, vel non nisi ad importunitatem petentium: de se autem semper habent hunc effectum, quod illud, quod licitum erat iure communi, licet nouo titulo, & speciali iure. Quod non est omninò frustrà: nam per se adhoc confert, vt licèt postea ius cōmune in contrarium statuatur, nihilominùs actus licet ratione Priuilegii: quia per subsequens ius commune, non reuocatur Priuilegium, nisi exprimatur: Vt benè Merolla, *in tertio tom. disput. sexta capit. sext. dub primo, numero quarto, & capit. quarto dub.* 7. in casu proposito. Si Pontifex noua lege statueret, vt Prima recitetur antè Missam: habens illud Priuilegium, maneret exemptus à tali lege; nisi id Priuilegium expressè reuocaretur.

4 Secundò. Si verba concessionis, in significatione propria, solum continent effectum, de quo, est dubium, vel opinio vtriusque probabilis: An in iure communi liceat, nec ne? tunc etiam per tale *Priuilegium*, non fit effectus substantialitèr diuersus ab eo, qui probabilitèr creditur consensus iure communi: nec potest tale Priuilegium in proprietate verborum extendi ad effectum aliquem, de quo certus sit, non posse fieri iure communi. Ratio est eadem: quia verba non sunt impropriada sine causa: nam aliàs, nihil esset fixum, & certum; Hinc autem nulla est causa: immò minor quam impedienti: quia hoc Priuilegium, & confert speciale titulum, qui permanebit etiam, si generale ius contrarium postea subsequatur: & simul confert securitatem, & certitudinem in tali casu, quæ magna est vtilitas. Et ideò talia *Priuilegia* frequentiora sunt.

5 Tertio. Si verba Priuilegii possunt cū pprietate cōprehēdere effūm, iure cōmuni non

non cōcessum, tale Priuilegium habebit effectum, substātialitèr distinctum à iure communi. Nec est limitandum ad solum nouum titulum, seù modum; etiam si illum comprehendere possit: Vt, v.g. si detur simplici Sacerdoti *Priuilegium*, ministrandi Sacramentum Pœnitentiæ: per illud Priuilegium datur potestas, absoluendi à peccatis mortalibus, saltem ordinariis, & non reseruatis: quia licèt Sacramentum Pœnitentiæ ministrari possit, absoluendo tantùm à venialibus, quādo pęnitens alia non habet: nihilominùs illa potestas iure communi, concessa est omnibus Sacerdotibus: ideòque per illud Priuilegium maior potestas confertur. Ratio est: quia huiusmodi Priuilegiū est fauorabile, & ampliandum.

6 Quartò Si verba Priuilegii in proprietate sumpta, non possunt habere effectū, substantialitèr diuersum à iure communi, seù supra ius; nisi operando simul cōtra ius: aliàs possunt habere effectum diuersum, quò ad modum, posset esse difficultas: An operetur simul vtrumque effectum, vel tantùm posteriorem, nisi in Priuilegio addatur clausula, derogatoria iuris communis. Vt, v.g. si Rex concedit alicui homini, aliàs libero, Priuilegium, vt liberè finatur transire fines Regni, & exire cum rebus, quas secum affert, dummodò soluat vectigalia consueta: tunc non potest ex vi illius Priuilegii ferre res prohibitas, & educere de Regno: quia in illo Priuilegio non ponitur specifica concessio, nec clausula derogatoria iuris, prohibentis, res aliquas educi de Regno, vt supponitur. Generalis autem locutio, non solum indefinita, sed distributa, non comprehendit specialia, quæ sunt contrà ius. Tum ex illo principio iuris: quod Sub generali locutione non veniunt ea, quæ sunt contrà ius, neque illa in specie esset Princeps verisimilitèr concessurus. Tum quià etiam derogatio iurium vitanda est, quòd ad fieri solet. Atque illa extensio non est secundùm proprietatem verborum, pro vt de iure intelligi debent: nec est contrà solum Principem: sed contrà commune bonum Reipublicæ, cuius interest, nè tales res à Regno extrahantur.

Quæ nam sint effectùs Priuilegii?
Dub. 2.

7 EFfectus Priuilegii, respectu Priuilegiarii, consistit in facultate aliquid faciendi, vel emittendi. Nec præpositio manifestè constat, considerando singula Priuilegia. Vt, est Priuilegium audiendi Missam, tempore interdicti: vt non soluendi tributa, &c. Ratio est: quia verba aliquid operari debent: alioquin essent inutilia, otiosa, & superuacanea, quod nō videtur admittendum. Priuilegium enim ēlex quædā priuata; verba aūt legis aliqd operari debent. *leg. 3. ff. de iure iuranda.*

Dixi, *Respectu Priuilegiarij*: nam si Priuilegium consideratur per ordinem ad ius, contra quod conceditur, ipsius effectus est derogare ius. Si verò consideretur respectu aliorum, dicit obligationē, qua Priuilegiario seruari debet priuilegium: vt communitèr Doctores dicunt.

Dubitatur: An Priuilegiarius teneatur vti suo Priuilegio?

8 NEgatiuè respondent Doctores citādi, per se loquendo. Nam quod in alicuius fauorem concessum est, non debet in ipsius incommodum, vel grauamen torqueri. *de reg. iuris in 6.* Vndè, qui habet Priuilegium, audiendi Sacrum tempore interdicti, non tenetur, illud diebus festiuis audire. Ratio est: quia tēpore interdicti est obligatio loci non audiendi Sacrum: ergo qui habet Priuilegium audiendi Sacrum, benè se potest conformare huic præcepto, si velit: præcipuè cum sit valdè conforme intentioni Ecclesiæ, quod omnes se conforment huic Præcepto, vt sic Ecclesiæ censuræ non amittant suum vigorem. Ita *Petrus* Ledesma, *par. 1. sum. Sacram. de Euchar. cap. 27.* Auila, *de cens. par. 5. disp. 4. sec. 2. dub. 6.* Hyeronimus Alnal. *part. 3. sum. cap. 5. §. 12.* Conich. *de Sacram. disp. 17. nu. 28.* Rodoriquez, *part. 1. sum. cap. 249. numer. 14.* Henriquez, *lib. 13. vbi de Excommun. & Interdict. cap. 48. num. 5. litt. D. in fine, & lib. 7. de Indulg. cap. 23. lit. T. in fine.* & alii, quos citauimus *in lib. secund. tract. 7. cap. 9. dub. 23. num. 69.*

9 Dixi, *per se loquendo*: vt aduerterem, Priuilegiariū teneri vti suo Priuilegio in aliquibus casibus. Primò: quando id esset necessarium, ad euitandam mortem. V. G. esset lex in aliquo Regno sub pœna vitæ, nè quis à Regno extrahat Equos, vel triticum: si contingat, aliquem hæc extrahere virtute Priuilegij, sibi à Principe concessi, & capiatur à Ministris iustitiæ, hoc Priuilegium ignorantibus; tunc tenetur in conscientia, allegare Priuilegium

gium, ad mortem euitandam. Idem dicendum est, quando vsus Priuilegii esset necessarius, ad euitandum graue scandalum, aut notabile damnum proximi.

10 Secundò. Quando aliquis non potest renuntiare Priuilegio suo: vt, de Priuilegiis Clericorum Canonis, & fori, (dicunt communitèr Doctores) & aliis similibus: tunc enim si occurrat casus, in quo, vel cedendum sit Priuilegio, nè illi cedat, nec potest, non solum licitè, sed neque validè consentire, vt contrà illud faciat, & hoc est obligari ad vsum, & obseruantiã eius. Ratio est: quia huiusmodi Priuilegia sunt concessa primò, ac principalitèr in bonum commune, ac publicum, cui persona priuata renuntiare non potest, *cap. si diligenti, de foro competenti.* & *leg. ius publicum ff. de pactis.* Et docent Fernandez, *par. 2. cap. 6. § 1. nu. 5* Salonius, *2. 2. quaest. 67. art. 1 controu. 2.* Durandus, *in bull. cęna. lib. 2. can. 14. quaest. 8. num. 2.* Pesantius, *de Immun. Eccles. disp. 2.* Diana *part. 1. tract. 2. resolut. 3.* Bonacina, *de cons. disp. 2. quaest. 4 par. 3. num. 1.* Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 2. cap. 7. num. 10.* & alii communitèr.

An ad Priuilegium, vt lex est, & ad effectum eius, sit necessaria promulgatio? Dub. 3.

11 Notandum est priùs: Priuilegia sunt in dupplici differentia, quædam feruntur per vniuersales leges: quarum exempla sumi possunt, *ex can. si quis suadente 17 quaest. 4 Clement. dudum, de Sepulturis Clement. vnica, de Baptism. Clem. Archiep. de Priuileg.* Alia verò sunt Priuilegia, quæ priuatim cõceduntur per particularia indulta, vel scripta, cõcessa particularibus personis, vel Communitatibus, vel Religionibus, vniuersitatibus, vel etiam Hospitalibus: in quibus prius solent poni concessiones, & posteà adiungi præcepta, vel prohibitiones sub censuris, vt nemo talia indulta impediat, &c

12 His positis. Respondeo ad dubium propositum. Primò in *Priuilegiis* prioris generis, necessariam esse promulgationem, adhoc. vt habeant effectum obligandi: vt apertè colligitur, *ex leg. pœnali C. de decur. lib. 10 in fine. ibi, ex die quo promulgata est.* est communis opinio, quã sequuntur Suarez, *lib. 8. de leg. cap. 24. nu. 4.* & Merolla, *to. 3. disp. 6. cap. 6. dub. 3. num. 77.* Ratio est: quia antè promulgationem non habent vim legis: ergo antè promulgationem, nullam vim obligandi habere possunt, siuè ad effectum Priuilegii, siuè ad quæcumque alia.

13 Secundò In Priuilegiis posterioris generis, non requiri propriam promulgationem, quæ respectu aliorum, in illo potest oriri. Probatur ex vsu: quia non solent talia Priuilegia solemnitèr promulgari: nihilominùs cẽsetur obligare quãtumcumque possunt, si sufficientèr probentur, & notificentur. Ita Suarez, *dict. cap. 24 num. 4.* Merolla, *d. dub. 3. num. 78.* Rodoriquez, *tom. 1. qq. Regul quaest. 7. art. vlt.* Portella, *in dub. regul. verb. Priuilegium num. 9.* & alii.

An Priuilegium prodest Priuilegiario à tẽpore, quo concessum est: an verò à tempore, quo eius notitiam habet? Dub. 4.

14 Prima opinio existimat: Priuilegium prodesse à tempore concessionis: nec eius sententiam, ac intentionem requiri, vt valida sint, virtute illius gesta. Probatur primò, *ex leg. lit. C de repud.* vbi habetur: Dissolui Matrimonium, quam vis repudii libellus non sit traditus, nec cognitus Viro: ergo non requiritur Priuilegii notitia, vt prosit. Secundò: quia voluntas, seù dispositio Principis æquiparatur voluntati Testatoris. *Authent. de Nuptijs §. disponat. collat. 4.* Ergo, & Priuilegium, quod à Principis voluntate, & dispositione ortum habet, proderit à tẽpore concessionis, etiam ignoranti. Tertiò probatur, *ex leg. 2. §. 1 ff. de iudicijs.* vbi ignorans habet exercitium iurisdictionis prorogatæ; cum tamèn hoc sit quodam Priuilegium. Quartò probatur ex doctrina Baldi, *in leg. fin. C. de sent. poss n. 5.* vbi dicit: Restitutionem prodesse deportati, ignoranti, *per leg. eius, qui in Prouintia, §. final. ff. si certo pet.* vbi libertas concessa per Testatorem, acquiritur ignoranti: sed ea restitutio deportati, est quodam Priuilegium: ergo, &c. Ita Archidiac. *cap. proposuisti dist. 82. ad finem versic. in ea Gloss. ibi sex menses.* Albericus, *leg. Beneficium num. 16. ff. de constit prima.* Paulus, *in proemio clementinorum § de certo.* vbi Bonifacius, *§. nunc igitùr numer. 49.* Imola, *cap. 2. de constit num 6 vers. item aduerte.* Bertachinus, *in suo repertorio lit. P. verb. Priuilegium in principio num. 10. versic. Priuilegium fauorabile.* Angelus,

v. renun-

v. renuntiatio num. 5. in fine. & videtur sentire Sotus, *in 4. dist. 29 quæst. 2. artic 1. ad finem* & docet Veracruz, *appēd. ad dub. 19. cap. 1 specul. §. at si post dispensationem* Ludouicus Lopez, *cap. 42.* & alii.

15 Secunda opinio, quæ est communis, ait: Priuilegium sortiri suum effectum, à tempore quo certior de eo fit is, cui conceditur, illudque acceptat. Probatur primò, *ex cap. 1 ad medium verf. ex parte, de concessione præbend* vbi expressè habetur: Priuilegiū prodesse à tempore sciētiæ. Et licèt id non videatur probare, quia est allegatio partis aduersæ, at cum Pontifex in fine illius Textus pro parte illa rescribat, videtur eius fundamētum approbare. Secundò probatur, *ex cap. si tibi absenti depræbend. in 6.* ibi *Absenti cōferatur beneficium, licèt per collationem huiusmodi, donèc eam ratam habueris, ius in beneficio non acquiras.* Ergo Priuilegium nō acquiritur absenti, donec sciat. Tertiò probatur, *ex leg. final. C de concul. lib. 12.* vbi dicitur: Filium egredi à Patris potestate, per dignitatem consulatem, illico à litteris præstitis: vbi Glossa, in initio inquit: id est, præstitis sibi litteris suæ electionis. Ergo, &c. Quartò probatur: quia Priuilegium, est quædam donatio: vt docent Anchar. & Franch. statim alligandi: hæc autem non acquiritur absenti antè acceptationem: vt docet Sanchez, *lib. 1. de Matrim disp 6. num. 2.* Tandem probatur, *ex Authent. quibus modis naturales efficiuntur sui. §. illud tamèn versic. generalitèr autem colle. 7.* ibi *Generalitèr autem in omnibus, qui per prædictos modos deducuntur ad legitimum ius, tunc hoc volumus obtinere, dum, & filij hoc ratum habuerint.* Vndè probatur: legitimationē non prodesse absenti, donec ad eius notitiam peruenerit: & tamèn est quodam Priuilegium: ergò &c. Ita Glossa, *capit. 1. de concession. 16. bebend. in 6. verb. vim suā* vbi Anhob. *num. 8.* Domin §. *ex parte nu. 5.* Franch *eodem §. num. 3.* Anton. *in probem. decret §. Gregorius num. 76.* Panorm. *cap. 2. de Constit. num. 7.* vbi Alexand. de Neuo, *num. 29.* Decius, *in 1. lectura num. 44* Fulu. *nu. 7. verf. tertiò limita.* Boereus, *nu. 48.* Cord *in probem. Clem. verbo Vniuersitati quæst. 5.* Diuus. *leg. 1. ad finem ff. de Tenor. possess. extentam milit.* Bartolus, *lege Beneficium num. 4. ff. de consti. Princ.* vbi Baldus, *num. 13.* Tas. Roman. *d. leg. qui absenti in principio num. 3.* vbi Alex. *in princip. num. 3.* Siluester, *v. Priuilegium, & v. Renuntiatio quæst. 4.* Rosella, *v. Indulgentia num. 8.* vbi Tabiena, *quæst. 29. num. 30.* Nauar. *lib. 5. consil. in 2. edit titul. de Priuileg. cons. 11. num. 2.* Bolognettus, *leg. omnes populi num. 155. ff. de Iust & iure.* Menoch. *de Arb. lib. 2. cent. 2. cas. 185. n. 3.* Meres. de Maiora, *par 1. quæst. 2. in fine* Merolla, *tom. 3. disp. 6. cap. 6. dub. 4. numer. 87.* Sanchez, *lib. 3. de Matrim. disp 36. num. 2.* Suarez, *lib. 8. de leg. capit. 25. numer. 15* & alii.

16 Limitant aliqui hanc sententiam, primò: Vt intelligatur de Priuilegio per modum rescripti. Secùs quando conceditur per modum Statuti, & Constitutionis. Ratio disparitatis est: quia lex generalis, vel statutum, dum concedit Priuilegium, & prçmio afficit, ex causa id facit: eo quod is, cui conceditur, aliquid Reipublicæ causa egerit, præmioque hoc lex homines inuitat: ergo hoc lege requisitum, quamuis ignarus legis, dignus est præmij remuneratione, immò dignior illo, qui præmij conscius, eo ductus egit. Item quia non omninò præmium ignorauit, nam in genere, præmio aliquo se afficiendum esse putauit. Diuersum autem est in Priuilegio ex rescripto, cum hoc concedatur ex mera liberalitate, nec antè actum gestum propositum fit in præmium, sed ipsum factum postea sequatur. Ita Bartolus, *l. omnes populi nu. 37. & 38. ff. de iust & iure.* Crotus, *in reper. eiusd. legis num. 127.* idem Bartolus, *leg. Diua Maria in initio C de decur. lib. 10.* Anton *in proem. decretal. v. Gregor. num. 29.* Menochius, *lib. 2. de arb. cēt ur. secund. cas. 185. num. 45. 49. & 50* & alij.

17 Hæc tamèn limitatio non est certa, docet Sanchez, *lib. 3. de Matrim. disp. 36. num. 3. circà finem.* & de ea dubitat Iason, *l. beneficium num. 61. ff. de constit. princip.* & eam impugnat Decius, *l. 2. de constit. in 1. lectura num. 47.* Quia lex etiam petit scientiam eius. Et Panormitanus, *in cap. 2. de constit num. 7.* vbi Alex. de Neuo, *n. 29.* Felin. *num. 7. verf. tertio limita.* Beroius, *num. 48.* Suarez, *lib. 8. de leg. cap. 25 nu. 16.* & alii: Nam, vel talis lex supponit promulgationē, vel non: si non vtique non est vera lex: quia de essentia legis, est promulgatio: vt in *lib. 1. tract. 1. capit. 3. dub. 1 num. 1. diximus.* Et si nullum effectum legis habere potest, etiam & Priuilegium. Vndè, si antè promulgationem haberet quis notitiam talis legis, & effectum eius desideraret, non potest illo gaudere. Si verò

verò est promulgata, iam datur notitia publica legis, & consequentèr etiam Priuilegii: & similitèr est acceptatio communis, & publica, eo ipso, quod per totã Communitatem non est renuntiatum legi, ac Priuilegio. Ergo iam tale Priuilegium non habet suum effectum, sinè notitia, ac acceptatione, per se requisita: quia Priuilegium, concessum per modum legis, per se primò, aliqua Communitate ferri debet: alioquin non magis erit lex, quàm certa priuata Priuilegia. *Per accidens* autèm contingere potest, vt priuata persona, quæ sit pars illius Communitatis, ignoret illud (*vt sepè contingere* potest in Religiosis) & tunc verum est, ignorantiam non impedire effectum Priuilegii, quia iam illud est acceptum, & nõ pendet ex priuata notitia particularis personæ.

18 Vndè valida est absolutio à casu, Pontifici reseruato, data à Religioso, habente facultatem absoluendi ab eo, vigore Priuilegii, suę Religionis, à Pontifice concessi: quamuis ipse id Priuilegium ignoret: quia præsumitur habere voluntatem generalem, gaudendi, & vtendi Priuilegiis suæ Religionis. Ita *Suarez, capit.* 25. *num.* 16 Merolla, *tom.* 3 *disp.* 6. *cap* 6. *num.* 94. & alii. Et non solum quando Religiosus ignoret, se habere facultatem, seù Priuilegium, ad absoluendũ ab aliis casibus reseruatis; sed etiam quando ignoret illos casus, à quibus absoluit, esse reseruatos. Ratio est: quia sicùt esset validus Baptismus, si quis baptizaret aliquẽ, quem falsò putabat, fuisse antea baptizatum; si dum baptizat, intendat (quantum est ex se) baptizare, ac si ille baptizatus non esset. Confirmatur: nam Hæreticus, qui credit, baptismum esse irrisorium, ac nihil valere: verè baptizaret, si intendat facere, quod potest, & facit Ecclesia, vt omnes concedunt. Et ita cũ errore valoris Baptismi, est compassibilis intentio baptizandi: Ergo similitèr in nostro casu: quamuis Religiosus ille erret, credendo, non valere Absolutionẽ: potest tamèn habere legitimam intentionem absoluendi: eamque habet, si intendat facere, quod potest. Et hanc opinionem tenentur sequentes Doctores, qui dicunt: Validum esse Matrimonium, quando Contrahentes intendunt (quantum ex se) contrahere: licèt falsò putẽt, subesse impedimentum dirimens. Ita Gloss. 34 *quæst.* 1. *in sum. verb. vtraque quæstio in fine, & capit. cum Apostolicæ verb. remanere de sponsal.* Rosell. *v. Impedimentum imped.* 12. *in fine.* vbi Tabiena, *impedi o in fine.* D. Antoninus, *part.* 3. *tit.* 1. *cap.* 9. *in fine* Sanchez, *lib.* 2. *de Matrim. disp* 53. *num.* 2. & alij. Et in propriis terminis Merolla, *tom.* 3 *disp.* 6. *cap.* 6. *nu.* 99.

19 Limitant secundò aliqui nostram sententiam: Vt Priuilegium non operetur efficacitèr; ita vt gesta, virtute illius, sint alicuius valoris: donec is, cui conceditur, certior fiat; operetur tamen aliquid à tempore concessionis: nempè, vt ille, qui Priuilegium concesserit, illud ampliùs reuocare non possit. Probatur, *ex capit. si tibi absenti, de prabend. in* 6. Vbi deciditur: Ius in beneficium collatum absenti, non acquiri; donec absens acceptet: at interim collationem reuocari non posse. Ita Card. *in probem. Clement. verbo vniuersitati quæst.* 5. Baldus, *leg. beneficium num.* 15 *ff. de const. Princip.* Alex. de Neuo, *cap.* 2. *n.* 30. *de const.* vbi Dec. *in lectura n.* 44. & Feli. *n.* 7. *vers. tertio limita.*

20 Sed hæc limitatio optimè reprobatur à Menochio, *d causis* 185. *num.* 46. & 47. *& seq.* Sanchez, *de Matrim. lib.* 3. *disp.* 36. *num.* 4. Suarez, *lib.* 8 *de leg. cap.* 25. *num.* 7. & Merolla, *tom.* 3 *disp. cap.* 6. *nu.* 101. Nam hoc, quod dicunt Cardin. & alii supra nu. 19. citati, non est vniuersalitèr verum: quia Priuilegia sunt in dupplici genere, vt notat ibi Menochius ex doctrina Couar 3. *varar.* 16. *cap.* 16 *num.* 1. & aliorum, quos ibi refert. Aliqua sunt Priuilegia, quæ ex mera concedentis liberalitate conferuntur: Vt, est Donatio rei propriæ: & hæc possunt reuocari à concedente, antè absentis acceptationem. Alia verò sũt, quę, q̃uis mere liberalia sint, ex parte eorũ, quib⁹ cõcessio fit, nõ tñ sũt talia, ex parte concedentis; sed eiusdem necessitatis. Vt, est collatio beneficii: nam tenetur Prælatus ex officio conferre. Et in hoc casu, *d. cap. si tibi absent.* vbi enim Prelatus semèl contulit, non potest retrocedere, etiã antè absentis acceptationem. Loquor de Prælatis inferioribus: nam Summus Pontifex, post collatum beneficium, potest collationem reuocare: non solum antè absentis acceptationem, sed etiam postquia, respectu Pontificis, omnia beneficia sunt manualia, seù ad nutum amobilia. Ita Baldus, *in leg. rescrip. C. de prabend. Imper offert.* Gignans. *de Pensione quæst.* 6. *num.* 1. Milis, *in cap. relat. verb. Papa vers. Papa ad plenitudinem*

pote-

potestatis. & alii.

21 Limitant tertiò aliqui: vt priuilegium non possit antè notitiam eius, quando conceditur motu proprio Principis, vel ad instantiam alterius, quam Priuilegiarii. Secùs verò si per suum Procuratorem, vel Nuntium, ad id destinatum, impetret Priuilegium: Tunc enim valet à tempore, quo Procuratori, aut Nuntio intimatur. Ita Gemin *in cap. 3. num. 4. de concess. prabend. lib. 6.* Rosell. *verb. Indulgnum* 8. vbi Tabiena. *quæst. 20.* Siluester *v. Priuilegium quæst. vltim.* Sanchez, *lib. 3. de Matrim. disp. 36. num. 6.* Suarez, *lib. 8. de leg. cap. 25. num. 25.* Topia, *leg. vltim. ff. de constit. Princip. part. 1. capit. 4. numero* 26. & alii.

22 Ex hac limitatione benè infert Sanch. *vbi supra num.* 7. Quando Priuilegium motu proprio conceditur, vel ad instantiam alterius, quàm *Priuilegiarii*; non satis esse, si tertius, qui casu audiuit, certiorem faciat Priuilegiarium, & ille acceptet. Sed oportere, vt sit is, qui impetrauit Priuilegium, aut Nuntius eius, vel concedentis, qui intimet. *Probatur:* quia (vt supra diximus) hæc concessio Priuilegii, est quædam donatio: hæc verò vt efficax sit, & omninò valida, ac irreuocabilis; opportet, vt per Nuntium destinatum ad id, intimetur, iuxtà veriorem sententiam. Quia hæc acceptatio necessaria est, vt perficiatur contractus donationis: cuius perfectio, in voluntatum vnione consistit, *leg. 1. ff. de cantrahen. emp. & leg. consensu verb. consentire ff. de act. & oblig.* Et ità Capyc. alios referens, *decis.* 180 *num.* 8. Iulius *Clar. lib. 4. recept §. Donatio quæst. 12. versic si ius.* Immò nequè sufficeret, si ipsemet Donatarius casu audiret, quando donans facit donationem, & acceptaret. Probatur ex doctrina Bartoli, *leg. absenti num. 1. ff. de donatione.* Si ergò domiexistens, donarem Titio fundum: & ille, casu audiens, acceptaret; non esse perfectam, & irreuocabilem Donationem. Hæc autem acceptatio Priuilegii, quę necessaria est, sufficit quod sit tacita: nempè, quod Priuilegiarius, cui intimatur Priuilegium, expressè non contradicat: Quia in fauorabilibus, tacens consentire censetur: vt docent Gloss. *in cap. qui tacet, de reg. iuris in 6.* Panormitanus, *in cap. non ne de præsump. capit. 15. num. 5.* & latè Menoch. *de præsump lib. 3. præsump. 42. num. 4.* & expressè Reminald. *senior. consil.* 528. *num.* 22. Tapia, loco citato *num.* 40. & alii.

23 Limitant aliqui quartò: Vt non habeat locum in Priuilegio Nobilitatis, seù Dignitatis, quæ non habet adnexam administrationem: vt, Ducatus, Marchionatus, &c. & hoc enim prodest ignoranti, etiamsi motu proprio Principis concessum sit. Quod patet: quia potest etiam conferre infanti, qui acceptare nequit. Ita Baldus, & Ioa. de Plat. *in leg. 1. C. de dignit. lib. 12.* Guliel. de Bened. *in capit. Raynuntius verb. adiectè impul. num. 2. de testam.* Vincentius, de Franch. latè *deci.* 62. Mar. Fret. *lib. 2. de subfeud quæst. 29. num.* 3. Tapia, *in leg. final. 1. part. capit. 4. numer.* 30. *ff. de constit. Princip.* & alii. Secùs dicunt de Priuilegio Dignitatis, quæ habet administrationem annexam: vt, est officii dignitatis. Ita Bartolus de Franch. *loco citato*, Frect. *dict. l. 2. in capit. quis datur dux. num.* 52. Vbi loquitur de officio regentium Regiam Cancellariam.

24 Limitant aliqui quintò: In concessione militiæ. Quia hæc conferri potest infanti: ergo & absenti, & ignoranti. Ita Bartolus, *dict. leg. 1. num.* 73. Gall. Bened. *vbi supra.* Tapia, *capit. 4. num* 34. & alii.

25 Limitant sextò aliqui: Vt non procedat in Priuilegio legitimationis. Sic, multis allegatis, latè probat Tiraquellus, *in tract. de nobil. capit. 6. num.* 29. Et ita dicendum est in concessione libertatis, secundùm Tiraquill. *leg. vnquam verb. Donatione ligatus num.* 330. quem sequitur Tapia, *dict. capit. 4. num.* 43. Primum enim dictum, dicit, non esse verum, Merolla, *in 3. tom. disp. 6. capit 6. num.* 107. & 111. vbi eum impugnat.

26 Limitant septimò alii: In præstatione Regis assensus in alienatione Feudi: quē (dicunt) prodesse; etiamsi partes ignorent esse impetratum, ac perfectum facit esse contractum, tam respectu reuocationis, quam iuris in feudo. Ita Mar *lib. 2. de sub feudo qu. 29 num. 3.* & alii. Quorum ratio est: quia Rex non verè dicitur conferre, & donare feudum, eò quod assentit. Vt sic, necessarius esset Nuntius, vel Epistola, ad quærēdū ius super feudo donato, seù alienato *leg. qui absenti ff. de acquis. posses. & leg. absent. ff. de donation & capit. si tibi absenti de prabend. in 6.* Sed magis exequitur voluntatem contrahētium: non enim transfert, quod suum est; sed quod alterius, & permittit alium de re sua disponere: vt dixit Iseru. *in leg Imperial. col. 6. de probib. feud. alien per Feder.*

der. Vndè in hoc Regno præstat assensum suum, tollendo obstaculum iuris prohibitiui. At hæc sunt diuersa à vera donatione, & collatione. Item Rex, præstando assensum, declarat animum suum, vt ille contractus perficiatur: Sed animi declaratio potest fieri, parte absente, vt notat Bartolus, *in leg. proponimus ff. de reg. gest.* Sed contrà nunc Franch. opinionem, videtur obstare doctrina Ludouici Molinæ, *de Primogenit. Hyspan. lib. 2. cap. 7. nu. 61.* Vbi tamen dicit: inualidam esse constitutionē Maioratus, antè sciētiā assēsus.

27 Limitant octauò aliqui: In absolutione ab Excommunicatione. Hæc enim cum possit inuito conferri, prodest etiā antè acceptationem. Ita D. Thomas, cōmunitèr receptus, *in 4. dist. 18. q. vlt. art. 5.*

28 Ex doctrina supra tradita, deduci potest: Quandò quis fuerit ordinatus in Sacris ab alieno Episcopo, absque litteris Dimissoriis Episcopi, vel Dimissoriis falsis: nihilominus tempore Ordinationis suus Episcopus iam concesserat dimissorias, vt possit ab alieno Episcopo ordinari, quæ tamen ad ipsum nō dum peruenerant: hic taliter ordinatus, incurrit pœnam Suspensionis, impositam contrà Ordinātes in Sacris ab alieno Episcopo, sinè licentia, seù Dimissoria propria Episcopi: quando scilicèt, proprius Episcopus cōcesserat illas Dimissorias motu proprio, vel ad instantiam alterius, quàm ordinādi. Secus verò si fuerunt concessæ ad instantiam ipsius: puta, per suum Procuratorem, vel Nuntium, ad id destinatum, aut per litteras suas. Ratio est: quia gratia, priori modo concessa, non prodest ignoranti. Secùs dicendum est, si posteriori modo concedatur, vt supra dictum ē. Ita Merol. *to. 3. disp. 6. cap. 6. n. 111. n. 112.*

Quomodò Priuilegium, quò ad suos effectus restringendum sit, vel ampliandum? Dub. 5.

29 RESpondeo primò: Priuilegium, quod est purum beneficium, & fauorabile, in ordine ad interpretationem, latissimè interpretandum est. Ratio deducitur, *ex capit. olim de verbo signif.* quod de hoc *Priuilegio* loquitur, immò de beneficio Principis. Et constituit regulam iuris: Beneficium Principis esse latè interpretandum, *leg. Beneficium de cōstit. Princip.* & docent Glossa, Panormitanus, & alii Canonistæ, *in cap. olim de verb. signific. & capit. quia circà de Priuileg.* & iterum Glossa, Cyn. Odofred Panormit. Baldus, Iason, & alii *in leg. vltima ff. de constit. Princip.* Decius, *in capit. 1. de rescrip.* Siluester, *v. Priuilegium quæstio. 3.* Nauarrus, *capit. 12. sum num. 79.* & alii.

30 Secundò. Priuilegium, quod derogat iuri communi, regularitèr est reputandum odiosum in ordine ad interpretationem: & ita restringendum est potius, quàm extendendum. Ratio est: quia hoc Priuilegium includit dispensationem iuris communis. At dispensatio est strictè interpretanda, vt diximus, *in Tract. 1. capit. 9. num. 2. & 4.* & ita docent Bartol. *in leg. final. §. ex hoc edito ff. de don. dot.* Panormit. *cap. quod dilecto de consang & affin.* dicens: esse certam, & communem doctrinam. Siluester, *v. Priuilegium qu. 3.* Nauar. *capit. 12. sum. num. 79.* Suarez, *lib. 8. de leg. capit. 27. num. 5.* Sanchez, *lib. 8. de Matrim. disp. 1. num. 3. & 4.* & alii.

31 Hæc conclusio intelligenda est, Primò de restitutione, quæ admittat aliquam vtilitatem, vel effectum Priuilegii. Quia Priuilegium semper substinendum est, vt sit vtile, intrà latitudinem verò effectum habet locum restrictio. Rursùs intelligenda est, præcisè in ordine ad derogationem iuris communis: idest solum, quatenùs necessaria esse potest, nè derogatio iuris communis amplietur: quia cum æquali derogatione iuris communis possit *Priuilegium* ampliari, in fauorē Priuilegiarii ampliandum est. Vt, si detur alicui Priuilegium, comedendi carnes tempore Quadragesimæ, censetur concessum ad lacticinia comedenda: quia per hoc nō plus derogat iuri communi.

32 Secundò intelligenda est, cæteris paribus: Aliquandò enim tam necessarius, & pius esse potest fauor Priuilegii, vt ampliandus sit, etiam augendo derogationem iuris communis. Exemplum sit: quia Priuilegium, contrà ius commune concessum filiis legitimis, restringitur ad verè, ac naturalitèr legitimos, iuxtà *leg. vltim. C. de ijs, qui veri ætate impat.* & doctrina Bartolus, *leg. omnes populi num. 60. & 62. ff. de iust. & iure.* Nihilominùs si Priuilegium sit in gratiam Religionis, & causæ piæ, extenditur ad legitimos fictè, per Priuilegium legitimationis: vt docet idem Bartolus, *in leg. si constante ff. solut. Matrim.* Et similitèr, si Priuilegium exemptionis Religiosoru m à iurisdictione Ordinarii; etiam si derogat ius com-

commune, ampliatur in fauorem Religionis: iuxtà illud Iurisconsulti, *in leg. sunt persona & sumpt fune. Summa ratione est, qua pro Religione facit.* Et eadem ratio erit; quotiès Priuilegium ex vna parte derogans iuri communi; ex alia censetur esse necessarium communi bono Reipublicæ: quam tunc potest hæc ratio illi præponderare, & ea ratione Priuilegium ampliare contrà commune ius: Et ita solent ampliare Priuilegia Militum, contrà ius commune.

33 Tertiò limitatur secunda conclusio: Vt non procedat, quandò Priuilegium est concessum motu proprio: *quia* tunc etiam si sit contra ius commune, ampliatur in ordine ad interpretationem, cēsetur simplicitèr fauorabile iuxta *cap. si motu proprio de prabend. in 6.* Et dicunt Panormitan. Io. Andrea *in cap. cum in cunctis §. cum vero de elect. nu.* 8. Felin. *cap. ex parte de rescrip. n.* 13. *limit.* 6. Alexand. de neuo *in cap. quid circà, de consangu. & affinit. nu.* 1. & alij.

34 Quartò limitatur: Nisi Priuilegium insertum sit in corpore iuris communis Quia tunc censetur ius cōmune: & ideò per regulas iuris communis iudicandū sit. Quia hoc Priuilegium præsumitur, motu proprio Principis concessum, vt docet Felinus *in cap. si quandò num.* 15. *de rescript.*

35 Tertiò. Priuilegium, quod infert præiudicium tertio, contrà ius, quod iam habet acquisitum, restringi debet, quò ad fieri possit. Quia non est mens Principis, auferre alteri ius suum; nisi id expressè declaret: Vt sumitur *ex cap.* 1. *nec actus C. de emancip.* Colligitur etiam hęc Conclusio *ex cap licèt in corrigendis, de offic. ordinar. cap. ex tuarum de auct & vsu pall. & ex cap. finè de Priuileg.* Authent. *in cap. olim de verb signif* Felinus. latissimè, *in cap. causam qua de rescrip. nu.* 24. Bartol. Alber. Bald. Angel. Paulus de Castro, Iason, & alij. *in leg. vlt ff. de constit. Princip* Suarez, *lib.* 8 *de leg. cap.* 27 *num.* 9 & alij. Hæc conclusio vera est, etiam si motu proprio Priuilegium cōcederetur, vt dicunt Tapia, *in rubr. cap.* 2. *num.* 23. Suarez, *loco citato.* Merolla, *to.* 3. *disp.* 6. *cap.* 6. *dub.* 5 *nu.* 140 Hostiens. & Archid. *in cap. causam.* 2. *de testib.* Felinus, *in cap. ad aures num.* 5. *de rescript.* Decius, *in cap. super eò. num.* 10. *de offic. de leg.* Vital. *in tract. Claus. Clau.* 20. & alii. Neque in hoc præsumitur Princeps alteri præiudicare, licèt dicat: non obstante concessione, alteri facta: id enī intelligendum est, de concessione inualida. Ita Decius *in cap sicut Romana, in proæmio; consi quæst* 25 *col* 2 & alij Hic infertur: Priuilegium, in corpore Iuris insertum, esse strictè interpretandum; quandò præiudicat tertio: nisi aliquid præsumatur de intentione *Principis.*

36 Ex his deducitur primò: Beneficium Principis, seù Priuilegium fauorabile, quò ad verba latissimè interpretanda esse. Quia verba eius accipiēda sunt, nō solum quantùm patitur eorum proprietas; secundùm naturalem significationem: sed etiam ciuilem, seù iuridicam. Vndè ait Bartolus, *in leg.* 1 *§. cum verbū num.* 11 *ff de offic. praefect verbo dictionē, infrà inclusiuè poni.* Ad idem facit quod docuit Alexand *cons.* 193. *n.* 3. *lib.* 3 de dictione; seù in beneficijs Principū augmentatiuè, & non disiunctiuè interpretandam esse: ac proindè data potestate ædificandi Molendinium, seù domum; intelligi concessam facultatem vtrumque ædificandi. Conducit etiam adhoc maximè, quod latè probat Gan. *decis* 59 *num.* 20. *& seq.* Dictionem, *Prout*, in beneficijs Principum, in dubio excipi causalitèr, *pro quia*; & sic clausula, *Proùt possidet*, exponitur, *Quià possidet.* Et de hoc habemus exemplum, *in cap Abbate leg. Siluani de verb. significat.* Idem est de dictione, *Secundùm & sicuti*, vt dicūt Glos *in d. cap. Abbat. leg. Siluani signif* Decius, *cons.* 168 *nu* 4 Paris. *cons.* 2 *nu* 47. *vol.* 1. Capyc. *instit. verb prout, & v. feudorum clausulę*, & alij. Non tamen verba enuntiatiua *Principis* ex certa scientia probata, dispensationem inducunt, vt aliqui docent: quia obstat Textus, *in Clement. si Summus Pontifex de sent. excom.* vbi dicitur: Quod si Papa scientèr, sub titulo dignitatis, aliquem nominet, vel honoret; non per hoc, illum indignitate approbat. Ità Tiraquell. *de notab. cap.* 6. *nu.* 24. Merolla, *tom.* 3. *disp.* 6. *cap.* 6. *dub.* 5 *nu.* 146. & alij. Licèt contrarium in Regnis Hyspaniæ obseruari videtur: vt refert Molina, *de Primogen. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 22.

37 Secundò. Beneficium Principis est latè interpretandùm, quò ad res, vt omnes concedunt. Vndè licitè in donationibus, & alijs Contractibus intèr viuos, non habent locum ius accrescendi: nihilo-

hilominùs, si princeps concedat, seù donet aliquam rem duobus, & alter eorum moriatur absque hærede, eius portio accrescerit alteri: vt dicitur *in leg. vnica, C. si liberal. Imperial. soc. lib. 10.* quam legem adhuc adnotarunt Isrem. *in cap. 1. de duobus fratrib. de nouo benef. inuest. & in cap. 1. in fine de feudo.* Paul. de Castro. Alex. & Iason, *in l. si mihi, & Titio, de verb. oblig.* Iacob. *in suas inuest. verb. Princeps,* Tiraquell. *de Nobil. cap. 37 nu. 54.* & alij. Ex cuius etiam legis dispositione Card. Abbas, *cons. 35. nu. 5.* dicunt concessionem alicuius rei, pluribus factã, si in statu Mediolani habitauerit, si illorum aliquis discesserit, eorum portiones ad ceteros habitantes spectare.

38 An hoc procedat etiam in feudis, quæ à summo Principe conceduntur? Affirmant Baldus, Afflictus, & Præpositus, *in cap. 1. de duob. fratrib. à cap. interest.* Paulus de Castro. Alex. locis citatis, & alij. Negant verò Isren., Mart. Aluarez, *in cap. 1. de duobus fratrib. cap. inuest.* & alij. Possunt tamen hæ duæ sententiæ recõciliari, hoc modo: ita vt prima sententia procedat, quando cõcessio feudi, est facta à Principe motu proprio. Secunda verò quando fit ad postulationem partis, quia hæc concessio non est tam latè interpretanda, vt ait Meroll. *tom. 3. disp. 6. cap. 2. nu. 8 & in d. disp. 6. cap. 4. nu.* 148.

39 Ex principio suprapositо, quod scilicet beneficium Principis est latissimè interpretandum, quò ad res, ortum habet Vt concessio Castri, simplicitèr facta à Principe, intelligatur cum adiacentibus, & pertinentibus suis omnibus *leg. si quando 1. C. de bon. & vacant. lib. 10.* Et docent Gloss. Bartol. de offred. & alij. *in leg. vlt. ff. de constit. princip.* Hostiens. Io. Andr. Panorm. & Immol. *in cap. cum dilect. de donat.* & alij. Vndè fit, quod concesso Castro simplicitèr, intelligitur etiam concessa iurisdictio, ac merum, & mistum imperium. Ità Merolla. *to. 3. disp. 6. dub. 5. n. 149. & cap. 1. dub. 8.* & alij.

40 Tertiò. Beneficium Principis latissimè interpretandum est, quò ad personas: vt colligitur *ex leg. miles. C. de quæst. l. decurionum. C. de pœn. lib. 1. de priuileg. eorum, qui sacri pol. mil. lib. 12.* Ex quibus iuribus adnotauit Tiraquellus, alijs relatis *in tractatu de iur. Primogen. quæst. 40. num. 45. vsque 19.* Vndè communitèr Doctores dicunt, quod in principum concessionibus, masculinum concipit fœmeninum. Vndè dicit Baldus *in leg. 2. C. de iure empt.* quem sequitur Paris. de Puteo. *de re integrat. feud. fol. 74. in cap. Nati à famin. veniãt in cõcessione, facta alicui, vel filijs.* Quod si conceditur res redditia feudo alicui, & filijs eius, comprehendantur etiam nati ex fæminis nuptis: & tamen in priuilegijs, & alijs, quæ strictè interpretãtur, non continentur: Vt, ex communi sententia, probat Anton. Gabra. *lib. comm. concl. titul. de verb. signif. concl. 6. num. 17. & sequenti.* Idem in Emphiteosim pro se, & filiis, recepta docuerunt Guid. de Suza *in leg. quicumque C. de seru. fugit.* Imola, *in cap. potuit. in fine de locatione.* Alexander *in leg. quod dicitur num. 25. ff. de obligat.* Iulius Clarus *lib. 5. recept. sentent. §. ex empt. quæst. 35.* Couarruuias *lib. 2. varar. cap. 18. num. 1.* Licèt ipse cum Salicęto, & alijs contrarium dicat.

41 Ad idem quoque pertinet, quod dicunt Bartol. *in leg. liberor. num. 7. ff. de verb. signif.* Marta, Laudens, *tract. de Priuileg. quæst. 99.* Adrian. Gamboa *de extens. num. 166.* Alexander *cons. 17 nu. 5. lib. 5.* Felinus, *in cap. causam, quæst. num. 12. de rescrip.* Decius, *cons. 371. nu. 9.* & alij, scilicet: concessio Castri, facta alicui, & filijs, etiam ad nepotes extenditur. Et non solum ad nepotes, verum etiam ad omnes descendentes, vt dicũt Gloss. *in cap. & §. & si clientibus. de alienat. feud.* vbi Baldus; Aluar. & alij Alexand. *cons. 124. num. 7. lib. 4.* Decius, *cons. 445. num. 51.* Iason, *in leg. de quibus, nu. 20. ff. de leg.* Iacobin *inuest. verb. præsens col. 1.* & alij. Hoc tamèn limitãt Doctores, vt non habeat locum in concessione Comitatus, & Baroniæ pro se, & filijs, in qua non veniunt nepotes: cum facilius hęc feuda dignitatum ad primã naturam reuertantur. Ita Gloss. *in cap. 1. §. & quia de his, qui feuda dare possunt,* & alij, quos refert, & sequitur Frac *de subd. feudi. lib. 3. de offic. inter feuda regal. diff. 36.*

42 Quartò Beneficiũ Principis, quo ad tẽpus futurum, latissimè interpretandum est. Et non solum extenditur ad tempus futurum, sed etiam cõprehendit respostea acquisitas. Hinc est, quod Priuilegiũ exẽptionis, concessũ Clericis, Ciuitatibus, etiam ad posteà constructas extenditur: vt docẽt Ray. Cyn. Fulgos. *in leg. plac. C. de*

C de sacrosant Eccles Alexand consil. 78. num 13. lib. 2. Et ita dicendum de Priuilegio immunitatis, quia extenditur ad nouam oneris impositionem: Vt ait idem Alex. num. 8. & 9. Et idem facit, quod dicunt Bartolus, cons. 59 num. 8. Bald cons. 112 num. 8. lib. 2. Alexand d. consil. 178 nu. 18 & alii: Immunitatem scilicèt, concessam simpliciter, etiam ad futura bona extendi: Facit etiam quod dixerunt Guido Papa, decis. 489 & Franch. March decis. 425 num. 8 & alii Priuilegium exemptionis solutionis pedagii comprehendere Feras, postea à Principe constructas Idē confirmat doctrina Roder. Suarez, lib. 6. num. 8. vbi ait: Iurisdictionem Castro concessam, ad Territorium postea auctū extendi Idem concessa Terra cum functionibus fiscalibus, veniunt etiam futare: vt ait Merolla, tom. 3 disp. 6. capit 6 num. 159: & capit. 8 num. 19. & alii.

43 Et non solum' beneficium Principis, quò ad tempus futurum latissimè interpretandum est: sed etiam, ex se, est perpetuum: iuxtà regul. decet, de reg. iur in 6 Hinc est, quod non spirat morte concedentis, etiam re integra, capit super gratia de offic. Delegat. lib. 6. Vndè potestas, concessa alicui à Rege edificandi Turrim in aliquo loco, intelligenda est, non solum de prima tantum: sed etiam, ea destructa, poterit aliam edificare. Quia beneficium Principis, est latissimè interpretandum: ac proindè dicta concessio, non debet coarctari ad primam edificationē. Ita Felinus, in cap. 1. limit 7 de treg. & pace. Alciatus, in dic. §. hac sermone num 6. Tiraquellus, eod. §. limitat. 8. & alii. Immò generaliter in fauorabilibus non habet locum leg. boues §. hoc sermone, vt inquit Felinus, & Alciatus, loco citato.

44 Quintò. Beneficium Principis (vt omnes concedunt) quò ad locum, latissimam recipere interpretationem, leg. beneficium ff. de constit. princip arg l. 1. §. cum Vrbem ff. de officio praefect. Vrbis vbi Bartolus, & alii, in leg. 1. §. cum Vrbem ff. de constit. Princip Vndè potestas, faciendi aliquid in Ciuitate, extenditur ad suburbia, & Comitatum. Idem dixerunt de Iurisdictione, ciuitate concessa Baldus, in leg. 1. §. cum Vrbem ff de offic. praefect. vrbis. Felinus, in capit. Rodulphus num. 2. de rescrip. Menoch de arbit. lib. 1 quaest. 99 num. 12 & 13. Tapia, decis. 4. Sacr. Concil. Voluerunt etiam Iacob. de Arena, in leg. si finita. ff. de inde num. 3. §. de donat. in fine Gemin. in capit. si ciuitas, num. 11. de sentent. excommun lib. 6. & Franch. marc. decis. vbi num. 30. lib. 1. Priuilegium concessum Castro, extendi ad Villam vicinā: & Priuilegium, concessum Ciuitati, extendi ad Castrum, & alia loca, Ciuitati subiecta. Ita Balba, in tract de Praescrip. 2. part. princip. p 3 in fine. Franch. Nicon. in rubr ff soluto Matrim. num. 119 Menoch. vbi supra nu. 26. dicens: esse communem opinionem Iuristarum, in leg. vltim C. de Sacr. Eccl & alii. Secùs dicendum est de Priuilegiis, quae odiosa censentur: vt quia sunt contra ius commune; vel vergunt in alterius praeiudicium. Haec enim concessa Ciuitati, non comprehendunt suburbia, vel casalia: vt docent Menoch. d. quaest. 99. num. 5. Alex. in rubr. ff solut. Matr. num. 13. & alii.

45 Ex his supradictis deducitur primò Priuilegium, absoluendi à casibus, Pontifici reseruatis, extēditur etiam ad reseruatos post concessum Priuilegium. Ratio est: quia sensus illius Priuilegii non est, per illud dari facultatem, ad absoluendū ab illis peccatis, quę tunc reseruata sunt quando Priuilegium conceditur: sed ab aliis, quae tunc, quando fit. Confessio, & Absolutio praestanda est. Ergo licèt reseruatio sit posterior concessione Priuilegii, nihil refert. Antecedens probatur: quia Pontifex concedit illa Priuilegia, vt perpetua, & vt generalia ad omnes casus reseruatos: non possent autem esse talia, nisi concedatur ea intentione, vt extendatur ad reseruatos post concessum Priuilegium. Ita Suarez, tom. 4. de Relig. lib. 2. cap. 21. num. 3 & to 2. lib. 6. de Voto, cap. 13 num. 5. Merolla to. 3 disp. 6 cap 6. num. 169 & alii.

46 Secundò. Priuilegium, concessum absoluendi à casibus, Pontifici reseruatis, extenditur etiam ad reseruatos Episcopis. Ratio est: quia, cum conceditur Priuilegium, & potestas absoluendi à casibus reseruatis Pontifici à fortiori censetur concessa facultas, absoluendi à casibus, reseruatis Episcopo. Tum quia hoc Priuilegium est fauorabile; & per consequens ampliandum: quoniàm non infert Episcopis praeiudicium considerabile, vt ait D. Thomas, receptus ab aliis. Tum etiam quia Pontifex ideo concedit hanc facultatem, absoluendi à casibus, sibi reseruatis; vt fideles cum maiori facultate possint à peccatis liberari. At hęc ratio militat et in casibus, Episcopo reser-

uatis: ergo sub concessione casuum Papalium, ex voluntate Pontificis rationalitèr præsumpta, comprehenduntur etiā casus Episcopales, tanquam minùs sub maiori *arg. text in capit. ex parte 3. de decim.* Et à fortiori hoc verum est, quando in Priuilegio apposita est illa particula, *etiam*, dicendo, etiam à casibus Summo Pontifici reseruatis. Ita Henriquez, *lib. 3. de Sacram. capit. 14. num. 9* Suarez, *de cens. disp. 7. sect. 5. num. 13.* Vgolinus, *de cens. tab. 1. capit. 10. § 4.* Vasquez, *tom 4. in 3. parte quest. 92. dub. 10* Reginaldus, *to. 1 lib. 8. capit. 5. sect. 1. num. 57* Zannardus, *in derect. part 1. de Sacram pœnit. capit. 21. quæst. 34* Floren. *de casibus reseru par. 1. capit 4 § 8. num 7* Coninch. *de excomm. disp 14. dub 16. num. 245.* Diana, *par. 3. tr. 4 resolut. 149.* Merolla, *tom. 3. disp. 6. capit. 6. num. 174.* & alii.

Quæ regulæ obseruandæ sint in restringendis Priuilegiis? Dub. 6.

47 DVas regulas esse assignandas in Priuilegijs restringendis, dicunt citandi Doctores. Quorum prima est: quod restrictio Priuilegii nunquam debet esse tanta, vt reddat illud inutile, quantumuis odiosum sit: nisi eò perueniat, vt sit etiam iniustum. Sumitur hęc regula *ex capit. in his de Priuileg. & capit. 1. de rescrip.* vbi Panormitanus, Decius, & alii Canonistæ, Siluester, *v. Priuilegium qu. 3* Nauar *capit. 12 sum num. 79. & prolog. redd Eccles quest 3. memb 6 num. 3.* & alii Ratio est: quia voluntas Principis nunquam debet frustrari, neque inefficax reddi: & ideò etiam de omni lege cautum est, vt per interpretationem non reddatur inutilis, *leg. non dubium C de legib.* Et hæc regula locum habet, etiam si opporteat, Priuilegium aliquod extēdere, quod exorbitans, & odiosum appareat: vt colligitur, *ex leg. filios familias, & in fine ff ad Macedoniam.* Vbi Priuilegiū illud, filiis familiàs concessum, ne ex mutuo teneatur; quod aliàs reputatur odiosum, vt inquiunt communiter Doctores; extenditur ad contractum emptionis, pecunia credita, nè reddatur elusorium. Et eadem ratione, si necessè sit, vltrà rigorosam proprietatem, verba extendere, neque defraudatur Priuilegio, fieri debet secundum ius. Et optimum exemplum de hoc, *capit. quanto de Priuileg.* Hinc denique sumptum est illud generale Principium: Priuilegium debere aliquid operari vltrà ius commune, quod sinè Priuilegio non liceret: quia aliàs esset inutile. Ita Merolla, *tom. 3. disp. 6. cap. 6. dub 10. num. 210.*

48 Secunda regula est: Verba Priuilegii secundùm eorum proprietatem tenenda, & obseruanda sunt: & extrà illam trahenda non sunt, ad restringendum Priuilegium: nisi vel ratio iustitiæ cogat: vel aliundè talis voluntas concedentis rationabilitèr præsumatur, vt subsit alia ratio, quæ suadeat, verba debere ampliùs coarctari. Ratio est: quia in legibus intelligendis, & explicādis, proprietas verborum est tenenda, regulariter, ac per se loquendo: vt patet ex dictis de legibus ergo idem seruandum est in Priuilegiis: Tum quia est eadem ratio. Tum etiam quia Priuilegium est quædam lex.

49 Dixi; *Nisi ratio iustitia cogat*: Nam id tantùm possumus, quod honestè, ac iure possumus, *leg nepos procul ff de verb. obligat.* Ergo Princeps non censetur posse concedere, quod sinè iniustitia, seù iniuria alterius, fieri non potest. Ergo nec præsumitur id concedere, aut velle. Ita Merolla, *nu 212.*

50 Dixi, *Nisi aliud voluntas concedentis alitèr rationabilitèr præsumatur*: quia multotiès contingit, vt non sit voluntas Principis, totum id concedere, quod verba præseferunt, etiam in proprietate sumpta: & ideo, quando de hoc fuerit probabilitèr præsumptio, iuxtà mentem concedentis restringendum est Priuilegium: quia ab illa principalitèr pendet. Ita Merolla, *nu. 213.*

51 Prima ergò Coniectura huius voluntatis esse potest: si necessaria sit restrictio, ad vitandum aliquod absurdum, vel delictum, & iniquitatem in ipso Principe, aut nimiam imprudentiam contrà commune bonum. Opportet autem, vt hæc necessitas sit moralitèr euidens, & manifesta: vt benè inquit Suarez, *capit. 28. num. 9.* Quia si res fuerit dubia, vel vtraque probabilis, tenori priuilegii standum est, vt ait Merolla, *num. 214.*

52 Secunda Coniectura est: quando Priuilegium posterius, contrarium est priori, nisi restringatur: tunc restringendum est etiam præter verborum proprietatē: Quia non pręsumitur Princeps velle derogari Priuilegio priori. Immò nec illud scire: nisi illius mentionem faciat. Idemque est, si deroget particulari statuto,

to, iuxtà regulam, *capit. 1. de constit. lib. 6* Idem si repugnat consuetudini: nisi de illa expressam mentionem faciat, iuxtà doctrinam Bartoli, *in Authen. quas actiones C. de sacros. Eccles. in fine versic. item quærit.* & Felinus, *in rubric de rescrip. nu. 18. versic. considera secundò*. Idemque erit de quocumq; alio facto, vel iure priuato, quod præsumitur Princeps ignorare; & ideò censetur illud nolle, quando indè redditur Priuilegium nimìs odiosum, vel onerosum aliis. Vndè quotiès Priuilegium derogat iuri acquisito tertii, nisi restringatur, restringendum est: Quia non censetur Princeps, velle illud tollere, quando id expresse non declarat: quamuis tale sit ius, vt possit Princeps illud tollere, sinè iniustitia, ex rationabili causa. Ideòque, licèt generalitèr loquatur, non comprehendit damnum tertii, in iure iam acquisito: immò præsumitur illud ignorare, & consequentèr nolle. Ita Menoch. *consil. 36. numer 59. volum 1.* Alex. *in leg. 1. § si is, quis, ff quod quisque iura.* Nacta, *consil. 340. numer. 7.* & alii.

Quæ regulæ, ad extendenda, seù amplianda Priuilegia, obseruandę sunt? Dub. 7.

53 TRes regulas esse obseruandas dicũt, citandi Doctores, ad amplianda Priuilegia. Prima est interpretatio ampla Priuilegii, semper est facienda intrà proprietatem verborum: nisi maior omninò necessaria sit, vt Priuilegium aliquid operetur. Sumitur hæc regula ex doctrina Glossę, *in Clement. per litteras verb. directas deprehendis*: vbi loquens de Priuilegio, etiam motu proprio concesso, ait: non esse ampliandum vltrà vim propriã verborum. Et ratio est: quia verba Priuilegiorum sunt, sicut verba iuris, quę in proprio sensu, & secundùm ius ipsum accipienda sunt. Aliàs nihil esset certum, si ad improprias significationes extendere liceret. Exceptio autem addita est, quia fundatur in ipso iure, quod præcipit, ita interpretari legem, & priuilegia, vt nec iniusta sint, nec inutilia, vel frustrà data. Ita Suarez, *lib. 8. de leg. capit. 28 nu. 15.* Sanchez, *lib. 8. de matrim. disp. 1.* Merolla, *tom 3. disp. 6. capit. 6. dub 7. numero 209* & alii. Vbi nota: Interpretationem amplam Priuilegii faciendam esse intrà proprietatem verborum, tam naturalem quam ciuilem. Aduertè verò, quod hanc proprietatem verborum, in primis sumendam esse ex vsitata significatione, vel communi vsu, vel secundùm ius, Priuilego proportionatum. Quarè si Priuilegium est regium, magis attendẽdum est ius ciuile: si verò fuerit Pontificium, attendendum est ius canonicum: vt ait Baldus, *in leg. si quando 1. de bon act.*

54 Hæc autem variis exemplis declarari potest. Primò si concedatur Priuilegium, v. g Episcopo pro suis Familiaribus. Familiares intelligendi sunt, qui actu sunt in obsequio, & famulatu eius, *iuxtà cap. vltim de verb. signific. in 6.* & docent Panormitanus, *capit. cum dilectus de Cleric. non resident.* Azorius, *lib. 5 capit. 23 quæst. 6.* Salas, *de leg. disp. 57. sect 8. num. 48.* & alii

55 Secundò: Si aliquis Irregularis per Priuilegium fiat habilis ad beneficia, nõ solum intelligitur de simplicibus, sed etiam de quibuscumque beneficiis. Quia omnis dispositio, etiam pœnalis, & odiosa, extenditur ad omnia, quæ verba in significatione propria, ac naturali comprehendunt: vt docẽt communitèr Canonistæ, *in capit. 1. de Const* vbi Decius, *lect. 1. nu. 86.* Mantica, *to. 1. de tacit. coniect. titul. 5. nu. 13.* & alii. Sed appellatione beneficii in generali, secundùm propriam significationem, omnia prorsùs beneficia comprehẽdi, vt clarè patet: ergo &c.

56 Tertiò. Si Illegitimus per Priuilegium fiat habilis ad Ordines indefinitè; intelligitur etiam, dispensatus ad Ordines sacros: vt dicit Coninchius, *de Sacra. disp. 33. dub 2. num. 29.* & videtur approbari à Suarez, *tom. 5. in 3. part. disp. 41. sect. 3 n. 3.*

57 Secunda regula est: Priuilegium non est extendendum de persona ad personam, ob identitatem, vel maioritatem rationis. Ratio est: quia virtus, & efficacia Priuilegii, nequè omninò, nequè essentialitèr posita est in ratione, sed in voluntate concedentis. Ergò parum refert, quod in alia persona, eadem, vel maior ratio versetur, si voluntas ad illam non extenditur: At non extenditur, si non exprimatur: quia intèr homines voluntas non operatur, nisi vt exteriùs significata: ergo &c. Ita Card. *in Clem. 1. de Testam. quæst 6.* Bartolus, *in leg. 1. & vltim. ff. de constit. Princip.* Panormitanus, *in capit. canonicæ num. 1. de sentent. excom.* Barbosa, *in leg. 1 part. 1. num. 19 ff. soluto Matrim.* Azorius, *part 1 lib 5. capit. 23. qu. 2.* Rodoriquez, *to. 1. qq. Regul. quæst. 7. art. 2.* Sua-

a Suarez, *lib 8 de leg. capit. 18 num. 11.* Salas, *de leg, disp. 17 sect. 8. num. 48.* & alii.

58 Limitatur primò hæc regula: Vt procedat tantùm in Priuilegiis, concessis ab homine; non autem in illis, quę à iure cōceduntur, seù quę inserta sunt in corpore iuris; hęc enim, cum habeant rationem iuris communis, extendi possunt ex identitate rationis, sicut aliæ leges extenduntur. Ita Glossa, *in cap. finè de Priuileg verb. temerarium.* Ludouicus de Penna, *in leg gramaticos C de Profess. qui in Vrbe Constantinop. lib. 12.* Sanchez, *lib. 2 sum. cap. 19 num 31.* & alii.

59 Limitatur secundò: Vt non habeat locum in personis, à iure equiparatis. Hinc Priuilegia, concessa Militibus armatæ militiæ, extenduntur ad Milites celestis, & legalis militiæ: vt dicunt Iuristæ, *in leg. Centur. ff. de vulg. & pupil.* Manch. *signif. 61.* Euer. *in suis Topicis cap. 16* Similiter Priuilegia, concessa Ecclesiis, extēduntur ad Hospitalia; vt ait Panormitan. *in capit Eccles. num. 6. de immun. Eccles.* Item priuilegia concessa libertati, alimentis, & doti, extenduntur ad piam causam: vt ait Tiraquellus, *in tract. de Priuileg piæ causæ,* & Adrian. Gamba, *tract. de extent. num. 166.* & alii.

60 Tertia regula, secundum aliquos, est: Quod Priuilegium non extenditur de casu ad casum ob identitatem, vel maioritatē rationis. Ratio est: quia virtus, & efficacia Priuilegii non est imposita in ratione, neque ab ea pendet; sed à voluntate Legislatoris: ergo parum refert, quod in alio casu reperitur eadem, vel maior ratio. Ita Suarez Rodoriqu. Ferd. Castro locis citatis, Rebuff *in tract. de Decim quæst. 14 num 7 in fine.* & alii.

61 Sed hæc regula, non est vniuersalitèr, & indistinctè vera, ait Merolla, *to. 3. disp. 6. cap 6. dub. 7. num. 239,* & ita indiget maiori explicatione. Primò: quia non habet locum in Priuilegiis, à iure communi concessis; vt ait Panormitan. *in cap. final. num 8. de iuram. calun.* Secundò: quia non procedit in casibus, à iure æquiparatis. Hinc est, quod facultas, Clerico beneficiario concessa, ad fruendum fructibus beneficii in absentia, vt Theologiam audiat, extenditur ad studium Iuris Canoci: quia hæ scientiæ sunt à Iure æquiparatæ; vt colligitur, *ex capit. 2. de Priuileg. in 6. inueto capit. licet de præbend.* & dicunt Archid. *in capit. cum diuersis Priuileg. in 6.* Panormitan. & Felin. *in cap. fin. de magnat.* Nauar. *capit 25 sum num. 58.* & alii. Tertiò: Priuilegium comedendi carnes in Quadragesima, ex maioritate rationis, extenditur ad esum ouorum, & lacticiniorum Ità Merolla, *tom. 3. disp. 6. capit. 6 dub. 7. num. 241.* & alii, quos citatui *in tract 3. capit. 11. dub. 18 num. 109.*

62 Vltimò limitatur ab aliis: Vt non procedat in Priuilegiis, causæ fauorabili concessis: vt est causa pia, Religio, Dos, &c. vt patet, *ex capit arg leg. adhoc extollunt.* & docent Iason, *in leg. 1 num. 40. & 46 ff. soluto Matrim & leg si constante num. 79. ff. eodem,* vbi Crot. *in 2 lectur. nu. 73.* Ripa, *num 86.* Crauet. 68 *num 3. lib. 3.* & alii, docentes: Dispensationem fauorabilem extendi de casu ad casum, & idē titate, vel maioritate rationis. Hæc autem sententia, vt vera sit, ait Merolla, *to. 3 disp. 6. capit. 6. dub. 7. num. 244 circa finem.* intelligenda est; quando casus, ad quem fit extensio, comprehendi potest, aliquo modo sub verbis Priuilegii, saltem secundùm latam, & propriam eorum significationem.

QVIBVS MODIS PRIVILEgium amittatur. Cap. 4.

An Priuilegium amittatur per mortem Concedentis, aut illius, cui concedituri? Dub. 1.

1 Priuilegium personale amittit vim suam, per mortem illius, cui concessum fuerat: vt est communis conclusio, *leg. 1. ff. de constit. Princip. l. 2. §. permittatur ff. de aqua quot. & æst. l. Priuilegia quędam de reg. iur. & reg. Priuileg. eodem tit. lib. 6.* & dicunt Azorius, *lib. 5. capit. 22.*

San-

Sanchez, *lib 8 de Mat. disp.* 27 & alij.

2 Limitatur primò hæc conclusio: Nisi persona esset causa proxima concessionis Priuilegij, sed remota. Hinc est, quod Priuilegium, concessum minori, restitutionis in integrum, non expirat per eius mortem, sed transit ad hæredes ipsius. *leg. non solum ff. de interpret. rest. l interdum, & leg. minor. § fit. ff. de minorib.* Et ratio est: quia causa proxima concessionis Priuilegij, non est persona minoris, sed lesio: vndè si minor petat sibi in integrum restitui, ei non conceditur restitutio, nisi probet de latione. Ità Dynus, *in reg. Priuileg. nu 4. de reg. iur. in 6 & leg. non postea. § si minor de iureiurando; & leg. quod si minor, § non solut. semper ff. de minor.*

3 Limitatur secundò: Vt non habeat locum in Priuilegio, quod transiuit in contractum: Quia huiusmodi Priuilegiũ est irreuocabile. Ergo à fortiori, non extinguitur morte eius, cui concessum est. Ità Tapia, *in const. ad leg final ff. de constit. Princip par. 2 cap. 3. nu. 21.* Panpur. *cons. 582. nu. 21.* & alij.

4 Limitatur tertiò: Vt non procedat quãdò ex natura rei in Priuilegium cõcessæ, vniuersalitèr successores veniunt. Vt si Princeps largitur alicui in Priuilegium bona fiscalia alicuius Terræ: tunc enim transirent ea bona ad hæredes. Nã aliàs, ille, cui facta est concessio, non esset Dominus bonorum fiscalium. Et ita dicendum est, quando conceditur alicui Militi iurisdictio in Castro: hæc enim concessio ad hæredes extenditur: cum hoc exigat natura rei in Priuilegiũ concessæ. Ita Bartol. *in leg. si pater. nu. 9. ff. de seru leg.* Imola, Alexand. & Aretin. *in leg. quia tale, ff. soluto matrim.* Iason, *in leg. apud Iulianum. § si quis alicui. nu. 9. ff. de leg 1.* & ibi Iason *nu. 4.* & alij.

5 Limitatur quartò: Vt non habeat locum, quando casus euenerit, quo ceperit Priuilegiarius vti Priuilegio; huiusmodi enim casus cæptus, ad vniuersales successores transit. v.g. si esset alicui cõcessa immunitas à Collectis, quibus impositis, esset iam excusatus: & deindè hic exemptus moriatur, antequàm Collectæ exigantur: in hoc casu nec hæredes tenentur ad eas Collectas. Ita Alexand. *loco citato.* Ias. *in leg. maritum. nu. 27. ff. soluto matr.* Tapia, *d. c. 3. n. 25.* & alij.

6 Limitatur quintò: in Priuilegio nobilitatis: hoc enim nõ extinguitur mortua persona, cui concessum est: sed trãsit ad personas: vt habetur *in leg. 1. de digno. lib. 12.* vbi Gloss. Bartol. *nu. 25.* & Io de Pazza. *num. 1.* Hoc autem restringunt hi Doctores, vt transeat tantum vsque ad Trinepotes, iuxtà *leg. ex D. Marco. C. de quibus.* Attamen Tiraquellus, *in tract. de nobil. cap. 1 nu 2.* Merolla, *tom. 3. disp 6. cap. 7. dub 6. nu 135.* & alij dicunt, hoc Priuilegium ad omnes personas in infinitum transire: vt patet etiam ex cõsuetudine.

7 Limitatur sextò: Nisi in concessione esset facta mentio, etiam hæredum: tũc enim, secundùm omnes, non extinguitur cum persona eius, cui concessum est; sed transit ad omnes hæredes, etiã ad hæredes extraneos. Ità Gloss. *in cap. final. in leg. ex pluribus 43 ff de administ. tutelę l pan. ff soluto matrim.* Merolla, *to. 3. disp. 6. cap. 7. dub. 6. nu. 124* & alij.

8 Dixi in nu. 1. *Priuilegium personale*: vt aduerterem, quod Priuilegium reale nõ extinguitur, morte illius, cui cõcessum fuerat. Vnde sequitur, rem ipsam successiuè transmitti ad illos, qui rem ipsam acquirunt. Sicùt etiam Priuilegium, concessum Dignitati, vel Officio, transmittitur ad illos, qui talem dignitatem, vel officium successiuè obtinuerunt: nam officium non extinguitur, & successiuè repręsentat prędecessorem: non vt particularem personam, sed vt habentem talem dignitatem, vel officium. Ità Sanchez, *de mat. lib. 8. disp. 27.* Salas, *de leg. disput. 20. sect. 12. num. 124.* & alij.

Et tunc censetur Priuilegium personale, quotiès committitur facultas alicui, expresso solum nomine illius, cui facultas committitur. Quandò vero cõmittitur facultas, expresso solo nomine dignitatis, priuilegium censetur concessum dignitati.

9 Priuilegium verò ritè obtentum, seù gratia iam facta, non cessat morte concedentis: modo priuilegium concessum sit, simplicitèr, sinè aliqua conditione, seù particula restringẽte, vsque ad mortem concedentis. Ratio est: quia Priuilegium est fauor, vel gratia: Gratia autem non cessat morte concedentis *cap. si cui nulli, de præbend. in 6. & cap. si super gratia de offic. iudic. deleg. in 6.* Tum quia Priuilegium est veluti quædam donatio:

natio: sed Donatio nō cessat morte cōcedentis. ergo Priuilegium non cessat morte concedentis: siuè Priuilegium sit purè fauorabile, siuè sit contrà ius commune, siuè contrà ius alterius: siuè Priuilegiarius inceperit vti priuilegio antè mortem concedentis, siue nō, dum vsus sit. Ità Azorius, *cap. 13. quaest.* 4. Molina, *lib. 2. de primogen. cap. 7. nu.* 63. Suarez, *lib.* 7. *cap.* 31. Sanchez, *lib.* 8. *de mat. disp.* 28. *nu.* 64. Bonacina, *de leg. disp.* 3. *quaest.* 3. *pu.* 8. §. 1. *nu.* 19. & alij.

10 Limitatur hæc sententia: modo Priuilegium non datum sit cum aliqua limitatione, restringente Priuilegium vsquè ad mortem. Vt si dicatur: concedo tibi hanc facultatem, donec voluero, vel dū fuerit nostra voluntas, vel ad arbitrium nostræ voluntatis, vel dum nobis placuerit.

11 Ex his deducitur primò: Iurisdictionem, seù facultatem, absquè determinatione temporis alicui concessam ab Episcopo, vel à quouis alio Ordinario, ad confessiones audiendas, vel ad absoluēdum à censuris, non cessare per mortē concedentis. Ratio est: quia huiusmodi facultas iam est obtenta à Confessario, & dicitur gratia facta. Ità Sayrus, *de cens. lib.* 7. *cap.* 14. *nu.* 7. Henriquez, *lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 7. Sanchez, *lib.* 8. *de mat. disp.* 28. *nu.* 72. *Suarez, disp.* 26. *sect.* 3. *nu.* 5. Sanctorū de Melsa, *cap.* 2. *sect.* 14. §. 4. *vers. Respondeo tertio* Rodoriquez, *tom.* 1. *qq. Regul. quaest.* 9. *art.* 1. Hieronymus Rodoriquez, *in compend. qq. regul. Resol.* 116. *num.* 25. Naldus, *v. gratia, nu.* 4. Nauarr. *cons.* 1. *de priuileg.* & alij.

12 Secundò: Facultatem, commissam Confessario, ad dispensandum cum aliqua persona, designata in voto, vel impedimento: vel ad absoluendum v. g. Titium à peccatis reseruatis, non cessare per mortem concedentis, re integra: si videlicèt Confessarius dispensauit, vel iam accepit, confessionem audire antè mortem concedentis. Secùs, si antè mortem nondum incepit audire, vel nondum dispensauit. Ità Sanchez, *dispu.* 28. *nu.* 33. Bonacina, *de leg. disp.* 1. *quaest.* 3. *pu.* 8. §. 1. *nu.* 15. & alij.

An Priuilegium amittatur per lapsum temporis præscripti, seù cessante causa, sub qua concessum fuerit? Dub. 2.

13 Communitèr dicunt: Priuilegium amitti, & finiri lapsu temporis præscripti, seù cessatione conditionis, sub qua concessum fuerit: vt habetur *in cap. de causis.* vbi Baldus, *de offic. deleg. cap. cū in iunctis, & cap. nè pro. defectu de elect. & l. quoties C. de precib. Imper. offic.* Vndè fit. Feudum, concessum ad tempus, potest elapso tempore auferri à Feudatario, nullo dato tempore, quòd datur iudicatis: vt, post Bald. *in cap.* 1. *nu.* 8. *de content. inter Domini feudi*: voluit Paris de Puteo, *de re integra in cap. Dominus, sinè alijs Iudicijs nu.* 4. Immo elapso tēpore, reddit feudi, & possessio ipso iure, tāquam si naturalitèr moriatur Feudatarius. Ità Baldus, *cap. quæ Ecclesi. nu.* 62. *de const.* Alex *cons.* 124. *nu.* 2. *&* 3. *vol.* 1. Iason. *in leg. elapso temp. de re. §. qui ad nundinas, ff. de acquis. poss.* & alij. Hoc tamen non habet locum, quando Feudum ab alio possideatur: in hoc enim casu, possidens est citandus, non autem spoliandus: vt ait Afflictus, *in concil. Pacis. cult. nu.* 27.

14 Priuilegium verò simplicitèr, indeterminatè concessum, non finiri vno actu, sed esse perpetuum. Vndè facultas, quæ alicui conceditur, ad Confessiones audiendas, videtur esse indefinita. Neque data est ad vnum annum; sed absolutè continet potestatem audiendi confessiones: & consequenter est perpetua. Ità Suarez, *lib.* 8. *cap.* 5. 29. *&* 33. Sanchez, *lib.* 8. *de Mat. disp.* 28. Salas, *disp.* 20. *sect.* 6. *nu.* 64. & alij.

15 Et ita dicendum est de Priuilegijs, cōcessis cum conditione. Quia cessante cōditione, cessabunt Priuilegia, dummodo quod conditio apposita, sit, non solum ad fieri, sed etiam ad conseruationem Priuilegij V. G. si Papa concedit alicui Monasterio Priuilegium, non soluendi decimas, si Episcopus consenserit: & Episcopus semel consentiat, acquiritùr Priuilegium. Nec erit in potestate Episcopi, reuocare illud: quia ipse non donauit id Priuilegium, sed Papa. Et licèt Episcopus posteà dissentiat, non amittitur: quia non fuit eius consensus requisitus, vt conditio perpetua, sed solum ad valorem concessionis. Secùs verò erit, si in Priuilegio diceretur: *Quando Episcopus consenserit*: vel conditio apponatur, nō ex parte Priuilegij, sed ex parte actus, seù vsus eius: vt si diceretur: *Concedimus tibi, vt possis non soluere decimas, non resistente Episcopo. Vel vt possis concionari, consentiente Episcopo*: quia tunc cessaret

Priuilegium, cessante conditione. *Sed* tunc non amitteretur *Priuilegium* in se; sed solũ quò ad vsũ pro illo actu: nã postea iterùm, consentiente Episcopo, poterit quis vti tali *Priuilegio*. Ita Couarr. *l.1. varar.cap.15.* Molina, *to.2. disp.298.* Suarez, *lib.8.de leg.cap.29.nu.9.* Merolla, *to.3. disp.6.cap 7.dub.6.nu.121.* & alij.

An *Priuilegiũ*, semel concessũ, reuocari possit, ita vt reuocatione extinguatur? Dub. 3.

16 COmmunis opinio ait: *Priuilegium*, gratis omninò concessum, validè reuocari poterit, etiam absque causa, à concedente, vel eius successore. Ratio est quia eius concessio à mera eius volũtate pẽdet. Sic Glossa, ab omnibus recepta *in cap. decet. de reg. iur. in 6.* vbi allegat multa iura canonica. Et ita Panormit. Felin. Anton. Decius, & alij *in cap. nouit. de Iudic.* Ripa, *lib. 2. resp. cap. 6. nu. 12.* Martinus Laudent. *de Priuileg. nu. 34.* Afflictus, *decis.128 Gan.decis.46.n.5.* Suarez, *lib.8 de leg.cap.31.nu.10.* & alij.

17 Dixi: *Validè reuocari.* Nam vt licitè fiet reuocatio, est, necessaria aliqua honesta causa. Quia non decet, Principem reuocare *Priuilegium*, à se concessum, nulla noua insurgente causa. *arg. decet. de reg.iur.in 6.* quod si facto, absque vlla prorsùs causa fieret talis reuocatio, erit tantum culpa venialis, per se loquendo: per accidens verò, ratione scandali, aut odij, vel grauis nocumenti proximi, poterit esse mortale. Ita Merolla, *to.3 disp.6. cap.7 dub.7. nu.140. Suarez, lo cit.* & alij.

18 Limitatur primò ab aliquibus hęc sẽtentia. Nisi *Priuilegium* illud sit acquisitum alicui de iure gentium: nempè, dominium alicuius rei: tunc enim cum sit tale ius acquisitum, neque licitè, neque validè poterit reuocari. Vt si Princeps alicui Castrum donasset vectigaliũ. Ratio est: quia non potest Princeps suo arbitrio, & voluntate, rem à subdito tollere, cuius verum dominum habet, seù iùs iure acquisitum. Nam etiam Princeps tenetur iustitiam seruare, & nõ auferre rem inuito domino; Ita Panormit. Felinus, Decius, & alij Canonistę, *in cap. nouit de Iudic.* Baldus, *in leg. qui se Patris nu.34.C.vnde liber.* Paul. de Castro. *in leg. digna vox nu.5.C. de leg.* Afflictus, *in const. ea, quę de special.decus.nu.4.* Anton. Gabr. *lib.3.comm.tit. de non tollẽd. iure. acqui. concl.7.nu.3.* Sãchez, *lib.8 de Mat.disp.33. nu.2.* Suarez, *vbi supra.nu.7.* & alij. Vndè Princeps; vel eius successor, non potest priuare Vassallũ feudo, etiam gratis cõcesso: quia trãsit in Vassallũ dominiũ vtile feudi. *cap.1. de donat. feud. cap. 1. de feud. sine culpa non amittatis.* vbi Bald. Isrem; & alij Afflictus, *in proemio, const. quæst. 6. post nu.5.* Crauet. *de artig. tempor. pa.1 sect. 1.n.17.* Iulius Clar. *§ feudum. qu. 59.* & alij. Poterit tamẽ Princeps ex legitima causa tollere, aut reuocare tale *Priuilegium* modò causa sit talis, quę publicã vtilitatẽ respiciat, vel moralitèr necessaria sit.

19 Limitatur secũdò ab aliquibus: Nisi *Priuilegium* esset concessũ non subdito vel ab eo acceptatum: quia tunc non potest ampliùs reuocari. Ita Panormit. *in cap nouit nu. 23. de iud.* vbi Felin. *à nu. 8.* Decius, *cons.405.nu.18.* Grad. *cons. 5 nu. 11.* Purpur *cons.580.nu.27.* Ripa, *resp. 12. n.51. de diuers. rescrip.* Afflict. *decis.361.nu. 9.* Sãchez, *lib.8. de Mat.disp.33.nu.5.* Ricc. *collect.1126.* Capyc. *dec.116.* limitans. Nisi adesset causa reuocandi: Et in hoc, inquit, differt à *Priuilegio*, concesso subdito: nã hoc potest etiam sinè causa reuocari. Vndè Priuilegia, à Principibus concessa Ecclesię, vel Ecclesiasticis personis, reuocari non possunt. Ratio est: quia hęc *Priuilegiorum* concessio, facta fuit à Principibus Christianis, ad remunerãda beneficia spiritualia, quę Regna percipiunt ab Ecclesia; vel ab Ecclesiasticis personis. At verò Priuilegiũ in remuneratione meritorum concessum, reuocari non potest: ergò &c. Ita Archid *in cap. quicunque. 11.quæst.1.* Panormit. *in cap. inter alia, de immu. Eccles.* Felin. *in cap. ad Apostolicam nu.2. de simonia. & cap. Eccles. S. Marię nu.7 de const.* Ripa, *resp.12 nu.8. de diuers. rescrip.* Suarez. *de immu. lib.4. cap 30.* Merolla, *to. 3. disp. 6. cap. 7. dub. 7. nu 154.* Molina, *to.2. de iust. tract.2. disp.31.* Lessius, *lib.2. cap.33. dub.4. nu.35.* Sanchez *lib. 7. sum. cap 12. nu.18.* Victoria, *relat. de potest. Eccles. sect.7. propos.7* & alij

20 Limitatur tertiò: Vt nõ habeat locum in priuilegio iurato. Ita Ripa *resp.12. nu 6. de diuers. rescrip.* Hęc limitatio intelligenda est; primò: quando *Iuramentum* est de futuro, hoc est de non reuocando Priuilegium: Secundo, quando nõ possit licitè reuocari, absque iusta causa. Secus verò validè: quia, quãuis peccat mortalitèr Princeps cõtrà Iuramentũ, illud Priuilegium reuocando sinè iusta causa; tñ reuocatio valida erit: & ita extinguitur Priuilegiũ. Ità Merol. *t.3. dis.6.c.2. du.159.*

Ee Se-

21 Secundo dicunt præcitandi Doctores, quod Priuilegium, concessum ex causa onerosa, seù per modum contractus; nō poterit à Principe concedente validè reuocari. Ratio est: quia Princeps suo contractu adstringitur, ac tenetur seruare pacta, etiam cum subditis facta: cum hęc obligatio nascatur ex naturali iustitia, quæ etiam Principem obligat. Ita Bald. *in leg princeps in 1. lect ff. de legib.* vbi Zas. Isren. & Afflictus, *in conc. ea, quæ de special. decus.* Guid. Papa, *tract. de rescrip. nu.* 28 Marta Laud. *de priuileg. quæst.* 34 Rebuff. *de priuileg theol priuileg.* 149 Iacolin. *in inest. verb princip. num* 4. Sanchez. *lib.* 8. *de matrim. disp.* 33. *nu.* 3. Suarez, *lib.* 8 *de leg. capit.* 37 *num* 5 & alii.

22 Hæc sententia verò intelligenda est: quando nulla interuenit iusta causa reuocandi. Nā in aliquo casu, in quo posset Princeps, priuare subditum propriis bonis suis; poterit etiam reuocare Priuilegium, non obstante contractu: vt in casu publicæ vtilitatis, *arg leg. quod semel ff. de Decur. ab ordine fac.* vbi Glossa. Quia eadem est maior ratio, vt cōstat. Imò hęc potiùs est declaratio, quam reuocatio, vt benè inquit Suarez. vbi supra: quia à principio intelligitur illa conditio, in Priuilegio clausa: etiam si per modum cōtractus concessum sit. Quia etiam alia bona subditorum intelliguntur esse hoc modo, vt pro talibus casibus subiecta dispositioni Principis. Debet tamen in tali casu Princeps subdito compensationem facere de Priuilegio oblato, quatenùs commodè possit, *arg. in leg. si quis sepulcrum ff de Relig. & sunt funere, & leg.* 2. *C. in quibus casibus: serua pro præl acetb.* & docent Bald *in d. leg.* 2 *C. in quibus casib.* Afflictus, *in prælud. consil. quæst.* 4. *num.* 6. *& decis.* 321. *num.* 17 Felin. *in cap. qua Ecclesiarum num.* 28 *de cons.* vbi Decius, *nu.* 91. Menochius, *de arbit. lib.* 1. *quæs.* 48. *nu.* 35. Sanchez, *lib.* 8. *de Matr. disp.* 33. *num.* 9. Suarez, *vbi supra*, & alii.

23 Tertiò: Priuilegium, cōcessum ex causa meritorum, reuocari non potest, dicūt Felinus, *in cap nouit. num.* 12. *de iud.* Panormitan. *cons.* 3. *num.* 14. Bartol. *in leg. si qui semel ff decret. ab ordine facto.* Alexād. *cons.* 216. *vol.* 2. *cons.* 226 *num.* 7. Crauetta, *de antiq. temp. p.* 1. *in princip. num.* 54. Tiraquell. latè, *in leg. si vnquam verb. donatione largitus num.* 13. *& sequ. C. de reuocat donat.* Martin. Laudens, *tract de Priuileg quæst.* 34. Paris. *cons.* 11. *num.* 44. *&* 49. *volum.* 1. Capyc. *decis.* 121. *num.* 16 Sanch. *lib* 8. *de Matrimon. disp.* 33. *num.* 4. Suarez *lib* 8 *de leg capit* 37. *num.* 6 & alii. Quorum ratio est: quia huiusmodi concessio contractui æquiparatur: cum non omninò gratis facta sit, ac proindè per modū contractus censetur concessum Priuilegium: & ita est æque irreuocabile, ad illud, quod conceditur per modum contractus onerosi, de quo supra.

24 Et quamuis hæc communis sententia certior sit, quādo remuneratio est ex debito iustitiæ: seù quandò merita præstare poterant ius agendi, vel implendi officium Iudicis: nihilhominùs quando remuneratio, ex sola gratitudinis lege, debita esset; ac proindè merita, neque actionem, neque officium iudicis pariunt; potest dubitationem pati: vt ex Archid. notauit Felinus, *in dict capit. nouit. num.* 8. *in fine.* Quia sola gratitudinis ratio non sufficit ad proprium, & rigorosum contractum. Vndè Arius Pinell. vbi suprà dixit, hanc communem sententiam esse tantum vera in ea donatione remuneratoria, cuius merita poterant præstare ius agendi, vel officium Iudicis: & dicit esse veriorem hanc opinionem Tapia, *in leg. vlt ff de const. Princip. pu.* 2. *cap* 9.

25 Cęterum, licet non sit tam irreuocabile Priuilegium, concessum ex sola gratitudinis lege, sicut concessum ex debito iustitiæ: quia fortiùs est iustitię vinculum Vnde in casu necessitatis, ac cęteris paribus, potiùs esset reuocandum Priuilegium, datum ex antidiorali obligatione, quam datum ex commutatiua iustitia: & si ex causa iusta reuocetur, forte non erit debita ex iustitia recompensatio, sed tātùm ex gratitudine, sicut fuit prior remuneratio, vt ait Suarez. *d. cap.* 37. *num.* 6. Nihilhominùs Priuilegium remuneratorium est per se irreuocabile: quia ipsa ratio remunerationis hoc includit, idemque postulat ratio gratitudinis. Ita Merolla, *tom.* 3. *disp.* 6. *cap.* 7. *dub.* 7. *num.* 144. & alii.

26 Ad hoc autem: vt concessio Priuilegii, & quælibet alia donatio censeatur remuneratoria; requiritur Primò (secundū aliquos) vt non exprimatur, ob benemerita fieri; sed satis est probari merita præcisè: vt probatur, *in leg si vero §. idem Papinianus ff. mandato.* Vbi præsumitur, Libertum videntem fundum suum vendi à Patrono, & capere pretiū, donare; qū post libertatē, sibi concesā, id permittit.

Vbi

Vbi Gloss. *verb patron. ait*: Ratione primę libertatis presumi hanc donationem: Et confirmatur; nam Donatio, facta à Patre Filio, censetur remuneratoria; quandò probatur, merita, ea donatione digna, precessisse: vt dicunt Gloss. *in leg. si donatione. verb postulas. C. de collect.* vbi alij Iuristę Rosella, *v. donatio, nu. 41.* vbi Siluester 2. *qu. 2. dict. 13.* Nauar: *ca. 17. Sum. n. 146.* Menoch. *de arbit. lib. 2. cap. 88. nu. 33.* Sanchez *lib. 6. de Mat. disp. 6. nu. 3.* & alij. Neque est necessarium in foro conscientiæ, ea merita probari; sed satis est, si donatio constet. Quia probatio tantùm desideratur, vt Iudici in foro externo veritas constet. Ita Nauarr. *d. cap. 17. num. 145.* Meroll. *tom. 3. disput. 6. cap. 7. num. 176.* Molina *tom. 1. tract. 2. disp. 244. §. quandò constat.* & alij.

27 Secundo requiritur, vt obsequia, propter quæ facta est concessio, seù donatio, non sint alias debita: Si enim debita essent, non essent remuneratione digna: Quia in necessitatibus nemo vmquā liberalis existit. *leg. rem legatam ff. de adimens. leg. l. si seruo ff. de hæred. ministl. l. proximè ff. de ritu nupt.* & docent Ripa, *in leg. si vnquam quest. 14. num. 30. vers. ..C. de reuoc donat.* vbi Tiraquellus *v. d. nat larg. num. 106 & 107* Iason. *leg. ex hoc iure num. 55 in fine ff. de iust. & iur* Io. Lup. *rubric. de donat. §. 50. num. 32. & 33.* Gutierez, *de Iuran. 1 par. cap. 5. num. 3 & 5* Sanchez *lib. 6. de Mat. disp. 6. num. 4.* & alij.

28 Tertio requiritur, vt concessio, seù Donatio meritis æquiualeat, *cap. requtum de testam.* ibi *iuxtà seruitij meritum.* Ità Alex. de Neuo *in cap. final. nu. 7 de donat. inter & vxorem.* Tiraquellus multos referens *vbi sup. nu. 179.* & alij.

An Priuilegium amittatur per renuntiationem? Dub 4.

29 Affirmatiuè respondent communitèr, si renuntiatio facta sit voluntariè à Priuilegiario, & sit acceptata à concedente: vt patet *ex cap. si dextera & cap. si accidentibus de Priuilegijs*. Ratio est: quia Priuilegium vim habet, & pendet à voluntate concedentis: sed post renuntiationem Priuilegij, acceptatam à concedente, Priuilegium non amplius habet vim: & consequenterper renuntiationem, acceptatā à concedente, amittitur; quatenus scilicet renūtiās voluerit renuntiare. Vndè si intendat Priuilegiū absolutè, & in totū renuntiare, Priuilegiū amittitur in totum: si verò intendat renuntiare quò ad partem, vel ad aliquod solùmmodò tempus, Priuilegium amittitur solum quò ad illam partem, vel illud tempus.

30 Dixi: *Si renuntiatio facta sit volūtaria* vt aduerterem, non amitti per inuoluntariam renūtiationem, vt patet ex dictis de contractibus: Nam renuntiatio est veluti quædam Donatio: *Donatio* autē fieri non potest per dolum, vel metum, ergo &c.

31 Dixi: *& sit acceptata à concedente*: vt aduerterem; Priuilegium non amitti per solam voluntatem renuntiationis. Ratio est: quia Priuilegium vim habet à voluntate concedentis. Si ergo Superior non reuocet, vel renuntiationem non acceptet, Priuilegium adhuc viget: & Priuilegiarius potest, mutata voluntate, illo vti. Ita Sāchez, *lib. 8 de Mat. disp. 23.* Suarez, *lib. 8 cap. 33* Nugnus *in addict. ad 3. partem. quest. 25 art. 4. dub. penult.* Merolla, *in. 3. disp. 6. cap. 7 dub. 5. nu. 24* Bonacina, *de leg. disp. 1. quest. 3. pu. 8. § 4. à nu. 1.* & alij.

An Priuilegum ammittatur per non vsum? Dub. 5.

32 Communitèr Doctores affirmatiuè respondent, quibus adscribuntur Glossa, Innocentius, Panormit. Felin. Decius & alij Canonistę *in cap. cum* & alij Iuristę *in leg. falso. C. de diuers. rescrip. & in leg. 1 ff. de mundo.* Scarph. *decis. 1043* Guid. Papa. *decis. 406. nu. 2.* Baer *decis. 386. circà finem.* Rebuff. *in prax. tit de offic. inter Priuileg & rescrip. nu 4 vers. idem si pars.* & alij. Vndè cum proportione inferunt: restringi Priuilegium per vsum restrictum, quatenùs includit nō vsum maioris gratię, vel fauoris: vt notat Baldus, *in leg. vsum aquę C de aquę dat. lib. 11* Iason, *vbi suprà & in leg. vltima. ff de const. Princip.* Barbāt. *cons. 18. vers. preterea faciat. lib. 4* Ruyn. *cons. 93. n. 4. lib 4.* & alij. Est enim eadem ratio in vsu quò ad partem, quę est in toto. Hinc dicunt etiam Doctores citandi: Cōsuetudinis, modum, quo quis Priuilegio vtitur, Priuilegium ampliare, restringere, & declarare. Sic Baldus. *cons. 130 l. 1.* Gazed. *cons. 23. nu. 8. vers. vel tertiò respondeo.* Hurtadus Mend. *in tract. de Priuil. ad instār Gloss. 15. nu. 40.* & alij.

Fallit autem hoc, quandò non euenit casus vtendi largè Priuilegio: vt ait Iason, *d leg. final. nu. 56 ff. de const. Princip. & leg. falso. C. de diuers. rescrip. Valat. in leg. Imperium num. 145. ff. de iurisd. Ordin. Iudic.* & alij.

33 Pro intelligentia huius communis sẽtentiæ Notandum est primò: quod Priuilegium, aliud est Affirmatiuum, quo conceditur facultas, aliquid faciendi: vt est exigendi tributa &c. Aliud Negatiuum, quo conceditur facultas non faciendi aliquid: idest, non soluendi tributa &c. Rursus: Priuilegium Affirmatiuum, aliud est, quo conceditur facultas aliquid faciendi, cedens in grauamen, & onus aliorum: vt est Priuilegium, imponendi tributa, vel exigendi decimas extraordinario modo. Aliud; quo conceditur facultas, aliquid faciendi, absquè aliorum grauamine: vt est Priuilegium, comedendi carnes, vel anticipatè recitandi Diuinũ Officium, vel audiendi Diuina in loco interdicto, vel audiendi Confessiones, aut eligendi Confessarium &c. quæ nulli præiudicium inferre videtur. Et licèt videãtur præiudicialia potestati ordinariæ Pastorum: tamen modicum est præiudiciũ, & potiùs vergit in ipsius leuamen, & in fauorem animarum.

34 His positis, ad difficultatem respondeo: Priuilegium Affirmatiuum, quo cõceditur facultas aliquid faciendi, quod redundat in grauamen, & quasi seruitutem aliorum, eatenùs posse omitti per non vsum Priuilegiarij, quatenùs alij possunt cõtrà ipsum præscribere exemptionem à tali onere per tempus legitimum. Ità Suarez, *lib. 8. de leg. cap. 34. nu 16* Layman. *in theol. moral lib. 1. tract. 4 cap. 23. nu. 21* Tambortinus, *de iuris Abbat. tit. 1. disp. 16 quaest. 4. nu. 3.* Bonacina, *de leg. disp. 1. quaest. 3. pu. 8 §. 5. num 3.* Merolla, *tom. 3. disp. 6. cap. 7. num. 23* Salas, *de leg. disp. 17. sect. 13. nu 63.* & alij.

35 Priuilegium verò, quod non vergit in aliorum grauamen, vt est Priuilegium, quo conceditur facultas, aliquid faciendi, absque aliorum detrimento, regularitèr loquendo, nullo tempore, neque in foro conscientiæ, neque in foro externo amittitur per non vsum: modò Priuilegium concessum sit, absque temporis determinatione. Ratio est: quia nullo iure probatur, huiusmodi Priuilegium per non vsum amitti. Tum quia, cum huiusmodi Priuilegium non respiciat, vel grauet alios, non est cur dicamus, præscriptione amicti per non vsum.

36 Dixi: *Regulariter loquendo:* quia in iure sunt aliqui casus, quibus Priuilegiũ amittitur per non vsum spacio ab ipso iure præscripto. Vt est Priuilegium Nundinarum, quod per non vsum, spacio decemnis amittitur. *leg. 1. ff. de nundinis.* quia huiusmodi Priuilegium cẽsetur sub hac conditione concessum, & acceptatũ, vt extineatum censeatur per non vsum decemnij. Ità Suarez, *lib. 8. cap. 34. nu. 17.* Felin. *in cap. cum accessissent. de praescript. nu. 26. 27.* Bonacina, *de leg. disp. 1. quaest. 3. pu. 8 § 5. nu. 5.* Moneta, *de commu. vltim. volunt cap. 8. num 904. 907* Padilla, *in leg. falso. nu. 5. C. de diuers. rescript.* & alij.

Dubitatur: Quanti temporis, non vsus necessarius sit, et sufficiat, vt per non vsum amittatur Priuilegium?

37 GRegorius Lopez, *lib. 42. tit. 18. par. 3. verbo. festa treyna annos, & in gloss. festa diez annos* ait: Priuilegia per non vsum triginta annorum amitti; dummodo euenerit occasio vtendi. Idem dicit, alijs relatis, Granada, *de explicat. Priuileg. n. 188.* vbi addit: quod etiãsi in aliquo Priuilegio reperiatur consensus, vt quis possit eo vti semper, & quandocumque, illa verba nil operãtur vltrà triginta annos: pro quo citat textũ *ca. 1. de feud. dat. inuit. l. inuisib feud.* & ibi Istem, & Glossa.

38 Communitèr verò dicunt: Decemniũ sufficere, & requiri: & hoc *ex leg. 1. ff. de nund* quia ex solo iure naturali, non potest tale tempus determinari, vt per se notum est: & in toto Iure positiuo, siuè ciuili, siuè canonico, alia determinatio non inuenitur. Nam licèt *in cap. si de terra, & cap. accidentibus, de Priuileg.* dicatur, amitti Priuilegium per spatium triginta, vel quatraginta annorum: tamen ibi sermo est, non de amissione Priuilegij per non vsum, sed per contrariũ vsum, vt latè patet: sic Bartol. & alij Iuristæ, *in leg. 1. ff de nund.* Panormit. Decius, Felin. & alij Canonistæ, *in cap. cum accessissent. de const.* Rebuff. *in pract. benef. tit. de diff. inter Priuileg. & rescrip. nu. 41.* Tuscus, *to. 6. lit. 8. conclus. 755. nu. 12.* Hurtad. Mandoz, *de Priuileg. ad instar Gloss. 15. nu. 15.* & alij.

39 Attamèn Merolla *in 3. tom disp. 6 cap. 7 dub. 1. nu. 33.* ait: Quotiès per non vsum amittitur Priuilegium, quia alius contrà Priui-

Priuilegium præscribit, nullum tempus esse determinatum; in ipso non vsu admittendum Priuilegium: seù ex parte Priuilegiarij: sed illud tempus necessariũ esse, & sufficere, quod ex parte alterius tertij fuerit determinatũ in iure, ad præscribendum contrà hoc, vel illud, quod solet iure ordinario esse decem annorũ intèr præsentes, & viginti intèr absentes. Vel extraordinario, ac speciali iure, requiritur triginta, vel quadraginta annorum: vt de Monasterijs, Ecclesijs, vel alijs locis pijs communitèr asserũt Doctores, iuxtà generalem regulam Textus, *in Authent. vlt. C. de sacros. Eccles. cap. illud de præscrip.*

40 In alijs Priuilegijs, ait supracitatus Doctor, quæ ab alijs non præscribuntur, eò quod nulli præiudicium afferunt; nõ esse certum tempus definitum, ita quod per non vsum amittitur. Ideoque generalem regulam esse: Talia priuilegia per nullius temporis non vsum, amitti; etiamsi longissimum sit, in causis verò in iure expressis, amitti tempore pro eis definito.

41 A quo tempore computandum sit illud tempus decennij, per cuius non vsũ deperditur per Priuilegium Nundinarũ, vel aliud? Respondeo, quod aliqui volunt, computandum esse ab vltimo tempore, in quo aliquis est vsus Priuilegio: seù ex primo non vsu, quem nullus vsus concessit. Ex quo sequitur: quod licèt aliquis in principio concessionis vsus fuerit Priuilegio per multum tempus, si postea interrumpat vsum per integrum decennium, amittit Priuilegium. Ità Suarez, *lib. 8. de leg cap. 34. nu. 24.* & alij.

Dubitatur secundò: An hæc omissio Priuilegij per non vsum, intelligatur esse tantum in foro exteriori, an etiam in foro conscientiæ?

42 QVando Priuilegium amittitur per non vsum, (quia aliàs legitimè cõtra illud præscribit;) non solum perditur, quò ad forum externum, sed etiam in foro interno, & in re ipsa, finè alia cõdemnatione, vel declaratione, facta in foro contentioso: quando Priuilegiario sufficientèr constat de legitima aliorum præscriptione. Ità Suarez, *lib. 8. de leg. cap. 34. n. 29.* Salas, *cap. 17. sect. 13.* Moneta, *de commu vlt voluntat. cap. 8. nu. 908.* Filliucius *lib. 1. tract. 4. cap. 23. nu. 22.* Bonacina, *de leg disp. 1. quæst. 3. pu. 8. §. 5. in fine.* Merolla, *tom. 3. disp. 6. cap. 7. nu. 38.* & alij.

43 Priuilegia verò, contra quæ ab alijs nõ præscribitur, eò quod nemini grauamẽ, seù præiudicium afferunt; non amitti in conscientia, per solum non vsum cuiuscumque temporis: nisi in aliquibus casibus aliter specialitèr reperiatur in iure expressum. Ità Glossa, *in cap. vt Priuileg. verb. semel in anno. in fine de Priuileg.* Tuscus, *tom. 6. lit. 8. concl. 755. in principio* Padilla, dicens esse communem opinionem, *in leg fulc. num 5. de diuers. rescrip.* Suarez, *nu. 21.* Merolla, *nu. 40.* & alij Et ita videtur apertè tenere Io. Andr. *in cap. final. de confer in 6.* & alij, qui dicunt: Canonici, non vtentes facultate optandi meliores præbendas, cum veniant, non amittunt illam, quocumque temporis spacio. Ratio est: quia talia Priuilegia non amittuntur per modum præscriptionis: deindè cessat voluntaria renuntiatio; maximè quando præsumptio non est veritati conformis. Adde, quod etiã si non vsus oriatur ex interno animo, ac voluntate renuntiandi, seù non habendi Priuilegium; adhuc non sufficit, vt incõscientia censeatur amissum, donec auferatur. Tùm quia illa renuntiatio non est sufficientèr significata exteriùs. Tùm etiã ad admittendum Priuilegium per renũtiationem; non satis est, vt quis etiam expressè illi renuntiet, vt Princeps renuntiationem acceptet: vel saltem, hæc acceptatio habeatur ex vi alicuius iuris communis: sicut Doctores, de acceptatione Professionis, tacitè factæ à Nouitio per gestationem habitus professorum: hæc enim habetur *in cap significatum. de reg. & cap. 1. eodem titulo in 6.* & ideò ad valorem huiusmodi Professionis, non requiritur alia acceptatio Superioris. Sed nullum reperitur ius, quod acceptet omnem renuntiationem Priuilegij, siuè tacitam, siuè expressam.

44 In Priuilegijs tamen, quæ ex peculiari iuris dispositione, per non vsum decennij, amittitur, & est valdè probabile, in conscientia amitti. Ratio est: quia est satis probabile, per huiusmodi leges induci præscriptionem, respectu aliorum, quibus possunt esse onerosa talia Priuilegia. Tùm etiã, quia est etiam satis probabile, talia Priuilegia, quò ad durationem suam, fieri conditionata ex vi taliũ legum. Vt si quis illis non vtatur, per decemnium, illa amittat. Et quando Priuilegium conceditur, nisi sub tali conditione,

tione, illa non posita, cessat Priuilegium: non præsumptiuè tantum, sed verè, ac re ipsa, ac proindè in conscientia: ergo etiã in illo casu amittitur statim in conscientia. Ità Suarez, *lib. 8. de leg cap. 34. nu. 29.* Bonacina, *de leg. disp. 1. quæst. 3. pu. 8 § 9. in fine.* Filliucius, *lib. 1. tract. 4 cap. 23. nu. 22.* Merolla, *to. 3 disp. 6. cap. 7. nu 42.* Salas *de leg. disp. 17 sect. 13. nu. 64.* & alij.

An Priuilegium amittatur per contrariũ vsum: idest per actum contrarium Priuilegio? Dub. 6.

45 Notandum est primò: Hunc modum amittendi Priuilegium, præcipuè reperiri in Priuilegijs negatiuis, quibus opponitur actio, quæ fit contra id, quod in Priuilegio conceditur. Vt si quis Priuilegium habens, non soluendi tributum, non ieiunandi certis diebus, quibus Ecclesiæ præcepto ieiunandum est; tributum soluat, aut ieiunet: hic dicitur, actum, nõ contrarium *Priuilegio*, negatiuè facere.

46 Notandum est secundò: Tria requiri, vt actus, seu vsus sit contrarius Priuilegio, vt illud extĩguere possit: Primũ est, vt act[us] sit ipsemet Priuilegiarij: nã si fit ab alio, pro quo nõ est datũ Priuilegiũ, nõ erit Priuilegio contrarius; cũ contraria debent circa idẽ versari: vt dicũt *Philosophi* cũ Aristotele *in Postpræd. cap. de Oppositis* Secũdum est: vt actus sit repugnans, nõ solum materiali omissioni talis actus, seu carentię eius: sed etiam exẽptioni, quam Priuilegium concedebat; ita vt intelligatur actus fieri ex obligatione, quam Priuilegium auferebat: nam alias actus non esset contrarius Priuilegio. Vndè dixit Bartol. *in leg. C. de bis, qui spõtè. lib. 10.* qu[e]m Panormitanus, & alij Canonistę sequũtur, *in cap. cum accessissent de const.* Eum, qui aliquid operatur, quod videtur contrarium Priuilegio, si protestatur ita id agere, vt non præiudicet iuri sui *Priuilegij*, non efficere actum, Priuilegio contrarium: ideoque per similes actus non amittere Priuilegium: quia ex ui illius protestationis profertur, nõ id efficere ex obligatione, cõtraria exceptioni priuilegij, neque animo renũnciandi Priuilegium: sed ex mera voluntate, seu liberalitate. Tertium est: vt vsus, seu actus ille cõtrarius Priuilego, sit in tali persona efficax cõtrà priuilegium: multo magis erit impotens, ad destruendum illud per suos cõtrarios actus. Vndè licet Clericus permittat se à seculari iudice iudicari, vel ab eo percuti, non propter hoc amittit Priuilegium fori, & Canonis.

47 His suppositis, ad dubium respondeo: Quod communiter dicunt, Priuilegium amitti per vsum moraliter, & formaliter contrarium Priuilegio. Ratio est: quia Priuilegiarius pręsumitur renũtiare Priuilegio. Tum quia, sic decernitur *in. cap. cum accessissent de constit.* & *cap accedẽtibus, de priuileg* & *cap. porrò, & cap recepimus, de Priuileg.* Tum quia lex cessat per actus contrarios: ergo etiam cessare videtur Priuilegium. Ita Canonistę *in cap. porro, de bis quę fiunt à maior part. vers. renunciasse.* Bartol. & alij Iuristę *in leg. final ff de constit. Princip.* Bonacina, *de leg. disp. 1 quæst. 3. pu. 8 § 6. nu. 2.* Menoch. *lib. 10. con 913.* & alij.

48 Dixi: *per vsum materialiter, & formaliter contrarium priuilegio*: nam vsus, materialiter solum contrarius Priuilegio, non tollit Priuilegium Vndè si Priuilegiarius faciat aliquid contra *Priuilegium*, non amittit Priuilegium: quia talis vsus non videtur sufficienter voluntarius ad hunc effectum: videtur solum materialitèr contrarius Priuilegio Nam hęc amissio reuocatur ad virtualem renuntiationẽ: nullus autem cẽsetur velle renũtiare, quod ignorat: cum ignorantia tollat voluntarium. Ita Barlol. *l. 1. C. de bis, qui spõte.* Panormit. *in cap. cum accessissent.* Suarez, *lib. 8. cap. 35. nu 3. & 24.* Salas, *d. cap. 13 nu. 66.* Fel. *in cap. cum accessissent. nu. 30.* & alij.

Vt autem meliùs hęc communis sententia intelligatur, quęrendũ est: Quot actus sunt necessarij, vt priuilegium per contrarium vsum ammittatur?

39 Respõdeo, quod relicta opinione Panormit *in cap. cum accessissent de const.* Dico cum communi sententia Doctorũ, qui distingũt cum Bartolo, *in leg. final. ff. de const. princip. nu. vlt.* Quædam sunt priuilegia, quæ habent actũ, seu effectũ momentaneum: idest, reitirabilem. Exemplũ Primi ponunt Suarez, *lib. 8. de leg cap. 35. nu. 17. & alij ex capiũt access. de const.* Aliud ponit Bartol *in leg. 1. C. de iur. dot. in pe.* Vbi, Creditor, qui impetrauit à Principe priuilegium, vt liceret sibi possidere pignus iure dominij: si postea exigeret à debitore vsuras; per illum actũ cõtrariũ, censetur Priuilegio prędicto renuntiare. Exemplum secundi est, de Priuilegio. nõ sol-

soluendi tributa, vel decimas, non subeundi munera &c.

50 Quod attinet ad primam speciem Priuilegiorũ, per vnum actum contrarium Priuilegio, illud simplicitèr, & in totum amittere. Ratio est: quia cum Priuilegiũ non rescipiat plures actus, sibi inuicem succedentes: sed vnum tantum; amittetur: quia faciens illum actum contrariũ, censetur in totum renuntiare Priuilegio. Ita Bartol. *loco citato* Cynus, & alij Iuristę, *in leg. falso. C. de diuers. rescript.* Gayll. *pract. obseruant. lib. 2. obser. 60. nu. 11* Baldus, *in cap. plerumque. nu. 19 de rescrip.* & alij cõmunitèr, qui probant *ex leg. 2. C. de iure dot. imper l. commodiùs C. de pact. inter emp. & vend.* & *cap. cum accessissent de const.* Hinc infertur: habens ex Priuilegio rem inburgestatuum, si patiatur describi in registro pro feudatario, sibi pręiudicat: vt docet Gozad. *cons. 23. nu. 4.* Io. Vincentius de Anna, *alleg. 11. n. 17.* Tapia *in comment. ad leg. final ff. de const. Princip. pa. 2. cap. 2. nu. 7.* & alij: & ita dicendum est de illo, qui habet circa rẽ aliquam Priuilegium; de re illa in iudicio conuentus, & in eo Priuilegium non allegat, & ideò condemnatur; perdit Priuilegium, quò ad rem illam, de qua condemnatur: ita vt ampliùs non possit circa illam allegare Priuilegium. ita Suarez, *lib. 8 de leg. cap. 25. nu 9* Merolla, *to. 3. disp 6 cap 7. nu. 54.* & alij.

51 Limitant primò supradictam sententiam Baldus, & Bartol. *in leg. 1. C. de his, quę spont. num penult. sub lib 10.* per illũ textum *Roma. cons. 252 pro decis. in fine,* Fel. & Decius *in cap. cum accessissent de const.* Menoch. *de pręsump. lib. 6 pręsump. 41. n. 11.* Gigas *de pens. quest. 61.* & alij. vt non procedat, quando faciens actum contrarium, expressè protestetur se non intendere ex eo actu renuntiare Priuilegio, ac illud amittere. Protestatio autem in hoc casu, Priuilegium perseuerat.

52 Sed hoc non est distinctè verum, ait Merolla *in 3. tom. disp. 6. cap. 7. nu. 77.* quia actus protestationis procedit, quando ille contrarius protestationi, efficiatur. absquè alia iusta, seù rationabili causa, sed ad merum beneficium: secùs vero si fit à causa iusta. & ita dicunt etiam Gloss *in cap. cum M. ferrariensis verbo sinè Praiudicio.* & habetur *in cap. per latum. de ijs, quę metu &c.* Vndè sequitur, quod faciens actum, contrarium suo priuilegio, non sibi pręiudicat, si pateretur, se non intendere per eum actum renuntiare suo Priuilegio, non vero indistinctè, sed tantum, quando ex aliqua iusta causa actum illum contrarium facit: & ita Suarez. *lib. 8. de leg cap. 35 nu. 14.* & alii.

53 Limitant secundò Panormit. *in cap. cũ accessiss.* Boss. *in tit. de Principe. nu. 20* Hurtad. *de Priuileg. ad instar Gloss. 15. nu. 24.* & alij. Vt, non habeat locum in eo, qui in pluribus, vnico Priuilegio contentis, est Priuilegiatus: in hoc enim casu contrauenìens Priuilegio in vno, non dicitur amisisse Priuilegium quo ad alia, in quibus paritèr est Priuilegiatus.

54 Limitant tertiò pręcitandi Doctores; Nisi actus, Priuilegio contrariùs, esset eius generis, quod in eo, alia pręsumptio quam renutiationis priuilegij, cedere possit: tunc enim amittetur Priuilegiũ. vt v. g. si Canonici habent de certo numero Canonicorum; alium Canonicum, de mandato Papę, suprà numerum recipiant: In hoc casu cadit pręsumptio obedientię, ac proindè ex hoc casu non dicetur Priuilegium amisum. Ita Anton. *in cap. accedentib col. 2. de Priuileg.* Iason. & Elasd *in leg. final. C. de const. Princip.* Decius, *cons. 308. in cas. 11.* Verall. *decis. 377. sect. 11.* & alij.

55 Vndè, quando quis, mandato Superioris facit actum, contrarium Priuilegio, non amittit illud, docent Alexand. *cons. 33. lib. 5.* Purpur. *cons. 483. nu. 13.* & alij. Hoc intelligendum est, quando coactè, seù inuitò fuisset contrauentum Priuilegio. Ita Hostiens. Io. Andr. & Decius, *in cap. si de terra de Priuilegijs.* Tapia. *in commend. ad leg. final ff. de princip. & pa. 2. cap. 2. nu. 12.* & alii. Dicitur autem quis coactè, seù inuiò contrauenire, quando expressè à Superiore compellitur, vt dicunt Bartol. *in leg. credit. & leg. final ff. de solut.* Ripa, *in cap. cum M. ferrarens. n. 23. de cõst.* Decius, *decis. 407. nu 3.* & alij. Secùs dicẽdũ est, si mandato Superioris, per viã iuris procedẽtis, nec Priuilegiatus alleget Priuilegium. vt dicunt Angelus, & Palaus de Castro *in leg. 2. ff. de iudic.* Tapia, *n. 14.* Bald. *in leg. parentes C. de test lib.* Salycet *in leg. liberorum eodem. tit.* & alij.

56 Limitant quartò Doctores citãdi: Nisi Priuilegium reciperet nõ solùm fauorẽ Priuilegiati, sed etiam alterius, in cuius pręiudicium non potest Priuilegiarius renuntiare suo Priuilegio per actum contrarium, factum contrà Priuilegium, *cap.*

cap. cum tempore de arbit. cap. 2. de rest. tit. integra. cap. cum olim. de Priuileg lib. 6. Soccinus, *in cap. accedent.* vbi Felinus, *nu* 28. & Decius, *nu.* 84. *de Priuileg. & alij* communitèr

57 Tũc autẽ dicitur Priuilegiarius, q̃ non potest renuntiare suo priuilegio, quãdõ Priuilegium concessum est primariò, ac principalitèr ad bonum cõmune. *leg. ius publicum ff. de pact. & cap. si diligenti de foro competent.* Cuiusmodi est Priuilegiũ Canonis, & fori concessum persons Ecclesiasticis. Item quando concessum est in fauorem plurium: sed cõmodũ vnius non est separabilè a commodo alterius. Vndè filiꝰ familias nõ põt renũtiare Priuilegio Macedoneo, quo liberatur ab obligatione, soluendi mutuo accepta quia hoc Priuilegium verget etiam in cõmodum, & vtilitatẽ parentum: Ita Azorius. *part. 1. lib. 5 cap. 22. quęst.* 10. Salas, *de leg. disp 17. sect. 2. nu.* 25. & alij.

58 Limitãt quinto aliqui: Nisi Priuilegio ad esset clausula Decreti irritantis, facta contra Priuilegium. Ita Archid. Io. Andr. & Gemin *in cap cum de benef. de pręebend. in 6.* Rota, *decis. 3. de Priuileg antiq.* Claud. Soyl. *in leg final. ff. de concess. princip. lin. 3* Tapia. ibidem *p. 2. cap 2. nu. 23.* Martin Laud. *in tract de Priuileg. & rescrip quaest.* 84. Hurtad. *de Priuileg. adinstar Gloss 15 nu. 32.* Menoch. *de pręsump. lib. 6 pręsump. 41. nu. 10.* & alij.

59 Limitant sextò cõmunitèr: Vt non procedat in priuilegio, consuetudine quęsito Hoc enim per vnum actum cõtrarium non amittitur, sed plures actus requirũtur. Ita Innocẽt. & alij Canonistę *in cap. accedentibus, de Priuileg. & cap. cũ accessissent de constit.* vbi Felinus, *nu.* 30. Menoch. *de praesump. lib. 6. pręsump.* 47. *nu.* 13. & alij Quorum ratio est: quia cõsuetudini non censetur vno actu cõtrario, immo nec bina cõtrafactione, derogatum Priuilegium docet Glossa, *in leg. nemò aliena. § temporal ff de reg. iur.* Quã sententiam sequuntur Card. *cons.* 131. *in cap. videndum est primò in fine* Panormit. *cons. 94 in cap. videtur in fine* & alij: Ergo neque etiam derogatum censetur Priuilegio, consuetudine acquisito. Hoc autẽ limitat Panormit. *in cap pro illorum. not. vlt.* vt nõ procedat, quando actus cõtrauentionis esset factus collegialitèr: tunc enim & illo vnico actu, censetur derogatum consuetudini. Et ita dicunt Anton. de Brut. *in repert. cap final. col. 11. vers. sed est dubium. an vnico actu de consuetud.* Felinus, *in cap. cum accessissent. col.* 15. *limit.* 8. *de const.* & alij.

60 Hanc verò limitationem non approbat Merolla, *in 3. to. disp. 6. cap. 7. nu* 63. quia ad omissionem Priuilegij, non est attendendum, An sit requisitum immediatè per concessionem Principis, vel per consuetudinem: hi enim duo modi acquirendi, non diuersificant rationem, seù essentiam Priuilegii. Sicùt eiusdem rationis est dominium, siuè acquisitum siuè pręscriptione, siuè alijs modis Sed sectandum est naturam ipsius Priuilegij; An scilicèt habeat actum momentaneũ, & irreiterabilẽ, vel successiuum reiterabilem: nam si habet actum momẽtaneũ, vnico actu contrario amittitur, propter rationem supra assignatam. Secùs verò si habet actum successiuum.

61 Limitant septimò aliqui: Quãdo actus, cõtrarius Priuilegio, nõ habuisset effectũ Ita Cardon. *in Clement. saepe. § si tamen quaest. 2. vers. nec per actum imperfectum. de verb signific.* Anton. *in cap. pastoral. col 4. vers. sed est dubiũ de cauſ. poss. & proport.* Felin. *in cap. cum accessiss. de const.* & alij.

Quid dicendum est de Priuilegijs, quę habent actum successiuum, & reiterabilem?

62 RESpondeo: quod per actũ, contrariũ Priuilegio, amitti quidẽ Priuilegiũ seù potiùs fructũ Priuilegii, quò ad pręsentem actũ, vel causã, de qua tractatur, propter solam tacitam renuntiationem, absque titulo contrarię pręscriptionis: numquã tamèn amitti, quò ad vsũ futuri temporis, seu quò ad totam facultatem, & substantiam Priuilegii, per solã tacitã renuntiationem sed necesse est, vt legitima pręscriptio contrà Priuilegium intercedat. Exempli gratia, qui habet Priuilegium non soluẽdi tributa, licèt sępiùs illa soluat, si non continnauit per legitimum tempus, quamuis pręiudicet sibi insolutis, non tamen insoluendis in futurum Ratio est: quia per solam cõtrauentionem, non censetur quis renuntiare Priuilegio, nisi in eo, in quo venit contrà Priuilegium: sed per aliquẽ actũ, seù vsum contrarium, non venit quis contrà totum Priuilegium in se, ac totã facultatem suam, etiam pro futuris tẽporibus: sed tantum hic, & nunc, & in tali materia; Ergo non debet ampliùs extẽdi renuntiatio, nec est vnde maior pręsumatur; Nam quando in actu, contrario

Pri-

Priuilegio, potest cadere alia præsumptio, quam renuntiationis totius Priuilegii, non est talis renuntiatio præsumenda: Cum in dubio, non censeatur renuntiatum Priuilegio: vt bene dicunt Felin. *in capit. cum accessissem de const. num.* 19. vbi Dec. *col. penul. v. & hoc cõprobat.* Menoch. *de præs lib. 6 præs.* 41. Teral. *dec.* 377. Crauet *cõs.* 21. *n.* 14. Merol. *to.* 3. *disp* 6. *cap.* 7. *n.* 66. Gregor. Lopez, *lib.* 24. *tit* 18. *p.* 3. & alii. Quia talis præsumptio est odiosa, & restringenda.

63 Vndè ait Lopez: etiã modicã presũptionẽ sufficere, vt non cẽseatur renuntiatũ Priuilegiũ. At verò in vnũ actum, cõtrariũ Priuilegio, optimè cadit præsũptio, absq; renũtiatione totius Priuilegij, in se, & pro toto tẽpore futuro: scilicet, renuntiatio proprij fauoris in hoc negotio particulari, vel in gratiam talis personæ, vel ad finiendũ, vel vitãdũ hãc litẽ. Ergo immeritò, & sine fundamẽto extenditur præsũptio ad renuntiationem totius Priuilegij.

64 Si verò sermo sit de amissione Priuilegij non secundùm totam facultatem, sed totum quò ad præsentem materiam, circà quam versatur vsus, contrarius priuilegio, semel factus: sic verum quidem est, amitti per vnum actum contrarium in Priuilegijs priuatarum personarum. Et idem dicendum est, proportione seruata, in Priuilegio, concesso Communitati: vt constat ex Innocentio, *in cap. accedent. de priuileg* vbi ait: Monasterium, habens Priuilegium non soluendi decimas, si soluat illas semel, aut iterum ex communi consensu Conuentus, non amittere Priuilegium, scilicèt, in se: quia præsumitur, id agere ad uitandam litem, quod est laudabile. Et ita, quo ad illam solutionem, valeat actus; & consequentèr renuntiatio Priuilegij, quo ad solutum, licèt non quo ad soluendum futurum.

65 Dixi: *Excommun. consensu conuentus* nam si particularis Monacus eam solutionem faciat, non præiudicat Monasterio, neque in soluto, vt dicunt Innocent. Soccin. & alij *in cap. accedentibus, de Priuileg.* Panorm. *in cap. pro illorum, de præbẽd.* Bald. *in capit plerumq; n.* 9 *de rescrip.* Bart. *in leg.* 2. *C. debis, qui spont. mun. sub lib.* 10 *& leg.* 2 *ff. de Priuileg. reseru.* & alij.

66 Limitatur primò hæc communis opinio: Nisi illa vna controuentio, facta per vnum actum, contrarium Priuilegio, esset vniuersalis, quò ad omnes actus: seù ab actu, in quo quis contrauenit, cęteri actus dependerent: tunc enim per illum actum cõtrarium amitteret Priuilegium, etiam quo ad totam facultatem, & substantiam Priuilegii. Vt si habens Priuilegium exemptionis gabellarum solutione, pateretur se describi in Libro communis externi, & catasti: idest, in Libro eorum, qui tenentur soluere; & non appellaret: amitteret in totum, Priuilegium: quia huiusmodi contrauentio est actus vniuersalis, à quo cæteri dependent, respicientes etiam ad futuras solutiones: & ita præsumitur renuntiare in totum Priuilegio. Ita Cyn. & alij, *in leg. voluntariæ. C. de excusat. tut.* Innocent. *in capit. accedentibus in fine, de Priuileg.* Bartol. *in leg.* 1. *C. de bis qui spontan. muri sub. & in leg secund in fine ff de decur.* Angelus, *in leg.* 1. § *si quis tutor ff. quartò appellat. fit.* Panormitanus, Felinus, Decius, & alij, *in capit cum accessissent de constit.* Baldus, *in capit. plerumque de rescrip.* Roman. *consil.* 252. *in fine.* Alexand *consil.* 190. Menoch. *de præsump lib.* 6. *præsump.* 41 *numer quar.* Cardinal. Tuscus, *tom.* 6. *litter P conclus.* 756. *numer. nono.* Hurtadus de Mendoz. *de Priuileg. ad instar Gloss.* 15 *num. vigesim. tert.* Tapia, *in comment. ad leg. final. ff. de constit. princip. part. secund. capit. secund. numer. tert.* Surdus, *consil.* 419. *num* 9. *volum.* 3. Moneta, *de commun. vltim. volunt capit.* 8. *n.* 923. Alciat. *resp.* 16. *nu* 13. *lib.* 4 & alij.

67 Exemptus verò collectis, & alijs gabellis, aut grauaminibus: sciens, & prudens patitur se describi in libro eorum, qui tenentur soluere collectas, vel subire grauamina; põt interponere Appellationẽ intrà spaciũ vnius anni, ait Bartol. *in leg. soma, § fieri ff. de cõst.* Iason. *in leg falsa C. de diuersis rescr.* Alex. *cõs.* 101. *col.* 7. & alij.

68 Limitatur secundò: Nisi actus contrarius priuilegio, factus fuisset coactè, seù per vim, vel motum grauem incursum: in tali .n. casu nõ censetur renũtiatũ Priuilegium, et quoad illã materiã, circã quã versatur actus: ac proindè, neque illo actu Priuilegiarius sibi pręiudicat, quarè solum poterit repetere, vt dicunt Baldus, *in leg. final. nu.* 11. *versicul. sed quid si iste Priuilegiarius ff. de constit. princip.* Menoch. *de præsump. lib.* 1. *præsump.* 41. *num.* 14. & alij. Nec requiritur, vt protestetur, se inuoluntarie soluere, vt ait Bellamera, *in tractat. de charit. subs. quæst.* 6. ibi. Quod si imunis à solutione decimarũ eas soluit, coactus à Collectore, nullũ sibi

ea solutio, preiudicium affert: etiam si soluens, protestatus non est, quod coactè soluat.

69 Ex his deducitur, quod habens Priuilegium non ieiunandi, si postea ieiunet, non amittit Priuilegium. Ratio est: quia homo non potest sibi legem imponere, quę ex potestate Iurisdictionis procedat: vt Vasquez *in 1.2. disp. 98. capit. 3. num. 7. & tom. 4 in 3 part. quæst. 94. artic. 2. dub 3. nu. 3.* & Suarez, *to. 2. de Relig. lib 5 de Voto cap. 3. in fine.* Et per se notum est, quia non habet iurisdictionem in seipsum: ergo exemptus per Priuilegium à lege ieiunij, vel recitandi diuinum Officium, aut soluendi tributum, quę procedunt ex potestate Iurisdictionis, vt patet, non potest iterum eam obligationem imponere; & consequentèr quantumuis Officium recitet, vel ieiunet, &c. animo subijciendi se obligationi legis, non ideò dicetur facere actum, formalitèr contrarium priuilegio: ac proindè per hos actus, non amittit Priuilegium.

Dubitatur: Quantum tempus necessarium sit, vt amittatur Priuilegium per contrarium actum?

70 PRima opinio ait: Requiri continuatum actum, per spatium triginta annorum. Vndè qui habet immunitatem à tributis, seu gabellis: si per annos triginta soluit, amittit Priuilegium: ac proindè potest cogi in posterum soluere. Ita Guid. Papa, *decis. 287. num 1.* Ludouicus Penna, *in leg. 1. in fine. C. de his, quæ spont. muri publ. sub lib.* 10 Alexand. *consil. 43 in cap ponderatis lib 5.* Decius, *cons. 496 in capit. in causa* Hurtadus, *de mendoz. in tract. de Priuileg. ad instar Gloß. 15. nu. 3.* & alij.

71 Secunda opinio ait: illud tempus requiri; quod ad prescribendas res immobiles, sit sufficiens: hoc autem tempus est decem annorum intèr pręsentes, & viginti intèr absentes. Ita Suarez, *lib. 8. de leg. capit. 35. numero secundo*, qui addit cum alijs: in Ecclesijs, & Monasterijs, vt alia priuilegia amittantur, maius tempus necessarium, ex speciali dispositione iuris. Quod autem sit hoc tempus, non consentiunt Doctores.

72 Nam aliqui existimant, sufficere tempus triginta annorum: quia ita significatur, *in capit. accidentibus eod. titul.* vbi si fiat mentio quadraginta annorum, dicunt, id euenire, quia ita in illo facto contingit: & ideò narratum fuit, nō quia necessarium.

73 Alij verò communitèr tenent: requiri tempus quadraginta annorum iuxta *dict. cap. accidentibus*, & docent Gloss. *in dict. capit. accidentibus*, vbi Hostiens. Io. Andr. Panormitanus, Felin. & alij, *in cap. illud de præsumptione*, vbi expressè dicunt Contrà Ecclesias minorem prescriptionem, quam quadragennalem non admitti. Et in specie, de prescriptione contrà Priuilegia Ecclesiarum, ita statutum fuisse, *in dict. capit. accidentib. de Priuileg.* fatetur Suarez, *lib 8 capit. 33 num 9.* Vndè dicunt Gloss. & alij Doctores allegati, illud ius, *capit si de terra*, fuisse correptum *per d. capit. accidentib.*

An Priuilegium amittatur per abusum? Dub. 7.

74 AFfirmatiuè respondent Doctores cōmunitèr, tam Iuristę, & Canonistę, quam Theologi. Vndè ex illa sententia Simplicij Papę: Priuilegium meretur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate. vbi *disp. 74 Ca. Priuilegium 11. quæst. 3.* qua etiam vtitur Innocentius III. *in capit. licet, de regul. & in capit. vt Priuilegia, de Priuileg. & in capit. contingit il. 2 de sentent. excommun.* Hęc autem regula generalitèr intelligenda est de quocumque abusu Priuilegij. Tùm quia ita communiter videtur à Doctoribus intelligi. Tùm etiam, quia verba iuris sunt absoluta, & ideò non debent à nobis limitari. Tùm maximè quia de omnibus illis modis possunt in iure exempla inueniri: nam *in capit vbi distinct. 54.* loquitur expressè de primo abusu per excessum, vtendo potestate ordinandi, cogendo subditum, vt ordinetur. Et similis abusus est, negare licentiam, transeundi ad Religionem striciorem, legitimè illam postulanti: de quo est sermo, *in dict. cap. licet de relig.* At verò, *cap. contingit. il. 2. de sentent. excommun.* apertè loquitur de abusu occasionali, qui committitur, quando occasione *Priuilegij*, sumitur licentia peccandi, & euadendi iustas pęnas. Et de eodem abusu, videtur loqui *capit. vltim. de immunitat. Ecclesiastica,*

De-

Denique in *cap. recolantes, de test.* Monach sermo esse videtur de abusu contra finem, & fundamentum Priuilegij. Et ad idem Canones, qui Clericos coniugatos, laicè viuẽtes, priuãt Priuilegio clericali. *vt cap. ex parte de Cler. coniung. & cap. cum eod. tit. in 6* Et in Tridentino. *sess. 23. cap. 6. de reformat.* Ratio verò omnium est: nam quilibet ex dictis abusibus, culpabilis est, & Priuilegio iniuriosus, & ideo priuatio Priuilegij meritò illi correspondet.

75 Non tamen amissionem Priuilegii proptèr abusum, sequi ex natura rei: sed ex quadam pœna illius abusus. Et ideò dicunt communitèr Doctores, fieri tantùm ex iuris dispositione, sub quo includunt sententiam Iudicis vel actionẽ Superioris: quę secũdum ius debet esse, & dispositionem ipsiusmèt Priuilegii, in quo interdũ additur clausula: vt, proptèr talem, vel talẽ abusum perdatur. Et hinc fit, cum hęc amissio sit pœnalis, attendenda esse verba legis, vel rescripti, ad iudicandum. An per talem abusum amittatur ipso facto Priuilegium: vel solùm veniat quis Priuilegio priuandus? Nã si verba non continet satis expressè sententiam, ipso iure latã; nõ amittitur ipso facto: iuxtà regulam legis pœnalis; & legis irritantis, de quibus egimus in *Tract. 1. cap. 6. dub. 1. & 2.* Et si verba regulę huius dubij 7. prècisè expectetur, effectus hic non sequitur ipso facto: quia solum dicunt, *Meretur amittere.* At qui meretur, non statim habet, quod meretur. Idemque erit etiam, si lex dicat: *Priuetur, vel careat Priuilegio: vt in cap. 1. de postul. Prælat. & cap. vt Priuilegio, de Priuilegijs.* ipso facto incurretur, & *cap. cum inuncti. §. vltim. de elect.* Hoc modo ait Glossa, *in cap. vlt. de vita, & honest. cleric. verbo cum facto.* ibi amitti Priuilegium ipso facto. In hoc tamen casu, quando hęc priuatio est pœnalis, & inducitur ipso facto. Neque statim amitti Priuilegiũ, sed adhuc requiri sententiã Iudicis, declaratoriam criminis: iuxtà doctrinam traditã de lege pœnal *Tract. 1. cap. 6. dub. 4.* Et colligitur ex *lege eius, qui delatorem,* vbi Bald. *not. ff. de iure fisci* Et docent Innocent. *in cap. 1. nu. 10. vers. dãnetur quo tempore. sed feud sinè culpa nõ amittit.* Afflictus. *in const. Regni in cap. Vsurariorũ nu. 16* Felin. *in cap. Rodulph. nu. 35. de rescrip.* & latissimè Tiraquellus, *in leg. si unquam, verbo Veneratur. nu. 400.* & alii. Et quamuis incurrat quis ipso iure amissionem Priuilegii: hoc tamèn intelligẽdum est, volente Domino; vt dicunt Bald. *in leg. final. nu. 5 in fine. C. de reuocat. donat* Imola, *in cap. vlt. de donat. & cap. 2. de feud. nu. 16. circa mediũ* Pręposit. *in cap 1. quo tempore, mil.* Iason, *in leg. 2. n. 6. & 23. C. de iure Emphiteut.* Decius *in rubric. C. de secund. nupt.* Alexand. *cons. 19 nu. 24. vol. 1.* Tapia, *d. cap. 2. nu. 16.* & communem dicit Vilalobos. *lib. can. opin. lit. C in princip.* & alij. Hinc est, quod ipso iure amittitur, intelligitur tamèn, Domino volente: vt inquit Speculator. *tit. de feud §. quoniàm. vers. vigesimo septimò nu. 49.* & Prępositus. *in cap. 1. de cap. corrad.* Cuius rei magna vtilitas est: nam licèt, quod ipso iure sit priuatus: tamen, si Dominus in vita non declarauit, non potest ab Hærede fieri hæc declaratio, tàm in Donatione, quàm in feudo: non enim potest Hæres, ob ingratitudinem commissam in vita Donantis reuocare Donationem. *l. vlt. C. de reuocat. Donat. & cap. vlt. eod. tit.* & magis communem appellat Iulius Clarus, §. *Donatio. quęst. 23. nu. 10.*

TRACTATVS TERTIVS

DE VITIIS, ET PECCATIS.

De Peccatis in genere, & Peccato Originali. CAP. I.

Quid est Peccatum? Dub. 1.

1 PECCATVM, est dictū, vel factum, vel concupitum cōtrà legē Dei æternam. Ita D. Augustinus, *lib. 1. cōtrà Faustum. cap. 27.* Magister, in 3. *dist.* 25. D. Thomas, 1. 2. *quæst.* 71. *art.* 6. Sanchez, *lib. 1. sum. cap. 1. nu. 1.* & alij.

Quomodò diuiditur Peccatum? Dub. 2.

2 PEcccatum primò diuiditur in Personale, & Originale. Personale est illud, quod vnusquisque propria volūtate cōmittit. Originale verò dicitur, quod contrahimus in prima nostra origine, seu in conceptione. Merolla, *to. 1. disp. 2. cap. 2. nu. 1.*

3 Secundò diuiditur Peccatū Personale, in Actuale, & Habituale. Actuale dicitur, quod quis propria voluntate actu committit. Habituale verò dicitur illud, à quo, transacto actu peccati, denominatur Homo Peccator, seù esse in statu Peccati: Ita Merolla, *to. 1. disp. 2. cap. 2. nu. 2.*

4 Tertio. Peccatum personale, (siuè sit actuale, siuè habituale) diuiditur in Mortale, & Veniale. Mortale est, quod mortem animę affert: quia scilicèt, auertit à Deo, amicitiam eius dissoluens, & ęterna pœna dignū est. Veniale verò est, quod nec mortem animę affert, eo quod amicitiam cū Deo nō dissoluat, nec eterna pœna dignū est, per se loquendo: sed tātùm temporali Dixi: *Per se loquendo:* nā aliquandò per accidens punitur Veniale ęterna pœna in Inferno: Hoc autem cōtingit, quando quis moritur in peccato mortali, & veniali: hic enim punietur per totam AEternitatem; non solum ex pœna, quę correspōdet mortali; sed etiā veniali: vt ait Diu. Thomas, 1. 2. *quæst.* 87. *art.* 5. *ad* 2. & communitèr.

5 Quarto: Peccatū personale, siuè mortale, siuè veniale, diuiditur in Cōmissionem, & Omissionē. Ratio huius diuisionis est: nā peccatū est transgressio legis. Hęc autem transgressio duobus modis fieri potest. Primo, cōmittendo aliquid, quod prohibetur in lege. Secundò, omittendo aliquid, quod pręcipitur à lege. Quarè Commissio opponitur Pręcepto Negatiuo: Omissio verò Affirmatiuo vt ait Diu. Thomas. 2. 2. *quęst.* 79. *art.* 3. *ad* 3. & communitèr.

6 Quinto: diuiditur Peccatū in id, quod fit ex Ignorantia, ex passione, seù in infirmitate: & ex Malitia. Peccatum ex Ignorantia dicitur illud, quod ab ignorantia vincibili, tanquam à causa per accidens, procedit. Peccatū ex Passione est illud, quod oritur ex motione appetitus sensitiui, trahentis volūtatem ad consensū, ac proindè diminuentis libertatem eius. Peccatum verò ex Malitia est, quod sciētèr, & absque passione implēte, ex plena libertate, & voluntate committitur. Inter hęc tria Peccatorum genera, grauissimum est Peccatum ex Malitia: quia maximè liberum, ac voluntarium est; & fit cum maiori contemptu, Merolla, *to. 1. disp. 2. c. 2. dub. vnic. nu.* 31. 34. 37. & 38.

7 Sextò diuiditur Peccatum personale, siuè mortale, siuè veniale, in peccatum Cordis, Oris, & Operis. Peccatum Cordis, propriè loquendo, dicitur illud, quod consummatur in corde, seù affectu volūtatis, vt, odium. Peccatum Oris est, quod consummatur in ore: vt, blasphemia. Peccatum Operis, quod in externo cōsūmatur: vt homicidium, furtum. &c. Dixi: *Per se loquendo.* nam aliquandò peccatum Cordis appellari solet quodlibet peccatum internum, quāuis ex natura sua non consummetur in interiori: vt est voluntas occidendi, furandi

rañdi vel aliquod aliud peccatum commictẽdi, Merolla *to.1.disp.2. cap.2 nu 39.*

Quid est Peccatum Originale? Dub.3.

8 PEccatum Originale, est priuatio iustitię, & Sanctitatis, debitę in esse singulis, ex pacto facto a Deo cum Adamo. Ita Bonacina, *de peccat disp. 2. quæst. 1. pu.2. nu 4.* Cuius ratio est. quia Peccatum Originale consistit in priuatione illius perfectionis, quę debita fuit hominibus, ex pacto Dei cũ Adamo inito: sed perfectio, hominibus debita ex pacto Dei cum Adamo inito, erat gratia sanctificans, cum qua cęterę perfectiones Iustitię Originalis simul transfusę fuissent, tanquam effectus adiuncti Sanctitati, & gratię: ergo Peccatum Originale consistit in priuatione iustitię & sanctitatis, debitę &c. Dicitur Peccatum Originale, quia in prima nostra origine, seu conceptione, illud contrahimus: vt est cõmunis conclusio Catholicorum, & est de fide definita in Concilio Mileuitano *can.2.* Arausic.2.*can.* & in Tridentino *sect. 5 in decret de Peccat. Origin.* Dicitur etiã Peccatum Originale: quia ab ipso reliqua peccata originem aliqua ratione trahũt Meroll. *to.1.disp.2.cap.2.n.4* & alij.

Qui nam cõtrahunt Peccatum Originale? Dub.4.

9 REspondeo, omnes homines, siuè sint fidelium, siuè infidelium filij: Nisi aliquis peculiari Priuilegio ab hoc vere eximatur. Sicut fuit Beatissima Virgo Maria, quę de facto non contraxit peccatum Originale. Ratio est: quia Deus potuit pręseruare Beatissimam Virginẽ ab Originali peccato. Quamuis enim Deus cum Adamo pactum inierit, priuandi posteros gratia Originali, peccãte Adamo: nihilominus, ob tale pactum, non fuit exclusa voluntas absoluta Dei, quin potuerit aliquam creaturam peculiari quodam priuilegio, ab onere contrahendi peccatum Originale, eximere, Cum ergò Deus potuerit pręseruare Beatissimã Virginem ab Originali peccato: immò Deum decuerit, illam pręseruare; cum ipsa in Matrem Dei eligẽda esset, & Angelis pręferenda: dicendum est, Beatissimam Virginem de facto pręseruatam fuisse ab Originali peccato: & consequentèr in instanti suę Conceptionis Sanctam fuisse. Tùm quia, communi fidelium consensu, celebratur Conceptionis dies festus, ad cuius solemnitatẽ celebrandam nos inuitant Summorum Pontificũ rescripta; vt patet ex Sixto IV. in Extrauag. quę incipit: *Pręexcelsa omnes fideles ad huius diei solemnitatem celebrandam &c.* quam Extrauagantem comprobauit Pius V. & Concilium Tridentinũ *sess.5.* Quamobrem, Beatissimã Virginem sinè Originali peccato cõceptam fuisse, posset tanquàm dogma de fide à Summo Pontifice definiri: quamquàm non dum est definitum. Immò lata est Excommunicationis sententia cõtra eos, qui alterutram Opinionem dixerit hęresim, aut temerariam: vt patet ex Constitutione Sixti IV. Pii V. quę incipit: *Sanctissimus Dominus noster.* &c. & Gregorij XV. quę incipit: *Sãctissimus Dominus &c.* Vrbani VIII. quæ incipit *Sedulo incumbens.* Et hanc opinionem affirmat doctissimus, ac subtilissimus Doctor ex nostra Franciscana familia Scotus, *in 4. sent. dist. 7. de Concep.* Et ita Marsilius, *in 2. quæst. 20 tract. 3. & in 3. quæst. 4 art. 1.* Curiel. *in. 1.2 quæst. 81 ar. 3* Beccanus, *to.2. Theol scolast. tract. 2. cap 9. quæst. 10. nu 6.* Bellarmin, *lib. 4. de stat. peccat. disp 3 sec. 5* Vega, *lib 2 in Trident. 6* Turrianus, *in expos. ad Romanos cap. 3. §. quid ergo pręcellamus.* Vasquez. *to.2. ad 3. part. disp. 116. & in 1.2. disp. 130. cap. 1 nu. 4. in fine.* Azorius, *pa.1. lib. 4. cap. 35. & part. 2. lib. 1. cap. 21.* Suarez, *to.1. de Relig. cap. 8. nu. 2.* Henriquez, *lib. 3. cap 11. nu. 3.* Martinus de Rio *disquis. magie. lib. 4. cap. 1. quæst. 3 sect. 9* Rodoriquez, *to.1. qq Regul. quæst. 51.* Comitol. *lib. 1. respon. moral. quæst 4.* Barbosa, *in remissionibus, ad Cõcil. Trident. sess. 5* Nal[illegible]us. *V. Marię Conceptio.* Reginaldus, *lib. 2. cap. 8 nu. 2.* & multi alij cum Bonacina, *de præcep. disp. 2. quæst. 1. pu. 4. nu. 3.*

Quas nã penas patiantur, qui cũ solo Originali peccato decidunt? Dub. 5.

10 NOtandum est priùs, hanc quæstionem agitari posse de triplici pœna Primò de pœna Damni, quę consistit in omissione vitæ æternæ. Secundò de pœna Sensus, quæ infligitur ab ignæ infernali. Tertiò de quouis alio dolore, seu tristitia animę.

11 Quod attinet ad pœnã Damni. Pueri cũ solo Originali peccato decedẽtes, puniũtur pœna damni. Ratio est, quia nõ sunt baptizati, vt suppono; alioquin nõ diceretur decedere cũ Originali peccato: cũ Originale peccatũ p Baptismũ deleatur: ergò

non

non possunt ingredi Regnum Dei,& frui beatifica visione : iuxtà illud Ioannis. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua , & Spiritu Sancto, non potest intrare in Regnũ Dei.* Ergò puniuntur pœna Damni, quę consistit in priuatione Visionis Beatificę. Tùm quia inimici Dei, indigni sunt Visione beatifica. Sed pueri, decedentes cum peccato Originali, sunt inimici Dei: cum peccatum Originale veram habeat peccati rationem,& efficit homines filios iræ: ergo pueri, decedentes cum peccato Originali, indigni sunt Visione beatifica. Consequenter puniendi sunt pœna Damni : quæ consistit in priuatione Visionis beatificæ. Ita communitèr Doctores.

12 Quod vero spectat ad pœnam Sensus : Prima opinio, ait Paruulos in Originali decedentes, puniendos fore in alia vita pœna Sensus: hoc est, Gehenna ignis. Fuit opinio D. Augustini, *in serm. de Baptismo Paruulorum, lib* 5. cōtra Iulianum, *& in Encherydion. ad Laurent. capit.* 23. *& lib* 1 *de peccat merit capit* 19. Verba autem Augustini in omnibus his locis adducit Sixtus Senensis, *lib.* 5. *Bibliotecæ Sanctæ annot.* 137. vbi etiam refert, idem affirmare D. Gregorium, *lib.* 9. *moral. cap.* 16.

13 Secunda opinio , quæ est communis omnium Doctorum, ait: Paruulos, decedentes in Originali, non fore puniendos pœna Sensus, seù ignis in alia vita ; Et ratio est : quia nemo punitur pœna positiua, & sensibili; nisi proptèr peccatum actuale , propria voluntate commissum ; etiam si habeat aliquem defectum habitualem . Non enim punitur à Magistratu, qui caret habitu iustitiæ, aut qui pronus est ad furtum; sed qui reipsa furatur; quamuìs eiusmodi homo proptèr defectum virtutis ; posset reijci ab aliqua dignitate adipiscenda, tamquàm indignus. At peccatum Originale est culpa solum habitualis : sic Infantes, propter id peccatum habitualitèr auuersi à Deo, & habitualitèr proni ad concupiscendum contrà rationem sic reijci possunt , tanquam indigni, ac cælesti beatitudine cōsequenda Non puniri debent supplicio ignis,& Sulphuris, quæ sunt pœnæ sensibiles, ac positiuæ: Tum quia pœna Damni correspondet auuersioni à Deo,& pęna sensus conuersioni ad creaturam: sed decedentes cum solo peccato Originali, nō habent conuersionē ad creaturā, quia neq; habēt neq; vnquā habuerūt in seipsis, peccatum actuale: ergo non sunt puniendi pœna sensus . Ita Scotus, *in* 2. *d.* 33. *quæst* 1. vbi Riccardus, *num.* 3. *quæst.* 1. Durand, *quæst.* 3. Durand. Gabriel, *quæst.* 1. *artic.* 2. *concl.* 1. D. Bonauentura, *artic.* 3. *quæst.* 2. D. Thomas, *in* 2. *d.* 33. *quæst.* 2. *art.* 1. Altisiodorus, *in sum. lib* 2. *tract.* 27. *cap.* 6. Alexander. *par.* 2. *quæst.* 105. *memb.* 10. §. 1 Azorius, *part.* 1. *lib.* 4. *capit.* 33. *quæst.* 1. Vasquez, 1. 2. *disp.* 134. *cap* 3. Bellarm. *lib.* 6. *de amission. gratiæ cap.* 4. Merolla, *tom.* 1. *disp.* 2 *cap.* 3 *num.* 105 & alij communiter.

14 Quod verò spectat ad Dolorem , seù tristitiam animæ; prima opinio ait: Decedentes in Originali, habituros in alia vita tristitiam, aut dolorem de amissa Beatitudine, seù Dei visione : Nam cognitio boni amissi, naturalitèr causat tristitiam: sed paruuli cognoscunt, se amisisse Beatitudinem, ad quam in Adamo prærordinati fuerant: ergo naturalitèr , ac necessariò tristantur. Minor patet: quia, licèt nunc fortasse nesciant , se propter peccatum Originale excludi à Regno Dei ; scient tamen in die Iudicij , quando non solum reipsa excludetur per sentētiam Iudicis : sed etiam videbunt aliquos ex suis parentibus , vel amicis cum Christo in cælum ascendere , & se non posse eos comitari. Sed hoc non videtur, posse fieri sine aliquo dolore,& tristitia. Ita Sotus, *lib.* 1. *de nat. & grat. capit.* 14 Valentia, 1. 2. *disp.* 6 *quæst* 17. *pun.* 4. *vers Et si autem*. Palac. 124 *dict.* 45 *disp.* 1. *&* 2. Bellarmin. *lib* 6 *de amiss. gratiæ capit.* 6 *&* 7. Ouand. *in* 2. *dist.* 33. *propos.* 6. Cuner. *de peccat. Original. cap.* 8.

15 Secunda opinio ait : Paruulos nullam tristitiam , vel dolorem habituros in alia vita, proptèr carentiam Regni Cęlorum, seù Beatitudinis. Et hoc probatur ex argumentis, *num.* 13. factis. Vbi ostendimus paruulos, decedentes in Originali , non fore passuros pœnam Sensus , ea enim æque militant in præsenti : nam tristitia , & dolor de amissa Beatitudine , cum sit quid positiuum, videtur pertinere ad pęnam Sensus, vt benè inquit Vasquez, 1. 2. *disp.* 134 *cap.* 3. *num* 8 & probat fusè Molina, *loco citando*. Confirmatur: quia peccatum Originale , proptèr quod excluduntur à Regno Dei; non consistit in aliquo positiuo: sed priuatio, vt sępè dictum est in superioribus, immò per se non tollit rectitudinem naturalem : nam priuat tantùm donis supernaturalibus: ergo pęna,

na, illi corrispondens, non debet esse positiua, sed priuatiua tantum: hoc est, debet consistere in sola carentia Visionis beatificę. Accedit, quod tristitia de carentia Visionis beatificæ, est maxima omnium pœnarum, quas sentiunt Damnati in Inferno, vt ait Chrisostomus, *homil* 24. *in Matth.* Non est aũt verisimile paruulos affici sũma pęna ꝓ culpa, nõ propria volũtate cõmissa Ita Scot. *in* 2. *dist.* 33. *q.* 1. D. Bonauentura, *ibi nu.* 3. *quæst.* 2. Riccard. *artic.* 3. *quæst.* 1. D. Thomas, *in d.* 33. *quæst.* 5 *de malo, art.* 3. Egid. *in* 2. *d.* 33. *art.* 2. *q.* 2. vbi Durandus, *quæst.* 3. Cort *quæst.* 2. Gabriel. *quæst.* 1. *artic.* 3. *dub.* 3. Catharin. *lib. de statu. futuro puer. sinè Sacram decedẽs*: Beccan. *tom.* 2. *Theolog. Scholast. tract.* 2. *cap.* 9. *quæst.* 12. *num.* 3. Molina, *in prima part. D. Thomę quæst.* 64 *art.* 3. *dub.* 2. Suarez, *tom.* 2. *in* 3. *part. disp.* 57. *sect.* 6. Vasqu. 1. 2. *disp.* 134. *capit.* 3. *num.* 9. Azorius, *par.* 1. *lib.* 4. *cap.* 3. *quæst.* 2 Viguerius, *capit.* 2. *§.* 1. *vers. secundo, & cap.* 18. *§.* 6. Petrus de Aquila, *dist.* 33. Zumel, 1. 2. *quæst* 83. *artic* 4. vbi Salas, *tract.* 13. *disp.* 11 *sect.* 6 *numer.* 83. Angles, *in* 2. *dist.* 33. *diff.* 6. Merol. *to* 1. *disp.* 2. *ca.* 3. *n.* 314. Almain. 3. *moral. ca.* 19. & alij

An Homines in hoc mundo patiantur aliquas pęnas ob peccatum Origininale? Dub. 6.

16 Affirmatiuè respondeo: vt, sunt ægritudines, rebellionem appetitus, & alias ingentes, & innumeras miserias: quas passi non fuissent, si Adam non deliquisset, pactumque, cum Deo initum, non violasset. Ita Sotus, *in* 4. *dist.* 47. *qu.* 1. *artic.* 3. Bonacina, *de leg. disp* 2 *quæst.* 1. *pun* 4. *num.* 9. Azorius, *part.* 1. *lib.* 4. *capit.* 3 Vasquez, *disp.* 134. Suarez, *in* 3. *part. tom.* 2. *disp.* 57. *sect.* 6. *vers. nihilominus*, & alij.

DE PECCATO ACTVALI, Habituali. Cap. II.

Qvid est Peccatum Actuale? Dub. 1.
An omne Peccatum sit malum, quia probibitum sit aliqua lege? Dub. 2.
Quid requiritur ad Peccatum actuale? Dub. 3.
An ad peccatum requiratur consensus? Dub. 4.
Quid consideratur in Peccato? Dub. 5.
Quid sit Peccatum Habituale? Dub. 6.

Quid est Peccatum Actuale? Dub. 1.

1 Vt ait D. Ambrosius, *in lib.* 1. *de Paradiso cap.* 8 & Merolla, *tom.* 1. *disp.* 2 *cap.* 1. *dub.* 1. *num.* 7. Est transgressio diuinæ legis, & inobedientia cęlestium mandatorum.

An omne Peccatum sit malum, eò quod sit prohibitum in lege? Dub. 2.

2 Affirmatiuè respondeo: tam, si loquamur de peccatis contrà præcepta humana, siuè de peccatis contrà pręceptum diuinum, siuè de peccatis contrà legem naturę. Ratio patet: tum inductione: nam edere tempore ieiunij, ideò est malum, quia pręceptum est ieiunium, & prohibitus est tali tempore cibi esus, excepta vnica in die commestione. Item non confiteri antè Communionem est malum: quia iure diuino pręcepta est Cõfessio, habenti cõscientiam peccati Mortalis. Rursus, adulterium, homicidium, vel mendacium, est malum, quia iure naturę prohibetur, & sic de cęteris: ergo omnia peccata sunt mala, quia prohibẽtur aliqua lege. Tum quia omne peccatum, vel est Ommissionis, vel Commissionis: sed peccatum Ommissionis ideò est malum, quia Ommissio est prohibita, & pręceptum est actus positiuus. Peccatum Commissionis, ideò est malum, quia aliquis actus exercetur contra legem, prohibentem talem actum: ergo peccatum est malum, quia prohibitum est aliquo iure humano, vel diuino, vel naturali. Sic D. Bonauentura, *in* 2 *dis.* 35 *in* 4. *dub.* Vasquez, 1. 2. *disp.* 77. *cap.* 1. *num* 2. *disp.* 97 *quæst.* 2. Bonacina, *de leg disp.* 2 *quæst.* 2 *pun.* 1 *num.* 2 & alii communitèr

Quid requiritur ad Peccatum Actuale? Dub. 3.

3 Notandum est priùs: in Voluntate triplicem reperiri motum, qui, quamuis variè appellari, & explicari soleat: meliùs tamen Almain. *tract.* 3. *moral. cap* 24. & Petrus Sotus, *de instant. Sacerd. tract. de discriminib. peccat. lect.* 8. sic explicant, Quidam est primò Primus, qui ita celer est, vt nullo pacto sit in hominis potestate, illum cohibere: & hic nullo modo est liber, nec in hoc aliqua culpa reperiri potest. Alius est Secundò Primus, qui impediri, & cohiberi potuit, sed sub tenui liber-

libertate; & in hoc motu culpa mortalis inueniri non potest, quia in præsenti liber est: benè tamen culpa venialis; cùm aliquali libertate gaudeat. Alius est perfectus, & deliberatus, ac plenè liber, qui ex ratione dirigente, & voluntate omnino libera procedit: & in hoc inuenitur plena ratio culpæ mortalis.

2 His positis respondeo; Vt aliquid sit Mortale, non esse necessariam plenam considerationem malitiæ obiecti, quatenus mortalis est: sed sufficere considerationem, seu aduertentiam malitiæ in vniuersum: si nulla facta examinatione sufficienti, qua meritò quis sibi probabiliter persuadeat, illud non esse mortale, homo id prosequatur. Ratio est: quia, qui sciens aliquid esse malum, illud prosequitur, exponit se manifesto periculo peccati mortalis: & virtualiter vult illud obiectum, malitia etiam mortali affectū. Idem dicendum est, quando iudicio dubio aliquod apparet malū: quia militat eadem ratio: nam homo se exponit simili periculo peccandi mortaliter. Ita Vasquez, 1. 2. *disp.* 107. *cap.* 3. *in fine* vbi Zumel. *quæst.* 74 *art.* 8. *disp.* 1. Curiel. *art.* 8. *dub.* 1. § 2. *vers. sed inquiri potest.* Sanchez, *lib.* 1 *sum. cap.* 1. *nu.* 9. & *cap.* 56. *nu.* 21 Azorius, *pa.* 1. *lib* 4. *cap.* 5. *quæst.* 4. Bonacina, *de leg. disp.* 2. *quæst.* 2. *pu.* 3. *nu.* 3. Merolla, *to.* 1. *disp.* 2. *cap* 3 *nu.* 104. Reginaldus *lib.* 11. *cap.* 3. *nu.* 32 & *cap.* 15. *nu.* 7. & alii. Non solum est peccatum mortale, quando voluntas plenè, ac perfectè consentit sed etiam quando plenè ac deliberatè eligit esse anceps, an consentiat, vel non, erit autem peccatum mortale contrà illud præceptum, quo ab eo peccato se abstinere tenebatur. *Ratio* est: huiusmodi voluntatis dubium in eo formaliter cōsistit, vt appretiatio delectationis sensitiuæ æqualis sit appretiationi honestatis oppositæ Vndè fit, vt neutra pars præponderet. Sed cum Deum super omnia amore appretiatiuo diligere teneamur, hæc æqualis æstimatio ei amore ad versatur, ac proindè culpa lethalis est. Ita Medina, 1. 2. *q.* 74. *art* 6. *docu.* 5 Sanchez, *lib.* 1 *sum, cap.* 1 *nu.* 16. Merolla, *to.* 1. *disp.* 2. *cap.* 7. *nu* 105. & alij.

An ad Peccatum requiratur consensus?
Dub. 4.

6 Affirmatiuè respondēt communitèr Doctores Quorum ratio est: quia nullum est peccatum, nisi sit voluntariū: sed voluntarium dicitur illud, cui volūtas consensit: ergo nullum est peccatum, nisi adsit consensus Vide Bonacinā. *disp.* 2. *de peccat. quæst.* 2. *pu.* 2. *n.* 15.

7 Vndè Voluntarium, vt ait Merolla. *in* 1. *tom. disp* 1. *dub.* 1. *nu.* 1. est id, quod fit à principio intrinseco, cum notitia eius, quod geritur.

8 Voluntarium duplex est: Directè scilicèt, & Indirectè: Voluntarium Directè dicitur illud, quod est volūtarium in se. Vt si quis occidat hominem, aduertens esse hominem: dicitur homicidiū illud directè voluntarium. Indirectè verò dicitur voluntariū, quod tantū est voluntarium in alio, tanquam in causa, quod solet appellari Volūtarium interpretatiuè: Vt, si quis non adhibita diligentia, an aliquis transeat per viam, aduertens periculum, proiicit lapidem, vel Sagittam, qua interficit transeuntem; dicitur homicidium illud indirectè voluntarium, quia fuit interpretatiuè volitum in illa periculosa emissione sagittæ, vel lapidis. Ita Merolla.

9 Rursùs Voluntarium diuiditur, in Actuale, Virtuale, & Habituale. Dicitur Actuale voluntarium, quando quis aliquid facit, aduertens id, quod agit. Vt si quis occidat hominem, aduertens, esse hominem, dicitur homicidium illud actualitèr voluntarium. Et idem est, si quis non audiat Missam, aduertens esse diem festū. Merolla *nu.* 17. & alij.

10 Virtuale voluntarium dicitur, quādo quis, & vi actus voluntatis præcedentis, aliquid aliud facit, non aduertens tunc id, quod agit. V. G. si ex actu voluntario præcedenti, relictum sit aliquid, tanquam effectus ipsius: & ex eo quis motus, aliquid aliud facit, non aduertens ad id, quod agit; dicitur illud volūtariū virtualitèr. Ex hac ratione, Confessarius, quando absoluit pœnitentem, etiam distractus, & non aduertens id, quod agit, dicitur voluntariè absoluere: quia absoluit ex vi voluntatis antecedentis, quia, ad Confessionem audiendam, voluntarius accessit. Requiritur autem, vt, tempore absolutionis, non sit incapax actus humani: nam si eo tempore, quo absoluit, esset amens: vel dormiret, non esset valida absolutio: quia cum eo tēpore, non sit capax actus humani eliciendi, censetur pro tunc suspensa prior illa voluntas virtualis: & ideò illa absolutio nec in se, nec virtute prioris actus, cēsetur virtualis:

lis: & ideò illa absolutio nec in se, nec virtute prioris actus censetur virtualitèr voluntaria, vt inquiunt Armilla, *verb. confessio sacramentalis nu.* 12. Suarez, *to. 2. de Relig. lib. 3. de orat. voc. incommuni. cap.* 4. *nu.* 18. Vasquez, *to.* 4. *in* 3. *part. vbi de Sacram. Matrim. disp* 5 *cap.* 3. *nu.* 36. Sanchez, *lib.* 4. *sum. cap.* 1. *nu.* 6. Merolla, *to.* 1. *disp.* 1. *cap.* 1. *dub.* 2. *nu.* 18. & alij.

11 Habituale verò voluntarium dicitur, quando quis aliquid facit, ignorans id, quod agit, nequè id facit ex vi alicuius actus voluntatis præcedentis: tamen est ita dispositus, quod, si sciret, ad huc faceret. V. G. si quis volens occidere animal, quod putat esse brutum, casu occidit inimicum suum: quem si cognouisset, ad huc occidisset, dicetur occisio illa inimici voluntaria: non quidem actualitèr, vt patet, quia ignorabat esse inimicũ: neque virtualitèr, quia non fuit ex vi alicuius actus voluntarii præcedentis, influentis in illam: sed tantùm erit habitualitèr voluntaria. Hoc autem voluntarium non sufficit ad peccandum. Ita Merolla, *to* 1 *disp.* 1. *cap.* 1. *dub.* 2. *nu.* 19. & *cap.* 2. *dub.* 19. *nu.* 29. & alij.

Quid consideratur in peccato? Dub. 4.

12 DVo requirũtur in peccato, Materiale scilicèt, & Formale. Materiale peccati, est actus, si loquamur de peccato cõmissionis: Formale verò, est priuatio rectitudinis, debitæ illi actui. Vt in peccato Detractionis, Materiale est ipse actus detractionis: formale verò, est priuatio bonitatis, quę tali actui inesse deberet. Nã posito, quod quis velit, loqui de factis, vel rebus alienis; non debet turpitèr loqui, sed honestè, cum honore, vel saltem sinè lesione famæ, ad quam proximus habet ius. Præterea in peccato Odii in Deum, Materiale est ipse actus Odii: ratio verò formalis est priuatio bonitatis, debitæ tali actui. Si loquamur de peccato Omissionis, ratio formalis peccati Omissionis consistit in priuatione actus debiti. Vnde ratio formalis peccati Omissionis Sacri consistit in priuatione actus, quo quis Missam audire tenebatur. & sic de singulis. Ita Bonacina, *de leg. disp.* 2. *quæst.* 2. *pu.* 2. *nu.* 13. Tolerus, *lib.* 3. *cap.* 3. *nu.* 2. & alii.

Quid sit Peccatum Habituale? Dub. 5.

13 IN hoc non conueniũt Doctores, vndè in varias diuisi sunt sententias. Prima opinio est Bonacinę, *de peccat. quæst.* 2. *pu.* 3 *nu.* 2. & Vasquez, 1. 2. *disp.* 139. *cap.* 5. dicentium: Hoc peccatum Habituale, esse ipsumet peccatum actuale pręteritũ non dum retractatum, neque per contritionem perfectam, neque per aliam mutationem condignam actus, vel habitus. Ex hoc enim actu peccati pręteriti, non retractato, deriuantur (secũdũ hos auctores) quędam denominationes extrinsicę.

Primò, vt homo sit dignus pœna, vel ęterna, si sit mortale: vel temporali, si sit Veniale. Retractato autẽ peccato, sicùt iam nõ dicitur homo manere pollutus sorde peccati, ita etiam non dicitur manere dignus pœna ęterna, vel tota illa temporali, qua anteà dignus erat: nam parte aliqua pœnę ad huc potest dici dignus manere: cum non dum omnino pro illa satisfecit.

Secundò deriuatur, vt anima dicatur manere (conuersa ad creaturam, cuius amore peccauit, & est auersa à Deo, si peccatum fuit mortale) in eodem statu & affectu, quo peccauit. Cumque huius eadem ratio sit in peccatis venialibus, & mortalibus, sequitur, ex veniali etiam manere aliquam maculam peccati, & hominem etiam eo dici aliqua ratione pollutum: nã etiam à peccatis venialibus per pœnitentiam lauari, & mundari dicitur.

Tertiò hac eadem ratione, non solum ex peccato pręterito manet macula, & conuersio in anima per modum habitus in vniuersum; sed etiam peculiari ratione: ita vt, qui occidit, dicatur manere in statu, & macula peccati homicidii, & sic de alijs, iuxtà varietatem peccatorũ actualium magis, aut minus dicatur homo manere pollutus. Et hoc satis colligitur ex eodem principio: nam, cum actu præteriti peccati denominetur quilibet peccator, & pollutus; sequitur, iuxtà varietatem peccatorum, varias etiam esse maculas peccati per modum habitus. Addit tamèn Bonacina, *in nu.* 3. peccatum habituale dicere etiam priuationem gratiæ.

Vndè Bonacina, in Peccatum habituale, esse quamdam maculam, quam post se reliquit peccatum mortale.

14 Hæc sententia non satisfacit, ait Merolla *to.1.disp.2.dub.1.nu.6* quia supracitati Doctores supponunt vnum principium, quod communitèr reijcitur: videlicèt, Contritionem perfectam esse formam santificantem animam, ac formaliter expellentem peccatum mortale: hoc enim est falsum. (vt ostendit Merolla *in 2.de pœn.*) vt virtùs est: & precipuè, est contra Concilium Tridentinum, *sect.6.cap.6.* vbi expresè dicit: Contritionem esse dispositionem ad iustificationem, *&* *cap.4.* definit. Iustificationem, esse translationem à statu peccati ad statum gratię: ergo Contritio non est ipsa forma iustificans: & consequentèr non repugnat, hominem esse in peccato mortali habituali, & esse contritum.

15 Secunda opinio est Scoti, *in 4. dist. 14. quæst.1.§ Dico ergo* Grabiell ibi. *quęst.1.notab.2.* & aliorum, asserentium: Peccatum habituale, seù maculam, à qua homo, transacto actu peccati, dicitur peccator, nihil aliud esse, nisi ordinationem passiuam ad pœnam.

16 Hæc sententia ab omnibus reiicitur, quia peccatum habituale est id, quo formalitèr sumus mali, iniqui, & iniusti habitualitèr: sed ordinatio ad pœnam non est id, quo sumus mali, & iniqui: ergo non est peccatùm habituale: Minor probatur: quia ordinatio ad pœnam, non est culpa, aut iniustitia, sed potius supponit eam Et ita hęc causalis est vera: Quia iste est peccator, seù manet in habituali peccato, & ideò ordinatur ad pœnam, seù manet ordinatus ad pœnam.

17 Tertia opinio est aliorum, asserentium Habitus vitiosus, qui ex prauis actibus acquiritur in hominibus, habere rationem peccati habitualis, & maculæ; donec eorum reatus per pœnitentiam dimittatur. Quare (secundùm hanc opinionem) peccatum habituale est aliquid reale positiuum. Hæc opinio tribuitur à quibusdam recentioribus Ariminensi.

18 Hæc opinio non est vera, vt ait Merolla, *in nu.* 4 Primò, quia non semper post peccatum actuale relinquitur habitus vitiosus, vt si peccatum sit omissionis. Secundò, quia manente peccato habituali, potest habitus vitiosus corrumpi per contrarios actus: sicut per actus Temperantiæ corrumpitur habitus Intemperantiæ: quamùis non adiungatur pœnitentia, necessaria ad remissionem peccati: Tertiò, quia potest remitti peccatum, remanente habitu vitioso.

19 Quarta opinio est aliorũ asserentium: Peccatum habituale nihil aliud esse formalitèr, nisi peccatum actuale pręteritum, & non dum remissum. Quorum ratio est: quia quamdiù non remittitur à Deo peccatum, sempèr dicitur homo peccator, seù esse, ac permanere in peccato. Io. Medina, C. *de pœnit. tract.1. quæst.7 vers. Quid quid sit sit.* Suarez, *to.4. in 3.part disp.9. sect.3 & to.3. de gratia, lib.7.cap.20 nu 7.* Salas, *1.2.tract.13. disp.4 sect.4.* Tannerus, ibi, *disp.4. quæst.4. dub.1. nu.19* & alij. Vnde (secundum hos Doctores) id, à quo formalitèr denominatur quis peccator, transacto actu, non esse aliquid in ipso intrinsicè manens, siuè positiuum, siuè priuatiuũ, sed solam denominationem extrinsecã: Sicut paries denominatur visus, non ab aliquo sibi intrinseco, sed à visione extrinseca, quæ est in homine. hanc autem denominationem appellat Suarez. *d.cap.20.nu.7.* relationem moralem ad actuale peccatum præteritum non remissum. Concedit autem idem Auctor nu.8. de facto, & supposita hominis ordinatione ad finem supernaturalem, maculã peccati mortalis, necessariò includere, tanquã partẽ materialẽ, priuationẽ gratiæ.

20 Neque hæc sententia videtur vera, ait Merolla, *d.cap.2.nu* 8. Quia id, quod in Pueris est peccatũ Originale, fuit in Adã habituale, post quã trãsijt actuale ad Originale in Pueris, est aliquid intrinsecum ipsis: & non sola denominatio extrinseca, sumpta ab actu præterito Adę: vt patet & Concil. Trident. *sect 5. decret. de peccato Origin. cap.3.* vbi definitur: transfundi propagatione ad omnes, & in esse vnicuique proprium Ergò etiam peccatum habituale: in ipso Adam, erat aliquid intrinsecum ipsi: & non sola denominatio extrinseca, sũpta ab eius peccato actuali pręterito. Et consequentèr idẽ erit dicẽdũ de habitualibus in vnoquoque nostrum, relictis ex peccatis actualibus, præteritis. Confirmatur, nam quidquid est in Puero, quod verè, & propriè habet rationem peccati, fuit etiam in Adam: ergo si est in Puero aliquid prętèr denominationem, sumptam ab actu pręterito Adę quod sit inherentèr in ipso, & habeat verè, & propriè ra-

rationem peccati; etiam fuit in Adam: & & consequentèr peccatum habituale non est sola denominatio extrinseca.

21 Quinta opinio est D. Thomæ, 1. 2. *quæst* 86. *art.* 1. & 2. & 3. q 86. *art.* 4. & Thomistarum. Quam sententiam sequũtur Valentia, 1. 2. *disp.* 6. *quæst.* 6 *pu.* 1. Toletus, *tract. de peccat. mortal. cap.* 1 Azorius, *pa.* 1. *lib* 4. *cap.* 24. *quest* 3. *in fine*. Sayrus, *in clau. reg. lib.* 2. *cap.* 5. *nu.* 8. & alij, asserentes: peccatũ habituale, à quo trãsacto actu peccati, dicitur homo formalitèr peccator, nihil aliud esse, nisi priuationem gratiæ. Quorum ratiò est: quia gratia est formalitèr nostra iustitia habitualis, vt constat ex Concil. Trident *sess.* 6. *decret. de iustif. cap.* 7. Ergò priuatio gratiæ est in iustitia bitualis: ergo etiam est peccatum habituale, quo denominamur peccatores, postquam transit actus peccati. Patet ista secunda consequentia: quia peccatũ habituale est iniustitia: & esse peccatorẽ, idem est, quod esse iniustum. Confirmatur: quia communitèr dici solet, peccatum habituale esse priuationem gratiæ Et hac ratione; peccatum Originale (dicunt communitèr Doctores) consistere formalitèr in priuatione gratię At peccatum Originale est habituale: quia (vt diximus in nu. 20.) peccatum originale in pueris, est idem, quod fuit habituale in Adamo.

22 Neque hęc sẽtẽtia mihi omninò probatur. Primò, quia priuatio gratiæ præsupponit habituale peccatum: ergo non cõstituit ipsum, tamquàm eius ratio formalis Antecedẽs probatur: quia hæc causalis est vera: Quia est in peccato mortali, ideò habet priuationem gratiæ, & dilectionis Dei, ac dignitatis gloriæ Secũdo: quia sequeretur omnia peccata habitualia esse eiusdem speciei, & æqualia inter se. Probatur sequela quò ad priorẽ partem: quia cum gratia sempèr sit eiusdẽ speciei, etiam eius priuatio erit eiusdẽ speciei: quia priuationes specificantur per ordinem ad formas, quibus apponũtur. Et quò ad posteriorem probatur: quia priuatio gratiæ, quę sequitur ex quocumque peccato mortali, est totalis, cum per quodcumque peccatum mortale excludatur omninò gratia: & hoc genus priuationis non suscipit magis, & minus, iuxta doctrinam Diui Thomæ, ab omnibus receptam 2. 2. *quæst.* 73. *art.* 2 & Merolla, *to.* 1 *disp.* 2. *cap.* 2. *nu.* 11. Tertiò: quia ex contraria sententia sequitur; quod in statu naturę purę, vt si Deus creasset hominem in puris naturalibus; aut non esset peccatum habituale, aut distingueretur specie ab eo. Quod reperitur in pręsenti statu naturæ, eleuatæ ad finem supernaturalem, quando prouenit ex actu peccati eiusdem speciei, v. g. ex actu furti, vel homicidij Sed vtrumque est falsum. Probatur sequela Maioris, quia in illo statu non reperiretur priuatio gratię, quia hæc supponit ordinationem naturę ad super naturalia dona: ergo, aut in eo statu non posset reperiri peccatum habituale. aut si reperiretur, deberet consistere in aliquo alio, quàm in priuatione gratiæ, in qua nunc consistit. Sic Merolla, *to.* 1. *disp.* 2. *cap.* 2. *à nu.* 11. & *seq.*

23 Sexta opinio ait: Peccatum habituale mortale in homine, ordinato ad finem super naturalem, habere quidem adiũctam priuationem gratię habitualis, seù iustificantis: non tamèn consistere formalitèr in ea: sed in priuatione habituali conformitatis ad legem, quam aliquis est transgressus per peccatum actuale; quatenùs huiusmodi priuatio manet in ipso, per modum termini peccati actualis Ita Driedo, *de capt. tract.* 2. *cap.* 2. *part.* 2 *memb.* 1. Payua, 3. *Ortodoxar.* Palac *in* 2. *dist.* 29. *disp. unica*, & *dist.* 31. *disp. vnica. vbi* Herrera, *disp.* 43. *q.* 1 Zumel. 1. 2. *disp.* 86. *vbi* Curiel, *quæst.* 86 *art.* 1. & 2. *dub.* 2. §. 2. *concl.* 4. Salas, *tract.* 13. *disp.* 16 *sect.* 14. & *disp.* 17 *sect.* 1. *nu.* 4. Merolla, *to.* 1. *disp.* 2 *cap.* 2. *nu.* 20. & alij. Quod peccatum mortale habituale de facto habeat adiunctã priuationem gratiæ iustificantis, clarum est, nam peccatum mortale, & gratia (saltem secundùm legem Dei ordinariam) non possunt esse simul. Non consistere autem formalitèr in tali priuatiọne, cõstat ex argumentis supra, factis contra opinionem pręcedentem, & concedunt etiam Suarez, *to.* 3. *de grat. lib.* 7. *cap.* 20. *nu.* 7. Coninch. *de Sacra. pœnit. disp.* 2. *dub.* 3. *nu.* 30 Denique, quod ratio eius formalis consistat in priuatione habituali cõformitatis cũ lege, quã aliquis est transgressus per peccatũ actuale, Probari põt ex à sufficienti partiũ enumeratione: qa ex impugnatione aliarũ sententiarum

patet, nil aliud assignare posse, in quo cõsistat formalitèr hoc peccatũ habituale Accedit, quod peccatum actuale cõsistit formalitèr in actuali priuatione cõformitatis ad legem, vt ait Merolla. *cap.* 1.*n.* 11.ergo & habituale, quod ex actuali resultat, consistet in habituali priuatione eiusdem conformitatis.

DE PECCATO MORTALI & Veniali. Cap. III.

Quid est Peccatum Mortale? Dub.1.

1 VT ait Sayrus, *in Clau.Reg. lib.* 2. *cap.* 14.*nu.*3.& Toletus, *de sep. peccat. mortal. cap.*1.Peccatum mortale, est recessus voluntarius à regula Diuina, Dei gratia peccatorem priuans, & æternæ morti adiudicans.

Quid est Peccatum Veniale? Dub.2.

2 VT Sayrus, *in Clau. Reg. lib.* 2. *cap.*14. *nu.* 4. Peccatum Veniale, est actus humanus voluntarius inordinatus, qui gratia peccatorem non priuat, nec aliquem reum pœna ęterna constituit, sed solum temporali.

Quomodo differt peccatũ mortale à veniali? Dub.3.

3 REspondeo: multas esse differentias Prima, & pręcipua est, quod mortale sit causa mortis spiritualis animę, dissoluens amicitiam cum Deo, & peccatorem reum constituens ęternę penę. Veniale verò non dissoluit amicitiã Dei, nec occidit animam, neque dignum reddit peccatorem eterno supplicio. Ita Merolla *to.*1.*disp.*2 *cap.*3.*nu.*1.

4 Secunda differentia est: quod Mortale vltimum finẽ in Creatura constituit, ita vt dicatur homo, ipsa creatura, tamquã fine vltimo, simplicitèr frui: Per Veniale verò non constituitur vltimus finis in Creatura, nec ipsa dicitur homo simplicitèr frui: Ita D.Thomas, 1.2.*quæst.*88.*art.* 1 *ad.* 3. Merolla, *to.* 1. *disp.*2. *cap.* 4. *dub.* 1.*nu.*2.

5 Tertia differẽtia secundum D.Thom. 1.2.*quæst.*88.*art.*1.*ad.*1. Albert.2. *p sum. tract.*18 *quæst.*114 *memb.*3.& alios, quod Peccatum Mortale est contrà legem Dei. Veniale verò non est contrà legem, sed pręter legem. Quorum ratio est: quia Christus Matth.19 dixit; *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata* qui autèm peccat tantum venialitèr, ingreditur ad vitam: ergo seruat mandata, & per consequens non facit contra aliquod mandatum.

6 Alij verò dicunt, simplicitèr loquẽdo, Peccatum Veniale esse etiam cõtrà legẽ Dei. Quorũ ratio est: pręcepto Decalogi, *Non Furtum facies*, non solum graue, & magnũ furtum, sed etiam leue, & paruum prohibetur: Et similitèr Mendacium officiosum, etiam perexiguum, hoc ipso quo dest mendacium, lege est interdictũ Confirmatur: nam si Mẽdacium, officio-

sum

sum, vel Furtum paruum non esset contrà rectam rationem: sed sicut esset pretèr legem, ita esset pratèr rationem. Hoc autèm est falsum; nam iudicium rectæ rationis, non solum non dictat, mentiendũ esse: sed etiam iudicat, malũ esse, & minimè licitum, mentiri. Quod autèm licitũ non est, prohibitum est, vel lege positiua iubente, vel lege naturali: nam eò ipso, quod aliquid est malum, ipsi iuri naturali contrarium est. *Ita* Salas, 1. 2. *tract.* 13. *disp.* 16 *sect.* 9. *nu.* 17. Vasquez, 1. 2. *disp.* 143. *d. cap.* 3. Sayrus, *incla. reg. lib.* 2. *cap.* 13. *nu.* 23. & alij.

7 Quarta differentia, secundũ aliquos, est; quod Peccatum Veniale dicit offensã Dei finitam: Mortale verò infinitam. Ex quo prouenit (vt inquiunt) quod Peccato Mortali debeatur pœna infinita: Veniali verò finita.

8 Vndè Riccardus, *in.* 3. *sent. dist.* 20. *art.* 1. *quæst.* 4. Aens. 3 *part. quæst.* 1. *memb.* 6. Caietan. *in p.* 1. *quæst.* 1. *art.* 2. *ad* 2. *dub.* Aluarez, 1. 2. *disp.* 182. Coninch. *disp.* 10. *de satisf. dub.* 2. *nu.* 5. & alij, dicunt: Peccatum Mortale, vt est offensiuum diuinę Maiestatis, & malum Dei intẽtum, habet malitiam simplicitèr infinitam; Eò modo, quo si daretur linea infinita, esset secundum longitudinem simplicitèr infinita. Quorum ratio est: quia offensa mortalis, quantùm est ex se, est destructiua Dei: quia per illam constituitur Creatura, vt vltimus finis, quod est virtualitèr Deum velle non esse: quia duo vltimi fines oppositi sunt incompossibiles. Probatur etiam ex auctoritate D. Thomę 3. *pa. quæst.* 1. *art.* 2. *ad* 2. vbi ex eo probat, puri hominis satisfationem pro peccato non posse esse perfectam, seù ad ęqualitatem. *Quia peccatũ* (inquit) *contrà Deum commissum, quamdam infinitatem habet, ex infinitate Diuinę maiestatis: tantò enim offensa est grauior, quantò maior est ille, in quem delinquitur. Vndè opportuit, ad condignam satisfationem, vt actus satisfacientis haberet efficaciam infinitam, vt pote Dei, & hominis existens.* Ex quibus verbis desumitur argumẽtum. Si peccatum, vt est offensa Dei, solum haberet malitiam infinitam secundùm quid, (vt dicunt aduersarij) posset homo iustus satisfacere pro illo de condigno, seù ad ęqualitatem perfectam per actum charitatis: nam etiam huiusmodi actus habet infinitatem, secundùm quid, ex parte obiecti: quia attingit obiectum infinitum scilicet, Deum. At D. Thomas, ex infinitate malitię ipsius peccati, colligit solã satisfationẽ Christi, q in genere meriti, & satisfationis, habet infinitatem simplicitèr, esse de condigno, & ad ęqualitatem perfectam. Ergo sentit malitiam peccati mortalis, in ratione offensę Dei, esse infinitam simplicitèr. Confirmatur: nam sicut valor satisfationis crescit ex maiori dignitate satisfacientis, qui operatur; ita grauitas, & malitia offensę crescit ex maiori dignitate personę, quæ offenditur. Sed valor satisfationis Christi erit simpliciter infinitus: eò quod procedebat à persona infinita: ergo similitèr grauitas, & malitia cuiuslibet peccati Mortalis, in ratione offensæ, erit simplicitèr infinita, quia persona, quæ offenditur, nempè Deus, est simplicitèr infinita.

9 Scotus verò *in* 3. *dist.* 19 *quæst.* 1. *in resp ad secundum principale, & in* 4. *dist.* 14. *quæst.* 1 *prope finem.* Cabrer. 3. *part. quæst.* 1. *art.* 2. *disp.* 11. § 2. *nu.* 25. Salas, 1, 2. *quæst.* 87. *disp.* 15. *sect.* 6. Vasquez, 1. 2. *disp.* 140. *nu.* 19. vbi Suarez *tract.* 5. *disp.* 2. *sect.* 3. Valentia, *in* 3. *part. quæst.* 1. *pu* 5. *quæst. vnc.* 4. Alberic. *to.* 1. *in* 1. *coral.* 18. *quæst.* 18 *dub.* 1. Beccanus, *p.* 2. *Theolog. scolast. tract.* 2 *cap.* 2 *quæst.* 6. Merolla, *to.* 1. *disp.* 2 *cap.* 4 *nu.* 36 & alij dicunt. Peccatum Mortale non dicere malitiam, ac offensam Dei, simplicitèr infinitam; sed infinitam tantum secundùm quid, & extrinsicè: quia, scilicèt versatur circà Deum, qui est infinitus. Qua ratione, etiam amor Dei super omnia, & Visio Beatifica est infinita secundũ quid: nempè, ex parte obiecti: quia scilicèt versatur circà Deum infinitum. Probatur ex argumento Albertini, loco citato. Quandò modus essendi obiecti excedit modum essendi potentiæ, tunc potentia non tendit in obiectum immediatè, vt est in se, sed vt est ipsi potentiæ attemperatum. At modus essẽdi Dei excedit in infinitum modum essendi cuiuscumque potentiæ creatæ: ergo offensa, quæ fit Deo à creatura, non attingit ipsum Deum immediatè, vt est in se, sed vt sibi attemperatum per cognitionem, & intentionẽ actus: qui quidem modus offendendi est finitus. quia est per intentionem, & cognitionem finitam, quam habet creatura de Deo. Quod patet exemplo in humanis: nam iniuria facta Personæ nobili ab Amente, vel Puero, non æstimatur ita grauis, quia in illis nulla est, vel parua cognitio digni-

ta-

patet, nil aliud assignare posse, in quo cōsistat formalitèr hoc peccatū habituale Accedit, quod peccatum actuale cōsistit formalitèr in actuali priuatione cōformitatis ad legem, vt ait Merolla. *cap.* 1.*n.* 11.ergo & habituale, quod ex actuali resultat, consistet in habituali priuatione eiusdem conformitatis.

DE PECCATO MORTALI & Veniali. Cap. III.

Quid est Peccatum Mortale? dub.1.
Quid est Peccatum Veniale?dub 2.
Quæ differentia est inter Peccatum Mortale, & Veniale.dub.3.
Quòt modis Peccatum Mortale, fieri possit Veniale?dub.4.
Quòt modis Peccatum Veniale, fieri possit Mortale?dub.5.
Quomodò discerni possit peccatum Mortale, à Veniali?dub.6.
An qui ex consuetudine frequentèr peccata venialia cōmitteret, peccaret mortalitèr? dub.7.
An consensus conditionalis: id est, quo quis vult aliquid sub ea conditione: si mihi liceret, vel non, esset peccatum, aut offensa Dei, excusat à mortali, quando obiectum sic volitum, sit mortale? dub.8.
Vndè numerica Peccatorum distinctio desumatur? dub.9.
Vndè desumatur distinctio specifica Peccatorum? dub 10.
Quomodò peccata Cordis, Oris, & Operis multiplicentur specie? dub.11.
An dispensatio, & impotentia excuset à Peccato? dub.12.
An Vis, & Metus excuset à Peccato? dub.13.
An Ignorantia excuset à Peccato? dub.14.
An Ignorantia vincibilis excuset à Peccato, vel saltèm illud minuat? dub.15.
An quęlibet Ignorantia iuris, vel facti moralitèr vincibilis, satis sit ad incurrendas censuras, vel alias pœnas Ecclesiasticas? dub.16.
An Ignorantia affectata excuset ab Excommunicatione, & alijs censuris, latis contra scienter aliquid facientes? dub.17.
An Pœna ex Ignorantia vincibili cōmissa, sit eiusdem speciei moralis, cum peccatis scientèr admissis? dub.18.

Quid est Peccatum Mortale? Dub.1.

1 VT ait Sayrus, *in Clau. Reg. lib.* 2. *cap.* 14.*nu.* 3.& Toletus, *de sep. peccat. mortal cap.*1.Peccatum mortale, est recessus voluntarius à regula Diuina, Dei gratia peccatorem priuans, & ęternæ morti adiudicans.

Quid est Peccatum Veniale? Dub.2.

2 VT Sayrus, *in Clau. Reg. lib.* 2. *cap.*14. *nu.* 4. Peccatum Veniale, est actus humanus voluntarius inordinatus, qui gratia peccatorem non priuat, nec aliquem reum pœna ęterna constituit, sed solum temporali.

Quomodo differt peccatū mortale à veniali? Dub.3.

3 REspondeo: multas esse differentias Prima, & pręcipua est, quod mortale sit causa mortis spiritualis animę, dissoluens amicitiam cum Deo, & peccatorem reum constituens ęternę penę. Veniale verò non dissoluit amicitiā Dei, nec occidit animam, neque dignum reddit peccatorem eterno supplicio. Ita Merolla *to.* 1.*disp.* 2 *cap.* 3.*nu.* 1.

4 Secunda differentia est: quod Mortale vltimum finē in Creatura constituit, ita vt dicatur homo, ipsa creatura, tamquā fine vltimo, simplicitèr frui: Per Veniale verò non constituitur vltimus finis in Creatura, nec ipsa dicitur homo simplicitèr frui: Ita D.Thomas, 1.2.*quæst.*88.*art.* 1 *ad.* 3. Merolla, *to.* 1. *disp.* 2. *cap.* 4. *dub.* 1.*nu.*2.

5 Tertia differētia secundum D.Thom. 1.2.*quæst.*88.*art.*1.*ad.*1. Albert.2.*p sum. tract.*18 *quæst.* 114 *memb.*3.& alios, quod Peccatum Mortale est contrà legem Dei. Veniale verò non est contrà legem, sed pręter legem. Quorum ratio est: quia Christus Matth.19 dixit; *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata* qui autèm peccat tantum venialitèr, ingreditur ad vitam: ergo seruat mandata, & per consequens non facit contra aliquod mandatum.

6 Alij verò dicunt, simplicitèr loquēdo, Peccatum Veniale esse etiam cōtrà legē Dei. Quorūratio est: pręcepto Decalogi, *Non Furtum facies*, non solum graue, & magnū furtum, sed etiam leue, & paruum prohibetur: Et similitèr Mendacium officiosum, etiam perexiguum, hoc ipso quo d est mendacium, lege est interdictū Confirmatur: nam si Mēdacium, officiosum

sum, vel Furtum paruum non esset contrà rectam rationem: sed sicut esset pretèr legem, ita esset præter rationem. Hoc autèm est falsum; nam iudicium rectæ rationis, non solum non dictat, mentiendũ esse: sed etiam iudicat, malũ esse, & minimè licitum, mentiri. Quod autèm licitũ non est, prohibitum est, vel lege positiua iubente, vel lege naturali: nam eò ipso, quod aliquid est malum, ipsi iuri naturali contrarium est. *Ita* Salas, 1. 2. *tract.* 13. *disp.* 16 *sect.* 9. *nu.* 17. Vasquez, 1. 2. *disp.* 143. *d. cap.* 3. Sayrus, *incla. reg. lib.* 2. *cap.* 13. *nu.* 23. & alij.

7 Quarta differentia, secundũ aliquos, est; quod Peccatum Veniale dicit offensã Dei finitam: Mortale verò infinitam Ex quo prouenit (vt inquiunt) quod Peccato Mortali debeatur pœna infinita: Veniali verò finita.

8 Vndè Riccardus, *in.* 3. *sent. dist.* 20. *art.* 1. *quæst.* 4. Aens. 3 *part. quæst.* 1. *memb.* 6. Caietan. *in p.* 1. *quæst.* 1. *art.* 2. *ad* 2. *dub.* Aluarez, 1. 2. *disp.* 182. Coninch. *disp.* 10. *de satisf dub.* 2. *nu.* 5. & alij, dicunt: Peccatum Mortale, vt est offensiuum diuinę Maiestatis, & malum Dei intẽtum, habet malitiam simplicitèr infinitam; Eò modo, quo si daretur linea infinita, esset secundum longitudinem simplicitèr infinita. Quorum ratio est: quia offensa mortalis, quantùm est ex se, est destructiua Dei: quia per illam constituitur Creatura, vt vltimus finis, quod est virtualitèr Deum velle non esse: quia duo vltimi fines oppositi sunt incompossibiles. Probatur etiam ex auctoritate D. Thomę 3. *pa. quæst.* 1. *art.* 2. *ad* 2. vbi ex eo probat, puri hominis satisfationem pro peccato non posse esse perfectam, seù ad equalitatem. *Quia peccatũ (inquit) contrà Deum commissum, quamdam infinitatem habet, ex infinitate Diuinę maiestatis: tantò enim offensa est grauior, quantò maior est ille, in quem delinquitur. Vndè opportuit, ad condignam satisfationem, vt actus satis facientis haberet efficaciam infinitam, vt pote Dei, & hominis existens.* Ex quibus verbis desumitur argumẽtum. Si peccatum, vt est offensa Dei, solum haberet malitiam infinitam secundùm quid, (vt dicunt aduersarij) posset homo iustus satisfacere pro illo de condigno, seù ad ęqualitatem perfectam per actum charitatis: nam etiam huiusmodi actus habet infinitatem, secundùm quid, ex parte obiecti: quia attingit obiectum infinitum scilicet, Deum At D. Thomas, ex infinitate malitię ipsius peccati, colligit solã satisfationẽ Christi, q̃ in genere meriti, & satisfationis, habet infinitatem simplicitèr, esse de condigno, & ad ęqualitatem perfectam. Ergo sentit malitiam peccati mortalis, in ratione offensę Dei, esse infinitam simplicitèr. Confirmatur: nam sicut valor satisfationis crescit ex maiori dignitate satisfacientis, qui operatur; ita grauitas, & malitia offensę crescit ex maiori dignitate personę, quæ offenditur. Sed valor satisfationis Christi erit simpliciter infinitus: eò quod procedebat à persona infinita: ergo similitèr grauitas, & malitia cuiuslibet peccati Mortalis, in ratione offensæ, erit simplicitèr infinita, quia persona, quæ offenditur, nempè Deus, est simplicitèr infinita.

9 *Scotus* verò *in* 3. *dist.* 19 *quæst.* 1. *in resp ad ecundum principale, & in* 4. *dist.* 14. *quæst.* 1 *prope finem.* Cabrer. 3. *part. quæst.* 1. *art.* 2. *disp.* 11 §. 2. *nu.* 25. Salas, 1, 2. *quæst.* 87. *disp.* 15. *sect.* 6. Vasquez, 1. 2. *disp.* 140. *nu.* 19. vbi *Suarez tract* 5. *disp.* 2. *sect.* 3. Valentia, *in* 3. *part. quæst.* 1. *pu* 5. *quæst. vnc.* 4. Alberic. *to.* 1. *in* 1. *coral.* 18. *quæst.* 18 *dub.* 1. Beccanus, *p.* 2. *Theolog. scolast. tract* 2 *cap.* 2 *quæst.* 6. Merolla, *to.* 1. *disp.* 1 *cap.* 4 *nu.* 36 & alij dicunt. Peccatum Mortale non dicere malitiam, ac offensam Dei, simplicitèr infinitam; sed infinitam tantum secundùm quid, & extrinsicè: quia, scilicèt versatur circà Deum, qui est infinitus. Qua ratione, etiam amor Dei super omnia, & Visio Beatifica est infinita secundũ quid: nempè, ex parte obiecti: quia scilicèt versatur circà Deum infinitum. Probatur ex argumento Albertini, loco citato. Quandò modus essendi obiecti excedit modum essendi potentiæ, tunc potentia non tendit in obiectum immediatè, vt est in se, sed vt est ipsi potentiæ attemperatum. At modus essẽdi Dei excedit in infinitum modum essendi cuiuscumque potentiæ creatæ: ergo offensa, quæ fit Deo à creatura, non attingit ipsum Deum immediatè, vt est in se, sed vt sibi attemperatum per cognitionem, & intentionẽ actus: qui quidem modus offendendi est finitus. quia est per intentionem, & cognitionem finitam, quam habet creatura de Deo. Quod patet exemplo in humanis: nam iniuria facta Personæ nobili ab Amente, vel Puero, non æstimatur ita grauis, quia in illis nulla est, vel parua cognitio digni-

ta-

tatis personæ, quæ offenditur. Cum igitur creatura non cognoscat Deum infinitè, hoc est, secundùm totam suam perfectionem, & dignitatem, qua cognoscibilis est: sequitur, offensam, Deo factā à creatura, non esse simpliciter infinitā; Quod verò, quando modus essendi obiecti excedit modum essendi Potentiæ, nō tendat potētia in obiectū immediatè, vt est in se; Probat Albertinus, quia modus tendendi potentiæ, sequitur modū essendi eiusdem potentiæ, seù principij formalis, effectiui, si est principale agens: nam modus operandi sequitur modum essendi. Igitur, si modus essendi potentię exceditur à modo essēdi obiecti, modus tendendi ipsius potentię erit improportionatùs modus essendi obiecti: ergò tēdet potentia in obiectū: non immediatè, vt est in sè: sed vt est ipsi potentię intēperatum.

10 Secundò probatur: Nam sequeretur ex contraria sententia, omnia peccata mortalia esse æqalia in ratione offensæ diuinæ: sed consequens est falsum. ergo &c. Probatur sequela: quia vnum infinitū non est maius alio Minor verò probatur: nam magis offēditur Deus per peccata, quæ sunt contrà Decalogi præcepta primæ Tabulæ; vt, est Idolatria, Blasphemia Dei &c. quàm per ea, quæ sunt contra præcepta secundæ tabulæ: vt, est Furtum, Fornicatio, &c. Item, maior offensa Dei reperitur in peccato, ab eo perpetrato, qui habet de Deo maiorem cognitionē, vt à Theologo: quam cōmisso a Rustico, vel Puero, qui paruam Dei notitiam habent.

11 Quinta differētia est, quod in Mortali reperitur, non solum conuersio ad bonū commutabile, seù ad creaturam; verum etiam auersio à bono incommutabili, nempè, Deo. At in Veniali reperitur tantùm conuersio ad bonum commutabile: nam cū nō priuet gratia, consequenter non auertit à Deo. Sic Merolla. *to.1. disp. 2. cap. 4. nu. 8.*

12 Sexta differentia, quæ oritur ex precedenti, est, quod Peccato Mortali correspondet non solum pœna Sensus in alia vita, sed etiam pœna Damni, id est, perpetua priuatio Visionis Dei: Peccato verò Veniali correspondet tantùm pœna Sensus: nam cum non auertat à Deo, nec dissoluat amicitiam cum eo; consequentèr non debetur ei priuatio Visionis Dei. Sic D Thomas *1. 2. quæst. 87. ar. 4.*

13 Ex is deducitur: Peccatum Mortale in eo potissimū differre à Veniali, quod Mortale est grauior offensa Dei & ideò, dissoluit amicitiam, & charitatem ergà ipsum: ex quo prouenit quod sit dignum pœna æterna, tam Damni quàm Sensus Veniale verò est offensa leuis, & ideò nō dissoluit amicitiam cum Deo: nam amicitia est res grauissima, & per consequēs, secundùm prudentē extimationem, non debet pendere à rebus parui momenti; Et hac occasione Peccatum Veniale, ex natura sua, nō est dignum æterna pœna Hinc etiam fit, in Peccato Veniali non reperiri auersionem à Deo, tamquam ab vltimo fine: in Mortali vero sic. Ita Merolla. *to. 1. disp. 2. cap. 4. dub. 1. nu. 12.*

Quot modis Peccatum Mortale fieri potest Veniale? Dub. 4.

14 Tribus modis Peccatum Mortale fieri potest Veniale. Primò, ex imperfectione actus: vt, ait D. Thomas, cōmunitèr receptus, *1. 2. quæst. 88 art. 2.* Quod dupliciterà accidere potest. Primo; ex defectu plenę, ac perfectæ aduertentiæ, ac deliberationis: nempè, quandò intellectus non plenè, ac perfectè aduertit ad obiecti malitiam, ac de ea deliberat. Secundò, ex defectu pleni, ac perfecti consensus voluntatis. Ratio est, quia cum Peccato Mortali debeatur dissolutio diuinę amicitiæ & pœna æterna; non est credendum, hominem: absque plena cōsideratione intellectus, ac pleno, & perfecto consensu voluntatis obnoxium fieri tanto supplicio. Ita etiam Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 2. cap. 14. nu 8.* Bonacina, *de leg. disp 2. quæst. 3. pu. 5 nu. 1.* Molfesius, *to 1. sum. tract 8. cap. 8. à nu. 30.* Merolla, *to. 1. disp. 2. cap. 4. dub 7. nu. 100.* & alij.

15 Secundò ratione Ignorantiæ: quod dupliciter contingere potest. Vno modo, si quod est Mortale, aliquis, ex ignorantia inuicibili, putet esse Veniale. v. g. si Rusticus inuincibiliter existimet, mētiri officiosè cum Iuramento, esse tantū Veniale, quia in nullius est præiudicium. Alio modo; si id; quod est Mortale, credat quis, ignorantia vincibili tantùm venialitèr, nullum esse peccatum: tūc enim. id agendo, peccare tantùm venialitèr. Ita Merolla, *to 1 disp. 1. cap. 2. dub. 8. & disp. 2 cap. 4. dub. 7 nu. 99.* Bonacina, *de lib. disp 2. qu. 3. pu. 5. nu. 1.* & alij.

16 Tertiò, ratione paruitatis materiæ; si

in

in eo genere, hęc paruitas reperiatur: vt patet in Furto, quod licèt ex genere suo, sit Peccatum Mortale, tamèn si quis accipiat rem modicam alienam, non peccat mortalitèr: vt dicunt communitèr Doctores. Ratio est: quia illud, quod modicum est, ratio apprehendit quasi nihil: & ideò, in his quę minimè sunt, homo non reputat sibi nocumentum fieri: & ille qui accipit, potest præsumere, hoc non esse contra voluntatem eius, cuius res est. Tum quia, quandò materiæ paruitas est, modica offensio reperitur, ac proindè non excedit culpam venialem. Ita D. Thomas. 2. 2. *quęst. 66. art. 6. ad 3.* & communitèr.

17 Vndè comedentem tantillum carnis in Quadragesima excusari à Mortali, ob paruitatem materiæ. Ita Trulench. *lib. 3. Decalog. cap. 2. dub. 2. nu. 5. in fine* Pasqualigus *decis. 42. de Ieiun. nu. 2. & 3.* Merolla, *to. 1. disp. 2. cap. 4. nu.* 111. & alii *quos in Tract. 3. cap. 10. nu. 54.*

18 Etiāsi singulis diebus Quadragesimæ haberet voluntatem expressam, comedendi illam particulam; Immò & si singulis diebus Quadragesimę eam carnis minimam particulam quis ederet. Ita Sanchez, *lib. 1 sum. cap. 4. nu. 12.* Suarez, *to. 1. de Relig. lib. 5. de Voto cap. 5. nu. 16.* Pasqualigus, Merolla, & alii citati.

19 Dixi: *Si in eo genere reperiatur paruitas materię*: nam sunt quædam, in quibus minimè reperitur: & ideò hac ratione Venialia reddi non possunt. Hoc autē contingit, quotiès integra irreuerētia, & offensionis ratio in materia parua inuenitur. Vt sunt illa, quæ immediatè, & directè contrà Deum versantur, vt odium Dei, contemptum ipsius, infidelitas &c. Quia quid quid aliquis neget, cōtemnat, odio habeat, infinitam Dei veritatem negabit, bonitatem Dei oderit, infinitum esse contemnet. Idem dicendum est de Peccato Diuinationis superstitiosę, etiam in qua est solùm pactum tacitùm cum Dæmone; eaenim non potest, ex paruitate materiæ, excusari a Mortali, vt dicunt Valentia. 2. 2. *disp. 6. quæst. 12. pu. 4.* Martinus del Rio, *disquis. magic. cap. 2 quæst. 4.* Sanchez. *lib. 2. sum. cap. 35. nu. 18.* Molfesius, *to. 1. sum. tract. 8. cap. 8. nu. 66.* & alij.

Quot modis Peccatum Veniale fieri possit Mortale? Dub. 5.

20 SEx modis Peccatum Veniale fieri potest Mortale. Primò, ratione finis mortalis adiuncti: Vt si quis leuitèr mētiatur, vt fornicetur. Non tamen erit duplex peccatum, sed vnum: nempè, malum desiderium fornicandi, ex quo tota malitia mortalis in mendacium veniale deriuatur; vndè mendacium hoc dicitur tātùm mortale, denominatione extrinseca, à malitia mortali fornicationis. Vnde non erit necessarium, confiteri illud mendacium leue, quod non est necessario fatendum: quarè sufficit dicere in Confessione; Habui intentionem fornicandi, vel fornicatus sum; si de facto id peccatum externum commisit. *Ita* Sanchez, *lib. 1. sum. cap. 5. nu. 7.* Merolla. *to. 1. disp. 2. cap. 4. dub. 8. nu. 134.* Bonacina, *de leg disp. 2. quæst. 2. pu. 3. nu. 1.* & alij. Sicut, quando quis emit ensem ad occidēdum inimicum: quamuis emptio illa sit peccatum mortale, non tamen est confitenda: sed satis est fateri intentionem homicidii, vel ipsum homicidiū, si sequutū est quoniam dicebatur tantùm malamortalitèr, denominatione extrinseca, à malitia mortali homicidij, ad quod ordinabatur.

21 Secundò: quando Veniale committitur ex contemptu: Quia quamuis materia præcepti, obligantis sub Veniali, sit leuis; tamen contemptus præcepti est grauis: non dicitur autem contemptus, quando ex malitia, aut praua consuetudine, aut alia causa violatur præceptum: sed solum quando contemptus præcepti est causa eius peccati committendi: scilicet, quia ideo quis præceptum violat, quia præceptū est, seu qa ipsi præcepto, aut Superiori præcipienti subiici nō vult Ita D. Thomas. 2. 2 *quæst. 186. art. 9.* Caietanus, *in sum. verb. contemptus. vers. Aduerte hic* vbi Armilla. *nu. 2* Nauarrus *cap. 23. sum. n. 42.* Merolla, *to. 1. disp. 2. cap. 4 dub. 8. nu. 135.* Siluester. *v. Religio. 1. quæst. 12 dist. 4.* D. Antoninus, *pa. 3. tit 16. c. 1. §. 9.* Castro. *lib. 1 de leg pœn. c. 5. doc. 6. in fine.* Cordub. *in Reg. D. Franc. cap. 10. qu. 3. p. 2. paul. post princip.* Sayrus, *in Cla. Reg. lib. 3. c. 7. n. 16.* Valēt. 2. 2. *disp. 7. qu. 5. pu. 6. col. antè penult cas. 1. & 2. 2. disp. 10. quæst. 4. pu. 5. colum. antè penult.* Lessius *lib. 2. cap. 7. dub. 1. nu. 2. & cap. 41 dub 9. nu 76.* Vasquez, 1. 2. *quæst. 96. art. 4. disp. 158. c. 4. n. 37.* Sāchez, *lib. 1. sum. cap. 5. n.* 8 & alij

22 Nota, quod quando preceptum est Diuinum, & quis violat preceptum in re parua, ex contemptu pręcipientis; semper est peccatum mortale: siuè contem-

natur

natur præcipiens ipse formalitèr, quatenùs præcipiens est: siue solum materialitèr, quatenùs Deus est. Ita Salas *de leg. disp.* 10 *sect.* 8 *nu.* 38. Merolla, *to.* 1. *disp.* 2. *cap.* 4. *dub.* 8. *nu.* 136. Bonacina, *de leg. disp.* 2. *quæst.* 3. *pu. vlt. nu.* 10. & alii. Si verò præceptum sit humanum: tunc si non contemnatur ipse præcipiēs, quatenùs talis, seù ipsa potestas, & auctoritas, tanquàm nullius momenti: sed solùm sit contēptus præcipientis, materialitèr sumpti: seùquatenus homo est, vt quia est imprudens, vel indiscretus: aut non vult, quis ei obedire, ne ipsum in re illa parua solatio afficiat; non est mortale. Ita Valentia, 1. 2. *disp.* 7. *quæst.* 5. *pu.* 6. Lesius, *lib.* 2. *cap.* 46 *dub.* 6 *nu. penult.* Suarez, *lib.* 3. *de leg. cap.* 28 *nu.* 24. Bonacina, *de leg. disp.* 2. *quæst.* 3 *pu. vlt. nu.* 10. Merolla, *to.* 1. *disp.* 2. *cap.* 4 *dub.* 8 *nu.* 136 & alii. Quādo verò violatur præceptum ex cōtemptu ipsius præcepti in re parua, & illud est humanum: tunc si absolutè contemnatur præceptum, quia scilicet, non vult, quis simplicitèr præcepto subiici, & obedire: est peccatum mortale. Si verò contemnatur tantùm secundùm quid, quatenùs scilicèt est rei modicæ; non est mortale. Ita Caietanus Valentia Merolla, & Lesius, locis citatis. At verò si præceptum sit diuinum, & contemnatur, vt inutile, & vanum, est mortale: sicut etiā esset mortale, si quis hoc modo contemneret Consilia Euāgelica: continet enim tacitam Blasphemiam. Sed si non reputetur inutile, sed parui fiat, quia non obligat ad mortale, & ideò violatur, Lesius loco citato dicit, fortè non esse mortale Sed difficilè potest excusari à mortali, vt dicunt Sanchez, *lib.* 1. *sum. cap.* 5. *nu.* 11. & Merolla, *to.* 1. *disp.* 2. *cap.* 4. *nu.* 136 *in fine.* quia est magna inordinatio, præceptum Dei ita contemnere.

24 Nota etiam: quod aliud est nolle obedire ex Indignatione, & aliud ex Contemptu. Tunc fit ex Indignatione, quando quis non vult in aliqua re obedire: non eò, quod Superiori subdi renuet; sed ne ipsum ea re solatio afficiat. At ex contemptu est, quando renuit, eò quod subiici non vult. Ita Caietanus. *ver. contemptus. verſ. Aduerte.* vbi Armilla *nu.* 2. Corduba, *in Reg. D. Franc. cap.* 10 *quæst.* 3 *pu.* 2. *Paulopost. principium.* Valentia, 2. 2. *disp* 7. *q.* 2. *pu* 3. *vol.* 1. Sanchez *lib.* 1. *sum. cap.* 5. *nu.* 12. & alii. Quare nolle obedire ex Indignatione, non habet circumstantiam mortalem, additam transgressioni præcepti; qualem habet, nolle ex contemptu. Sic ex iisdem colligitur, & docent Valentia, Sanchez, & alii. Quod intellige, quādo indignatio non est mortalis.

25 Tertiò Veniale transit in Mortale, quando in Veniale vltimus finis constituitur quod tunc euenit, quandò quis obiectum Peccati Venialis appretiatiuè, plusquàm Deum diligit: Hoc autem duobus modis contingere potest, ait Merolla, *d. cap.* 4. *nu.* 137. Primò explicitè, vt, cū Homo expressè vult constituere in ipso suam vltimam felicitatem, quod raro accidit. Secundò, implicitè: vt cū Homo ita dirigit obiectum illud Peccati Venialis, vt ex vi sui affectus, & amoris sit paratus transgredi propter ipsum, præcepta, obligantia sub mortali. sic D. Thomas, 1. 2. *quæst.* 132 *art.* 5. Caietanus, *in sum. verb. Ambitio.* Siluester. *u. Peccatum* 1 *nu.* 3. Valentia, 1. 2. *disp.* 6 *quæst.* 18. *pu* 3. *prope finem.* vbi Vasquez. *quæst* 88. *art.* 5. Suarez, *tract.* 5 *disp.* 2. *sect.* 6. *nu.* 15. Curiel. *quæst.* 88 *art.* 4. § 2. Merolla, *to.* 1 *disp.* 2. *cap.* 4 *nu.* 137 & alii.

26 Et hic tertius modus est similis primò in hoc: nam sicut quando Peccatum Veniale, vel aliud opus indifferens, eligitur, vt medium ad finem mortalem, fit mortale: ita etiam è contrà, quando Peccatum Veniale, vel opus indifferens intenditur, vt finis consequendus per medium mortale. Et sicut quando Peccatū Veniale assumitur, vt medium, ad mortale, non est explicandum necessariò ipsum Veniale in Confessione; sed sufficit Mortale tantùm exprimere, vt supra dictum est, ea ratione: quia non habeat aliam malitiam mortalem, nisi malitiam finis: ita dicimus in præsenti, quando Veniale intenditur vt finis consequendus per medium mortale, non est necessariò confitendum ipsum Veniale: sed sufficit, si medium ipsum mortale quis confiteatur, ob eādem rationem: quia scilicet, malitia illa mortalis, quæ reperitur in eo peccato veniali, intēto vt finis, non est alia, nisi malitia mortalis ipsius medii, in illud Veniale deriuata. Vndè illud Veniale dicitur Mortale, denominatione tamen extrinseca malitia mortali medii. Sicùt quando quis facit Peccatum Veniale, vel aliud opus indifferēs ob finem mortalem, illud Veniale Peccatum, & opus indifferens dicitur malitia, denomi-

denominatione tantum extrinseca, à malitia mortali illius finis. Sic Merolla, *to. 1. disp. 2. cap 4. nu. 138.*

27 Ex his deducitur (vt ait Suarez, *to 4. in 3 part. disp. 42. sect. 4. nu* 11. & sequitur Sãchez *lib. 1. sum. cap. 5. in fine.* & expressè Zumel, *in 2. 2. quaest. 71. art. 5. disp. 4*) omittentem Sacrum indie festo, ex vehementi, & inordinato affectu ad studiũ, teneri etiam illam finis circumstantiam necessariò confiteri. Ad cognoscendum autem quãdo affectus talis sit, ponit duo signa ipse Suarez: Primum est, quando quis expressa voluntate, seù in actu signato, proponit consequi talem finem, nempè studium per quaecumque media, ita vt sit paratus, quod vis peccatum cõmittere, vt possit studere. Secundum signum est, quando quis saepè omisit Sacrum, vt studeat.

28 Dicendum est tamèn cum aliis: Amorem inordinatum ad studium, proptèr quod omittitur Missa, per se loquendo, non habere aliam malitiam mortalem, quam violationis praecepti, audiendi Missam: ac proindè, eam finis circumstantiã, scilicet studiũ, proptèr quod quis omisit Missam, non esse necessariò confitendam, propter rationem, nu. 26. assignatã. Ita Medina, 1. 2. *quaest.* 71. *art;* 5. *dub.* 2. *ad* 2. vbi Valentia, *disp. 6. quaest. 1. pu. 4. dub. 2.* Azorius, *pa. 1. lib. 4 cap. 3. quaest. 7* Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 2. cap. 6. nu. 10* Beccan. *p. 2. cap. 3 quaest. 5. nu. 4* Coninch. *de Sacrã. disp. 7. dub. 4. nu* 24. Henriquez, *lib. 5 de Sacram. cap. 5. nu* 7. Tanner. *in 1. 2. disp. 4. quaest 4 dub. 1. nu.* 23. Merolla, *to. 1. disp. 2. cap. 4. nu.* 140. Pharaonius, *tract. 1. sect. 9. cos. 1. & 2.* Suarius, *in 3. D. Thoma. disp. 22. sect 4. de. 4. circumstant. numer.* 12. & alii.

29 Quarto. Peccatum Veniale transit in Mortale, ratione periculi, incidendi in Mortale: Vt, si peccans venialitèr, occasione ita proximè exponatur, vt eum in Mortali, ac proximo peccandi periculo constituat. Ratio est: quia salutem spiritualem conuincitur contemnere, qui tamen probabili periculo eius amittendae exponitur. Ita Suarez, *in 4. dist. 17. part. 3. quaest. 2.* Caietanus, *in sum. u. periculum* vbi Armilla, Castro *lib. 2. de iust. haeret. punit. cap.* 17. Nauarr. *capit e. 3. sum. nu.* 14. Alcozer, *sum. cap. 7* Sanchez. *lib. 1. sum. cap. 8. nu. 1.* Merolla, *to. 1. disp. 2. cap. 4. nu.* 143. & alii.

30 Et tunc contingit haec moralis proxima occasio, vel hoc morale proximum periculum; quando ex suo genere occasio talis est, vt frequentèr, Homines similis conditionis ad peccatum mortale inducat: vel experimento constet in hoc Homine talem effectum habere. Ita Corduba *sum quaest.* 4. Suarez, & alii, locis citatis.

31 Limitant hanc sententiam primò Nauarrus; *nu.* 15. Corduba *q.* 4. Sanchez, *nu.* 2. & Merolla, *nu.* 144. nisi ita mutatae sint res, vt ea cautio adhibeatur, vt cesset periculum. Quia, cum tota peccandi ratio ex periculo consurgat, qualitèr cumq; id cesset, cessat quoque peccatũ.

32 Limitant secundò aliqui: Nisi ex aliqua graui, & vrgenti necessitate, se illi periculo exponat. Quorum ratio est: quia tunc periculum illud, non est moralitèr voluntarium: cum, moralitèr loquendo, idest, sine graui periculo, vitari nequeat. Ita D. Thomas, 2. 2 *quaest. 10. art. 9.* Caietanus, *in sum. u. Periculum.* Nauarr. *cap. 3. sum. nu.* 15. Henriquez, *lib. 4. de Poenit. cap. 24. nu. 4.* Sanchez, *nu.* 4. Merolla, *nu,* 145 Salas, 1. 2. *tract. 3. disp. 3. sect. 1. nu.* 31. Armilla, *u. Periculum* Sotus, *lib. 5. de Iust. quaest. 1. art. 6. conclus.* 2. & alii.

33 Quintò. Peccatum Veniale transit in Mortale, ratione conscientiae erroneae. Vt, si quod est tantùm Veniale, vel nullum peccatum, aliquis putet, vel dubitet esse Mortale. Ita communitèr. & nos in tractat. de conscientia erronea.

34 Sextò. Peccatum Veniale transit in Mortale, ratione scandali. Vt, si quis mendacium leue dicat, sciens inde praeberi proximo occasionem ruinae spiritualis. Quando autem censeatur quis, praebere alteri occasionem ruinae spiritualis, ita vt committat Peccatum mortale scandali: & quando scandalum sit speciale peccatum, videbimus in *Tract. 5. cap. vnic.* & docent Molfesius *to. 1 sum. tract. 8. cap. 8. no. 92.* Reginaldus, *lib. 14. à nu. 22.* & alii.

Quomodò discerni potest Peccatum Mortale, à Veniali? Dub. 6.

35 Vt breuitèr in hac quaestione tractemus, sciẽdũ est: Triplex esse peccatũ veniale. Vnum

Vnum ex genere suo. Alterum ex leuitate materiæ. & Tertium ex indeliberatione actus. Vnde tres Regulæ assignari possunt, quibus intèr peccatum Mortale, & Veniale discerni possit. Prima est ex obligatione præcepti. Secũda ex quantitate materiæ. & Tertia, ex perfecta, vel imperfecta deliberatione. Vega *lib.14, in Trid.cap.12.* & alii.

36 Prima regula. Obligatio præcepti. cõtrà quod præceptum committitur, duobus modis cognosci potest. Primò ex Scriptura: si .n. in ea continetur. Secundò, ex ratione naturali: si in Scriptura non continetur. Merolla. *to.1. disp. 2. cap. 4. nu.30.*

Primò igitùr ponderanda sunt verba Scripturæ Si enim dicat: peccatum aliquod esse dignum morte, vel excludere à Regno Dei, aut esse execrandum, & abhominabile; satis indicat, esse prohibitũ sub mortali: iuxtà illud ad Roman.1. *vers 31 Qui talia agunt, digni sunt morte.* Et ad Galat. 5. vers. 22. *Qui talia agunt, Regnum Dei non consequentur.* Et ad Ephes.5. vers.5 *Omnis fornicator, aut immundus &c. habet hæreditatem in Regno Dei.* Quandò enim Scriptura vtitur mitioribus verbis, signum est, esse Veniale: & cum de Stultiloquiis dicit Apostolus ad Ephes. 5. Ea ad rem non pertinere. Si vero præceptum, contrà quod peccatur non continetur in Scriptura, vel diuina, vel humana: tunc rõne naturali vtendũ est. Ac primò considerari debet dignitas materiæ, quæ præcipitur, vel prohibetur, An per se multũ, vel parum possit ad charitatem Dei, vel proximi consequendã? Deindè spectandum est, An aliqua virtus ex iis, quæ homini maximè necessariæ sũt grauitèr lędatur per peccatum, nec ne? Quod si nec materiæ dignitas tanta sit, nec graue nocumentũ alicuius virtutis; censendum est, peccatum esse Veniale. Atque hoc est primũ genus Peccati Venialis, quod dicitur, Veniale ex genere suo. Sic Merolla, *to.1. disp.2 cap.4. dub. 3. nu.30.*

37 Secunda regula. Si vel ex Scriptura, vel ex ratione naturali constet, præceptum aliquod obligare sub mortali: tunc vlteriùs consideranda est quantitas materię. Quia licèt Peccatum graue sit, & in re magni momenti: tamen leuitèr ab eo deficere, perindè est, ac leue præceptum transgredi. Atque hoc est alterum genus Peccati Venialis, quod dicitur Veniale, ex leuitate materię: vt diximus in *dub.4. nu.16.*

38 Tertia regula. Si, & præceptum obliget sub mortali, & etiam materia sit grauis: tunc vlteriùs considerandum est. An cõsensus hominis fuerit plenè deliberatus, nec ne? Et hinc oritur tertiũ genus Peccati Venialis, quod dicitur Veniale ex subreptione, vel ex non plena deliberatione actus. Vide Sotum *trac. de discri. Peccat. sect.10* Vegan, *lib. 14. in Trident. cap.12.* Azorius *pa.1. lib. 4. cap. 9. quest.8.* & alii.

An qui ex consuetudine frequentèr Peccata Venialia committeret, peccaret Mortaliter? Dub.7.

39 Affirmatiuè respondet prima opinio. Ratio istius opinionis deducitur; quod qui ex consuetudine contrà legem delinquit, hoc ipso, ex legis contemptu peccat, & consequenter mortalitèr. Ita Gloss. *in can. tres sunt, de penit dist.1.* Angelus, *u. inobedientia & D.Antoninus. pa.2. tit.9. cap.3. §.4.*

40 Secunda sententia negat. Cuius ratio est: quia actus replicati, sunt eiusdẽ speciei, cuius est primus; ergo eiusdem deformitatis. Si ergo primus Venialis, est & cęteri veniales sunt. Nec frequens legis transgressio, dicitur eius cõtemptus, vt ait D.Thomas. *2.2. quæst. 186. art. 9. ad tertium* quem omnes sequuntur: quia peccatum contemptus in sola voluntate interiùs perficitur, & consummatur: non autem in opere, quod exteriùs fit: ac proindè per solam externi operis multiplicationem, contemptus induci non potest. In foro autem exteriori, consuetudo peccandi multum facit ad præsumẽdum cõtemptum, vt ait Nauar. *in ca tres. sunt autem de pænit. dist.1. nu.13.* ita Suarez, *1.2. tract.5 disp.2. sect.6.* Sanchez *to.1. sum. lib.1. cap.5 nu.2.* Almayn. *tract.3. cap. 21 in fine* Bonacina, *de leg. disp.2. quæst.3. pu.5. nu.14* Vasquez, *1.2. quæst.146. cap. 2.* Azorius, *pa.1. lib.4 cap.9 quest.11.* Merolla *to.1. disp.2. cap.4. dub.9. nu.156.* Molfesius, *to.1. sum. tract.8. nu.82.* & alii.

An consensus conditionalis, idest quoquis vult aliquid sub ea conditione: Si mihi liceret, vel si non esset peccatum, aut offensa Dei

ex-

excuset à Mortali; quandò obiectū, sic volitum, est mortale? Dub. 8.

41 PRima opinio ait: Eum consensum conditionalem, non esse mortalem, quando versatur circà res, solo iure positiuo prohibitas: Secùs verò, si versatur circà ea, quæ iure naturali sunt interdicta. Vt hic actus: Comederē carnes in Quadragesima, nisi Ecclesia prohibuisset, vacat culpa. Hic vero non; Occiderem, si non esset peccatum, aut offensa Dei, vel si licitum esset Ratio differentiæ est, quia cum res prioris generis non sint intrinsicè, & natura sua malę; potest ab eis per cōditionem adiectam, malitia auferri, nec conditio contradictionem implicat. At res posterioris generis, sunt intrinsicè, & suaptè natura malę: ac proindè absquè sua malitia intelligi nequeunt: & conditio illa negās, inuoluit contradictionem. Quarè cum voluntas desiderio efficaci in illius actus substantiam feratur, in qua malitia imbibita est, nec ab illo separari potest, fertur in rem moralitèr malam: ac proindè mortalitèr peccabit. Ita Layman, *in Theolog. moral. lib. 1. tract. 3 cap 6. nu.* 10. Azorius, *pa. 1. lib. 2 cap. 6. quæst.* 10. Sāchez, *lib. 1 sum. cap. 2. nu.* 23. Fagundez, *lib. 9. decalog. cap. 3.* & alii.

42 Secunda opinio ait: Quotiescumque conditio omnem malitiam, ac deformitatem ab āctu aufert, excusat à culpa: secùs si non aufert. Exemplum primi: vt Occiderem inimicum, si mihi liceret, vel malum non esset. Exemplum secundi: Occiderem Petrum, si supplicium, vel infamiam non timerem. Et ratio disparitatis est: quia in priori casu, voluntas coercetur ab eo, quod ipsam coercere debet, quod est malitia obiecti: & cum non feratur in obiectum simplicitèr, sed posita per impossibile ea conditione, qua posita, obiectum non est malum, nil mali amat, & consequentèr culpa non est. At in posteriori, cum adhuc, stante conditione, obiectum mortale sit, fertur in mortale: ac proindè talis erit culpa, qualis esset id, absquè ea conditione, amare. Quamuis enim conditionalis, nil ponat in rerum natura, ex parte obiecti voliti: ponit tamèn in voluntate affectum committendi illud peccatum, posita conditione, non auferente malitiam. Ita Caietanus, *in sum. verb. cogitatio.* vbi Armilla, *nu.* 1. Rodoriquez, *pa. 1 sum. cap.* 211 *nu.* 2. Valētia, 1. 2 *disp.* 6. *quæst.* 4. *pu.* 4. Vasquez, 1. 2. *disp.* 2. *cap* 4. *dub.* 11. *nu.* 312. Alcoien, *cap.* 6. *sum. doctrin.* 2. Bonacina, *de sacram. Matrim. quæst.* 4. *pu.* 8. Emanuel Sa, *v. Peccatum* & alii.

Dixi: *Si conditio omnem deformitatem ab actu auferat*. Nam si non omnem, sed tantùm aliquam deformitatem auferat, non excusabit totalitèr à culpa. Ita Diana, *pa.* 3 *tract.* 6. *resol.* 47. & supra citati Doctores.

43 Hinc deducitur primò: Si quis dixerit: si non timerem Deum, fornicationem committerem: si intelligatur de timore seruili, quo timetur Deus, tanquam malefactorum punitor, est culpa læthalis. quia idē est ac dicere: Si non esset infernus: quæ conditio culpæ rationem non aufert. Si vero intelligatur de timore filiali, vacaret culpa. Sensus enim est: Nisi Deū reuererer: quę conditio rationem peccati aufert. Aduertendum est tamèn, Aliud esse, subconditione consentire, si nō esset infernus, peccarem: quod peccatum est. Aliud verò quando hic conditionalis consensus non est in voluntate, sed cohibetur à peccato, timore inferni, quod non est malum: cum nullus sit in voluntate cōsensus. Ita Merolla, *to.* 1. *disp.* 2. *cap.* 4. *dub.* 11. *nu.* 315 Fagundez, *lib.* 9 *cap.* 3. *decalog. nu.* 12.

44 Secūdò deducitur id, quod cōmunitèr dici solet: Nisi meum statum Religiosi, aut Presbyteri spectarem, vindictam sumerem de inimico, vel aliud peccatum admitterem: si voluntatas verbis consonet, esset idem peccatum, ac si voluntas esset absoluta. Quia ea conditio peccati rationem non aufert. Si tamèn ablatio illius status, aliquam obiecti voliti circumstantiam auferret, eadem circumstantia à peccato tolleretur. Vt, si non essem in Sacris constitutus, fornicarer: non esset peccatum Sacrilegii, contrà votum Castitatis; sed tantùm simplicis fornicationis, contrà temperantiam. Ita Sanchez, *lib.* 1. *sum, cap.* 2. *nu.* 8 Merolla, *to.* 1. *disp.* 2. *cap.* 4 *dub.* 11 *nu.* 316. & alii.

45 Tertiò, quid dicendum de illo, quod communitèr dici solet à Viris, qui præ senectute, aut quia modo timent Deum, vindictam sumere, aut non pos-

 sunt

sunt, aut noluit? Si alio tempore, inquiunt, hoc mihi accideret: nempè, quãdo eram iunior, aut deperditæ vitæ, vindicarer. Duplicem sensum efficere posse, ait *Sãchez*, *d.cap.2.nu.29*. Prior est: Ita vt modo adsit voluntas vindictæ sumendæ, si eo tempore iniuria accideret: & hoc est mortale: quia voluntas nunc ad id malũ determinatur: ea enim conditio mali rationem non aufert. Si verò sensus sit enuntiatiuus: idest, tunc temporis, talis eram, vt vindictam sumerem: at nullus est voluntatis consensus, & tunc vacat culpa: Nisi dictum coram altero, reputaretur verbum contumeliæ: tunc enim solius contumeliç malitia inquinaretur. Ita Merolla.*to.1.disp.2.cap. 4.dub. 11.nu.* 317. Fagundez,*lib 9.cap.3 nu.*10. Quartò, quid dicendum sit de illa quçstione, An sit peccatũ mortale, optare, vt id, quod est intrinsicè malum, si non esset malum sed licitum, vt occidere, fornicari? &c.

46 Vasquez,1.2,*disp.*116.*cap. 2. in fine* ait: Non semper esse mortale: sed attendendum esse, ex quo fine quis moueatur ad talem effectum. Si enim quis id optaret ex eo, quod videretur, ob suam fragilitatem sępius incidere in peccatum, non esset mortale. Quod si dicas, talem effectum esse ex displicentia virtutis, vt virtus est. Respondet, non esse, neque esse posse: nam virtus nulli potest displicere quatenùs virtus est.

47 Alii verò dicunt: Semper esse peccatũ mortale. Quorum ratio est: quia bonum totius naturę, ac ordinis naturalis non potest postponi: ac eius immutatio, quę grauissimum malum est, desiderari ob particulare huius bonum: eò, vel maximè, quod potest, id alia via consequi: scilicèt, diuina gratia, se contrà tẽtationes muniendo. Ita Adrianus, *quodlib.* 10 *art.2.post.primam conclus.* Azorius,*pa.* 1.*lib.4.cap.6.quest* 10. Sanchez,*lib.1 sum. cap.2.nu.*23 Molfesius, *to.1. sum. tract* 8. *cap.8.nu.49*. Reginaldus,*lib* 11.*nu.* 44. *& seq.* Merolla,*to.1 disp.2. cap 4.dub.* 11. *nu.* 320. Diana,*pa.3 tract.6.resol.*47 & alii.

Vndè numerica Peccatorum distinctio desumatur? Dub. 9.

48 ANtequàm ad dubium respõdeatur, sciendũ est, hic duas Quæstiones tractari posse. Prima est de distinctione numerica peccatorum, quantum ad ipsum actum peccati; siuè sit cõmissionis, siuè ommissionis. Secunda est de distinctione numerica malitiarum in eodem actu. Quia verò peccata dupliciter possunt committi & multiplicari: Vno modo per voluntatem, actu prodeuntem in actũ externum: Alio modo per solam voluntatem internam. Ideò circa primam Quęstionem duę possunt esse difficultates. Prima de peccatis, quę prodeunt in actionem exteriorem, seù quę facto consummãtur. Secunda, de iis, quę per solã voluntatem internam committuntur.

49 Tres igitur Quęstiones à nobis examinandę sunt. Prima est: Vndè sumatur distinctio numerica peccatorum, quę in actionem exteriorem prodeunt? Secũda est difficilior de peccatis, quæ per solam volũtatem internam committũtur. Tertia de distinctione numerica malitiarum mortalium. In pręsenti dubio agemus de prima: scilicet.

Vndè sumatur distinctio numerica Peccatorum, quæ in actionem exteriorem procedant?

50 COmmunitèr Doctores dicunt: Tot sunt peccata, quot sunt actus externi consummati, vnus post alterum: Vt si quis ter fœminam liberam cognoscat, committit tres fornicationes, numero distinctas. Quia post consummatum primum actum, qui sequitur, est omninò alius, & diuersus, sua per se turpitudine malus, & vitiosus. Quãdo verò actus externus vnus est, & continuus; sempèr peccatum est vnum numero, quamuis actus interni voluntatis multiplicentur. Vt si quis, dum fornicatur, pluries repetit actum voluntatis, quo vult fornicari, vnum tantum peccatum numero committit: quare sufficiet in Confessione dicere: semel fornicatus sum. Quorum ratio est: quia, licèt voluntas formalis cesset, & interrumpatur; virtualis tamèn sempèr continuatur: & sic censẽtur omnes illi actus interni, esse vnus numero actus moralitèr. Sic Nauar.*cap.6.sum.nu.* 16. Caiet *to.1. opuscul. tract. vlt.resp.* 15. *dub.2.* Vasquez, *to.4. in 3. part. quest. 91. art.1.dub.6.* Suarez.*de Pœnit.disp.22. sect.* 5.*nu.*20. Merolla,*to.1.disp.2. cap. 7. dub.3. nu.*30 & alii.

51 An qui tria Adulteria, vel tria Fornicationis peccata commiserit cum tribus Feminis, teneatur exprimere in Cõfessione, se rem habuisse cum tribus Feminis,

minis? Respondeo negatiuè: Sed sufficit dicere, toties fornicatus sum, vel adulterium commisi. Quia deformitas Fornicationis, vel Adulterii non habet diuersam cum recta ratione repugnantiam, ex hoc, quod sit cum eadem, vel diuersis feminis, eiusdem tamen status, vel conditionis. Ita Diana, *part. 1. tract. 7. resol. 13.* Sancius. *in pract. disp. 1. nu. 14.* Hommobonus, *de Examen Eccles. pa. 1. tract. 5. cap. 13. quaest. 83.* Maior, *in 4. dist. 17. quaest. 4.* Nauarr. *cap. 16. sum. nu. 5.* Bonacina, *de Sacram. disp. 5. quaest. 5. pu. 2. §. 4. diff. 3. prop. 3. nu. 14.* Azorius, *pa. 1. lib. 4. cap. 4. quaest. 6.* Merolla, *to. 1. disp. 2. cap. 7. dub. 3. nu. 31.* & alii.

52 Vndè non bene dixit Zennardus, *in direct. conf. pa. 1. de sacram. Pœnit. cap. 8. fol. 204.* quod, qui per noctem cum amasia dormiuit, non est opus, vt dicat: Ego cā cognoui per tot vices, sed sufficit dicere, feci quod potui: dummodò nō habuerit interruptionem mentis, vel operis. sed fallitur, nam opera illa consummata, sunt distincta peccata, in Confessione aperienda: nec vnum respicit, & ordinatur ad alterum. ergo &c. Ita Diana, *pa. 3. tract. 4. resol. 67. vers. in resolu. 39. in fine.*

53 Actus verò, qui præcedunt, comitantur, vel subsequuntur peccata consummata, non sunt delicta, numero distincta, explicāda in confessione: etiam si actus sint per se mali: vt sunt; v. g. in peccato Fornicationis, verba obscena, oscula, amplexus, ac tactus impudici; qui solent antecedere, comitari, vel consequi culpam. Ratio est: quia tactus impudici, qui solent antecedere oscula &c. necessariò includuntur in ratione copulæ fornicariæ: non enim potest habere copulam, sinè tactu: ergo, eo ipso, quod quis confitetur copulam, explicat necessariò, se tactum impudicum habuisse. Et sicùt (*vt* benè ait Merolla. *to. 1. disp. 2. cap. 7. nu. 49.*) multitudo tactuum impudicorum, non est necessariò declaranda, quia moralitèr censentur vnus numero tactus; nequè oscula confitenda sunt sub nomine osculi, sed sufficit sub nomine tactus impudici ita sequitur, explicata fornicatione, omnia sufficientèr remanere explicata. Ita Nauar. *in cap. considere. nu. 48. de Pœnit. dist. 5. & cap. 6. sum. à nu. 16.* Canus, *relect. de Pœnit. pa. 2. §. Hinc. & aliud* Henriquez, *lib. 5. de Sacram. qui est secundus de Pœnitentia. cap. 5. nu. 5.* Azorius, *pa. 1. lib. 4. cap. 4. quaest. 6.* Suarez, *de Pœnit. disp. 22. sect. 5. nu. 24.* Coninch. *de Sacrā. disp. 7. dub. 7. nu. 19.* Vasquez, *to. 4. in 3. part. quaest. 91. art. 1. dub. 5. nu. 27.* Medina, *lib. 1. sum. cap. 9. §. 1.* Merolla, *to. 1. disp. 2. cap. 7. nu. 41.* Diana, *part. 4. tract. 4. resol. 205. ver. dicendum est.* Gaspar Hurtad. *de Sacram. disp. 9. de Pœnit. diff. 6.* & alii.

54 Vndè, qui habet rem cum Concubina tota nocte, non tenetur exprimere hanc grauitatem: sed sufficit confiteri numerum peccatorum: videlicet: Semel, vel bis fornicatus sum. Ita Zerol. *in prax. Pœnit. cap. 12. quaest. 15.* Diana, *pa. 1. tract. 7. resol. 39.* & alii.

55 Hinc infertur cōtra Suarez, Vasquez, & Coninch. Neq; esse necessariū explicare oscula, & tactus impudicos, qui immediatè subsequuntur Fornicationem: quia tota illa series tactuū impudicorum, cōtinuato opere habitorum, vsquè ad eos tactus, qui subsequuntur Fornicationē inclusiuè, censentur vnùs numero tactus impudicus, qui necessariò explicatur, explicata Fornicatione. Ita Nauarr. *cap. 6. sum. nu. 17.* Azorius, *pa. 1. lib. 4. cap. 4. quaest. 6.* Diana, *pa. 1. tract. 7. resol. 42. & part. 4. tract. 4. resol. 205. in fine.* Henriquez, *lib. 5. de Sacram.* qui est secundus de Pœnitētia *cap. 5. nu. 5.* Graff. *pa. 1. decis. lib. 1. c. 20. nu. 18. in fine.* Fagundez, *de precep. Eccles. lib. 3. cap. 4. nu. 14.* Filliucius, *to. 2. tract. 21. ca. 9. n. 339.* Zerola, *in prax. Pœnit. cap. 12. quaest. 47.* Zennardus, *in direc. Theolog. pa. 1. tract. de Pœnit. cap. 18.* Sācius, *in Eccles. disp. 6. nu. 3.* Merolla, *to. 1. disp. 20. cap. 7. nu. 51.* & alii.

56 Tenetur tamèn explicare in Confessione (dicunt Diana, *in part. 4. tract. 4. resol. 205.* & Gaspar Hurtad *de sacram. disp. 9. diff. 6.*) si tactus non fiunt ex effectu Fornicationis, sed tantùm ad libidinem, in ipsis repertam. Si Fornicatio posteà fiat ex alio effectu, tunc erunt peccatum distinctum à Fornicatione: quia tunc non ordinantur ad illam, ex effectu operātis.

57 Merolla vero *in 1. tom. disp. 2. cap. 7. nu. 55.* ait: oscula, & tactus impudicos, qui precedunt actum Fornicationis, quamvis non ordinentur ad Fornicationem à principio, nequè esse necessariò explicāda in Confessione, esto ex alia voluntate subsequatur Fornicatio: quia neque in hoc casu censetur diuersum numero peccatū à Fornicatione; etiam si eiusmodi tactus essent exorbitantes, ad maiorē voluptatem inuēti, quia hoc non variat speciē: neque ii tactus afferre posśut maiorem

iorem voluptatem ea, quæ in copula reperitur: ac proindè, explicata copula, explicati censentur.

Quomodò multiplicentur numero peccata, quæ per solam voluntatem internam committuntur.

58 Communitèr Doctores dicũt: Tòt sũt numero peccata, quòt sunt actus voluntatis, moralitèr interrupti: Quorum ratio est: quia sicùt ad vnitatẽ motus requiritur vnitas temporis, vt communitèr dicunt Phylosophi: Non enim est vnus, & idem motus, quem hoc manè feci ambulãdo, cũ motu, quem nunc facio. Ita ad vnitatem peccati, vnitas tẽporis requiritur: sed quandò actus sunt moralitèr interrupti, non est vnum tempus, sed diuersa: ergo, quando actus voluntatis sunt moralitèr interrupti, non est vnum numero peccatum, sed plura. Quando verò voluntas durat in illo actu interiori, quo peccatum committis, vnũ tantùm numero esse peccatum: quia illa duratio agrauat, non autem multiplicat illud. Vndè sequitur, hęc peccata non posse multiplicari numero in eadem persona, circa idem obiectum (pro vt modò loquimur) nisi solum per interruptionẽ vnius, & successiuã affectionem alterius. Ita Suarez, *lib. 5. de Voto. cap. 6. nu.* 10. Azorius, *cap. 4. quæst.* 4. Bonacina. *de pec. disp.* 2. *quæst.* 4. *pu.* 2. *nu* 5. Meroll. *to.* 1. *dis.* 2. 2. *cap.* 7. *nu.* 56. & alii communitèr.

Difficultas vero manet. Quanta interruptio necessaria sit, ad prędictam multiplicationem numericam?

59 Prima opinio ait: Sufficire quamcũque etiã minimã interruptionẽ siuè sit voluntaria, siue ex quacumque distractione naturali, vel somno, etiam modici temporis. Vndè, si quis animo occidendi, iter facit: & interim ità distrahitur, vt nõ recordetur homicidii, nec loci quò tẽdit, nec ipsius itineris: si iterũ repetita voluntate occidendi, iter prosequatur, committet nouum peccatum, numero distinctum à priori. Et idem est, si in itinere dormiat, comedat, vel cum aliis loquatur, nihil cogitando de homicidio. Cuius ratio est: quia Peccatum illud non potest esse vnum, nisi continuatione aliqua: sed tunc nihil est, in quo duo illi actus voluntatis continuentur, ad constituendum vnum peccatum: ergo sunt plura. Ita Vasquez, 1. 2. *disp.* 75. *cap.* 2. Suarez, *to.* 4. *in* 3 *part. disp.* 22. *sect.* 5. *nu.* 17. Tabiena, *u. Peccatum.* § 8. vbi Armilla, *nu.* 4. Toletus, *lib.* 3 *sum. cap.* 7. & Clariùs, *lib.* 5. *cap* 8. *in fine* Pesantius, 1. 2. *quæst.* 20. *art.* 3. *disp.* 1. *et in addict. ad* 3. *part quæs.* 10. *disp* 4 Bonacina, *de Peccat. disp.* 2. *quæst.* 4. *pu.* 2 *nu.* 9. Filliucius. *to.* 2. *tract.* 21. *cap.* 8: *nu.* 313 qui in *num.* 318. addit. Inordine ad Confessionem non censeri eiusmodi actus multiplicari numero, nisi interruptio sit moralis, id est voluntaria.

60 Secunda opinio absolutè ait Peccata hęc non multiplicari numero, donec prior voluntas per contrariam voluntatem retractetur, & interrumpatur, & postea ad priorem volũtatem iterum redat. Et sic quando quis apud se constituit inimicum occidere, & nunquam id expressè retractauit: licèt sæpiùs repetet idem prępositum, non debet iudicari nouum peccatum, tanquã diuersum in Confessione explicandum. Ratio est: quia vt hęc distinctio in confessione aperiatur, debet esse moralis. Nam (sicùt dicunt communitèr Doctores) de specifica distinctione nõ sufficere physicã, sinè moralitate de numerica dicendũ est: quamdiu. n. interruptio nõ fit per cõtrariã volũtatẽ, nõ est moralis quoniãquãdiù aliquis habuit voluntatem aliquam, & eam non retractauit, in ea censetur moralitèr perseuerare. Ergo quamuis sepè eãdem voluntatẽ repetat, absquè prędicta interruptione, eãdem voluntatem censetur mortalitèr habere, idemque numero peccatum cõmittere. Ideò satisfacit in Confessione, si totum illud per modum vnius confiteatur. Ita Tamborinus. *lib.* 2 *ap.* 6. *§.* 5. *nu.* 32. *Salas*, 1. 2. *quæst.* 73 *tract.* 13. *disp.* 5. *sect.* 8. *n.* 85. Homobonus, *pu.* 1. *tract.* 5, *cap.* 13. *quæst* 83 Canus, *relet. de Pœnit. pa.* 5. *Paulo antè medium. fol.* 70. *inuoluminibus paruis. vers. Et per hoc.* Io. del. Cruz, *p.* 2. *quæst.* 3. *dub* 6. Petrus fay *de sacram. Pœnit. in add ad D. Thom. quæst.* 9. *art.* 2. *disp.* 5. *ad* 4. *argum.* & alii

61 Pro resolutione huius quæstionis, sciendum est: Peccata, quæ per voluntatem internam tantùm committuntur, sunt in triplici differentia. Quædam sunt quæ tantùm habent principium, & finem in actu interiori: vt est Odium Dei, vel proximi, Superbia, Inuidia. &c. Quædam sũt quæ habent principium in actu exteriori, & finem in actu interiori: vt est delectatio morosa, seù simplex complacentia vel desideriũ inefficax alicuius peccati exte-

rioris. v.g. Homicidii, Fornicationis. &c. Quædam verò sunt peccata interna, quę non solum dicunt ordinē ad actum exteriorē, à quo tamquam ab obiecto sumunt malitiam, sed etiam in eo consummantur: vt v.g. cum quis efficaci voluntate proponit interficere inimicum: hoc peccatum internum voluntatis, non solùm dicit ordinem ad occisionem externam inimici, à qua sumit malitiā, & specificationem; verum etiàm respicit illā, vt in ea consummetur, seù vt de facto consequendam, & executioni mandandā

62 Si loquamur de peccatis internis, Primi, & Secundi Generis, existimo cū prima opinione. Ratio est: quia talia peccata sunt verè, & propriè intrinsicè numero distincta, etiā in ratione morali, quatenùs peccata sunt: habent enim malitias morales distinctas, & per distinctum vsum liberi arbitrii committuntur. Nequè possunt dici vnum peccatum numero, vnitate numerica extrinseca, quæ est per continuationem: quia nihil potest assignari, à quo sumatur hæc continuatio: nam cum sint peccata, quæ in interiori perfectè consummātur, nec respiciant aliquem actum exteriorem, ad quē tendant, vt in eo consummentur, non poterunt habere aliquod, in quo continuentur, & vniantur; Ita, prætèr citatos Doctores primæ sententiæ, docent Nauarr. *cap.6. sum. nu.* 16. Azorius, *pa.* 1. *lib* 4. *cap.4 quæst.* 4. Merolla, *to.* 1. *disp* 2. *cap.7. nu.* 67. Layman, *in Theolog. moral. lib.1 tract.3. cap. 3. nu* 3 & alii.

63 Vndè ait Merolla, in *nu.69.* Pœnitentem teneri, confiteri talem multitudinē numericam peccatorum, meliori modo, quo potest. Dixi: *Meliori modo, quo potest:* quia multotiès à Pœnitēte talis numerus peccatorum cognosci nō potest; ideò sufficit, tunc declarare diuturnitatē in interiori consensu, & delectatione, nā in illa cōmitti solet (humano modo loquendo) talis multitudo peccatorū, quæ abhomine alitèr declarari non potest.

64 Si verò loquamur de peccatis internis Tertii generis, quæ scilicèt cōsūmantur in exteriori: puto probabiliùs cum secūda opinione, huiusmodi peccata nō multiplicari numero, donec prior voluntas retractetur. Vt si quis proponat efficacitèr occidere inimicum: deindè per aliquantulum tēporis diuertit ad alia, aùt ita mente distrahitur, vt non recordetur homicidii: si posteà repetat eūdem actum voluntatis, seù propositum occidēdi; hic secundus actus nō dicitur moralitèr distinctū numero peccatū à priori, sed erunt vnum, & idē numero peccatū, quod censetur moralitèr cōtinuatū: nā quandò voluntas repetit secundum actum, solum facit, vt primus actus, qui ad huc durabat implicitè, & virtualiter cum nullo modo fuerit retractatus, vt supponimus, efficiatur explicitus, ac formalis: & ita solùm mutatur actus, secundùm accidentalia; manens moralitèr idem secundùm substantiam indiuidualem. Id autèm vndè sumi potest hæc vnitas numerica, seù cotinuatio moralis, dici potest, esse ipsūmet actum exteriorē, quem respiciunt, vt in eo perfectè consummētur: Ita præter Doctores secundæ sententiæ citatos, docent Cosmus Philiarcus *de offic. Sacerd. pa.2. lib.2. cap.21.* Nauarr. *cap. 6. sum. nu.* 16. *& in cap. considerat. de Pœnit. dist.* 5. *nu.*48. Petrus Nauarr. *lib.4. de rest. cap 4 à nu. 9. vsq; ad nu.*18. Petrus Ledesma, *pa.2. sum. tract. 9. cap. 4. concl.* 14. *diff.*1. Lopez. *to.1 instruc. cap.* 31 *quæst.* 4. Zumel, 1.2. *quæst.*73 *art.4. dub.*1. *concl.*2. vbi Granad. *controu.6. tract.2. disp.*5. *nu.* 5. Herrera, *in 2 sent. disp.* 32. *quæst* 7. Rodoriquez, *pa.1. sum. cap* 52. *nu.* 7. Rebell. *de Oblig. iust pa.* 1. *lib.* 2. *quæst.* 17. *nu.* 9. Garzias, *to.1. de Benef. pa.3 cap.* 1. *nu.* 137. Aragonius, *2.2. quæst.6. art.*8. *ad* 2. Iulius Lauorius, *in tract. de Iubileo. pa* 1. *cap.*14. *nu.*40 Merolla, *to.1 disp 2. cap 7. à nu.*70 & alii. Et dicit esse probabilem Oliuarius Ronartius, *de Horis Canon. lib.* 2. *cap.* 20. *in fine.*

65 Limitat primò hanc sententiam Aragonius: Nisi quando quis secundò ita proponit occidere, vt etiā m si numquàm proposuisset, modò proponeret.

66 Limitant secundò Rebellius, Herrera, & Salas, Nisi intèr ipsos actus voluntatis, multum tempus intercedat: quia tunc censetur moralis interruptio. Et probāt ex argumento nu.60. deducto: quod saltèm probat de actibus efficacibus volūtatis. Tum etiam, quia sententia contraria est contra vsum peritorum Confessariorum, & Pœnitentium, ac totius Ecclesiæ Christianæ: vt benè inquit Nauar. *d. cap.6. nu.*17. Non enim solent Pœnitētes confiteri hanc repetionem actuum voluntatis efficacis: sed sufficit eis, si confiteatur actum externum consummatum V.G. Omisi audire Missam die festo: vel commisi Furtum, aut Fornicationem: nō autem

autem dicunt, quotiès proposuerūt omittere eam Missam, vel fornicari Neque Confessarii solent, de hoc interrogare: & tñ ordinariè euenire solet, vt antequã consummetur peccatum externum, præcedat propositum in actu signato committendi illud, quod non solet actu, & formalitèr continuari vsquè ad consummationem actus externi; sed ordinariè solet interrumpi ob aliquam distractionē, vel attentionem ad alia: quod tamèn necessariò repetitur, cum cōsummatur peccatum.

An cum Vnitate numerica physica actus peccaminosi, reperiri possit distinctio numerica moralis malitiarum.

67 Affirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia cum vnitate numerica actus physici reperiri potest distinctio specifica moralis malitiarum, vt omnes concedunt: & patet in homicidio Clerici: ergo multò magis poterit reperiri distinctio numerica malitiarum. Probatur consequentia: quia distinctio numerica est minor specifica Tum etiā probatur ex exemplis: nam. Coniugatus, qui cum Vxore alterius adulterium cōmittit, vno actu duplicem malitiam iniustitię contrahit; Vnam, contra propriā Vxorem; Alteram, contra Virum alterius. Vndè dicitur Adulterium duplex, vt inquit Iulius Clarus *§. Adulterium vers. Tribus autem modis*. Similitèr Religiosus, qui rem habet cum Moniali, censetur committere duo sacrilegia, moralitèr numero distincta. Præterea, si quis vno ictu occidat tres homines, tria homicidia, numero distincta, committit. Ratio est: quia malitia peccati consistit in respectu contrarietatis ad rectam rationē; cum autem actus dicat ordinem ad plura obiecta, ex quorum vno quoque per se prouenit contrarietas ad rationem, concedendum est, esse plures malitias, numero distinctas, & ita plura numero peccata. Ita Nauarr. *in cap. consideret. de Pœnit. dist. 5. d. nu.* 13. *& cap. 6 sum. nu.* 4. Henriquez, *lib. 5 de Sacram. cap.* 5. *§.* 4. *in fine.* Vasquez 1. 2. *disp.* 75. *cap.* 5. *nu.* 10. *& to.* 4. *in 3 part quæst.* 91 *art.* 1 *dub.* 4, Lopez, *pa.* 1. *cap* 35. Rodoriq. *to.* 1. *sum. cap.* 195. *nu.* 4. Pesant, *in addit. ad 3 part. quæst.* 10. *disp.* 3. Sotus, *lib. de instit. Sacram. lect.* 9. *de integrit Confess. vers. Primum quod de Circumstantiis.* Azorius, *pa.* 1. *lib.* 4. *cap.* 4. *quæst* 5. *&* 6. Sanchez, *lib.* 9. *de Matrim. disp.* 15. *nu.* 6. Sayrus, *in Clau. Reg. lib.* 2. *cap* 5 *nu.* 14. Salas, 1. 2. *quæst*, 71. *tract.* 13. *disp.* 3. *sect.* 2. *nu.* 19. Coninch. *de sacram. Pœnit. disp* 7 *dub.* 1. Molfesius, *to.* 1. *sum. tract.* 8 *cap* 7. *n.* 27. Tannerius, 2, 2. *disp.* 4. *quæst.* 1 *dub.* 4. *nu.* 55 Merolla, *to.* 1. *disp.* 2. *cap.* 7 *dub* 5. *nu* 93. Diana, *part.* 1. *tract.* 7. *resol.* 19. *& part.* 3. *tract.* 6 *resol.* 164. *& part.* 9 *tract.* 9. *resol.* 55. Ouiedus, *in part.* 2. *D. Thomæ. tract* 6. *cont.* 5. *pu.* 7. *nu.* 12 2. & alii.

68 Secunda opinio negat. Cuius ratio est: licèt actus tendat in plura obiecta, materialitèr distincta; non tamen tendit in illa per modum plurium, sed per modū vnius. Tum quia, quando est vnum solū obiectum, circa quod versatur vnus actus, est vnum tantummodò peccatum: ergo etiam est vnum tantummodò peccatum, quando vnus, isdemque actus versatur simul circà plura obiecta eiusdem rationis: nam hæc omnia obiecta vices vnius gerunt. Ita Suarez, *to.* 4. *in.* 3. *part. disp.* 22. *sect.* 5. *nu.* 33. Filliucius, *to.* 1 *tract.* 21. *cap.* 8. *nu.* 320. qui tantum dicit de interno. Naldus, *u. Circūstātia, nu.* 1 Duardus, *in Bull. Cæn. lib.* 3. §. 3 *quæst.* 2. *nu.* 7. Megala, *pa.* 1. *lib.* 5. *cap.* 12. *nu.* 4. Layman, *in Theolog. moral. lib.* 1. *tract.* 3 *cap.* 3. *nu.* 2. Bonacina, *de Peccat disp.* 2. *quæst.* 4. *pu.* 2. *nu.* 1. Tamborinus, *Opuscul.* 1. *de Confess. lib.* 2. *cap.* 1. *§.* 8 *&* 9. Leandrus, *de Sacram to.* 1. *tract.* 5. *disp.* 8. *§.* 3. *quæst.* 19. *& seq.* & alii.

69 Vndè, secundum hanc opinionem, non tòt sunt peccata quòt sunt obiecta, circà quę vnus, & isdem actus eodem tempore versatur. Ratio est, quia, quando est vnum solum obiectum, circà quod versatur vnus actus, est vnum tantummodò peccatum. ergo etiam est vnum tantummodò peccatum; quando vnus, & isdem actus versatur simul circà plura obiecta eiusdem rationis: nam hęc omnia obiecta vices vnius gerunt. Vndè qui intendit occidere vnam Familiam, non tòt numero peccata cōmittit, quòt sunt homines illius Familiæ: quia tota Familia in iure pro vna persona reputatur. *leg.* 1. *§. similia furtum fecisse dicitur* Bonacina *de pecc. disp* 2. *quæst.* 4. *pu.* 2. *nu.* 1. Nauarr. *cap.* 16. *nu.* 8. & alii.

70 Dixi: *Circà quæ versatur vnus, & isdem actus*: nam quando circà duo, vel plura distincta obiecta, duo, vel plures actus successiuè versantur; non vnum tantum-

modo

modo peccatum committit, sed plura. Vndè si quis percutiat Petrum, statimquè, nulla interposita mora, percutiat Paulum: duo peccata committit. Ratio est quia non solum physicè, verùm etiã moraliter reputatur duo actus, complete distincti.

71 Ex his deducitur: Qui statuit, totam Quadragesimam vnico voluntatis actu non ieiunare, non tot peccata cõmittit quot sunt dies Quadragesimæ. Ita præter Doctores citatos *in cap. 12. dub. 6. nu. 61.* docent Tamborinus *Opusc. 1. de Confes. lib. 2. cap. 1. §. 8.* & Leandrus *de Sacram. to. 1. tract. 5. disp. 8. §. 3. quæst. 19.* & alii *in cap. 12. dub. 6. nu. 61. citati.*

72 Secundò. Qui vult occidere, Caium, cum tota sua Familia, duo peccata committit, quia Familia est multarum personarum collectio: sicut grex ouium, & Bibliotecha, est quodam totũ ex multis rebus, tamquàm ex partibus constitutum, ita est in casu nostro. Ita Nauarrus, *capit. 16. num. 18.* Vgolinus, *de Censf. tab. 1. capit. 16. §. 3. num. 8.* Megala, *part. 1. lib. 5. capit. 12. num. 4.* Peregrinus, *lib. 5. capit. 12. num. 4. in resp. ad secund.* Leandrus, *de Sacramen. tom. 1. tract. 5. disput. 8 §. 3. quæst. 19.* & alii.

73 Tertiò. Qui maledixerit simul Deo, & duodecim Apostolis: aut imprecauerit mortem Titio, & toti suæ Familiæ, duo peccata committit. Ita Fagundez; *de Præcep. Ecclesiast. lib. 3. capit. 5. num. 10.* Decardus, *in Bull. Cœna, lib. 3. §. 3. quæst. secund. num. 3.* Vgolinus, *de Censf. tab. 1. capit. 16. §. 3. num. 8.* Megala, *part. 1. sum. lib. 5. capit. 12. num. 4.* Nauarrus, *capit. 6. sum. num. 18.* Leandrus, *dict. quæst. 19.* & alii.

74 Quartò. Si quis aliquem vno iræ impetu, tèr, vel quatèr, vel pluriès percusciet, & vulneret; vnum numero peccatum committit. Et si sit Clericus, qui percutitur, in vnam tantum Excommunicationem sic percutiens incidit. Ita Tamborinus, *in Opuscul. 1. de Confession. lib. secund. capit. prim. paragrap. octau.* & alii. Immò, si quis vnico ictu tres occidat Clericos, non incidit in tres Excommunicationes, & Irregularitates. Ita Leandrus, *de Sacrament. tom. 1. tract. 5. disp 8 § 19.*

78 Quintò. Qui vnico actu bona multorum lędat: v. g. furatur bona Communitatis, vel Hæreditatis plurium; satis est, si dicat: Furatus sum à Communitate, vel Hæreditatibus. Immò sufficit dicere: Furatus sum rem alienam. Ita Tamborinus, *in Opuscul. 1. de Confes. lib. 2. cap. 1. §. 9.* Leandrus, *d. cap. 8. § 9.*

79 Sextò. Qui vnico actu Mollitiei recogitat plures Coniugatas, aut plures Moniales; non committit plura peccata; sed sufficit dicere: Habui Mollitiem, cum cognitione in Coniugatas, seu in Moniales. Ita Leandrus, *de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 8. §. 3. quæst. 9.* Tamborinus *in Opusc. 1. de Confes. lib. 2. cap. 1. § 9. n. 63.*

Vndè nam distinctio specifica Peccatorum desumatur? Dub. 11.

80 PRima opinio est D. Thomæ, *quæst. 2. de Malo, artic. 6. in corpore.* asserentis Peccata distingui specie, secundùm diuersitatẽ præceptorum, quibus vetatur.

81 Hic modus dicendi est falsus, vt ait ipse D. Thomas, *1. 2. quæst. 72. artic. 6.* Nam potest accidere, vt diuersa specie peccata, vno præcepto prohibeantur. Si enim esset vnum tantùm præceptum, nè quis iniustitiam faceret, adhuc essent distincta peccata Homicidium, & Furtum. Et è contra, potest peccatum eiusdem speciei esse prohibitum naturali, diuina, & humana lege: ergo peccata non distinguuntur specie per præcepta, quibus vetantur.

82 Secunda opinio est aliorum, asserentium: Peccata specie distingui per Virtutes, quibus opponuntur, specie diuersas. V. G. si quis voto Castitatis adstrictus, cum aliena Vxore rem habeat; peccatum, in triplici specie constitutum, committit: Vnum quidem Luxuriæ contra virtutem Temperantiæ, seu Castitatis: quia rem habet cum Fęmina sibi non nupta. Alterum, Iniustitiæ, quia ad Vxorem alienam accedit. Tertium Religionis violatæ, cuius actus est Votum, Deo factum. Similiter, qui ex odio, idest, ex displicentia personæ, occidit alterum; duplex peccatum committit, specie distinctum: Primum est Odii, quod est directè contra Charitatem. Secundum, Iniustitiæ, quia alteri homini vitam adimit. Hęc opinio videtur tenere. Scot. *in 2. sēt. dist. 37. q. vn. §. ex ista solutione.*

83 Quamuis verum sit peccata diuersis Virtutibus opposita, specie distingui: nõ tamẽ est vniuersaliter verũ: quotiès peccata, specie distinguũtur, esse cõtrà diuersas Virtutes. Patet: quia Castitas est Virt-

vnius speciei: peccata verò cōtrà Castitatē sūt multa, specie diuersa: vt, Fornicatio simplex, Sodomia, Mollicies, &c. Item Liberalitas est Virtus, specie tantum vna: at Liberali opponitur Auarus, & Prodigus: ac proindè Auari, & Prodigi peccata, specie distincta, vni Liberalitati aduersantur.

84 Communis verò opinio est aliorum, asserentium: Peccata distingui specie per obiecta. Sumunt autem hic obiecta, non materialiter, quatenùs sunt certæ res: sed cum respectu, & ordine, quo sunt rectæ rationi contraria: quarè, si habeāt diuersam oppositionem, & repugnantiā cum recta ratione, peccata erunt specie diuersa: secus verò si non. Exempli gratia: Vesci carnibus intemperatè, vel pisces, non sunt peccata specie diuersa: quia licèt carnes, & pisces, vt res quædam sunt, specie distinguantur; non ita tamèn differunt, vt rectæ rationi aduersentur. Et è contrariò. Si centum aureos clam subripias, ac inscio Domino: aut per vim, & iniuriam illatam rapias, & tibi vsurpes; in genere entis, seù physicè, nulla est distinctio: at in genere moris, sunt duo peccata, specie diuersa: nempè, furtum, & rapina: quia per vim, aut clàm alienum occupare, nō eodem modo cum recta ratione repugnant. Ita Caietanus, 1.2 *quæst.* 72 *artic.* 1. vbi Vasquez, Aluarez & Medina, Valentia, *to.* 2. *disput sexta, quæstion secund. pun.* 1. Azorius, *par.* 1. *lib. quart. capit. prim. quæstion. quint. & sequ.* Sayrus, *in Clau. Reg. lib. secund. cap. quint. numer. decimo sext.* Suarez, 1.2 *tractat. tert. disput sept. sect.* 7. *à numer. septim.* Merolla, *tom.* 1. *disput. secund. cap.* 7. *dub.* 1. *num.* 4. & alii. Quorum ratio est: quia cum duo ad rationem peccati concurrant, scilicet, Actus voluntarius, seù liber; & Inordinatio à lege æterna: quorum Primum per se intenditur à peccante, qui intendit talem actum voluntarium in tali materia exercere: Secundum autèm omninò per accidens se habet ad eius intētionem: quia nullus intendens ad malum, operatur; vt ait Dyonisius, *in capit.* 4. *de diuin. nomin.* Vnumquodque verò specificatur, secundùm illud, quod est per se: & non secundùm id, quod est per accidens: consequens est, peccata distingui specie secundum obiecta, seù ex obiectis; quatenus rectæ rationi contrariantur. Et confirmatur: quia peccata sunt actus quidam: sed actus per obiecta distinguntur, vt dicunt Philosophi.

85 Vndè peccata, ideò præcisè differre specie interse, quia habent diuersam oppositionem, seù repugnantiam cum recta ratione: siuè diuersis præceptis, siuè vno, & eodem vitentur, siuè diuersis specie virtutibus, siuè eidem virtuti opponantur.

86 Possunt tamen peccata esse specie diuersa, quamuis eidem Virtuti opponantur, vt clarè patet exemplo, num. 83. allato de peccatis contrà Castitatem, & contrà Liberalitatem. Sumitur autem hæc differentia ex eo, quod diuersam repugnantiam habent cum recta ratione, & sub diuersa ratione eidem Virtuti opponuntur. Dictat enim recta ratio, ac Virtus Castitatis exigit, vt Concubitus sit intèr personas diuersi sexus, matrimonio copulatas: contrà quod dictamen peccat, qui rem habet cum non sua. Item præscribit recta ratio, vt Concubitus sit intrà vas naturale, aptum ad prolis generationem, ad quam natura ipsa Concubitum ordinauit: & contrà hoc dictamen rationis habent oppositionem peccata contrà naturam. Similiter, licèt Auaritia, & Prodigalitas opponantur eidem Virtuti Liberalitatis; tamen sub diuersa ratione: & sic diuersam repugnantiam habent contrà rectam rationem: Nam recta ratio, vtriusque Liberalitatis exigit, vt pecuniæ expendantur, quando opportet: & contrà hoc dictamen rationis peccat Auarus, qui eas non elargitur, vel expendit, quando opportet, sed retinet. Item præscribit recta ratio: vt pecuniæ non expendantur, quando non opportet, idque virtus Liberalitatis requirit: eius enim proprium obiectum est, bonus vsus pecuniæ: & contra hoc dictamen rationis peccat Prodigus, expendens pecunias, quando opus non est. Nequè oppositum voluit dicere Scotus, in secundo sententiar. allegatus: Cum enim dicit, peccata distingui specie per Virtutes, quibus opponuntur: appellatione Virtutum, intelligit, non habitus studiosos vitiis oppositos; sed circumstantias varias, rectæ rationi consentaneas, quarum priuationes sunt peccata, pro ipsarum circumstantiarum varietate, diuersa: vt clarè ex eius verbis colligi videtur. Ita Merolla, *tom. primo disput. secund. capit. septim. dub.* 1. *num.* 7.

Potest

87 Potest etiam esse aliquandò peccatum eiusdem speciei, quamuis sit lege naturali damnatum, & Diuinæ, ac humana lege prohibitum. Quia tum diuina, tum humana lex potest id prohibere eadem ratione, & eodem motiuo, quo lex naturalis vetat, & damnat: v. g. Lex naturalis prohibet Furtum simplex, quia est speciale peccatum, habens certam repugnantiam cum recta ratione: est enim rei alienæ, inuito domino, vsurpatio, quę hoc ipso à recta ratione dissentanea est. Interdicit quoque idem Furtum Diuina lex scripta: id etiam vetant leges humanæ: sed non propterea Furtum specie distinguitur: quia licèt sint tria præcepta; eadem tamen ratione, & sub eodem motiuo Furtum condemnant, & prohibent. Ita Merolla, *dict. cap* 7 *n.* 8.

88 Ex his infertur: Actum præceptum constitui in materia necessaria talis, vel talis Virtutis, iuxtà varia motiua, propter quæ præcipitur. Et id, quod prohibetur, constitui in specie peccati contrà hanc, vel illam Virtutem, cuius intuitu prohibet. Quò circà, si intuitu eiusdem Virtutis, id, quod erat iure naturali malum, ac prohibitum; prohibetur iure positiuo diuino, aut humano: idem omninò erit peccatum, secundùm speciem: vt patet exemplo, num. 87. allato de Furto. Si verò eadem materia, quæ iure naturali interdicta erat, quia opposita tali Virtuti, prohibeatur iure positiuo sub motiuo alterius Virtutis; duplex erit peccatum, specie distinctum. Quemadmodum Homicidium, quod est iure naturali malum, ac damnatum, quia est contrà iustitiam; lege Ecclesiastica prohibetur, in reuerentiam Clericatus, *Can. si quis suadente* 17. *quæst.* 4. erit in alia peculiari specie peccati: quia, intuitu alterius Virtutis, prohibetur ab Ecclesia, nimirum, Religionis. Quarè, occidens Clericum, duplex committit peccatum, specie distinctum: nempe, Homicidii, & Sacrilegii. Ita Merolla, *to.* 1. *disp. secund. cap.* 7. *num.* 11.

89 Ex his deducitur primò: Sacerdotem, vel alium in Sacris Ordinibus institutũ, duo peccata committere, si in actum venereum consentiat: quia actus venereus prohibitus est Sacerdoti ex variis præceptis, ex diuerso motiuo conditis: scilicèt virtute Castitatis, & ex motiuo Religionis, ad quam spectat Votum, quod per actum venereum violatur. Ita Tancredus, *de Matrimon. dist.* 7. *disp.* 27. *nu.* 11. Sanchez, *lib.* 7. *de mat. disp.* 17. *num.* 10. & alii communitèr.

90 Secundò: Eum, quò die Dominico, in quem incidit dies festus alicuius Sancti, Missam non audiet; non committere duo peccata: vnum, contrà præceptum audiendi Sacrum, & alterum contrà præceptum, assistendi Sacro in festo illius Sancti. Ita Azorius, *part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 4. *quæst.* 6. Sanchez, *lib.* 1. *sum. cap* 14. *num.* 9. Bonacina, *de Peccat. disp. secund. quæst.* 4. *pun.* 3. *num.* 11. & alii.

91 Tertiò. Furtum rei sacræ, vel effusio seminis in loco sacro, quo violatur Ecclesia; præter speciem peccati, quam habent iure naturali, priùs contrà Iustitiam, posteriùs contrà Castitatem; habent aliam speciem contrà Religionem, debitam rei, aut loco sacro: quia iure Ecclesiastico, intuitu huius Virtutis, vetitum est furtum rei sacræ. Atque eadem lege ita statutum est, vt pollutione violetur locus sacer, & indigeat reconciliatione: ob quam rationem peculiaris fit irreuerentia consecrationi, aut benedictioni Ecclesiæ. Ita Medina, 1. 2. *quæst.* 7. *articul.* 3. *vers. de circumstantia loci.* vbi Vasquez, 1. 2. *quæst.* 7. *artic.* 3. Herrera, *in secund. sent. disp.* 31. *quæst.* 7. *post primam reg. coroll.* 1. *& secund.* Sayrus. *in Clau. Reg. lib. secund. cap.* 5. *à num.* 11. Salas, 1. 2. *quæst.* 71. *tract.* 13. *disp.* 3. *sect. secund. à num.* 14. Suarez, *tom.* 1. *de Relig. lib.* 3. *de Sacrileg. cap. secund. num.* 4. Merolla, *tom.* 1. *disp. secund. cap.* 7. *dub. pri. nu.* 12. Diana, *par.* 1. *tract.* 7. *resol.* 26. Bonacina, *de Matrim. quæst.* 4. *pun. vlt. num.* 7. *& de Pœnit. disp.* 2. *quæst.* 4. *pun.* 3. *numero* 9. Reginaldus Raphael della Torre, *to. secund. qu. qq. artic.* 2. *disp.* 7. Sanchez, *lib* 9. *de Mat. disp.* 15. *n.* 11. & alii cõmunitèr.

Dubitatur: An quando pollutio est occulta, in Ecclesia, habeat malitiam Sacrilegij, in Confessione explicandam?

92 Affirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia per talem copulam, ex natura facti, & per se, polluitur Ecclesia: licèt non teneatur abstinere à celebratione in ea, dum occulta manserit. Tum quia absq; nouo actu, nouaque culpa incipit Ecclesia esse polluta, vbi primum de præterita culpa constiterit per famam, aut fornicantium Confessionẽ, iuxtà *cap. sign. de Adult.* Tũ, q̃a, licèt verũ esset, secreta pollutione nõ violari Eccle-

Ecclesiam: ad huc dici non posset, illam non esse Sacrilegium: quia Ecclesia illam prohibet sub motiuo, & ratione, seu intuitu Religionis. Vndè, sicut Furtum rerum sacrarum Ecclesiæ, quamuis occultum sit, & illo non violetur Ecclesia, est Sacrilegium: ita & secreta seminis effusio. Ad rationem Sacrilegii, satis est, si fiat contrà sanctitatem, ad quam Ecclesia consecratur: consecratur autèm, vt sit immunis ab omni violentia, & immunditia venerea per seminis effusionem: ergo &c. Ita Candidus, *tom. 2. disquis. 28. artic. 23. dub. 38 num. 40* Serra, *to. 2 in p. 1. D. Thomæ quæst. 62. artic. 2. dub. 2.* Diana, *pa. 1. tract. 7. resol. 26. & part 9. tract 9. resol.* 5. Sanchez, *lib 9. de Matr. disp. 15. num. 11.* Suarez, *to. 1. de Relig. lib. 3. cap 7 num. 4* Salas, 1. 2. *quæst. 71 tract. 12 disp. 2. sect. 2. nu.* 15 Raphael de Torre, *in 2. 2. to. secund qu. 99 artic. 2. disp. 7.* Bonacina, *de Matr. qu. 4. pun. ult. nu. 7.* Merolla, *to. 1. disp secund. cap. 7. num. 4.* Tannerus, *2. 2. disp. 4 quæst. secund. dub. 3. num* 41. & alii.

93 Secunda opinio negat. Cuius ratio est: quia cum huiusmodi actus fiant in loco sacro, ex natura rei, non est specialis circumstantia, in Confessione explicanda; quando non fiunt ex motiuo, Templum inhonorandi. Aliàs Oscula, & tactus, & turpia colloquia duplicem haberent malitiã, quod suprà citati Doctores negant. Tantum ergò ea malitia competit ex prohibitione Ecclesiastica: prohibitio autem Ecclesiasticæ tantùm eã seminis effusionem prohibet in loco sacro: quia Ecclesia ita violatur, vt egeat reconciliatione: non autem eget, nisi quando publica est: ergo tantùm ea habet speciem Sacrilegii, & non alia. Ita Vasquez. 1. 2 *to. 1. quæst. 7 disp. 98. cap. 3. n.* 6. Naldus, *verbo Sacrilegium num* 12. Basilius Pontius, *lib* 10 *de Matrim. capit* 10. *num* 15 Barbosa, *de Offic. Episcop. quæst. 2. fol. 125 num. 35.* Ioa. Mercadus, *de perfect. Confess. to. 1 lib. 2. pa. 3. tract. 4 docum. 3. nu.* 11. Io Caramuel, *in regul. D. Benedict. disp. 66 num. 1017.* Caspensis, *in Cur. Theolog. moral. tom. 1 tract. de Peccat. disp. secund. sect. 3 nu. 20.* Et probabilem vocat Quiedo, *in p. secund. D. Thomæ tract. 6. contrar. 5. pu. 3 § 9 num 69.* Diana, *part. 1. tract. 7. resol 26. & par 7. tract. 11 resol. 31. & par. 9. tract. 9. resol 5.* Trullench. *tom. secund. Decalog. lib. 6. cap. 1. dub. 7. nu. 11.* Basseus, *in prolog Theolog. moral. v. Sacrilegium* 11. *num. 3.* Leandrus, *de Sacram, to. 1. tract. 5 disput. octaua quæstion. nona.*

Quo pacto, peccata Cordis, Oris, & Operis multiplicentur specie?

Dub. 11.

97 QVod attinet ad peccata Cordis, (ait Merolla, *in tom. 1. disp 2. capit. 7. dub secund. numer 43.*) specie multiplicari. Primò ex diuersitate obiecti, seu materiæ specie diuersæ: quamuis vnus numero sit actus voluntatis. Veluti, si Petrus velit Ioannem occidere, & vniuersa eius bona subripere; licet sit vnus numero voluntatis affectus: tamen sunt in eo actu duæ peccati malitiæ, specie diuersæ; nempè, homicidii, & furti; propter duplicem deformitatem, & oppositionem, quam habet cum recta ratione: Alteram contrà dictamen rationis, de non ledendo proximum in bonis fortunæ; iuxta septimum præceptum Decalogi, de non Furando. Alteram verò, de non offendẽdo eum in persona, iuxta quintum Decalogi præceptum, de non Occidendo. Secundò, ex Obiecto, & fine, specie, ac ratione diuersis, peccata Cordis specie distinguntur. V. G. si Petrus velit furari, vt fornicetur, erunt in eo actu voluntatis duæ malitiæ, specie distinctæ: scilicèt, Furti, & Fornicationis: ratione duplicis deformitatis, & contrarietatis, quam habet is actus cum recta ratione: Alteram, contra Iustitiam, ac dictamen, de non offendendo proximum in bonis externis: Alteram, contrà Castitatem, seu contrà dictamen, de non accedendo ad non sua, iuxtà sextum præceptum Decalogi. Tertiò: quando in obiecto, & materia sunt simul duæ contrà rectam rationem prauitates, peccata Cordis sunt etiam specie distincta. Vt, si Paulus velit rem sacram furari: aùt post Votum Castitatis cum Meretrice rem habere: vel Clericum occidere: aut in Templo alium necare. In his enim casibus, licet vnus sit numero actus voluntatis, & vnum numero obiectum externum in genere naturæ; sunt tamèn in eodem obiecto diuersæ repugnantiæ ad rectam rationẽ: vt, clarè patet ex his, quæ diximus in superiori dub. 11. à num. 80.

98 Quantum ad peccata Oris, dico: Specie multiplicari, quandò sermo dirigitur, & refertur ad obiecta, specie diuersa: vt Murmuratio, & Blasphemia.

Vndè

99 Vndè dicunt Nauarrus, *cap. 6. sum. nu. 18.* Azorius, *pa. 1. lib. 4. cap. 4. quaest. 6.* Henriquez, *lib. 5. de Sacram. qui est vltimus de Poenitentia. cap. 8. nu. 3.* Fillincius, *to. 2. tract. 21. cap. 9. nu. 322.* Megala, *pa. 1. instit. Confess. lib. 5. cap. 12. nu. 11.* Sancius, *in Se-lect. disp. 6. nu. 1. & 2.* Tannerus, *2. 2. disp. 4. quaest. 2. dub. 4. nu. 55.* Lauor. *de Iubileo p. 1. cap. 14. nu. 43.* & alii. Si Petrus contumeliosè appellat Paulum hæreticum, latronem, adulterum, tria peccata contumeliæ, specie distincta, cōmittere. Et similitèr, si sermo terminatur in obiecto, vno quidem, sed duplici prauitate, specie diuersa, corrupto; fore etiam in duplici specie. Vt, si alterum per contumeliam appellet rerum sacrarum furem.

100 Attamèn dicendū est cum aliis: Omnes contumelias esse eiusdē speciei specialissimæ. Ratio est: quia differentia specifica peccatorum, non sumitur ex obiecto materiali, circà quod versantur: sed ex formali, quod respiciunt. Defectus verò, circà quos contumeliæ versantur, licèt sint diuersi, ac distincti specie; tamèn habent se, tamquàm materiale: formale verò, quod omnes contumeliæ respiciunt, est vnum specie: nempè, honor proximi, quē ledunt. Ab vna autèm ratione formali obiecti, vnica tantùm species specialissima desumi potest: ergo omnes contumeliæ ad vnam, & eamdem speciem specialissimam pertinent; quæ, ex vnitate honoris, contra quem tendūt, essentiam, & vnitatem accipit. Etiam si contumelia latè sumatur, vt comprehēdat conuicium, & improperium: quia militat eadem ratio. Ita Caietanus, *2. 2. quaest. 72. art. 1. vers. Ad hoc dicitur* vbi Salonius & Aragonius, Sotus, *lib. 5. de Iust. quaest. 9. art. 1. in fine.* Valentia, *2. 2. disp. 5. quaest. 16. pu. 1.* Molina, *to. 4. de Iust. & Iur. tract. 4. disp. 19. nu. 3.* Zerola, *in Prax. Poenit. ca. 12. quaest. 48.* Emanuel Sà, *u. Cōtumelia, nu. 1.* Reginaldus, *to. 2. lib. 24. cap. 5. nu. 102.* Azorius, *Sibi contrar. par. 3. lib. 13. cap. 5. dub. 1.* qui ampliat: etiam si contumelia dicta sit in Patrem, Regem, vel Prelatum. Cuius ratio est: quia per talē contumeliam solùm læditur honor, debitus Patri, Regi, &c. & non pietas ergà illum. Sed hoc non placet, neque admittunt Tamborinus, *1. de Confess. lib. 2. cap. 5. §. 1. nu. 2.* & Merolla, *to. 1. disp. 2. cap. 7. nu. 25. in fine.* nam gratis dicitur: Per contumeliam in Patrem, non ledi, etiam virtutē pietatis, vltra virtutem iustitiæ; sicut leditur, quando quis Patrem vulnerat, vt Azorius concedit.

101 Vndè sequitur: Nō esse necessar ium explicare in Confessione qualitatem cōtumeliæ: sed satis esse dicere, se verba contumeliosa in alium protulisse, animo iniuriādi. Licèt, aliquādo opporteat explicare personam Patris, cui dicta sunt, propter rationem, numero præcedenti allatam.

102 Quod verò spectat ad peccata, quæ Opere cōsummātur (ait Merolla, *nu. 27.*) specie multiplicari. Primò, ex obiectis specie distinctis: veluti Adulterium, Furtum, Homicidium: hæc enim peccata versantur circà obiecta, specie distincta, & habentia diuersas oppositiones cum recta ratione, vt patet: ergò distinguntur specie. Consequentia patet ex dictis in superiori Dubio 11.

Secundò, distinguntur specie ex obiecto, plures, specie distinctas, prauitates habente: vt, Furtum rei sacræ. In hoc enim casu, licèt vnus numero sit actus, & vnum numero obiectùm in genere entis, sunt tamèn in eodem obiecto diuersæ repugāntiæ ad rectam rationem: & consequentèr, sunt peccata, distincta specie. Tertiò, multiplicantur specie ex obiecto, & fine, specie diuersis. Vt si Petrus Antōnium occidat, vt bona illius furetur. Patet, nam in eo actu occisionis sunt duæ malitiæ, specie distinctæ: scilicèt Furti, & Homicidii, ratione duplicis repugnantiæ, quam habet is actus cum recta ratione: Alteram, contrà dictamen, de non offendendo proximum in persona: Alteram verò, contrà dictamen, de non ledendo illum in bonis externis.

An Dispensatio, & Impotentia excuset à peccato? Dub. 12.

103 QVod attinet ad Dispēsationem, affirmatiuè respōdeo: quando Dispensatio validè obtenta est. Vndè si quis obtenta valida Dispensatione, faciat aliquid, quod, prçcisa dispensatione, mortale peccatum esset, excusatur à peccato. Ratio est: quia non facit contrà legem, cum per validam dispensationem exēptsit ab obligatione legis. Secùs, si dispensatio sit inualida. quia homo, per dispēsationem inualidam, non eximitur ab obligatione legis, & cōsequenter, neque à transgressione, vel peccato. Ita commuceitèr

muniter Doctores. Quis autem, & quomodò validè dispensare possit, diximus in Tract. 1. cap. 9.

104 Ita etiam excusatur à peccato Impotentia, adimplendi præceptum. Ratio est: quia nullus ad impossibile tenetur, & impossibilium non est obligatio. *leg impossibilium.*

105 Aduertè, quod duplex est Impotētia. Vna dicitur Moralis, quæ contingit, quādo quis non potest præceptum adimplere, sinè graui incommodo, vt quando quis non potest Missam audire in die festo, absquè periculo grauis damni proprii, vel alieni, vt infamię, aut morbi: &c. Altera Physica, quæ contingit, quando quis nullo pacto potest præceptum obseruare: vt, si quis ità in carcere detineatur, vt nulla ratione indè valeat exire, dicitur Impotentia Physica, ad Missæ sacrum audiendum. Vtraque impotentia est sufficiens causa, excusandi à peccato. & de his dicebimus in *l. 2. de celebrat. Missar. circà 3. Decalog. pręcep.*

An Vis, & Metus excuset à Peccato? Dub. 13.

106 Supponēdum est primò: Metus aliud non est, nisi perturbatio animi, proueniens ex apprehensione mali imminentis. Sic Bonacina, *de Contract. disp. 3. quæst. 1. pu. 2 § 3. nu. 1.*

07 Duplex autem est Metus. Alius est cadens in constantem Virum, qui grauis appellatur: Alius non cadens, & leuis nuncupatur. Prior solet appellari iustus, probabilis, & grauis: posterior verò iniustus, improbabilis, & leuis. Ratio autem horum nominum est: quia prior timor non repugnat constantię, & fortitudini: sed iustè, ac probabilitèr eo terretur Vir constans, & fortis. Posterior autem, constantiæ, & fortitudini repugnat: & incōstantis, vani, leuisque hominis est, illo terreri. Quinque autem conditiones assignari solent, vt metus cadat in Virum constantem à Doctoribus; quos refert, & sequitur Sanchez, *lib. 4. de. Mat. disp. 1. à nu 16.*

108 Prima est: Vt malum quod timetur, graue sit. *l. ff. de eo quod met. causa.* vbi Glossa statim in principio explicat: idest, magni mali. Nam inconstantis, & leuis est, rem modicam timere In dubio autē, malum non censetur graue, & cadens in constantem Virum, vt ait Farinac. *2. part. fragm. verbo. Metus, nu. 65.*

109 An magnitudo hæc mali attendatur simplicitèr, ex qualitate ipsius mali, in se considerati; ita vt sufficiat in se esse magnum malum; an potiùs comparatiuè ad minus malum? Siluester. *u. Metus, quæst. 1.* Veracruz, *pa. 1. Specul art. 8. concl. 3.* Carbon. *de Restit. quæst. 46. fundament. 3.* & alii, dicunt: Considerari per comparationem ad minus malum: ac proindè quicūque eligit minus malum, qualecūque illud sit, vt vitet maius; verè moueri timore, cadente in Virum constantem. Quorum ratio est. quia Viri fortis, ac constantis, est, inter duo impendentia mala, minùs eligere.

110 Sotus verò, *in 4. dist. 29 quæst. 1. art. 2. vers. Secundò per accidens*, ait: Non satis esse, vt dicatur Metus cadens in Virum constantem, vt Vir illud malum constantèr caueat: sed deberè, esse timorem grauis mali, in se considerati. Cuius ratio est: quia iura concedunt rescissionem cōtractus, ob timorem cadentem in Virum constantem: quia is timor libertatem cōsensus impedit. *cap. cum locū, de Sponsal.* Sed quandò malum, quod timetur, est leue in se; quàmuis grauiori malo anteponatur; non impedit in Viro forti libertatem consensus: ergo is timor non cadit in Virum constantem.

111 Hæ duæ opiniones facilè possunt conciliari, vt dicunt Sanchez, *lib. 4 de Mat. disp. 1 nu. 13.* & Merolla, *to. 1. disp. 1 cap. 3. dub. 2 nu. 11.* cum hac distinctione Dupplicitèr sumi potest, Timor cadens in virum costantem. Primò, Generalissimè, vt distinguitur contrà metum, quo aliquis ductus, incōstantèr, & imprudentèr agit: & in hac generalitate omnis timor cuiuscumque maioris mali, quamuis in se leuissimum sit respectu minoris, dicitur cadens in cōstantem Virum; quia eligens illud minus malum, prudentèr, & constantèr agit. Et de hoc timore loquitur prima opinio. Secundo modo accipitur, Strictè, & propriè, pro vt eum considerant iura, ad rescissionem contractuum, & vt impedit libertatē ad illos: Et hoc modo non dicitur cadens in Virum constantem, nisi quando timor esset grauis mali. Et de timore, hoc modo sumpto, loquitur Sotus.

112 Secūda conditio est: Vt extimatio mali quod timetur, sit fortis: idest, vt timens, non vanè, leuitèrque credat, malum illud

sibi

sibi imminere: sed probabilitèr, & rationabilitèr: vt colligitur ex *leg. Metum.* 2. *ff. de eo, quod met. caus.* Et ratio est: quia hoc distat intèr constantem, & inconstātem: quod Ille, non nisi ex forti, et probabili estimatione mouetur: Hic autem ex leui. Ita Scotus, *in 4. dist. 29. quaest. vnica. §. de primo contradictorio est.* D. Thomas, ibi *quaest. vnica art. 2. in corpore.* Durand, *quaest. 2. nu. 4.* Riccard. *art. 1. quaest.* 1. D. Bonauent. *quaest.* 1. *nu.* 5. Gabriel *in 3. d. 39. quaest. 1. art. 2. ad finē vers. Alterum verò* Palatios, *in 4. dist. 29. disput. 1. vers. distingunt porrò* Sotus, *4. dist. 29. quaest. 1. art. 2. vers. Alterum verò* Turrecremata. 31. *q. 1. in sum nu.* 6. Silvester, *u. Metus, quaest.* 1. Tabiena, *u. Impedimentū. Impedim. 9 q. 1. nu.* 2. Sanchez, *lib. 4. de Matrim. disp. 2. nu.* 15. Merolla, *to. 1. disp. 1. cap. 3, dub. 2. nu.* 12. & alii.

113 Tertia conditio: vt metum incutiens potens sit, minas executioni mandare; non enim est Viri constantis, ac fortis, quibuscumque minis terreri. Vt, si minans sit senex, vel debilis, & alter iuuenis, & fortis, vt colligitur *ex leg. famosi, ff. de leg. Iul. maiest.* ibi. *nam et persona exspectāda est, an potuerit facere.* Hoc autē non est ita intelligendum, vt minans verè, & de facto possit minas executioni mandare. sed sufficit, vt timens hoc rationabilitèr credat.

114 Quarta conditio: Vt metum incutiēs solitus sit minas exequi: Secùs verò, si homo sit facilè minas iactans, ac faciliùs, ira deposita, nihil, aut parum executioni mandans: vt constat ex *leg. vnica, C. si quis Imperatori.* ibi *Ex personis hominū dicta pensemus, & leg. famosi. ff. ad l. Iul. Maest* ibi. *Nam & persona expectanda est, an potuerit facere, & an antè quid fecerit.* & meliùs, *l. metum. C. de his, quae vi* ibi *Metum, non iactationibus tantùm, vel contestationibus, sed atrocitate facti probari conuenit.* Et ibi docent Bartol. *nu.* 1. Paul. *nu. vnic.* Alexand. *nu.* 2. Bald. *nu.* 1. Salicetus, *nu* 2. Panormit. *cap. 1. nu. 3. de Offic. De leg. & cap. causam. Matrim. nu. 5. eodem. titul. & cap. cum dilectus. nu* 8. *de his, qui vi. & cap. final. nu. 4. de Appellat.* Alex de Neuo. *cap. consulat. nu. 12. de Sponsal. & cap. final. nu. 17. de Appellat* Felin. *cap. de Offic. Deleg. nu. 2. vbi* Decius. *nu 22. & cap. causam Matrim. nu 21. eodē titul.* Crotus, *leg. Stipulatio. hoc modo. cōcep. nu. 67 ff de verb. Obligat.* Vitalis. *de Cambiis. tract. de Clausula. claus. Noui titus. de metu. Vxoris nu. 2.* Iacopinus, *leg. interpositas. nu. 10. C. de trans.* Couar. 4. *Decret. pa. 2. cap. 3. §. 6. nu. 4.* Mascardus *de probat. concl.* 1055. *nu.* 18. & 19. Henriquez, *lib. 11. de Mat cap 9 nu.* 3. & alii. In dubio autèm non praesumitur, minantē solitum esse, minas exequi: vndè hoc probandum est, vt ait Riminal. & videtur approbare Farinac. 2. *part. fragm. verb metus. nu.* 94.

115 Quandò verò simul concurrit Metus reuerentialis, Vtrum haec conditio desideretur ad Metum, cadentèm in Virum constantem? dicemus infra. Addunt aliqui: Non sufficere, vt minans solitus sit minas exequi, sed opportere, solitum esse exequi in eodem genere mali comminati, ex doctrina Bald. *l. fin. ad finem ff. de Hered. institutum.* vbi ait: ex dissimilibus non sumi coniecturam. Ita Alex. *in leg. Metum. nu, 2. C. de his, quae vi.*

116 Sed hoc non putant necessarium. Sanchez, *lib. 5 de Mat disp. 1. nu. 12.* & Merolla, *to 1. disp 1. cap. 3. dub. 2. nu.* 15. sufficit, enim, vt solitus sit, minas exequi, etiam in alio genere mali, ita atrocis, vt sufficiens sit, ad incutiendum metum, cadentem in Virum constantem.

117 Addunt secundò alii: Non sufficere, vt minans semel malè tractauerit, quia vnicus hominis actus non probat consuetudinem, sed exigitur saltèm binus: vt colligitur ex *leg. nemo. 3. C. de Episcop. audient. in fine* & ita Bartol. *in leg. de populo §. si quis ipsi, nu. 15 ff de. non oper. nūt.* Anton. *cap. final. nu. 8. de Appellat.* vbi Panormit. *nu.* 4. Alex. de Neuo. *nu.* 19. Imol. *nu.* 8. Decius, *nu.* 12. & alii.

Hoc tamèn bene intelligunt Alex. de Neuo. Decius. & Sanchez, *nu,* 12. & Merolla, *nu.* 16. Quandò semèl malè tractauit alias. Secùs verò si ipsummet, cui minatur.

118 Addunt tertiò Bartol. Anton. Alex. de Neuo & Imola, proximè citati. & Padilla *l. interpositas, nu. 10. C. de transac.* Non satis esse probare, vt in vno Officio v. g Iudex malè tractauerit; nisi probetur in eo quod tunc obit. Quare (ait Padilla): non sufficit, ad rescindendum Contractum, initum à secunda Vxore, ob Viri reuerentiam; quod priorem, hac occasione male tractarit, per *leg. 3. §. Nunc videamus. vers. Quæri potest ff de sump tut.*

119 Sed hoc benè intelligunt Sanchez, *loco citato.* & Merolla, *nu.* 18. nisi indè, attenta Iudicis, & Mariti conditione, probabi-

babilissima coniectura sumi posset, fore, vt idem nunc faciat. Quia satis est probabilis suspicio metus incutiendi: vt aperte colligitur, *ex leg. nouissimè, ff. quod falso Tutore* ibi. *Quid enim si metu compulsus, aut metuens nè compelleretur.*

120 Quinta conditio: Vt non possit timēs facilè occurrere malis, quę timentur, nisi eum posset alia via illis malis occurrere: vt implorando alicuius auxilium, consulendo Superiorem, &c. non esset timor cadens in Virum constantem. Quia inconstantis est, & timidi, metuere ea mala, quæ facili negotio vitare potest. Ita Angelus, *v. Metus num.* 5. vbi Siluester, *quæst.* 1. Marcus Antonius Cucus, *lib.* 5. *Iustiti Moral. titul.* 12. *num.* 155. & alii.

121 Verum, tres vltimæ conditiones videntur superfluæ, vt ait Merolla, *tom.* 1. *disp.* 1. *capit.* 3. *num.* 10. Nam necessariò continentur in secunda: nemo enim potest prudentèr timere aliquod malum, quando scit, minantem, aut non posse illud inferre, aut non esse probabile, eū hoc illaturum, aut quando ipse potest facilè illud vitare. Sed, vt distinctius in hac Quæstione procedamus.

Quæro primò: An ad Metum Viri constantis, requiratur necessariò, vt eligatur minùs malum, ad vitandum maius?

122 PRima opinio ait: Requiri quidem electionem minoris mali, vt ex parte subiecti, dicatur metus, cadens in Virum constantem: idest, adhunc effectum, vt timens constantèr, & absque peccato agat: at non requiri, vt dicatur, cadere inconstantē Virum, quò ad rescissionem Contractuum: sed ad id sufficere, si timor ipse, ex parte obiecti, sit cadens in Virum constantem: quia scilicèt, est timor mali grauis, quod ex se Virum constantem mouere poterat. Cuius ratio est: quia iura ideò concedunt rescissionem Contractuum, quandò Metus grauis intercedit: quia is Metus liberum consensum impedit, & iniuriam irrogat: vt constat, *ex cap. cum locum, de Sponsal. & l. continet.* 3. *ff. de eo, quod Met. caus.* Sed quandò incutitur timor mali grauis, nō minùs impedit libertatem consensus, nec minùs iniuriosus est, siuè cogat eligere minùs, siuè maius malum: ergo vtroque modo sufficiet ad Contractus rescissionem. Ita Nauar. *capit.* 23. *sum. numer.* 51. *versic. Octauum, & Nonum.* Menoch. *de Præsump. lib.* 3. *Præsump.* 4. *num.* 33. Petrus Ledesma, *de Matrim. quæst.* 47. *artic.* 2. *in fine, & articul.* 3. *in solut. ad* 4. *ante vlt. difficult.* Henriquez, *lib.* 11. *de Matr. capit.* 9. *num.* 3. Sanchez, *lib.* 4. *de Matrim. disp.* 2. *num.* 3. Merolla, *tom.* 1. *disp.* 1. *capit.* 3. *dub.* 3. *num.* 22. Philiarchus, *de Offic. Sacerd. tom.* 1. *pa.* 2. *lib. secund. cap.* 8. *ad finem* & alii.

123 Secunda opinio ait: Requiri, vt timens eligat minus malum. quarè non diceretur cadere in Virum constantem, quotiès timore cogitur quis, maius malum eligere: Vt, si timore mortis, eligat quis fornicationem, vel etiam mendaciū veniale. Cuius ratio est: quia in hoc differt Vir constans ab inconstanti, quod ille sempèr sequitur dictamen rectæ rationis, quod minus malum subeundum dictat, ad vitandum maius: ergo quotiès præfert minus malum, inconstans est: nec ducitur timore, cadente in Virum constantem. Ita Scotus, *in* 3. *disp.* 29. *qu. vnica §. de primo contradictorio, & §. hic dicitur.* vbi D. Thomas, *articul. secund. in corpore.* D. Bonauentura, *quæst.* 1. *in fine* Durandus, *quæst. secund. nu.* 4. Riccard. *artic.* 1. *quæst.* 1. *ad secund.* Paludanus, *qu. vnica. artic. secund. conclus. secund. num.* 13. Gabriel. 3. *dist.* 39. *quæst.* 1. *artic.* 1. *ad finem, & artic.* 3. *conclus.* 8. Victoria, *sum. de Matr. num.* 264. Sotus, 4. *dist.* 29. *quæst.* 1. *artic. secund. paulò post princip. versic. Rursus ad notandum.* Palatios, *in* 4. *dist.* 29. *disp.* 1. Veracruz, *pa.* 1. *specul. art.* 8. *paulò post princip.* Rodoriq. *to.* 1. *sum.* 2. *edict.* 231. *num.* 3. Siluester, *v. Metus, quæst.* 1. Valentia, *v. Impedimentum. imped.* 9. *qu.* 1. *num.* 2. Panormitanus, *in capit. Sacris num.* 5. *de his, quæ vi.* Seraphinus, *de Priuileg. Iuram. Priuileg.* 110. *num.* 12. Gutierez, *Consil.* 16. *num. secund.* Vgolinus, *de cens. tab.* 2. *capit.* 24. *ante §.* 1. *in fine.* Couar. 4. *Decret. par.* 2. *capit.* 3. §. 4. *num.* 2. & alii.

Secun-

Secundò: An Metus Viri constantis dicatur talis absolutè, secluso ordine ad patientem Metum, & ita in omnibus aequalis debet esse: An potiùs dicatur respectiuè, considerata qualitate, Metum patientis?

124 DOctores citandi dicunt: Metum, cadentem in Virum constantem, non dici talem absolutè, sed respectiuè: ac proindè Metum, qui, respectu vnius, esset cadens in Virum constantem, non esse talè respectu alterius, qui fortior, & robustior est. Vndè minor Metus desideratur in Femina, quam in Viro, *arg. tex. capit. indignatur 32. quaest. 6.* Et ratio est: quia licèt Fęmina habeat virtutem constantiae; proptèr constitutionem tamen corporis, illi sexui naturalem, minùs potest resistere Metui, quam vir. Ergo minor metus sufficit, vt opprimat, cogatque Fęminam constantem succumbere, quam Virum, eadem constantia praestitum. Et eadem ratione idem dicendum est, non solum in Fęmina, respectu Viri, sed etiam inter ipsos Viros. Vndè autem dignoscatur, quis sit Metus, cadens in Virum constantem, attendenda est aetas: vt, si senex, vel puer sit, cui metus incutitur. Similiter eius fortitudo, atque innata animi magnitudo, aut paruitas, vel fragilitas: Nam maior Metus exigitur in milite, & constante, quam in pusillanimo, & vili. Ita Glossa, *capit. cum locum, de Sponsalib. verb. Metus*, vbi Panormitanus, *num. 6.* Sotus, *lib. 7. de Iust. quaest. secund. articul. prim. ad secund.* Nauar. *cap. 22. sum. num. 51.* Couar. 4 *Decret. pa. secund. cap. 3 § 4. num. 9.* Menoch. *de Arbit. lib. secund. cent. secund. cas. 135 à num. 4.* Macta, *de Coniect. vltim. vol. lib. secund. tract. 7. num. 7.* Henriquez, *lib. vndec. de Matr. cap. 9. num. 3. in comment. liter.* D, & *num. 4.* Seraphinus, *de Priuileg. iurata Priuileg. 110. num. 14.* Sotus, *lib. 7. de Iust. quaest. secund. art. p. ad 2.* Salonius, 2. 2. *quaest. 62 controuers. 5. in concl. 3.* Aragonius, 2. 2. *quaest. 88. art. 3.* Carbo. *de rest. quaest. 46. fundament. 3.* Rodoriquez, *tom. 1. sum. in 2. edit. cap. 131. concl. 3. num. 3.* Philiarcus, *de Offic. Sacerd. tom. p. part. 2. lib. 2. cap. 8. ad finem.* Merolla, *to. p. disp. p. cap. 3 dub 4. num. 24.* Sanchez, *lib. 4 de Matrim. disp. 3. num. 2.* Flaminius, *de Resig. benefic. lib. 13. quaest. p. num. 61.* Palatios, *in 4. dist. 29 disp. p.* & alii.

125 Omnia dicta, vt scilicet, minorem Metum desiderari in Fœmina, quam in Viro, intelligit Palacios, *in 4. dist. 29. disp. p. vers. sed obstrepit forsan:* non vt sit differentia in grauitate mali, quod est obiectū timoris, inter Virum, & Fœminam: sed in modo, & timoris probabilitate. Itaque eadem mali grauitas debet esse in vtroque, vt eius timor dicatur cadens in Virum constantem: licèt minor probabilitas mali euenturi sufficiat in Fœmina, cum haec faciliùs terreatur.

126 Hoc autem, quod dicit Palatios, reiiciunt Menoch. *lib. 2. de Arbit. cent. 2. cas. 135. num. 5.* Lopez, *2. par. Instructorij noui, materia de Matr. capit. 40. fol. 1070. col. 1.* Sanchez, *lib. 4. de Matr. disp. 6 num. 4. vers. sed toto cælo.* & Merolla, *to. 1. disp. 1. cap. 3. nu. 26.* Quia sicut minor mali probabilitas faciliùs terret Fęminas: ita etiā minus malum comminatum: ergo, sicùt ea minor probabilitas sufficit, ad inferendum metum Viri constātis, ita etiam sufficiet timor minoris mali comminati.

Tertiò: An Mala, incutientia metum, cadentem in Virum constantem, timeri debeant in propria persona timentis?

127 REspondeo. Non solùm requiri, vt timeantur haec mala in propria persona, & in persona filiorum: vt habetur expressè, *in leg. isti quidem, 8 in fine, ff. de eo, quod metus causa*, ibi, *Haec, quae diximus ad edictum pertinere, nihil interest, in se, quis veritus sit, an in liberis suis, cum pro affectu magis in liberis parentes terreantur:* Sed satis esse, vt timeantur in persona aliorum consanguineorū. Quia natura ipsa, amore conciliat consanguineos, tāquàm vnam carnem, ex eodemque sanguine deriuatos. Ergo Vir prudens, & constans, iustè terrebitur ob malum, comminatum Consanguineo suo: vt colligitur expresè, *ex cap. Sciant cuncti, de Elect. in 6.* ibi, *Vel consanguineos eorum.* Quem Textum dicunt esse notabilem Ias. *pupillo, § si quis ipsi, nu. 12. de nouo opere nunt.* & Felinus, *cap. Eccles. S. Mariae, num. 9 de Const.* ad probandum metum, illatum consanguineis Electoris, ad incutiendum Electori timorem, censeri illatum Electori. Ità dicunt Francus, *d. cap. sciant cuncti, de Elect. in 6. num. 2. & cap. vni. de his, quae vi, in 6. nu. 6.* Praeposit. *cap. cum locum, de Sponsal. num. 11.* Anch. *cap. Cum dilectus, nu. 7. vers. secundò quaero*

autem dicunt, quotiès proposuerũt omittere eam Missam, vel fornicari Nequè Confessarii solent, de hoc interrogare: & tñ ordinariè euenire solet, vt antequã consummetur peccatum externum, præcedat propositum in actu signato committendi illud, quod non solet actu, & formalitèr continuari vsquè ad consummationem actus externi; sed ordinariè solet interrumpi ob aliquam distractionẽ, vel attentionem ad alia: quod tamèn necessariò repetitur, cum cõsummatur peccatum.

An cum Vnitate numerica physica actus peccaminosi, reperiri possit distinctio numerica moralis malitiarum.

67 Affirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia cum vnitate numerica actus physici reperiri potest distinctio specifica moralis malitiarum, vt omnes concedunt: & patet in homicidio Clerici: ergo multò magis poterit reperiri distinctio numerica malitiarum. Probatur consequentia: quia distinctio numerica est minor specifica Tum etiã probatur ex exemplis: nam. Coniugatus, qui cum Vxore alterius adulterium cõmittit, vno actu duplicem malitiam iniustitię contrahit: Vnam, contrà propriã Vxorem; Alteram, contrà Virum alterius. Vndè dicitur Adulterium duplex, vt inquit Iulius Clarus §. *Adulterium vers. Tribus autem modis*. Similitèr Religiosus, qui rem habet cum Moniali, censetur committere duo sacrilegia, moralitèr numero distincta. Prætereà, si quis vno ictu occidat tres homines, tria homicidia, numero distincta, committit. Ratio est: quia malitia peccati consistit in respectu contrarietatis ad rectam rationẽ; cum autem actus dicat ordinem ad plura obiecta, ex quorum vno quoque per se prouenit contrarietas ad rationem, concedendum est, esse plures malitias, numero distinctas, & ita plura numero peccata. Ita Nauarr. *in cap. consideret. de Pœnit. dist. 5. d. nu. 13. & cap. 6. sum. nu. 4.* Henriquez, *lib. 5 de Sacram. cap. 5. §. 4. in fine.* Vasquez *1. 2. disp. 75. cap. 5. nu. 10. & to. 4. in 3 part. quæst. 91 art. 1. dub. 4.* Lopez, *pa. 1. cap. 35.* Rodoriq. *to. 1. sum. cap. 195. nu. 4.* Pesant, *in addit. ad 3 part. quæst. 10. disp. 3.* Sotus, *lib. de instit. Sacram. lect. 9. de integrit. Confess. vers. Primum quod de Circumstantiis.* Azorius, *pa. 1. lib. 4. cap. 4. quæst. 5. & 6.* Sanchez, *lib. 9. de Matrim. disp. 15. nu. 6.* Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 2. cap. 5 nu. 14.* Salas, *1. 2. quæst. 72. tract. 13. disp. 3. sect. 2. nu. 19.* Coninch. *de sacram. Pœnit. disp. 7 dub. 1.* Molfesius, *to. 1. sum. tract. 8 cap. 7. n. 27.* Tannerius. *2. 2. disp. 4. quæst. 1 dub. 4. nu. 55* Merolla, *to. 1. disp. 2. cap. 7 dub. 5. nu. 93.* Diana, *part. 1. tract. 7. resol. 29 & part. 3. tract. 6. resol. 164. & part. 9. tract. 9. resol. 55.* Ouiedus, *in part. 2. D. Thoma. tract 6. cont. 5. pu. 7. nu. 12 2.* & alii.

68 Secunda opinio negat. Cuius ratio est: licèt actus tendat in plura obiecta, materialitèr distincta; non tamen tendit in illa per modum plurium, sed per modũ vnius. Tum quia, quando est vnum solũ obiectum, circa quod versatur vnus actus, est vnum tantummodò peccatum: ergo etiam est vnum tantummodò peccatum, quando vnus, isdemque actus versatur simul circà plura obiecta eiusdem rationis: nam hæc omnia obiecta vices vnius gerunt. Ita Suarez, *to. 4. in 3. part. disp. 22. sect. 5. nu. 33.* Filliucius, *to. 1. tract. 21. cap. 8. nu. 320.* qui tantum dicit de interno. Naldus, *v. Circũstãtia, nu. 1* Duardus, *in Bull. Cænæ lib. 3. § 3 quæst. 1. nu. 7.* Megala, *pa. 1. lib. 5. cap. 12. nu. 4.* Layman, *in Theolog. moral. lib. 1. tract. 3 cap. 3. nu. 2.* Bonacina, *de Peccat disp. 2. quæst. 4. pu. 2. nu. 1.* Tamborinus, *Opuscul. 1. de Confess. lib. 2. cap. 1. §. 8 & 9.* Leandrus, *de Sacram to. 1. tract. 5. disp. 8. §. 3. quæst. 19. & seq.* & alii.

69 Vndè, secundum hanc opinionem, non tòt sunt peccata quòt sunt obiecta, circà quę vnus, & isdem actus eodem tempore versatur. Ratio est, quia, quando est vnum solum obiectum, circà quod versatur vnus actus, est vnum tantummodò peccatum: ergo etiam est vnum tantummodò peccatum; quando vnus, & isdem actus versatur simul circà plura obiecta eiusdem rationis: nam hęc omnia obiecta vices vnius gerunt. Vndè qui intendit occidere vnam Familiam, non tòt numero peccata cõmittit, quòt sunt homines illius Familiæ: quia tota Familia in iure pro vna persona reputatur. *leg. 1. §. similia furtum fecisse dicitur* Bonacina *de prec. disp. 2. quæst. 4. pu. 2. nu. 1.* Nauarr. *cap. 16. nu. 8.* & alii.

70 Dixi: *Circà quæ versatur vnus, & isdem actus:* nam quando circà duo, vel plura distincta obiecta, duo, vel plures actus successiuè versantur, non vnum tantummodo

modo peccatum committit, sed plura. Vndè si quis percutiat Petrum, statimquè, nulla interposita mora, percutiat Paulum: duo peccata committit. Ratio est quia non solum physicè, verùm etiã moraliter reputãtur duo actus, completè distincti.

71 Ex his deducitur: Qui statuit, totam Quadragesimam vnico voluntatis actu non ieiunare, non tot peccata cõmittit quot sunt dies Quadragesimæ. Ita prętèr Doctores citatos *in cap. 12. dub. 6. nu. 61.* docent Tamborinus *Opusc. 1. de Confes. lib. 2. cap. 1. §. 8.* & Leandrus *de Sacram. to. 1. tract. 5. disp. 8. §. 3. quæst. 19.* & alii *in cap. 12. dub. 6. nu. 61. citati.*

72 Secundò. Qui vult occidere, Caium, cum tota sua Familia, duo peccata committit, quia Familia est multarum personarum collectio: sicut grex ouium, & Bibliotecha, est quoddam totũ ex multis rebus, tamquàm ex partibus constitutum: ita est in casu nostro. Ita Nauarrus, *capit. 16. num.* 18. Vgolinus, *de Cens. tab. 1. capit.* 16. *§.* 3. *num.* 8. Megala, *part. 2. lib. 5. capit. 12. num.* 4. Peregrinus, *lib. 5. capit. 12. num. 4. in resp. ad secund.* Leandrus, *de Sacramen. tom. 1. tract. 5. disput. 8 §. 3. quæst. 19.* & alii.

73 Tertiò. Qui maledixerit simùl Deo, & duodecim Apostolis: aut imprecauerit mortem Titio, & toti suæ Familiæ, duo peccata committit. Ita Fagundez; *de Præcep. Ecclesiast. lib. 3. capit. 5. num.* 10. Decardus, *in Bull. Cœna, lib. 3 §. 3. quæst. secund. num* 3. Vgolinus, *de Cens. tab. 1. capit 16. §. 3. num.* 8. Megala, *part. 1 sum. lib. 5. capit. 12. num* 4. Nauarrus, *capit. 6. sum. num.* 18. Leandrus, *dict. quæst.* 19. & alii.

74 Quartò. Si quis aliquem vno iræ impetu, tèr, vel quatèr, vel pluriès percusciet, & vulneret; vnum numero peccatum committit. Et si sit Clericus, qui percutitur, in vnam tantum Excommunicationem sic percutiens incidit. Ita Tamborinus, *in Opuscul. 1. de Confession. lib. secund. capit. prim. paragrap. octau.* & alii. Immò, si quis vnico ictu tres occidat Clericos, non incidit in tres Excommunicationes, & Irregularitates. Ita Leandrus, *de Sacrament. tom. 1. tract. 5. disp 8 §* 19.

78 Quintò. Qui vnico actu bona multorum lędat: v. g. furatur bona Communitatis, vel Hæreditatis plurium; satis est, si dicat: Furatus sum à Communitate, vel Hæreditatibus. Immò sufficit dicere: Furatus sum rem alienam. Ita Tamborinus, *in Opuscul. 1. de Confes. lib. 2. cap. 1. §. 9.* Leandrus, *d. cap. 8. § 9.*

79 Sextò. Qui vnico actu Mollitiei recogitat plures Coniugatas, aut plures Moniales; non committit plura peccata; sed sufficit dicere: Habui Mollitiem, cum cognitione in Coniugatas, seù in Moniales. Ita Leandrus, *de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 8. §. 3. quæst 9.* Tamborinus *in Opusc. 1. de Confes. lib. 2. cap. 1. § 9. n. 63.*

Vndè nam distinctio specifica Peccatorum desumatur? Dub. 11.

80 Prima opinio est D. Thomæ, *quæst. 2. de Malo, artic. 6. in corpore.* asserentis Peccata distingui specie, secundùm diuersitatẽ præceptorum, quibus vetãtur.

81 Hic modus dicendi est falsus, vt ait ipse D. Thomas, *1. 2. quæst. 72. artic. 6.* Nam potest accidere, vt diuersa specie peccata, vno præcepto prohibeantur. Si enim esset vnum tantùm præceptum, nè quis iniustitiam faceret, adhuc essent distincta peccata Homicidium, & Furtum. Et è contra, potest peccatum eiusdem speciei esse prohibitum naturali, diuina, & humana lege: ergo peccata non distinguntur specie per præcepta, quibus vetantur.

82 Secunda opinio est aliorum, asserentium: Peccata specie distingui per Virtutes, quibus opponuntur, specie diuersas. V. G. si quis voto Castitatis adstrictus, cum aliena Vxore rem habeat; peccatum, in triplici specie constitutum, committit: Vnum quidem Luxurię contrà virtutem Temperantiæ, seù Castitatis: quia rem habet cum Fęmina sibi non nupta. Alterum, Iniustitiæ, quia ad Vxorem alienam accedit. Tertium Religionis violatæ, cuius actus est Votum, Deo factum. Similiter, qui ex odio, idest, ex displicentia personæ, occidit alterum; duplex peccatum committit, specie distinctum: Primum est Odii, quod est directè contrà Charitatem. Secundum, Iniustitiæ, quia alteri homini vitam adimit. Hęc opinio videtur tenere. Scot. *in 2. sent. dist. 37. q. vn. §. ex ista solutione.*

83 Quamuis verum sit: peccata diuersis Virtutibus opposita, specie distingui: nõ tamẽ est vniuersalitèr verũ: quotiès peccata, specie distingũtur, esse cõtrà diuersas Virtutes. Patet: quia Castitas est Virt° vnius

vnius speciei: peccata verò cōtrà Castitatē sūt multa, specie diuersa: vt, Fornicatio simplex, Sodomia, Mollicies, &c. Item Liberalitas est Virtus, specie tantum vna: at Liberali opponitur Auarus, & Prodigus: ac proindè Auari, & Prodigi peccata, specie distincta, vni Liberalitati aduersantur.

84 Communis verò opinio est aliorum, asserentium: Peccata distingui specie per obiecta. Sumunt autem hic obiecta, non materialiter, quatenùs sunt certæ res: sed cum respectu, & ordine, quo sunt rectæ rationi contraria: quarè, si habeāt diuersam oppositionem, & repugnantiā cum recta ratione, peccata erunt specie diuersa: secus verò si non. Exempli gratia: Vesci carnibus intemperatè, vel pisces, non sunt peccata specie diuersa: quia licèt carnes, & pisces, vt res quædam sunt, specie distinguantur; non ita tamèn differunt, vt rectæ rationi aduersentur. Et è contrariò. Si centum aureos clam subripias, ac inscio Domino: aut per vim, & iniuriam illatam rapias, & tibi vsurpes; in genere entis, seù physicè, nulla est distinctio: at in genere moris, sunt duo peccata, specie diuersa: nempè, furtum, & rapina: quia per vim, aut clàm alienum occupare, nō eodem modo cum recta ratione repugnant. Ita Caietanus, 1.2 *quæst.* 72 *artic.* 1. vbi Vasquez, Aluarez, & Medina, Valentia, *to.* 2. *disput sexta, quæstion secund pun.* 1. Azorius, *par.* 1. *lib. quart. capit. prim. quæstion. quint. & sequ.* Sayrus, *in Clau. Reg. lib. secund. cap. quint. numer. decimo sext.* Suarez, 1.2 *tractat. tert. disput sept. sect.* 7. *à numer. septim.* Merolla, *tom.* 1. *disput. secund. cap.* 7. *dub.* 1. *num.* 4. & alii. Quorum ratio est: quia cum duo ad rationem peccati concurrant, scilicet, Actus voluntarius, seù liber; & Inordinatio à lege æterna: quorum Primum per se intenditur à peccante, qui intendit talem actum voluntarium in tali materia exercere: Secundum autèm omninò per accidens se habet ad eius intētionem: quia nullus intendens ad malum, operatur; vt ait Dyonisius, *in capit.* 4. *de diuin. nomin.* Vnumquodque verò specificatur, secundùm illud, quod est per se: & non secundùm id, quod est per accidens: consequens est, peccata distingui specie secundum obiecta, seù ex obiectis; quatenus rectæ rationi contrariantur. Et confirmatur: quia peccata sunt actus quidam: sed actus per obiecta distinguntur, vt dicunt Philosophi.

85 Vndè peccata, ideò præcisè differre specie interse, quia habent diuersam oppositionem, seù repugnantiam cum recta ratione: siuè diuersis præceptis, siuè vno, & eodem vitentur, siuè diuersis specie virtutibus, siuè eidem virtuti opponantur.

86 Possunt tamen peccata esse specie diuersa, quamuis eidem Virtuti opponantur, vt clarè patet exemplo, num. 83. allato de peccatis contrà Castitatem, & contrà Liberalitatem. Sumitur autem hæc differentia ex eo, quod diuersam repugnantiam habent cum recta ratione, & sub diuersa ratione eidem Virtuti opponuntur. Dictat enim recta ratio, ac Virtus Castitatis exigit, vt Concubitus fit intèr personas diuersi sexus, matrimonio copulatas: contrà quod dictamen peccat, qui rem habet cum non sua. Item præscribit recta ratio, vt Concubitus fit intrà vas naturale, aptum ad prolis generationem, ad quam natura ipsa Concubitum ordinauit: & contrà hoc dictamen rationis habent oppositionem peccata contrà naturam. Similiter, licèt Auaritia, & Prodigalitas opponantur eidem Virtuti Liberalitatis; tamen sub diuersa ratione: & sic diuersam repugnantiam habent contrà rectam rationem: Nam recta ratio, vtriusque Liberalitatis exigit, vt pecuniæ expendantur, quando opportet: & contrà hoc dictamen rationis peccat Auarus, qui eas non elargitur, vel expendit, quando opportet, sed retinet. Item præscribit recta ratio: vt pecuniæ non expendantur, quando non opportet, idque virtus Liberalitatis requirit: eius enim proprium obiectum est, bonus vsus pecuniæ: & contrà hoc dictamen rationis peccat Prodigus, expendens pecunias, quando opus non est. Nequè oppositum voluit dicere Scotus, in secundo sententiar. rallegatus: Cum enim dicit, peccata distingui specie per Virtutes, quibus opponuntur: appellatione Virtutum, intelligit, non habitus studiosos vitiis oppositos; sed circumstantias varias, rectæ rationi consentaneas, quarum priuationes sunt peccata, pro ipsarum circumstantiarum varietate, diuersa: vt clarè ex eius verbis colligi videtur. Ita Merolla, *tom. primo disput. secund. capit. septim. dub.* 1. *num.* 7.

Potest

87 Potest etiam esse aliquandò peccatum eiusdem speciei, quamuis sit lege naturali damnatum, & Diuina, ac humana lege prohibitum. Quia tum diuina, tum humana lex potest id prohibere eadem ratione, & eodem motiuo, quo lex naturalis vetat, & damnat: v. g. Lex naturalis prohibet Furtum simplex, quia est speciale peccatum, habens certam repugnantiam cum recta ratione: est enim rei alienæ, inuito domino, vsurpatio, quę hoc ipso à recta ratione dissentanea est. Interdicit quoque idem Furtum Diuina lex scripta: id etiam vetant leges humanæ: sed non propterea Furtum specie distinguitur: quia licèt sint tria præcepta; eadem tamen ratione, & sub eodem motiuo Furtum condemnant, & prohibent. Ita Merolla, *dict. cap 7 n.* 8.

88 Ex his infertur: Actum præceptum constitui in materia necessaria talis, vel talis Virtutis, iuxtà varia motiua, proptèr quæ præcipitur. Et id, quod prohibetur, constitui in specie peccati contrà hanc, vel illam Virtutem, cuius intuitu prohibet. Quò circà, si intuitu eiusdem Virtutis, id, quod erat iure naturali malum, ac prohibitum; prohibetur iure positiuo diuino, aut humano: idem omninò erit peccatum, secundùm speciem: vt patet exemplo, num. 87. allato de Furto. Si verò eadem materia, quæ iure naturali interdicta erat, quia opposita tali Virtuti, prohibeatur iure positiuo sub motiuo alterius Virtutis; duplex erit peccatum, specie distinctum. Quemadmodum Homicidium, quod est iure naturali malum, ac damnatum, quia est contrà iustitiam; lege Ecclesiastica prohibetur, in reuerentiam Clericatus, *Can. si quis suadente* 17. *quæst.* 4. erit in alia peculiari specie peccati: quia intuitu alterius Virtutis, prohibetur ab Ecclesia, nimirum, Religionis. Quarè, occidens Clericum, duplex committit peccatum, specie distinctum: nempe, Homicidii, & Sacrilegii. Ita Merolla, *to.* 1. *disp. secund. cap.* 7. *num.* 11.

89 Ex his deducitur primò: Sacerdotem, vel alium in Sacris Ordinibus institutũ, duo peccata committere, si in actum venereum consentiat: quia actus venereus prohibitus est Sacerdoti ex variis præceptis, ex diuerso motiuo conditis: scilicèt virtute Castitatis, & ex motiuo Religionis, ad quam spectat Votum, quod per actum venereum violatur. Ita Tancredus, *de Matrimon. dist.* 7. *disp.* 27. *nu.* 11. Sanchez, *lib.* 7. *de mat. disp.* 27. *num.* 10. & alii communitèr.

90 Secundò: Eum, quò die Dominico, in quem incidit dies festus alicuius Sancti, Missam non audiet; non committere duo peccata: vnum, contrà præceptum audiendi Sacrum, & alterum contrà præceptum, assistendi Sacro in festo illius Sancti. Ita Azorius, *part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 4. *quæst.* 6. Sanchez, *lib.* 1. *sum. cap* 14. *num.* 9. Bonacina, *de Peccat. disp. secund. quæst.* 4. *pun.* 3. *num.* 11. & alii.

91 Tertiò. Furtum rei sacræ, vel effusio seminis in loco sacro, quo violatur Ecclesia; præter speciem peccati, quam habent iure naturali, priùs contrà Iustiam, posteriùs contrà Castitatem; habent aliam speciem contrà Religionem, debitam rei, aut loco sacro: quia iure Ecclesiastico, intuitu huius Virtutis, vetitum est furtum rei sacræ. Atque eadem lege ita statutum est, vt pollutione violetur locus sacer, & indigeat reconciliatione: ob quam rationem peculiaris fit irreuerentia consecrationi, aut benedictioni Ecclesiæ. Ita Medina, 1. 2. *quæst.* 7. *articul.* 3. *vers. de circumstantia loci.* vbi Vasquez, 1. 2. *quæst.* 7. *artic.* 3. Herrera, *in secund. sent. disp.* 31. *quæst.* 7. *post primam reg. coroll.* 1. *& secund.* Sayrus. *in Clau. Reg. lib. secund. cap.* 5. *à num.* 11. Salas, 1. 2. *quæst.* 71. *tract.* 13. *disp.* 3. *sect. secund. à num.* 14. Suarez, *tom.* 1. *de Relig. lib.* 3. *de Sacrileg. cap. secund. num.* 4. Merolla, *tom.* 1. *disp. secund. cap.* 7. *dub. pri. nu.* 12. Diana, *par.* 1. *tract.* 7. *resol.* 26. Bonacina, *de Matrim. quæst.* 4. *pun. vlt. num.* 7. *& de Pœnit. disp.* 2. *quæst.* 4. *pun.* 3. *numero* 9. Reginaldus Raphael della Torre, *to. secund. qu. qq. artic.* 2. *disp.* 7. Sanchez, *lib* 9. *de Mat. disp.* 15. *n.* 11. & alii cõmunitèr.

Dubitatur: An quando pollutio est occulta, in Ecclesia, habeat malitiam Sacrilegij, in Confessione explicandam?

92 Affirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia per talem copulam, ex natura facti, & per se, polluitur Ecclesia: licèt non teneatur abstinere à celebratione in ea, dum occulta manserit. Tum quia absq; nouo actu, nouaque culpa incipit Ecclesia esse polluta, vbi primum de præterita culpa constiterit per famam, aut fornicantium Confessionẽ, iuxtà *cap. sign. de Adult.* Tũ, qa, licèt verũ esset, secreta pollutione nõ violari

Ecclesiam: ad huc dici non posset, illam non esse Sacrilegium: quia Ecclesia illam prohibet sub motiuo, & ratione, seù intuitu Religionis. Vndè, sicut Furtum rerum sacrarum Ecclesiæ, quàmuis occultum sit, & illo non violetur Ecclesia, est Sacrilegium: ita & secreta seminis effusio. Ad rationem Sacrilegii, satis est, si fiat contrà sanctitatem, ad quam Ecclesia consecratur: consecr. tur autèm, vt sit immunis ab omni violentia, & immũditia venerea per seminis effusionem: ergo &c. Ita Candidus, *tom. 2. disquis. 28. artic. 23. dub. 38 num. 40* Serra, *to. 2 in p. 1. D. Thomæ quæst. 62. artic. 2. dub. 2* Diana, *pa. 1. tract. 7. resol. 26. & part 9. tract 9. res. 5.* Sanchez, *lib 9. de Matr. disp. 15. num. 11.* Suarez, *to. 1 de Relig. lib. 3. cap 7 num. 4.* Salas, *1. 2. quæst. 71 tract. 13. disp. 3. sect. 2. nu. 15* Raphael de Torre, *in 2. 2. to secund qu. 99 artic. 2. disp. 7.* Bonacina, *de Matr. qu. 4. pun. vlt. nu. 7.* Merolla, *to. 1. disp secund. cap. 7. num. 4.* Tannerus, *2. 2. disp. 4 quæst. secund. dub. 3 num 41.* & alii.

93 Secunda opinio negat. Cuius ratio est: quia cum huiusmodi actus fiant in loco sacro, ex natu a rei, non est specialis circumstantia, in Confessione explicanda; quando non fiunt ex motiuo, Templum inhonorandi. Aliàs Oscula, & tactus, & turpia colloquia duplicem haberent malitiã, quod suprà citati Doctores negant. Tantum ergò ea malitia competit ex prohibitione Ecclesiastica: prohibitio autem Ecclesiasticæ tantùm eã seminis effusionem prohibet in loco sacro: quia Ecclesia ita violatur, vt egeat reconciliatione: non autem eget, nisi quando publica est: ergo tantùm ea habet speciem Sacrileg i, & non alia. Ita Vasquez, *1 2 to, 1. quæst. 7 disp. 98. cap. 3. n. 6.* Naldus, *verbo Sacrilegium num 12.* Basilius Pontius, *lib 10 de Matrim capit 10. num 15* Barbosa, *de Offic. Episcop. quæst. 2. fol. 125. num. 35.* Ioa. Mercadus, *de perfec. Confes. to. 1 lib. 2. pa. 3. tract. 4 docum. 3. nu. 11.* Io Caramuel. *in regul. D Benedict. disp. 66 num. 1017.* Caspensis, *in Cur Theolog. moral. tom. 1 tract de Peccat. disp. secund. sect. 3 nu 20.* Et probabilem vocat Ouiedo, *in p. secund. D. Thomæ tract. 6. contrar. 3. pu. 3 § 9 num 69* Diana, *part. 1. tract. 7. resol 26. & par 7. tract. 11 resol. 31. & par. 9. tract. 9 resol 5.* Trullench. *tom. secund. Decalog. lib. 6. cap. 1. dub. 7. nu. 11.* Basseus, *in prolog Theolog. moral. v Sacrilegium 11. num. 3.* Leandrus, *de Sacram, to. 1. tract. 5 disput. octau quæstion. nona.*

Quo pacto, peccata Cordis, Oris, & Operis multiplicentur specie?
Dub. 11.

97 QVod attinet ad peccata Cordis, (ait Merolla, *in tom. 1. disp 2. capit. 7. dub secund. numer 43.*) specie multiplicari, Primò ex diuersitate obiecti, seù materię specie diuersæ: quamuis vnus numero sit actus voluntatis. Veluti, si Petrus velit Ioannem occidere, & vniuersa eius bona subripere; licet sit vnus numero voluntatis affectus: tamen sunt in eo actu duæ peccati malitiæ, specie diuersæ; nempè, homicidii, & furti; propter duplicem deformitatem, & oppositionem, quam habet cum recta ratione: Alteram contrà dictamen rationis, de non ledendo proximum in bonis fortunæ; iuxtà septimum pręceptum Decalogi, de non Furando. Alteram verò, de non offendẽdo eum in persona, iuxtà quintum Decalogi præceptum, de non Occidendo. Secundò, ex Obiecto, & fine, specie, ac ratione diuersis, peccata Cordis specie distinguntur. V. G. si Petrus velit furari, vt fornicetur, erunt in eo actu voluntatis duæ malitię, specie distinctę: scilicèt, Furti, & Fornicationis: ratione duplicis deformitatis, & contrarietatis, quam habet is actus cum recta ratione: Alteram, contrà Iustitiam, ac dictamen, de non offendendo proximum in bonis externis: Alteram, contrà Castitatem, seu contrà dictamen, de non accedendo ad non sua, iuxtà sextum pręceptum Decalogi. Tertiò: quando in obiecto, & materia sunt simul duæ contrà rectam rationem prauitates, peccata Cordis sunt etiam specie distincta. Vt, si Paulus velit rem sacram furari: aùt post Votum Castitatis cum Meretrice rem habere: vel Clericum occidere: aut in Templo alium necare. In his enim casibus, licet vnus sit numero actus voluntatis, & vnum numero obiectum externum in genere naturæ; sunt tamèn in eodem obiecto diuersæ repugnantiæ ad rectam rationẽ: vt, clarè patet ex his, quæ diximus in superiori dub. 11. à num. 80.

98 Quantum ad peccata Oris, dico: Specie multiplicari, quandò sermo dirigitur, & refertur ad obiecta, specie diuersa: vt Murmuratio, & Blasphemia.

Vndè

99 Vndè dicunt Nauarrus, *cap. 6. sum. nu. 18.* Azorius, *pa. 1. lib. 4. cap. 4. quæst. 6.* Henriquez, *lib. 5. de Sacram. qui est vltimus* de Pœnitentia. *cap. 8. nu. 3.* Fillincius, *to. 2. tract. 21. cap. 9. nu. 322.* Megala, *pa. 1. instit. Confess. lib. 5. cap. 12. nu. 21.* Sancius, *in Select. disp. 6. nu. 1. & 2.* Tannerus, 2. 2. *disp. 4. quæst. 2. dub. 4. nu. 55.* Lauor. *de Iubileo. p. 1. cap. 14. nu. 43.* & alii. Si Petrus contumeliosè appellat Paulum hæreticum, latronem, adulterum, tria peccata contumeliæ, specie distincta, cōmittere. Et similitèr, si sermo terminatur in obiecto, vno quidem, sed duplici prauitate, specie diuersa, corrupto; fore etiam in duplici specie. Vt, si alterum per contumeliam appellet rerum sacrarum furem.

100 Attamèn dicendū est cum aliis: Omnes contumelias esse eiusdē speciei specialissimæ. Ratio est: quia differentia specifica peccatorum, non sumitur ex obiecto materiali, circà quod versantur: sed ex formali, quod respiciunt. Defectus verò, circà quos contumeliæ versantur, licèt sint diuersi, ac distincti specie; tamèn habent se, tamquàm materiale: formale verò, quod omnes contumeliæ respiciunt, est vnum specie: nempè, honor proximi, quē ledunt. Ab vna autèm ratione formali obiecti, vnica tantùm species specialissima desumi potest: ergo omnes contumeliæ ad vnam, & eamdem speciem specialissimam pertinent; quæ, ex vnitate honoris, contrà quem tendūt, essentiam, & vnitatem accipit. Etiam si contumelia latè sumatur, vt comprehēdat conuicium, & improperium: quia militat eadem ratio. Ita Caietanus, 2. 2. *quæst. 72. art. 1. vers. Ad hoc dicitur* vbi Salonius & Aragonius, Sotus, *lib. 5. de Iust. quæst. 9. art. 1. in fine.* Valentia, 2. 2. *disp. 5. quæst. 16. pu. 1.* Molina, *to. 4. de Iust. & Iur. tract. 4. disp. 19. nu. 3.* Zerola, *in Prax. Pœnit. ca. 12. quæst. 48.* Emanuel Sà, *u. Cōtumelia, nu. 1.* Reginaldus, *to. 2. lib. 24. cap. 5. nu. 102.* Azorius, *Sibi contrar. par. 3. lib. 13. cap. 5. dub. 1.* qui ampliat: etiam si contumelia dicta sit in Patrem, Regem, vel Prelatum. Cuius ratio est: quia per talē contumeliam solùm læditur honor, debitus Patri, Regi, &c. & non pietas ergà illum. Sed hoc non placet, neque admittunt Tamborinus, *1. de Confess. lib. 2. cap. 5. §. 1. nu. 2.* & Merolla, *to. 1. disp. 2. cap. 7. nu. 25. in fine.* nam gratis dicitur: Per contumeliam in Patrem, non ledi, etiam virtutē pietatis, vltra virtutem iustitiæ; sicut leditur, quando quis Patrem vulnerat, vt Azorius concedit.

101 Vndè sequitur: Nō esse necessarium explicare in Confessione qualitatem cōtumeliæ: sed satis esse dicere, se verba contumeliosa in alium protulisse, animo iniuriādi. Licèt, aliquādo opporteat explicare personam Patris, cui dicta sunt, proptèr rationem, numero præcedenti allatam.

102 Quod verò spectat ad peccata, quæ Opere cōsummātur (ait Merolla, *nu. 27.*) specie multiplicari. Primò, ex obiectis specie distinctis: veluti Adulterium, Furtum, Homicidium: hæc enim peccata versantur circà obiecta, specie distincta, & habentia diuersas oppositiones cum recta ratione, vt patet: ergò distinguntur specie. Consequentia patet ex dictis in superiori Dubio 11.

Secundò, distinguntur specie ex obiecto, plures, specie distinctas, prauitates habente: vt, Furtum rei sacræ. In hoc enim casu, licèt vnus numero sit actus, & vnum numero obiectùm in genere entis, sunt tamèn in eodem obiecto diuersæ repugnāntiæ ad rectam rationem: & consequentèr, sunt peccata, distincta specie. Tertiò, multiplicantur specie ex obiecto, & fine, specie diuersis. Vt si Petrus Antōnium occidat, vt bona illius furetur. Patet, nam in eo actu occisionis sunt duæ malitiæ, specie distinctæ: scilicèt Furti, & Homicidii, ratione duplicis repugnantiæ, quam habet is actus cum recta ratione: Alteram, contrà dictamen, de non offendendo proximum in persona: Alteram verò, contrà dictamen, de non ledendo illum in bonis externis.

An Dispensatio, & Impotentia excuset à peccato? Dub. 12.

103 QVod attinet ad Dispēsationem, affirmatiuè respōdeo: quando Dispensatio validè obtenta est. Vndè si quis obtenta valida Dispensatione, faciat aliquid, quod, præcisa dispensatione, mortale peccatum esset, excusatur à peccato. Ratio est: quia non facit contrà legem, cum per validam dispensationem exēptus sit ab obligatione legis. Secùs, si dispensatio sit inualida. quia homo, per dispēsationem inualidam, non eximitur ab obligatione legis, & cōsequenter, neque à transgressione, vel peccato. Ita communitèr

munitèr Doctores. Quis autèm, & quomodò validè dispensare possit, diximus in Tract. 1. cap. 9.

104 Ita etiam excusatur à peccato Impotentia, adimplendi præceptum. Ratio est: quia nullus ad impossibile tenetur, & impossibilium non est obligatio. *leg impossibilium.*

105 Aduertè, quod duplex est Impotẽtia. Vna dicitur Moralis, quæ contingit, quãdo quis non potest præceptum adimplere, sinè graui incommodo, vt quando quis non potest Missam audire in die festo, absquè periculo grauis damni proprii, vel alieni, vt infamię, aut morbi: &c. Altera Physica, quæ contingit, quando quis nullo pacto potest præceptum obseruare: vt, si quis ità incarcere detineatur, vt nulla ratione indè valeat exire, dicitur Impotentia Physica, ad Missæ sacrum audiendum. Vtraque impotentia est sufficiens causa, excusandi à peccato. & de his dicebimus in *l. 2. de celebrat. Missar. circà 3. Decalog. pręcep.*

An Vis, & Metus excuset à Peccato? Dub. 13.

106 SVpponẽdum est primò: Metus aliud non est, nisi perturbatio animi, proueniens ex apprehensione mali imminentis. Sic Bonacina, *de Contract. disp. 3. quæst. 1. pu. 2 § 3. nu. 1.*

107 Duplex autem est Metus. Alius est cadens in constantem Virum, qui grauis appellatur: Alius non cadens, & leuis nuncupatur. Prior solet appellari iustus, probabilis, & grauis: posterior verò iniustus, improbabilis, & leuis. Ratio autem horum nominum est: quia prior timor non repugnat constantię, & fortitudini: sed iustè, ac probabilitèr eo terretur Vir constans, & fortis. Posterior autem, constantiæ, & fortitudini repugnat: & incõstantis, vani, leuisque hominis est, illo terreri. Quinque autem conditiones assignari solent, vt metus cadat in Virum constantem à Doctoribus; quos refert, & sequitur Sanchez, *lib. 4. de. Mat. disp. 1. à nu 16.*

108 Prima est: Vt malum quod timetur, graue sit. *l. ff. de eo quod met. causa.* vbi Glossa statim in principio explicat: idest, magni mali. Nam inconstantis, & leuis est, rem modicam timere. In dubio autẽ, malum non censetur graue, & cadens in constantem Virum, vt ait Farinac. *2. part. fragm. verbo. Metus, nu. 65.*

109 An magnitudo hæc mali attendatur simplicitèr, ex qualitate ipsius mali, in se consideratì; ita vt sufficiat in se esse magnum malum; an potiùs comparatiuè ad minus malum? Siluester. *u. Metus, quæst. 1.* Veracruz, *pa. 1. Specul art. 8. concl. 3.* Carbon. *de Restit. quæst. 46. fundament. 3.* & alii, dicunt: Considerari per comparationem ad minus malum: ac proindè quicũque eligit minus malum, qualecũque illud sit, vt vitet maius; verè moueri timore, cadente in Virum constantem. Quorum ratio est. quia Viri fortis, ac constantis, est, inter duo impendentia mala, minùs eligere.

110 Sotus verò, *in 4. dist. 29. quæst. 1. art. 2. vers. Secundò per accidens*, ait: Non satis esse, vt dicatur Metus cadens in Virum constantem, vt Vir illud malum constantèr caueat: sed deberè, esse timorem grauis mali, in se considerati. Cuius ratio est: quia iura concedunt rescissionem cõtractus, ob timorem cadentem in Virum constantem: quia is timor libertatem cõsensus impedit. *cap. cum locũ, de Sponsal.* Sed quandò malum, quod timetur, est leue in se; quamuis grauiori malo anteponatur; non impedit in Viro forti libertatem consensus: ergo is timor non cadit in Virum constantem.

111 Hæ duæ opiniones facilè possunt conciliari, vt dicunt Sanchez, *lib. 4 de Mat. disp. 1. nu. 13.* & Merolla, *to. 1. disp. 1 cap. 3. dub. 2 nu. 11.* cum hac distinctione Dupplicitèr sumi potest, Timor cadens in virum costantem. Primò, Generalissimè, vt distinguitur contrà metum, quo aliquis ductus, incõstantèr, & imprudentèr agit: & in hac generalitate omnis timor cuiuscumque maioris mali, quamuis in se leuissimum sit respectu minoris, dicitur cadens in cõstantem Virum; quia eligens illud minus malum, prudentèr, & constantèr agit. Et de hoc timore loquitur prima opinio. Secundo modo accipitur, Strictè, & propriè, pro vt eum considerant iura, ad rescissionem contractuum, & vt impedit libertatẽ ad illos: Et hoc modo non dicitur cadens in Virum constantem, nisi quando timor esset grauis mali. Et de timore, hoc modo sumpto, loquitur Sotus.

112 Secũda conditio est: Vt extimatio mali quod timetur, sit fortis: idest, vt timens, non vanè, leuitèrque credat, malum illud

sibi

sibi imminere: sed probabilitèr, & rationabilitèr: vt colligitur ex *leg. Metum. 2. ff. de eo, quod met. cauſ.* Et ratio eſt: quia hoc diſtat intèr conſtantem, & inconſtãtem: quod Ille, non niſi ex forti, et probabili eſtimatione mouetur: Hic autem ex leui. Ita Scotus, *in 4. diſt. 29. quaeſt. vnica. §. de primo contradictorio eſt.* D. Thomas, ibi *quaeſt. vnica art. 2. in corpore.* Durand, *quaeſt. 2. nu. 4.* Riccard. *art. 1. quaeſt. 1.* D. Bonauent. *quaeſt. 1. nu. 5.* Gabriel *in 3 d. 39. quaeſt. 1. art. 1. ad finē verſ. Alterum verò* Palatios, *in 4. diſt. 29. diſpu 1. verſ. diſtingunt porrò* Sotus, *4. diſt. 29. quaeſt. 1. art. 2. verſ: Alterum verò* Turrecremata. *31. q. 1. in ſum nu. 6.* Silueſter, *u. Metus, quaeſt. 1.* Tabiena, *u. Impedimentū. Impedim. 9. q. 1. nu. 2.* Sanchez, *lib. 4. de Matrim. diſp. 2. nu. 15.* Merolla, *to. 1. diſp. 1. cap. 3. dub. 2. nu. 12.* & alij.

113 Tertia conditio: vt metum incutiens potens ſit, minas executioni mandare; non enim eſt Viri conſtantis, ac fortis, quibuscumque minis terreri. Vt, ſi minans ſit ſenex, vel debilis, & alter iuuenis, & fortis, vt colligitur *ex leg. famoſi, ff. de leg. Iul. maieſt.* ibi *nam et perſona expectãda eſt, an potuerit facere.* Hoc autē non eſt ita intelligendum, vt minans verè, & de facto poſſit minas executioni mandare, ſed ſufficit, vt timens hoc rationabilitèr credat.

114 Quarta conditio: Vt metum incutiēs ſolitus ſit minas exequi: Secùs verò, ſi homo ſit facilè minas iactans, ac faciliùs, ira depoſita, nihil, aut parum executioni mandans: vt conſtat ex *leg. vnica, C. ſi quis Imperatori.* ibi *Ex perſonis hominū dicta penſemus. & leg. famoſi. ff. ad l. Iul. Maeſt.* ibi. *Nam & perſona expectanda eſt, an potuerit facere, & an antè quid fecerit.* & meliùs, *l. metum. C. de his, quae ui* ibi *Metum, non iactationibus tantùm, vel conteſtationibus, ſed atrocitate facti probari conuenit.* Et ibi docent Bartol. *nu. 1.* Paul. *nu. vnic.* Alexand. *nu. 2.* Bald. *nu. 1.* Salicetus, *nu 2.* Panormit. *cap. 1. nu. 3. de Offic. De leg. & cap. cauſam. Matrim. nu. 5. eodem. titul. & cap. cum dilectus. nu 8. de his, qui ui & cap. final. nu. 4. de Appellat.* Alex de Neuo. *cap. conſulat. nu. 12. de Sponſal. & cap. final. nu. 17. de Appellat* Felin. *cap. de Offic. Deleg. nu. 2. vbi* Decius. *nu 12. & cap. cauſam Matrim. nu 21. eodē titul.* Crotus, *leg. Stipulatio hoc modo. cōcep. nu. 67. ff. de verb. Obligat.* Vitalis. *de Cambiis. tract. de Clauſula. clauſ. Noui titus. de metu.* Vxoris *nu. 2.* Iacopinus, *leg. interpoſitas. nu. 10. C. de tranſ.* Couar. *4. Decret. pa. 2. cap. 3. §. 6. nu. 4.* Maſcardus. *de probat. concl. 1055. nu. 18. & 19.* Henriquez, *lib. 11. de Mat. cap 9 nu. 3.* & alii. Indubio autèm non præſumitur, minantē ſolitum eſſe, minas exequi: vndè hoc probandum eſt, vt ait Riminal. & videtur approbare Farinac. *2. part. fragm. verb metus. nu. 94.*

115 Quandò verò ſimul concurrit Metus reuerentialis, Vtrum hæc conditio deſideretur ad Metum, cadentèm in Virum conſtantem? dicemus infra. Addunt aliqui: Non ſufficere, vt minans ſolitus ſit minas exequi, ſed opportere, ſolitum eſſe exequi in eodem genere mali comminati, ex doctrina Bald. *l. fin. ad finem ff. de Hered. inſtitutum.* vbi ait: ex diſſimilibus non ſumi coniecturam. Ita Alex. *in leg. Metum. nu. 2. C. de his, quae vi.*

116 Sed hoc non putant neceſſarium. Sanchez, *lib. 5 de Mat. diſp. 1. nu. 12. &* Merolla, *to 1. diſp 1. cap. 3. dub. 2. nu. 15.* ſufficit, enim, vt ſolitus ſit, minas exequi, etiam in alio genere mali, ita atrocis, vt ſufficiens ſit, ad incutiendum metum, cadentem in Virum conſtantem.

117 Addunt ſecundò alii: Non ſufficere, vt minans ſemel malè tractauerit, quia vnicus hominis actus non probat conſuetudinem, ſed exigitur ſaltèm binus: vt colligitur ex *leg. nemo. 3. C. de Epiſcop. audient. in fine* & ita Bartol. *in leg. de populo §. ſi quis ipſi, nu. 15. ff. de. non oper. nūt.* Anton. *cap. final. nu 8. de Appellat.* vbi Panormit. *nu. 4.* Alex. de Neuo, *nu. 19.* Imol. *nu. 8.* Decius, *nu. 12.* & alii.

Hoc tamèn bene intelligunt Alex. de Neuo. Decius. & Sanchez. *nu, 12.* & Merolla, *nu. 16.* Quandò ſemèl malè tractauit alias. Secùs verò ſi ipſummet, cui minatur.

118 Addunt tertiò Bartol. Anton. Alex. de Neuo & Imola, proximè citati. & Padilla *l. interpoſitas, nu. 10. C. de tranſac.* Non ſatis eſſe probare, vt in vno Officio. v. g. Iudex malè tractauerit; niſi probetur in eo quod tunc obit. Quare (ait Padilla): non ſufficit, ad reſcindendum. Contractum, initum à ſecunda Vxore, ob Viri reuerentiam; quod priorem, hac occaſione male tractarit, per *leg. 2. §. Nunc videamus. verſ. Quoni poteſt ff. de ſump tut.*

119 Sed hoc benè intelligunt Sanchez, *loco citato.* & Merolla, *nu 18.* niſi indè, attenta Iudicis, & Mariti conditione, probabi-

Secundò: An Metus Viri constantis dicatur talis absolutè, secluso ordine ad patientem Metum, & ita in omnibus aequalis debet esse: An potiùs dicatur respectiuè, considerata qualitate, Metum patientis?

124 DOctores citandi dicunt: Metum cadentem in Virum constantem, non dici talem absolutè, sed respectiuè: ac proindè Metum, qui, respectu vnius, esset cadens in Virum constantem, non esse talè respectu alterius, qui fortior, & robustior est. Vndè minor Metus desideratur in Femina, quam in Viro, *arg. tex. capit indignatur 32. quaest. 6.* Et ratio: est: quia licèt Femina habeat virtutem constantiae; proptèr constitutionem tamen corporis, illi sexui naturalem, minùs potest resistere Metui, quam vir. Ergo minor metus sufficit, vt opprimat, cogatque Feminam constantem succumbere, quam Virum, eadem constantia praestitum. Et eadem ratione idem dicendum est, non solum in Femina, respectu Viri, sed etiam inter ipsos Viros. Vndè autem dignoscatur, quis sit Metus, cadens in Virum constantem, attendenda est aetas: vt, si senex, vel puer sit, cui metus incutitur. Similiter eius fortitudo, atque innata animi magnitudo, aut paruitas, vel fragilitas: Nam maior Metus exigitur in milite, & constante, quam in pusillanimo, & vili. Ita Glossa, *capit. cum locum, de Sponsalib. verb. Metus*, vbi Panormitanus, *num. 6.* Sotus, *lib. 7. de Iust. quaest. secund. articul. prim. ad secund.* Nauar. *cap. 22. sum. num. 51.* Conar. *4 Decret. pa. secund. cap. 3 § 4. num. 9.* Menoch. *de Arbit. lib. secund. cent. secund. cas. 135. à num. 4.* Macta, *de Coniect. vltim. vol. lib. secund. tract. 7. num. 7.* Henriquez, *lib. vndec. de Matr. cap. 9. num. 3. in comment. liter. D, & num. 4.* Seraphinus, *de Priuileg. iurata Priuileg. 110. num. 14.* Sotus, *lib. 7. de Iust. quaest. secund. art. p. ad 2.* Salonius, *2. 2. quaest. 62 controuers. 5. in concl. 3.* Aragonius, *2. 2. quaest. 88. art. 3.* Carbo. *de rest. quaest. 46. fundament. 3.* Rodoriquez, *tom. 1. sum. in 2. edit. cap. 131. concl. 3. num 3.* Philiarcus, *de Offic. Sacerd. tom. p part. 2. lib. 2. cap. 8. ad finem.* Merolla, *to. p. disp. p. cap. 3 dub 4. num. 24.* Sanchez, *lib. 4 de Matrim. disp. 3. num. 2.* Flaminius, *de Resig. benefic. lib. 13. quaest. p. num. 61.* Palatios, *in 4. dist. 29 disp. p.* & alii.

125 Omnia dicta, vt scilicet, minorem Metum desiderari in Foemina, quam in Viro, intelligit Palacios, *in 4. dist. 29. disp. p. vers. sed obstrepit forsan:* non vt sit differentia in grauitate mali, quod est obiectũ timoris, inter Virum, & Foeminam: sed in modo, & timoris probabilitate. Itaque eadem mali grauitas debet esse in vtroque, vt eius timor dicatur cadens in Virum constantem: licèt minor probabilitas mali euenturi sufficiat in Foemina, cum haec faciliùs terreatur.

126 Hoc autem, quod dicit Palatios, reiiciunt Menoch. *lib. 2. de Arbit. cent. 2. cas. 135. num. 5.* Lopez, *2. par. Instructorij noui, materia de Matr. capit. 40. fol. 1070. col. 1.* Sanchez, *lib. 4. de Matr. disp. 6 num. 4. vers. sed toto coelo.* & Merolla, *to. 1. disp. 1 cap. 3. nu. 26.* Quia sicut minor mali probabilitas faciliùs terret Feminas: ita etiã minus malum comminatum: ergo, sicùt ea minor probabilitas sufficit, ad inferendum metum Viri cõstãtis, ita etiam sufficiet timor minoris mali comminati.

Tertiò: An Mala, incutientia metum, cadentem in Virum constantem, timeri debeant in propria persona timentis?

127 REspondeo. Non solùm requiri, vt timeantur haec mala in propria persona, & in persona filiorum: vt habetur expressè, *in leg. isti quidem*, 8 *in fine, ff. de eo, quod metus causa*, ibi, *Haec, quae diximus ad edictum pertinere, nihil interest, in se, quis veritus sit, an in liberis suis: cum pro affectu magis in liberis parentes terreantur:* Sed satis esse, vt timeantur in persona aliorum consanguineorũ. Quia natura ipsa, amore conciliat consanguineos, tãquàm vnam carnem, ex eodemque sanguine deriuatos. Ergo Vir prudens, & constans, iustè terrebitur ob malum, comminatum Consanguineo suo: vt colligitur expresè, *ex cap. Sciant cuncti, de Elect. in 6.* ibi, *Vel consanguineos eorum.* Quem Textum dicunt esse notabilem Ias. *pupillo, § si quis ipsi, nu. 12. de nouo opere nunt.* & Felinus, *cap. Ecclesi. S. Mariae, num. 9 de Const.* ad probandum metum, illatum consanguineis Electoris, ad incutiendum Electori timorem, censeri illatum Electori. Ita dicunt Francus, *di. cap. sciant cuncti, de Elect. in 6. num. 2. & cap. vni. de his, quae vi, in 6. nu. 6.* Praeposit. *cap. cum locum, de Sponsal. num. 11.* Anch. *cap. Cum dilectus, nu. 7. vers. secundò quaero*

ro de his, quę vi. Maschard. *de probat. concl.* 1053 *n.* 25. Ant. Gabr. *to.* 2. *comm. lib.* 11. *verb. Metus.* Sanch. *lib.* 4. *de Matr. disp.* 4. *n.* 3. Merol. *t.* 1. *disp.* 1. *ca.* 3. *dub* 5. *n.* 17. & alii.

127 Et ita dicẽdum est, si ea mala timeãtur in propria vxore: quia reputantur inferri in persona Viri: Cum Vir, & Vxor sint vna caro. Genes. 2. & ita D. Thomas, *in* 4 *dist.* 29 *quæst.* 1. *art.* 2 *ad* 2. Merolla, *tom.* 1. *disp.* 1. *cap.* 3. *dub.* 5. *num.* 28. Sanchez *lib.* 4. *de Matrim. disp. num* 3. Altisiodorens. *lib.* 4 *Sum. Theolog. tract.* 9. *cap.* 7. *qu.* 5. Rosel *v. Impedimentum Imped.* 10. *n.* 7. Rodoriq. *t.* 1. *sum.* 2. *edit: ca.* 231 *n.* 3. & alii.

128 Ita dicendum est, si Vxor timeat ea mala in Viro: cum sint correlatiua, & militet eadem ratio: immò fortior, cum Feminæ magis piæ, affectibusque subiectæ sint, minorq; metus in ipsis desideretur.

129 Similitèr, dicetur Metus, cadens in Virum costantem, quandò incutitur Affinibus: quia sunt velut proprii consanguinei, cum sint consanguinei alterius ex Coniugibus, & hi su... vna caro. Ita Menoch *de arbit. lib.* 2. *Cent.* 2 *Cas.* 135. *nu* 8 Flam *de Resig. benefic. lib.* 13. *quæst.* 1 *num.* 69 Merolla, *to.* 1 *disp.* 1. *cap.* 3 *nu.* 20. Præpositus. *cap. final. num.* 6 *de Appell.* Sanch. *dict. disp.* 5 *num.* 11. & alii. Dummodò quod Affinitas prouenîat ex Matrimonio. Secùs autem quandò prouenit ex Fornicatione: quia ex hac nullus amor conciliatur: nec cognoscunt se huiusmodi Affines. Ita Sanchez, & Meroll. loc. cit.

130 Et quod diximus de consanguineis, & Affinibus, intelligendum est vsquè ad quartum gradum, sicut vsquè ad illud durat Consanguinitas, & Affinitas, ad impediendum, & dirimendum Matrimonium Ratio est: quia vsquè ad illum censetur durare naturalis affectio: & vltrà illum, iam non reputantur illi Consanguinei, vt grauitèr ledatur aliquis ex timore incusso Consanguineo, vel Affini vltrà illum gradum. Nisi esset timor rei tangentis, ac ledentis valdè honorem; vndè toti Prosapię, etiam vltrà eum gradum, macula sequeretur: tunc enim iam in propria persona damnum timeretur. Ita Sanchez, *num.* 11. Merolla, *nu.* 32. & videtur approbare Farinacius 3. *part fragment. verb. Metus, num.* 78.

131 Ita dicendum est, quando malum est comminatum personæ arctissima amicitia coniunctæ: Quia amicus est alter ego vt ait Aristoteles, *lib.* 9. *Ethic cap.* 4. Et Horat. *lib.* 1 *de Ode* 3. *appellat.* amicum, Dimidium animæ amici. Et idem Aristot. 2. *Rhetor. cap.* 4 ait: Amicum esse animam vnam, in corporibus duorum habitantem. Ita Sanchez, *nu* 9. & Merolla, *nu.* 29.

132 Addunt aliqui: Quando Domesticis alicuius Metus infertur, vt ille contrahat. Probatur ex Clement. 1. *de excess Prælat. vers. Seruientes*, vbi ponderans Textus violentiam illam Monachis, refert seruientibus illis inferri vim. Per quem Textum dicit ibi Cardin. *in princip. nu.* 4 *notab.* 13. Quem sequuntur Felin. *cap. Ecclesia, nu* 99 *de Constit. &* Iason. *l. p nu.* 4. *C. de indicta Viduit.* Iniuriam domestico, occasione mei illatam, mihi irrogari.

133 Sed, vt benè dicunt Sanchez, *num.* 10. & Merolla, *nu* 31. hoc solum potest esse verum, quando inde grauis iniuria, vel aliud simile dãnum sequeretur Domino.

Quartò: Quæ sint mala grauia, & sufficientia Metus, cadentis in Virum constantẽ?

134 RESpondeo: Mala grauia, & sufficientia ad Metum iustum, seù cadentẽ in Virum constantem, non solum esse Metum mortis, vel Mutilationis: vt, habetur, *in cap. Cum dilectus, de his, quæ vi. & l. nec Timorem, ff. de eo, quod met. caus.* Sed etiam grauis corporis cruciatus: vt expressè, *in d. cap. Cum dilectus*, habetur: Ad quem grauia verbera reducuntur, cũ grauitèr crucient. Ita Sanchez, *lib.* 4. *de Matr. disp.* 5 *num.* 4. Merolla, *tom. p. disp p. cap.* 3 *dub.* 6. *num.* 33. & alii.

135 Idem dicendum est de Metu Seruitutis: vt habetur, *in leg. ego puto, & leg. isti quidem ff. de eo, quod metu causa, & leg.* 15 *tit secund. pa.* 4 *& leg.* 7. *tit* 33. *par.* 7. & docent omnes; quibus adscribuntur Sãchez, *lib.* 4 *de Matr disp.* 5. *nu.* 6. & Merolla *to. p. disp p. cap.* 3. *dub* 6. *num* 34.

136 Idem dicendum est de grauis Exilij timore: est enim graue malum. Ita Sotus *lib.* 7 *de Iust. q. sec. art.* 1. *ad sec. vers. Haud tamẽ.* Henriq *lib.* 11 *de Mat. cap* 9 *n.* 4. Sãchez. *lib.* 4. *de Mat. disp.* 5. *n.* 8. Merol. *to.* 1. *disp.* 1. *cap.* 3. *dub.* 6 *n.* 34. & alii.

137 Idem dicendũ est de Carceris metu: vt habetur. *in leg. Nec timorẽ, & l qui in Carceram, ff. de eo, quod met. caus.* Quẽ casũ diuersimodè explicãt Doctores: Quidã enim indistinctè loquuntur: dicentes absolutè, metũ Carceris cadere in virum cõstãtẽ. Ita Scot. *in* 4. *dis.* 29. *q. vn* §. *de secũdo dico vers. ad prim. &* §. *de prim. cõtrad. est.* Gabr. *in* 3. *dis.* 39 *q* 1. *ar.* 1. *ad finẽ vers.* Iura-

Iuramentum incautum. Victoria, *sum. de Matrim.num.*268. Palatios, *in* 4. *dist.* 29 *disp.*1. *fol.*655. *versic. Recensentur autem.* Corduba, *sum.quest.*171.*pun.*1. Panormitanus, *in capit.Cum lotum num.*9. *de Sponsal.* vbi Preposit.*ad finem num.* 12 Rosella, *v.Impedimentum Imped.* 10 *nu.* 2. Angelus, *v. Metus, num.*1. Gutierez, *de Iurament.par.*1.*cap.*51.*num.*5. & alij.

138 Alij vero explicant de Carcere perpetuo. Ita Gloss. *l.Ego puto, in initio* 1 *ff. de eo quod metus.cau.* Sotus, *lib.*7.*de Iust. quest secund artic.*1.*ad* 2.*versicul. Haud tamen hic pacabitur*, Angles in Floribus *part.*1.*quest* 3.*de Matrim coacto artic* 11 *antè primam difficult* Garbon.*de rect.qu.* 46 *funda secund.§. Metus cadens.* & alij.

139 Alij verò intelligunt de Carcere diuturno, & de vinculis atrocibus: quia tùc est grauissima pœna: Secùs, vbi Carcer breuis esset. Ita Sotus, 4.*dist.*29 *quest.*7 *art.*2.*vers.Eiusmodi autem metum* Henriquez, *lib.*11.*de Matrim.capit.*9 *nume.*4. Aragonius, 2.2.*quest.*88. *artic.*3. *§. Pro explicatione huius.* Rodoriq *part.*1.*Sum. capit.*130.*concl* 3.*num* 3. Sanchez, *lib.* 4. *de Matrim disp.*5.*num.*9. Merolla, *tom.*1. *disp.*1.*capit.*3.*dub.*6.*num.*35. & alij.

140 Idem dicendum est de Metu honoris amittendi: vt habetur, *in leg.*7. *titul.*33. *pa* 7. Quia, Viro bono grauior est honoris iactura, morte ipsa. Ita Barbat. *cons.* 60 *num* 3 *volum.*3. Anton. Gabr. *tom* 2. *comm lib.*11.*verbo Metum* Mascard *de Probat concl* 1053.*num* 53. Sanchez, *lib.* 4 *de Matr disp.*5.*num.*11. Merolla, *tom.*1 *disp.*1.*capit.*3.*num.*26 Seraphin. *de Priuileg. Iurament. Priuileg* 19.*num.*4. & alij.

141 Idem dicendum est, de Stupri comminatione: siuè in Viro, siuè in Fœmina: vt habetur, *in leg Isti* 8.*ad finem ff. de eo, quod met.causa.* Et dicunt D. Thomas, *in* 4.*dist.*29.*quest.unica, artic.*1. *ad* 2. vbi Durandus, *quest.*2.*num.*4. D Bonauent. *quest* 1 *num.*5 Riccardus, *articul.*1.*quest.* 1. Paludanus, *quest.unica, artic.*2.*concl.*2. *num.*13. Gabriel 3.*dist.*39. *quest* 1. *ad finē versic.Iuramentum incautum.* Innocen. *capit.* 1.*num.*1.*de his, qua vi.* Sanchez, *lib.* 4.*de Matrim.disp.*5 *num.*12. Merolla, *disp.* 1.*cap.*3.*num.*37. & alij.

142 Idem dicunt, si esset Vidua, seu Mulier honesta: Quia eadem est ratio: nam *dict.leg.Isti quidem,* non considerauit signaculum virgineum: Cum idem dixerit in Viro. Sed rationem subdidit ibi, (*Cum Viris bonis iste metus maior esse debeat, quam mortis.*) Quæ ratio in Vidua honesta etiam militat. Et ita sentiunt Rodoriquez, *tom.*1.*Sum.*2. *edit.capit.*231. *concl.*3.*num.*3. Sanchez, *d disp.*5.*num.*12. Merolla, *d.capit.*3.*num.*37 & alii.

143 Addit Sanchez: Etiam si Mulier, sit inhonesta: quia quamuis in foro externo non præmitur duci eo timore, nè vi opprimeretur, ad contractum ineūdem: tamèn, si reuera illo timore traheretur, esset cadens in virum constantem. Cuius ratio est: quia metus periurii cadit in Virum constantem. Cuius rationem reddit Seraphin.*de Priuileg.Iuram.Priuileg.*19 *num.*1. quia si Metus, perdendi honorem, est iustus, & cadens inconstantem Virum: à fortiori, Metus, amittendæ salutis æternæ, quæ per peccatum mortale Periurii perditur: Sed hæc ratio militat in nostro casu.

144 Quid dicendum de Metu Infamiæ: An cadat inconstantem Virum? Communitèr dicunt: Metum Infamiæ iuris cadere in Virum constantem. Vt, si quis deprehensum in delicto infami, communitèr ferè, vt eum prodeat, si aliquem contractum non ineat: vt, habetur, *in leg.nec timor. & leg.isti,* 8 § *fin. ff. de eo, quod met.cau.* & docet Glossa, ab omnibus recepta, *dict.leg.Nèc timerem v Infamię.*

145 De infamia verò Facti, dissentiunt Doctores. Nam Glossa, *in leg Timorem, verbo Infamiæ, ff de eo, quod met. caus.* Negat: Et videtur expressè decisum in *dict.leg.* ibi: *Nec timorē Infamiæ hoc edicto contineri Pedius dixit.* Et ita D. Thomas, *in* 4, *dist.*29 *quest.*1.*artic.*2. *ad.*3. & Siluester, *v.Metus, quest.*4. Durandus, *in* 4.*dist.*23.*quest.*2 *num.*4.*in fine.*

146 Affirmant verò alii. Quorum ratio est: quia timor Infamiæ æquiparatur timore mortis, *l.iusta, ff. de manuscis.vindic.* ibi: *Iusta causa manuscissionis est, si periculo vitæ, infamiæue, dominum seruus liberauerit.* vbi Glossa, *v. Infamiæ* ait: quod simile est periculo vitæ. Confirmatur ex illo cap. 22. Prouerbiorum: *Melius est bonum nomen, quam diuitiæ multæ.* Sed timor amissionis magni Patrimonii, cadit in Virum constantem: ergo, & timor Infamiæ. Ita Paludanus, *in* 4.*dist.*29.*quest.unica, artic.*2.*concl.*2. *num* 13. Ledesma, 2 *par.*4.*quest.*49.*artic.* 3.*§.si queras, quarè Infamia.* Sotus, *in* 4. *dist.*29. *quest.*1.*artic.*2.*ad finem.* Viuald. *de Matrim.num.*59. Henriquez, *lib.*11.*de*

KK 2 *Matrim.*

Matrim. capit. 9. num. 4. Farinac. 1. *part. fragment. v. Metus num. 92.* Vilagut. *in tract. de Extens. leg. titul. de extens. leg. pen. proptèr met. num. 135.* Sanchez, *lib. 4. de Matr. disp. 5. num. 15.* Merolla, *to. 1. disp. 1. capit. 3. num 40.* & alii.

147 Hoc autem intellige: Nisi eidem Infamiæ facilè occurri posset: aut quando Infamia est grauis, & alicuius momenti. Secùs si sit leuis. Vt, intelligitur *in leg. Nec timorem. ff. de eo, quod met. cau.* dum dicit: Metum Infamiæ non esse Viri constantis: Intelligunt Doctores de Infamia leui, & parui momenti: quod bene significat ibi Glossa, *v. Infamiæ*, exemplificans: Vt, si quis minetur, se malam cantilenam de aliquo cantaturũ, quæ infamiam leuem denotat. Sic Sotus, *lib. 7. de Iust. quæst. 2. artic. 1. secundum vers. haud tamen hic pacabitur.* Matiens. *lib 5. recopil. titul. 1. rubric. gloss. 1. 1. num. 189.* Viualdus, *Candelab. 1. p. de Matr. num. 59.* Merolla. *tom. 1. disp. 1. cap. 3. num. 43.* Sanchez, *lib. 4. de Matr. disp. 5. num. 15.* & alii.

Quintò: An metus Excommunicationis cadat in constantem Virum?

148 PRima opinio negat. Cuius ratio est: quia Excommunicatio est medicinalis, *1. de sent. Excom. in 6.* Ergo non est malum, quod cogat ad effectum, rescindendi contractus. Tum, quia Excommunicatio: aut est iusta, & tunc sibi imputet Excommunicatus: Aut iniusta, & tunc non ligat. Ergo numquam Excommunicationis metus cadit in Virum cõstantem. Ita Glossa, *cap. Cum dilectus, v. Violentia, de his, quæ vi.* Archidiac. *capit. 1. de sent. Excommun. in 6. num. 2.* Barbat. *cap. ab Excommunicato, de rescrip.* Goffr. *in Sum. titul. de ijs, quæ vi num. 4.* Alciat. *l. interpositas num. 9. & 10. C. de transact.* Paludanus, *in 4. dist. 29. quæst. unica, artic. 2. concl. 1.* & alii.

149 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia cum Excommunicatio priuet suffragiis Ecclesiæ, fideliumq; communicatione, est graue malum. Ita Glossa *final. capit. olim. 3. v. Timorem de resti. sponsal.* Decius, *Reg. in omnibus 39. num. 6. ff. de Reg. iur.* Io: Bapt: Ferrer: *Cons. 171. in fine.* Seraphin. *de Priuileg. iuram. Priuileg 29. num. 4.* Bartolom. Ledesma, *de Matrim. dub. 23. fundam. 3.* & alii.

150 Tertia opinio distinguit, scilicèt: Aut Excommunicatio est iusta, aut iniusta. Si iusta, & tunc metus ipsius non cadit in Virum constantem: quia tunc est medicinalis; vt Excommunicatus à contumacia resipiscat: & facilè potest, ac tenetur sibi consulere, obediendo: quod si nolit, sibi imputetur. Aùt est iniusta, & tunc eius metus cadit in constantem Virum: quia Excommunicatio, quamuis iniusta, est timenda, *11. quæst. 3. capit. 1.* & aliquam infamię notam irrogat; saltem apud eos, qui Excommunicationis iniustitiam non benè perceperunt; & obligat ad multa, proptèr vitandum scandalum. Ita Io. Andr. *cap. Cum dilectus, nu. 9. de his, quæ vi.* vbi Anton. *num. 13.* Anchar. *num. 7.* Card. *numer. 3. quæst. 1.* Imol. *num. 8.* Panormitan. *num. 6.* Angelus, *Metus num. 4. ultim.* Silnester *quæst. 5.* Couar. *4. Decret. p. 2. cap. 3. §. 4. nu. 12.* Milis, *Repert. v. Metus, num. 9.* Farinac. *part. 2. fragmen. v. Metus num. 104.* Vgolinus, *Cens. tab. 2. capit. 24 in princip. num. 1.* Henriquez, *lib. 11. de Mat. capit. 9. num. 4.* Sanchez, *lib. 4. de Matrim. disp. 5. num. 17. & sequ.* Merolla, *tom. 1. disp. 1. capit. 3. dub. 8. num. 46.* & alii.

151 Hæc sententia intelligenda est, in quantum ait: metum Excommunicationis iniustæ cadere in Virum constantem; quando ei facile non potest occurri. Vt, si non potest sibi Excommunicatus cõsulere, appellando: vel quia non audet, ob potẽtiã Excommunicationis: vel quia non habet in promptu Superiorem, ad quem appellet: vel sunt necessarii sumptus, & est pauper: aut appellando, est periculum in mora, obtinẽdi absolutionem, & impendet aliquod damnum de præsenti ob Excommunicationem. Ita Panormitanus, *capit. Olim, el. 3. num. 11. de rest. sponsal. & capit. Cum dilectus num. 6. de his, quæ vi.* Felinus, *capit. Cum inter, num. 20. de Exception.* Couarr. *vbi supra* Sanchez, *num. 18.* Merolla, *num. 48.* & alii.

Sextò: An metus amissionis honorum cadat in constantem Virum?

152 NEgat Paludanus, *in 4. dist. 29. quæst. 1. artic. 2. concl. 2. num. 13.* Ratio deducitur, *ex capit. Cum dilectus, de his, quæ vi.* Tum, *ex capit. Omnis accusationes 31. quæst. 7. ibi, volo mihi proferas damna rei familiaris.* Ex quo constat, metum paupertatis minimè excusare.

Dicen-

153 Dicendum est tamen cum aliis: metum Amissionis, non solum omnium bonorum, sed etiam maioris partis, cadere in Virum constantem. Quia hæc Amissio adeò graue damnum reputatur, vt morti æquiparetur: Vt latè probat Tiraquellus, *de Nobilit.cap.31.num.369.* Ergo eius metus est Viri constantis. Ita Ioa.Andr.*capit.2.num.2.de his,quæ vi,num.3.* Anton. *capit Gemma,num.7. de Sponsal.* vbi Panormitanus,*num.secund.* Alex. de Neuo, *num.3.* Anchar. *capit.vnico, de his, quæ vi,in 6.in fine,* vbi Franch.*num.8.* Probus,*in addit.ad monachum, nume.8.* Berous, *capit. 1. num.11.de Offic. Deleg.* Franch.Aretin.*consil.14.num.15.* Rosella, *v. Metus,num.1.* vbi Angelus,*num.8.* Tabiena, *v.Coactio,quæst.3.num.4.* vbi Armilla, *num.3.* Nauarr.*capit.22.sum.num.51.* Couarr. *4 Decret.2.p.cap.2.* § *4.num.18.* Matienz. *lib.5. Recopil.titul.1. rubr.gloss.1.num.189.* Gutierez, *ex Iuram.pa.1.capit.57.num 20.* Flaminius,*de Resignat.benefic.lib.13.quæst.1.num.155.* Rodoriquez,*tom.1.Sum.2.edit. capit.231.num.5.* Sanchez, *lib.4 de Matr.disp.5. num.21.& 22.* Merolla, *tom.1. disp. 1.cap.3. num.53.* & alii.

154 Quid dicendum de timore Amissionis magni lucri: An cadat in Virum constantem? Respondeo, quod prima opinio affirmat; & hoc, *ex leg. fin.* §. *si fenerator ff.de eo,quod met.cau.* vbi Iurisconsultus concedit restitutionem pecuniæ, extortæ, metu perdendi lucri. Ita Cynus *l.Interpositas,apposit.1. C.de transact.num.2.* vbi Baldus, *à num.6.* Cephal. *Consf.255 num.17 vol.2.* Anchar. *capit.2. de his, quæ vi.* Franc.*capit.1.eodem titul.in 6. num.8.* Farinacius, *par.2. fragment.v.Metus,num.111.* & alii.

155 Secunda opinio negat. Cuius ratio est: quia donatio, vel remissio, facta metu, cadente in Virum constantem, vel est irrita, vel saltem irritanda. At quando fit ex metu, non acquirendi aliquod lucrum, quod donatione, vel remissione facta, donans, vel remittens obtinere sperat, est omninò valida, nec irritari potest, etiam si metus ad id sit incussus: vt benè inquit I. Medina, *C. de restit. quæst.3. num.2.* Et ratio est: quia talis remissio, vel donatio, non metui, sed cupiditati lucri acquirendi sperati, est imputanda: ergo timor Amissionis magni lucri non dicitur, cadens in constantem Virum. Ita Sanchez, *lib.4.de Matr. disp.5.num.28.* Merolla, *tom.1.disp.1.cap.3 num.60.* Et videtur tenere Nauarrus, *comment.2.de regul.num.67.versic. Addo decimo tertio.*

Septimò: An gesta, ex Metu contra legem humanam, excusentur à peccato?

156 NOtandum est priùs: Peccata esse in duplici differentia. Quædam sunt contrà legem positiuam, siuè diuinam, siuè humanam: vt, v.g. non suscipere Baptismum, Eucharistiam, &c. non Ieiunare, vel non audire Missam diebus præceptis. Alia dicuntur peccata contra legem naturalem: vt v.g. mentiri, fornicari, occidere, &c. In præsenti agemus de peccatis contra legem humanam. In sequentibus verò de his, quæ sunt cōtra legem diuinam. Difficultas autem solum est: quando Metus est grauis, seù cadens in Virum constantem: nam certum est apud omnes, Metum leuem non excusari à peccato.

147 Prima opinio ait: Leges humanas, obligantes ad mortale, obligare ad sui obseruantiam, etiam cum mortis periculo: & præsertim eas, quæ propriè ad Religionis cultum pertinent. Vt ne quis cum Excommunicato participet: nè absque vestibus sacris celebret. Ita Caietanus, *1.2.quæst.96.articul.4.2.2. quæstio.125.articul.3. & in opuscul.to.3. tract.8.* Henr Bott.*de Synod Episcop part.2.artic.4.num.271.* Et hanc opinionem videtur tenere Adrianus, *in 4.quæst.3. de clauib.* § *Quo ad materiam.*

158 Secunda opinio ait: Metum mortis, vel alterius grauis nocumenti, regularitèr, excusare à peccato, quod est contrà legem humanam. Ratio est: quia potestas humana non se extendit ad omnia, sine mensura: ergo lex humana non potest obligare ad quemcumq; actum præceptum; non obstante quacumque necessitate vrgente: hoc enim esset suprà potestatem Legislatoris humani: cuius potestas est, tantum ferendi leges necessarias ad bonum commune. Sed talis obligatio, regularitèr, non est necessaria ad bonum commune Reipublicæ. Adde, quod licèt talis potestas concedatur in Legislatore humano; non tamèn est verisimile, esse in Legislatore voluntatem obligandi, non obstante quacumque necessitate vrgente: quia voluntas pru-

prudens non vult obligare, quantum potest, sed cum moderamine, & benignitate. Tum quia præceptum Ieiunii non obligat cum detrimento salutis, quod explicatum est, *in capit. Consilium de obseru. Ieiunij*. Et idem constat de præcepto audiendi Missam; quod non obligat cum periculo mortis, vel alterius grauis nocumenti. Simili modo, propter necessitatem famis licitum est communicare cum Excommunicato, procurando subsidium. *Can quoniam, multos 11. quæst. 3 & capit inter de sent. Excom.* Ita Sotus, *in 4. dist. 22 quæst. 1. artic. 4. col. penult & lib. 1. de Iust. quæst. 6 artic. 4. ad finem*. Corduba, *sum quæst.* 137. *dist* 4. Azorius, *par. 1. lib. 1. capit. 11. quæst. 1.* Couarr. *capit. Almamater. p. 1. §. 3. num. vlt. versic.* 4. Medina, 1. 2. *quæst.* 96. *articul* 4. Aragonius, 2. 2. *quæst.* 62. *articul.* 3 *in 1. dubio, quod mouet circà solut. ad* 4. Suarez, *tom.* 5. *in* 3 *par disp.* 6 *sect.* 3. *num* 7. & 8 Valentia, 1. 2. *disp.* 7 *quæst.* 5. *pun.* 6 *quæstiunc.* 4. Vasquez, 1. 2. *disp.* 161. *capit.* 3. Merolla, *tom.* 1. *disp.* 2. *dub.* 15 *num.* 108 Salas *de leg. disp.* 11. *sect.* 1. Sayrus, *in Clau. Reg. lib.* 3. *capit.* 7. *à num.* 34. Sanchez, *lib* 1. *Sum. capit.* 18 *num.* 4 Beccanus, *to.* 2. *tract.* 3. *capit.* 6. *num.* 4. Siluester, *v. Metus. num.* 7. & alii.

159 Dixi: Legem humanam, regulariter, non obligare cum periculo mortis, vel alterius grauis nocumenti: Quoniam aliquando potest obligare, & de facto obligat. Ratio est: quia in Republica est potestas necessaria ad suam conseruationem, & commune bonum: sed ad hos fines aliquando, moraliter est necessarium præceptum, obligans ad aliquid agendum; nõ obstante mortis periculo: ergo cadit hoc sub potestate humana. Maior ẽ p se nota: quia aliàs insufficienter prouisum esset conseruationi, & gubernationi Reipublicæ. Minor etiam constat: nam aliquando necessarium est agere periculosum bellum, ad defendẽdam Rempublicam: in hoc enim casu potest Legislator humanus obligare cum periculo vitæ: quarè potest Dux in bello præcipere militi, nè relinquat locum suum: ad quod obligatur miles sub mortali. Eadem ratione, tempore pestis potest Princeps præcipere aliquibus, vt perseuerent in aliquo loco, ad procurandam communem salutem: ad quod obligantur illi sub mortali. Sic etiam, tempore grassantium hæresum, potest Summus Pontifex præcipere aliquibus Religiosis, vel aliis Viris doctis Catholicis, vt cum vitæ discrimine, doctrinam catholicam prædicent.

160 Et quamuis, per se loquendo, lex humana non obliget cum periculo vitæ; per accidens tamen obligare potest cum eo periculo: vt si metus mortis incuteretur à Tyranno in odium, & contemptum Religionis christianæ: in tali enim casu, bonum Religionis præferendum est bono priuato propriæ vitæ. V. G. si Tyrannus cogat ad comedẽdas carnes, die prohibito lege Ecclesiastica, in contemptum illius Ecclesiasticæ obseruantiæ: tunc enim non posset quis carnibus vesci, quia consentire illi, esset significare, se idem sentire, & contemnere. Immò etiam exteriùs dissimulare, & non planè resistere, esset peccatum mortale: quia, ad minùs, id esset illis scandalum dare, quod numquam licet: vt colligitur ex Machab. *capit.* 7. vbi Eleazar potiùs voluit mortem subire, quam simulare, se edere carnes porcinas contrà legem Moysis, id vetantem: & hoc fecit, ne aliis scandalum præberet.

161 Addit etiam Suarez, *lib.* 3. *de leg. cap* 30 *num.* 7. hanc obligationem, non solum in Diuinis, & Ecclesiasticis legibus reperiri, sed etiam in Ciuilibus: quia illę quoquè non sunt contemnendę. Et ita videtur dicere Sanchez, *lib.* 1. *Sum. capit.* 18 *num.* 6.

162 Ex his deducitur primò: Si Tyrannus minetur mortem alicui, nisi carnes secum comedat die Sabati; poterit ille sinè peccato comedere: quia lex Ecclesiastica non obligat cum tanto periculo: dummodò, quod metus non incuteretur in odium Religionis Christianæ, aut præcepti Ecclesiastici contemptum: quia tunc tenetur ille, potiùs mortem subire, quàm carnibus vesci: & hoc ex præcepto diuino naturali, concurrente, & obligante cum vitæ discrimine, ad tuendam Religionis existimationem, reprimendumque ipsius, ac præceptorũ cõtẽptũ in aduersariis. Ita Med. 1. 2. *quæst* 96. *articul.* 4 *versic. Tertia conclusio*. vbi Valentia, *disp.* 7. *quæst* 5. *pun.* 6 *quæst.* 4. Sanchez, *lib.* 1. *Sum. capit.* 18. *nu.* 6. Merolla, *tom.* 1. *disp.* 1. *capit.* 3. *num.* 109. Salas, *de leg. disp. vndec. sect prim. versic. Ex hac occasione*. Vgolinus, *de Casib. Papæ reseru. par.* 2. *capit. prim. versic. Ac concurrendum liberos §.* 1. *in fine*. Et probabilem

bilem: vocat Suarez, *lib. 3. de leg. capit. 30. num 8.*

163 Addit tamen Suarez, *to. 5 in 3. pa disp. 6 sect. 3. num. 4.* Non eo ipso, quod metus incutitur, vt aliquid fiat contra censurã, vel alterius præcepti prohibitionem, censeri, eum incussum in odium fidei, aut Ecclesiasticæ disciplinæ contemptũ: potest tamen ex alio fine id consurgere: vt gratia non ostendendi se Excommunicatum, vel acquirendi lucri, aut iacturæ vitandæ.

164 Hinc deducitur: Si lex Ecclesiastica præciperet auditionem Missæ diebus festis; sub pœna Excommunicationis latæ sententiæ: Omittentem Missam metu mortis, non incurrere Excommunicationem; etiamsi metus incutiatur in contemptum, & odium Religionis. Ratio est: quia peccatum esset tantum contrà legem naturalem, de tuenda fide, & Religione; non autẽ contra humanam Ecclesiasticã. Excõmunicatio aũt nõ incurritur, nisi peccetur, præcisè, contrà legẽ Ecclesiasticã: vt dicunt cõmunitèr Doct.

Quid dicendum, quando lex Ecclesiastica, sub pœna Excommunicationis latæ sententiæ, prohibet aliquid, quod est intrinsecè malum, ac iure naturali prohibitum? v. g. homicidium: & quis metu mortis, sibi comminatæ, homicidium committat, ligetur Excommunicatione? Et idem est de eo, qui compulsus ab alio, metu mortis occidit Clericum.

165 Duardus, *in explicat. Bull. Cœnæ, lib. p. cap. 2 quæst. 2 num. 7. & lib. 2. can. 3 quæst. 13. conclus. 3.* Sanchez, *lib. 9 de Matrim. disp. 31 num. 6.* & Marc. Alter. *de Cens. to. 2. disp. decim. de Suspens. cap. 6. versic. Pro solutione*, affirmant. Et ita dicit Duardus, *dict. quæst. 2. num. 26. & 27.* quando res prohibita sub pœna Excommunicationis, non est intrinsecè mala: tamèn metus incutitur in odium Religionis; aut violatio dictæ legis Ecclesiasticæ esset cum aliorum scandalo, vel detrimento. Et idem asserit, *num. 22.* quando, facere contra dictam legem, esset sibi ipsi proxima occasio ruinæ spiritualis. Ex quo infert: legentem, metu graui sibi illato, libros hæreticorum, esse Excommunicatum; si legere eos libros, est ipsi proxima occasio infectionis: quia non vitare eam occasionem, est intrinsecè malum.

166 Alii vero Doctores oppositum tenẽt. Quia etiam in his casibus peccaret ille tantum contrà legem naturalem; non autem contra legem Ecclesiasticam, quę non obligat cum vitæ discrimine. Ita Suarez, *tom. p. in 3. part. disp. 4 sect. 3. num. 14.* Vgolinus, *num. 119.* Sanchez se retractans, *lib. 2. sum. capit. 10. num 49.* Auila, *de Cens. par. 2. cap. 6. disp 8. dub. 5. versicul. Tertiò sequitur.* Merolla, *to p. disp p. cap. 3. nu. 122.* & alii. Vndè occidentem Clericum, ad euitandam mortem, sibi a- lio comminatam; non teneri in confessione explicare circũstantiam Clericatus sed satis esse dicere, occidi hominem. Ratio est: quia id peccatum non habuit circumstantiam Sacrilegii: hæc enim desumitur ex prohibitione legis Ecclesiasticæ: quæ intuitu, seù ex motiuo Religionis, ac irreuerentia Clericatus interdixit: Ne quis manus violentas in Clericum iniiciat, *can. si quis suadente 17 quæst. 4.* vt affirmant Vasquez, *1. 2. disp 98. cap. 3.* Suarez, *tom p. Relig. lib. 3. de Sacrileg. capit. 2. à num. 4.* Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 2. capit. 5. num. vndec.* Salas, *1. 2. tract. 13. disp. 3. sect. 2. num 14.* & alii. Cum igitur lex Ecclesiastica non obliget cum tanto detrimento, vt diximus: sequitur, occidentem Clericum, metu graui sibi incusso, non peccare contrà legem Ecclesiasticam: ac proindè peccatum illud non esse Sacrilegium, sed simplex homicidium.

167 Hinc etiam sequitur: Vouentem non committere aliquod peccatum, quod est contrà legem naturalem, v. g. non Fornicari: & ad euadendam mortem, sibi comminatam: Fornicantem non peccare peccato Sacrilegii contrà votum, sed tantùm peccato simplicis Fornicationis. Quarè sufficiet dicere in Confessione: Fornicatus sum, non explicando circumstantiam Voti. Ita Sotus, *lib. 7. de Iust. quæst. 2. artic p. versicul. Ex quo sit.* Valentia, *2. 2. disp. 6 quæst. § pun. 4. ad finem* Sanchez, *lib. 4. Summ cap. 13. num. 19.* Merolla, *tom p. disp. p. cap. 3. nu. 142.* & alii.

168 Secundò. Si quis metu mortis celebret Missam sinè Altare, vel Calice non consecrato, aut sinè vestib[illegible]cris, vel lumine, non peccat; quandò metu mortis non incutitur in odium Religionis, aut contemptum. Ratio est: quia celebrare cum Calice consecrato, in Altare consecrato, vestibus sacris, & lumine est solum de Iure humano Ecclesiastico, at verò Ius humanum non obligat cum

tanto

tanto periculo, vt supra probatum est. Ita Valentia, 1.2. *disput.* 7. *quæst.* 5. *pun.* 6. *quæst.* 4. Vasquez, 1.2. *disp.* 161. *cap.* 3. *nu.* 15. Beccanus, *par.* 2. *Theolog. scolast. tract.* 3. *capit.* 6. *quæst.* 4. *num.* 8. Filliucius, *trac.* 5. *capit.* 5. *num.* 149. Granad. 1.2. *controu.* 7. *tract* 3 *par.* 1. *disp.* 8. Merolla, *to.* 1. *disp.* 1. *cap.* 3. *num.* 127. Medina, 1.2. *quæst.* 96. *artic.* 4. *dub. secund.* Salas, *de leg. disp.* 11. *sect.* 1. *num.* 7. Suarez, *tom.* 3. *in* 3. *part. disp.* 161. *cap* 3. *num.* 15. Azorius, *part. p. lib. p. capit. undec. quæst. undec.* & alii. Eadem ratione, licitum est Sacerdoti Latino cõsecrare in fermentato, ad euitandam mortem. Sic Merolla, *num.* 127. *in fine.*

169 Tertiò. Licitum est Sacerdoti excõmunicato, vel interdicto, Missam celebrare, & Sacramenta ministrare, vt mortis, vel infamiæ periculum euitet. Quia hæc solo iure Ecclesiastico sibi interdicta sunt, quod non obligat cum tanto periculo, dummodò quod sit contritus. Excipitur tamèn Sacramentum pœnitẽtiæ: quia non potest Excommunicatus non tolleratus, idest, nominatim denuntiatus, ministrare hoc Sacramẽtum, etiam cum periculo vitæ. Ratio est: quia licèt in in hoc casu, cesset præceptum Ecclesiasticum: obligat tamen præceptũ naturale diuinum, etiam cum eo periculo, ad non reddendum irritum Sacramentum. Ita Suarez, *to.* 5. *in* 3. *par. disp.* 6 *sect.* 3. *num.* 3 Sanchez, *lib. p. sum. capi.* 18. *num.* 8. Naldus, *v. Metus, num.* 5. Bonacina, *de Peccat. quæst.* 8. *pun.* 2. *num* 7. Merolla, *tom. p. disp. p. cap.* 3. *num.* 133. & alii. Secùs dicendum est de Excommunicatis occultis, vel publicis non denuntiatis. Quia cum hi tollerati sint per Extrauagantem, *Adeuitanda*, Concilii Cõstantiensis; non sunt iurisdictione priuati: & per consequens validè Sacramentum Pœnitentiæ ministrare possunt.

170 Quartò. Licitum est, ob metum mortis, vel alterius grauis nocumenti, communicare cum Excommunicato nõ tollerato, idest, nominatim denuntiato, vel publico percussore Clerici. Ratio est: quia lex positiua humana non obligat cum periculo vitæ: sed prohibitio, vt quis non communicet cum Excommunicato non tollerato, est merè positiua, & Ecclesiastica: ergo in casu prędicti metus, & periculi cessat. Ita Sotus, *in* 4. *nem versic. Ad quæstionem* Victoria, *in Sum. vbi de Excommunic. nu.* 12. Suarez, *tom.* 5. *in* 3. *par. disp.* 6. *sect.* 3. *num.* 10. Vasquez, 1.2. *disp.* 161. *cap.* 4. Azorius, *par. p. lib. p. cap. undec. quæst. p.* Salas, *de leg. disp. undec sect. p. num* 12. Sanchez, *lib. p. Sum. cap* 18. *num.* 4. Merolla, *tom. p. disp. p. cap.* 3. *num* 147. Sayrus, *de Cens. lib.* 2. *capit.* 14. *num.* 40. *& seq.* & alii.

171 Nota circa doctrinam, hucusque traditam, quod scilicèt, metus mortis excusat à transgressione legis humanæ, & consequentèr à pœna, per legem trãsgressoribus imposita: non solùm esse veram, si metus iniustè sit incussus; verùm etiam, si iustè. Quia quamuis hic metus non sit sufficiens ad rescissionem contractuum, vt ait Merolla, *dub.* 18. *num.* 232. nihilominùs ad excusandum à trãsgressione legis humanæ, sufficiens reputari debet; quando est metus grauis mali, seù nocumenti: quia lex humana non obligat cum tanto dispendio. Ita Merolla, *tom. p. disp. p. cap.* 3. *num.* 18 *in fine.*

Octauò: An Metus mortis excuset à transgressione Legis Diuinæ positiuæ?

172 PRima opinio ait: Legem Diuinam positiuam obligare etiam cum periculo vitæ. Ratio istius opinionis est: quia non minor est obligatio legis Diuinæ, quam naturalis: sed nullus metus excusare potest à transgressione legis naturalis: ergo &c. Ita Io. Gersonius, *de Abstinent. Chartus. lit. H. & habetur* 2. *suorum operum:* licèt, secùs dicat de humana. Et vocat probabilem Victoria, *in Relect. de temper. conclus.* 2 *num* 10.

173 Secunda opinio, quæ est communis, ait: Legem Diuinam positiuam, ordinariè, & regularitèr, non obligare cum periculo mortis, vel alterius grauis nocumenti: ac proindè, si quis, metu grauis mali, faciat aliquid, quod est prohibitum lege Diuina positiua, non peccat. Cuius ratio est: quia, quod prohibetur lege Diuina positiua, non est intrinsicè malum: sed est malum, ex voluntate Legislatoris, id prohibentis. Sed non est verisimile, Deum Legislatorem velle obligare cum tanto periculo. Habemus de hoc exemplum in sacra Scriptura. 1. *Reg. cap.* 12. Legimus de Dauide, qui comedit panes propositionis, quos Laicis manducare non licebat iuxtà legem: sed excusatus fuit Dauid à peccato, propter famis necessitatem. Quod factum approbauit Christus, *Matth.* 12. vbi eodem modo excusat Discipulos, qui diebus sabatir

batorum spicas colligebant. Legimus etiam 1. *Machab. capit.* 2. quod Mathathias pugnauit diebus Sabbatorum, extrema necessitate compulsus: & tamen quies in Sabato erat præcepta iure diuino positiuo: & Iosue *capit. quinto*, legitur, quod filii Israel non fuerant circumcisi per annos quadraginta: & tamen erat lex diuina, promulgata Genis. 17. quod die octauo circumciderentur infans: excusati tamen sunt, quia non poterant commodè legem Circumcisionis obseruare, & vulnera curare: neque Scriptura diuina aliam causam commemorat. Idem constat de præcepto diuino integritatis Confessionis: nam graue periculum excusat ab eius impletione, vt dicunt communiter Doctores. Et ita hanc sententiam docent Ioan. Medina, *capit. secund. quæstion. sext. articul. sext. regul. secund.* Azorius, *part. prim. lib. pr. capit. vndec. quæstion. secund.* Victoria, *vbi supra.* Suarez, *lib. tert. de leg. capit. trigesim. numer. sexto.* Sayrus, *in Clau. Reg. lib. tert. capit. septim. num. trigesim. quart.* Merolla, *tom. prim. disp. prim. cap. tert. numer.* 154. & alii communiter.

174 Hinc deducitur: Non teneri Adultum, cum vitæ discrimine, suscipere Sacramentum Baptismi: quia potest sibi consulere contritione, habita Dei auxilio. Ita contrà Azorium, *part. prim. cap. vndecim. quæst. secund.* docent Sotus, *lib. prim. de Iust. quæstion. sext. articul. quart. ad finem corporis.* Corduba, *in Sum. quæstion.* 137. *dist quart.* Suarez, *tom. tert. in tert. part. disp. trigesim. prim. sect. tertia.* Aragonius, *secunda secundæ quæstion. sext. articul. tert. dub. prim. circa solutionem ad quart.* Sayrus, *dict. num. trigesimo quarto.* Sanchez, *lib. prim. Sum. capit. decim. octau. num. decim.* Merolla, *tom. prim. disp. prim. capit. tert. num.* 156. & alii.

175 Limitant hanc sententiam Suarez, & Merolla, numer. 157. Nisi Adultus ille esset iam in mortis periculo per se constitutus, etiam sinè extrinseca Vi: tunc enim teneretur non omittere Baptismum; etiam si Tyrannus minaretur mortem, statim inferendam, seù accelerandam. Quorum ratio est: quia præceptum Baptismi est iuris diuini, & de re grauissima, & maximè necessaria ad salutem; ergò non est prætermittendum absquè grauissima, & euidenti causa. Sed tunc nulla est sufficiens: quoniam, licèt Tyrannus minetur mortem; tamen cum supponatur homo, iam in articulo mortis per se constitutus, illud augmentum, seù acceleratio mortis non est tanti momenti, vt per eam, sit res tam necessaria omittenda: præsertìm, quia licèt Adultus possit per contritionem saluari, ea tamèn res est valdè difficilis, & incerta.

176 Limitat etiam secundò Merolla, numero 158. Nisi causa Fidei, & Religionis Christianæ aliud requirat: Vt si, iuxta circumstantias occurrentes, censeatur esse obligatio confitendi Fidem, suscipiendi Baptismum; etiam si necesse sit, ob eam causam sustinere martyrium.

177 Dixi: Ordinariè, & Regulariter non obligare legem diuinam positiuam, cum periculo grauis nocumenti. Nam per accidens aliquando fieri potest, vt etiam cum periculo mortis obligetur homo, ad seruandam legem diuinam positiuam. Primò: Quando violatio legis, proptèr talem metum, cederet in contemptum, vel iniuriam Religionis Christianæ: In tali casu, bonum Religionis præferendum est bono priuato etiam propriæ vitæ: sicùt diximus supra de lege humana. Verbi Gratia, si Tyrannus, in contemptum legis, cogeret ad faciendum aliquid, quod à lege diuina positiua prohibitum est. Secundo; Obligat aliquandò lex diuina positiua cum periculo mortis, quandò seruare legem includit circumstantiam maioris boni, quàm sit seruare vitam propriam. Et hac ratione, licèt seruare sigillum Confessionis, sit de iure diuino positiuo: tamèn, quia includit circumstantiam maioris boni, ideò numquàm licet, tale præceptum transgredi, etiam ad euadendam mortem. Ita Merolla, *tom. prim. disp. prim. capit. tertio dub. decimo sexto, numero centesimo quinquagesimo nono.*

Nonò: An Metus mortis excuset à transgressione legis diuinæ naturalis.

178 PRæcepta diuina naturalia, quædam sunt Affirmatiua, alia verò Negatiua. De Affirmatiuis omnes concedunt, aliquando non obligare cum periculo mortis. Verbi Gratia est de iure diuino naturali subuenire proximo, existenti

stenti in extrema necessitate. Restituere alienum, &c. & tamen non obligant cum periculo mortis. Ratio est: quia hæc sunt præcepta affirmatiua, quæ non obligant sempèr, & ad sempèr; sed obligant tantùm, quandò oportet, & sicùt oportet, secundùm prudentiam, & seruato ordine charitatis.

179 Præcepta verò Negatiua, dicunt communitèr, numquam licere transgredi ab metum mortis. Quorum ratio est: quia hæc præcepta obligans sempèr, & ad semper, & prohibent res per se, & intrinsecè malas. Vndè non licet mentiri, aut occidere aliquem, vel cooperari ad mortem alterius, etiam metu mortis. Ex quo inferunt: Christianos, captiuos apud Turcas, remigãtes contrà Christianos, metu mortis sibi à Turcis incusso, peccare mortalitèr: quia cooperantur occisioni, vel captiuitati Christianorum. Ita Nauarrus, *capit.* 27. *sum.num.*63. Toletus, *capit.* 24. *sum. in expos Bull. Cœnæ*, *excom* 5. *in fine.* Sayrus, *de Cens. lib* 3. *capit* 7. *numer.* 8. Salas, *de leg. disp. vndecim sect.* 1. *num.* 5. *in fine.* Suarez, *tom.* 5. *in* 3. *part. disp.* 21. *sect.* 2. *à num.* 60. Vgolinus, *de cens. Papæ reser. part. secund. capit. tert* § *secund. versic. Ac omnes*, Comitol. *respons. mortal. lib. quin quæst.* 8. Beia, *pa secund. suorum respons. cas.* 24. Fernandez, *part. quart. capit. quin.* § *quart. num.* 6. & alii.

180 Hæc tamen opinio, sic vniuersalitèr dicta, non est vera. vt ait Merolla, *tom.* 1. *capit.* 3. *num.* 162. quoniam videmus, esse aliqua, præcepto naturali negatiuo prohibita, quæ tamèn in necessitate, ac periculo vitæ licita sunt: ergò metus mortis aliquandò excusat à peccato, etiam in his, quę sunt contrà legem naturalem negatiuam.

181 Probatur antecedens: nam abscindere sibi manum, est peccatum contrà legem naturalem negatiuam; & tamèn ad euitãdam mortem, licitum est. Quod non solum verum est, quandò mors imminet ab intrinseco, vt à morbo, quod omnes concedunt; sed etiam quando timetur, inferenda ab extrinseco, vt dicunt Petrus Nauarrus, *lib. secun de Rest. in* 1. *edit. capit.* 3. *num.* 98. Toletus, *lib.* 5. *Sum. capit.* 16. *conclus.* 2 *in fine.* Emanuel Sa, *v. Homicidium numero vigesi quarto* Lessius, *libr. secundo, de Iust. capit. nono, dub. decimo quarto numero centesimo & sequent.* Filiucius, *tom. secundo tract. at. vigesimo nono, capit. quarto numer* 79. & alii.

182 Rursùs, reuelare peccatum occultum, vel secretum alterius, est iure naturali negatiuo prohibitum; & tamen ad euitandum aliquod graue damnum, licitum est, vt ait Sotus, *lib quint. de Iust. quæstion.* 10. *articul. secund.* Nauar. *capit.* 18. *Sum. num.* 54. Lessius, *lib. secund. capit. vndec. dub.* 8 Molina, *lib. quart. de Iust. disp. quint.* Merolla, *tom.* 1. *disput.* 1. *capit.* 3. *num.* 164. Petrus Nauarr. *lib. secund. de Rest. in* 1. *edit. capit.* 4. *num.* 131. & alii.

183 Preterea, exponere se probabili periculo peccandi mortalitèr, est prohibitum iure naturali negatiuo; & tamen ad euitandam mortem, licitum est.

184 Pro resolutione huius difficultatis, notandum est cum Merolla, *tom. p. disp.* 1. *capit.* 3. *dub. decim sept. num.* 167. Duobus modis posse dici aliquid intrinsicè malum, seù contrà ius naturale negatiuum. Vno modo, malitia intrinseca, & absoluta, absque alio respectu ad extrinsecum. Alio modo dicitur malum tantùm respectiuè, seù per denominationem extrinsecam, à malitia, quæ reperitur in aliquo fine malo, ad quem ordinatur. Exempli gratia: Mentiri est intrinsicè, & absolutè malum, absque alio respectu ad extrinsecum: quia ex virtute veracitatis, tenetur quis iure naturali, proferre verba, consona menti: & ideò oppositum est intrinsicè, & absolutè malum. Sicut etiam Blasphemia, odium Dei, &c. dicuntur mala, malitia intrinseca, & absoluta, præciso omni alio respectu ad alium malitiam extrinsecam. At verò reddere ensem furioso, vel alteri, quem scio, velle vti in graue damnum alterius, non est intrinsecè, & absolutè malum; sed dicitur malum, sola denominatione extrinseca, seù per respectum ad homicidium, ad quod ordinatur à petente, vel cuius imminet periculum si restituatur. Patet, quia si non immineret periculum homicidii vel alterius damni ex restitutione: aut ea mors, ad quam à petente ordinatur, esset iusta, ac licita, vt si esset inferenda auctoritate publica; illa restitutio ensis, non esset mala. Similitèr, facere aliquid, proptèr quod exponitur quis probabili periculo peccandi mortalitèr, vt pernoctare in domo alicuius Mulieris, cum qua solitus est pec-

peccare: dicitur malum, contrà ius naturale; non malitia absoluta, & intrinseca, quæ reperiatur in ipsa pernoctatione, secundùm se sumpta; sed tantùm denominatione extrinseca, seù respectiuè ad malitiam peccati fornicationis, quod probabilitèr timetur perpetrandum.

185 Rursùs, intrinsicè malum sumi potest adhuc dupliciter. Primò strictè, pro eo tantùm, quod est ex obiecto malum: vt mendacium, odium Dei, infidelitas, &c. Secundò largè, pro omni eo, quod est iure naturali prohibitum: siuè sit malum ex obiecto, vt est mendacium: siuè sit tantùm malum ex circumstantiis extrinsecis, hic, & nunc occurrentibus: vt restituere ensem domino petenti, tempore furoris. Et hæc diuisio videtur coincidere cum superiori.

186 Denique, ea, quæ sunt ex obiecto, seù natura sua mala, adhuc sunt induplici differentia: nam aliqua opera, siuè interiora, siuè exteriora, ità sunt secundùm se, intrinsecè, & ex obiecto mala, vt nullo fine, nulla concessione, nulla addita circumstantia, possunt fieri bona: & hoc ex eo prouenit, quia eorum malitia oritur ex ipsorum substantia, secũdum se considerata. De Interioribus, exemplum est, infidelitas, odium Dei. De exterioribus, potest esse, blasphemia, idolatria, mendacium, &c. talia enim opera sunt, quæ suaptè natura, ita mala sunt, vt eorum malitia, ita indiuiduè, pendeat ab eorum substantia, vt ratio illa, ex qua malitia oritur, nulla circumstantia, aut modo extrinseco mutari possit: nam tota Malitia blasphemiæ, ex eo solum oritur, vt dicatur contrà Deum verbum aliquod: Malitia idolatriæ, ex eo solum, vt colatur pro Deo id, quod Deus non est: Malitia verò mendacii, ex eo, vt dicatur aliquid contrà mentem. Hæc autem substantia, ex aliqua circumstantia addita, mutari non potest: ergo quacumque addita circumstantia, sempèr manebit opus malum. Idem dicendum est de infidelitate, & odio, eadem ratione.

187 Aliæ actiones sunt, quarum maliti a non oritur ex ipsarum substantia, considerata secundùm se; sed cum quibusdam circumstantiis, quæ quidem ad esse possunt, & abesse substantiæ operationis: & huiusmodi opera, licèt sint, iure ipso naturali, & ex obiecto, mala: tamen effici possunt ex malis bona; non quidèm sola auctoritate Dei, quasi relaxantis obligationem, seù præceptum aliquod; & permanente substantia operis, cum circumstantia, requisita ad malitiam; hoc enim fieri non potest, vt ait ipse Merolla, *disputation. quarta, capit. secundo, dub. septimo*: sed quia circumstantia illa, quæ est necessaria ex parte obiecti, vt malitia oriatur: mutari potest, aut voluntate Dei, aut alia ratione.

188 Exempli gratia: si Deus concederet alicui, accipere rem alterius, sinè consensu illius, tunc non esset furtum; quia deesset quædam circumstantia, seù conditio, necessaria ad rationem furti. Nam concessione Dei, qui est supremus Dominus omnium rerum, res illa iam non esset aliena: sed transferretur in dominum accipientis. Pręterea, occidere hominem priuata auctoritate, iure naturę, & ex obiecto, malum est; sed quia, vt sit malum, debet esse cum ea circumstantia, vt sit, non ad defensionem hominis; efficitur, vt opus illud possit fieri benè, mutata illa circumstantia, nempè, si quis inuasorem propria auctoritate occidat, ad suam defensionem. Similitèr, abscindere sibi manum, est ex obiecto, malum: tamen, quia, vt sit malum, debet esse cum ea circumstantia, vt non sit ob conseruationem totius, ideò licitum est, ad euadendam mortem, sibi manum abscindere: nam bonum partis est intrinsicè ordinatum ad bonum totius, quod est maius; sicut bonum priuatum, ad bonum commune.

189 Vndè secunda opinio, quæ est communis, asserens metum mortis non excusare à peccatis, quæ sunt contrà præceptum naturale negatiuum, intelligenda est primò de peccatis, quæ habent absolutam, & intrinsecam malitiam, seù, quæ sunt mala ex obiecto: nam peccata, quæ sunt mala solùm denominatione extrinseca, & respectiuè; seù quæ sunt mala, tantùm ex circumstantiis extrinsecis, excusantur ob metum mortis, vel alterius grauis nocumenti. Ratio est, quia illæ actiones, secundum se, & absolutè considerata, non sunt malæ, sed potius bonæ, vel saltèm indifferentes; & ideò non tenetur homo, cum pericolo vitæ, vel alterius notabilis detrimenti, illas

omittere: Et licèt, etiam actiones hæ secundi generis, appellari soleant intrinsecè malæ; hoc tamen non est intelligẽdum, quasi sint malæ, malitia absoluta, & ipsis intrinseca; sed tantum dicuntur intrinsicè malæ, largo modo: quia scilicèt non sunt malæ, quia prohibitæ; sed potiùs è contra, prohibitæ, quia malæ: sunt enim iure naturali malæ, suppositis talibus circumstantiis. Secundò intelligenda est dicta communis sententia, de peccatis, quæ ita intrinsicè, & natura sua, seù ex obiecto, mala sunt, vt nullo fine, nulla addita circumstantia, possint fieri bona.

190 Ex doctrina tradita à Merolla, *à num. 167. vsque ad num.* 171. non nulla dubia deduci possunt. Primò contrà Toletum Nauarrum, *Suarez*, & alios, num. 189. allegatos Christianos, remigantes in triremibus Turcarum, qui habent bellum iniustum contra Christianos, non solum non incurrere Excommunicationem Bullæ Cœnæ: quod est certum, quia est de iure positiuo humano, quod nõ obligat cũ tanto periculo: sed nec peccare mortalitèr. Ratio est, quia remigatio illa, non est intrinsicè, & absolutè, seù ex obiecto, mala; sed indifferens: est enim delatio triremis per mare, qua Turcę vectores benè, & malè vti possunt: quod autem de facto cadat in perniciem Christianorum, est ex malitia Turcarũ: ergo quando graui periculo vrgentur, non censentur voluntariè cooperari ad damna Christianorum: quia illud opus non est malum, vt procedit à voluntate ipsorum remigantium, qui metu mortis remigant; sed solum, vt subest directioni Turcarum, metum inferentium, & vtentium eo, ad malum finem; quæ malitia non est imputanda illis miseris, nec actionem, vt ab ipsis est, contaminat. Sicùt qui metu mortis restituit gladium Domino petenti, non censetur cooperari ei ad necem, quam infert inimico. Ita Merolla, *tom. 1 disp. 1. cap. 3 dub. 17. coroll. 1 num.* 173. Corduba, *in Sum. quæst.* 137 *dub.* 2 Petrus Nauar. *lib. 2. de Rest. cap. 4. num.* 61 *in 1. edit & in 2. num* 51. Molina, *tom. 1. de Inst. disp.* 115 *concl.* 2. Azorius *par. 1. lib.* 2. *cap.* 17. *quæst.* 6. *& lib.* 8 *cap.* 23 *quæst* 17 Lopez, 1. *par. cap* 60 *in fine*, Besson *tractat. de Fuga lib p. disp. p. quæst.* 4. Vega, *com. p. Sum. cas.* 118. *cas.* 2 Lesius, *lib* 2. *cap.* 9. *dub.* 18. *num.* 122. Rebell. *tom.* 1 *de Oblig. iust. cap. p. lib.* 2. *de Rest. quæst.* 14 *sect.* 7. *de particip.* Vasquez, *Opuscul. de Scandalo articul.* 8 *dub.* 7. Salas, 1. 2. *tract.* 3 *disp.* 3. *sect.* 1. *num.* 20. Auila, *de Cens. pa.* 2. *cap* 6 *disp* 8. *dub* 5 *coroll.* 3. Sanchez, *lib.* 9 *de Matrim. disp* 31. *in fine, & lib. p Sum. cap.* 7. *num.* 18. Reginaldus, *tom. secund. lib.* 21 *num.* 119. Layman, *in Theolog. moral. tract.* 3 *capit.* 13 *num.* 5 Durandus, *in explic. Bullæ Cœnæ lib. secund. Can.* 3. *qu.* 13. Naldus, *v. Christianus* 1 *num.* 6 Bonacina, *de Cens. disp p. quæst secund. pun.* 3 *num* 4. Turrianus, 2. 2. *disp.* 96. *dub.* 3. Filliucius, *tom secund. tract* 22. *capit.* 5. *num.* 147. Diana, *part* 3. *tract* 5. *Resol* 36. *& tract.* 6 *resol.* 48. & alij, & videtur tenere Rodoriquez, *in explic. Bull. Cruc.* §. 9. *num.* 85.

191 Et ex eadem ratione excusant à peccato hos captiuos, asportantes sarcinas, & necessaria ad bellum; admouentes scalas, & machinas ad muros; porrigentes Turcis arma, ab eis petita, ad interficiendos Christianos. Sic Molina, Azorius, Reginaldus, Layman, *Sanchez*, & Merolla. Et ita excusant hos, qui Turcas humeris sustentant, atque iuuant, ad castra munienda, ædificanda propugnacula, aliaque eiusdem generis, militari muneri necessaria, perficienda. Ita Lesius, *capit.* 13. *dub.* 3. *num.* 29. *Sanchez*, Merolla, & Molina, locis citatis.

192 Immò Molina, *num.* 5. Merolla, *num.* 175. Reginaldus, *Sanchez*, & Turrianus dicunt: metu mortis, aut amissionis membri, fas esse eiusmodi captiuis, nocumentom inferre Christianis in bonis externis, ea ad infidelium præceptum destruendo, vel capiendo, & ad triremes asportando: quia in eo euentu, sunt in extrema necessitate illorum bonorum, ad vitam propriam conseruandam: ergo quantùm fas est cuique, in extrema necessitate, sumere de bonis aliorum, ad conseruandam propriam vitam, tantum damni, fas erit eiusmodi captiuis inferre bonis aliorum, ad vitam propriam tuendam. Ita supra citati Doctores, cõtrà Bonacinam, *disp. p. de Contract. quæst.* 2. *pun.* 10. *num* 8.

193 Secundò: Licitum est, ad euitandam mortem, ad mouere scalam, furari volenti, vendere, vel commodare ensem volenti alterum occidere, aut ostendere vbi occidendus est. Quia omnes huiosmodi actiones non sunt intrinsicè, & ex obiecto male; sed indifferentes, à quibus non tenetur quis abstinere cum periculo

riculo vitæ. Ita Duardus, *lib. secund. in Bull. Cœna can. 3. quæst. 13. num.* 10. Sanchez, *lib. p. Sum. capit. 7. num.* 18. Merolla, *tom p. disp. p. capit 3. num* 183. Corduba, *in Sum quæst. 137. dub. secund.* & alii.

194 Tertiò: Licitum est Sacerdoti, metu mortis, non incusso in odium Religionis Christianæ, vel Sacramentorum, conficere Sacramentum, in materia, vel forma dubia, v. g. conficere Eucharistiam cum vino congelato; vel cum pane, expelta confecto; aut ministrare baptismum, cum aqua ex sale resoluta; vel nõ exprimendo in forma personã Trinitatis sub nominibus relatiuis, sed sub nominibus, significantibus formalitèr origines: vt, in nomine Genitoris, & Geniti, &c. Ratio est: quia licet, conficere, vel ministrare Sacramentum cum materia, vel forma dubia, si absolutè consideretur, videatur malum ex obiecto; eò quod exponitur Sacramentum periculo irritationis: tamen supposita circumstantia periculi mortis, desinit esse malum: nam tunc non temerè exponitur illi periculo, sed ex causa rationabili. Sicut idem fieri posset, quando immineret periculum mortis ei, cui ministrandum esset Sacramentum, vt omnes concedunt. Ita Henriquez, *lib. p. de Sacram. capit. 9. num. 7. in comment. litter B*, Sancius, *in Select. disp.* 44. *num.* 12. Perez, *in Laurea Salmantina certam.* 10. *à capit.* 12. Merolla, *tom. p. disp p. capit. 3 num* 195 Et videtur tenere. Medina, 1. 2. *quæst.* 18. *versic. ad Argumentum incontrarium*, & ita Diana, *par. 3. tract. 6. resolut. 43. in fine.*

An ignorantia excuset à Peccato? Dub. 14.

195 NOtandum est primò: Ignorantiam, aliam esse Iuris, aliam Facti. Ignorantia Iuris, est illa, qua nescitur ius, idest præceptum Superioris præcipientis, vel prohibentis. Ignorantia facti est, quando ignoratur factum esse peccatũ. Exẽpli gratia, Ignorantia, qua nescio legem, prohibentem sub excommunicatione percussionem Clerici, vocatur iuris, seù legis. Ignorantia verò, qua ignoro, Petrum à me percussum, esse Clericum, dicitur ignorantia facti, quia ignoro circũstantiam Clericatus in Petro; licèt aliàs sciam, percussionem Clerici esse sacrilegium, & inducere excommunicationem: hæc scientia vocatur iuris.

196 Secundò: Ignorantia, tam iuris, quã facti, alia est Vincibilis, seù culpabilis, alia vero Inuincibilis, seù inculpabilis. Vincibilis, quæ appellari etiam solet consequens, est, quando ignorans potest, & debet illam superare: Et hæc est triplex: Prima, dicitur Affectata. Secunda dicitur Crassa. Tertia, quæ caret proprio nomine, appellatur nomine generico, Vincibilis. Ignorantia Affectata dicitur illa, quæ est directè voluntaria: vt, cum quis, data opera, ignorare vult. Crassa est illa, quæ est indirectè tantùm voluntaria, & ignorans, vel nullam adhibet diligentiam, ad illam superandam, vel valdè modicam, vt fusiùs inferiùs dicemus. Vincibilis vero est etiam indirectè voluntaria; tamèn ignorans adhibet aliqualem diligentiam, ad illam superandam; non tamen tantam, quantam debet Ignorantia. Inuincibilis, quæ solet appellari antecedens, dicitur illa, quando ignorans, vel non potest eam superare, vel non debet, vel (vt alii explicant) cum quis adhibet illam diligentiam, humano more, quæ suppositis circumstantiis rei, & personæ, iudicari potest moralitèr sufficiens, ad tollendam illam ignorantiam.

197 Tertiò. Ignorantia tam vincibilis, quam inculpabilis, est duplex. Alia est est causa actus, qui fit ignorantèr: Alia non est causa actus. Tunc ignorantia dicitur causa actus, quando opponitur cognitioni, seù tollit cognitionem, quæ actum illum impediuisset, si adfuisset: & sic ignorantia est causa actus per accidens, tamquam remouens prohibens, vt ait Suarez, 1. 2. *tract. 2. disp. 4. sect. p. num.* 4. V. G. si quis putans, se occidere feram, occidit patrem, quem si cognouisset, minime occidisset. Tunc verò ignorantia non est causa actus, qui ignorantèr fit, quando non remouet cognitionem, quæ ipsum impediuisset: quia, scilicèt, homo etiam fuisset facturus actum, si cognouisset, quod ignorauit, V. G. si quis credens occidere feram, occidat inimicum suum quem si cognouisset, adhuc occidisset.

198 Ignorantia Inuincibilis, quæ dicitur etiam antecedẽs, triplicitèr sumi potest. Primò, vt opponitur tantum ignorantiç consequenti. Secundò, vt distinguitur solùm contrà ignorantiam concomitãtem. Tertiò, quatenùs opponitur vtrique.

quæ. Primo modo, Ignorantia antecedens dicitur illa, quæ est inuincibilis, siuè sit causa actus, siuè non. Secundo modo, dicitur illa, quę est causa actus, siuè sit vincibilis, siuè inuincibilis. Tertio modo, dicitur ignorantia antecedens illa, quæ est causa actus, & simul est inuincibilis, seù inculpabilis.

199 Diuisiones traditę de Ignorantia, possunt etiam tradi de Inaduertentia, seù Obliuione actuali: vt bene dicunt Azorius, *pa.* 1. *lib.* 1. *capit.* 16. *quæst.* 3. Suarez, *in* 3. *part. disp.* 4. *sect.* 8. *num.* 5. Sanchez *lib.* 1. *Sum capit.* 16. *num.* 8. qui dicunt, Ignorantiam non differre ab Inaduertentia, seu Obliuione actuali, quò ad excusandum à culpa. Distinguntur enim, eò quod Ignorantia habitum importet; Inaduertentia tamèn actum.

200 His positis, Primò: Ignorantia Inuincibilis, quæ simul est causa actus, siuè iuris, siuè facti, excusat omninò à culpa actum, cuius est causa. Ratio est: quia, quidquid est omninò inuoluntarium, culpa vacat. At huiusmodi est volitum per ignorantiam inuincibilem. Si enim sit facti, reddit actum omninò inuoluntarium. Si verò sit iuris, reddit actum inuoluntarium, vt malum, & prohibitum. Cum ignorantia inuincibilis sit, quia homo absque vlla culpa ignorat opus, aut eius malitiam, minimè facturus, si nosset. Deindè, quia cum conscientia sit proxima bonitatis, aut malitiæ humanorum actuum regula: vt ait Sanchez, *l.* 1. *capit* 9. *num.* 1. quando hęc inuincibilitèr, & per consequens prudentèr aliquid non esse inlicitum dictat, impossibile est culpam admitti. Ita Sanchez, *lib.* 1. *Sum. capit* 16. *num.* 10. Merolla, *tom.* 1. *disp. p. capit.* 2. *num.* 8. & alij.

201 Secundò: Ignorantia concomitans, secundùm se, ac præcisè sumpta, non facit neque voluntarium, neque inuoluntarium; sed tantum non voluntarium negatiuè. Ita D. Thomas, 1. 2. *quæst.* 6. *ar.* 8. communitèr receptus. Quod non facit voluntarium, patet: quia, vel faceret voluntarium directè, vel indirectè: nam quando ignoratum est, non potest esse directè, seù in se volitum: neque indirectè. quia tunc nō esset tantùm ignorantia concomitans, sed etiam consequens: nos autem loquimur in præsenti conclusione de ignorantia concomitante, vt sic, seù præcisè sumpta. Quod verò neque facit inuoluntarium, probatur: nam, vt aliquid sit inuoluntarium, oportet esse contrà aliquem internum impetum voluntatis: at verò, quod fit cum ignorantia concomitante, non fit contrà internum impetum voluntatis expressum, seù actualem, vt clarè patet; neque contrà impetum habitualem: quia etiam si sciret ille, qui sic ignorat, nihilominus faceret idem, & post factum, nō sentit dolorem: vt patet in eo, qui putās occidere feram, occidit inimicum: ergo factum cum tali ignorantia, non est inuoluntarium. Merolla, *tom.* 1. *disp.* 1. *cap.* 2. *dub.* 1. *num.* 9. Sanchez, & alii.

202 Tertiò: Ignorantia consequens, seù vincibilis, non facit inuoluntarium simplicitèr, sed potiùs voluntarium: facit tamèn inuoluntarium, secundùm quid, quando est causa actus. Prima pars probatur: quia ignorantia ipsa est voluntaria, vel directè, si est affectata; vel indirectè, si non est affectata, vt supra diximus: & consequentèr voluntarium erit id, quod ex ea fit. Secunda pars probatur: quia id, quod fit, est contrà impetū, saltem habitualem voluntatis: quia scilicèt, si sciuisset, non fecisset. Merolla, num. 13. Sanchez, & alii.

264 Quod si ignorantia hæc non sit causa actus, eò quod si sciuisset, adhuc fecisset: tunc ille actus nullo modo dici posset inuoluntarius, neque secūdum quod: quia non esset cōtrà impetum habitualē voluntatis: minueretur tamèn in eo actu ratio voluntarii: quia minueretur cognitio: Nam quidquid per Ignorantiam admittitur, eo ipsò minùs voluntarium est, quam si scientèr admitteretur: quod enim per ignorantiam agitur, solum est voluntarium in causa: eò quod nolumus diligentiam adhibere, ad sciendum, quid nos facere oportet. Hinc fit peccatum, ex ignorantia vincibili commissum, esse minus graue, quam si ex certa scientia admitteretur: patet ex dictis, quia est minùs voluntarium.

Dubitatur: An actus, contrà legem gestus ignorantia inuincibili, excusetur à peccato, ex defectu voluntarij?

206 Sciendum est priùs, duplicem esse Ignorantiam inuincibilem, vt dictum est superiùs, scilicèt, Antecedentem, & Concomitantem. Antecedens dicitur illa, quæ est causa actus, eò quod, si illa non esset, actus non fieret. Concomitans verò

verò est, quæ non est causa actus, sed, concomitatur actum qui ignoranter fit. De vtraque ignorantia est præsens quæstio.

205 Quod attinet ad Ignorātiam inuincibilem antecedentem, ait Diuus Thomas, *in prim. & secund. quæstion. septuagesima sexta, articulo tertio*, communiter receptus; siuè sit iuris, siuè facti, excusare omninò à culpa actum, cujus est causa. Cuius ratio est: quia, vt supra in numero 200. diximus, quidquid est omninò inuoluntarium, culpa vacat; sed huiusmodi est gestum per ignorantiam inuincibilem antecedentem, siuè sit iuris, siuè facti. *Si enim est facti*, reddit actum omninò inuoluntarium, vt patet: si verò est iuris, reddit actum inuolutarium, vt malum, & prohibitum. cum Ignorantia inuincibilis antecedēs, sit illa, qua homo, absque vlla culpa, ignorat opus, aut eius malitiam minimè facturus, si nosset, vt supradictum est.

206 Hoc tamen, quod dictum est, intellige, quando actus malitia ignoratur inuincibilitèr: nam aliquando contingit, ignorantiam inuincibilem adesse circà vnam circumstantiam obiecti, & vincibilem circa aliam: vt, quia homo habet principium aliquod, cogitandi de illa, & non de alia; tunc excusabitur actus à malitia illius circumstantiæ, quam inuincibilitèr ignorat, & non alterius, V.G. si quis occidat aliquem, quem nouit esse hominem, aut id culpabilitèr ignorat; sed inuincibilitèr ignorat, esse Clericum; erit homicidii reus, non tamen sacrilegii. Ratio est: quia eatenùs ignorantia excusat à peccato, quatenùs actum inuoluntarium reddit, vt dictum est: cum ergò, quò ad solam malitię partem, inuincibilitèr ignoratam, inuoluntarium reddat, ea sola parte liberabit à culpa. Ita communitèr, ex D. Thoma, *d. quæst. 76. artic. 3*.

207 Ex dictis deducitur, quomodo intelligenda sit regula Iuris 13. in 6. *Ignorantia facti, non iuris excusat.* Ea autem non habet locum in foro conscientiæ, sed in foro externo: nam vtraque si est inuincibilis, æquè excusat à peccato: & neutra, si est vincibilis, vt docent Azorius, *part. 1. lib. 1. capit. 13. quæst. 3. & capit. 16, quæst. 1.* Vasquez, 1. 2. *disp. 123. capit. 2. nu. 5.* Molina, *tract. 5. de Iust. disp. 71. num. 8.* Sanchez, *lib. 1. Sum. cap. 16. num. 26.* Suarez, *tom. 5. in 3 ipart. disp. 4. sect. 8. num. 12.* Megal. *consil. 31. num. 4.* Merolla, *to. 1. disp. 1. capit. 1. num. 11.* Bordonus, *capit. 9. de hæres. num. 28.* & alii.

208 In nonnullis tamèn casibus excusat Ignorantia iuris in foro etiam externo. Primò, in Constitutionibus extrà corpus iuris. Abbas, *in capit. pastoralis.* vbi Felinus, *de fide instrum.* Graff. *par. 1. lib. 4. capit. 9. num. 23.* Bordonus, *capit. 9. de Hæres. num. 31.* Secundò; quando ius est dubium. Nauarr. *consil. 4. de Vsur. num. 7. & consil. 10. de Sepult. num. 7.* Sanchez, *lib. 5. de Matr. disp. 3. num. 13.* Bordonus *dict. num. 35.* ex Dino, & Couar. Tertiò: quando ignorantia est circà apices iuris, & similiter ius nō est frequentatum. Nauar. *tit. de Vsur.* Bordon. *d. nu. 13.* Quartò: excusantur Mulieres, & Rustici, atq; minores. Gratianus, *in capit. 23. 22. qu. 4.* vbi Gloss. *vers. Cui permittitur.* Gjlenz *consil. 70. numer. 16.* Thomas et. *regul. 141.* excusat respectu casuum, in jure expressorum, ex Baldo, *in leg. cum allegas, C. de Vsuris.* Quintò, excusatur quis nouus est, in loco inibi incipiens habitare. Seraph. *de Priuileg. 4. num. 117.* Gailard. *lib. 2. obser. 48. nu. 28.* apud Barbosam, *Axiom. 113. num. 10.* Sextò: quando ignorantia iuris habet admixtum errorem facti. Soccinus, *lib. 1. consil. 47. num. 11.* Maschard. *consil. 639. num. 20.* Turchus, *lib. 1. concl. 13. num. 18.* Bordonus, *capit. 9. de Hæres. num. 31.* & alii.

209 Quod verò spectat ad ignorantiam inuincibilem concomitantem. Prima opinio ait, hanc Ignorantiam non excusare actum à peccato. Cuius ratio est: quia hæc Ignorantia non facit inuoluntarium, vt supra diximus: ergo non excusat à peccato. Ex quo infertur, si quis occidat Clericum, ignorans inuincibilitèr esse Clericum, ignorentia concomitanti, quia scilicèt, si id non esset, adhùc occideret; non excusari ab excommunicatione. Ita Couarruuias, *in capit. Alma mater par. 1. §. 10. num. 15. versi. decimo.* Vgolinus, *de Cens. tabul. 1. capit. 9. §. 8.* Sayrus, *de Cens. lib. 1. capit. 18. numer. 20.* Mercad. *de Contract. capit. 5. §. Homicidio casual.* Duardus, *in exposit. Bull. Cœnæ lib. 1 capit. 2. quæst. 5. num. 23.* Rodoriquez, *tom. 1. Sum. capit. 80. num. 11. conclus. 11.* Graff. *part. 1. decis. lib. 4. capit. 9. num. 42.* & alii.

10 *Secunda opinio ait*, Ignorantiam inuincibilem concomitantem, excusare à malitia

malitia obiecti, sic inuincibiliter ignorata; siue sit ignorantia iuris, siue facti. Vt, si quis proiiciat sagittam, & occidat inimicum; putans inuincibiliter esse feram, excusatur omninò à peccato homicidii, etiamsi ita dispositus esset, vt si cognouisset, esse inimicum, adhuc occidisset. Idem dicendum est de eo, qui occidit Clericum, sciens esse hominem, sed ignorans inuincibiliter esse Clericum; etiam si ita dispositus esset, vt si cognosceret esse Clericum, adhuc occideret; hic enim, licèt, non excusetur à peccato homicidii, excusabitur tamen à peccato sacrilegii, ac proinde excommunicationem non incurret, vt dicemus infra. Similiter, si quis hodie carnes comedat, ignorans inuincibiliter esse Vigiliam, seu præceptum Ecclesiæ de Ieiunio; excusatur à peccato transgressionis præcepti Ecclesiæ; etiamsi ita dispositus esset habitualiter, vt si cognouisset, esse vigiliam, adhuc comedisset: quia per dispositionem habitualem, non dicitur homo actu peccare: Probatur: quia, cum peccatum, necessariò debeat esse voluntarium, repugnat eius naturæ, non solum inuoluntarium contrariè: sed etiam inuoluntarium negatiuè, seu non voluntarium: At ignorantia concomitans, licèt non efficiat inuoluntarium contrariè, facit tamen non voluntarium, vt diximus, in num. 201. Et hanc sententiam docent Vasquez, 1. 2. *disp.* 125 *cap.* 2. *&* 3. vbi Zumel, *quæst.* 76. *artic.* 3 *disp.* 1. Corduba, *in qq. lib.* 1. *quæst.* 9. Curiel, 1. 2. *disp. artic.* 4. *dub* 3. vbi Medina, *d. artic.* 3. *concl.* 2. Salas, *tract.* 3. *disp.* 4 *sect.* 2. *à num* 16. *& tract.* 13. *disp* 8 *sect* 5. Herrera, *in* 2. *dist.* 35. *quæst.* 13. *&* 19. Ouandus, *in* 2. *dist* 22. *propos* 9. Suarez, *tom* 5. *in* 3 *par. disp.* 4. *sect.* 8. *num.* 8. Sanchez, *lib.* 1. *Sum. capit.* 16 *nu.* 13. Molina, *tract.* 5. *de Iust. disp.* 71. *num.* 9. Merolla, *tom.* 1. *disp.* 1. *capit.* 2. *num.* 24. & alii.

Quod si quæras: An ille effectus, qui adest cum ea ignorantia, sit peccatum?

211 Respondeo, triplicem posse esse Dispositionem operantis cum hac ignorantia. Prima est Actualis: vt, si quis in uenatione, post sufficientem diligentiam, credens occidere feram, casu occidat inimicum; actu tamen de illo cogitans, & habens in uoluntate hunc actum: Vtinam, possem occidere inimicum? seu, Vtinam, illa fera esset inimicus meus? & tunc quidem actus voluntatis, peccatum mortale est; tamen merè internum, & nihil influens in illam actionem exteriorem: & ideò non reddit illam peccaminosam: quia actus externus non habet originem à prauo illo actu voluntatis, occidendi inimicum; sed à sola voluntate, occidendi feram, quæ mala non est. Ita Suarez, Salas, Azorius, Merolla, Zumel, & Sanchez, suprà allegati.

212 Secunda est habitualis tantum, vel in causa, seu radice. Vt, si in ea voluntate habituali esset, vt inimicum occidere vellet: at cùm sagittam proiicit, non habet actu eam voluntatem. Et hæc prorsus excusat ab omni culpa, etiam homicidii interni: quia per dispositionem habitualem non peccamus formaliter, donec in actum prodeamus. Ita Merolla, num. 29.

213 Tertia dispositio est, quando is ignorans, mittens sagittam, voluntatem actualem haberet, occidendi quemcumque in suo conspectu est, siue sit inimicus, siue fera: & tunc, dicunt aliqui, peccare peccato homicidii externi: quia, cum voluntatem actualem habeat, occidendi quidquid videt, quamuis putet inuincibiliter, id esse feram, cognoscit expressè inimici occisionem, & illam vult; quamuis ignoret, inimici homicidium indè secututum. Ita Corduba, *d. quæst.* 19 *in fine* Azorius, *par.* 1. *lib.* 1. *cap.* 14. *qu.* 4. Auila, *de cens. part.* 2. *capit.* 5. *disp.* 5. *dub.* 6 *conclus* 4. Sanchez, *lib.* 1. *Sum capit.* 16. *num.* 14. Reginaldus, *tom.* 1 *lib.* 11. *capit.* 2. *pun.* 1. *num.* 21. Molfesius, *in suo Promptuar. tract.* 8 *capit.* 2. *num* 67. Bonacina, *de cens. disp.* 1. *quæst.* 2. *pun.* 1. *num.* 21. Filliucius, *tract.* 11. *capit* 8. *quæstion* 9. *num.* 247. & alii. Citant Sanchez, Bonacina, & Molfesius, pro hac opinione Suarez, *tom* 5. *in* 3. *part. disp.* 4. *sect.* 8. *num.* 10. At ille videtur loqui de alio casu, quem dicit esse moralitèr impossibilem.

214 Quidquid autem sit de opinione Suarez, & aliorum, non approbat Merolla. Cuius ratio est: quia, cum sagittam emittens, certò credat, se feram, occidere; licèt simul habeat voluntatem actualem occidendi quidquid videt, & consequentèr etiam inimicum; nihilominùs actus ille exterior, quatenus est occisio inimici, non potest esse imperatus ab illo actu

tu interiori voluntatis, quatenùs est volitio occidendi inimicum: quia cum omninò inuincibilitèr ignoretur, ibi esse inimicum; non videtur, quomodò respectu occisionis inimici, ille actus possit esse efficax; sed tñ erit imperatus ab eo actu, quatenùs efficax est, respectu occisionis fe rz, quã videt. Quarè, licèt in eo casu occisio inimici possit dici directè volita; nullo tamèn modo potest dici voluntaria. Differt enim volitum à voluntario: nam volitum comparatur ad volũtatem, tamquàm obiectum ad potentiam: voluntarium verò comparatur ad eam, tamquam effectus ad causam. Confirmatur, quia, esse ibi inimicum, omninò inuincibilitèr ignoratur, vt supponimus; ergo illa occisio inimici neque directè, neque indirectè potest dici voluntaria: non directè, quia non fuit cognitum, ibi esse inimicum, sed solum cognitione merè abstractiua apprehensum: Neque indirectè, quia non erat debitum cognoscendi. Supponimus enim præcessisse debitam diligentiam, & consequenter ignorantiam fuisse inuincibilem. Ex quo sequitur, eam inimici occisionem fuisse merè causalem; & per consequens, si lata esset excõmunicatio contra homicidas, non contraheretur: quidquid dicat Auila, loco citato: & præter Merollam, hanc opinionem sustinent Zumel. 1. 2. *quæst.76.articul.3 disp.5.part.2. conclus. versicul moueor vlterius.* Curiel *dic artic. 3.dub 1. §. 3 versicul. Tandem probatur.* Lorca, *disp.32.de peccat.memb secund. §. dices.* Gregorius Garofal 1.2.*quæst.6.articul.8.disp secund numer.*19 Et videtur expresè tenere Lesius, *lib.secund.capit. 7.dub.6.num.*28.

215 Ex dictis deducitur Primò: Ignorantia inuincibilis, siuè antecedens, siuè concomitans legis, prohibẽtis aliquem actum, excusat à pęna, per legem imposita. Ratio est: quia pœna non incurritur absque culpa: sed ignorantia inuincibilis legis, siuè sit antecedens, siuè concomitans, excusat à culpa, vt supra probauimus: ergo, & à pœna. Et ita dicendum est de ignorantia vincibili, tantum venialitèr, de qua infrà: quia hæc, licèt non excuset omninò à culpa, excusat tamèn à mortali. Merolla, *tom.1.disput.1. capit secund.dub.1.coroll 1 num.*34.

216 Limitant hanc sententiam Scotus, *in 4.dist.6 quæst.8.* Crotus, *in repert.capit.vt animar.de Const.in 6.* Couar. *capit. Alma mater par.1.§.10.nu.9.* Iul. Clar. *lib 5. recep.§ fin.quæst 85.versic secundus est casus.* Aluarez, 1.2.*disp 158.n.5.* Comitol. *Resp.moral quæst.1.* Gloss. *cap à nobis il primò, de sent. Excommu.v.non nisi subditi.* Bartol. *in leg.1.nu.21.C de Sum.Trinit.* & alii: nisi pœna esset imposita super actũ, alia lege antiquiori, siuè naturali, siuè positiua, damnatum: V. G. si Episcopus prohibeat furtum, sub pęna excommunicationis latæ sententiæ, incurreret excommunicationem furans; etiam si inuincibilitèr legẽ Episcopi ignoret: quia furtum est lege naturali damnatum. Ratio deducitur ex illa *regul.iuris in 6. Ignorantia facti*: quia ignorantia facti, non iuris, excusat. Nec intelligi potest de ignorantia vincibili: quia talis, licèt facti sit, nõ excusat. Tũ etiã, *ex cap. cum illorũ de sẽt.excõm.* vbi habetur: Posse dispẽsari in irregularitate cum quibusdã excommunicatis, qui iuris ignari, se ad Ordines promouere fecerunt: ergo non excusat ab ea pęna irregularitatis, ignorantia iuris humani, eam imponentis. Differunt tamen Doctores citati: nam Scot. Gloss. Couarru. & Comitol. id asserunt de quacumq; pęna, corporali, & spirituali. Crotus vero, & Iulius Clarus loquuntur tãtùm de pęna corporali, de qua solum loquitur Bartolus. Secùs verò dicunt de spirituali, qualis est excommunicatio.

217 Hanc limitationem non admittunt alii Doctores: quia quantitas pœnę, debet proportionari quantitati culpæ, *cap. felicis vers. Illud autẽ, de pœn.in 6 & cap. secund. in fine, de his, quæ fiunt à maior. part. capitul.* Sed hic, ignorans inuincibilitèr legem Episcopi, offendit tantùm ius naturale, cõtra quod se agere cognoscit; non autem ius positiuũ Episcopi, quod inuincibilitèr ignorat: ergo solius prioris iuris pęnas incurrit, non autem excommunicationem, quę est pęna, imposita per legem Episcopalem. Confirmatur, *ex cap vt animarum de Const in 6.* vbi expresè decernitur: Sententiis per statuta Ordinariorum probatis, non ligari ignorantes. Videtur, loqui ibi Textus, de sententiis, latis pro facto, iure naturali dãnato, nẽpè furto; vt patet ex verbis sequentibus. Ita Io. Andr. & Felin. *in cap. vt animarum* Siluest *v. Ignorantia, à nu. 15.* Sot. *in 4.dist 22.qu.1 art.2 versic Quartus demum casus.* Nauar. *c.27.sum n.16 & 274* Azor. *p.1.lib.1.c.19.q.3.* Sayr *de Cens.lib.5. c.18.n.24.* Henriq. *lib.13.de Excom.c.13.n.*

sec. Suar. *t.* 5. *in* 3 *p disp.* 4 *sect.* 8. *n.* 20. Tole. *lib.* 1. *Sum. c.* 8 *vers. Aduerte versus in fin.* Vgol. *de Cens. tab.* 1 *c.* 9 §. 8: *nu:* 10. Graffi tot. *Decis. lib.* 4. *capit.* 9. *num.* 16. Sanchez, *lib.* 9. *de Matrim disp.* 32. *num.* 9. Valentia, *par.* 3. *disp.* 7. *quaest.* 17. *pun.* 7. Herrera, *in secund. disp.* 35. *quaest.* 21. Salas, 1. 2. *tract.* 13. *disp.* 8. *sect.* 10. Molina, *tom* 4. *de iust. tract.* 5. *disp.* 71. *num.* 9. Merolla, *to.* 1. *disp.* 1. *cap. secund. num.* 40. & alii.

218 Limitatur secundo ab aliquibus: vt id, quod diximus de excommunicatione, verum tantùm sit, de pœna excommunicationis, lata ab Episcopo: non tamèn, quando lata est à iure communi, seù à Pontifice. Ita Salas, 1. 2 *tract.* 13. *disp.* 8 *sect.* 10. *num.* 77 Rosella *v. Ignorantia nu.* 13. Vgolin. *de Cens. dict* § 8. *n.* 10 Cordub. *quaest lib. secund. quaest.* 27. *in principio.* D. Antonin. 3. *pa. tit.* 24 *cap.* 75. *in fi.* & alii.

219 Neque hanc limitationem probant Siluester, Sotus, Nauarrus, Azorius, Henriquez, Suarez, Graffius, Sanchez, Merolla, num. 217. alligati: quia ratio adducta in dicto numero, generalitèr probat de pœna, imposita per quamcumque legem positiuam, siuè Episcopalem, siuè Pontificiam.

220 Quæ verò dicta sunt de Excommunicatione, dicenda sunt etiam de Suspensione, & Interdicto; ab his enim pęnis, proptèr rationes supra assignatas, excusat ignorantia inuincibilis iuris, eã imponentis; quamuis impositæ sint pro facto, iure naturali damnato: siuè statutæ sint Constitutione Episcopali, siuè Pontificia. Ita contrà Auilam, *de Cens. part. secund. capit.* 5. *disp* 5 *dub.* 10 *conclus. secund* & alios, Bonacina, *de Cens. disp.* 1. *quaest. secund pun.* 1. *num.* 7. Filliucius, *de Cens. capit.* 8. *quaest.* 10. *num.* 253. Vasquez *de Excommun. dub.* 16. *num.* 6. Sanchez, *lib.* 9. *de Matrim disp.* 32 *num.* 18. Nauarr. *capit* 23. *Sum.* 47. Suarez, *tom.* 5. *in* 3. *par. disp.* 4 *sect.* 8. *d n.* 20. Merolla, *to.* 1. *disp.* 1. *cap. sec. n.* 47. Diana, *p.* 3 *trac.* 6. *Resol.* 41. & alii.

221 Et ità dicendum, est de Irregularitate, quæ imposita est in puram pœnam delicti: quia militat eadem ratio, quod, scilicèt, pœna non incurratur absque culpa. Hinc fit, Excommunicatum celebrantem non fieri irregularem, si inuincibiliter ignorat ius, eam irregularitatem imponens. Et hoc, quod dicimus de ignorantia inuincibili iuris, dicendum est etiam de inaduertentia, & obliuione inuincibili. Ita docent contrà Azor. *p.* 1. *lib. p. cap.* 15. *q.* 7. Suar. *to.* 5. *in* 3. *p. disp.* 40. *sect.* 5. *n.* 10. & alios, Nauarr. *cap.* 23. *sum. n.* 47, Reginald. *to.* 3. *lib.* 30. *cap.* 1. *n.* 15. Peregrinus, *de duell. quaestion. octau. num decim. octau.* Reginaldus, *tom. tert. lib. trigesim. capit. prim. numero decimo quinto* Bonacina, *de Cens. disputat. prima quaestion secund. pun. prim. numero duodecimo* Merolla, *tom pr. disp. pr. capit. sec. num.* 48 Castrus Palaus, *to. p. oper. moral. tract secund. disp. p. pun.* 18 *num.* 6. Diana, *p.* 3. *tract.* 6. *resol.* 41. & *p.* 4. *tract.* 2. *resol.* 85. Coninc. *de Sacra. disp* 18. *dub.* 4 *n.* 3. Portel. *in dub. regul. v. Ignorantia, num.* 19. & alii.

222 Dixi, Irregularitatem, quæ imposita est, vt pura pœna delicti, non incurri ab ignorante inuincibiliter iuris, eam imponentis: nam secus dicendum est de aliis Irregularitatibus, quæ non sunt impositæ, vt pœna delicti, vt est Irregularitas, quæ oritur ex bigamia, ex defectu natalium, aut ex defectu lenitatis.

Quid dicendum de Irregularitate homicidii, An ignorantia excuset ab illius incursione? Castrus Palaus, *tom.* 6. *disp.* 6. *pun.* 6. *num.* 3. ait, quod si probabiliter ignores Irregularitatem delicto esse annexam, tamensi scias Ecclesiastica lege esse prohibitum, ab Irregularitate excuseris. Vnde secundum hanc opinionem, homicidam ignorantem suo facto Irregularitatem annexam esse, illam non incurrere.

223 Sed hęc opinio habet magnam difficultatem, video enim esse contra communem sententiam Doctorum, & contra praxim: vnde contrariam sententiam tenendam esse puto, quam docent Diana, *p.* 9. *tract.* 7. *resol.* 19. Merol. *to.* 1. *disp* 1. *capit. secund. num.* 49. & alii cõmunitèr.

224 Secundò deducitur; dum in noua constitutione reseruatur absolutio alicuius peccati, in odium illius, vt fecit Sixtus V. contrà male promotos ad ordines: ignorantem inuincibiliter eam constitutionem, non incurrere hanc reseruationem, quamuis se peccare cognoscat: quia ea reseruatio est pœna statuta per eam cõstitutionem in odium delinquentis: at verò hic ignorans nòn deliquit contra illam constitutionem: quia inuincibiliter eam ignorat, sed solum contrà leges antiquiores: siuè sit lex diuina naturalis, vt si promotus sit ad ordines Simoniacè: siuè Ecclesiastica, vt si ordinatus sit antè ętatem, vel extra tempora, à iure statuta: ergo solùm incurrit

currit pœnas legum antiquarum, non autem pœnam impositam per legem nouam. Et ita dicendum est de constitutione Gregorii XIII. de datis, & promissis pro gratia, vel iustitia obtinenda: vbi statuit Pontifex, vt nihil omninò detur, vel promittatur pro gratia, vel iustitia obtinenda, & qui secus fecerit, non posset absolui ante talem satisfationem. Ita Molina, *to. 1. de iustit. tractat. secund. disput* 92. Sanchez, *lib. 9. de Matrimon. disp* 72. *num* 18. Merolla, *tom. 1. disput. 1. capit. secund. num.* 80. Bardisi *in explicat. Bull. Cruciat part. secund. tract. 6. capit. 1. sect. 6. nu.* 48. & alii.

225 Tertiò, ignorantia inuincibilis iuris, statuentis pœnam priuationis debiti, excusat ab ea coniugem, qui cum suo coniuge affinitatem, vel cognationem contraxit. Exempli gratia, vt si nesciebat coniux, esse specialiter prohibitum per legem Ecclesiasticam, accessum cum alterius coniugis consanguineis: vel baptizare, aut tenere in baptismo, vel confirmatione filium communem, vel alterius coniugis: aut ipsum coniugem. Probatur ex supradictis: quia ignorantia inuincibilis iuris excusat à pœna, eo iure imposita: etiam si factum sit alioquin iure naturali damnatum, vt supra probatum est. Sed pœna priuationis debiti, imposita est per legem Ecclesiasticam: ergo non incurritur ab ignorante inuincibiliter eam legem: quia non deliquit contra illam. Ita Nauarrus, *capit.* 16. *sum. num.* 34. Suarez, *tom.* 2. *in* 3. *part. quæst.* 67. *num.* 8. *§. maius verò dubium est.* Henriquez, *lib. secund. de Sacrament. Baptism. capit.* 18. *in fine, & lib. undec. de Matrim. capit.* 15. *num.* 11. Sanchez, *lib.* 9. *de Matrim. disput.* 32. *nu.* 49. Rosella, *v. impedimentum* 6. *num.* 6. Merolla, *tom.* 1. *disp.* 1. *capit.* 2. *numer* 59. Philiarchus, *de offic. Sacerd. tom.* 1. *part.* 2. *lib.* 2. *capit.* 11. *ad finem.* Graff. *part.* 1. *decis. lib.* 2. *capit* 83. *in fine.* Ludouicus Lopez, *part p. capit* 83. *§ præterea.* Rodoriquez, *to p. sum. secund. edit. capit.* 243. *num.* 10. Paludanus, *in* 4. *dist.* 42. *quæst.* 1. *articul.* 3. *conclus.* 2. Diana, *part.* 2. *tractat.* 5. *resolut.* 12. *& part* 9 *tract.* 7. *resolut.* 19. Pontius, *de Matrim lib.* 10. *capit* 6. *num.* 19. Portella, *in addit. ad dub. regul. vers.* 1. *ignorantia num.* 19. Franciscus de Lugo, *de princip. Theolog. moral. capit.* 4. *quæst.* 3. *num.* 37. Quintanaduenas, *in Theolog. moral tom.* 1. *tract.* 9. *singul.* 6. *num.* 3. *&* 4. & alii.

226 Quartò, quando transgressio voti pœnalis, culpa vacat sacrilegii, ratione obliuionis eius, aut cuiuscumque causæ, non obligat ad pœnã. v. g. vouit quis non fornicari sub pœna decem aureorũ: postea immemor voti fornicatur, non tenetur soluere pœnam. Ratio est, quia vt supra diximus, pœna, iure nouo statuta, etiam pro facto iure naturali damnato, non incurritur ab ignorante illud inuincibiliter, vel vincibiliter tantum venialiter: at votum non aliter obligat quàm lex, vt dicunt Caetanus, 2. 2. *quæst:* 88. *articul. tert.* & alii. nam votum est veluti quædam lex priuata, quam homo sua sponte sibi imponit, circa materiam à se promissam: ergo vbi adest naturalis obliuio illius voti, non incurritur pœna illo statuta: quia naturalis obliuio æquiparatur ignorantiæ inuincibili. Ita Sanchez, *lib. quart. sum. capit. viges. secund. num. decim. octau.* Merolla, *tom.* 1. *disp.* 1. *capit secund. num.* 60. Diana, *part.* 3. *trac.* 6. *resolut.* 41. & alii. Et ita dicendum est quando transgressio est leuis: vt si quis vouet aliquam pœnam, si sacrum non audiat, vel si ludat: aut si voueat audire sacrum, vel non ludere sub aliqua pœna, non incurrit pœnam, si modicam sacri partem omittat, vel materia ludi sit modica, & quoties ex naturali voti obliuione, aut ex alia causa excusante à culpa sacrilegii, id ignoret. Ita supra citati Doctores.

227 Sextò, ignorantia inuincibilis facti excusat à pœna, illi facto per legem statuta. Ratio est, quia ignorantia excusat à culpa, vt supra probauimus: ergo, & à pœna: quia pœna non incurritur absque culpa: & ita dicendum est de ignorantia inuincibili qualitatis culpæ: vt si quis Clericum percutiat, aduertens esse hominem, sed ignorans inuincibiliter esse Clericum, non incidit in excommunicationem, vt habetur, *in capit. si verò, il secundo, de sent. excommun.* & ratio est, quia illa ignorantia Clericatus excusat à culpa priuilegii, vt supra probauimus: ergo, & à pœna Excommunicationis, propter illam culpam imposita. Ita Diana, *p.* 9. *trac.* 6. *res.* 42. Couar. *in cap. alma mater, p.* 1. *§.* 10. *n.* 15 *vers. nonò* Sayrus *de cens. lib.* 1. *cap.* 18 *n.* 19. Suar. *to.* 5 *in* 3. *p. disp.* 22 *sect.* 1. *num.* 51. Aluar. *t.* 2 *disp.* 158. *num.* 4. Sanchez, *lib.* 9. *de Matr. disp.* 32. *nu.* 24. Ledes. *p.* 4. *q.* 24. *art.* 6. *concl.* 2. Merolla, *tom.* 1. *disp. capit.* 2. *num.* 64. Molina, *tom.* 4. *de*

de iust. tract. 3. disp. 53. nu. 1. Henriquez, *lib. 13. capit. 23. num. 1 incomment litt. H,* & alii.

228 Limitant aliqui hanc sententiam, nisi ignorantia facti sit concomitans: talis enim ignorantia non eximet ab excommunicatione, ceterisque penis: vt si quis Clericum percutiat, ignorans inuincibiliter clericatum, non euadet excommunicationem, si tunc eo animo affectus esset, vt, clericatu cognito, adhuc percussisset: nec similiter excusabitur ab irregularitate, occidens inimicum, credens inuincibiliter esse feram, eo tamen animo, vt si sciuisset, adhuc occidisset. Quorum ratio est, quia ignorantia concomitans, non facit actum inuoluntarium, nec excusat à peccato, vt ait D. Thomas, 1. 2. *quæst. 6. artic. 8. & quæst. 76. articul. 3.* ita docent Sayrus, *de cens. lib. 1. capit. 18. num. 20.* Duardus, *in Bull. Cenæ lib. 1. capit. 2. quæst 5. num. 23.* Vgolin. *de cens tab. 1. capit. 9 §. 8 in fine.* Graff. *par. 1. decision. lib. 4. capit. 9. numer. 42.* Couarr. *dict. §. 19 num. 15. versic. decimo.* & alii.

229 Attamen hanc limitationem nõ admittunt alii: qui existimant ignorantiam concomitantem, dummodò inuincibilis sit, semper excusare operantem ab excommunicatione, irregularitate, ac ceteris pœnis; etiam si ille prauus effectus circa obiectum ignoratum, non solùm adsit habitualiter, sed etiam actualitèr: v. g. si quis dum emittit sagittam, credens occidere feram, haberet in voluntate hunc actum, vtinam illa fera esset inimicus meus. Et ita dicendum est de eo, qui volens percutere hominẽ Laicum, percutit Clericum inimicum suum. Quorum ratio est: quia hæc ignorantia excusat illud opus externum, vt patet ex dictis: nam actus ille exterior, non fuit imperatus ab illa mala voluntate occidendi inimicum, vel percutiendi Clericum: illa enim non poterat esse efficax, eò quod, illum esse Clericum, vel inimicum, inuincibiliter ignorabatur: sed fuit imperatus à voluntate efficaci occidendi feram, vel percutiendi Laicum, quem esse putabat: ergo talis operans, non incurret pœnam excommunicationis, vel Irregularitatis, pro illo actu externo, per legem impositam. Tum, quia excommunicatio est posita contra contumaciam efficacem, & absolutam: sed ista ignorantia concomitans excludit dictam contumaciam efficacem, & absolutam, & tantum inducit contumaciam conditionalem: ergo non sufficit ad incurrendam censuram. Ita Alphonsus de Leone, *de cens. Recollect. 1 num 367. & recollect. 5. à num. 175.* Diana, *part. 9. tract 6. resol. 42.* Pharaonius, *tract. 1. sess. 6 cas. 8.* Alphonsus de Castro, *lib secund. de potestat. leg. pœnal. capit. 14 proposit. secund. circa secund. proposit. principalem* Molina, *to. 4. de iust. tract. 3. disp 53. num. secund.* Petrus Nauarrus, *lib. secund. de restit. capit. 1. dub 7.* Vasquez, *1. 2. disp. 125. capit. 2. & 3.* Henriquez, *lib 11. de Matrim capit. 10 num 1. incomment. litter. A,* Suarez, *de cens. disp. 4 sect. 8. num. 8* Lopez, *part. 2. capit 13 versic. Ex dictis sequitur.* Aluarez, *1. 2. disp. 158. num 4.* Merolla, *tom. 1. disp. 1. capit secund. num. 67.* Sanchez, *lib. 9. de Matrim. disput 32. num. 26.* & alii.

230 Ex his deducitur, occidens inimicum cum hac ignorantia inuincibili cõcomitante, existimans esse feram, excusatur à restitutione damnorum. Ratio est, quia occisio illa exterior, excusatur à peccato, ob eam ignorantiam inuincibilem, & solum remanet peccatum internum, ex quo nulla oritur obligatio restitutionis. Ita Sanchez, *vbi supra,* Lesius, *lib. 2. capit. 7. dub. 9.* Petrus Nauar. *lib. 2. de restit. capit. 1. diffic. 7.* Molina, *to. 3. disp 718.* Reginaldus, *to. 1. lib. 10. tract. 1. num 70.* Merolla, *tom. 1. disp. 1. capit. 2. num 68.* & alii.

231 Limitant aliqui, vt verum sit tantum ante sententiam Iudicis, secus verò post sententiam iudicis: tunc enim volunt, inferentem damnum ex ignorantia inuincibili, teneri inconscientia damnum datum resarcire. Ratio istorum est: quia in iure statutum est: vt is, qui damnum intulit, illud resarciat, etiam si nocere noluerit, *leg. sed, & si quemcumque & ex toto tit ff. ad leg. Aquilam*: sed hæc dispositio iuris est iusta: ergo dat iustam actionem læso, & per consequens sententia, iuxtà eam lata, obligat inconscientia. Ita Caietanus, *1. 2. quæst. 76. ar. 4. dub. 3. §. 3.* & alii.

232 Attamen hanc limitationem nõ approbant aliqui; quia nullum fundamentum probabile habet: nam iura allegata incontrarium, apertè loquuntur de eo, qui culpabiliter damnum infert, etiam si ex proposito nocere noluerit: Quare licèt non sit necessè, vt id damnum sit directè voluntarium: requiritur

tamen

tamē saltem volūtarium indirectè, seù in causa. ita Merolla, *tom.7.disp.1 cap. 2.nu. 71.* & alii.

233 Quid dicendum de eo, qui volens percutere, vel occidere Petrū clericum, putans, eum occidere; ex errore occideret alium clericum, scilicèt Ioannem, si cognoscens esse clericum, incidat in excomunicationem?

Negat prima opinio. ita *Suarez, to. 5. in 3.part.disp.22.sect. 1.nu,* 54. cui fauet doctrina quorumdam Iuristarum, qui dicunt, quod, si quis, dolo volens occidere Titium, occiderit Sempronium, quem putabat esse Titium, non debet damnari pœna ordinaria homicidii. *Hi* sunt Angelus, *in leg. respiciendum §. delinquunt.§ de pœn.* Florian. *in leg. scientiam,§ sed si defendi,§.ad leg. Aquil.* Iasō, *in leg.1.n.18.ff.deleg.*Carrer, *in pract.crim. tit.dehomicidio.§ 2.n.*57.Et dicūt esse cōmunē hāc sententiā Alban. *cōs.30.n.1 &* 2.& Vasqu. *controuers.illust.cap. 96 post. nu* 32.& secundum illam consuluit Grāmat. *cōns.*5.& in facti contingentia, ita iudicatum fuisse per sacrum concilium Neapolitanum, refert idem Grammat. *super constitution.Regni fol.decim.quart. num.*11.

234 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est quia voluntarie percutit hominē quem scit clericum esse, in quo tota ratio consistit, ob quam canonis excōmunicatio lata est. Tum quia excōmunicatio lata est pro iniectione manuum violentarum in clericum: non autem pro iniectione manuū in hunc, vel illum clericum. ita Diana *part.9. tract. 6. resol. 42 vers.Vnde ex his.*Couarru. *cap.alma Mater.1.part.§* 10.*nu*15 *vers.octauo cōstat.*Molina, *to.2.de iust.tract.3. disp.* 53. *nu* 2.Sanchez, *lib. 9.de matrim.disp.* 32. *nu.* 27. Henriquez, *lib* 13. *de excōmun. cap.*13 *nu.* 1.Vgolin. *decens.pa.2.cap.*11.*§. Proposuimus nu.* 110.Farinac. *de homicid. quaest.*25.*nu.* 164 Sayrus *decens.lib.1.cap.* 18.Curiel, 1.2 *quest* 76 *art* 4. *dub.* 3. § 2. Cordon, *in qq.lib.2.quaest* 25.*§ secundo. probatur.*Merolla, *to.1.disp.1. cap. 2. nu.* 72.& alii,

235 Si quis verò volens percutere clericum, ab eo aberret, & casu, siuè prēter intentionem percutiat alterum clericū proximè adstantem, talis enim excōmunicationem non incurrit: neque in irregularitatem, morte inde secuta, incurret. Ratio est, quia in hoc casu, solus effectus internus committendi sacrilegium, malus fuit, qui non inducit excōmunicationem, vel irregularitatem, quia huiusmodi pœnę non incurruntur ob solum prauum effectum. Ecclesia enim non punit actus internos. Cum igitur opus externum illius percussionis, fuerit omninò prӕter intentionem, & consequenter culpa vacans, non erit sufficiens ad inducendam excōmunicationem, vel aliam pœnam. ita Curiel. 1. 2. *quast 76.art.4.dub.3.§.1.*Molina, *d.disp.* 53.*nu.*3. Malderus, 1.2. *q.* 6.*art.*8.Diana, *part.9.tract.6.reso..42. in fine.* Filliucius, *tract.*15.*decens.cap.1.nu.*27.Merolla, *to.1. disp.1.cap.2.2.nu.*74.& alii.

Dubitatur, an ingnorantia inuincibilis, solius pœnӕ excuset à peccato?

236 Communiter dicunt, ignorantiam solius pœnӕ non excusare, si adest scientia legis prohibentis. Quorum ratio est, quia obligatio delinquentis ad pœnam, est naturalis, non consurgens ex delinquentis consensu, sed ex auctoritate legis imponentis, & consensu delinquentis ad delicti admissionem: ita vt, dato hoc consensu, oriatur naturalis obligatio ad pœnam, vt constat *ex leg. Imperator.ff.de iur fisci.* qui enim vult antecedens, nempe delictum, quod est causa pœnę, vult necessariò consequens, scilicèt, pœnam. *leg.1.lud ff.de acquir.hęred* impertinens est, vt delinquens nouerit pœnam. ita Cuuarr. *cap. alma mater.§.*10 *nu.*9. Medina, 1.3. *quaest. 76. art. 3 ad finem.*Corduba, *in quaestionar.lib.2. quaest.*25.*in princip.*Azorius, *pa.1 lib. 1. cap.*15.*q.*2.Suarez, *lib.5.de leg. cap.* 12.*nu.* 11.& *cap.*22.*nu.*4. Comitol. *lib. 5.resp.moral.quaest.*4.& alii.

237 Licèt hӕc opinio vera sit de pœna ordinaria, & proportionata delicto, secūdum naturam eius: nihilominus contrarium dicunt alii de pœna extraordinaria ac exorbitante, & aucta vltra naturam delicti, nudè considerată. Ratio est, quia licèt non requiratur consensus delinquentis in pœnam, vt obligetur ad eam, requiritur tamen consensus in causam pœnӕ, non solum materialiter, sed etiā formaliter, vt causa est. Tunc autem dicitur quis consentire in causam, quatenus causa est, quando, sciens aliquid esse malum, scit, vel scire debet, id esse punien-

puniendum iuxta naturam suam: tunc enim non solum consentit in eo, quod est causa pœnæ materialiter, sed etiam in eo, quod scit, vel scire debet, esse causam eius formaliter. Secus verò est de pœna extraordinaria, & exorbitanti, aucta vltra naturam delicti, forte ob frequentiam eius, vel alias circũstantias: nam tunc delinquens non dicitur consentire in delictum, quatenus formaliter est causa talis pœnę: quia nec scit, nec scire debet. Et hoc quod diximus de ignorantia inuincibili pœnæ, dicendum est etiam de ignorantia vincibili tantum venialiter. ita Nauar. *cap. 27 sum. nu. 224. in 2. edit.* Rodoriquez, *pa. 1. sum. cap. 195. nu.* Duard *in expos. bull. cænæ. tab. 1. cap. 2. q. 5. nu. 3.* Layman, *lib. 1. Theolog moral. tract. 4. cap. 20. nu 4.* Sayrus, *de cens. lib. 1. cap. 18. nu. 37.* & dicit esse probabilem Sanchez, *lib. 9. de matrim. disp 32 nu 22.* & docet etiam Merolla, *to. 1. disp 1. cap 2. nu. 76.*

238 Ex his deducitur primò, quod ignorãtia inuincibilis excõmunicationis, excusat ab ea, licet adsit scientia iuris positiui illam imponentis. Ratio est, quia excommunicatio est pœna extraordinaria, & exorbitans: vndè æquiparatur morti. *can. absit. 11. quæst. 3. & cap. per venerabilem. prope finem. qui filii sũt legitimi.* Cõfirmatur quia *cap. vt animarum, de const. in 6.* deciditur, ignorantes non ligari sententiis Ordinariorum, quod decretũ, cum animabus faueat, & generaliter de ignorantia loquatur, videtur amplè interpretandum, vt accipiatur non de sola iuris ignorantia, sed etiam ipsius pœnæ. ita Angelus, *u. excõmunicatio 7. cas. vlt. nu. 3.* Siluester, *excõmunic. vlt. quæst. 3. nu. 4.* Sotus, *dist. 22. quæst. 1. art 2. casu 4.* Valentia, *1. 2. disp. 6. quæst 6 pu. 1. coroll 9.* Henriquez, *lib. 13. de excõmuni. cap. 13. nu. 2.* Suarez, *to. 5. in 3. part. disp. 4. sect. 9. nu. 19.* Molina *tract. 5. de iust. disp. 71. nu. 9.* Auila *de cens. pa. 3. cap. 5. disp. 5. dub. 7.* Sayrus, *de cens. lib. 1. cap. 18. nu. 37.* Curiel, *1. 2. quæst 76. art. 4. dub. 5.* Sanchez, *lib 9 de mat. disp 32. nu. 23.* Merolla, *to. 1. disp. 1. cap. 2. nu 28.* Bord. *in exposit. Bull. cruciat. pa. 2. tract. 6. cap. 1. sect. 3. nu. 11.* Bresserius *de const. lib. 6. cap. 12. nu. 146.* Diana, *part. 3. tract. 5. resol 12.* Gerard. *in 1. 2. controu. 7. tract. 3. p. 1. dub. 12. nu. 7.* Bonacina, *de cens. disp. 1. quæst. 2. pu. 1. nu. 12.* & alii.

239 Vnde frequenter laicos posse ab excõmunicatione iuris excusari. quòniam sępè illam inuicibiliter ignorant. Etiam si excõmunicatio lata sit per statuta Episcoporum, siuè à Summo Pontifice: Quia *d. cap. animarum de const. in 6.* locũ habet etiam in excõmunicatione lata à Pontifice: Tum etiam, quia quælibet excommunicatio, à quocumque lata, est pœna extraordinaria, & exorbitans, ac fertur ob contemptum, & contumaciã. ita Merolla, *to. 1. disp. 1. cap. 2. nu. 18.* & alli.

240 Secundò quod dictum est de excõmunicatione, dicendum est etiam de suspensione, & interdicto. Ratio est quia, non sola excõmunicatio imponitur ob clauium contemptum, & contumaciam, sed etiam suspensio, & interdictum, vt ait Franc. *cap. 2. de constit. in 6. nu. 8.* atque ita præuiam monitionem requirunt: vt de suspensione, est textus expressus, *in cap. reprehensibilis. de appellat.* & idem esse de interdicto, affirmat Hostiens *super verbum excõmunicationis, vel interdicti.* vbi Io. Andr. *nu. 2.* Abbas, *nu. 2.* Arch d. *nu. 1.* Decius, *nu. 4.* & alii communiter. Tum quia, in *dict. cap. Vt animarum*, vbi asseritur, ingnorãtes non ligari sententiis Ordinariorum, non est sermo de sola excõmunicationis sententia, sed de omnibus sententiis, quia indefinitè dicit. *A sentẽtiis quorumcumque Ordinariorum.* at indefinita iuris propositio, tradens regulã, pro vt ibi fit, æquiualet vniuersali, vt docent Gloss. *cap. vt circa. u. Aliorum de electione. in 6.* vbi Franc. *nu. 4. in princip.* Bartol. *in leg. omnes popul. nu. 57. ff de iust. & iur.* & alii. Vndè *d. cap. Vt animarum* nõ solum in excõmunicatione, sed etiam in quibuscumque sententiis intelligunt: ibi Gloss *in verb. sententiis*, Io. Andr. *ad fin. vers. In glossa. 3.* Dominic. *nu 25. vers. ob est, quod ipsum* Franc. *nu. 8.* Et hanc opinionem docent Sanchez, *lib. 9. de mat. disp. 32. nu. 21.* Suarez, *to. 5. in 3. part. disp. 4. sect. 9. nu. 19. & 20.* Peregrin. *de duello q. 8. nu. 18.* Bonacina, *de cens. disp. 1. quæst. 2. pu. 1. nu. 13.* Fillincius, *to. 1. tract. 11. cap. 8. quæst. 11. nu. 257.* Merolla, *to. 1. disp. 1. cap. 2. nu. 84.* Diana, *part. 3. tract. 5. resol. 12.* Portella, *in addit. ad dub. regul. u. ignorantia. 1. nu. 21.* Sayrus, *de cens. lib. 1. cap. 18. nu. 37.* Nauarr. *cap. 23. summ. n. 47.* & alii, contra Auilam *de cens. 2 par. ca. 5 dub 10.* Sotum. *in 4. dist. 22. quæst. 1. art. 2. ad finem.* & alios.

241 Tertiò, ita dicendum est de pœna irregularitatis, quæ oritur ex puro delicto: Vt si Excõmunicatus celebret, ignorans

rans inuincibiliter, esse positam pœnam irregularitatis excõmunicato celebranti Quia etiam irregularitas est pœna exorbitans, vnde non incurritur absque cõtemptu, vt dicunt Panormit. *in cap. pastoralis §. verum, nu. 15. de appellat.* Domin. *in cap. solet. de sent. excõmun. lib. 6.* Felin. *in cap Rodulph. nu 43. de rescript.* & alii. Immò addunt Dominic. *in cap. 15. qui §. 15. verò, nu. 1 de. sent. excõmun. lib. 6.* & Nauarr. *in cap cũ contingat de rescrip. remed. 1. nu. 7. & cap. 27 sum. nu. 252.* Ad eam incurrendam, requiri dolum Hoc aũt intelligẽdũ est de dolo, siuè vero, siuè ꝑsũpto, aut qui dolo ꝑsũpto ęquipollęat. Nã vt ait Merol. *in disp 1. c. 2. n. 85.* & colligitur, apertè *ex cap. Apostolicę de cleric. excõm.* vbi gloss. *u probabilis.* Ad irregolaritatem contrahendam, sufficit ignorantia crassa: hæc enim oritur ex lata culpa: Lata verò culpa est dolus pręsũptus, vt dicũt Panormit, *in cap. bona fides nu. 3. de empt. & vendit.* & alii. Ex quò vlteriùs colligitur, etiam ignorantiam mortaliter vincibilem excusare à pœna irregularitatis, dummodo non sit crassa, quia hæc non oritur ex lata culpa: & cõsequenter non potest dici dolus præsũptus, aut æquipoliere dolo præsumpto: Confirmatur, etiam ex *cap. vt animarũ de const. lib. 6.* vbi deciditur indefinitè, ignorantes non ligari sententiis. Quod decretum, cũ animabus faueat, videtur amplè interpretandum, vt accipiatur de ignorantia, non solum censurarum; sed etiam irregularitatis, quando est pura pœna delecti. Quod multo magis procedit in opinione illorum, qui dicunt, hanc irregularitatem esse propriè censuram. Hi sunt *Sotus, in 4. d. 22. quæst. 2. art. 1.* Nugn. *in 3. part to. 2. tract. de Bull. §. vlt.* Gutierez, *qq. canon. lib. 1. cap. 37. nu. 6.* Salas, *de leg. tract. 15. sect. 1. concl. 2. nu. 16.* Carbo. *eod. tract. lib. 8. disp. 5.* Cordub. *de indulg. lib. 5. quæst 43. dub. 4.* Salonius, Bannes. & Aragonius. *in 22. quæst. 93. art. 8.* Medina, *1. 2 quæst. 99 art. 4.* Fernandez *pa 3. cap 9. §. 14 nu. 1.* & alii. Et hanc sentẽtiam tenent in propriis terminis Sanchez, *lib. 5. de matrim. disp. 32. nu. 21.* Peregrin. *de duell. quæst. 8. nu. 18.* Coninch. *de sacram. disp. 18. dub. 4. nu. 31.* Duard. *in explic. Bull. cœnæ. lib. 1, cap. 2. quæst 5. nu. 27.* Bonacina, *de cens. disp. 1. quæst. 2. pu. 1, nu. 13.* Merolla, *to. 1. disp. 1. cap 2. nu. 86.* Diana, *p. 3. tract. 5. resol. 67.* Portella, *in add. ad dub. regul. u. ignorantia. nu. 21* & alii.

242 Dixi, *de pœna irregularitatis, quæ prouenit ex puro delicto.* nam si oriatur simul ex defectu lenitatis, seù significationis, non excusabit ab ea ignorantia inuicibibilis, cuiusmodi ẽ irregularitas, quæ contrahitur ex homicidio iniusto, vel mutilatione. ita Diana *part. 3. trat. 5. resol. 85 vers. Verum his. & part. 9. tract. 7 resol. 19.* Gulielm. Mercerus, *in 3. D Thomę. quæst 66. art 9 nu. 6.* Merolla, *to. 1. disp. 1. cap. 2. nu. 87.* contra Castrum Paulum *to. 6. disp. 6. pu. 6 nu. 3.*

243 Quartò, si quis vouerit non fornicari sub pœna religionis, & postea memor voti, non tñ pœnę impositę, fornicetur, nõ tenetur ad eã pęnã, qã ẽ pœna exorbitans. Et ita dicendum existimo, si esset pœna castitatis, vel peregrinationis Ierosolymitanę, propter eamdem rationem. Secus verò quando pœna, voto promissa, non esset exorbitans. ita Merolla *to. 1. disp. 1. cap. 1. nu. 88.* & probabilem vocat Sanchez, *to. 1. sum lib. 4. cap. 22. nu. 19.*

Dubitatur, an ignorans inuincibiliter, actum internum esse peccatum, non autẽ externum, excusetur à culpa, actum solum internum admittens?

244 Prima opinio negat. Cuius ratio est, quia hic liberè vult fornicationem externam, quam scit esse peccatum, & consequenter vult transgredi pręceptũ, diuinum, vetans fornicationem: ergo peccat. Tum quia, cum sit duplex malitia, altera actus interni, altera verò externi, & illa sola ignoretur: voluntas, admittendo actum externum, non erit à culpa libera. ita Salas, *1. 2. tract. 13. disp. 8 sect. 11. nu. 81.* & alij Recentiores, quos tacito nomine refert Sanchez, *lib. 1. sum. cap. 16. nu. 16.* Vnde, secundum hanc opinionem, si rusticus, à viro existimato docto, & pio audiuisset, fornicationem externam esse peccatum, non autem desiderium fornicandi, non excusatur à culpa, si actum solum internũ admittat.

245 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est, nam, cum conscientia sit proxima regula bonitatis, & malitiæ actuum humanorum, nemo peccare potest, quãdo conscientia prudẽter dictat, id, quod agit, non esse peccatum: quod contingit in eo, qui habet ignorantiam inuincibilem: prudenter enim sibi persuadet, actũ illum internum culpa vacare. ita Sanchez,

chez, *dict. capit.* 17 *num.* 17. Duardus, *in explic. bull. cœnæ lib.* 1. *capit.* 2 *quæst* 5. *nu.* Bonacina, *de peccat. quæst.* 8. *pun.* 3 *num.* 26. Merolla, *tom.* 1. *disp.* 1. *cap.* 2. *dub.* 6. *nu.* 90. & alii.

An ignorantia vincibilis excuset à peccato, vel saltem illud minuat?
Dub. 16.

246 D. Thomas, ab omnibus receptus, *in* 1. 2. *quæst.* 76. *artic.* 3. ait ignorantia vincibilis, saltem regulariter, non excusat omninò actum à culpa: & ita dicit de inaduertentia, & obliuione vincibili. Et ratio est, quia quod ignorantia vincibilis sit, est voluntarium, quamuis indirectè, ergo est peccatum, si supponatur esse prohibitum. Et hoc verum est, siuè ignorantia sit iuris, siuè facti.

247 Dixi, *saltem regulariter*: nam videtur aliquando dari casum, quod ignorantia vincibilis excusat omninò à peccato: v. g. si lex humana prohibeat aliquid, quod non est intrinsicè malum: non tamen id prohibeat simpliciter, sed nè sciẽter fiat: tunc, si quis ex ignorantia vincibili etiã crassa, illud faciat, excusari videtur omninò à culpa, & consequenter à pœna, quæ esset imposita ob talem culpam. Patet, nam aliàs in ea lege, frustra addita esset illa particula, *Scienter.* Idem dicendum est, quando lex præcipit, nè aliquis præsumat, vel audeat aliquid facere, quod aliàs nõ est intrinsicè malum: nam hæ particulæ æquiualent scientiæ, vt cõmunitèr dicunt.

248 Et quamuis, in casu posito, sciens, ignorantia vincibili, id, quod lex prohibet, nè scienter fiat, non peccat directè contra legem, peccato eiusdem speciei cum eo, quod admitteret, si scienter id efficeret, & hac ratione non incurrat pœnam legis: nihilominus non excusatur omninò à peccato: quia saltem peccat, vincibiliter ignorando: implicat enim, quod ignorantia sit vincibilis, & non sit culpabilis, & hoc maximè verum est, quando est ignorantia iuris. Et consequenter etiam peccat, cum ea ignorantia culpabili operando: Hoc autem peccatum est in specie, incautæ, seù temerariæ operationis, & reductiuè est contra eamdem virtutem, & idem præceptum, contra quæ esset, si scienter admissum fuisset. An verò hoc ignorantiæ peccatum, sit speciale peccatum contra specialem virtutem, dicemus, *in dub.* 19. *numer.* 81.

249 Ignorantia verò vincibilis, minuit culpam, reddens illam leuiorem, quam si scienter admissa esset. Ratio est, quia minuit voluntarium: at peccatum, in tãtum est peccatum, in quantum est volũtarium. Sic D. Thomas, *d. quæst.* 76. *artic.* 4. communiter receptus: qui omnes hãc conclusionem de ignorantia vincibili, etiam crassa, admittunt: dummodo quod non sit affectata: quia de affectata est cõtrouersia inter Doctores.

250 Nam aliqui dicunt, ignorantiam affectatam non minuere, sed potius agrauare peccatum. Sic Nauar *in capit considerет, num.* 87 *de pœnit dist.* 5. Sayrus, *in Clau. Reg. lib.* 2. *capit.* 9 *num.* 33. Almain *tract.* 1. *moral. cap.* 5 *proposit* 2. Beccanus *tom.* 2. *tract.* 2. *cap.* 4. *num.* 5. & videtur sententia D. Thomæ, 1. 2. *quæst.* 76. *articul.* 4 vbi expresseè ait, hanc ignorantiam augere culpam.

251 Aliqui verò dicunt, minuere peccatũ hanc ignorantiam: quia minuit ratione voluntarii: nam quod per ignorantiam affectatam fit, est voluntarium tantum indirectè, & in causa: quod verò fit scienter, est voluntarium in se, ac directè. Sic D. Bonauentura, *in* 2. *d.* 22. *part.* 2. *articul.* 1. *quæst.* 3. Curiel. 1. 2. *quæst.* 76. *articul.* 4. *dub.* 1. § 3. & videtur tenere Valent. 1. 2. *disp.* 6. *quæst.* 6. *pun.* 3. & Clarius, *disp.* 2. *qu.* 1. *pun* 6 *quæstiunc.* 3 *in resp. ad* 4. *argum.*

252 Aliqui verò melius distingunt. Scilicèt, si ignorantia affectata sit ad liberiùs, & absque conscientiæ remorsu peccandi finem, non minuit, sed auget peccatum, & ita grauius est, quam scienter admissum. Si verò ignorantia affectetur tantum ex tedio addiscendi, vel ob aliquem finem bonum, v. g. vt eius culpa leuior sit, nec ita præceptum trãsgrediendum cõtemnat, minuit culpam. Ratio prioris est, quia ea voluntas continet maiorem præcepti contemptum: videtur enim esse contemptus, quasi in actu signato, vt cõstat ex illis verbis impiorum. Iob. 2. *Recede à nobis, & scientiam viarum tuarum nolumus.* Quod obseruat ibi D. Gregor. *lib.* 15. *moral. cap.* 25. Ratio posterioris est, quia tunc ignorare affectãs non magis legem contemnit. Quoniam ignorantia in isto casu, nõ prouenit ex maiori affectu ad peccatũ: non enim est volita propter ipsum peccatum, sed potius ad vetandum peccatum,

catum, aut maiorem grauitatem peccati, vel laborem: & ex alia parte tollit cognitionem, quæ requiritur ad voluntarium: ergo simpliciter & absolutè minuit voluntarium, & consequenter peccatum. Ita Corduba *in qq. lib. 2. quæst.* 10. Zumel 1. 2 *quæst. 76. art. 4 disp.* 2. Curiel, *ibidem dub. 1 §. 3* Salas, *quæst. 6. art.* 8. *tract 3. disp. 4. sect. 4. nu.* 40. Sanchez, *lib.* 1. *Sum. cap. 17. nu* 5. Merolla, *to. 1. disp. 1. cap. 2. nu.* 156. & alii Nisi ille affectans ignorātiā, exponeretur periculo admittēdi alia crimina: tunc enim non tantum esset grauius peccatum, sed etiam mutaret speciem, iuxtà diuersitatem specificam peccatorum, quibus admittendi periculo se exposuit. Ita Sanchez, & Merolla.

253 Immò ignorantia vincibilis, aliquando, ita minuit peccatum, quod facit, vt non sit mortale: & tunc dicitur, ignorantiam vincibilē excusare à mortali, quando ita minuit rationem voluntarii indirecti, vt minuat etiam grauitatem peccati vsquè ad non mortale: Sicut modica quantitas in furto, minuit vsquè ad veniale. Dicitur ignorantia vincibilis minuere voluntarium vsque ad hunc gradum, quando est adeò imperfecta ratio voluntarii, vt solum ex leui negligentia oriatur: potest enim dari casus, quod aliquis non adhibeat totam omninò diligentiam, quam tenetur adhibere, ad ignorantiam superandam; sed committat leuem negligentiam: & tunc excusabitur à mortali, propter paruitatem in negligentia, & quia ratio voluntarii indirecti est satis diminuta. Et hoc verum est, etiam si quis scienter eam leuem negligentiam committeret. V. G. si quis in uenatione volens occidere Ceruum, qui est secùs viam publicam, adhibeat priùs diligentiam, vt sciat, An aliquis transeat per viam, non tamen omninò tantam, quātam debet, sed mittat modicam, etiam scienter: si deindè proiiciens saggittam vt occidat Ceruum, prætèr intentionem, occidat hominem transeuntem, non peccat, nisi venialiter. Quia illa hominis occisio, videtur quasi casualis, nam parum pro nihilo reputatur. ita Siluest. verb. Periurium. *q. 1. vers.* Quando iuratur. Nauar. *cap* 12. *sum. nu.* 7. Valen. 1. 2. *disp 6. quæst 6. pu. 3. vers. sequitur ex his 1.* Suarez, *to. 3. in 3. pa. disp.* 82. *sect. 3. vers. Secūdo dubitari solet.* Sāchez *lib. 1. sum. cap.* 17. *nu.* 17. Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 2 cap. 2. nu.* 22. Auila, *de Cens. pa. 2. cap. 5. disp. 5 dub.* 8. Meroll. *to. 1. disp. 1. cap. 2. dub. 8. nu.* 162 & alii. commun iter. Limita, nisi fortè ille probabiliter crederet, aut dubitaret, quod si adhiberet illam aliam modicam diligentiam, euitaretur homicidium. sic Merolla, & alii.

Dubitatur: An ignorantia vincibilis, seù crassa, quæ minuit peccatum, seù culpam, minuat etiam pœnam, à lege impositam ob talem culpam?

254 Affirmatiuè respondent communiter Iuristę, qui dicunt: Ad incurrendam pœnam ordinariam, pro aliquo delicto, à lege impositam, requiri dolū, vt probat Iul. Clar. *lib. 5. §. final quæst.* 84. At qui ex ignorantia crassa contra legē facit, non dicitur dolo facere. Hinc fit, occidentem hominem ignoranter, non puniri pœna ordinaria homicidii, & sic pœna mortis; sed mitiori, & extra ordinaria, etiam si ignorantia culpabilis, & crassa fuerit. ita Boet. *tit. de Defens. meorum nu* 68. Cepolla, *Cons. crimin. 37. col.* 1. Com. *in l. actionibus ff. de il lit. iuram.* Afflictus, *in Rubric. de homicid. pun. antè const. terminum vitæ.* Maranta, *in Speculo dist. 1. nu* 77 Iul. Clar. *lib. 5. § Homicidium in princip.* & alii commun iter.

255 Canonistę verò, & Theologi negatiuè respondent, qui omnes communiter asserunt: Ad incurrendam pœnam excommunicationis, pro aliquo delicto statutum, sufficere ignorantiam crassam, vt expressè habetur in *cap. vt animarum. de constit. in 6.*

An quęlibet ignorantia iuris, vel facti, mortaliter vincibilis, satis sit ad incurrendas censuras, & alias pœnas Ecclesiasticas? Dub. 16.

256 Avila, *de Cens. pa. 2. cap. 5. dub. 8. concl. 2.* Sotus, *dist. 28. quæst. 1. art. 2. vers. ex his primum.* Graffius, *pa. 1. Decis. lib. 4. cap. 9. nu. 20.* & alii absolutè dicunt

cunt: A censuris, iure commune latis, non excusare ignorantiam vincibilem: excusare verò à censuris Episcopalibus; dummodò ea ignorantia non sit crassa, vel suppina. Quorum ratio est, quia in *cap. 2. de constit. in 6.* definitur: à censuris quorum cumque Ordinariorum excusare ignorantiam, modo non sit crassa, vel suppina: Atque ita in Pontificiis id non desideratur

257 Suarez, verò ait: In vtrisque non excusare ignorantiam vincibilem, non excusantem à mortali: sic, in 5. *tom. in 3. part. disp. 4. sect.* 10. *nu.* 1. Cuius ratio est: quia omnis ignorantia vincibilis, non excusans a mortali, sit crassa, vel suppina.

258 Dicendum est Primò cum aliis: Ignorantia etiam mortaliter vincibilis, & culpabilis facti, vel iuris, imponentis censuras, vel alias pœnas spirituales, licèt aliàs factum sit iure naturali damnatum, excusat ab illis, modo non sit crassa, vel suppina, siuè statuantur Episcopi, siu è Pontificis Constitutionibus: *S*ecùs verò si crassa, vel suppina sit, & multo magis si est affectata. Probatur vtraque pars cōclusionis ex *.d. cap. 2. de constit. in 6.* vbi vniuersaliter deciditur: excusare ab omnibus sententiis Ordinariorum, quorumcumque ignorantiam, quę non est crassa, nec suppina. Vbi, nomine Sententiæ, non sola excōmunicatio, sed omnes aliæ pœnæ, saltem spirituales, comprehenduntur: vt diximus in *nu.* 240. & est ibi sermo, etiam, quando factum est aliàs dānatum, vt ostendi *in num.* 217. & non tantùm de sententiis Episcoporum sed etiam Summi Pontificis, vt dixi in *sum. nu.* 219.

259 Secundò: Ignorantia mortaliter vincibilis, etiam crassa, excusat ab excommunicatione, & aliis censuris, ac pœnis Ecclesiasticis, impositis scienter aliquid facienti. Ratio est: quia quando Canon. expressè, vel tacitè petit dolum, non satis est crassa ignorantia, & lata culpa, vt dicunt Gloss. *in actionib. ff. de litem. iuram v. non etiam* & *leg. Plagii. l. 2. verb iusta C. ad leg flauiam. de plag. vbi* Baldus, *in princip.* Abbas. *cap. 2. de Const. nu.* 6. Siluester, *v. Ignorantia. q. 8. dict.* 4. Nauarr. *cap. 27 Sum. nu.* 141. & alii. At cum Canon postulat, scienter aliquid fieri, dolum manifestè petit, teste Dominic. *in cap. 15. qui §. is verò nu. 1. de sent. excommun. in 6,* & colligitur ex *leg. sed si lege. §. scire. ff. de petit. hared* Confirmatur, quia tunc intendit Ecclesia punire delictum expressè, & formaliter in se voluntarium, præmissa illius notitia: quod non contingit, vbi adest ignorantia etiam crassa, quia tunc verè non adest notitia illius, & solum est virtualiter, seù in causa voluntarium. ita Bartolus, *in leg. si adulterium in princip. numero vndec. ff. ad leg Iuliam. de adulter* Anchar. *Cleric. prim. De consangu. columnn. tert.* vbi Imola, *numero quarto, super Gloss. scienter.* Bonifacius, *numero decimo quinto.* Siluester, *v. Ignorantia quæstion. octau. distinction. quarta, numero decimo octauo.* Caietanus, *v Excommunicatio capit. quinquagesim octau.* Nauarrus, *capit vigesim. septim. Sum numer.* 141. Couarr. 4. *Decret. secund part. capit. octau. paragraph. octa num. vigesim. prim.* Henriquez, *lib. decim. tert. De excommunic. capit. vigesim tert. num. tert.* Molina, *tractat. 5. de iust disp. 3.* Aluarez, 1. 2. *disp. 158. in fin.* Suarez, *to. 5. in 3. p. disp. 4. sect. 5. n.* 1. Sanch *lib. 9. de. Mat disp. 32. n.* 36. Merolla, *to. 1. disp. 1. cap 2. dub. 16. nu.* 22. S. Gregorius, Lopez, *l. fin. v. Capiendos. tit. 18. p. 7.* Lodouicus, Lopez, *pa. 2. cap. 13. de. Excom §. sed iam. ad 2. punit.* Portella, *in add. ad dub. regular. u. Ignorantia. num.* 5. Diana *pa. 3. tract. 5. resol.* 13. Bonacina, *de Cens. 1. disp. 1. quæst. 2. pu. 1. nu.* 10. Barbosa, *in collect to. 1. lib. 1. sexti Decret tit. 2. cap 2. nu.* 8. & alii.

260 Et ita dicendum est, quādo lex prohibet, nè aliquid malitiosè fiat: hæc enim particula sententiam denotat: quia non potest dici peccatum ex malitia, nisi scienter admissum sit. Vndè deponentem falsum in iudicio, ignorantia crassa, non ligari excommunicatione synodali, lata contra eos, qui malitiosè deponunt falsum in iudicio. Quod si ea particula, *Malitiosè*, addita non fuisset; adhuc existimo, excusari ab hac excommunicatione, qui ignoranter falsum deponeret, esto ignorantia crassa fuerit. Ratio est, quia falsitas, sinè dolo committi non potest, vt docet Iulius Clarus, *lib. 5. Sentent. receptus §. falsumm versic. Excusatur autem*: qui dicit esse communem opinionem. & ita Merolla, *tom. prim. disputat. prim. capit. secund. num. 232. versiculo. Idem dicendum est.*

261 Et ita dicendum est, quando lex adhibet aliq̃ aliā particulā, quę, ex proprie-

tate

tate suæ significationis, denotat, requiri scientiam: tunc enim, etiamsi ex ignorantia crassa, fiat contra legem, non incurritur censura. Vt si Canon dicat. *Qui consultò, aut ex contemptu non ieiunauerit, &c.* quia huiusmodi particulæ manifestè scientiam denotant, ac dolum Et idem est, cum Canon pœnam indicit ei, qui præsumpserit, vel ausus fuerit aliquid facere, aut qui temerariè, seù temerarius violator extiterit: quia præsumptio dolum, ac temeritatem importat: vt dicunt Cardin. *Clement. 1. de Priuileg. quæst. 39.* D. Antonin. *3. part. tit. 24 capit. 54. versic Quarit idem.* Angelus, *Excommun. 5. cas. 12. num.* 15 Siluester, *Excommunic. 7. cas. 14. dub. 5. nu.* 35. Nauar. *capit. 27. Sum. num.* 155. Emanuel Sa, *v. Pœna, num. 5. & v. Audacia,* & alii. Cum ergo dolus requiratur, nō sufficiet ignorātia crassa, & lata culpa. Ita Nauar. *cap. 27 sum. Hyspan num.* 74. Petrus Ledesma *capit 3. de Excommun. dub. vltim. dict.* 3. Henriquez, *lib. 13. de Excommunic. cap. 23. num.* 3. Suarez, *tom* 5. *in 3. part. disp. 4 sect. 10. num.* 3. Sanchez, *lib. 9 de Matrim. disp 32. num.* 37. Auila, *de Censpart 2. cap. 6. disp. 10. dub.* 6. Molina, *tract 5. de Iust. disp. 71 num.* 13. Curiel, 1. 2. *quæst. 76. art. 4. dub.* 4. Merolla, *to. 1. disp. 1. capit. 2. num.* 232. & alii.

262 Excusat etiam ignorantia crassa ab excommunicatione, & aliis censuris, & pœnis, impositis contra aliquos, mala fide aliquid facientes. V. G. mala fide ementes res furtiuas. Ratio est: quia, licèt fortè inter bonam, & malam fidem non detur medium, ad eum effectum, vt sit, vel non sit melior conditio possidētis: tamen in casu proposito, cum simus in pœnalibus, & odiosis, mala fides debet districtius sumi, ita vt, indicatur mala fide aliquid prohibitum facere, qui malitiosè, ac proindè scienter id agit: atque ita, stricte sumptis his vocabulis, inter bonam, & malam fidem debitum medium: hoc autem erit, dubia fide, vel ignorantia vincibili, seù crassa, aliquid facere. Adde, quod multi Doctores hoc concedunt, etiam quò ad eum effectum, vt sit, vel non sit melior conditio possidentis. Hi sunt Beroius, *capit. grauis num 14 versic. Subdo tamen, de restit.* Spol. Couar. *in capit. Alma mater part. 2. § 7. num.* 3. Menoch. *De recup. possess remed* 15. *à num.* 628. Merolla, *tom. 1. disp. 1 capit. 2. num.* 241. & alii.

263 Ex his deducitur Primò: Percussorem Clerici nō incurrere excommunicationem latam, in Can. *Siquis suadente*, 17. *quæst.* 4. si ignorabat etiam crassè, & lata culpa clericatum: quia is Canon dolum requirit, cum petat, suadente diabolo, id fieri. Ita Gloss. *in capit cum voluntate, § communicans excommunicato v Inferiorum gradum de sent. excommu.* Innocent. *capit. Mulieres, de sent. excommun.* Abbas, *capit. 2. num. 6. de Constit.* vbi Alexand. de Neuo, *num* 49 Card *cap. si verò il. 2. de sent excommun. in fine.* D. Anton. 2. *par titul. 24. cap. 1. §. 2.* Sebastianus Medices, *de leg. part. 4. quæst. 7. num.* 4 Rosella, *v. Ignorantia, num. 13. conclus.* 3. Siluester, *v. Ignorantia, q. 4. st.* 8 *dic* 0 4. *n.* 18. Aluarez, 1. 2. *disp. 158. in fine.* Rodoriquez, *par. 1. Sum. capit* 80 *concl. 11. in fine.* & alii: Et satis probabilem vocat Merolla, *tom. 1. disp. 1. capit. 2. num* 243.

264 Secundò: Coniugem, habentem copulam cum consanguineis alterius coniugis: aut Baptizantem, vel tenentem in baptismo, aut confirmatione filium communem, vel alterius coniugis, aut ipsum coniugem; non incurrere pœnā priuationis, petendi debitum, si ignorabat etiam crassè, hæc esse specialiter prohibita per legem Ecclesiasticam. Ratio est: quia, quando pœna est imposita contra scienter aliquid facientem, non sufficit ignorantia crassa, ad eam incurrendam, vt supra probatum est. At verò ea pœna priuationis debiti petendi, imposita est per Canones contra scienter id facientes: ergo ignorantia iuris ab ea excusat, etiam si crassa sit. Ita Sanchez, *lib. 9. de Matrimon. disput. 32. num.* 49. Merolla, *tom 1. disp 1. capit. 2. numer.* 244. Tancredus, *de Matrimon. lib. 9. disp. 32. num.* 23. Suarez, 3 *part. quæst. 67. art. 8. de Baptismo,* & alij.

265 Et ita dicendum est, quando adest scientia iuris, & facti, & solum ignoratur pœna priuationis debiti, illo iure statuta: nam ignorantiam cuiuscumque pœnæ extraordinariæ, & exorbitantis, excusare ab illa: quia in omnibus militat eadem ratio, consequenter dicendum est in præsenti, ignorantiam etiam crassam solius pœnæ priuationis debiti, excusare ab ea, quamuis ad sit scientia iuris, & facti: quia huiusmodi pœna, rigida, & extraordinaria est. Ita Merolla, *dic. c. 2. n.* 247. & dicūt esse probabilē Sāch. *d. disp. 32. n.* 21. & Tancred. *d. disp. n. 24. in fin.*

266 Nota, quod ignorantia crassa non excusat à qualibet pœna extraordinaria, sed tantum ab ea, quę lata est, contra scienter aliquid facientes: cuiusmodi est hæc pœna priuationis debiti: ab alijs verò non excusat, nisi fortè latę sint contra eos, qui præsumpserint, vel ausi fuerint aliquid facere, aut temerè fecerint: quia huiusmodi particulę denotāt requiri scientiam.

267 Tertiò: Ignorantiam vincibilem, etiam crassam excusare ab excommunicatione, Papæ reseruata, lata *in capit. significauit de sentent. excommun.* vbi excommunicantur Clerici, qui participant in Diuinis, cum excommunicato à Papa. Ratio est: quia lata est tantum contra scienter participātes, vt clarè patet ex textu: Quod intelligitur de excommunicatione lata ab homine, seù per sententiam; non autem de his, quę sunt à iure, vt ait Sayrus, *lib. 2. de cens. capit. 15. num. 21.* Quia loquitur textus de excommunicato per sententiam.

Ad incurrendam hanc excommunicationem, non sufficere qualemcumque participationem in Diuinis: sed requiri participationem receptatiuam, ita quod soli Clerici, qui recipiuntur ad Diuina, excommunicantur: non autem Clericus, qui intersit ibi, tamquam vnus de populo, docent Caietanus, *in sum. v. excommunicatio cap. 58* Nauarrus, *capit. 27 num. 93.* Auila, *de Cens. capit. 2. capit. 6. disp. 10. dub. 2.* & alij. Requiritur, tamen post Concilium Constantiense, vt ille sit nominatim denuntiatus excommunicatus.

268 Quartò: Ignorantia censurę inuincibilis, quę est annexa casibus Pontificis, impedit reseruationem. V. G. si quis inuincibiliter ignoret excommunicationem, aut aliam censuram, quę est annexa casibus Pontificijs, non solum excusabitur ab incursu censurę, verùm etiam casus non erit reseruatus, reseruatione illa pontificia: atque adeò poterit absolui à quocumque Confessario, habēte iurisdictionem in peccata mortalia huius rei, qui in tales casus est lapsus. Ita Henriquez, *lib. 6. Sum. capit. 18. num. 2.* Sanchez, *lib. 2. Sum. capit. 8. num. 8 num. 5. in fine.* Coninch. *de Censur. disp. 8. dub. 11.* Gaspar. Hurtad. *de Pœnit. disp. 11. diffic. 9. in fine* Trallench. *in expos. Bull. Cruciat. lib. 1. §. 7. capit. 2. dub. 1. numer. 3.* Bard. *in expos. Bull Cruc. part. 2. tract. 6. capit. 1. sect. 3. num. 27.* Diana, *part. 9. trac. 6. resolut. 13.* Extendit hoc Bard. etiam ad naturalem obliuionem, seù inuincibilem in aduertentiam.

269 Nec obstat dicere, quod si doctrina prędicta esset vera, sequeretur, vaide paucos incidere in censuras Pontificias; & indigere priuilegio Bullę, ad obtinentinendam absolutionem à criminibus, Summo Pontifici reseruatis: quia vel ignorant censuras, prędictis criminibus annexas, vel naturali obliuione, & incōsideratione illas non aduertunt. Hoc autem asserere videtur nimis durum: eneruarentur enim omnes reseruationes Pontificię: & ex eo sequeretur, quod multi, ablato timore excommunicationis, & difficultate ad obtinendam absolutionem, faciliùs inducerentur, ad talia peccata patranda.

270 At benè respondet Diana, *pa. 9. tract. 6. resolut. 16.* hoc non esse censendum nimis durum: sed potiùs valdè consonū suaui dispositioni, qua pia Mater Ecclesia regit fideles, cum nolit illos, dum nō sunt contumaces contra ipsam, puniri pœna adeò graui, qualis est censura, pręsertim excommunicationis, quæ est pœna inter spirituales, quę ab Ecclesia imponuntur, omnium maxima: proindè, quando fideles ignorant, vel naturali obliuione, & in aduertentia non apprēhendunt censuram, excusandi sunt ab eius incursu. Et quia reseruatio culpę omninò dependet ab ipsa censura: idcircò non debet esse mirum, quod quādo quis inuincibiliter censuram non aduertit, casus, qui reseruatione dependent ab ipsa censura, remanent non reseruati. Et ideò hanc opinionem docēt etiam Prepositus, *in 3. part. D. Thomæ, quæst. 1. de Cens. commun. dub. 1. num. 5.* Serra, *in secund. par. D. Thomæ, to. 2. quæst. 76. articul. 3. dub. 2.* Quintana Duenas, *tom 1 tract. 9. sing 6. num 4.* & Lugo, *in princ. Theolog moral. part. 2. capit. 4. quæst. 3. num. 33. & sequ.* qui dicunt: Ignorantiam etiam vincibilem, dummodò non sit crassa, probabiliter excusare, ne aliquis incurrat pœnas legis, v. g. excommunicationem, irregularitatem, suspēsionem, inhabilitatem ad officia, ratione simoniæ, & alias graues pœna. Vndè ex his deducitur, quod confessarii, in casibus occurrentibus, multos scrupulos euanescere facient, & consolationem Pœnitentibus afferent.

Dubi-

Dubitatur: An ignorantia iuris, vel facti vincibilis tantùm venialiter, excuset ab excommunicatione, suspensione, interdicto, irregularitate, & alijs pœnis?

271 COmmuniter Doctores, dicũt: Ignorantiam vincibilem tantùm venialiter, excusare ab excommunicatione: Quia cum hæc sit grauissima pœna, non incurritur absque lethali culpa. Dissentio verò est inter Doctores de aliis censuris, et pœnis Ecclesiasticis.

272 Prima opinio existimat: Suspensionem, interdictum, & irregularitatem ex delicto, contrahi ob solam culpam venialem. Cuius ratio est: quia hæ censuræ, ac pœnæ leuiores sunt, quam excõmunicatio minor, cum minimè priuent Sacramentorum receptione, sicut illa priuat: at excommunicatio minor incurritur ob culpam venialem: ergo ita dicendum est de istis censuris. Ita Caietanus, *in Sum. v. Suspensio in princip. & v. Interdictum, in principio, & v. Irregularitas versic. scio tamen*. Et loquentes de Suspensione, tenent Armilla, *v. Suspensio. num.* 1. Lopez, *par.* 2. *capit.* 31. *de Suspens. in princip.* Castro, *lib.* 1. *de leg. pœnal. capit.* 5. *docum.* 4. *in fine*. Corduba, *in suo qq. lib.* 2. *quæst.* 26. *vers. Neque mirandum*. Aragonius, 2. 2. *quæst* 64. *articul.* 8. *versic. Dico quarto*. Molina, *to.* 4. *de Iust. tract.* 7. *disp.* 75. *num.* 1. *& disp.* 77. *à num* 2 Megala, *part.* 3. *lib.* 3. *capit.* 2. *quæst.* 1. *nu.* 7 *& quæst.* 5. *num.* 39. Rodoriquez, *part:* 1. *Sum capit.* 175 *num* 5. irregularitate ob delictum, suspensione, & interdicto. Cuius ratio est: quia omnes hæ pœnæ sunt grauissimæ: & ideò non est credendum, piam Matrem Ecclesiam velle eas infligere ob culpam leuem, qualis est venialis. Ita Sotus, *lib.* 5 *de Iust. quæst.* 1 *artic.* 9. *versic. Idem autem* Nauarr. *capit.* 27. *Sum num.* 252. Petrus Nauarr. *lib.* 2. *de Restit. capit.* 1. *in* 2. *edit dub.* 6 *num.* 61. *versic. Colligo secundo, & in* 2. *edit. num* 69 Henriquez, *lib.* 13. *de Excommun. capit.* 34 *num.* 1. *in comment. litter. G, & lib.* 14. *de Irregular. capit.* 3. *nu.* 1. Filliucius, *tom.* 1. *tract.* 20 *capit.* 3. *num.* 58. Vilalobos, *tract.* 21, *Sum. diff.* 22. *num.* 8 *&* 14 Bannes, 2. 2. *quæst.* 64. *artic* 8. *tract. de Irregul. part.* 2. *dub.* 2. *§. Dicimus vltimo*, Aluarez, 1. 2. *disp.* 136. *num.* 11. Salonius, *d. artic* 8. *immediatè ante* 4 *conclus.* Emanuel Sà, *v. Irregularitas, vers. Ad irregularitatem ex delicto*. Hi Doctores tantum de irregularitate loquuntur. Et de omnibus censuris docent Bartolomeus Ledesma, *lib.* 5. *de Excomm. concl.* 1. Suarez, *tom* 5. *in* 3. *part. disp.* 4. *sect.* 10. *num.* 8. Sanchez, *lib.* 9 *de Matrim. disp.* 32 *num.* 29. Et de Suspensione, à iure lata, idem asserunt Henriquez, *d. capit.* 34. *nu.* 1. Rodoriquez, *part.* 1 *sum. capit.* 69 *num.* 1. *in fine*. Emanuel Sà, *v. Suspensus ab officio versic: Qui certus est*. Et de omnibus in communi Merolla, *tom.* 1. *disp.* 1. *capit.* 2 *num* 219.

273 Secunda opinio distinguit, scilicèt: Si culpa contingat, committendo, satis esse leuissimam, ad incurrendam irregularitatem: si autem omittendo desideratur, leuem. Quia culpa, in committendo, maior est, ac magis voluntaria, quam in omittendo. Ita Panormitanus, *in cap* 1. *quæsitum de pœnit. & remiss.* Couarr. *in Clement. si furiosus pa.* 5. *§.* 4. *nu.* 3. *vers: Ipse quidem*. Addit etiam Couar. Culpam leuissimam, etiam in omittendo, sufficere, quando quis mercede conductus, tenetur adhibere diligentiam, vt in eò, qui mercede curat infirmum.

274 Tertia opinio ait: Quotiès ignorantia iuris, vel facti est talis, vt Canonis transgressionem à culpa mortali excuset: excusare etiam non solum ab excõmunicatione, sed etiam ab aliis censuris, ac pœnis, ob delictum impositis, vt

275 Dixi, *de suspensione à iure lata*: quia potest Iudex ob culpam venialem suspẽdere, vt dicunt Nauarr. *capit.* 27 *sum. nu.* 159. Henriquez, Sanchez, & Merolla locis citatis. Quod intelligendum est tãtum de leui suspensione, & ad breue tempus, quæ modicum damnum honoris, & rei familiaris afferat, vt dicunt Suarez, Sanchez, & Merolla, ibidem, contra Rodoriquez, qui indistinctè ait: Ad incurrendam suspensionem, latam ab homine, sufficere culpam venialem.

An ignorantia affectata, excuset ab excõmunicatione, & aliis censuris latis, contra scienter aliquid facientes? Dub. 14.

276 NEgat prima opinio. Cuius ratio est: quia peccatum, ex ignorantia affectata commissum, grauius est, quàm si scienter admitteretur: vt docet D. Thom. 1. 2. *quæst.* 76. *artic.* 4. ergò si nõ excusantur ab iis pœnis illi, qui scienter

con-

contra eiusmodi censuras agunt; multò minus excusabuntur, qui ex ignorantia affectata id sciunt. Confirmatur, nam ignorantia affectata æquiparatur scientiæ, *cap. eos qui de tempore ordin. lib. 6.* ibi *scienter. seu affectata ignorãtia* vbi Gloss. *v. Scienter:* ergo violans legem ex ignorantia affectata, non euadit pœnas impositas, scienter aliquid facienti; Probatur consequentia, quia valet argumẽtum ab æquiparatis, etiam in odiosis, vt dicunt Doctores *in leg. 2. de legat.* 1. Alciatus alios referens. *rubr. ff. de liber & post hum. nu.* 8 Euerard. *in suis Topicis, à simili:* Et hanc sententiam docent. Glos. *Clem.* 1. *v. Scienter de consang* Franch. *cap.* 2 *nu.* 4. *de const. in* 6. D. Anton. 3 *pa. tit.* 14 *cap.* 34 *in princip.* Rossell. *v. Excõmunicatio.* 1 *cas.* 43 *nu.* 2. Siluester *Excõmunicatio* 5 *cas.* 49 *nu.* 3. *moral* 2 Graff. *pa.* 1. *decis. lib.* 4 *cap.* 9. *nu.* 38 Henriquez, *lib.* 13 *de Excõmun cap.* 23 *nu.* 3. Suarez, *to.* 5. *in* 3 *pa disp.* 4 *sect.* 10. *nu.* 1. Sanchez, *lib.* 9 *de Mat disp.* 32. *nu.* 40. Molina, *tract.* 5 *de Iust. disp.* 71. *nu.* 13. Layman, *in Theolog. moral. lib.* 1 *tract.* 5. *pa* 1. *cap.* 5. *nu.* 8. Loquuntur tantum hi Doctores de ea ignorantia affectata, qua quis eligit nescire; vt liberiùs delinquat.

277 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia verba legis pœnalis non sũt extendenda vltrà proprium significatũ sed potius restringenda, iuxta *regul odia de reg. iuris in* 6. Sed qui ex ignorantia affectata aliquid facit contra legem, verè non facit scienter: ergo non incurrit pœnam in ea lege, latam contra scienter scientes V. G. si feratur excommunicatio cõtra scienter comedẽtes carnes vigilijs Sanctorum: & aliquis ex proposito eligit nescire, quando sunt huiusmodi vigiliæ, vt liberius, & absque conscientiæ remorsu carnes comedat; non incurrere excommunicationem, postea comedendo carnes, cùm aduenerint vigiliæ: quia tunc non scienter, sed ignoranter comedit: nescit tunc esse vigilias, vt supponimus Tum, quia minor est ignorantia affectata, quam scientia, *cap. cum in habitio de cland. despons.* ibi, *vel saltem affectatores ignorantia*. quod verbum (*saltem*) denotat diminutionem *cap. pen. de donat. inter vir & vxor.* Sed dispositio pœnalis, non debet extendi de maiori, ad minus, *l. si vxor. in princip ff. ad l. Iulia de adult.* Ita Sanchez, tacitè se retractans. *lib.* 2. *sum. cap.* 10. *nu.* 38. Duard. *in Bull. Cena lib.* 2 *quæst.* 36. *nu.* 3. Bonacina, *de Cens disp.* 2. *quæst.* 5 *pu.* 4. *nu.* 9 Filliucius, *to.* 2. *tract.* 22 *cap.* 7. *nu.* 205. Merolla, *to.* 1. *disp.* 1. *cap.* 2. *nu.* 646 & alij.

An peccata, ex ignorantia vincibili commissa, sint eiusdem speciei moralis, cum peccatis scienter admissis? dub. 18.

278 Affirmatiuè respondet communis opinio. Cuius ratio est: quia cum eadem sit operatio, facta ex ignorantia, vel ex scientia, & in vtraque sit sufficiens ratio voluntarij; sequitur, eamdem esse malitiam, siuè ex ignorantia, siuè scienter fiat: quoniam ignorantia, in his operationibus, non mutat substantiam actus quam malitia primariò consequitur. Cõfirmatur: nam si quis, ignorantia vincibili, occidit hominem, fit irregularis ergo peccat peccato homicidii, cum irregularitas est imposita Ita Tamborinus: 1. *Opuscul. lib.* 2. § 14. *nu* 85 Medina, 1. 2. *quæst.* 76. *art. vlt.* Azorius, *pa.* 1 *lib.* 1. *cap.* 14. *quæst.* 8. & 10 Vasquez, 1 2. *disp.* 101. *cap.* 5. & 6. Suarez, *to.* 4. *in* 3. *part. disp* 22. *sect.* 4. *nu.* 14 Valentia, 1. 2. *disp.* 6. *quæst* 6. *pu.* 3. Nauar. *in cap. consid ret nu.* 67. *de pœnit. dist.* 5. Curiel. 1. 2. *quæst* 76 *art* 4 *dub.* 2. §. 3 Sayrus, *in Clau Reg. lib.* 2. *cap* 9. *à nu.* 38 Herrera, *in* 2 *disp.* 35. *quæst* 23. Sanchez, *lib.* 1 *summ cap.* 17. *nu.* 14. Merolla, *to.* 1. *disp.* 1. *cap* 2 *dub.* 18 661 & alij.

279 Limitat hanc sententiam Merolla, *nu.* 662. nisi scientia, seu cognitio, sit conditio requisita ex parte obiecti formalis, specificãtis peccatũ: tũc enim peccatũ, ex ignorãtia vincibili cõmissum, esset diuersæ speciei ab eo, quod scienter admitteretur. Ratio est: quia esset diuersum obiectum formale specificans.

280 Vndè peccatum erroris contra fidẽ, ignorantia culpabili commissum, non esse in specie hæresis, cuius esset, si scienter admitteretur, ait Merolla *nu* 662. Et ita dicit de peccatis, quæ ex ignorantia vincibili committuntur, contra leges, prohibentes aliquid, non simpliciter, sed nè scienter fiat Et ita dicendum est de peccato mendacii: si quis enim, ignorantia vincibili, dicit aliquid, quod putat esse verum, cùm tamen à parte rei sit falsum, non dicitur propriè mentiri: quia Mendacium consistit in eo, quod quis verba proferat, non consona menti. Vnde Mendacium nominatur ex eo,

quod contra mentem dicitur, vt ait D. Thomas, 2.2. *quæst.* 110. *art.* 1. *in corpore.* Hinc fit: si testis, ex ignorantia etiam vincibili, deponat falsum in iudicio, cũ iuramento; quod tamen putat esse verũ; eum non dici mentiri, vel esse periuriũ ac proinde excusari ab excommunicatione, & aliis pœnis, impositis contra mentientes in iudicio, seu periuros, vt ait Iul. Clar. *lib.* 5. *sent.* §. *Periurium. vers. Excusari autem,*

Dubitatur: *An ignorantia vincibilis habeat specialem malitiam moralem; ita vt, cum quis ex ignorantia vincibili peccat, incidat in duo peccata, vel saltem in vnum, habens duas malitias; vnam propriam ignorantiæ, & alteram illius peccati, quod ex ignorantia committit?*

281 Respondeo, quod si loquamur de ignorantia vincibili præceptorum humanorum, prima opinio affirmat. Cuius ratio est: quia, qui ex ignorantia vincibili iuris humani, incidit in aliquod peccatum contra illud, non solum peccat contra præceptum, aut virturem, cui opponitur illud peccatum; sed etiam contra virtutem studiositatis: ergo in peccato ipsius sunt duæ malitiæ distinctæ, & consequenter illa ignorantia vincibilis, erit speciale peccatum. ita Almain, *tract.* 1. *moral. cap.* 5. *proposit.* 2. Cordub. *in qq quæst.* 6. *&* 21. *in fine* Rodoriquez, *pa.* 1. *sum. cap* 23. *conclus.* 7.

282 Secunda opinio ait, ignorantiam vincibilem præceptorum humanorum non esse speciale peccatum, sed multiplex, & multiplici præcepto, & virtuti oppositum, scilicèt, illi præcepto, cuius est transgressio, aut transgressionis periculum ex illa ignorantia, & illi virtuti, ad quam obseruatio illius præcepti pertinet. Vt vincibilis ignorantia præcepti ieiunii, est peccatum; præcepto ieiunij, & virtuti abstinentiæ oppositum. Et idem dicendum est de ignorantia vincibili diei ieiunij. Ex quo fit, ignorantiam vincibilem, tàm iuris humani, quàm facti, non esse speciale peccatum, distinctum ab eo, quod ex ea sequitur. v. g. si ignorat aliquis vincibiliter præceptum, obligans ad ieiunandum hodiè, quamuis peccet, non solum non ieiunando, sed etiam ignorando; non tamen committit duo peccata; neque vnum, habens duas malitias; sed vnum, habens tantum vnam malitiam intemperantiæ. Ratio huius sententiæ est, quia cognitio præceptorum humanorum præcipitur, non propter se, sed in ordine ad eorum obseruationem: vnusquisque enim ideò tenetur scire præceptum ieiunii, & dies quãdo obligat, quia tenetur ieiunare; quare illa scientia præcepti ieiunij, non est debita propter se, aut peculiari aliquo præcepto, ex motiuo specialis virtutis, obligante primò ad habendam eam; sed solum est debita quasi consequenter, hoc est, propter actum, ad quem ordinatur immediatè, idest, propter ieiuniũm, & ex præcepto, obligante primò ad eum actum, & consequenter ad ipsum, tamquam ad medium necessarium ad exequtionem actus, & sic ex motiuo eiusdem virtutis, nempè temperantiæ: quia ieiunium est in præcepto: Sicut, quamvis sit præceptum Diuinum naturale de contritione habenda, ante quam quis ministret Sacramentum; nihilominus, si quis non contritus illud administret, non committit duo peccata mortalia, alterum omissionis contritionis, alterũ sacrilegæ administrationis sacramenti. Ratio est eadem: quia tunc obligatio, ad habendam contritionem, non oritur ex præcepto contritionis, sed ab eodem præcepto, quo tenemur, sanctè ministrare Sacramenta: Ita Vasquez, 1.2. *disp.* 119. *cap.* 2. Sanchez, *lib.* 1. *Sum. cap.* 17. *nu.* 11. Aluarez, 1.2. *disp.* 162. *nu.* 2. *&* 3. Filliuc. *to.* 2. *tract.* 21. *cap.* 10. *nu.* 365. Layman, *in Theolog. moral. tract.* 2. *cap.* 4. *nu.* 10. Curiel. 1.2. *quæst.* 76 *art.* 2. *dub.* 2. § 3. Merolla, *to.* 1. *disp.* 1. *cap.* 2. *nu.* 679 & alij.

283 Ex his deducitur, eum, qui ex negligentia mortaliter culpabili, non curat scire præcepta Ecclesiastica, & dies quãdo obligant. v. g. preceptum audiendi Missam, & dies festiuos, præceptum ieiunandi, & vigilias, in quibus ieiunare quis tenetur, obligari ad hanc negligẽtiam, seu ignorantiam confitendam; quamuis actu ea præcepta non trasgreditur. Ratio est: quia in illa præcepta deliquit, non curando eorum scientiam acquirere, ad quam tenebatur, & ob id, periculo illa transgrediendi se exposuit. Sicut qui culpabiliter exponit se periculo admittendi aliquod peccatum mortale, tenetur illud periculum peccati

cati confiteri; quamuis de facto id non commiserit. Ita Azorius, *par. 1. lib. 1. cap. 12. quæst* 5. Zumel, *1. 2. quæst 76. articul. 2. disp 2. post 3. dictum in solut. ad 2.* Sanch. *lib. 1. Sum capit. 17 num. 12* Aluarez, 1. 2. *disp. 162. num. 4.* Merolla, *to. 1. disp. 1. cap. 2. num* 683. & alij.

284 Quod si facto, huiusmodi vincibiliter ignorans Ecclesię precepta, ea träsgressus fuerit, omittendo Missam diebus festis, vel non ieiunando in vigilijs, non dicetur committere duo peccata mortalia, videlicet, Vnum, quia sic ignorãdo, exposuit se periculo omittendi Missam, vel non ieiunandi: Alterum omissionis Missę, vel fractionis ieiunij: sed vnum tantum peccatum violationis ieiunij, vel omissionis Missę admittet: quare sufficiet dicere in confessione: Omisi Missam in die festo, & non ieiunaui in uigilia. Ratio est: quia illa obligatio adhibendi diligentiam, ad sciendum huiusmodi pręcepta, & dies, quando obligant, & per cõsequens nõ exponendi se periculo omittendi missam, & non ieiunandi, non oritur per se ex aliquo alio speciali pręcepto: sed ex eodem precepto, quod pręcipitur, esse ieiunandum in uigilijs, & esse audiendum Missam in diebus festis: quia illud non exponere se periculo pręcepti violandi, vel adhibere eam diligentiam, non pręcipitur propter se, sed quasi consequenter, & tamquam medium ad obseruationem pręcepti: & per consequens si quis exponit se periculo violandi precepti, non adhibendo diligentiam debitam, non committit peccatum distinctum ab ipsa actuali transgressione pręcepti; sed comparatur ad illam, tanquam peccatum internum ad externum, in quo consummatur: nam eò ipso, quod culpabiliter vult ignorare pręceptum, vel exponere se periculo violandi pręcepti, consequenter virtualiter, habet voluntatem transgrediendi pręceptum; vult enim illam transgressionem in causa: quare si de facto non seruat præceptum, sufficiet dicere in confessione: Non audiui Missam, vel non ieiunaui: quia simul explicata manet voluntas illa violandi hęc pręcepta Ita Vasquez, *1. 2. disp. 119. capit. 2.* Curiel, *quæst 76. articul. 2. dub. 2. §. 2. & 3. versic. secundo sequitur:* Merolla, *tom. 1. disp. 1. capit. 2. num* 684. & alij.

Quid dicendum de ignorantia vincibili præceptorum Decalogi, An scilicè sit speciale peccatum? Et quid de ignorantia vincibili misteriorum, seu articulorum fidei, dicam, *in lib. 2. tract. 1. capit. 2 dub. 2. à num. 13. vsque ad num. 23. inclusiue.*

DE SEPTEM VITIIS CAPITALIBVS quæ vulgò septem peccata mortalia appellantur. Cap. IV.

Nota prius, quod septem sunt vitia capitalia Et appellantur Capitalia, quia ab his omnia mortalia oriuntur, vt ait D. Thomas, *2. 2. qu. 16. artic.* 8. & communiter. Non autem hæ septem vitia, sunt omnia peccata mortalia: sed tantum appellantur vitia capitalia, quatenùs sunt radices multorum mortalium. Sic Fernandez, *par. 4. capit. 2. §. 1. num. 2. & 3.* Nauarr. *capit. 27. sum. num. 2.* & alij.

DE SVPERBIA, ET FILIIS eius.

Quid est Superbia? Dub. 1.

1 Vt ait Fernandez, *part. 4. capit. 1. § 2. num. 1.* Superbia, est inordinatus amor propriæ excellentiæ.

2 Vnde dicitur Superbia? A super, & volo: quasi superbus velit esse super id, quod est, contra rationis regulam. Sic Toletus, *de sept. peccat. mortal. cap. 3. nu.* 5. Vndè Superbia non patitur sibi æqualem

lem, & ideò vult omnibus excellere: Si igitur videt aliquem sibi æqualem, maximè dolet: Et ex hoc dolore nascitur inuidia: Inuidus facillimè irascitur ei cui inuidet, & ideò inuidia parit iram. Ita quærit vindictam, & dum se vendicare nequit, tristatur, & hæc tristitia vocatur accidia: Hæc quia in bonis exterioribus consolationem quærit, parit auaritiam: Hæc quia temporalibus abundat diuitiis, causat gulam, & ventris ingluuiem. Gulosus verò, propter ventris rebellionem, facillimè spumat in libidinē, id circò parit luxuriam: & ex his omnibus, omnia alia oriuntur peccata, & proinde capitalia vocantur, quia aliorum sunt caput, & causa: sic Sayrus, *in Clau. Reg. lib secund capit.* 14. Molfesius, *tom.* 1. *sum. capit.* 18. *num* 14 & alij. Superbia, ex genere suo, peccatum mortale est: fit autem veniale, ratione paruitatis materiæ.

Quid est Vanagloria? Dub. 2.

3 VT Layman, *in Theolog. moral lib.* 3. *sect.* 3. *num.* 12. Vanagloria est inordinatus appetitus humanæ extimationis.

4 Ex genere suo Vanagloria, peccatum veniale est: quia per hoc vitium, intra suos terminos contentum, non grauis Deo, aut proximo irrogatur offensa. Ita Fernandez, *par* 4 *capit secund num.* 6. D. Thomas, 2. 2. *quæst* 132. *nu secund* & alij. Vndè facere opera sancta, ad honorem Dei solummodò ordinata, principaliùs ad laudem propriam, erit tantum veniale peccatum: v. g missas celebrare, concionare, & alia. Sic Fernandez, *par.* 4. *cap. secund* § *secund num.* 10 Nauarr. *cap.* 23. *num* 13. & alij.

Filij vanagloriæ nouem sunt, scillicèt, Iactantia, Hypocrisis Comtemptio, Pertinacia, Inuentio nouitatum, Curiositas, Inobedientia, Præsumptio, & Ambitio.

Quid est Iactantia? Dub. 3.

5 VT ait Fernandez, num. 7. Iactantia est declaratio inordinata propriæ excellentiæ, per verba. Differt iactantia, à superbia, & Vanagloria: quia iactantia est ipsa manifestatio, quam, quis de se facit. Superbia verò, est appetitus excellentiæ. Vanagloria verò, est appetitus manifestationis.

An consensus in iactantiam, seù in inanem gloriam, qua quis de aliquo opere, siuè bono, siue malo se iactat, vel iactari permittit, sit peccatum, & quale? Dub. 4.

6 COmmuniter dicunt, si iactantia, & inanis gloria sit de aliquo bono opere, est sola culpa venialis. Immò res quantumcumque sacras, principaliter ob inanem gloriam efficere; vt sacramenta ministrare, vel recipere, sacrum celebrare, non excedit culpam venialē. Ita Siluester, *v. Vanagloria, quæst.* 2. Nauarr. *capit.* 23. *Summ. num* 13. *& de Horis Canon. capit.* 21. *quæst.* 5. *num.* 12. Petrus Nauarrus, *lib secund. de Restit. capit* 4 *nu.* 60. *in* 1. *edit.* Henriquez, *lib.* 4. *de pœnit. capit.* 36. *num.* 4 *in comment. litt.* R, *& litt.* L, Sanchez, *lib,* 1. *Summ. capit.* 3. *num.* 1. Merolla, *tom* 1. *disp secund. capit.* 4. *dub.* 12. *num.* 321. & alij.

7 Limitatur hæc conclusio: Nisi laus illa, in damnum tertij cederet: Vt si quis se, vel alium falsò magnum Medicum, aut Aduocatum laudet, vndè alijs damnum notabile consurgit, peccat mortaliter contra iustitiam, & ad restitutionem tenetur: quia iniustè causa illius damni est. Ita Diuus Thomas, ab omnibus receptus, 2. 2. *quæstion.* 112 *articul. secund.* vbi Caietanus. Immò, qui falsò laudatus, aduertens aliquod notabile damnum, indè oriturum, si non contradicat: si non contradicit, saltem quantùm oportet ad illi obuiandum, peccat mortaliter. Sic Nauarrus, *capit.* 23. *num.* 13. Sanchez, *lib.* 1. *Sum. capit.* 3. *num.* 3. & Merolla, *tom. pri. disp secund. capit:* 4. *dub.* 12. *num.* 322.

8 Et quamuis iactantia de peccato veniali, sit tantùm venialis: tamen laudare se, vel alium de aliquo peccato mortali, semper est mortale: Et hoc verum est, siuè verè, siuè falsò, de illo peccato mortali, se, vel alium laudet. Ita Caietanus, 2. 2. *quæst* 112. *artic secund & in Sum. v. Iactantia, & verbo. Gloria inanis* Siluester, *v. Vanagloria, quæst secund. & v. Iactantia num.* 1. vbi Angelus, *num.* 1. Nauarrus, *capit.* 23. *Sum capit.* 23. *numer.* 13 Lesius, *lib. secund. capit.* 47 *dub.* 6. *num.* 42. Sanch. *lib.* 1. *Sum. cap.* 3. *n.* 4. Merol. *to.* 1. *disp.* 2. *cap.* 4. *nu.* 323. & alij: quia videtur grauis inordinatio, assumere offensam Dei mortalē, tamquam medium, ad humanam gloriam comparandam.

Oo Aduer-

chez, *dict. capit.* 17 *num.* 17. Duardus, *in explic. bull. cœnæ lib.* 1. *capit.* 2 *quæst* 5. *nu.* Bonacina, *de peccat. quæst.* 8 *pun.* 3 *num.* 26. Merolla, *tom.* 1. *disp.* 1. *cap.* 2. *dub.* 6. *nu.* 90. & alii.

An ignorantia vincibilis excuset à peccato, vel saltem illud minuat?
Dub. 16.

246 D. Thomas, ab omnibus receptus, *in* 1. 2. *quæst.* 76. *artic.* 3. ait ignorantia vincibilis, saltem regulariter, non excusat omninò actum à culpa: & ita dicit de inaduertentia, & obliuione vincibili. Et ratio est, quia quod ignorantia vincibili fit, est voluntarium, quamuis indirectè, ergo est peccatum, si supponatur esse prohibitum. Et hoc verum est, siuè ignorantia sit iuris, siuè facti.

247 Dixi, *saltem regulariter*: nam videtur aliquando dari casum, quod ignorantia vincibilis excusat omninò à peccato: v. g. si lex humana prohibeat aliquid, quod non est intrinsicè malum: non tamen id prohibeat simpliciter, sed nè sciēter fiat: tunc, si quis ex ignorantia vincibili etiā crassa, illud faciat, excusari videtur omninò à culpa, & consequenter à pœna, quæ esset imposita ob talem culpam. Patet, nam aliàs in ea lege, frustra addita esset illa particula, *Scienter.* Idem dicendum est, quando lex præcipit, nè aliquis præsumat, vel audeat aliquid facere, quod aliàs nō est intrinsicè malum: nam hæ particulæ æquiualent scientiæ, vt cōmunitèr dicunt.

248 Et quamuis, in casu posito, sciens, ignorantia vincibili, id, quod lex prohibet, nè scienter fiat, non peccat directè contra legem, peccato eiusdem speciei cum eo, quod admitteret, si scienter id efficeret, & hac ratione non incurrat pœnam legis: nihilominus non excusatur omninò à peccato: quia saltem peccat, vincibiliter ignorando: implicat enim, quod ignorantia sit vincibilis, & non sit culpabilis, & hoc maximè verum est, quando est ignorantia iuris. Et consequenter etiam peccat, cum ea ignorantia culpabili operando: Hoc autem peccatum est in specie, incautæ, seù temerariæ operationis, & reductiuè est contra eamdem virtutem, & idem præceptum, contra quæ esset, si scienter admissum fuisset. An verò hoc ignorantiæ peccatum, sit speciale peccatum contra specialem virtutem, dicemus, *in dub.* 19. *numer.* 81.

249 Ignorantia verò vincibilis, minuit culpam, reddens illam leuiorem, quam si scienter admissa esset. Ratio est, quia minuit voluntarium: at peccatum, in tātum est peccatum, in quantum est volūtarium. Sic D. Thomas, *d. quæst.* 76. *artic.* 4. communiter receptus: qui omnes hāc conclusionem de ignorantia vincibili, etiam crassa, admittunt: dummodo quod non sit affectata: quia de affectata est cōtrouersia inter Doctores.

250 Nam aliqui dicunt, ignorantiam affectatam non minuere, sed potius agrauare peccatum. Sic Nauar *in capit. consideret, num.* 87 *de pœnit. dist.* 5. Sayrus, *in Clau. Reg. lib.* 2. *capit.* 9 *num.* 33. Almain *tract.* 1. *moral. cap.* 5 *proposit.* 2. Beccanus *tom.* 2. *tract.* 2. *cap.* 4. *num.* 5. & videtur sententia D. Thomæ, 1. 2. *quæst.* 76. *articul.* 4 vbi expressè ait, hanc ignorantiam augere culpam.

251 Aliqui verò dicunt, minuere peccatū hanc ignorantiam: quia minuit ratione voluntarii: nam quod per ignorantiam affectatam fit, est voluntarium tantum indirectè, & in causa: quod verò fit scienter, est voluntarium in se, ac directè. Sic D. Bonauentura, *in* 2. *d.* 22. *part.* 2. *articul.* 1. *quæst.* 3. Curiel. 1. 2. *quæst.* 76. *articul.* 4. *dub.* 1. § 3. & videtur tenere Valent. 1. 2. *disp.* 6. *quæst.* 6. *pun.* 3. & Clarius, *disp.* 2. *qu.* 1. *pun.* 6 *quæstiunc.* 3. *in resp. ad* 4. *argum.*

252 Aliqui verò melius distingunt. Scilicèt, si ignorantia affectata sit ad liberiùs, & absque conscientiæ remorsu peccandi finem, non minuit, sed auget peccatum, & ita grauius est, quam scienter admissum. Si verò ignorantia affectetur tantum ex tedio addiscendi, vel ob aliquem finem bonum, v. g. vt eius culpa leuior sit, nec ita præceptum trāsgrediendum cōtemnat, minuit culpam. Ratio prioris est, quia ea voluntas continet maiorem præcepti contemptum: videtur enim esse contemptus, quasi in actu signato, vt cōstat ex illis verbis impiorum. Iob. 2. *Recede à nobis, & scientiam viarum tuarum nolumus.* Quod obseruat ibi D. Gregor. *lib.* 15. *moral. cap.* 25. Ratio posterioris est, quia tunc ignorare affectās non magis legem contemnit. Quoniam ignorantia in isto casu, nō prouenit ex maiori affectu ad peccatū: non enim est volita propter ipsum peccatum, sed potius ad vetandum peccatum,

catum, aut maiorem grauitatem peccati, vel laborem: & ex alia parte tollit cognitionem, quæ requiritur ad voluntarium: ergo simpliciter, & absolutè minuit voluntarium, & consequenter peccatum. Ita Corduba *in qq. lib. 2. quæst.* 10. Zumel 1. 2 *quæst. 76. art. 4 disp.* 2. Curiel, *ibidem dub. 1 §. 3* Salas, *quæst. 6. art. 8. tract 3. disp. 4. sect. 4. nu.* 40. Sanchez, *lib. 1. Sum. cap. 17. nu* 5. Merolla, *to. 1. disp. 1. cap. 2. nu.* 116. & alii Nisi ille affectans ignorãtiã, exponeretur periculo admittẽdi alia crimina: tunc enim non tantum esset grauius peccatum, sed etiam mutaret speciem, iuxtà diuersitatem specificam peccatorum, quibus admittendi periculo se exposuit. Ita Sanchez, & Merolla.

253 Immò ignorantia vincibilis, aliquando, ita minuit peccatum, quod facit, vt non sit mortale: & tunc dicitur, ignorantiam vincibilẽ excusare à mortali, quando ita minuit rationem voluntarii indirecti, vt minuat etiam grauitatem peccati vsquè ad non mortale: Sicut modica quantitas in furto, minuit vsquè ad veniale. Dicitur ignorantia vincibilis minuere voluntarium vsque ad hunc gradum, quando est adeò imperfecta ratio voluntarii, vt solum ex leui negligentia oriatur: potest enim dari casus, quod aliquis non adhibeat totam omninò diligentiam, quam tenetur adhibere, ad ignorantiam superandam; sed committat leuem negligentiam: & tunc excusabitur à mortali, propter paruitatem in negligentia, & quia ratio voluntarii indirecti est satis diminuta. Et hoc verum est, etiam si quis scienter eam leuem negligentiam committeret. V.G. si quis in uenatione volens occidere Ceruum, qui est secùs viam publicam, adhibeat priùs diligentiam, vt sciat, An aliquis transeat per viam, non tamen omninò tantam, quãtam debet, sed mittat modicam, etiam scienter: si deindè proiiciens saggittam vt occidat Ceruum, prætèr intentionem, occidat hominem transeuntem, non peccat, nisi venialiter. Quia illa hominis occisio, videtur quasi causalis, nam parum pro nihilo reputatur. ita Siluest. verb. Periurium. *q. 1. vers.* Quando iuratur. Nauar. *cap* 12. *sum. nu.* 7. Valent. 1. 2. *disp 6. quæst 6. pu. 3. vers. sequitur exhi 1.* Suarez, *to. 3. in 3. pa. disp.* 82. *sect. 3. vers. Secũdo dubitari solet.* Sãchez *lib. 1. sum, cap.* 17. *nu.* 17. Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 2 cap. 2. nu.* 22. Auila, *de Cens. pa. 2. cap. 5. disp. 5 dub.* 8. Meroll. *to. 1. disp. 1. cap. 2. dub. 8. nu.* 162 & alii. commun iter. Limita, nisi fortè ille probabiliter crederet, aut dubitaret, quod si adhiberet illam aliam modicam diligentiam, euitaretur homicidium, sic Merolla, & alii.

Dubitatur: An ignorantia vincibilis, seù crassa, quæ minuit peccatum, seù culpam, minuat etiam pœnam, à lege impositam ob talem culpam?

254 Affirmatiuè respondent communiter Iuristę, qui dicunt: Ad incurrendam pœnam ordinariam, pro aliquo delicto, à lege impositam, requiri dolũ, vt probat Iul. Clar. *lib.* 5 *§. final quæst.* 84. At qui ex ignorantia crassa contra legẽ facit, non dicitur dolo facere. Hinc fit, occidentem hominem ignoranter, non puniri pœna ordinaria homicidii, & sic pœna mortis; sed mitiori, & extra ordinaria, etiam si ignorantia culpabilis, & crassa fuerit, ita Boet. *tit. de Defens. meorum nu* 68. Cepolla, *Cons. crimin.* 37. *col.* 1. Com. *in l. actionibus ff. de il lit. iuram.* Afflictus, *in Rubric. de homicid. pun. antè const. terminum vitæ.* Maranta, *in Speculo dist.* 1. *nu* 77 Iul. Clar. *lib.* 5. *§ Homicidium in princip.* & alii commun iter.

255 Canonistę verò, & Theologi negatiuè respondent, qui omnes communiter asserunt: Ad incurrendam pœnam excommunicationis, pro aliquo delicto statutum, sufficere ignorantiam crassam, vt expressè habetur in *cap. vt animarum. de constit. in 6.*

An quęlibet ignorantia iuris, vel facti, mortaliter vincibilis, satis sit ad incurrendas censuras, & alias pœnas Ecclesiasticas? Dub. 16.

256 Auila, *de Cens. pa. 2. cap. 5. dub. 8. concl. 2.* Sotus, *dist. 28. quæst. 1. art. 2. vers. ex his primum.* Graffius, *pa. 1. Decis. lib. 4. cap. 9. nu.* 20. & alii absolutè dicunt

Nn

fec. Suar. *t.* 5. *in* 3. *p disp.* 4 *sect.* 8. *n.* 20. Tole. *lib* 1. *Sum. c.* 8 *vers. Aduerte versus in fin.* Vgol. *de Censf. tab.* 1. *c.* 9 *§.* 8: *nu:* 10. Graff: to 1. *Decis. lib.* 4. *capit.* 9. *num.* 16. Sanchez, *lib.* 9. *de Matrim disp.* 32. *num.* 9. Valentia, *par.* 3. *disp.* 7. *quast.* 17. *pun.* 7. Herrera, *in secund. disp.* 35. *quast.* 21. Salas, 1. 2. *tract.* 13. *disp.* 8 *sect.* 10. Molina, *tom* 4. *de iust. tract.* 5. *disp.* 71. *num.* 9. Merolla, *to.* 1. *disp.* 1. *cap secund. num.* 40. & alii.

218 Limitatur secundo ab aliquibus: vt id, quod diximus de excommunicatione, verum tantùm sit, de pœna excommunicationis, lata ab Episcopo: non tamèn, quando lata est à iure communi, seù à Pontifice. Ita Salas, 1. 2 *tract.* 13. *disp.* 8 *sect.* 10. *num.* 77 Rosella *v. Ignorantia nu.* 13. Vgolin. *de Censf. dict.* §. 8. *n.* 10 Cordub. *quast lib. secund. quast.* 27. *in principio.* D. Antonin. 3. *pa. tit.* 24 *cap.* 75. *in fi.* & alii.

219 Neque hanc limitationem probant Siluester, Sotus, Nauarrus, Azorius, Henriquez, Suarez, Graffius, Sanchez, Merolla, num. 217. alligati: quia ratio adducta in dicto numero, generalitèr probat de pœna, imposita per quamcumque legem positiuam, siuè Episcopalem, siuè Pontificiam.

220 Quæ verò dicta sunt de Excommunicatione, dicenda sunt etiam de Suspensione, & Interdicto; ab his enim penis, proptèr rationes supra assignatas, excusat ignorantia inuincibilis iuris, eā imponentis; quamuis impositæ sint pro facto, iure naturali damnato: siuè statutæ sint Constitutione Episcopali, siuè Pontificia. Ita contrà Auilam, *de Censf. part. secund. capit.* 5. *disp.* 5 *dub.* 10 *conclus. secund* & alios, Bonacina, *de Censf. disp.* 1. *quast. secund pun.* 1. *num.* 7. Filliucius, *de Censf. capit.* 8 *quast.* 10 *num.* 253. Vasquez *de Excommun. dub.* 16. *num.* 6. Sanchez, *lib.* 9. *de Matrim disp.* 32 *num.* 18. Nauarr. *capit* 27. *Sum.* 47. Suarez, *tom.* 5. *in* 3. *par. disp.* 4 *sect.* 8. *à n.* 20. Merolla, *to.* 1. *disp.* 1. *cap. sec. n.* 47. Diana, *p.* 3 *trac.* 6. *Resol.* 41. & alii.

221 Et ità dicendum est de Irregularitate, quæ imposita est in puram pœnam delicti: quia militat eadem ratio, quod, scilicèt, pœna non incurratur absque culpa. Hinc fit, Excommunicatum celebrantem non fieri irregularem, si inuincibiliter ignorat ius, eam irregularitatem imponens. Et hoc, quod dicimus de ignorantia inuincibili iuris, dicendum est etiam de inaduertentia, & obliuione inuincibili. Ita docent contrà Azor. *p.* 1. *lib. p. cap.* 15. *q.* 7. *Suar. to.* 5. *in* 3. *p. disp.* 40. *sect.* 5. *n.* 10 & alios, Nauarr. *cap.* 23. *sum. n.* 47, Reginald. *to.* 3. *lib.* 30. *cap.* 1. *n.* 15. Peregrinus, *de duell. quastion. octau. num decim octau.* Reginaldus, *tom. tert. lib. trigesim. capit. prim. numero decimo quinto* Bonacina, *de Censf. disputat. prima quastion secund. pun. prim. numero duodecimo* Merolla, *tom pr. disp. pr. capit. sec. num.* 48 Castrus Palaus, *to. p. oper. moral. tract secund. disp. p. pun.* 18 *num.* 6. Diana, *p.* 3. *tract.* 6. *resol.* 41. & *p.* 4. *tract.* 2. *resol.* 85. Coninc. *de Sacra disp* 18. *dub.* 4 *n.* 3. Portel. *in dub. regul. v. Ignorantia, num.* 19. & alii.

222 Dixi, Irregularitatem, quæ imposita est, vt pura pœna delicti, non incurri ab ignorante inuincibiliter iuris, eam imponentis: nam secus dicendum est de aliis Irregularitatibus, quæ non sunt impositæ, vt pœna delicti, vt est Irregularitas, quæ oritur ex bigamia, ex defectu natalium, aut ex defectu lenitatis.

Quid dicendum de Irregularitate homicidii, An ignorantia excuset ab illius incursione? Castrus Palaus, *tom.* 6. *disp.* 6. *pun.* 6. *num.* 3. ait, quod si probabilitèr ignores Irregularitatem delicto esse annexam, tamensi scias Ecclesiastica lege esse prohibitum, ab Irregularitate excuseris. Vnde secundum hanc opinionem, homicidam ignorantem suo facto Irregularitatem annexam esse, illam non incurrere.

223 Sed hec opinio habet magnam difficultatem, video enim esse contra communem sententiam Doctorum, & contra praxim: vnde contrariam sententiam tenendam esse puto, quam docent Diana, *p.* 9 *tract.* 7. *resol.* 19. Merol. *to.* 1. *disp* 1. *capit secund. num.* 49. & alii cōmunitèr.

224 Secundò deducitur; dum in noua constitutione reseruatur absolutio alicuius peccati, in odium illius, vt fecit Sixtus V. contrà male promotos ad ordines: ignorantem inuincibiliter eam constitutionem, non incurrere hanc reseruationem, quamuis se peccare cognoscat: quia ea reseruatio est pœna statuta per eam cōstitutionem in odium delinquentis: at verò hic ignorans nòn deliquit contra illam constitutionem: quia inuincibiliter eam ignorat, sed solum contrà leges antiquiores: siuè sit lex diuina naturalis, vt si promotus sit ad ordines Simoniacè: siuè Ecclesiastica, vt si ordinatus sit antè ętatem, vel extra tempora, à iure statuta: ergo solùm incurrit

currit pœnas legum antiquarum, non autem pœnam impositam per legem nouam. Et ita dicendum est de constitutione Gregorii XIII. de datis, & promissis pro gratia, vel iustitia obtinenda: vbi statuit Pontifex, vt nihil omninò detur, vel promittatur pro gratia, vel iustitia obtinenda, & qui secùs fecerit, non posset absolui ante talem satisfationem. Ita Molina, *to. 1. de iust. tract. secund. disput 92.* Sanchez, *lib. 9. de Matrimon. disp 72. num.* 18. Merolla, *tom. 1. disput. 1. capit. secund. num.* 80. Bardis. *in explicat. Bull. Cruciat. part. secund. tract. 6. capit. 1. sect. 6. nu.* 48. & alii.

225 Tertiò, ignorantia inuincibilis iuris, statuentis pœnam priuationis debiti, excusat ab ea coniugem, qui cum suo coniuge affinitatem, vel cognationem contraxit. Exempli gratia, vt si nesciebat coniux, esse specialiter prohibitum per legem Ecclesiasticam, accessum cum alterius coniugis consanguineis: vel baptizare, aut tenere in baptismo, vel confirmatione filium communem, vel alterius coniugis: aut ipsum coniugem. Probatur ex supradictis: quia ignorantia inuincibilis iuris excusat à pœna, eo iure imposita: etiam si factum sit alioquin iure naturali damnatum, vt supra probatum est. Sed pœna priuationis debiti, imposita est per legem Ecclesiasticam: ergo non incurritur ab ignorante inuincibiliter eam legem: quia non deliquit contra illam. Ita Nauarrus, *capit. 16. sum. num. 34.* Suarez, *tom. 3. in 3. part. quæst. 67. num. 8. §. maius verò dubium est.* Henriquez, *lib. secund. de Sacrament. Baptism. capit. 18. in fine, & lib. undec. de Matrim. capit. 15. num. 11.* Sanchez, *lib. 9. de Matrim. disput. 32. nu.* 49. Rosella, *v. impedimentum 6. num. 6.* Merolla, *tom. 1. disp. 1. capit. 2. numer* 59. Philiarchus, *de offic Sacerd. tom. 1. part. 2. lib. 2. capit. 11. ad finem.* Graff. *part. 1. decis. lib. 2. capit 83. in fine.* Ludouicus Lopez, *part p. capit 83. § præterea.* Rodoriquez, *to p sum. secund. edit. capit. 243. num.* 10. Paludanus, *in 4. dist. 42. quæst. 1. articul. 3. conclus. 2.* Diana, *part. 3. tractat. 5. resolut. 12. & part 9 tract. 7. resolut.* 19. Pontius, *de Matrim lib. 10. capit 6. num.* 19. Portella, *in addit. ad dub. regul. vers. 1. ignorantia num.* 29. Franciscus de Lugo, *de princip. Theolog. moral. capit. 4. quæst. 3. num.* 37. Quintanaduenas, *in Theolog. moral. tom. 1. tract. 9. singul. 6. num. 3. & 4.* & alii.

226 Quartò, quando transgressio voti pœnalis, culpa vacat sacrilegii, ratione obliuionis eius, aut cuiuscumque causæ, non obligat ad pœnã. v. g. vouit quis non fornicari sub pœna decem aureorũ: postea immemor voti fornicatur, non tenetur soluere pœnam. Ratio est, quia vt supra diximus, pœna, iure nouo statuta, etiam pro facto iure naturali damnato, non incurritur ab ignorante illud inuincibiliter, vel vincibiliter tantum venialiter: at votum non aliter obligat quàm lex, vt dicunt Caetanus, *2. 2. quæst. 88. articul. tert.* & alii. nam votum est veluti quædam lex priuata, quam homo sua sponte sibi imponit, circa materiam à se promissam: ergo vbi adest naturalis obliuio illius voti, non incurritur pœna illo statuta: quia naturalis obliuio æquiparatur ignorantiæ inuincibili. Ita Sanchez, *lib. quart. sum. capit. viges. secund. num. decim. octau.* Merolla, *tom. 1. disp. 1. capit secund. num.* 60. Diana, *part. 3. trac. 6. resolut.* 41. & alii. Et ita dicendum est quando transgressio est leuis: vt si quis voueat aliquam pœnam, si sacrum non audiat, vel si ludat: aut si voueat audire sacrum, vel non ludere sub aliqua pœna, non incurrit pœnam, si modicam sacri partem omittat, vel materia ludi sit modica, & quoties ex naturali voti obliuione, aut ex alia causa excusante à culpa sacrilegii, id ignoret. Ita supra citati Doctores.

227 Sextò, ignorantia inuincibilis facti excusat à pœna, illi facto per legem statuta. Ratio est, quia ignorantia excusat à culpa, vt supra probauimus: ergo, & à pœna: quia pœna non incurritur absque culpa: & ita dicendum est de ignorantia inuincibili qualitatis culpæ: vt si quis Clericum percutiat, aduertens esse hominem, sed ignorans inuincibiliter esse Clericum, non incidit in excommunicationem, vt habetur, *in capit. si verò, il secundo, de sent. excommun.* & ratio est, quia illa ignorantia Clericatus excusat à culpa priuilegii, vt suprà probauimus: ergo, & à pœna Excommunicationis, propter illam culpam imposita. Ita Diana, *p. 9. trac. 6. res. 42.* Gouar. *in cap. alma mater, p. 1. §. 10. n. 15 vers. nono* Sayrus *de cens. lib. 1. cap. 18. n. 19.* Suar. *to. 5. in 3. p. disp. 22. sect. 1. num. 51.* Aluar. *n. 2. disp. 158. num. 4.* Sanchez, *lib. 9. de Matr. disp. 32. nu.* 24. Ledes. *p. 4. q. 24. art. 6. concl.* 2. Merolla, *tom. 1. disp. capit. 2. num.* 64. Molina. *tom. 4.*

de iust. tract. 3. *disp.* 53. *nu.* 1. Henriquez, *lib.* 13. *capit.* 23. *num.* 1 *incommens litt. H,* & alii.

228 Limitant aliqui hanc sententiam, nisi ignorantia facti sit concomitans: talis enim ignorantia non eximet ab excommunicatione, cęterisque penis: vt si quis Clericum percutiat, ignorans inuincibiliter clericatum, non euadet excommunicationem, si tunc eo animo affectus esset, vt, clericatu cognito, adhuc percussisset: nec similiter excusabitur ab irregularitate, occidens inimicum, credens inuincibiliter esse feram, eo tamen animo, vt si sciuisset, adhuc occidisset. Quorum ratio est, quia ignorantia concomitans, non facit actum inuoluntarium, nec excusat à peccato, vt ait D. Thomas, 1. 2. *quæst.* 6. *artic.* 8. *& quæst.* 76. *articul.* 3. ita docent *Sayrus*, *de cens. lib.* 1. *capit.* 18. *num.* 20. Duardus, *in Bull. Cęnæ lib.* 1. *capit.* 2. *quæst* 5. *num.* 23. Vgolin. *de cens. tab.* 1. *capit.* 9 *§.* 8 *in fine.* Graff. *par.* 1. *decision. lib.* 4. *capit.* 9. *numer.* 42. Couarr. *dict.* §. 19 *num.* 15. *versic. decimo.* & alii.

229 Attamen hanc limitationem nō admittunt alii: qui existimant ignorantiam concomitantem, dummodò inuincibilis sit, semper excusare operantem ab excommunicatione, irregularitate, ac cęteris pœnis; etiam si ille prauus effectus circa obiectum ignoratum, non solùm adsit habitualiter, sed etiam actualitèr: v. g. si quis dum emittit sagittam, credens occidere feram, haberet in voluntate hunc actum, vtinam illa fera esset inimicus meus. Et ita dicendum est de eo, qui volens percutere hominē Laicum, percutit Clericum inimicum suum. Quorum ratio est: quia hæc ignorantia excusat illud opus externum, vt patet ex dictis: nam actus ille exterior, non fuit imperatus ab illa mala voluntate occidendi inimicum, vel percutiendi Clericum: illa enim non poterat esse efficax, eòquod, illum esse Clericum, vel inimicum, inuincibiliter ignorabatur: sed fuit imperatus à voluntate efficaci occidendi feram, vel percutiendi Laicum, quem esse putabat: ergo talis operans, non incurret pœnam excommunicationis, vel Irregularitatis, pro illo actu externo, per legem impositam. Tum, quia excommunicatio est posita contra contumaciam efficacem, & absolutam: sed ista ignorantia concomitans excludit dictam contumaciam efficacem, & absolutam, & tantum inducit contumaciam conditionalem: ergo non sufficit ad incurrendam censuram. Ita Alphonsus de Leone, *de cens. Recollect.* 1 *num* 367. *& recollect.* 5. *à num.* 175. Diana, *part.* 9. *tract* 6. *resol.* 42. Pharaonius, *tract.* 1. *sess.* 6 *cas.* 8. Alphonsus de Castro, *lib secund. de potestat. leg. pœnal. capit.* 14 *proposit. secund. circa secund. proposit. principalem* Molina, *to.* 4. *de iust. tract.* 3. *disp* 53. *num. secund.* Petrus Nauarrus, *lib. secund. de restit. capit.* 1. *dub* 7. Vasquez, 1. 2. *disp.* 125. *capit.* 2. *&* 3. Henriquez, *lib* 11. *de Matrim capit.* 10 *num* 1. *incomment. litter. A,* Suarez, *de cens. disp.* 4 *sect.* 8. *num.* 8 Lopez, *part.* 2. *capit* 13 *versic. Ex dictis sequitur.* Aluarez, 1. 2. *disp.* 158 *num* 4. Merolla, *tom.* 1. *disp.* 1. *capit secund. num.* 67. Sanchez, *lib.* 9. *de Matrim. disput* 32. *num.* 26. & alii.

230 Ex his deducitur, occidens inimicum cum hac ignorantia inuincibili cōcomitante, existimans esse feram, excusatur à restitutione damnorum. Ratio est, quia occisio illa exterior, excusatur à peccato, ob eam ignorantiam inuincibilem, & solum remanet peccatum internum, ex quo nulla oritur obligatio restitutionis. Ita Sanchez, *vbi supra*, Lesius, *lib.* 2. *capit.* 7. *dub.* 9. Petrus Nauar. *lib.* 2. *de restit. capit.* 1. *diffic.* 7. Molina, *to.* 3. *disp* 728. Reginaldus, *to.* 1. *lib.* 10. *tract.* 1. *num.* 70. Merolla, *tom.* 1. *disp.* 2. *capit.* 2. *num.* 68. & alii.

231 Limitant aliqui, vt verum sit tantum ante sententiam Iudicis, secus verò post sententiam iudicis: tunc enim volunt, inferentem damnum ex ignorantia inuincibili, teneri in conscientia damnum datum resarcire. Ratio istorum est: quia in iure statutum est: vt is, qui damnum intulit, illud resarciat, etiam si nocere noluerit, *leg. sed, & si quemcumque & ex toto tit. ff. ad leg. Aquilam:* sed hæc dispositio iuris est iusta: ergo dat iustam actionem læso, & per consequens sententia, iuxtà eam lata, obligat in conscientia. Ita Caietanus, 1. 2. *quæst.* 76. *ar.* 4. *dub.* 3. *§.* 3. & alii.

232 Attamen hanc limitationem nō approbant aliqui; quia nullum fundamentum probabile habet: nam iura allegata in contrarium, apertè loquuntur de eo, qui culpabiliter damnum infert, etiam si ex proposito nocere noluerit: Quare licèt non sit necessè, vt id damnum sit directè voluntarium: requiritur tamen

tamē saltem volūtarium indirectè, seù in causa. ita Merolla, *tom.7.disp.1 cap. 2.nu. 71.*& alii.

233 Quid dicendum de eo, qui volens percutere, vel occidere Petrū clericum, putans, eum occidere; ex errore occideret alium clericum, scilicèt Ioannem, si cognoscens esse clericum, incidat in excomunicationem?

Negat prima opinio. ita *Suarez, to.* 5. *in 3.part.disp.22.sect.* 1. *nu*, 54. cui fauet doctrina quorumdam Iuristarum, qui dicunt, quod, si quis, dolo volens occidere Titium, occiderit Sempronium, quem putabat esse Titium, non debet damnari pœna ordinaria homicidii. *Hi* sunt Angelus, *in leg. respiciendum §. delinquunt.§ de pœn.* Florian. *in leg. scientiam,§ sed si defendi,§.ad leg. Aquil.* Iasō, *in leg.1.n.18.ff.deleg.* Carrer, *in pract. crim. tit. dehomicidio.§ 2.n.57.* Et dicūt esse cōmunē hāc sententiā Alban. *cōs.30.n.1.& 2.*& Vasqu. *controuers.illust.cap. 96 post. nu 32.*& secundum illam consuluit Grāmat. *cons.5.*& in facti contingentia, ita iudicatum fuisse per sacrum concilium Neapolitanum, refert idem Grammat. *super constitution.Regni fol.decim.quart. num.11.*

234 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est quia voluntarie percutit hominē quem scit clericum esse, in quo tota ratio consistit, ob quam canonis excōmunicatio lata est. Tum quia excōmunicatio lata est pro iniectione manuum violentarum in clericum: non autem pro iniectione manuū in hunc, vel illum clericum. ita Diana *part.9. tract. 6. resol. 42 vers.Vnde ex his.* Couarru. *cap.alma Mater.1.part.§ 10.nu 15 vers. octauo cōstat.* Molina, *to.2.de iust.tract.3. disp. 53. nu 2.* Sanchez, *lib. 9. de matrim.disp. 32. nu. 27.* Henriquez, *lib 13. de excōmun. cap.13 nu.1.* Vgolin. *decens.pa.2.cap.11.§ Proposuimus nu.110.* Farinac. *de homicid. quæst.25.nu.164* Sayrus *decens.lib.1.cap. 18.* Curiel, *1.2 quæst 76 art 4. dub. 3.§ 2.* Cordon, *in qq.lib.2.quæst 25.§ secundo. probatur.* Merolla, *to.1.disp.1. cap. 2. nu. 72.*& alii,

235 Si quis verò volens percutere clericum, ab eo aberret, & casu, siuè prȩter intentionem percutiat alterum clericū proximè adstantem, talis enim excōmunicationem non incurrit: neque in irregularitatem; morte inde secuta, incurret. Ratio est, quia in hoc casu, solus effectus internus committendi sacrilegium, malus fuit, qui non inducit excōmunicationem, vel irregularitatem, quia huiusmodi pœnȩ non incurruntur ob solam prauum effectum. Ecclesia enim non punit actus internos. Cum igitur opus externum illius percussionis, fuerit omninò prȩter intentionem, & consequenter culpa vacans, non erit sufficiens ad inducendam excōmunicationem, vel aliam pœnam. ita Curiel. *1.2.quæst 76.art.4.dub.3.§.1.* Molina, *d.disp. 53.nu.3.* Malderus, *1.2.q. 6.art.8.* Diana, *part.9.tract.6.reso..42. in fine.* Filliucius, *tract.15.decens.cap.1.nu.27.* Merolla, *to.1. disp.1.cap.2.2.nu.74.*& alii.

Dubitatur, an ingnorantia inuincibilis, solius pœnæ excuset à peccato?

236 Communiter dicunt, ignorantiam solius pœnæ non excusare, si adest scientia legis prohibentis. Quorum ratio est, quia obligatio delinquentis ad pœnam, est naturalis, non consurgens ex delinquentis consensu, sed ex auctoritate legis imponentis, & consensu delinquentis ad delicti admissionem: ita vt, dato hoc consensu, oriatur naturalis obligatio ad pœnam, *vt* constat *ex leg. Imperator. ff. de iur fisci.* qui enim vult antecedens, nempe delictum, quod est causa pœnȩ, vult necessariò consequens, scilicèt, pœnam. *leg.1.Iud.ff.de acquir.hæred* impertinens est, vt delinquens nouerit pœnam. ita Cuuarr. *cap. alma mater.§.10 nu.9.* Medina, *1.3. quæst. 76. art. 3 ad finem.* Corduba, *in quæstionar.lib.2. quæst.25.in princip.* Azorius, *pa.1 lib. 1. cap.15.q.2.* Suarez, *lib.5.de leg. cap. 12.nu. 11.& cap.22.nu.4.* Comitol. *lib. 5.resp.moral.quæst.4.*& alii.

237 Licèt hæc opinio vera sit de pœna ordinaria, & proportionata delicto, secūdum naturam eius: nihilominus contrarium dicunt alii de pœna extraordinaria ac exorbitante, & aucta vltra naturam delicti, nudè consideratā. Ratio est, quia licèt non requiratur consensus delinquentis in pœnam, vt obligetur ad eam, requiritur tamen consensus in causam pœnæ, non solum materialiter, sed etiā formaliter, vt causa est. Tunc autem dicitur quis consentire in causam, quatenus causa est, quando, sciens aliquid esse malum, scit, vel scire debet, id esse punien-

puniendum iuxta naturam suam: tunc enim non solum consentit in eo, quod est causa pœnæ materialiter, sed etiam in eo, quod scit, vel scire debet, esse causam eius formaliter. Secus verò est de pœna extraordinaria, & exorbitanti, aucta vltra naturam delicti, forte ob frequentiam eius, vel alias circũstantias: nam tunc delinquens non dicitur consentire in delictum, quatenus formaliter est causa talis pœnę: quia nec scit, nec scire debet. Et hoc quod diximus de ignorantia inuincibili pœnæ, dicendum est etiam de ignorantia vincibili tantum venialiter. ita Nauar. *cap. 27 sum. nu.* 124 *in 2. edit.* Rodoriquez, *pa.* 1. *sum. cap.* 195. *nu.* . Duard *in expos. bull. cana. tab* 1. *cap.* 2 *q.* 5 *nu.* 3. Layman, *lib.* 1. *Theolog moral. tract.* 4. *cap.* 10. *nu* 4. Sayrus, *de cens. lib.* 1. *cap.* 18. *nu.* 37. & dicit esse probabilem Sanchez, *lib.* 9. *de matrim. disp.* 32 *nu.* 22. & docet etiam Merolla, *to.* 1. *disp.* 1. *cap.* 2. *nu.* 76.

238 Ex his deducitur primò, quod ignorantia inuincibilis excõmunicationis, excusat ab ea, licet adsit scientia iuris positiui illam imponentis. Ratio est, quia excommunicatio est pœna extraordinaria, & exorbitans: vndè æquiparatur morti. *can. absit.* 11. *quæst.* 3. *& cap. per venerabilem. prope finem. qui filii sũt legitimi.* Cõfirmatur quia *cap. vt animarum, de const. in* 6. deciditur, ignorantes non ligari sententiis Ordinariorum. quod decretũ, cum animabus faueat, & generaliter de ignorantia loquatur, videtur amplè interpretandum, vt accipiatur non de sola iuris ignorantia, sed etiam ipsius pœnæ. ita Angelus, *u. excõmunicatio.* 7. *cas. vlt. nu.* 3. Siluester, *excõmunic. vlt. quæst.* 3. *nu.* 4 Sotus, *dist.* 22, *quæst.* 1. *art.* 2 *ad* 4. Valentia, 1. 2 *disp.* 6. *quæst* 6 *pu.* 1. *coroll.* 9. Henriquez, *lib.* 13. *de excõmun. cap.* 13. *nu.* 2 Suarez, *to.* 5. *in* 3. *part. disp.* 4 *sect.* 9. *nu.* 19 Molina *tract.* 5. *de iust. disp.* ... *nu.* 9. Auila *de cens. pa.* 3. *cap.* ... *disp.* 5. *dub.* 7. Sayrus, *de cens. lib.* 1. *cap.* 18. *nu.* 37 Curiel, 1. 2. *quæst* 76. *art.* 4. *dub.* ... Sanchez, *lib* 9 *de mat. disp* 32. *nu.* 19. Merolla, *to.* 1. *disp.* 1. *cap.* 2. *nu* 28 Bord. *in exposit. Bull. cruciat. pa.* 2. *tract.* 6. *cap.* 1. *sect.* 3. *nu.* 21. Bresserius *de const. lib.* 6. *cap.* 12. *nu.* 146. Diana, *part.* 3. *tract.* 3. *resol.* 12. Gerard. *in.* 1. 2. *controu.* 7. *tract.* 3. *p.* 1. *dub.* 12. *nu.* 7. Bonacina, *de cens. disp.* 1. *quæst.* 2. *pu.* 1. *nu.* 12. & alii.

239 Vnde frequenter laicos posse ab excõmunicatione iuris excusari. quoniam sępè illam inuicibiliter ignorant. Etiam si excõmunicatio lata sit per statuta Episcoporum, siuè à Summo Pontifice: Quia *d. cap. animarum de const. in* 6 locũ habet etiam in excõmunicatione lata à Pontifice: Tum etiam, quia quælibet excommunicatio, à quocumque lata, est pœna extraordinaria, & exorbitans, ac fertur ob contemptum, & contumaciã. ita Merolla, *to.* 1. *disp.* 1. *cap.* 2. *nu.* 18. & alli.

240 Secundò quod dictum est de excõmunicatione, dicendum est etiam de suspensione, & interdicto. Ratio est quia, non sola excõmunicatio imponitur ob clauium contemptum, & contumaciam, sed etiam suspensio, & interdictum, vt ait Franc. *cap.* 2. *de constit. in* 6. *nu.* 8. atque ita præuiam monitionem requirunt: vt de suspensione, est textus expressus, *in cap. reprehensibilis. de appellat.* & idem esse de interdicto, affirmat Hostiens *super verbum excõmunicationis, vel interdicti.* vbi Io. Andr. *nu.* 2. Abbas, *nu.* 2. Arch d. *nu.* 1. Decius, *nu.* 4. & alii communiter. Tum quia, in dict. *cap. Vt animarum*, vbi asseritur, ingnorãtes non ligari sententiis Ordinariorum, non est sermo de sola excõmunicationis sententia, sed de omnibus sententiis, quia indefinitè dicit. *A sentẽtiis quorumcumque Ordinariorum.* at indefinita iuris propositio, tradens regulã, pro vt ibi fit, æquiualet vniuersali, vt docent Gloss. *cap. vt circa. u. Aliorum de electione. in* 6. vbi Franc. *nu.* 4. *in princip.* Bartol. *in leg. omnes popul. nu.* 57. *ff. de iust. & iur* & alii. Vndè *d. cap. Vt animarum* nõ solum in excõmunicatione, sed etiam in quibuscumque sententiis intelligunt: ibi Gloss *in verb. sententiis*, Io. Andr. *ad finẽ vers. In glossa.* 3. Dominic. *nu* 25. *vers. ob est, quod ipsum* Franc. *nu.* 8. Et hanc opinionem docent Sanchez, *lib.* 9. *de mat. disp.* 32. *nu.* 21. Suarez, *to.* 5. *in* 3. *part. disp.* 4 *sect.* 9. *nu.* 19. *&* 20 Peregrin. *de duello. q.* 8. *nu.* 18. Bonacina, *de cens. disp.* 1. *quæst.* 2. *pu.* 1. *nu.* 13. Filliucius, *to.* 1. *tract.* 11. *cap.* 8. *quæst.* 11. *nu.* 257. Merolla. *to.* 1. *disp.* 1. *cap.* 2. *nu.* 84. Diana, *part.* 3. *tract.* 5. *resol.* 12. Portella, *in addit. ad dub. regul. u. ignorantia.* 1. *nu.* 21. Sayrus, *de cens. lib.* 1. *cap.* 18 *nu* 37. Nauarr. *cap.* 23. *summ. nu.* 47. & alii, contra Auilam *de cens.* 2 *par. ca.* 5 *dub.* 10. Sotum, *in* 4. *dist.* 22 *quæst.* 1. *art.* 2. *ad finem.* & alios

241 Tertiò, ita dicendum est de pœna irregularitatis, quæ oritur ex puro delicto: Vt si Excõmunicatus celebret, ingnorans

rans inuincibiliter, esse positam pœnam irregularitatis excõmunicato celebranti Quia etiam irregularitas est pœna exorbitans, vnde non incurritur absque cõtemptu, vt dicunt Panormit. *in cap. pastoralis §. verum, nu. 15. de appellat.* Domin. *in cap. solet. de sent. excõmun. lib. 6.* Felin. *in cap R. dupb nu 43. de rescript.* & alii. Immò addunt Dominic. *in cap. 15. qui §. 15. verò, nu. 1 de. sent. excõmun, lib. 6.* & Nauarr. *in cap cū contingat de rescrip. remed. 1. nu. 7. & cap. 27 sum. nu. 252.* Ad eam incurrendam, requiri dolum Hoc aũt intelligẽdũ est de dolo, siuè vero, siuè pſũpto, aut qui dolo pſũpto equipolleat. Nã vt ait Merol. *in disp 1. c. 2. n. 85.* & colligitur, apertè *ex cap. Apostolicę de cleric. excõm.* vbi gloss. *u probabilis.* Ad irregolaritatem contrahendam, sufficit ignorantia crassa: hæc enim oritur ex lata culpa: Lata verò culpa est dolus presũptus, vt dicũt Panormit, *in cap. bona fides nu. 3. de empt. & vendit.* & alii. Ex quò vlteriùs colligitur, etiam ignorantiam mortaliter vincibilem excusare à pœna irregularitatis, dummodo non sit crassa, quia hæc non oritur ex lata culpa: & cõsequenter non potest dici dolus præsũptus, aut æquipollere dolo præsumpto: Confirmatur, etiam ex *cap. vt animarũ de const. lib. 6.* vbi deciditur indefinitè, ignorantes non ligari sententiis. Quod decretum, cũ animabus faueat, videtur amplè interpretandum, vt accipiatur de ignorantia, non solum censurarum; sed etiam irregularitatis, quando est pura pœna delecti. Quod multo magis procedit in opinione illorum, qui dicunt, hanc irregularitatem esse propriè censuram. Hi sunt Sotus, *in 4. d. 22. quæst. 2. art. 1.* Nugn. *in 3. part to. 2. tract. de Bull. §. vlt.* Gutierez, *qq. canon. lib. 1. cap. 37. nu. 6.* Salas, *de leg. tract. 15. sect. 1. concl. 2. nu. 16.* Carbo. *eod. tract. lib. 8. disp. 5.* Cordub. *de indulg. lib 5. quæst 43. dub. 4.* Salonius, Bannes. & Aragonius. *in 22. quæst. 93. art. 8.* Medina, *1. 2. quæst. 99 art. 4.* Fernandez *pa. 3. cap 9 §. 14 nu. 1.* & alii. Et hanc sentẽtiam tenent in propriis terminis Sanchez, *lib. 5. de matrim. disp. 32. nu. 21.* Peregrin. *de duell quæst. 8. nu. 18.* Coninch, *de sacram. disp 18 dub. 4. nu. 31.* Duard. *in explic. Bull. cœnæ. lib. 1, cap. 2. quæst 5. nu. 27.* Bonacina, *de cens. disp. 1. quæst. 2. pu. 1, nu. 13.* Merolla, *to. 1 disp 1. cap 2. nu. 86,* Diana *p. 3. tract. 5. resol. 67.* Portella, *in add. ad dub. regul. u. ignorantia. nu. 21* & alii.

242 Dixi, *de pœna irregularitatis, quæ prouenit ex puro delicto.* nam si oriatur simul ex defectu lenitatis, seù significationis, non excusabit ab ea ignorantia inuicibibilis, cuiusmodi ẽ irregularitas, quæ contrahitur ex homicidio iniusto, vel mutilatione. ita Diana *part. 3. trat. 5. resol. 85 vers. Verum his, & part. 9. tract. 7 resol. 19.* Gulielm. Mercerus, *in 3. D Thomę quæst 66. art 9 nu. 6.* Merolla, *to. 1. disp. 1. cap. 2. nu. 87.* contra Castrum Paulum *to. 6. disp. 6. pu. 6 nu. 3.*

243 Quartò, si quis vouerit non fornicari sub pœna religionis, & postea memor voti, non tñ pœnę impositę, fornicetur, nõ tenetur ad eã pęnã, qa ẽ pœna exorbitans. Et ita dicendum existimo, si esset pœna castitatis, vel peregrinationis Ierosolymitanę, propter eamdem rationem. Secus verò quando pœna, voto promissa, non esset exorbitans. ita Merolla *to. 1. disp. 1. cap. 1. nu. 88.* & probabilem vocat Sanchez, *to. 1. sum. lib. 4. cap. 22. nu. 19.*

Dubitatur, an ignorans inuincibiliter, actum internum esse peccatum, non autẽ externum, excusetur à culpa, actum solum internum admittens?

244 Prima opinio negat. Cuius ratio est, quia hic liberè vult fornicationem externam, quam scit esse peccatum, & consequenter vult transgredi preceptũ, diuinum, vetans fornicationem: ergo peccat. Tum quia, cum sit duplex malitia, altera actus interni, altera verò externi, & illa sola ignoretur: voluntas, admittendo actum externum, non erit à culpa libera. ita Salas, *1. 2. tract. 13. disp. 8 sect. 11. nu. 81.* & alij Recentiores, quos tacito nomine refert Sanchez, *lib. 1. sum. cap. 16. nu. 16.* Vnde, secundum hanc opinionem, si rusticus, à viro existimato docto, & pio audiuisset, fornicationem externam esse peccatum, non autem desiderium fornicandi, non excusatur à culpa, si actum solum internũ admittat.

245 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est, nam, cum conscientia sit proxima regula bonitatis, & malitiæ actuum humanorum, nemo peccare potest, quãdo conscientia prudẽter dictat, id, quod agit, non esse peccatum: quod contingit in eo, qui habet ignorantiam inuincibilem: prudenter enim sibi persuadet, actũ illum internum culpa vacare. ita Sanchez,

chez, *dict. capit.* 17 *num.* 17. Duardus, *in explic. bull. cœnæ lib.* 1. *capit.* 2 *quæst* 5. *nu.* Bonacina, *de peccat. quæst.* 8 *pun.* 3 *num.* 26. Merolla, *tom.* 1. *disp.* 1. *cap.* 2. *dub.* 6. *nu.* 90. & alii.

An ignorantia vincibilis excuset à peccato, vel saltem illud minuat?
Dub. 16.

246 D. Thomas, ab omnibus receptus, *in* 1. 2. *quæst.* 76. *artic.* 3. ait ignorantia vincibilis, saltem regularitèr, non excusat omninò actum à culpa: & ita dicit de inaduertentia, & obliuione vincibili. Et ratio est, quia quod ignorantia vincibili fit, est voluntarium, quamuis indirectè, ergo est peccatum, si supponatur esse prohibitum. Et hoc verum est, siuè ignorantia sit iuris, siuè facti.

247 Dixi, *saltem regulariter*: nam videtur aliquando dari casum, quod ignorantia vincibilis excusat omninò à peccato: v. g. si lex humana prohibeat aliquid, quod non est intrinsicè malum: non tamen id prohibeat simpliciter, sed nè sciẽter fiat: tunc, si quis ex ignorantia vincibili etiã crassa, illud faciat, excusari videtur omninò à culpa, & consequenter à pœna, quæ esset imposita ob talem culpam. Patet, nam alias in ea lege, frustra addita esset illa particula, *Scienter*. Idem dicendum est, quando lex præcipit, nè aliquis præsumat, vel audeat aliquid facere, quod alias nõ est intrinsicè malum: nam hæ particulæ æquiualent scientiæ, vt cõmunitèr dicunt.

248 Et quamuis, in casu posito, sciens, ignorantia vincibili, id, quod lex prohibet, nè scienter fiat, non peccat directè contra legem, peccato eiusdem speciei cum eo, quod admitteret, si scienter id efficeret, & hac ratione non incurrat pœnam legis: nihilominus non excusatur omninò à peccato: quia saltem peccat, vincibiliter ignorando: implicat enim, quod ignorantia sit vincibilis, & non sit culpabilis, & hoc maximè verum est, quando est ignorantia iuris. Et consequenter etiam peccat, cum ea ignorantia culpabili operando: Hoc autem peccatum est in specie, incautæ, seu temerariæ operationis, & reductiuè est contra eamdem virtutem, & idem præceptum, contra quæ esset, si scienter admissum fuisset. An verò hoc ignorantiæ peccatum, sit speciale peccatum contra specialem virtutem, dicemus, *in dub.* 19. *numer.* 81.

249 Ignorantia verò vincibilis, minuit culpam, reddens illam leuiorem, quam si scienter admissa esset. Ratio est, quia minuit voluntarium: at peccatum, in tãtum est peccatum, in quantum est volũtarium. Sic D. Thomas, *d. quæst.* 76. *artic.* 4. communiter receptus: qui omnes hãc conclusionem de ignorantia vincibili, etiam crassa, admittunt: dummodo quod non sit affectata: quia de affectata est cõtrouersia inter Doctores.

250 Nam aliqui dicunt, ignorantiam affectatam non minuere, sed potius agrauare peccatum. Sic Nauar *in capit consideret, num.* 87 *de pœnit dist.* 5. Sayrus, *in Clau. Reg. lib.* 2. *capit.* 9 *num.* 33. Almain *tract.* 1. *moral. cap.* 5 *proposit* 2. Becanus *tom.* 2. *tract.* 2. *cap.* 4. *num.* 5. & videtur sententia D. Thomæ, 1. 2. *quæst.* 76. *articul.* 4 vbi expressè ait, hanc ignorantiam augere culpam.

251 Aliqui verò dicunt, minuere peccatũ hanc ignorantiam: quia minuit ratione voluntarii: nam quod per ignorantiam affectatam fit, est voluntarium tantum indirectè, & in causa: quod verò fit scienter, est voluntarium in se, ac directè. Sic D Bonauentura, *in* 2. *d.* 22. *part.* 2. *articul.* 1. *quæst.* 3. Curiel. 1. 2. *quæst.* 76. *articul.* 4. *dub.* 1. § 3. & videtur tenere Valent. 1. 2. *disp.* 6. *quæst.* 6. *pun.* 3. & Clarius, *disp.* 2. *qu.* 1. *pun* 6 *quæstiunc.* 3. *in resp. ad* 4. *argum.*

252 Aliqui verò melius distingunt. Scilicet, si ignorantia affectata sit ad liberius, & absque conscientiæ remorsu peccandi finem, non minuit, sed auget peccatum, & ita grauius est, quam scienter admissum. Si verò ignorantia affectetur tantum ex tedio addiscendi, vel ob aliquem finem bonum, v. g. vt eius culpa leuior sit, nec ita præceptum trãsgrediendum cõtemnat, minuit culpam. Ratio prioris est, quia ea voluntas continet maiorem præcepti contemptum: videtur enim esse contemptus, quasi in actu signato, vt cõstat ex illis verbis impiorum. Iob. 2. *Recede à nobis, & scientiam viarum tuarum nolumus*. Quod obseruat ibi D. Gregor. *lib.* 15 *moral. cap.* 25. Ratio posterioris est, quia tunc ignorare affectãs non magis legem contemnit. Quoniam ignorantia in isto casu, nõ prouenit ex maiori affectu ad peccatũ: non enim est volita propter ipsum peccatum, sed potius ad vetandum peccatum,

catum, aut maiorem grauitatem peccati, vel laborem: & ex alia parte tollit cognitionem, quæ requiritur ad voluntarium: ergo simpliciter & absolutè minuit voluntarium, & consequenter peccatum. Ita Corduba *in qq. lib. 2. quæst.* 10. Zumel 1. 2 *quæst.* 76. *art.* 4 *disp.* 2. Curiel, *ibidem dub.* 1 §. 3 Salas, *quæst.* 6. *art.* 8. *tract.* 3. *disp.* 4. *sect.* 4. *nu.* 40. Sanchez, *lib.* 1. *Sum. cap.* 17. *nu* 5. Merolla, *to.* 1. *disp.* 1. *cap.* 2. *nu.* 156. & alii. Nisi ille affectans ignorãtiã, exponeretur periculo admittẽdi alia crimina: tunc enim non tantum esset grauius peccatum, sed etiam mutaret speciem, iuxta diuersitatem specificam peccatorum, quibus admittendi periculo se exposuit. Ita Sanchez, & Merolla.

253 Immò ignorantia vincibilis, aliquando, ita minuit peccatum, quod facit, vt non sit mortale: & tunc dicitur, ignorantiam vincibilẽ excusare à mortali, quando ita minuit rationem voluntarii indirecti, vt minuat etiam grauitatem peccati vsquè ad non mortale: Sicut modica quantitas in furto, minuit vsquè ad veniale. Dicitur ignorantia vincibilis minuere voluntarium vsque ad hunc gradum, quando est adeò imperfecta ratio voluntarii, vt solum ex leui negligentia oriatur: potest enim dari casus, quod aliquis non adhibeat totam omninò diligentiam, quam tenetur adhibere, ad ignorantiam superandam; sed committat leuem negligentiam: & tunc excusabitur à mortali, propter paruitatem in negligentia, & quia ratio voluntarii indirecti est satis diminuta. Et hoc verum est, etiam si quis scienter eam leuem negligentiam committeret. V. G. si quis in uenatione volens occidere Ceruum, qui est secùs viam publicam, adhibeat priùs diligentiam, vt sciat, An aliquis transeat per viam, non tamen omninò tantam, quãtam debet, sed mittat modicam, etiam scienter: si deindè proiiciens saggittam vt occidat Ceruum, prætèr intentionem, occidat hominem transeuntem, non peccat, nisi venialiter. Quia illa hominis occisio, videtur quasi casualis, nam parum pro nihilo reputatur. ita Siluest. verb. Periurium. *q.* 1. *vers.* Quando iuratur. Nauar. *cap* 12. *sum. nu.* 7. Valen. 1. 2. *disp* 6. *quæst* 6. *pu.* 3. *vers. sequitur ex his* 1. Suarez, *to.* 3. *in* 3. *pa. disp.* 82. *sect.* 3. *vers. Secũdo dubitari solet.* Sãchez, *lib.* 1. *sum. cap.* 17. *nu.* 17. Sayrus, *in Clau. Reg. lib.* 1 *cap.* 2. *nu.* 22. Auila, *de Cens. pa.* 2. *cap.* 5. *disp.* 5 *dub.* 8. Meroll. *to.* 1. *disp.* 1. *cap.* 2. *dub.* 8. *nu.* 162 & alii. commun iter. Limita, nisi fortè ille probabiliter crederet, aut dubitaret, quod si adhiberet illam aliam modicam diligentiam, euitaretur homicidium. sic Merolla, & alii.

Dubitatur: An ignorantia vincibilis, seù crassa, quæ minuit peccatum, seù culpam, minuat etiam pœnam, à lege impositam ob talem culpam?

254 Affirmatiuè respondent communiter Iuristę, qui dicunt: Ad incurrendam pœnam ordinariam, pro aliquo delicto, à lege impositam, requiri dolũ, vt probat Iul. Clar. *lib.* 5 §. *final quæst.* 84. At qui ex ignorantia crassa contra legẽ facit, non dicitur dolo facere. Hinc fit, occidentem hominem ignoranter, non puniri pœna ordinaria homicidii, & sic pœna mortis; sed mitiori, & extra ordinaria, etiam si ignorantia culpabilis, & crassa fuerit. ita Boet. *tit. de Defens. meorum nu* 68. Cepolla, *Cons. crimin.* 37. *col.* 1. Com. *in l. actionibus ff. de il lit. iuram.* Afflictus, *in Rubric. de homicid. pun. antè const. terminum vitæ.* Maranta, *in Speculo. dist.* 1. *nu* 77 Iul. Clar. *lib.* 5. § *Homicidium. in princip.* & alii commun iter.

255 Canonistę verò, & Theologi negatiuè respondent, qui omnes communiter asserunt: Ad incurrendam pœnam excommunicationis, pro aliquo delicto statutum, sufficere ignorantiam crassam, vt expressè habetur in *cap. vt animarum. de constit. in* 6.

An quelibet ignorantia iuris, vel facti, mortaliter vincibilis, satis sit ad incurrendas censuras, & alias pœnas Ecclesiasticas? Dub. 16.

256 Auila, *de Cens. pa.* 2. *cap.* 5. *dub.* 8. *concl.* 2. Sotus, *dist.* 28. *quæst.* 1. *art.* 2. *vers. ex his primum.* Graffius, *pa.* 1. *Decis. lib.* 4. *cap.* 9. *nu.* 20. & alii absolutè dicunt

tate suæ significationis, denotat, requiri scientiam: tunc enim, etiamsi ex ignorantia crassa, fiat contra legem, non incurritur censura. Vt si Canon dicat. *Qui consultò, aut ex contemptu non ieiunauerit, &c.* quia huiusmodi particulæ manifestè scientiam denotant, ac dolum. Et idem est, cum Canon pœnam indicit ei, qui præsumpserit, vel ausus fuerit aliquid facere, aut qui temerariè, seù temerarius violator extiterit: quia præsumptio dolum, ac temeraritatem importat: vt dicunt Cardin. *Clement. 1. de Priuileg. quæst.* 39. D. Antonin. 3. *part. tit.* 24 *capit.* 54. *versic. Quærit idem*. Angelus, *Excommun.* 5. *cas.* 12. *num.* 15 Siluester, *Excommunic.* 7. *cas.* 14. *dub.* 5. *nu.* 35. Nauar. *capit.* 27. *Sum. num.* 155. Emanuel *Sa, v. Pœna, num.* 5. *& v. Audacia*, & alii. Cum ergo dolus requiratur, nõ sufficiet ignorãtia crassa, & lata culpa. Ita Nauar. *cap.* 27 *sum. Hyspan num.* 74. Petrus Ledesma *capit 3. de Excommun. dub. vltim. dict.* 3. Henriquez, *lib.* 13. *de Excommunic. cap.* 23. *num.* 3. Suarez, *tom* 5. *in* 3. *part. disp.* 4 *sect.* 10. *num.* 3. Sanchez, *lib.* 9 *de Matrim. disp* 32. *num.* 37. Auila, *de Cens part* 2. *cap.* 6. *disp.* 10. *dub.* 6. Molina, *tract* 5. *de Iust. disp.* 71. *num.* 13. Curiel, 1. 2. *quæst.* 76. *art.* 4. *dub.* 4. Merolla, *to.* 1. *disp.* 1. *capit.* 2. *num.* 232. & alii.

262 Excusat etiam ignorantia crassa ab excommunicatione, & aliis censuris, & pœnis, impositis contra aliquos, mala fide aliquid facientes. V. G. mala fide ementes res furtiuas. Ratio est: quia, licèt fortè inter bonam, & malam fidem non detur medium, ad eum effectum, vt sit, vel non sit melior conditio possidẽtis: tamen in casu proposito, cum simus in pœnalibus, & odiosis, mala fides debet districtiùs sumi; ita vt, is dicatur mala fide aliquid prohibitum facere, qui maliciosè, ac proindè scienter id agit: atque ita, strictè sumptis his vocabulis, inter bonam, & malam fidem debitum medium: hoc autem erit, dubia fide, vel ignorantia vincibili, seù crassa, aliquid facere. Adde, quod multi Doctores hoc concedunt, etiam quò ad eum effectum, vt sit, vel non sit melior conditio possidentis. Hi sunt Beroius, *capit. grauis num.* 24. *versic. Subdo tamen, de restit.* Spol. Couar. *in capit. Alma mater part.* 2. § 7. *num.* 3. Menoch. *De recup. possess remed.* 15. *à num.* 628. Merolla, *tom.* 1. *disp.* 1 *capit.* 2. *num.* 241. & alii.

263 Ex his deducitur Primò: Percussorem Clerici nõ incurrere excommunicationem latam, in Can. *Siquis suadente*, 17. *quæst.* 4. si ignorabat etiam crassè, & lata culpa clericatum: quia is Canon dolum requirit, cum petat, suadente diabolo, id fieri. Ita Gloss. *in capit cum voluntate, §. communicans excommunicato v. Inferiorum gradum de sent. excommu.* Innocent. *capit. Mulieres, de sent. excommun.* Abbas, *capit.* 2. *num.* 6. *de Constit.* vbi Alexand. de Neuo, *num* 49 Card *cap. si verò il. 2. de sent excommun. in fine.* D. Anton. 2. *par titul.* 24. *cap.* 1. §. 2. Sebastianus Medices, *de leg. part.* 4. *quæst.* 7. *num.* 4 Rosella, *v. Ignorantia, num.* 13. *conclus.* 3. Siluester, *v. Ignorantia, quæst.* 8. *dict.* 04. *n.* 18. Aluarez, 1. 2. *disp.* 158. *in fine.* Rodoriquez, *par.* 1. *Sum. capit.* 80 *concl.* 11. *in fine.* & alii: Et satis probabilem vocat Merolla, *tom.* 1. *disp.* 1. *capit.* 2. *num* 243.

264 *Secundò*: Coniugem, habentem copulam cum consanguineis alterius coniugis: aut Baptizantem, vel tenentem in baptismo, aut confirmatione filium communem, vel alterius coniugis, aut ipsum coniugem; non incurrere pœnã priuationis, petendi debitum, si ignorabat etiam crassè, hæc esse specialiter prohibita per legem Ecclesiasticam. Ratio est: quia, quando pœna est imposita contra scienter aliquid facientem, non sufficit ignorantia crassa, ad eam incurrendam, vt supra probatum est. At verò ea pœna priuationis debiti petendi, imposita est per Canones contra scienter id facientes: ergo ignorantia iuris ab ea excusat, etiam si crassa sit. Ita Sanchez, *lib.* 9. *de Matrimon. disput.* 32. *num.* 49. Merolla, *tom* 1. *disp.* 1. *capit.* 2. *numer.* 244 Tancredus, *de Matrimon. lib.* 9. *disp.* 32. *num.* 23. Suarez, 3. *part. quæst.* 67. *art.* 8. *de Baptismo*, & alij.

265 Et ita dicendum est, quando adest scientia iuris, & facti, & solum ignoratur pœna priuationis debiti, illo iure statuta: nam ignorantiam cuiuscumque pœnæ extraordinariæ, & exorbitantis, excusare ab illa: quia in omnibus militat eadem ratio, consequenter dicendum est in præsenti, ignorantiam etiam crassam solius pœnæ priuationis debiti, excusare ab ea, quamuis ad sit scientia iuris, & facti: quia huiusmodi pœna, rigida, & extraordinaria est. Ita Merolla. *dic. c.* 2. *n.* 247. & dicũt esse probabilẽ Sãch. *d. disp.* 32. *n.* 21. & Tancred. *d. disp. n.* 24. *in fin.*

266 Nota, quod ignorantia crassa non excusat à qualibet pœna extraordinaria, sed tantum ab ea, quę lata est, contra scienter aliquid facientes: cuiusmodi est hæc pœna priuationis debiti: ab alijs verò non excusat, nisi fortè latę sint contra eos, qui præsumpserint, vel ausi fuerint aliquid facere, aut temerè fecerint: quia huiusmodi particulę denotāt requiri scientiam.

267 Tertiò: Ignorantiam vincibilem, etiam crassam excusare ab excommunicatione, Papæ reseruata, lata *in capit. significauit de sentent. excommun.* vbi excommunicantur Clerici, qui participant in Diuinis, cum excommunicato à Papa. Ratio est: quia lata est tantum contra scienter participātes, vt clarè patet ex textu: Quod intelligitur de excommunicatione lata ab homine, seù per sententiam; non autem de his, quę sunt à iure, vt ait Sayrus, *lib. 2. de cens. capit. 15. num. 21.* Quia loquitur textus de excommunicato per sententiam.

Ad incurrendam hanc excommunicationem, non sufficere qualemcumque participationem in Diuinis: sed requiri participationem receptatiuam, ita quod soli Clerici, qui recipiuntur ad Diuina, excommunicantur: non autem Clericus, qui interfit ibi, tamquam vnus de populo, docent Caietanus, *in sum. v. excommunicatio cap.* 58 Nauarrus, *capit.* 27 *num.* 93. Auila, *de Cens. capit. 2. capit. 6. disp.* 10. *dub.* 2. & alij. Requiritur, tamen post Concilium Constantiense, vt ille sit nominatim denuntiatus excommunicatus.

268 Quartò: Ignorantia censurę inuincibilis, quę est annexa casibus Pontificis, impedit reseruationem. V. G. si quis inuincibiliter ignoret excommunicationem, aut aliam censuram, quę est annexa casibus Pontificijs, non solum excusabitur ab incursu censurę, verùm etiam casus non erit reseruatus, reseruatione illa pontificia: atque adeò poterit absolui a quocumque Confessario, habēte iurisdictionem in peccata mortalia huius rei, qui in tales casus est lapsus. Ita Henriquez, *lib. 6. Sum. capit. 18. num.* 2. Sanchez, *lib. 2. Sum. capit. 8. num. 8 num. 5. in fine.* Coninch. *de Censur. disp. 8 dub.* 11. Gaspar Hurtad. *de Pœnit. disp.* 11. *diffic. 9. in fine* Trallench. *in expos. Bull. Cruciat. lib. 1. §. 7 capit. 2. dub. 1. numer. 3.* Bard. *in expos Bull Cruc. part. 2. tract. 6. capit. 1. sect. 3. num.* 27. Diana, *part. 9. trac. 6. resolut* 13. Extendit hoc Bard. etiam ad naturalem obliuionem, seù inuincibilem in aduertentiam.

269 Nec obstat dicere, quod si doctrina prędicta esset vera, sequeretur, vaide paucos incidere in censuras Pontificias; & indigere priuilegio Bullę, ad obtinentinendam absolutionem à criminibus, Summo Pontifici reseruatis: quia vel ignorant censuras, prędictis criminibus annexas, vel naturali obliuione, & incōsideratione illas non aduertunt. Hoc autem asserere videtur nimis durum: eneruarentur enim omnes reseruationes Pontificię: & ex eo sequeretur, quod multi, ablato timore excommunicationis, & difficultate ad obtinendam absolutionem, faciliùs inducerentur, ad talia peccata patranda.

270 At benè respondet Diana, *pa. 9. tract. 6. resolut. 16.* hoc non esse censendum nimis durum: sed potiùs valdè consonū suaui dispositioni, qua pia Mater Ecclesia regit fideles, cum nolit illos, dum nō sunt contumaces contra ipsam, puniri pœna adeò graui, qualis est censura, pręsertim excommunicationis, quæ est pœna inter spirituales, quę ab Ecclesia imponuntur, omnium maxima: proindè, quando fideles ignorant, vel naturali obliuione, & in aduertentia non apprēhendunt censuram, excusandi sunt ab eius incursu. Et quia reseruatio culpę, omninò dependet ab ipsa censura: id circò non debet esse mirum, quod quādo quis inuincibiliter censuram non aduertit, casus, qui reseruatione dependent ab ipsa censura, remanent non reseruati. Et ideò hanc opinionem docet etiam Prepositus, *in 3. part. D. Thomæ, quæst. 1. de Cens. commun. dub. 1. num. 5.* Serra, *in secund. par. D Thoma, to. 2. quæs. 76. articul. 3. dub. 2.* Quintana Duennas, *tom 1 tract. 9. sing 6 num 4.* & Lugo, *in princ. Theolog moral. part. 2. capit. 4. quæst. 3. num. 33. & sequ.* qui dicunt: Ignorantiam etiam vincibilem, dummodò non sit crassa, probabiliter excusare, ne aliquis incurrat pœnas legis, v. g. excommunicationem, irregularitatem, suspēsionem, inhabilitatem ad officia, ratione simoniæ, & alias graues pœna. Vndè ex his deducitur, quod confessarii, in casibus occurrentibus, multos scrupulos euanescere facient, & consolationem Pœnitentibus afferent.

Dubi-

Dubitatur: An ignorantia iuris, vel facti vincibilis tantùm venialiter, excuset ab excommunicatione, suspensione, interdicto, irregularitate, & alijs pœnis?

271 Communiter Doctores, dicũt: Ignorantiam vincibilem tantùm venialiter, excusare ab excommunicatione: Quia cum hæc sit grauissima pœna, non incurritur absque lethali culpa. Dissentio verò est inter Doctores de aliis censuris, et pœnis Ecclesiasticis.

272 Prima opinio existimat: Suspensionem, interdictum, & irregularitatem ex delicto, contrahi ob solam culpam venialem. Cuius ratio est: quia hæ censuræ, ac pœnæ leuiores sunt, quam excõmunicatio minor, cum minimè priuent Sacramentorum receptione, sicut illa priuat: at excommunicatio minor incurritur ob culpam venialem: ergo ita dicendum est de istis censuris. Ita Caietanus, *in Sum. v. Suspensio in princip. & v. Interdictum, in principio, & v. Irregularitas versic. scio tamen.* Et loquentes de Suspensione, tenent Armilla, *v. Suspensio.num.1.* Lopez, *par.2. capit.31.de Suspens.in princip.* Castro, *lib.1.de leg.pœnal.capit.5.docum.4.in fine.* Corduba, *in suo qq.lib.2.quæst.26.vers. Neque mirandum.* Aragonius, *2.2.quæst 64.articul.8. versic. Dico quarto.* Molina, *to.4.de Iust. tract.7.disp.75.num.1.& disp.77.à num 2* Megala, *part.3.lib.3.capit.2.quæst.1.nu.7 & quæst.5.num.39.* Rodoriquez, *part.1. Sum capit.175 num 5.*

273 Secunda opinio distinguit, scilicèt: Si culpa contingat, committendo, satis esse leuissimam, ad incurrendam irregularitatem: si autem omittendo desideratur, leuem. Quia culpa, in committendo, maior est, ac magis voluntaria, quam in omittendo. Ita Panormitanus, *in cap 1.quæsitum de pœnit.& remiss.* Couarr. *in Clement. si furiosus pa.3.§.4. nu. 5.vers: Ipse quidem.* Addit etiam Couar. Culpam leuissimam, etiam in omittendo, sufficere, quando quis mercede conductus, tenetur adhibere diligentiam, vt in eo, qui mercede curat infirmum.

274 Tertia opinio ait: Quotiès ignorantia iuris, vel facti est talis, vt Canonis transgressionem à culpa mortali excuset: excusare etiam non solum ab excõmunicatione, sed etiam ab aliis censuris, ac pœnis, ob delictum impositis, vt irregularitate ob delictum, suspensione, & interdicto. Cuius ratio est: quia omnes hæ pœnæ sunt grauissimæ: & ideò non est credendum, piam Matrem Ecclesiam velle eas infligere ob culpam leuem, qualis est venialis. Ita Sotus, *lib. 5 de Iust.quæst.1 artic.9.versic. Idem autem* Nauarr. *capit.27.Sum num.252.* Petrus Nauarr. *lib.2.de Restit. capit.1. in 2. edit dub.6 num.61.versic. Colligo secundo, & in 2.edit.num 69* Henriquez, *lib.13.de Excommun.capit.34 num.1.in comment. litter.G.& lib.14 de Irregular.capit.3.nu. 1.* Filliucius, *tom.1.tract.20 capit.3.num. 58.* Vilalobos, *tract.21, Sum.diff.22.num.8 & 14* Bannes, *2.2.quæst.64.artic 8. tract. de Irregul.part.2.dub.2. §. Dicimus vltimo,* Aluarez, *1.2.disp.136.num.11.* Salonius, *d.artic 8.immediatè ante 4.conclus.* Emanuel Sà, *v Irregularitas, vers. Ad irregularitatem ex delicto.* Hi Doctores tantum de irregularitate loquuntur. Et de omnibus censuris docent Bartolomeus Ledesma, *lib.5.de Excomm. concl. 1.* Suarez, *tom 5. in 3.part. disp.4.sect.10. num.8.* Sanchez, *lib.9 de Matrim.disp.32 num.29.* Et de Suspensione, à iure lata, idem afferunt Henriquez, *d.capit.34.nu. 1.* Rodoriquez, *part.1 Sum.capit.69 num. 1.in fine.* Emanuel Sà, *v. Suspensus ab officio versic Qui certus est.* Et de omnibus in communi Merolla, *tom.1 disp.1.capit.2 num 219.*

275 Dixi, *de suspensione à iure lata:* quia potest Iudex ob culpam venialem suspẽdere, vt dicunt Nauarr. *capit.27 sum.nu. 159.* Henriquez, Sanchez, & Merolla locis citatis. Quod intelligendum est tãtum de leui suspensione, & ad breue tempus, quæ modicum damnum honoris, & rei familiaris afferat, vt dicunt Suarez, Sanchez, & Merolla, ibidem, contra Rodoriquez, qui indistinctè ait: Ad incurrendam suspensionem, latam ab homine, sufficere culpam venialem.

An ignorantia affectata, excuset ab excõmunicatione, & aliis censuris latis, contra scienter aliquid facientes? Dub. 14.

276 Negat prima opinio. Cuius ratio est: quia peccatum, ex ignorantia affectata commissum, grauius est, quàm si scienter admitteretur: vt docet D. Thom. *1.2.quæst.76.artic.4.* ergò si nõ excusantur ab iis pœnis illi, qui scienter con-

contra eiusmodi censuras agunt; multò minus excusabuntur, qui ex ignorantia affectata id sciunt. Confirmatur, nam ignorantia affectata æquiparatur scientiæ, *cap eos qui de tempore ordin. lib. 6.* ibi *scienter. seù affectata ignorãtia* vbi Gloss. *v. Scienter:* ergo violans legem ex ignorantia affectata, non euadit pœnas impositas, scienter aliquid facienti; Probatur consequentia, quia valet argumẽtum ab æquiparatis, etiam in odiosis, vt dicunt Doctores *in leg. 2. de legat. 1.* Alciatus alios referens. *rubr. ff. de liber & post hum. nu* 8 Euerard. *in suis Topicis, à simili:* Et hanc sententiam docent. Glos. *Clẽ. 1. v Scienter de consang* Franch. *cap 2 nu. 4. de const. in 6.* D. Anton. 3 *pa. tit. 24 cap. 34 in princip* Rossell. *v. Excõmunicatio. 1 cas 43 nu. 2.* Siluester *Excõmunicatio 5 cas. 49 nu. 3. moral* 2 Graff. *pa. 1. decis. lib. 4 cap. 9. nu.* 38 Henriquez, *lib. 13 de Excõmun cap. 23 nu. 3.* Suarez, *to. 5. in 3 pa disp 4 sect. 10. nu. 1.* Sanchez, *lib. 9 de Mat disp. 32. nu. 40.* Molina, *tract. 5 de Iust. disp. 71. nu. 13.* Layman, *in Theolog. moral. lib. 1 tract. 5. pa 1. cap. 5. nu.* 8. Loquuntur tantum hi Doctores de ea ignorantia affectata, qua quis eligit nescire; vt liberiùs delinquat.

277 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia verba legis pœnalis non sũt extendenda vltrà proprium significatũ sed potius restringenda, iuxta *regul odia de reg. iuris in 6.* Sed qui ex ignorantia affectata aliquid, facit contra legem, verè non facit scienter: ergo non incurrit pœnam in ea lege, latam contra scienter scientes V. G. si feratur excommunicatio cõtra scienter comedẽtes carnes vigilijs Sanctorum: & aliquis ex proposito eligit nescire, quando sunt huiusmodi vigiliæ, vt liberiùs, & absque conscientiæ remorsu carnes comedat; non incurrere excommunicationem, postea comedendo carnes, cùm adueniunt vigiliæ: quia tunc non scienter, sed ignoranter comedit: nescit tunc esse vigilias, vt supponimus Tum, quia minor est ignorantia affectata, quam scientia, *cap. cum in habitio de cland. despons.* ibi, *vel saltem affectatores ingnorantiæ.* quod verbum (*saltem*) denotat diminutionem *cap pen. de donat. inter vir & vxor* Sed dispositio pœnalis, non debet extendi de maiori, ad minus, *l si vxor. in princip ff. ad Iuliã de adult.* Ita Sanchez, tacitè se retractans. *lib. 2. sum. cap. 10. nu.* 38. Duard. *in Bull. Cenæ lib. 2 quæst. 36. nu. 3.* Bonacina, *de Cens disp. 2. quæst. 5 pu. 4. nu. 9* Filliucius, *to. 2. tract. 22 cap. 7. nu.* 205. Merolla, *to. 1. disp 1. cap. 2. nu. 646* & alij.

An peccata, ex ignorantia vincibili com missa, sint eiusdem speciei moralis, cum peccatis scienter ad missis? dub. 18.

278 AFfirmatiuè respondet communis opinio. Cuius ratio est: quia cum eadem sit operatio, facta ex ignorantia, vel ex scientia, & in vtraque sit sufficiens ratio voluntarij; sequitur, eamdem esse malitiam, siuè ex ignorantia, siuè scienter fiat: quoniam ignorantia, in his operationibus, non mutat substantiam actus quam malitia primariò consequitur. Cõfirmatur: nam si quis, ignorantia vincibili, occidit hominem, fit irregularis ergo peccat peccato homicidii, cum irregularitas est imposita Ita Tamborinus: 1. *Opuscul. lib. 2.* § 14. *nu* 85 Medina, 1. 2. *quæst. 76. art. vlt.* Azorius, *pa. 1 lib. 1. cap. 14. quæst. 8. & 10* Vasquez, 1 2 *disp. 101. cap. 5. & 6.* Suarez, *to. 4. in 3. part. disp* 22. *sect. 4. nu. 14* Valentia, 1. 2. *disp. 6. quæst 6. pu. 3.* Nauar. *in cap consid ret nu. 67. de. pœnit. dist. 5.* Curiel. 1 2. *quæst 76 art 4 dub. 2.* §. 3 Syrus, *in Clau Reg. lib. 2. cap 9. d. nu.* 38 Herrera, *in 2 disp. 35. quæst 23.* Sanchez, *lib. 1 summ cap. 17. nu.* 14. Merolla, *to 1. disp. 1. cap 2 dub. 18* 661. & alij.

279 Limitat hanc sententiam Merolla, *nu.* 662. nisi scientia, seù cognitio, sit conditio requisita ex parte obiecti formalis, specificãtis peccatũ: tũc. n peccatũ, ex ignorãtia vincibili cõmissum, esset diuersæ speciei ab eo, quod scienter admitteretur. Ratio est: quia esset diuersum obiectum formale specificans.

280 Vndè peccatum erroris contra fidẽ, ignorantia culpabili commissum, non esse in specie hęresis, cuius esset, si scienter admitteretur, ait Merolla. *nu 662.* Et ita dicit de peccatis, quæ ex ignorantia vincibili committuntur, contra leges, prohibentes aliquid, non simpliciter, sed nè scienter fiat Et ita dicendum est de peccato mendacii: si quis enim, ignorantia vincibili, dicit aliquid, quod putat esse verum, cùm tamen à parte rei sit falsum, non dicitur propriè mentiri: quia Mendacium consistit in eo, quod quis verba proferat, non consona menti. Vnde Mendacium nominatur ex eo, quod

quod contra mentem dicitur, vt ait D. Thomas, 2.2. *quæst.* 110. *art.* 1. *in corpore.* Hinc fit: si testis, ex ignorantia etiam vincibili, deponat falsum in iudicio, cũ iuramento; quod tamen putat esse verũ; eum non dici mentiri, vel esse periuriũ ac proinde excusari ab excommunicatione, & aliis pœnis, impositis contra mentientes in iudicio, seù periuros, vt ait Iul. Clar. *lib.* 5. *sent.* §. *Periurium. vers. Excusari autem,*

Dubitatur: *An ignorantia vincibilis habeat specialem malitiam moralem; ita vt, cum quis ex ignorantia vincibili peccat, incidat in duo peccata, vel saltem in vnum, habens duas malitias; vnam propriam ignorantiæ, & alteram illius peccati, quod ex ignorantia committit?*

281 RESpondeo, quod si loquamur de ignorantia vincibili præceptorum humanorum, prima opinio affirmat. Cuius ratio est: quia, qui ex ignorantia vincibili iuris humani, incidit in aliquod peccatum contra illud, non solum peccat contra præceptum, aut virturem, cui opponitur illud peccatum; sed etiam contra virtutem studiositatis: ergo in peccato ipsius sunt duę malitiæ distinctę, & consequenter illa ignorantia vincibilis, erit speciale peccatum. ita Almain, *tract.* 1. *moral. cap.* 5. *proposit.* 2. Cordub. *in qq quæst.* 6. & 21. *in fine* Rodoriquez, *pa.* 1. *sum. cap* 23. *conclus.* 7.

282 Secunda opinio ait, ignorantiam vincibilem præceptorum humanorum non esse speciale peccatum, sed multiplex, & multiplici præcepto, & virtuti oppositum, scilicèt, illi pręcepto, cuius est transgressio, aut transgressionis periculum ex illa ignorantia, & illi virtuti, ad quam obseruatio illius præcepti pertinet. Vt vincibilis ignorantia præcepti ieiunii, est peccatum; præcepto ieiunij, & virtuti abstinentię oppositum. Et idem dicendum est de ignorantia vincibili die ieiunij. Ex quo fit, ignorantiam vincibilem, tàm iuris humani, quàm facti, non esse speciale peccatum, distinctum ab eo, quod ex ea sequitur. v. g. si ignorat alquis vincibiliter pręceptum, obligans ad ieiunandum hodiè, quamuis peccet, non solum non ieiunando, sed etiam ignorando; non tamen committit duo peccata; neque vnum, habens duas malitias; sed vnum, habens tantum vnam malitiam intemperantię. Ratio huius sententiæ est, quia cognitio præceptorum humanorum pręcipitur, non propter se, sed in ordine ad eorum obseruationem: vnusquisque enim ideò tenetur scire præceptum ieiunii, & dies quãdo obligat, quia tenetur ieiunare; quare illa scientia præcepti ieiunij, non est debita propter se, aut peculiari aliquo pręcepto, ex motiuo specialis virtutis, obligante primò ad habendam eam; sed solum est debita quasi consequenter, hoc est, propter actum, ad quem ordinatur immediatè, idest, propter ieiuniũm, & ex præcepto, obligante primò ad eum actum, & consequenter ad ipsum, tamquam ad medium necessarium ad exequtionem actus, & sic ex motiuo eiusdem virtutis, nempè temperantiæ: quia ieiunium est in pręcepto: Sicut, quamuis sit præceptum Diuinum naturale de contritione habenda, ante quam quis ministret Sacramentum; nihilominus, si quis non contritus illud administret, non committit duo peccata mortalia, alterum omissionis contritionis, alterũ sacrilegæ administrationis sacramenti. Ratio est eadem: quia tunc obligatio, ad habendam contritionem, non oritur ex præcepto contritionis, sed ab eodem præcepto, quo tenemur, sanctè ministrare Sacramenta: Ita Vasquez, 1.2. *disp.* 119. *cap.* 2. Sanchez, *lib.* 1. *Sum. cap.* 17. *nu.* 11. Aluarez, 1.2. *disp.* 162. *nu.* 2. & 3. Filliuc. *to.* 2. *tract.* 21. *cap.* 10. *nu.* 365. Layman, *in Theolog. moral. tract.* 2, *cap.* 4. *nu.* 10. Curiel. 1.2. *quæst.* 76 *art.* 2. *dub.* 2. § 3. Merolla, *to.* 1. *disp.* 1. *cap.* 2. *nu.* 679 & alii.

283 Ex his deducitur, eum, qui ex negligentia mortaliter culpabili, non curat scire præcepta Ecclesiastica, & dies quãdo obligant. v. g. pręceptum audiendi Missam, & dies festiuos, pręceptum ieiunandi, & vigilias, in quibus ieiunare quis tenetur, obligari ad hanc negligẽtiam, seù ignorantiam confitendam; quamuis actu ea pręcepta non trasgreditur. Ratio est: quia in illa præcepta deliquit, non curando eorum scientiam acquirere, ad quam tenebatur, & ob id, periculo illa transgrediendi se exposuit Sicut qui culpabiliter exponit se periculo admittendi aliquod peccatum mortale, tenetur illud periculum peccati

lem, & ideò vult omnibus excellere: Si igitur videt aliquem sibi æqualem, maximè dolet: Et ex hoc dolore nascitur inuidia: Inuidus facillimè irascitur ei cui inuidet: & ideò inuidia parit iram. Ira quærit vindictam, & dum se vendicare nequit, tristatur, & hæc tristitia vocatur accidia: Hæc quia in bonis exterioribus consolationem quærit, parit auaritiam: Hæc quia temporalibus abundat diuitijs, causat gulam, & ventris ingluuiem. Gulosus verò, propter ventris rebellionem, facillimè spumat in libidinē; id circò parit luxuriam: & ex his omnibus, omnia alia oriuntur peccata, & proinde capitalia vocantur, quia aliorum sunt caput, & causa: sic Sayrus, *in Clau. Reg. lib secund capit.* 14. Molfesius, *tom.* 1. *sum. capit.* 18. *num* 14 & alij. Superbia, ex genere suo, peccatum mortale est: fit autem veniale, ratione paruitatis materiæ.

Quid est Vanagloria? Dub. 2.

1 VT Layman, *in Theolog. moral lib.* 3. *sect.* 3. *num.* 12. Vanagloria est inordinatus appetitus humanæ extimationis.

4 Ex genere suo Vanagloria, peccatum veniale est: quia per hoc vitium, intra suos terminos contentum, non grauis Deo, aut proximo irrogatur offensa. Ita Fernandez. *par* 4 *capit secund num.* 6. D. Thomas, 2. 2. *quæst* 132. *nu secund* & alij. Vndè facere opera sancta, ad honorem Dei solummodò ordinata, principaliùs ad laudem propriam, erit tantum veniale peccatum: v. g missas celebrare, concionare, & alia. Sic Fernandez, *par.* 4. *cap. secund* § *secund num.* 10. Nauarr. *cap.* 23. *num.* 13. & alij.

Filij vanagloriæ nouem sunt, scillicèt, Iactantia, Hypocrisis, Comtemptio, Pertinacia, Inuentio nouitatum, Curiositas, Inobedientia, Præsumptio, & Ambitio.

Quid est Iactantia? Dub. 3.

5 VT ait Fernandez, num. 7. Iactantia est declaratio inordinata propriæ excellentiæ, per verba. Differt iactantia, à superbia, & Vanagloria: quia iactantia est ipsa manifestatio, quam, quis de se facit. Superbia verò, est appetitus excellentiæ. Vanagloria verò, est appetitus manifestationis.

An consensus in iactantiam, seù in inanem gloriam, qua quis de aliquo opere, siuè bono, siuè malo se iactat, vel iactari permittit, sit peccatum, & quale? Dub. 4.

6 COmmuniter dicunt, si iactantia, & inanis gloria sit de aliquo bono opere, est sola culpa venialis. Immò res quantumcumque sacras, principaliter ob inanem gloriam efficere; vt sacramenta ministrare, vel recipere, sacrum celebrare, non excedit culpam venialē. Ita Siluester, *v. Vanagloria, quæst.* 2. Nauarr. *capit.* 23. *Summ. num* 13. *& de Horis Canon. capit.* 22. *quæst.* 5. *num.* 12. Petrus Nauarrus, *lib secund. de Restit. capit* 4. *nu.* 60. *in* 1. *edit.* Henriquez, *lib.* 4. *de pœnit. capit.* 36. *num.* 4 *in comment. litt. R. & litt. L*, Sanchez, *lib.* 1. *Summ. capit.* 3. *num.* 1. Merolla, *tom* 1. *disp. secund. capit.* 4. *dub.* 12. *num.* 321. & alij.

7 Limitatur hæc conclusio: Nisi laus illa, in damnum tertij cederet: Vt si quis se, vel alium falsò magnum Medicum, aut Aduocatum laudet, vndè alijs damnum notabile consurgit, peccat mortaliter contra iustitiam, & ad restitutionem tenetur: quia iniustè causa illius damni est. Ita Diuus Thomas, ab omnibus receptus, 2. 2. *quæstion.* 112 *articul. secund.* vbi Caietanus. Immò, qui falsò laudatus, aduertens aliquod notabile damnum, indè oriturum, si non contradicat: si non contradicit, saltem quantùm oportet ad illi obuiandum, peccat mortaliter. Sic Nauarrus, *capit.* 23. *num.* 13. Sanchez, *lib.* 1. *Sum. capit.* 3. *num.* 3. & Merolla, *tom. pri. disp secund. capit*: 4. *dub.* 12. *num.* 322.

8 Et quamuis iactantia de peccato veniali, sit tantùm venialis: tamen laudare se, vel alium de aliquo peccato mortali, semper est mortale: Et hoc verum est, siuè verè, siuè falsò, de illo peccato mortali, se, vel alium laudet. Ita Caietanus, 2. 2. *quæst* 112 *artic secund & in Sum. v. Iactantia, & verbo Gloria inanis* Siluester, *v. Vanagloria, quæst secund. & v. Iactantia num.* 1. vbi Angelus, *num.* 1. Nauarrus, *capit.* 23. *Sum capit.* 23. *numer.* 13 Lesius, *lib. secund. capit.* 47 *dub.* 6. *num.* 42. Sanch. *lib.* 1. *Sum. cap.* 3. *n.* 4. Merol. *to.* 1. *disp.* 2. *cap.* 4. *nu.* 323. & alij: quia videtur grauis inordinatio, assumere offensam Dei mortalē, tamquam medium, ad humanam gloriam comparandam.

9 Aduerte tamen, si in præsentia quis alium laudet de aliquo peccato mortali, vel coram eius consanguineis, in quorum honore cedit peccatum illud, de quo laudat, vt vindicta sumpta de inimicis; præter iactantiæ peccatum, esse etiam aliud mortale scandali necessariò fatendum: quoniam datur illis occasio, iactantiam vanam de illo peccato sumendi: & si verè admissum sit, datur ansa gaudendi de illo, & si non sit admissum, desiderandi, vt admissum esset. Ita Merolla, *to.* 1. *disp.* 2. *cap.* 1. *nu.* 327.

10 Vndè, vt dicunt Sanchez, *lib.* 1. *sum. cap.* 3. *nu.* 8. & Merolla, *to.* 1. *disp.* 2. *cap.* 4. *nu.* 328 peccare lethaliter eum, qui alium conuiciis afficit, quod oblatam occasionem alicuius peccati perpetrandi, puta, fornicandi, vel vindictam sumendi de inimicis, prætermiserit: vel qui sibi, vel alteri vitio, aut infelicitati tribuit, occasionem prædictam amisisse. Quia hæc omnia peccati approbationem supponunt. Immò si id fiat in præsentia conuitiis affecti, vel consanguineorum, in quorum honorem cederet peccatum illud, esset quoque aliud scandali peccatum: quia dat illis sufficientem tristitiæ ansam de prætermissa occasione. Vndè etiam peccant mortaliter illi, qui dicteriis alios pungunt, dicentes illis, ioci causa, esse molles, & æffeminatos, mulieribusque ineptos: vndè illi, vt huiusmodi dicteria, & veluti improperia abiiciant, occasionem, se de iis vitijs, laudandi sumunt, vel ad ea perpetranda incitantur. Immò si sit peccatum contra iustitiam, ad quod ea dicteria incitant, tenetur, ijs pungens damnum restituere, non restituente eo, qui illud infert: quia efficax damni causa est.

11 Esset etiam peccatum mortale, velle gloriam, & laudes de mortali, vel dum quis de eo laudatur, illas acceptare, sibique, eò quod laudatur, complacere: quia est iactantia de peccato mortali; dumodò quod laudatus tacens, eas laudes acceptet; & de eis gaudeat: quia si displicerent, & solum præ pudore, aut alio respectu tacet, non erit mortale: nisi talis esset laudatus, vt, tacendo, scandalum adstantibus præberet. Ita Sanchez, *loco citato. nu.* 10. & Merolla, *nu.* 330.

Dubitatur: An in hoc iactãtiæ peccato explicãda sit in Cõfessione species peccati, & similiter omnes aliæ circumstantiæ, quibus peccatum illud, de quo quis se, vel alium laudat, affectum est, vel de quo se laudari gaudet?

12 Prima opinio ait: Fatendas esse eas circumstantias, ac speciem. Cuius ratio est, quia hoc peccatum iactãtiæ ad eam speciem reducitur, cuius est illud peccatum, de quo est iactantia: virtus enim contraria, non tantum peccatum contrarium, sed etiam iactantiam, quia id peccatum, tãquam bonum approbatur, cohibet. Ita Sanchez, *lib.* 1. *Sum. cap.* 3. *nu.* 13. & probabilem vocat Merolla, *nu.* 333.

13 Secunda opinio negat. Cuius ratio est: quia deformitas moralis in hoc peccato iactantiæ, sumitur ex eo, quod tamquam medium, ad humanam gloriam comparandam, assumitur offensa Dei mortalis: sed hæc ratio offensæ mortalis, eiusdem rationis, est in omnibus mortalibus, vt dicit Merolla, *cap.* 1. *dub.* 2. *nu.* 13. quod vero sit hoc, vel illud peccatũ mortale, materialiter se habet: Sicùt dicit ipse Merolla. *cap.* 7. *disp.* 2. *nu.* 24. de peccato mortali contumeliæ; quod licet verba contumeliosa sint diuersæ speciei, eò quod per illa obiiciantur proximo defectus, specie diuersi; non tamen sũt peccata mortalia contumeliæ, specie distincta: quia intantùm contumelia est peccatum mortale, in quantum assumitur, vt instrumentum quoddam, seù medium, ad honorem proximi lędendũ. quod verò sint hæc, vel illa verba cõtumeliosa, materialiter se habent. Ita Nauarr. *prælud.* 9. *nu.* 4. Merolla, *to.* 1. *disp.* 2. *cap.* 4. *nu.* 333. Tamborinus, 1. *Opuscul. lib.* 2. *cap.* 7. §. 3. & alij.

Quid, & quotuplex est Hypocrisis? Dub. 5.

14 Hypocrisis, est simulatio virtutis, quã quis non habet. Ita Fernãdez, *part* 4. *cap.* 2. §. 4. *nu.* 12. Hypocrisis est ex dicto Græco, quod latinè simulationẽ significat: vt cum quis alium se simulat, quàm ipse est: Ita D. Thomas, 2. 2. *quæst.* 111. *ar.* 2. Molfes *to.* 1. *Sum. trac.* 8. *c. n.* 114. & alii.

Hypo-

15 Hypocrisis, per se, peccatum veniale est, sicut mendacium, & iactantia. Ita Lesius, *lib.2.capit.47.dub.6.num.35.* Potest esse mortale, Primò ratione finis: & tunc peccat mortaliter, quando quis fingit vitæ sanctitatem, vt faciliùs seminet errores, & vult sibi vt vberiores eleemosynæ erogentur, vel vt beneficiũ assequatur, quo est indignus, &c. Ita Bonacina, *de leg. disp.*10.*quæst.*1. *pun.secund. num.* 9. Azorius, *part.*3, *lib.*13. *capit.* 4. *dub.*1. *& secund.* Non tamen erit peccatum mortale, quando non adest graue damnum; quia Dominus præsumitur eleemosynam tradere, intuitu paupertatis, tamquam ab causam finalem. Neque erit peccatum mortale, quando quis facit aliqua opera sancta, vt alij arbitrentur, illum habere sanctitatem, quam non habet: quia tunc erit solùm peccatum veniale. Ita Fernandez, *part.* 4.*capit. secund* § *secund. num.* 12. D. Bonauentura, *in* 3. *dist.*53. & alij. *Si* verò intùs vult esse malus malitia mortali; foris tamen vult apparere bonus, erit peccatum mortale. Ita supracitati Dores. Vndè vt Hypocrisis, sit peccatum mortale, requiritur grauitas materiæ. Ita D. Thomas, 2.2.*quæst.*111.*articul.*4. Molsesius, *tom.*1.*Sum.tract.*8.*capit.*8.*nu.* 115.& alij.

Quid est Contentio? Dub.6.

16 VT ait Layman, *in Theolog.moral.lib.* 1.*tract.*3.*capit.*11.*num.*2. Contentio, est pugnatio veritatis cum confidentia. Vel, vt ait Fernandez, *part.*4.*capit.* 2.§.4 *num.*15. Contentio, est pugna verbis, vel scriptis contra veritatem perspicuam.

17 Contentio semper erit peccatum mortale, quando fieret ad impugnandam veritatem, & fieret cum graui aliorum scandalo, vt cum inconuenienti clamore, inter personas graues. *Si* verò moderatè defendatur veritas, erit actus meritorius. Ita Molsesius, *tom.* 1. *Sum.tract.*8 *capit.*8.*num.*117. Turrianus 2.2.*quæst.*38.*articul.*1. *circa finem.* Vndè impugnare veritatem, animo disputandi, nullum est peccatum: quia huiusmodi disputatio communiter vsu recepta est in scolis. Ita Fernandez, *part.*4.*capit. secund. paragraph. quart. numer. decimo quinto*, Bonacina, *de leg. disputat.quart. capit.vltim.* § *tert.num.*41. & alij.

Quid est Discordia? Dub.7.

18 VT ait Bonacina, *de leg. disp.*3. *quæst.* 4.*pun.vltim* §.4.*num.* 1. Discordia, est inordinata dissentio voluntatis, à voluntate alterius, cui consentire debet. Vndè discordia idem est, quòd cordis dissentio, vt docet Cicero 4. Tuscul. vt sit ira acerbior, intimo odio, & corde concepta.

19 Discordia, ex genere suo, peccatum mortale est, quia per se aduersatur concordiæ: nisi ex imperfectione actus excusetur. Vndè si esset in his, quæ ad honorem Dei pertinent, aut in graue damnum proximi vergunt, semper erit mortale; nisi primus motus talis discordiæ excusetur, propter imperfectionem actus. Dissentiens vero in alijs cum pertinacia, peccat venialiter: si tamen dissentiret propter rationes probabiles, nec adesset pertinacia, vel contentio, nullum esset peccatum. Ita Molsesius, *tom.*1.*Sum.tract.*8.*capit.*8.*num.*120. Toletus, *de sept. peccat. mortal. capit.* 11. & alij.

Quid est Pertinacia? Dub.8.

20 PErtinacia, est ostentatio inordinata proprij iudicij. Ita Fernandez, *par.* 4.*capit.*7 § 4.*num.*8. *in medio.*

21 Pertinacia, tunc est peccatum mortale, quando fit in rebus contra Dei honorem; aut in graue detrimentum proximi: aliàs erit peccatum veniale Sic D. Thomas, 2.2.*quæst.*138 *articul.* 8. Molsesius, *tom.*1 *Sum. tract.*8 *capit.*8. *num.* 118. Fernandez, *part.* 4.*capit.*2.§.4.*num.* 13. & alij.

Quid est Inuentio nouitatum? Dub.9.

22 REspondeo: Est manifestatio propriæ excellentiæ persacta vera: vt ait Fernandez *part.*4.*capit.*2.§.4.*num.*7.*circa medium.*

23 Tunc committitur nouitatum inuentio, quando aliquis intendit, noua aliqua exhibere, vt laudem ab alijs comparet. Fit autem hæc nouitas, non tantum in rebus, sed etiam in verbis: Ex genere suo, peccatum veniale est. Sic Molsesius, *tom. prim. Summ. tractat. octau. numero centesimo vigesimo primo,* Fernandez, *vbi supra num. vndec.* & alij.

Quid est Curiositas? Dub. 10.

24 VT ait D. Antoninus, 2. *tract.* 7. §. 2. est appetitus inordinatus sciendi.

25 Curiositas ad minùs semper erit peccatum veniale, vt ait Fernandez, *part.* 4. *capit.* 2 §. 2. *num.* 17. Et tunc erit mortale, quando ex tali curiosa, & nimia scientia oritur damnum proximi graue, qualis esset curiositas sciendi clàm, & ex insidijs alterius secretum domesticum, scilicèt, modum gubernandi, modum agendi in toro cum coniuge, vel aliquid simile, quod quisque soli Deo notum vellet. Talis esset, maiori cum ratione, curiositas sciendi alterius peccata; vel applicando aures ad illius confessionem; vel ex occulto loco ingressum, egressumuè vicini, vndè veniat, quando agitur de re graui, vel quò tendat, absque vlla alia causa considerando.

26 Petere aliquid ob curiositatem à Dæmone humanum corpus vexante, non erit peccatum mortale, sed tantùm veniale. Ratio est: quia huiusmodi petitio non indicat societatem cum eo, aut beneuolentiam: licet vero petere, ad eum expellendum, aut ad aliorum vtilitatem. Ita Lesius. *lib.* 2. *cap.* 42. *dub.* 13. Emanuel Sa, *v. Curiositas.*

Quid est Præsumptio? Dub. 11.

27 VT ait Toletus, *de sept. peccat. mortal. capit.* 22. Præsumptio, est appetitus exibendi se suprà propriam causam.

28 Peccat mortaliter in hac præsumptione, qui præsumit cum periculo notabili damni aliorum, siue corporalis, siue spiritualis: vt qui ignorans artis medicæ, vel iuris, ægrotos susciperet curandos; causas susciperet patrocinandas: vel qui ignarus casuum conscientiæ, se exponeret ad audiendas confessiones: vel ignarus formæ Sacramentorum, Sacramenta ministraret, &c. Peccat etiam mortaliter, qui præsumit cum periculo proprij grauis damni, tum corporis, tum animæ: vt cum quis magnum pondus vult sustinere, equum ferocem ascendit, & scalam prealtam ascendit, & similia facit, suas vires excedentia. Item, qui agnoscit periculum ad uenerea, præsumit, solus habitare cum sola fœmina: est enim, sic præsumere, tentare Deum. Ita D. Thom. 2. 2. *quæst.* 8. *articul.* 13. D. Antoninus, 2 *part. titul.* 3. *capit.* 6 §. 5. Caietanus, *v. Periculum peccandi.* Fernandez, *part.* 1. *capit.* 2 §. 2. *num. vltim.* & alij.

Quid est Ambitio? Dub. 12.

29 RESpondeo: Est appetitus inordinatus honorum, & dignitatum. Fernandez, *part.* 3. *capit.* 2. §. 1. *num.* 18.

30 Ambitio, ex genere suo, peccatum veniale est: ex circumstantijs vero fieri potest mortale: vt cum appetitur Officium in Republica, ad dãna, vel ad profusam licentiam peccandi, & similia. Ita Layman, *in Theolog. moral. to* 1. *lib.* 3 *sect. num.* 11. Nauarr. *cap.* 23 *num* 55. Fernandez, *par.* 4. *cap* 6. §. 4. & alij.

31 Ambitio, est secretum Venenum (vt ait D. Bernardus, *ser* 6. *in Psalmo, Qui habitat*) Pestis occulta, Doli artifex, Virtutum Erugo, & Tinea Sanctitatis. Nempe oriuntur ex ea inuidiæ, dissentiones, & rixæ: & Romanorum exemplo confirmat D. Basilius, *de Const. Monast. cap.* 10. Hoc vitio capti sunt inuidi, contentiosi, simulatores: & denique, quos ambitio inuadit, iugum Ecclesiasticæ disciplinæ respuere, vt ait Simachus Papa, *in Synodo Romana, cap.* 1. & habetur, *in capit. Bened.* 18.

DE AVARITIA, ET FILIIS eius. Cap. V.

QVid est Auaritia? Dub. 1.
Quid est Obduratio? Dub. 2.
Quid est Fraus? Dub. 3.
Quid est Proditio? Dub 4.
Quid est Inquietitudo? Dub. 5.

Quid est Auaritia? Dub. 1.

1 VT ait Fernandez, *part.* 4. *capit* 2. § 3. *num.* 1. Auaritia, est amor inordinatus habendi.

3 Prodigalitas verò, quæ est contra Auaritiam, est vitium inclinans ad appetitum effusionis pecuniæ. Ita Nauarrus, *capit.* 23. *Sum. num.* 69. *in fine.*

3 Auaritia duobus modis considerari potest: aut est contra iustitiam, aut contra charitatem. Quando est contra iustitiam, ex genere suo, mortale peccatum est; nisi paruitas materiæ excuset, aut ratione imperfectionis actus: quia, qui desiderat, vel accipit, aut retinet aliena iniustè, ex genere suo, peccatum mortale

tale committeret. Quando verò, est contra liberalitatem, erit peccatum veniale; dūmodo quod non repugnet charitati Dei, & proximi a in re magna, scilicet; non subueniendo, ob amorem Dei, necessitatibus proximi. Ita Toletus, *lib. 7 cap. 15.* Reginaldus, *lib. 26. nu. 26.* Molfesius, *to. 1. Sum. tract. 8. cap. 8. nu. 140.* Fernandez, *par. 4. cap. 2. §. 3.* & alij.

4 Filij auaritiæ septem sunt: scilicèt, Obduratio, Inquietitudo, Fraus, Fallacia, Periurium, Violentia, & Proditio. Ita Reginaldus, *lib. 25. num. 28.* & alij.

Quid est Obduratio? Dub. 2.

5 OBduratio, est quando auarus obdurat, & confirmat cor suum, quod nihil dabit pauperibus, nec miseriæ subueniet alterius. *Sic* Toletus.

Obduratio, est contra misericordiam, dum scilicèt quis omittat per auaritiā pauperibus eleemosynam elargiri. Quādo verò erit peccatum mortale non facere eleemosynam, in cap. sequenti explicabimus.

Quid est Fraus? Dub. 3.

6 VT ait, Molfesius, *in 1. to. tract. 8. cap. 8. num. 149.* Fraus, est deceptio, alterius opera facta.

7 Oritur autem Fraus ex astutia, quæ est vitium oppositum prudentiæ, excogitans media non vera, sed simulata, & apparentia, ad consequendum finem: quod ergo astutia sic fingit, hoc fraus exequitur opera. Ita Molfesius, *d. nu. 149.* Toletus, *de sup peccat. mortalib. capit. 46.* & alij. Vndè fraus committitur in emptione, & venditione, & in alijs contractibus: & semper habet annexam restitutionem; pro vt in septimo Decalogi præcepto explicabimus. Quando cōmittitur fraus in re graui, erit peccatum mortale; nisi excuset ignorantia, vel paruitas materiæ.

Quid est Proditio? Dub. 4.

8 VT Nauarrus ait, *in cap. 19. Sum. num. 51.* Proditio, est manifestatio rei occultæ cum nocumento. Nam prodere, est manifestare, quod latebat.

9 Proditio quatuor modis fieri potest: Primò, circa personas, cum quis eas prodit, ad nocumentum gratiæ illius inferendum. Secundò, fit circa res immobiles; vt qui prodit Castra, Villas, aut Ciuitates verorum Dominorum. Tertiò, fit contra res mobiles: vt manifestans res alterius absconditas latroni, vel illas rapiat, vt sunt vestes, pecuniæ, &c. Quartò deniq; fit, detegendo secreta, cū alterius detrimento, quando tenebatur celare secretum: quo casu in re graui erit peccatum mortale: aliàs erit peccatum veniale.

Quid est Inquietitudo? Dub. 5.

10 VT ait D. Thomas, *2. 2. quæst. 8. & art. 6.* Inquietitudo, est inordinata sollicitudo; studium, seū conatus ad aliquid consequendum.

11 Dicitur Inquietitudo, quia dum Auarus plùs habet, plùs inquietus est in acquirendo, & conseruando: nec vmquam satiatur diuitijs, vt sunt in isto carmine.

Antea siccari mare posset, aut numerari
Omnis arena maris, quam census abundat Auarus.

De Fallacia verò, in octauo Decalogi præcepto tractabimus, & de Periurio in primo.

DE ELEEMOSYNA. Cap. VI.

Quid

Quid est Eleemosyna? Dub. 1.

1 VT ait Molfesius, *in 1. to. Sum. tract. 1. capit. 16. num. 7.* Eleemosyna, est opus, quo datur aliquid indigenti, ex compassione, propter Deum.

2 Misericordia verò, est displicentia mali, ad ipsi subueniendum inclinans. Ita Toletus, *lib. 7. capit. 27. num. 1.*

3 Liberalitas tamen, est virtus, inclinans ad appetitum dandi ordinatè pecuniam. Ita Nauarrus, *capit 23. Summ. num. 69.*

Qui nam possunt Eleemosynam facere? Dub. 2.

4 REspondeo: Omnes, qui habent rem propriam: vel quò ad dominium, & vsum fructuum simul, vel ad vsum fructuum solum. Ita Panormitanus, *in cap. si quis furtis*, Comitolus, *in respons. moral. lib. 7. capit. 27.* Fernandez, *part. 4. cap. 20. § secund. num. secund.* & alij.

5 Vndè Primò: Subditi nō possunt eleemosynam facere, absque licētia expressa, vel tacita superiorum, nisi in aliquibus casibus. Primò, quando vrget extrema necessitas. Secundò, si detur modicum quid, & raro. Tertiò, quando adest consensus Domini, saltem interpretatiuè. Quartò, quando probabiliter speratur ratiabitio; quæ tunc maximè est, quando seruus haberet administrationem bonorum. Quintò, quandò de certa portione, sibi assignata ad victum, detrahit aliquid per abstinentiam; modò id non cedat in præiudicium Domini. Ita Filiucius, *tom. secund. tract. 28. ca. 4. num. 95.*

6 Alios quinque casus addit Diana, *pa. 5. tract. 8 resol. 16.* Quorum Primus est, si seruus dat aliquid ea conditione, vt res data, ad Dominum non pertineat. Secundus, si aliquid datur absolutè, & sinè conditione, non tamen intuitu ipsius Domini: v.g. propter industriam, uel aliquod seruitium factum. Tertius, si aliquid detur incompensatione iniuriæ illatæ. Quartus, si aliquid lucretur sua pecunia, vel ex rebus sibi datis. Quintus, quando propter turpem corporis vsum, aliquid eis datur.

7 Secundò: Filij familiàs, non solum possunt facere eleemosynam ex bonis castrensibus, vel quasi castrensibus; sed etiam ex bonis aduentitijs, & profectitijs: Immò ex bonis paternis, dummodò quod eleemosyna ex bonis paternis, sit iuxta consuetudinem sui status. Ratio est: quia Pater non censetur inuitus, vel saltem non censetur notabiliter inuitus in honesta recreatione, & eleemosyna. Vndè, si Pater auarus, & austerus est, potest filius clàm accipere, quod alii patres eiusdem conditionis indulgent filiis, iuxtà prudentis Confessarii arbitrium. Ita Layman, *in Theolog. moral. to. 1. lib. 3. tract. 4. cap. 12. num. 7.* Fernandez, *part. 4. capit. vigesi § secund. num. 3.* Sayrus *in Clau. Reg. lib. 9. capit. 6.* Bonacina, *de Contrac. disp. secund. quæst. 10. pun. 1. nu. 61* Lopez, *part. 2. capit. 23.* Molfesius, *tom. 1. Sum. tract. 1. cap. 16. num. 37.* Nauarrus, *capit. 27. Sum. num. 157* Lessius, *lib. secund. cap. 9. num. 68* & alii.

8 Tertiò: Tutores, Curatores, & alij, quibus aliorum cura demādata est, possunt eleemosynam facere ex bonis eorum, quorum curam habent. Ratio est: quia, licèt ipsi non sint Domini, tamen sunt administratores bonorum: ritè autem aliena bona administrant, dum moderatas faciunt eleemosynas, iuxta rationabilem Domini voluntatem. Tum quia, eleemosyna cedit in vtilitatem eorū, quorū curam habent, sicq; vtiliter gerunt ipsorum negotium, cum interpretatiuo ipsorum consensu. Ita Medina, *C. de Eleemos. quæst. 4.* Reginaldus, *lib. 4. capit. 21. nu. 270.* Petrus à Lorca, *2. 2. disp. 4. notab. 1.* Azorius, *part. secund. lib. 12. cap. 10.* Emanuel Sa, *v. Eleemosyna, num. 14.* & alij.

9 Quartò: Vxor, non solum potest dare eleemosynam de bonis suis, idest de paraphrenarijs; sed etiam de bonis cōmunibus: Immò de bonis Viri, iuxta facultatem eius: etiam contradicente Viro, potest Vxor dare eleemosynam, secundum consuetudinem aliarum mulierum suæ conditionis. Ratio est: quia maritus tenetur præbere Vxori, non solum ea, quæ spectant ad victum, & vestitum: sed etiam tenetur præbere ea, quæ pertinent ad honestas recreationes, decentes eleemosynas, & donationes: Cōsequenter Vxor in his non peccet, etiam si marit⁹ videtur inuit⁹, nā est irrationabiliter inuitus; & Vxor non est mancipium sed socia bonorum. Ita Lessius, *lib. sec. capit. 12. dub. 13. num. 89* Molfesius, *tom. 1. Sum. tract. 1. capit. 16. num. 36.* Fernand. *part. 1. capit. 16. § 7. num. secund.* Bonacina,

na, de cens.disp.2.quaest.10.pu.1.nu.6.Reginal.to.1.lib.4. cap.27.nu.282. Nauarr. lib.3.cap 1.nu.83.Molina, to. 2. disp. 274. Medina, quaest 7.a.7.Emanuel Sa, v.Eleemosyna, nu.11 Layma, in Theolog.moral. to.1.lib.3.tract 4. cap.12 nu.6. in medio. Lopez, part.2.cap.24.§.Ad hoc & alii.

10 Quantitas vero particularis, quae potest dari ab vxore, est vigesima pars lucri annualis, vt ait Bannez, 2.2, quaest.32. art.8.qui sic ait. Nullus est scrupulus affirmare, quod mulieres dispensent, nesciente viro, vigesimam partem lucri annualis: nã talis dispensatio debet esse interpretatiuè volita à bono viro. Et ita docent etiã Malderus, in 2.2. D.Thomae.quaest.32.art.8. Diana, part. 2. tract. 15. resol.32.& part 5.tract.8.resol.34.Ledesma, to.2.sum.tract.4.cap.3. concl. 38. Vega, to 2.sum.4.cap.17.cas.23.Granad. in 2.2.controu. 2. tract. 11. disp. 5.nu. 3. & alii.

An habens facultatem, distribuendi Eleemosynam pauperibus, teneatur eligere pauperiorem? Dub.3.

11 Negatiuè respondeo Ratio est: quia nulla lex constringit talem exequutorem, vt querat pauperiores sed satis est, vt eligat pauperem: nec hęc sunt velut prœmia meritorum, vt hic contingere potest acceptatio personarum. Vndè potest eligere pauperes, relictis pauperioribus, sine peccato. Ita Mattiez. l.5 Recopil tit.4.l. 14 gloss.1.n.13. Mart. de Coniect.vlt.volũt.lib 5 tit.5.nu.6.Peralta, leg cum quidam nu.18.& leg.vnum ex familia, §.si de falsidia.nu.12. Paulus Castro, leg vnum ex familia.§.itaque.nu. 2.ff de legat.2 & leg.cum qidam nu.6. ff. eodem titul.Ludouicus Lopez, pa. 1.cap. 136.Sanchez, to.2 consil.lib.4.cap. 1 dub. 60.nu 11.Diana, part.2. tract. 15 resol. 8. & 39.& tract.16.resol.19. Bartol. leg. vnum ex familia, §.1.in fine. Baldus, leg. cum quidam ad fin.de leg.2.& alij.

12 Et non solum exequutor potest eligere pauperem, relicto pauperiore, sed etiã potest dare pauperibus inimicis Testatoris: Quia in eleemosyna non est considerandum An pauperes, Testatoris inimici fuerint? cum in eleemosyna sola pietatis ratio considerari potest. Ita Molina, lib.2.de primogenit.cap.5.nu.3.

Dubitatur: An quando committitur alicui aliqua summa distribuenda inter pauperes, possit partem aliquam, vel totam sibi applicare?

13 Negatiuè respondet prima opinio: nisi extrema necessitate laboret, in qua aliena furari sibi integru m esset. Ratio deducitur, Primo, ex leg. si mãdauero tibi, vt prome.22. §.si tibi centum ff. mandato. Vbi habetur, iussũ aliquid dare, cui voluerit, consumentemque, reũ esse mandati. Secundò, quia inter dantẽ, & accipientem debet esse distinctio. qua ratione expressè decidit textus, cap. per nostras, de iure patronatus: Non integrũ esse Patrono, se ad beneficium prętare. Tertiò, quia si alicui iniungeretur in pœnitentiam sacramentalem, vt aliquas pecunias erogaret in pauperes, nõ posset sibi, quantumuis pauper sit, eas applicare. Quartò quia misericordia est pars iustitiae, & hęc necessaria est ad alteram: ergo eleemosynam, quę est actus misericordię, non potest exequtor sibi ipsi eleemosynam dare. Ita Calderinus, cons.31.num.vnic.de Testam. Bald. cap. cum in iure.nu.6.& 7. de elect & leg. si is cui.7.nu.2.C de fact.s.& d.§ sibi cẽtũ.fin.vbi Odofredus.fin.Alberic.fin Fulgos, fine.Salycetus, nu 4.ibidẽ Albericus leg.null. nu. 20. C. de Episcop. & Cleric. Celsus, in addit.ad Baldum.ea leg.si is cui. nu.2.vers. extra queritur Florianus, à S. Petro.leg si quis Titio.nu 42 ff. de leg.2. Panormit.in cap final nu.4 de instit. Zachar. in addit. ad Panormitanum. cap.1. in fine. de cohabitatione Cleri & mulierũ vers.adde prae est.Parisius, cons.26.nu.22. vol.4.Io. Lupus, rubric de donat.inter virum & vxorem. Rosella, v. Restit.15.nu. 8.Angelus, v.Eleemosyna, nu. 3. vbi Siluester, quaest.2.in fine.& v. Testament.2. quaest.2. dist. 5.Sarmiento, lib. 8.select. super legem cum quidem.nu.22. ff.de leg. 2.Alberic. in curia Pisana, lib. 2. cap 10. nu.4.& 5.& cons.24.nu.54 vol. 1.& alij.

14 Secunda opinio, affirmat, modo distributor indigeat. Cuius ratio est: quia distributor non est deterioris conditionis aliis: sed possunt alii eleemosynam accipere: ergo etiam distributor potest eam sibi, titulo paupertatis, eleemosynam applicare. Tum quia magis est de ratione iustitię, quod sit ad alterum, quam de ratione misericordię: at restitutio

tatio incertorum facienda pauperibus, potest per ipsummet, si verè pauper sit, sibi applicare, secundum communem sententiam: ergo, & eleemosynã. Tum quia verè saluatur distinctio personarũ: hanc enim eleemosynam non censetur facere ipse distributor, sed is, qui commisit, iuxta *leg. vnum ex familia ff. de leg. 2. §. si de falsidia*. Tum quia ad beneficiũ simplex, quod non est dignitas, est satis probabile, posse patronum se præsentare, vt dicunt Sanchez, *lib. 6. sum. cap. 11. nu. 54.* & alij: quia in hoc non præsumitur ambitio, vt in altis beneficijs: ergo &c. Ita D. Thomas. *1. 2. quæst. 3. 2. art. 9 ad 3.* vbi Caietanus, Aragonius, *quæst. 32. art. 9 circa concl. ad. 3.* Antonius Gomez, *in Bull. cas. 8 nu. 7.* Ledesma, *2. 4. quæst. 15. art. 7.* Angles, *in Florib. pa. 1. de Eleemosy. fol. 476.* Nauarr: *Propugnacul. apolog ad l 6. de redditib. monit. 1. nu. 12.* Sãchez, *to. 2. concil. lib. 4 cap. 1. dub. 58. nu. 5.* Fernandez, *pa. 4 cap. 20. §. 2. nu. 9* Bonacina *de leg disp. 3. quæst. 4. pu. 6. nu. 22* Lorca, *disp. 22. nu. 28.* Reginaldus, *lib. 4. cap. 21. n. 304.* Diana, *part. 5 tract. 7. resol, 38.* Meroll. *to. 3. disp. 7. cap 5 nu. 286.* & alii.

Dubitatur secundò: An liceat huic distributori, eligere filium suũ, suisque consanguineos?

15 Nota, quod hic non tracto de filio spurio, quia de hoc non est huius loci tractare; quia hoc non pendet ex eo quod distributor, eligens filium, censeatur eligere semet ipsum, de quo inpræsenti tractamus, sed ex cognitione. An incapax sit filius spurius, recipiendi aliquid à patre?

16 Vndè ad dubium respondeo, quod prima opinio ait: nequaquam posse, eligere filium suum, nisi extremè patientem: quia cum reputetur eadem cum patre persona; pater eligens filium, censetur, semetipsum eligere. Ita Calderinus, *cons. 3 1 nu, vnic. de testam* Mantica, *de vlt. coniect. volunt. lib 8 tit. 5. nu. 9.* Salicetus, *vbi supra* Zachar. *in addit. ad Panorm. cap. 1. in fine. de cohabitat cler & mulier* Naxia, *taxa pœnas. cap. 6. nu. 49.* Baldus, *cap. cum. in iure. nu. 7. de elect. & leg. tutor. §. 1. in fine ff. de excusat. tutor.* Celsus, *in addit. ad Bald l. 1. nu. 29. v. suum filium. C. de sacros. Eccles.* & alii Quod quidem tẽperat Baldus in vtroque loco, & Zachar. vt intelligatur, quãdo pater habet in illis bonis vsum fructum Addit. Bald. *eo. cap. cum. in iure. nu. 7.* Vel nisi pater iuri percipiendi vsus fructus ex his bonis distributis, filio renuntiet; quia tunc nihil acquiritur patri: secùs, quando pater in his compararet vsum fructum, quia tunc eligens filiũ, censeretur pater se ipsum eligere.

17 Secunda opinio ait: Posse patrem filio suo, verè pauperi, ex his pecuniis, distribuere, quod vera personarum distinctio inter vtrumque reperiatur. Ita Panormitanus. *c. final, nu. 4. de instit.* Baldus, *leg. 1. nu. 29. C. de sacros. Eccles.* Aeneas de Falco. *addit ad Abbat. cap. fin. v. Pauperibus. de cohabit. Cleric. & mulierum.* Horacius, *leg. consul. nu. 13. ff. de adopt.* Martienz, *lib. 5. recopilat. art. 4. l. 14. gloss. 1. nu. 11.* Sanchez, *lib. 6 sum. cap. 11. nu. 51.* & alii. Atque idẽ tradunt Bald. & Martienz, si filius sit exequutor, ad ea bona inter pauperes distribuenda: poterit enim patri suo, vere pauperi, aliquid dare ex illis. Ita Merolla, *to. 3. disp. 7. cap. 5. nu. 298.*

18 Quò verò ad consanguineos. Quidam negant, posse exequutorem distribuere sic Alberic. *in leg. mandauero, 22. §. si ibi centum; fine ff. delegat. 2. & l. nulli. nu. 20. C. de Episcop. & Cleric.* vbi limitat, nisi testator adderet, vt exequutor possit distribuere, quibus volet. Idem sustinent limitantes, quando consanguinei sunt valdè cõiuncti. Anchar allegatus. Paul *Clement. vnica, nu. 6 de Testamẽt* Iacobus; de Arena, *tract. de Commissar nu. 24.* & habetur *8. tomo. tract part. 1.*

19 Alij autem dicunt, posse suis consanguineis, verè pauperibus, distribuere quod eudens distinctio reperitur inter dantẽ, & recipiẽtẽ. Ita Panor. *cap. 1 fin. de cohabit. Cleric & Mulier.* vbi Imola, *nu. vlt. & cap. cum, tibi nu 17. de Testam. & Clement. 1. nu. 19. de Testam.* vbi Cardinal. *quæst. 22. nu. 22.* Anchar. *cap. 2. nu. 13. de Testam. in 6.* Sanchez, *d. cap. 11. n. 52.* Siluester, Angelus, Rosella, locis citatis, & alii. Immò si plures essent distributores, possunt alii vni eorum applicare. Sic Sanchez. *lib. 6. sum. cap. 11. nu. 57.* Merolla, *to. 3. disp. 7. c. 5. nu. 298.* & alii.

Dubitatur Tertiò: An Religiosus exequutor testamenti, vel distributor eleemosynarum, possit eleemosynam, quam iussus est distribuere, suo monasterio pauperi applicare?

20 NEgatiuè respondet prima opinio: quia tunc videtur se ipsum eligere. sic loquentes de Abbate, Fulgosus, *l. si mandauero, § si tibi centū. fine ff mandati* vbi Albericus *fin. & nul. l. nu. 20. C. de Episcop. & Cleric.* & alij.

21 Secunda opinio affirmat: quia distinctio personarum satis saluatur. Ita Dynus, *l. cum quidam, la 2. nu. 3. ff. de leg. 2.* Cardin. *Clem. vnica, quaest. 22 nu. 22. de Testam.* vbi Imola, *nu.* 19. Bonifacius, *nu.* 87. Anchar. *cons.* 84. *nu.* 9. *&* 10. Baldus, *cap. cum in iure. nu. 6. de elect.* Paris. *cons.* 26. *nu.* 24. *vol.* 4. Aeneas de Falco. *addit ad Abbat. cap. 1. fine v. Pauperibus de cohabit. Clericorum. & Mulierum.* Rosella, *v. Restitutio.* 15. *nu.* 8. Siluester. *v. Testam. 2 quaest. 2. dict.* 5. Peralta, *l. vnum ex familia. § rego. nu. 7. ff. de legat. 2.* Nauarr. *propugnac. ad apolog; lib. de redditib. monit.* 13 *nu* 2. Mattiēz. *lib. 5. recop. tit. 4. l. 14 gloss nu.* 12 Sanchez. *lib. 6. Sum. cap.* 11. *nu.* 59. Merolla, *to. 4. disp. 7. cap. 5. nu.* 298.

22 Limitat Dynus: quando distributio esset commissa per verbum, importans liberam voluntatem: secùs, quando per verba, importantia arbitrium boni viri.

23 Sed hanc limitationem reprobant Mattienz. Bartol, & Sanchez; Immò Anchar. ait: Tunc potiùs esse veram hāc sententiam: quia, quando verba important arbitrium boni viri, satis est vt exequutores eligant dignum:

Dubitatur quartò: An solus Monacus, qui exequutor institutus sit, possit ex eleemosina inter pauperes distribuenda, sibi cōmissa, aliquid sibi, tamquam pauperi, retinere?

24 NEgat prima opinio. Ita Siluester, Calder: Bonifa. *nu.* 88. Imola allegat: & ita Rodoriquez, *to. 3. qq. regular. quaest.* 70. *art.* 4. ductus alio fundamento: quamuis enim concedāt nobiscum, distributorem posse sibi applicare, id negat in huiusmodi Religioso: quia, cum Testator, eum instituens exequutorem, nouerit esse religiosum, & subindè pauperem; censetur, eum exclusisse ab ea eleemosyna participanda.

25 Affirmat secūnda opinio. Ratio est: quia, cum Monacus hanc eleemosynā, sibi applicatam, expendere debeat in vsibus, sibi necessarijs, quibus à conuentu expensæ suppeditandæ essent; releuat ab eo onere conuentum: ac subindè suo monasterio censetur eam eleemosynam applicare, cui posse, probauimus. *n.* 23. Quod si dicas: sæpè posse contingere, vt nullo expensarum onere releuetur monasterium: quia, non obstante hac eleemosyna, tantumdem expendit cum illo Monacho conuentus: & ideò solum deseruit eleemosyna illa, nè Monachus tā pauperem vitam transigat. Respondeo, adhuc eleemosynam cedere in monasterij vtilitatem, & verè ipsi dari: quia quidquid acquirit Monacus, est re vera monasterij, illud que posse eam eleemosynam Monacho applicatam, auferre, & in generales conuentus vsus consumere: & ex sola sua voluntate concedit illius vsum huic Monaco. Ita Parisius, *cons.* 26 *nu.* 24. *vol.* 4. Sanchez, *lib. 6. Sum. cap.* 11. *nu.* 61. Merolla, *to. 3. disp. 7. cap. 5. nu.* 302. & alij. Et non solum potest sibi applicare, sed etiam potest bona distribuere inter Religiosos sui monasterij. Ita Merolla, Immola, *in leg. captatoriæ, in fine. de leg. nu.* 18. Archidiaconus. *ibi de testament.*

26 Nomine verò pauperum intelligi omnia loca pia, vt Hospitalia, & Ecclesias indigentes luminaribus, ornamētis ædificiis, & monasteria Religiosorum, & Religiosos. Ita Io. Andreas. *in cap. 1. in noua edit. de Testam. lib. 6.* Imola *loco citato.* Diana, *pa. 2. tract. 15. resol* 8 & alij.

27 Et nō solū dicitur, pauper ille, qui nō habet vndè viuat; verū etiā, qui nō potest cōmodè, & honestè viuere, secūdùm suā cōditionē: vt sūt multi Artifices, & psonę altioris cōditionis, q̄ egre ad modū vitā substētāt. Ita Iacobus Mādellus, *lib. 1. cōs. 69. n. 7.* Diana, *p. 2. tract. 15. resol. 8. circa mediū.* & alij, Immò dicitur paup, Nobilis ille, cui imīnet onus dotādi filias & eas nuptui tradere, & cōmodè dotare nō potest; licèt habeat tātū, quātū sufficit ad alimenta. Ita Molina, *tra. 2. disp.* 747. *nu.* 1. Reginaldus, *to. 1. lib.* 10. *nu.* 197. Fernandez, *pa. 4. c. 20 § 2 n.* 20. Filliucius, *to. 2. tra. 3 fi. c. 4. nu.* 95. Vasquez, *in opusc. de restit. cap. 5. § 4. dub. 1. nu. 6. & 7.* & alij.

28 Ex his deducitur: Religiosum, vel quemcúque aliú cui traditur pecunia aliqua distribuéda; non vt eleemosyna pauperibus distribuéda, sed gratia exonerádi cóscientiá, debitis incerti dñi grauatá; posse sibi applicare, si verè pauper est: nec in hoc distinguendum, credo, An tradens pecuniam, norit paupertatem huius, an eam ignorit? sed in vtroque casu id fieri posse existimo. Ratio est: quia tradens pecuniam distribuendam, nil aliud intendit, quam conscientiam suam exonerare: neque curat de pauperibus, quibus ea pecunia distribuenda est, sed de sola conscientiæ exoneratione: qui finis satis obtinetur, cuicumque pauperi, etiam si sit ipsemet distributarius, applicetur. Atque idem intelligo, quando exequutores iussi sunt à testatore, restituere aliquas pecunias pauperibus, ratione æris alieni, cui incertis dominis adstrictus erat: poterit enim exequutor, verè pauper, retinere; quamuis solus ipse exequutor institutus sit, eiusque paupertas esset testatori cognita; quia militat eadem ratio tradita. Ita Sanchez, lib. 6. summ. cap. 11. nu. 62.

An Iudex, tempore necessitatis, possit compellere diuites, ad eleemosynam faciendá? Dub. 4.

29 CErtum est apud omnes, posse Iudicem cogere, tempore extremę necessitatis, diuites ad eleemosynam faciédam; & pertinet ad iudices Ecclesiasticos; docent Gregorius Lopez, *part. 5. tit. 1. in proœmio gloss.* Tiraquellus, *de nobil. cap. 9. nu. 46.* Glossa, *cap. sicut. 47. dis. vers. esurientium.* Alii verò ad iudices Ecclesiasticos & seculares. sic Bañez, 2. 2. *quæst. 32. art. 6. dub. 2.* Ledesma, 2. 4. *quæst. 15. art. 2.* Sanchez, *to. 2. Consil. lib. 1. cap. 5. dub. 9. nu. 63.* Vide etiam Dianam. *part. 5. tract. 7. resol. 4.* & alios.

30 Et non solùm in extrema necessitate potest Iudex compellere ad talem eleemosynam: sed etiam in grauioribus necessitatibus, quando diuites habent statui superflua. Ratio est: quia licèt non sit acquisitum ius etiam charitati, huic, vel illi pauperi, potest tamen diues in vnum, vel alium dispensare: at communi hominum bono quęsitum est ius, vt quæ superfluunt, tradant indigentibus. Ita Siluester, *v. Eleemosyna, quæst. 7.* vbi Angelus, *n. 11.* quando est præceptum de danda eleemosyna, Caietanus, 2. 2. *quæst. 118. art. 3.* Palatios, *in 4. dist. 15. disp. 6. in fine* Nauarr. *lib. 3. de Restit. cap. 1. nu. 174.* Sanchez, *to. 2. Consil. lib. 1. ca. 5. dub. 5. n. p. 65.* Auilas, *cap. 17. per totam gloss. at rarò nobiles. nu. 12.* & alii. Quid quid in contrariú doceát Sotus, *lib. 5. de Iust. quæst. 3. art. 4.* Spino *Specul. testam gloss. 6. n. 8.* Couarr. *3. varar. cap. 14. nu. 6.* Sarmiento *de Redditib. p. 3. cap. 4. nu. 3. 4. & 5.* & alii: quia nullum acquirit ius, huic, vel illo pauperi, cum possit diues eleemosynam non dare huic, sed alij seruare.

31 Sed stando in prima opinione, dico: Pauperes non habent actionem contra diuites, vt dent eis eleemosynam in extrema necessitate: sed tantum possunt implorare officium Iudicis, vt cogat: & sic hęc actio iudicis, officio, non iure actioni fit: quia hoc debitum non est lege iustitię, sed paupertatis. Ita Glossa *in cap. sicut aues. esurientium. 47. dist.* vbi Tiraquell. *nu. 46.* Couarru. *nu. 5.* Antonius, de Burgis *cap. 1. de emption.* Sanchez, *to. 2. consil. lib. 1. cap. 5. dub. 5. nu. 68.* Lopez, & Angelus, locis citatis & alii.

An quando multi diuites sciunt alterius indigentiam, teneátur singuli, ad eam subleuandam? Dub. 5.

32 AFfirmatiuè respondeo; etiam si non æqualiter diuitiis affluant. Ratio est: quia pręceptum charitatis afficit singulos: & vnicuique mandatum est de proximo suo subleuando. Tum quia, non est maior ratio, cur vnus teneatur, & nó alii, quamquam vno subueniente, alii remanent exempti ab obligatione subueniendi: quia proximus necessitate nó amplius laborat, cum alter ipsius necessitatem subleuauit. Ita Bonacina, *de leg. disp. 3. quæst. 4. pu. 6. nu. 12.* Malderus, *quæst. 31. art. 6. dub. 2.* Vasquez, *cap. 2. dub. 3.* Reginaldus, *nu. 243.* Petrus à Lorca, *disp. 39. nu. 50.* & alii.

33 Possunt tamen eximere ab obligatione faciendę eleēmosynę, quando certò, aut probabiliter constat, pauperis necessitatem ab alio subleuandam esse: nam perindè videtur, ac si pauper ab alio fuisset adiutus, cum paratum habeat subsidium, quo ipsius necessitas subleuetur. Ita Beccanus, 2. 2. *cap. 21. nu. 5.* Reginaldus, *lib. 4. nu. 127. & 251.* Vasquez, *in opuscul. cap. 1. de Eleemos. dub. 3. nu. 28.* Bonacina, & Malderus locis citatis, & alii.

An

An satisfaciet præcepto, faciendæ eleemosynæ, qui laboranti extrema necessitate, aliquid in eleemosynam non dat, sed titulo contractus mutui, &c? Dub. 6.

34 NOtandum est priùs: Necessitas extrema, duplex est: quędam est simpliciter, quando scilicèt pauper nullibi habet bona: Alia secundum quid, scilicèt, quando habet alibi bona, & hic extremè indiget.

35 His positis, dico: Si necessitas non est extrema, nisi secundum quid, quia scilicèt, habet bona, satis est illi mutuare. Ratio est, quia reuera ille nō est pauper. Ita expressè docent omnes Doctores pro omnibus sententijs citandis. Et ita dicendum est, quando alibi non habet bona, & habet vires, quibus solitus est victum quęrere, aut artem, seù spem probabilem proximè habendi: quia hic non est verè pauper. Ita Bannez, 2. 2. *quæst*. 32. *articul*. 6. *dub*. 3. Aragonius, 2. 2. *quæst*. 32. *articul*. 5. Ledesma, 2. 4. *quæst*. 15 *numer*. 3. Sanchez, *tom*. 2. *Consil. lib*. 2. *capit*. 5. *dub*. 5. *num*. 48. Bonacina, *de leg. disp*. 3. *quæst*. 3. *pun* 6 *num*. 15. & alij.

36 Addunt tamen Doctores citandi, in hoc casu, si huic subueniatur de superfluo status, non potest absolutè pactum inire mutuans, vt inops reddat mutuū, scilicèt, obligando illum, vt acquirat ad soluendum: sed sub conditione reddat, scilicèt, si nactus fuerit pinguiorem fortunam: quia non est, tam graue onus imponendum alteri, propter omissionem rei paruam, vel nullo modo necessarie, & ordo charitatis id videtur postulare. Si verò de necessario status est illi subueniendum, ęquum est, vt pauper det operam, cum possit peruenire ad pinguiorem fortunam, nisi Religionem ingrediatur: quia non est ęquum, vt propter extremam necessitatem, quam ille nullo modo vitare potest, sit peioris cōditionis, & magis inhabilis reddatur ad perfectionis statum. Ita Sanchez, *tom. secund. consil lib. secund. capit. quint. dub. quinto quatrages. octauo*. Nauarrus, *lib. 3. de Rest cap. p. nu*. 369 *&* 370. Bonacina, *de leg. disp. tert. quæst*. 3. *pu*. 6. *n*. 15. & alij.

37 Quando verò res, non est vsu consumptibilis, satis est accomodare in extrema necessitate. Ratio est: quia ad indigentiam subleuandam, non eget ille dominio, verbi gratia, equi, vestis, &c. sed vsu; & consumpto vsu, manet salua res. Ita Sotus, *lib*. 4 *de Iustit. quæstion*. 7 *articul*. 1. *ad* 4. Nauarrus, *num*. 366. Sarmient. *in defens. ad lib. de Reddit. part secund. motio* 4. *num*. 6. & alij. Dummodò quod Proximus egeat ipsa re, vsu non consumptibili: quia si non indiget nisi re, vsu consumptibili, vt cibo & proximus nihil habeat, quod subueniat, nisi equum, vel pallium; tunc tenendo sententiam, quod in vsu consumptibili tenetur dare gratis; tenetur dare, vt alter vendat, & pretio emat cibum. Ita Sanchez, *num*. 15 Nauarrus, *num*. 367. & alij.

38 Quando verò proximus est in extrema necessitate simpliciter, & indiget re vsu consumptibili, An qui tenetur dare eleemosynam, teneatur dare gratis, vel satisfaciet mutuando? Dissentio est inter Doctores: nam

Prima opinio ait: Satis esse mutuare quia tantum tenetur ille subuenire illi necessitati: sed satis subuenit mutuando: ergo &c. Ita Couarruuias, *Rest peccat secund. §*. 1. *num*. 4, Adrianus, *in* 4 *de Restit. quæst & Quodlibet* 1. *articul secund. in paruis. colun*. 4. Medina, *C. de Restit. quæst secund articul*. 1 Nauarrus *capit*. 24. *Sum. num*. 5. *&* 17. & alij. Et videtur inclinare Diana, *part* 5 *tract*. 8. *resolut*. 5. Et absolutè docent Lesius, *cap*. 16. *dub*. 1. *n*. 11. & Tolet. *lib*. 5. *sum. c*. 24. *n*. 5.

39 Secunda opinio ait, si res erat necessaria ad statum dantis, vel si superflua statui, aut erat in rebus Reipublicæ, aut in alijs necessarijs, seù valdè vtilibus expendenda, & est in notabili qualitate: tunc sat est, mutuo dare; non absolutè, vt maneat liber ad ingressum Religionis, vel ad viuendum in paupertate Euāgelica, sed conditionatè, scilicèt, si pinguem adeptus sit fortunam: Si verò res erat superflua statui; nec reseruatur ad alios fines vtiles, sed tantum ad augendum diuitias, tunc tenetur dare gratis. Ita Corduba, *quæst*. 26. *in solut ad* 7. Ledesma, 24. *quæst*. 15. *articul*. 3. & alij. Addit Corduba, non solum in extrema necessitate, sed etiam in alijs, in quibus tenetur ad eleemosynam.

40 Tertia opinio, ait: Si habet superflua statui, tenetur dare gratis, siuè alter in extrema necessitate sit, siuè non licèt res sit notabilis. Si verò non habet superflua statui, & res est notabilis, tūc satis est mutuare, ét patienti extremā. Secùs si sit res modica. Ita Aragon. 2. 2. *qu*. 32. *art*. 5.

41 Quarta opinio ait: Non satisfacere præcepto eleemosynę mutuando, nisi gratis eleemosynam tradat Cuius ratio est :quia præceptum obligat ad actum virtutis eleemosynę: non verò ad alium actum. ergo qui titulo mutui, vel alterius contractus dat alteri, id quod indiget, non satisfacit præcepto, cum non faciat actum præcepti. Ita Sanchez, *to.2. Concil.lib.1.cap.5 dub 5.nu.76.* Angles, *in florib.pa.1 de Eleem.quæst.3. diff.7.* Palatios, *in dist 15.disp.6.* Bonacina, *de leg.disp.3.quæst.4.pu.6.nu.14* Turrianus, *disp 82.dub 5.& 7.* Valentia, *to.3. disp.3 quæst 9.pu.4.* Reginaldus, *lib. 4. cap.20 nu.160.* Bannez, *2.2 quæst.22.art. 6.dub.2.* Azorius, *cap.9 quæst.9.* Granad. *to.3.disp.3 quæst.9 pu.4* Suarez, *de Charit.disp.7.sect 5.nu. 2.& 5.* Sotus, *lib.4. de iust quæst .7 art.1.ad 4.* Lorca, *disp.39. nu.54.membr.4.* Nauarr. *cap. 1. nu. 361.* & alij.

An qui non habet vndè ex proprijs necessitatem pauperum subuenire, possit aliena capere, ad subleuandam pauperum necessitatem? Dub. 7.

42 Affirmatiuè respōdeo. Ratio est: quia dominus nō cēsetur rationabilitèr inuitus. Tum quia, sicut pauper potest rem alienam capere, vt sibi subueniat, ita alter' potest accipere, vt alteri subueniat. Bonacina, *de precep.disp.3.quæst. 4:pu.6 nu. 21.* Vasquez, *cap. 1. de Eleem. dub 7.nu.62.& cap 2 dub.2.nu 6.* & alij.

Vndè, qui subripit ad subueniendum alteri' necessitatē, & nō habet de proprijs, quibus possit illorum necessitati subuenire, non peccat. Ratio est: quia licet illi in tali casu proximo subuenire, quia tamen hic non est iudex, & non potest ipse executioni mandare, quod alii facere tenentur. ius enim illud accipiendi sibi necessaria, solum habet pauper ipse, extremè indigens; aut alius, non habens de suo, vnde necessitati alterius sufficiēter prouidere possit. Quod si ille habeat de suis, alii rationabiliter essent, inuiti vt de bonis eorum acciperent. Ita Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 9.cap.14.nu.24.* Sebastianus Medices, *tit. 6.Sum quæst.128.* Bonacina, *de Cōtract. disp.2. quæst.9 pu.26.nu.8.& de leg.disp. 3 quæst.4.pu.6.nu.21.* Emanuel. Sà, *v. Eleemosyna, nu. 8.* Nauarrus, *cap.17. nu, 118.* Medina, *de Elemosyna, quæst. 5.* Salonius. *2.2 quæst.66.art.7.* & alij.

An Eleemosynę, iniunctę in pœnitentiam, satisfaciet pœnitens, si pauperi grauiter, aut extremè indigenti largiatur, cui aliàs ex pręcepto eleemosynę debitę erant? Dub. 8.

43 Negatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia cum satisfactio potissimum per opera voluntaria fiat, nec opus illud iniunctum sit obligatum dici, in qua illud pręceptum cōcurrit, mens Confessarij, imponentis opus illud in satisfationem, interpretāda est in dubio de operibus voluntarijs. Ita Paludanus, *in 4. dist. 15. quæst. 1. art. 2.nu.8.* Suarez, *to. 4. in 3. part. disp. 37. sect.6.nu.5.* & Sayrus, *in Clau Reg. lib.6. cap.3.nu.22.* Et probabilem vocat Merolla, *to.2. disp.4. cap.3, dub. 34. nu. 378. in fine.*

44 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia cum eleemosyna pauperis indigentiam subleuare respiciat; quo maior est indigentia, potiori ratione eleemosyna dici potest: & ideò prudenter credi potest, mentem Confessarij fuisse, vt per huiusmodi eleemosynam, & præcepto, & pœnitentiæ satisfaceret. Confirmatur, quia nemo tenetur, in hac graui, vel extrema necessitate pauperis ad eleemosynam, quando alia via potest illi necessitati subuenire. Vt si esset incertus debitor, quæ pauperibus restituenda sunt, ea largiendo in ea necessitate, non teneretur ad eleemosynā: cum ergo pœnitens, in casu nostro, implendo pœnitentiam, largiendo eleemosynam sibi impositam, succurrat necessitati pauperis, cessabit tūc eleemosynæ præceptum, & pœnitentiæ satisfaciet. Ita Bartolomeus Ledesma, *in sum. Sacrament. vbi de satisfact. dub 9. in fine.* Sanchez, *lib.1 sum.cap.14.n 6* Ferdinād. Castro, *to.1.tract.3. disp. 1. pu. 20. nu. 8.* Emanuel. Sà *v. Satisfatio nu.9.* Martinus Ledesma, *2.pa 4. quæst. 14. art. 1. dub. 7.* Henriquez, *lib 5. de Pœnit.cap.21.nu. 3. in Comment. lit.e.* Merolla, *to. 2. disp.4. cap.3.dub. 34. nu. 379.* Sotus, *4. dist.19. quæst 2.art.1.vel penult.* Amicus, *in cur. Theolog.to.8.disp.16 sect.5.dub.9. nu 90.* & alij.

Limitat

45 Limimitant hanc sententiam Sotus, vt per eam eleemosynam satisfaciat pœnitentiæ; quando obligatio eleemosynæ confessionem subsecuta est: secùs si illam antecesserit.

46 *S*ed hanc limitationem *Sāchez*, Suarez, & Merolla, locis citatis, reiiciunt: quia nil refert, siuè antecedat siuè subsequatur: nam in vtroque casu rationes ab latę militant.

47 Quid dicendum, quando eleemosyna illa esset alio titulo debita? Aliqui dicunt: pœnitentem satisfacere pœnitentiæ iniunctæ, si eleemosynam illam suo Patri, Auo, Fratribus indigentibus conferat. Quia benigna interpretatione censetur Confessarium tali eleemosyna, aliis ex præcepto, contentum esse. Ita Henriquez, *lib.5 de pœnit. cap.21. nu.3. in Commento litt Q.* & Leandrus, *to.1. tract. 5 disp.9 quæst.47.*

48 Alii verò negant. Quorum ratio est: quia filius, aut frater diues tenetur debito legali, ad quod per Iudicem compelli potest, ad subueniendum Parentibus, & reliquis ascendentibus, ac fratribus inopia laborātibus, licèt nō aliis cōsāguineis, vt aliis relatis probat Molina, *lib.2. de Primogenit. c.15. à n.47. vsquè ad finem.* ac proindè illa non erit eleemosyna. Ita Amicus, *in cur. Theolog to. 8. disp.16 sect.5. dub.9. nu.90.* Merolla, *to. 2 disp.4. cap.3. dub.34. nu.381.* Sanchez, *lib.1. Sum. cap.14. nu.6.* Castro, *to.1 tract.1. disp.1. pu 20 nu 8.* Diana. *part. 9. tract. 8. resol.54. vers Idem. Leandrus.* & alii.

*S*i verò pœnitens non esset diues, &
49 hac ratione excusaretur ab alimentis pręstandis; satisfaceret pœnitentię, dando eleemosynam fratri indigenti. Et ita dicendum est, si daret iis consāguineis, quos non tenetur alere, quamuis ipse esset diues.

DE PRÆCEPTO. cui facienda est Eleemosyna Cap. VII.

Cui facienda sit eleemosyna? Dub. 1.

1 CVique indigenti, fideli, vel infideli, facienda est eleemosyna: Ratio est quia eleemosyna, est actus, impetratus à charitate; charitas verò neminem excludit, iuxta Pauli sententiam. *Omnibus debitor sum, fideli, & infideli, Romano, & Græco.* & ita Fernandez, *part.4. cap 20. §. 2. nu.4.* & alii. Vnde hoc præceptum obligat fideles, & infideles. Ratio est: quia hoc præceptum, non solum positiuum à Christo Domino, sed naturale est. Ita Fernandez, *nu.6.*

2 Immò hoc præceptum obligat, vt teneamur subuenire inimicis, tempore necessitatis, quādo inimici sūt priuati. Ratio est: quia Christus dixit: *Diligite inimicos vestros, & benefacite ijs.* &c. Tum quia ipsi sunt nostri proximi: modò non timeamus graue damnum, ab ipsis inferendum, subueniendo: non autem tenemur subuenire inimico Reipublicæ, quamuis existat in extrema necessitate: Immò tenemur non subuenire: quia bonum commune præferendum est priuato. *S*i verò non erit periculum, vt inimicus noceat Reipublicę, vt contingere potest tempore induciarum, tenemur subuenire. Ita *B*onacina, *de leg. disp.3. quæst.4. pu 6. nu.20.* Bannez, 2.2. *quæst.32. dub.3.* Reginaldus, *lib.4. cap.23. nu.291.* Lorca, *disp.37. nu.20.* & alij.

Dubitatur, Primo: An ad extremā necessitatē filii, & parentū, cui nā teneātur filij, parentibus nè potiùs succurrere, an proprijs liberis ?

3 QVamuis Angelus, *verb. Filius. nu.* 24. & alij Iurisperiti dicant: In extrema necessitate succurrendum potiùs esse filijs, quàm parentibus, quod est probabile: Probabilior mihi videtur sententia D Thomæ, 2.2. *quæst.* 26. *art.* 8. *ad.* 3. Dianæ, *part.* 9. *tract.* 8. *resol.* 60. *vers. sed difficultas.* & aliorum, asserentium, in extrema necessitate potiùs tenētur succurrere parētibus, quā filijs, secùs extrà extremam necessitatem: nam tunc potius filijs, quam parentibus succurrendum est: quia filij totum suum esse, & vitam, & quid quid habent, à parentibus habent: parentes autem nihil habent à filijs, preter iacula, & spinas, & curas, quibus maximè vrguntur, ac stimulantur, vt eis vitę remedium quærant, Iuxta dictum Iacobi Genes, 49. *Ruben primogenitus meus, principium doloris mei:* Vbi principium doloris sui eum appellat, quia cum primus illius filius esset, primò cępit parentem curis stimulare circa vitę illius remedium quærendū Et ita Fagundez, *de precep. decalog. lib.* 4. *cap.* 1. *nu.* 13. Diana, *pa.* 9. *tract.* 9. *resol.* 60. & alij

Dubitatur secundo: An si creditor, & Pater, & mater debitoris sint inextrema necessitate, debitor deba potius subuenire patrem, & matrem, an verè creditorem?

4 PRima opinio ait: Quando debitor, & creditor simul ad extremam necessitatem deueniunt, teneri debitores potiùs creditoribus suis, quam sibi ipsis: quia dupplici iure, ac nomine ea res creditoribus debetur, & quia res est sua, & ab eo accepta fuit: debita enim non computantur cum rebus debitoris, & quia est in extrema necessitate constitutus: debitor autem vnico tantùm iure, & titulo eam potest retinere, ratione scilicèt extremæ necessitatis: ergo tam ipso debitore, quam patre, aut matre illius ad extremam necessitatem redactis, tenetur debitor ea res potius creditori reddere, quam sibi retinere, aut illa parentibus subuenire, Ita Toletus, *lib.* 5. *cap.* 24. Vasquez, *Opuscul. cap.* 1. *de Eleem. dub.* 9. Petrus de Lorca, 2.2. *disp.* 38. *n.* 10. Nauarrus, *c.* 17. *sum n.* 6. & alij

6 Secunda opinio ait: Teneri potiùs debitorem ea re sibi, & suis parentibus subuenire in ea extrema necessitatis circumstiantia, quàm creditoribus in eadem similiter circumstantia existentibus. Ratio est: quia in extrema necessitate cessat omne ius gentium, & dominium, manet que solum ius naturale: ex altera parte verò, debitum ergà parentes est debitum virtuti pietatis, quod iuri naturali est coniunctum: & debitum maius est, & antiquius, quam illud, quod ex particulari iustitia debetur. Vnde fit, vt patre, & creditore ad extremā necessitatē deuenientibus, potiùs patri, quam creditori ea re subuenire debitor teneatur: fit etiam, quod quando debitor, & creditor simul ad eam extremam necessitatem deueniunt, non tenetur debitor rem creditori soluere, cum sibi potiùs, quam illi succurrere ea teneatur: & quia possidet, & quia res in ea circūstantia, quo ad vsum, tantum ad prioré statum communitatis reddit. Ita Valentia, *to.* 3. *disp.* 3. *quæst.* 8 *pu. vnic.* Salonius, 2.3. *quæst.* 62 *art.* 5. *cōtrou.* 9 Bannez, 2.2. *quæst.* 62. *dub.* 10. *concl.* 2 & *quæst.* 31. *art.* 1 Diana, *part.* 5 *tract.* 8. *resol.* 12. & *part.* 9. *tract.* 8. *resol.* 60 *vers. Secundo quaro* Sotus *lib.* 4. *de iust quæst.* 7 *art* 1. *ad* 4. Caietanus, 2.2. *quæst.* 62 *art.* 5 *ad* 4. Azorius, *pa.* 2. *lib.* 12 *cap.* 8 *quæst* 5. *vers Sed quid si creditor* Paludanus, *in* 4 *dist.* 15. *quæst.* 2. *art.* 1 *concl.* 1. Ludouicus Lopez, *pa.* 1. *cap.* 114. Castrus Palaus, *to* 1. *tract* 6 *disp.* 2. *p.* 31 *nu.* 4. Hurtad; de Mendoz, 2.2, *disp.* 159. *sect.* 3. *§.* 69 Lesius, *lib.* 2. *cap.* 16 *dub.* 1, *nu.* 14. Sayrus, *in Cla. Reg lib.* 10. *tra.* 2. *cap.* 3 *nu* 9 & alii.

An in extrema necessitate teneatur quis dare eleemosynam de necessarijs ad statum, quæ ad naturam superflua sunt? Dub. 2.

6 NOta primò, quod superfluiatas triplex est: Vel enim superfluunt bona, ad ipsāmet vitam alendā. Vel ad status decentiam substentandam: Vel ad decentissimam decentiam status ipsius condecorandam. Nomine verò, Decentiæ status, comprehendi honesta conuiuia, munera honesta, magnificentias honoratas iuxta suum statum. Ita Nauarrus, *cap.* 24. *Sum. nu.* 6. Caietanus,

opuscul.

opuscul. to. 2. tract. 5. de præcep. eleemosynæ cap. 2. & 6. & alii.

Vndè superfluum considerandum est, consideratis sumptibus honorabilibus etiam filiorum familię: status magnificentię, communibus euentibus, & aliis hujusmodi: non tamen dici superflua status ea, quæ quis seruat ad filiorum dotes, & ad communiter occurrentes necessitates, morborum, bellorum, & famis. Ita Bannez, *2. 2. quæst. 32. art. 6.* Palatios, *in 4. dist. 15. disp. 6.* & alii. Neque erit superfluum, quando quis aliquid seruat consanguineis, & alumnis indigentibus. Ita Ledesma, *2. 4. quæst. 13. art. 3.* & alij. Vndè Bona sunt triplicia: Aut necessaria ad naturam sui, & suorum Aut superflua naturę, necessaria tamen ad statũ: Aut superflua statui.

7 Nota secundò: Necessitas triplex est: Extrema, Grauis, & Communis. Extrema, non tantum dicitur, quando homo est iam in promptu, vt moriatur; quia tunc non poterit iam illi prouideri: sed extrema dicitur, quando est in illa dispositione, quod si illi non subueniatur, apparent euidentia signa, quod breui moreretur: Ita Bannez, *2. 2 quæst. 13. num. 6.* Palatios, *in 4. dist. 16. qu 4. ar. 2.* Aragonius, *2. 2. quæst 32. ar. 5.* Sarmiento, *de Reddit. pa. 4. cap. 5. nu. 9.* Rosella, *vers. Elemosyna. 1. initio* Medina, *C. de elemos. quæst. de necessitate faciendi elemosyna.* & alii.

8 Dicitur etiam necessitas extrema, quãdo est in periculo, nisi illi subueniatur, amittendi membrum aliquod principale, vel sensum sui corporis. Ita Angles, *in florib pa. 1 de Elemosy quæst. 3. diff. 3.* Bannez, & alii. Et ita dicendum est, quãdo erit in periculo perdẽdi honorem. Et ita, quando frater periculo appropinquat incurabilis morbi, aut alterius miseriæ: quæ homines solent conficere. Ita Sotus, *lib. 5 de Iust quæst. 3. art. 4.* & alii. Et ita dicunt Paludanus, *in 4 dist. 15. quæst. 3. art 3.* & Grabriel, *in 4. dist. 16. quæst. 4. art. 2* Extremam necessitatem esse, quando est in periculo grauis morbi.

9 Necessitas quasi extrema est illa, quæ tanta est, quod si illi non subueniatur, verisimilè est quod vita illius notabiliter abreuiabitur; vel in aliquem notabilem morbum incidet. Ita Sanchez, *to. 1. Consil lib. 1. cap. 5. dub. 5. nu* 8. Medina, *quæst. de necessitate faciendi eleemos.* Angles, *in florib. pa. 1. de Eleemos. quæst. 3. diff. 6.* Couarr. *lib. 3. varar. cap. 14. nu.* 5. & alij.

10 *Dicit* necessitatem quasi extremam Couarru. vbi supra, quando est talis, & tanta, vt sit paulo minùs, quam extrema At Aragonius, *in 2. 2. quæst. 32. art.* 5. appellat necessitatem grauem, valde vicinam cum extrema esse, cum aliquis versatur in magno, & certo periculo incidendi in grauissimum morbum, propter inopiam, vel aliam huiusmodi calamitatem. Et Nauarrus, *in lib. 3. de Restit. cap. 1. nu.* 158. appellat etiam necessitatem grauem hanc: dicit enim, eam esse, aut ad leuandum aliquem ab aliquo graui, & notabili morbo, aut longo, vel ab aliqua notabili infamia, vel ne cadat à statu, aut de captiuitate iniusta liberetur, aut ne aliquod malum magnum incurrat. Sotus verò, *lib. 5. de iust quæst. 3. art. 4.* appellat etiam grauem, quæ in graui periculo hominem constituit, honoris amittendi.

11 Necessitas communis est illa, qua laborant pauperes, qui ostiatim mendicant. Ita Aragonius, *2. 2. quæst. 32. art* 5. Sanchez, *to. 1. Concil lib. 1. cap. 5 dub. 5. nu.* 9. Addit etiam Corduba *lib. 1. qq. quæst. 26. initio:* siuè publicè, siuè priuatim, & occultè mendicent.

12 Nota tertiò, quod præceptum eleemosynæ est de fide, vt dicunt Sanchez, *to. 1. Consil lib. 1 cap. 5. dub. 5 nu. 21.* & cõmuniter Doctores, ex Matteo 25. & Ioãn. 3. De vteron. 15. non tamen tenetur de his, quæ sibi, & suæ familię sunt necessaria, quò ad naturam: vt ait D. Thomas, *2. 2. quæst 32. art. 6.* quia priùs debet quis sibi, quam aliis prouidere: neque ad eleemosynam de superfluis ad naturam, necessarijs verò ad statum, quando pauper non laborat extrema, nec graui necessitate: his positis.

13 Dico, quod prima opinio ait: Teneri de superfluis ad naturam, licèt ad statũ necessaria sint, quando præceptum charitatis postulat, vt magis diligamus vitam proximi, quam propria bona, quæ ad vitam necessaria sunt. Ita Bannez, *2. 2. quæst. 32 art 6 dub. 2.* vbi Aragonius, *nu.* 5. Paludanus, *in 4. dist 15. quæst. 3. art. 2.* D. Thom. *in 4. dist 13. quæst. 2. art 4 quæstiuncul. 1.* Palatios, *in 4. dist. 15. disp. 16.* Gerson, *p 2. de cognit. peccat. consid. 10.* Almayn *in vesperia, concl. 1. col. 1* Lira, *ad 1. Ioan. 3.* Durand. *4. dist. 15 quæst. 6. ad 2.* & alij.

Secun-

14 Secunda opinio ait: Non teneri. Ratio est: quia aliàs teneretur homo aliquando consumare totum patrimonium opulētum in subsidium pauperum Immò & dignitatem maximam maioratus, existente alio in extrema ægestate; ergo &c. Ita D. Antonius, 2. *part tit.* 1 *cap.* 24. §. 5. Viguerius, *cap* 12 § 2. Rosella, *verb. Eleemosyna*, 1. *inprincipio*. & alii.

An in extrema necessitate, teneatur quis, lege iustitiæ, vel sola caritatis lege, ad eleemosynā? Dub. 3.

16 PRima opinio ait: Teneri lege iustitię. Cuius ratio est: quia Iudex potest cogere tempore extremę necessitatis ad eleemosynam, vt dicunt Doctores in *cap.6. dub* 4. *d nu.* 29 ergo tenetur lege iustitię: non enim potest Iudex cogere, nisi ad id, quod lex iustitię obligat. Tum quia in extrema necessitate sunt communia, non ad hunc sensum, quod prior dominus amittat dominium, vel quod dominium sit vtriusque: sed in hoc sensu, quò mutuator dicitur dominus rei mutuate: licèt enim verè dominiū sit mutuatarij, at est redibiliter: ita vt mutuatari⁹ habeat ius iustitię, vt suo tempore sibi reddatur. Sic inpręsenti, cum res iure naturali essent communes, & per ius gētium factę sunt propriæ, scilicèt, redibiliter, vt scilicèt, necessitate extrema existente, res esset reddenda ipsi indigenti à vero domino, sicut illi debita, quę conditio fuit, & debuit esse implicita in rerum diuisione, vt iusta esset: ergo sicut mutuatarius tenetur ex iustitia reddere mutuum. ita &c. sic D. Thomas, 2 2 *quæst.* 18. *art.* 2, *ad* 4 Caietanus. 2. 2. *quæst.* 118. *art.* 3. Sarmient. *part.* 3. *cap.* 4. *nu.* 3. 4 5 *&* 6. *& indefensione illius lib.* 2. *nu.* 3 Spino. *specul. testam. gloss* 6. *nu* 8 Nauarr. *lib.* 3 *de restit. cap.* 3. *à nu.* 344. & alii: Et dicit esse satis probabilem Sanchez, *to.* 1. *consil. lib.* 1. *cap.* 5. *dub.* 5. *nu.* 59.

16 Secunda opinio, quę est probabilior, ait: Non teneri in extrema necessitate lege iustitię, sed tantum charitatis. Ratio est: quia actus eleemosynę, ex suaptè natura, est è licitus a misericordia, imperatus verò à charitate: ergo vbi est maior indigentia, vt est extrema, erit maior ratio eleemosynæ, & misericordiæ: ad id, quod est debitum ex iustitia, non est elemosyna, & non debita ex iustitia. Ita Coninch. *disp.* 17. *dub.* 7 *nu.* 104 Ledesma, 2. 4 *quæst* 15 *art* 3. Medina, *quæst.* 3 *de restit. cas.* 1. *&* Clarùs, *quæst.* 9 *vers. Secunda etiam* Salonius, 2. 2. *quæst* 62. *art.* 7. *controuers.* 2. Bannez, 2. 2. *quæst.* 32. *art.* 6. Sanchez, *to.* 1. *Consil lib.* 1. *cap* 5. *dub.* 5 *nu.* 61 Diana, *pa* 5. *tract.* 8. *resol.* 2. Nauarr. *cap.* 24 *sum. nu* 7. Turrianus, 2. 2. *disp* 82 *dub.* 3. Reginaldus, *to* 1. *lib* 4. *cap* 20. *nu.* 264. Vasquez, *opuscul. de Eleemos. cap.* 1. *nu.* 32. Lorca, 2. 2 *sect.* 3. *disp* 39 *nu.* 45. *memb.* 4. Ludouicus, à S. Ioan. *in sum. quest. de eleemos art.* 3. *diff* 3 *concl.* 3. & alij.

17 Vndè ille, qui denegauit eleemosynam pauperi indigenti, cui tenebatur subuenire; transacta necessitate, non tenetur ad aliquid restituere. Ratio est: quia obligatio restituendi, oritur ex violatione iustitiæ, non autem ex violatione charitatis: sed qui denegauit eleemosynam, non violauit iustitiam, sed charitatem, vt supra probauimus: ergo non tenetur ad restitutionem. Tū quia charitas obligabat ad subleuandam indigentis necessitatem: necessitas autem transacta est, vt supponimus: ergo &c. ita Bannez, 2. 2. *quæst.* 32. *dub.* 2. *nu.* 14. Bonacina *de leg. disp* 3. *quæst.* 4. *pu.* 6 *nu.* 29. Lorca *disp.* 29. *nu.* 46. Malderus, 2. 2. *quæst.* 32. *art.* 6. *dub.* 3. Ludouicus Molina, *to* 2. *disp.* 124. Sotus, *lib* 5. *de iust quæst* 3. *art.* 4 Medina, C. *de Restit. quæst.* 3 *causa prima*, *vers. Est alia quæstio* Reginaldus, *nu* 264. Turrianus, *disp.* 82 *dub* 3 *& disp* 21. *dub.* 2. *de acceptatione personarum. nu.* 6. *circa medium.* & alij.

An de superfluis naturę, & status teneatur quis in extrema necessitate, dare eleemosynam? Dub. 4.

18 PRima opinio ait: Non tantum in extrema necessitate teneri quempiam ad elemosynam de superfluis naturæ, & status; sed etiam quando non extremè laborat. Cuius ratio est: quia amicorum omnia sunt communia, & charitas est amicitia ad omnes: at si amicus in humanis haberet superflua, & suus amicus indigeret, licèt non extremè, esset sufficiens ratio adsoluendā amicitiam:

amicitiam: ergo qui proximis non dat superflua, dissoluit amicitiam christianam; & perconsequens, amitit charitatem. Tum quia, ordo charitatis est in precepto; & secundum ordinem charitatis, magis debet homo diligere congruentiam status proximi, quam suas opes superfluas: ergo ex eo precepto tenetur eas erogare. Ita Corduba, *lib. 1. quæst. 26 dub. 6.* Angelus, *in florib pa. 1. de Eleemos quæst. 3. dub. 6.* Sanchez. *to. 1. Consil lib. 1. cap. 5. dub. 5. nu. 34* Coninch. *dist. 27. dub. 8. nu. 136. & 130.* Bannez, 2. 2 *quæst 32. art. 6. dub. 1. & 2.* Medina, *de Necess. faciend eleemos.* Couarr. *3. varar. cap. 14. nu 5.* Palatios, *Sum verb. Elemosyna, & in 4. dist. 15. disp. 6.* Ancola, *opuscul. de reb. Ecclesiast. cap. 13.* Riccardus, *4. dist. 15 art 2. quæst. 2.* Salonius, 2. 2. *quæst. 71 art. 1. controu. 1. in solut. ad. 1.* Sotus, *lib. 5 de iust. quæst. 3. art. 4 vers. circa tertium & tract in caus. pauperum cap. 8.* Antisiodorus, *lib. 3 sum. tract. 8. cap. 1 quæst. 2.* Alens, *pa. 3. quæst. 65. memb. 4. §. 1.* Nauarr *lib. 3. de rest. cap. 1. nu. 358.* Spino, *opuscul. testam. gloss. 6 nu. 11. & 15.* Tabiena, *quæst. 5.* Armilla, *nu. 1. & 3.* Aragonius, 2. 2. *quæst. 32. ar. 5.* Siluester, *v. Eleemos. q. 5.* & alij.

19 Secunda opinio ait: Tantum obligari ad dandam eleemosynam constitutis in extrema necessitate. Cuius ratio est: quia non tenetur procurare alicui, vt benè sit, sed vt sit, & viuat. Tum quia tenetur homo, magis fratri subuenire, quam ipse sibi ipsi; sed inops non tenetur sibi ad vitæ necessarium, cum sibi liberum sit ipsiplus victũ, & vestitũ procurare, quã sit sibi oñia bona abdicare, & in paupertate, & arte viuere. Ita Caietanus, 2. 2. *quæst 71. art. 1. & in opuscul. to 1. tract. 16. de indulg. quæst 3.* Panormitanus, *cap. si verò de iniurijs, nu. 16* Maior, *in 4 dist. 15. quæst. 7.* Antonius de Burgis, *cap. 1. nu. 20. de emptione & vendit* Gabriel, *in 4 dist 16. quæst 4. art. 2.* Viguerius, *lib. instit. cap. 12. § 2. vers. quinto.* Nauarr. *cap 25. nu 29.* Alens, *pa. 4 quæst 113. memb. 1.* Vasquez, *opuscul. cap. 2 dub. 3. & cap. 3. dub. 4 nu. 14.* Valētia, *to. 3. quæst. 9. pu. 4. §. quærit. controuers.* Præpositus, *cap. sicut. hij dist. 47.* Rosella, *verb. mutuum. nu. 2. & verbo eleemosyna. nu. 1.* Azorius, *part. 2. lib. 12 quæst 2. cap. 1.* & alij. Et probabilem vocat D. Antoninus, *part. 2. tit. 1. cap. 24.* Durandus, *4. dist. 15. quæst. 6.* Corduba Palatios, *locis citatis.* & Medina, C. *de Eleemosyna. quæst. de necess. faciend eleemosy.*

Qualis debet esse necessitas citra extremam, in qua teneatur de superfluis naturæ, & status, dare eleemosynam? Dub. 5.

20 PRima opinio ait: Teneri in necessitatibus. & probat quia in Luca. 11. dicitur: *Quod superest, date eleemosynã, & ecce omnia munda sunt vobis.* quo in loco, cum sermo sit absolutè de superfluis, faciendã esse elemosynã, nõ solũ in extrema, aut graui, sed etiã in ordinaria, & cõmuni pauperũ necessitate. Ita Palatios, *in 4. dist. 15. q. 6.* Ancola, *q. de rebus Ecclesi. c. 13.* Bãnez, 2. 2. *q 32 a. 6. dub.* Aragonius, 2. 2. *q. 32. ar. 1.* Ledesma. *4. q. 25. ar. 3.* Sarmiēto, *de Reditib. p. 4 cap. 5. n. 8. & 9.* Reginaldus, *lib. 4. c. 2. n. 252. & 157.* Beccanus, 2. 2. *tract. 21. n. 8.* Turrianus, 2. 2. *dist. 81. dub 2.* Sanchez, *to. 1. Consil lib. 1. c. 5. n. 32.* Bonacina, *de leg. disp. 3. q. 3. pu. 6. n. 8.* Lorca, *disp. 39. n. 14. & 22.* Nauarrus, *c. 24. sum. n. 5.* Caietanus, *opuscul. to. 2. tra. 5. de præcep. eleemos. c. 3.* Siluester, *v. Eleemosyna, quæst. 1.* Turrecremata, *c singularis. 87 dis. n. 6. concl. 5.* Spino. *specul. testam. gloss 6. n. 15* Corduba, *lib. 1. qq q. 26. propos. 3.* & alij. Et valdè inclinat Sotus, *tract. 1 in caus pauperum. cap. 1.*

21 Secũda opinio ait: In extrema, aut etiã in graui, non autem in cõmuni pauperũ necessitate, faciẽdã esse eleemosynã ex præcepto, obligãte sub mortali: Sic Couarr. *3. Variarũ. c. 14.* Petrus Nauarr. *lib. 3. c. 1. n. 358.* Malderus. *2. 2. q. 32. ar. 6. dub. 4 proposit. 1. & 2.* & alij.

22 Tertia opinio ait: Non teneri existẽti in communi, vel graui necessitate: sed tãtum existenti in extrema, vel quasi extrema necessitate. Ratio est: quia qui non procurat ea, quę non sũt sibi necessaria, ad substẽtãdã vitã, nõ peccat mortaliter: ergo, neque peccat mortaliter, qui alteri nõ suppeditat ea, quę nõ sunt necessaria ad illius vitæ sustentationẽ. Tum quia sequeretur, plurimos diuites, eorumque confessarios de lethali culpa damnandos esse: cum non soleant cõmunibus pauperum necessitatibus succurrere, qui habent superflua, cõsequẽter etiã illorũ cõfessores, quod absurdũ est. Ita Medina *quæst. de necess. faciend eleemosy. §. quod autẽ & §. sequẽti* Angles, *in floribus p. 1. q. 3.*

 diff.

diff. 6. Nauarr. *lib. 3 de rest. cap. 1. nu.* 358. Salonius, 2. 2 *quest* 71. *art.* 1. Alens. *pa.* 3. *quaest.* 61. *memb.* 4. §. 1. D. Antoninus, apud Valentiam, *to.* 3. *quaest* 9 *pu.* 4 § *quae sit cōtrouersia* Vasquez *opuscul. de Eleemos. cap.* 1. *dub.* 2. 3. & 4. Diana, *part* 2 *tra* 15. *resol.* 32 & *p.* 5 *tra.* 5 *resol.* 27. Hurtad. de Mendoza, 2. 2. *disp.* 159 *sect.* 4. §. 131. Sotus, *de iust. quaest.* 7. *art.* 1. & alii.

An de necessarijs ad statum, teneatur aliquis aliquando ad eleemosynam citra extremam necessitatem? Dub. 6.

23 NEgatitiuè respondeo. Ratio est: quia non tenetur quis indecenter suo statu viuere, nisi vt subueniat extremè indigenti. Tum quia Reipublicę vtilior est opulētus status ciuium, quam vita alicuius priuati: quia defectio status est grauissimum damnum, cum quo nemo tenetur prouidere homini priuato. Ita Hurtad. de Mendoz 2. 2. *disp.* 159 *sect.* 6 § 56. Nauarr. *lib.* 3. *de restit. cap.* 1. *n* 358. Sotus, *lib.* 5 *de iust. quaest* 8 *art* 1 *in fine.* Salonius, 2. 2 *quaest.* 71. *art.* 1. Caietanus, *opuscul. to.* 2. *tract.* 5. *de praecep. Eleemos.* Alter Nauarr. *cap.* 24 *sum nu.* 5 Sanchez, *to.* 1. *Consil. lib.* 1 *cap* 5 *dub.* 5. *nu.* 44 Sarmient. *de Reddit. pa* 4. *c.* 5. *nu* 8. Siluester. *v. Eleemosyna, quaest.* 1. Ledesma, 2. 4. *q.* 8. *art.* 3. *ad finem.* & alij

An priuati homines laici teneantur inquirere pauperes? Dub. 7.

24 NEgatiuè respondeo Ratio est: quia laici non tenentur ex officio, seù statu suo quęrere pauperes: sed sat est, si occurrentibus subueniant. At Clerici, habentes redditus ecclesiasticos, tenentur quærere pauperes: vt sunt Episcopi, & Beneficiales, curā animarum habētes: Hi, ratione officij, tenentur ad id. quia ista bona superflua tenentur speciali vīculo pauperibus dare; & sic si non occurrant, tenentur illos quærere. Tū quia, ratione status, specialis cura pauperum ipsi incumbit. At laici, seù clerici, cum pastores non sint, nec animarum curam habeant, non videntur ad id teneri. Ita Medina, C. *de Eleemos. quaest. de necess. faciendi eleemos. in fine.* Corduba, *lib.* 1 *qq quaest.* 26 § *ex omnibus.* Auendanus, *in respons. resp.* 9. *num.* 9. Lopez, *de Eleemosyn. disp.* 7. *sect.* 1. *num* 6. Ludouicus à S. Ioann. *in Sum. quaest. de eleemos. articul.* 3. *dub.* 6 *append* 1. Azorius, *part.* 2. *lib.* 11. *capit.* 10. *quaest.* 1. & alij recentiores.

An spes, ascendendi ad superiorem statum, liberet ab onere elargiendi eleemosynam? Dub. 8.

25 AFfirmatiuè respondeo. Quia possunt laici de bonis patrimonialibus seruare, ad suum statum, vel consanguineorum, mutandum: nam quando, non ea libidine auaritiæ, aut in fraudem pauperum, sed tantum vult augere, aut mutare statum: quia sincerè iudicat sibi conuenire ob aliquos honestos fines, familiam maiorem habere, aut opulentiùs viuere, aut ad altiorem statum conscendere: itaque eius sola determinatio sat est, vt quę ad hoc seruiunt, dicantur necessaria statui, & non superflua. Vndè vix in sæcularibus inuenies, etiam in Regibus, superfluum statum. Vndè ait Vasquez, *in opuscul. de Eleemos. capit.* 4. *dub. vlt. num.* 14. & *capit.* 1. *dub.* 3. *num* 16 Etiam non appello superfluum statum, vel præsentis, vel futuri, quem ego licitè possum acquirere, ad illum ascendere: nec enim teneor ego meum statum, & dignitatē amittere, vt alius non amittat suum: & simili ratione, non teneor ego ob similem necessitatem, futurum perdere statum, quem dignè poteram acquirere: quod expresse sentiunt Nauarr. *lib.* 3. *de Restit. capit.* 1. *num.* 364. & Caietanus, 2. 2. *quaest.* 32. *artic.* 5. & *in Sum. v. Eleemosyna largi.* qui licèt sentiat, de superfluo quemlibet teneri ad eleemosynam: at non existimat superfluum, quando quis habet superfluum statum in præsenti: illud tamen in futurum nō seruat, vt mutet statum digniorem: & ita vix aliquis tenetur (aut secundum opinionem Caietani, aut secundū nostram) ad eleemosynam, ad quam tenetur tātum ex superfluo status. Ita Vasquez, & ita Corduba, *lib.* 1. *qq. quaestion. decima octaua, paragraph. secundò, seculares*, qui ait: Intra ambitum decentiæ status sęcularis, includuntur omnes vsus, aliàs liciti, etiam tesaurizare ad dotandum filios, & propinquos, etiam ad subleuandum se, & suos ad statum, aliàs licitum: & sic, inquit, rarò dicuntur in eis esse superflua decentia sua. Et ita Palatios, *in quart. distinc. decim. quint. disput. sexta.* vbi sic ait: Non est censendum,

dum, habere superflua, qui seruat ad promouendum se ad altiorem statum, vel ad dotandas cappellanias, vel ad conseruandum hospitale. Vndè vix in sæcularibus inueniuntur superflua status, etiam in Regibus. Hæc omnia sunt valdè notanda à Confessoribus, & præter citatos Doctores, docent etiam Ludouicus de San. Ioann. *in Sum. quæstion. de Eleemosyn. articul. 3. dub sext. append. tert.* Malderus, 2. 2. *quæstion. triges. secund. articul. sext. dub. quart.* Corduba, *lib. prim. quæstion. triges. sext.* Granad. 2. 2. *controuers. tert. tracta. vndec. sect. prim. artic. tert.* & alii.

An simulans paupertatem, aut consanguinitatem, teneatur ad restitutionem, si eleemosynam recipiet? Dub. 9.

26 PRima opinio affirmat. Cuius ratio est: quia in his casibus, simulatio est circà causam finalem, seù obiectum finale, ac motiuum intrinsecum donationis: ergo ea cessante, seù non subsistente, redditur inualida donatio, quia ab obiecto formali, specificatur actus. Ita Alens. *par. quart. quæst. viges. quart. memb. quint. articul. tert. paragrap. tert.* Suarez, *tom. secund. de Relig. de voto lib. quart. capit. decim. octau. num. septim.* Azorius, *part. prim. lib. prim. cap. 18. prope finem.* Coninch. *de Sacram. disputat. 31. num 8.* Vasquez, *opuscul. de restitut. cap. 7. dub. 10. num. 90. & opuscul. de Eleemosyna, capit. tert. dub. vltim. numer. 13.* Trullench. *in exposit. Bull. Cruciatæ lib. tert. cas. 13.* Salas, 1. 2. *tractat. quart. disp. quart. sect. quint.* & alii.

27 Secunda opinio distinguit. Quando dantes eleemosynas, ob causas illis creditas, ita eas dant, quòd, supposita petentium fictione, si scirent, causam non subsistere, vellent, largitionem eleemosynæ esse nullam; accipientes, tenentur eas restituere: alioqui restituere non tenentur, etiam si dantes, in ea actuali, vel habituali dispositione essent, dum illas dederunt; quòd si fictionem scirent, nullo modo eas darent. Ita Molina, *tom. prim. de Iust. tractat. secund. disput. 210.* dicens, esse communem opinionem. Rebell. *part. secund. de obligat. iust. lib. decimo octauo quæstion. decimaseptima, numer. secundo.* Lesius, *lib. secundo capit. decimo octauo dub. decimo septimo à numer. centesim. trigesim.* Reg. Constantius, *in comment. ad tert. poster. lib. Cod. titul. de mendic. num. 19.* & alii.

28 Tertia opinio absolutè negat. Cuius ratio est: quia, quamuis paupertas, ob quam datur eleemosyna, non subsistat; tamen hæc non est causa finalis dandi eleemosynam, sed charitas Dei; qui solem suum oriri facit super bonos, & malos. Ita Almain, *in tractat. de Pœnitent. quæstion secund. articul. secund. vbi de donatione: paragraph. Restat etiam in fine.* Caietanus, *in Sum. v. Restitutio propè finem versicul. Quartus casus.* Sotus, *lib. nono de Iustit. quæstion septim. articul. tertio ad quart.* Layman, *in Theolog. moral. lib. tertio tractat. quart. sect. 5. num. 4.* & alii.

29 Vndè, qui recipit eleemosynam ostiatim, simulans paupertatem, excusatur à restitutione. Ratio est: quia in paruis, & quotidianis eleemosynis, non habetur, vt plurimum, ratio paupertatis; sed tantum Charitatis, pietatis, & misericordiæ: & Dominus, ob rerum paruitatem, in tali casu non censetur id onus velle supradictis pauperibus imponere: & reuera, dantes illas eleemosynas, verè, & absolutè eas faciunt, sine vlla conditione, & consequenter transferunt dominium eorum in ipsas recipientes: & conditio illa in mente retenta, quam aliqui affirmant, non obligat in conscientia, neque qualificat datum, nec facit ipsum conditionale. Ita Diana, *part. quinta tractat. octauo resolut. vigesima prima.* Granada, 2. 2. *controu. 3. tract. 11. disp. 7. n. 4.* & alii.

Dubitatur: An casu, quod prima opinio sit vera, cui facienda est restitutio?

30 PRima opinio ait: Restitutionem non esse faciendam danti, sed illi, cui dans donare putabat. V.G. quis fingit se pauperem, aut consanguineum dantis, cuius intuitu, illi aliquid donatur: id acceptum restituẽdum est alicui viro pauperi, aùt vero consanguineo dantis. Ratio est: quia, ex quo liberè, & gratis intendebat dans donare, quod dedit, visus est à se dominium rei donatæ abdicare; & per consequens, non est restitutio ei facienda, sed vero pauperi, vel consanguineo, cui ipse donare intendebat. Ita Adrianus, *in quarto tractatu de restit.*

restit quæst. quæ incipit : Consequenter quarò § si petat. Henric *Quodl.* 14. *quæst.* 11. Caietanus, *Sum. verb Restitutio in fine versic. Quarto.* Medina, *C. de Restit. quæst.* 2. *dub.* 2 § *si denique res aliena* Petrus Nauarr. *lib.* 3. *de Rest. capit.* 1. *part.* 4 *num.* 307. Martinus Nauarr. *cap.* 17. *Sum. num.* 107. Naldus, *v. Legatum num.* 10. & alij.

31 Secunda opinio ait : Restitutionem faciendam esse danti, & non pauperibus. Ratio est : quia dominium illius pecuniæ, neque in Christum, neque in quemquam alium transiuit; sed permansit in dante : non enim voluntas dantis fuit conferre illam Christo, sed amore Christi, ei, cui illam dedit: cum ergo donans habuerit voluntatem, virtute conditionatam, dandi illi pauperi in particulari, & nulli alij, vt supponimus, neque conditio, sub qua dedit, substiterit; consequens est, vt dominium rei, ita datæ, remanserit apud dantem, ac proinde, ei sit facienda restitutio. Ita Sotus, *lib.* 9. *de Iust. quæst* 7 *articul* 3 *ad* 4. Molina, *tom* 1 *de Iust tract secund disp.* 210 *propè finem*, Lessius, *lib. secund. de Iust. capit.* 18 *dub.* 17 *in fine.* Bonacina, *de Contract. disp.* 3 *quæst.* 1. *part. secund.* § *secund num.* 9 *Reg. in comment. ad* 3. *post lib Cod. titul. de Mendicat num* 20.

32 Tertia opinio ait : Neque pauperibus, neque illi, qui eleemosynā erogauit, esse necessariò faciendam restitutionem, sed alteri illorum, cui voluerit is, qui eam recepit : Quod possit restituere ei, qui dedit, probatur, tum quia ille adhuc non abdicauit à se dominium, cum recipiens non fuerit illius capax : tum etiam, quia illi fraus facta fuit, sufficiet ergo illi restituere : ergo potest non dari pauperibus, sed ei, qui erogauit. Quod verò possit eam dari pauperibus, & non restitui illi, qui dedit; patet : quia licèt non obdicauerit à se dominium illius eleemosynæ ; tamen voluntas ea fuit erogantis, quod eleemosyna pauperi daretur: & ita adhuc illa voluntas in eo perseuerat, ex qua licitum erit pauperibus erogare, quod sic iniquè, seù dolo fuit extortum. Ita Vasquez, *in opuscul. de Eleemos capit.* 3. *dub vltim. in fine.* Si quæras : Quando quis censeatur pauper & per consequens, vt sit eleemosynę capax ? diximus *in capit sext. à num. vigess. sext.*

An debitor teneatur restituere in simili necessitate ? *in dub.* 10. *diximus in dub.* 1. *num.* 4. De Luxuria quod est tertium vitium capitale, satis dicam in sexto Decalogi præcepto.

DE IRA, ET FILIIS EIVS. Cap. 8.

QVid, & quotuplex est Ira ? *Dub.* 1.
Quale peccatum est Ira ex genere suo? Dub. 2.
Quot sunt species Iræ? Dub. 3.
Quid est Indignatio? Dub. 4.
Quid Tumor mentis? Dub. 5.
Quid est Rixa? Dub. 6.

Quid est ira ? Dub. 1.

1 IRa, est inordinatus appetitus vindictæ. Ita Fernandez, *par.* 4. *capit secund.* § 5. *num.* 1.

2 Ira duplex obiectum habet, Vnum bonum, & Alterum malum. Bonum, est spes vlciscendi se de homine, qui malum intulit, & in hac spe lętatur. Malum verò, est quod passus est ab aliquo, & sic parit tristitiam. Et in hoc differt ab aliis passionibus, quia illæ vnicum habent obiectum ; & si aliquando habent duo, sunt eiusdem ordinis, non autem opposita, vt sunt hæc obiecta. Ita Diuus Thomas, 1. 2. *quæst.* 46. *articul* 1. & 2. Molfesius, *tom.* 1. *Sum. tract.* 8. *capit.* 8. *num.* 247. & alii.

Ira, ex genere suo, an sit peccatum mortale ? Dub. 2.

3 REspondeo : Ira, ex se, non mala, nec bona, sed potius indifferens est. Patet, quia ad ardua facta, & ad sui conseruationem, ira est valdè vtilis naturæ; & sic non est mala. Non enim est bona: quia possumus vti ira in malam partem, pro vt multotiès est mortale. Igitur, ex se, est indifferens, vt sunt aliæ passiones: & successiuè, si præcedit præscriptum rationis, erit peccatum, & dicitur iracundia : Si verò præscriptum non excedit, erit bona: Sic Molfesius, *tom.* 1. *Sum. tract.* 8. *capit.* 8. *num.* 248. Vndè patet, quod ira hominis duplex est, ob duplicem eius causam. Vna est naturalis, & altera rationalis. Naturalis est, cum homo ex quacumque re lędente, propter

ter immaginationem doloris, commouetur ad tristitiam, & vindictam, etiam contra insensibilia, vel animalia bruta: Et hæc ira est etiam in Brutis: vt patet in Cane, qui lapides, in eum proiectos, mordet. Rationabilis verò appetit iustam vindictam contra eum, à quo iniustè læsus est: & hæc non est peccatum, sed solum ira naturalis. Ita Molfesius, *num.*249.

4 Et vt meliùs intelligatis grauitatem, & leuitatem huius materiæ, Notandum est cum Diuo Thoma, 1.2. *quæstion.*46. *articul.*8. in Ira tres motus reperiri. Primus motus dicitur, *Fel:* & est accensio sanguinis circa cor: & quia citò accenditur ob eius velocitatem, dicitur *Fel.* Secundus dicitur, *Amaritudo animi*, seù *Mania*: & oritur ex tristitia, quam concipit iracundus, propter iniuriam sibi factam: & hic motus diutiùs in malis perseuerat, & multotiès cum stultitia iniunctus est. Tertius motus dicitur, *Furor*: qui oritur ex cupiditate vindictæ, & non quiescit, donec se vindicet: Vndè quotiès ira ascendit prespicuum rationis in re graui, erit mortale: si in re leui, erit veniale. Si appetit quis vindictam iustam, non peccat, neque venialiter: quia, iuris ordine seruato, vult vindictam de inimicis suis, & nullus adest excessus. Ita Molfesius, *tom.*1. *Sum. tract.* 8. *capit.*8. *num.*251. à 252. Fernandez, *part* 4. *capit.*4. §.5. *num. secund.* Valentia, *disp* 9 *quæst.*3 *pun.*1. Lesius, *capit.* 4. *dub* 4. *num* 24. Filliucius, *tom. secund. tract.*19. *capit.*10. *num.*206. & alii.

Quot sunt species Iræ? Dub.3.

5 VT dicunt Diuus Thomas, 1.2 *quæst.* 158. *articul.*5. Reginaldus, *lib.* 21. *num.*124. & Molfesius, *tom.*1. *Sum. tract.* 8. *capit* 8. *num.*353. tres sunt (quamuis Lesius, *lib.*4 *capit.*4. *num.*29. dicat quatuor). Primi dicuntur iracundi, qui citò leuitèr irascuntur, tamen satìs placantur: & isti assimilantur calamis, qui citiùs flammam faciunt, sed protinùs in fauilla frigescunt, vt ait D. Gregorius, *lib.*5. *moral. capit.*32. Iste modus iræ, seù species, habet fundamentum in humore biloso, & proindè, quia citò humor ille accenditur, & remittitur, ideò citò irascuntur, & citò deponunt iram.

6 Secundi, dicuntur summè iracundi, seù valdè bilosi, qui iniuriam illatam, diù ponderant, & iram fouent, & intra se sunt amaro animo, & propè modum implacabiles, donec temporis tractu tristitia illa concocta, euanescat, vel obtenta vindicta: Et à D. Gregorio, vbi supra, æquiparantur lignis durioribus, quæ tardè suscipiunt accensionem; sed semel accensa, difficiliùs extinguntur. Istè motus iræ habet fundamentum in humore malincholico, qui est difficilis curationis: & ideò non citò irascuntur, sed post conceptam iram, sunt quasi implacabiles, donec tristitia illa euanescat.

7 Tertii dicuntur difficiles, ac sæui, qui numquam placantur, nisi vulti sint iniurias: & isti dicuntur nequiores, vt ait Diuus Gregorius. Hic motus, vltrà bilem, & malincoliam, habet coniunctam immaginationem, defixam in vltionem: & ideò numquam quiescunt, donec vindictam sumāt de inimicis suis: & proindè hic vltimus motus est peior, & grauior cæteris. Sic Doctores citati.

8 Filii verò iræ septem sunt: scilicet, Indignatio, Tumor mentis, Clamor, Contumelia, Blasphemia, Maledictio, & Rixa.

Quid est indignatio? Dub.4.

9 VT ait Molfesius, *tom.*1. *Sum. tract.* 8. *capit.*8. *num.*260 Indignatio, est motus interior animi, aduersùs eum, qui fecit iniuriam: quia reputat indignum, se ab eo læsum esse.

10 Indignatio, non volentis videre, vel audire eum, cui irascitur, communitèr est tantum peccatum veniale, dicunt Emanuel Sa, *v. Indignatio nume. primo*, Caietanus, *v. Indignatio*; vbi Angelus, *numero primo*, & alii. Per accidens fieri potest mortale, quādo in re graui habet coniunctum contemptum personæ, contra charitatem, debitam proximo: aut cum adeò crescit, vt paratus sit, non iuuare talem proximum in iis, in quibus ad id teneatur expresè præcepto charitatis, aut iustitiæ: vel si nolit secum reconciliari cum graui scandalo proximi: & ita Molfesius, *tom. primo Sum. tractat. octau. capit. octau. numero ducentesimo sexagesimo.* Toletus, *de sep. peccat. mortal. capit. quinquagesimo octauo*, & alii.

Quid

Quid est Tumor mentis? Dub. 5.

11 VT ait Toletus, *de peccatum mortal. capit. 58. in fine* Tumor mentis, est inordinata, & confusa loquutio.

12 Clamor, peccatum veniale est, secundum se: per accidens, potest fieri mortale, scilicèt, ratione scandali, quando præuidet, vel debuit præuidere, & non curat resistere tali clamori. Ita Angelus, *v. Clamor.* & alii.

Quid est Rixa? Dub. 6.

13 VT ait Filliucius, *tom. secund. tractat. 28 capit. 10. num. 199.* Rixa, est Pugna priuatarum personarum, ex mutua ira concitata.

14 Rixa, ex genere suo, mortale peccatum est in excitãtem rixam in re graui: quia repugnat charitati, & iustitię: In respondente verò, pro qualitate defensionis iudicatur: si defensio sit moderata, nullum est peccatum: vt si fiat eodem tempore, cum ęqualitate armorum, & animo se defendendi: quia hæc defensio est de iure naturę, *l. vnica ff. de iust. & iure.* Si esset excessus immoderatus, esset mortale: si parum excederetur, esset veniale. Ita Diuus Thomas *quæst. 41. articul. 1.* Reginaldus, *lib. 21. num. 128.* Filliucius, *tom. secund. tractat. 28. capit. 10. num. 201. & 202* Valentia, *quæstion. 14. pun. secund. num. 1.* & alii. De Contumelia, & Maledictione, dicam in ottauo Decalogi præcepto: de Blasfemia verò dicã in primo Decalogi pręcepto.

DE GVLA, ET FILIIS EIVS. Cap. 9.

QVid est Gula? Dub. 1.
Quale peccatum est Gula? Dub 2.
An infirmus possit bibere absque licentia Medici, & si bibat, peccet? Dub. 3.
Quid est Ebrietas? Dub. 4.
An imputentur ad culpam facta Ebriorum? Dub. 5.
Quid est mentis Hebitudo? Dub. 6.
Quid est inepta Lętitia? Dub. 7.
Quid est Multiloquium? Dub. 8.
Quid est Scurilitas? Dub. 9.
Quid est Immunditia? Dub. 10.

Quid est Gula? Dub. 1.

1 GVla, est inordinatus appetitus cibi; & potus. Ita Fernandez, *pa. 4. cap. secund. §. 6. num. 1.*

Quale peccatum est Gula? Dub. 2.

2 EX genere suo peccatum veniale est, etiamsi sit vsque ad vomitum, etiãsi cibos, & potũ ingorgitet. ita Caietanus, *in Sum. v. Gula.* Nauarr. *capit. 23. numer. 119.* Rodoriquez, *part. 1. Sum. capit. 129.* Fernandez. *part. 4. cap. 2. §. 6. nu. 1.* & alii. Potest tamen fieri mortale, quãdo edũt prohibita à lege: aut quando oritur graue damnum animi, veluti peccatum mortale: aut ratione scandali: aut quando editur caro hominis, dũmodo quod non sumatur per modum medicamenti vt contingit in medicamento, quod Medici, Mumiam, appellant, in quo aliquid carnis humanæ admiscetur: non tamen licet occidere hominem, quia ita, est intrinsicè malum, etiam ad uitandam mortem. Ita Nauarrus, *loco citato,* Fernandez, *num. 5* Merolla, *tom. 1. disput. 1. cap. 3. num. 185.* & alij.

Dubitatur: An liceat vesci carnibus humanis, ad uitandum periculum mortis?

3 NOta, quod nos hic loquimur tantum de carnibus mortuorum: quia certum est, vt diximus, non esse licitum, homines interficere, vt benedicunt Pasqualigus, *in suis decis. de Ieiun. decis. 11 num. 1.* & communitèr.

4 Prima opinio ait: Nullo modo esse licitum, ad euitandam mortem, carnibus humanis vesci: quia est intrinsicè, & ex obiecto malum, & per consequens numquam licet: sicut numquam licitum est mentiri. Vndè D. Thomas, *2. 2. quæst. 142 articul. 4. ad 3.* comparat hoc peccatum fornicationi: & sic tenet Valentia, *2. 2. disp. 9. quæst 3. pu. 1. §. Itẽ esset gula peccatum.* Et probabilem censent Victoria, *relic. de temp. n. 6.* Azor. *p. 1. lib. 7. c. 33. q. 4.* Les. *lib. 4 de Tempor. c. 3. dub. 2.* Sanch. *lib. 1. Sum. cap. 18. num. 11.* Pasqualig. *Decisi. 12. num. 2.*

5 Secunda opinio affirmat: Quia nõ videtur, cur hęc res sit ita intrinsicè, & ex obiecto mala, vt in nullo euẽtu, rõne necessitatis, liceat. Vt enim *in c. 3. n. 129. & seq.* ostẽdimus, multa iuris naturalis pręcepta, etiam negatiua, non obligãt cum vitæ discrimine. Quare, licèt esus carnis humanę (si absolutè consideretur) videatur intrinsicè, & ex obiecto malus; tamẽ,

sup-

suppofita circumstãtia periculi mortis, potest esse licitus. Sicut, abscindere sibi membrum, si absolutè consideretur, est intrinsicè, & ex obiecto malum: nihilominus ad euadendam mortem, licitum est. Nec Thomas hoc peccatum in omnibus fornicationi æquiparat, sed quò ad hoc tantum, quod vtrumque sit contra naturam. At multa iuris naturæ præcepta non obligant cum vitæ discrimine. Atque natura hunc esum abhorret, hominesque barbari sunt illo vtentes, quando extrema necessitas non cogit. Ita Caietanus 2.2.*quæst*.148.*articul.secund.ad finem incõclus.ad secund.* Nauarr.*cap.*23.*Sum num.*122. Emanuel Sa, *v Comedere,num.*1. Toletus,*in Sum. post.lib.7.tract.de Peccat.mortal.capit.*60. *num.*3 Sanchez, *lib.*1.*Sum. capit.*18.*num.* 12. Lesius, *d.dub secund.num.*10.Naldus, *v.Medicus num.*7.Merolla, *tom.*1.*disput.* 1.*capit.*3.*num.*191 Bonacina,*de l g.disp. secund.quæs.*8.*pun.secund.num.*13.& alij. Et hoc verum est, non solum quando metus mortis prouenit ab intrinseca famis necessitate, verum etiam quando ab extrinseco infertur: quia in vtroque casu militat eadem ratio, scilicèt, necessitas vitandæ mortis: dummodo quod motus non sit incussus in odium, & contemptum Religionis Christianæ.

An Infirmus possit bibere, absque licentia Medici: & si bibat, peccet? Dub 3.

6 RESpondeo: Si aliquod notabile damnum corporis, aut qui ob nimium cibum, vel potum incidit infebrim, vel aliud: & hoc, si aduertenter faciat; saltem cum debuisset aduertere, non aduertit; peccat mortaliter: præcipuè quando expertus est, quod talis cibus noceret. Quando verò damnum non est graue, tunc erit veniale: vt v.g. Infirmus paciens febrim, si bibat aquam, quam scit futuram causam alicuius augmenti; solum venialiter peccat. Et ita dicendum est de illo, qui ei ministrat. Ita Toletus, *lib.7.cap.*60. *num.*2. Nauarr. *in Manual.cap.*11.*nu.*41. *Sanchez, lib.*5. *Consil.cap.*1.*dub.*33.*num.*7.& 8.Caietan. 2.2.*quæst.*97.*art.*1.Diana,*p.*5.*trac.*3. *resol.* 135 Gauant.*in doct.Episcop.fol.*234. *de Gula*, & alij. Et quod dictum est de Aegroto, dicendum est etiam de Sano. Deficiente tamen nocumento corporis, & salutis, ad delectationem capiendam, comedere, & bibere, neque erit peccatum veniale. Ita Sancius, *in Select.disp. secund num.*24.Diana,*part.*3.*tract.*5.*resol*65.Fernandez,*part.*4 *cap secund.* §. 6. *num.*3. Pasqualig *decis moral.de Ieiun. decis.* 16. *num secund.* & alij. Infirmus verò non tenetur parere Medico, applicanti medicinas, distincto precepto obedientiæ; sed tantum præcepto, quo est strictus, propriam conseruare vitam. Ita Sancius, *in Select.disp.*13. *num.*8 Diana, *part.*5.*tract.*3.*resol.*135.Salas, *dist.*10.*sect.* 1.*num secund.* & alij.

7 Filij Gulæ, quinque sunt, scilicèt, mentis Hebitudo, inepta Lætitia, Multiloquium, Scurilitas; & Immunditia.

Quid est Ebrietas? Dub.4.

7 VT dicunt Filliucius, *to.secund.tract.* 30.*cap.*1.*num.*12.Lesius, *cap.*3.*dub.* 3. & alij. Ebrietas est violenta rationis priuatio, ob nimium potum assumptum, causa voracitatis.

9 Ebrietas, ex genere suo, quando scienter fit, peccatum mortale est: Quia ebrietate, violenter se priuat vsu rationis, & potentia proxima illius ob voluntatem. Ita D.Thomas, 2.2.*quæst.*150. Fernand. *part.*4.*capit.secund.* §. 6 Toletus, *lib.*7. *cap* 56.Filliucius, *to secund tract.*30.*cap.* 1.*num.*13. Lesius, *lib.*4.*cap.*3. *dub* 3.*num.* 15.Molfes.*to* 1.*Sum.trac.*8.*c.*8.*n.*165 & alij

10 Dixi, *Scienter*: quia si non prætendit, neque aduertit se inebriare, non peccat mortaliter: licèt cognouerit vinum esse multum; dummodò quod non futurum erat illi malum. Ita Rodoriquez, *part.* 1. *num.*8.*c.*129.Angel.*v.Ebrietas n.*1.& alij.

11 Vndè quando inebriatur, non aduertens, & præter intentionem eius, non erit peccatum mortale: etiã si per ebrietatem amittat vsum rationis. Ita Molfes *to.*1.*tract* 8.*cap.*8.*num.*166. D.Thom.2.2. *quæst.*150. & alij. Ita erit peccatum veniale inebriatio imperfecta: vt accidit, quandò quis est nimis hilaris, & turbatur eius Fantasia, ita vt domus videatur ei circumuolare. Ita Rodoriq.*vbi sup.*Molfes.*n.*165.& alij. Non tamen erit peccatũ, quando, ex Medicorum iudicio, quis se inebriet, ad recuperandam sanitatẽ, quã non potest alia via recuperare. Ita Regin. *lib.*22.*n* 55 Molfes.*to.*1.*Sum.tract.*8.*ca.*8. *nu.*166,Bonac.*de leg.disp.vlt.q.*1.*p.*1.*nu.*3. Fernãd.*p.*4 *c* 2.§.6.*n.*7 Caiet.2.2.*q.*150.*ar.* 2.& alij. Peccat tamen mortaliter ille, qui scit alium inebriandum, & ei vinum præbet. Ita Fernãd *n.*6.Tolet.*lib.*7.*c.*56.& alii

An

An imputentur ad culpam facta Ebriorum? Dub. 5.

12 PRima opinio ait: Peccata, commissa in ebrietate, culpæ imputari: Ratio est: quia fuerunt voluntaria in sua causa. Ita D. Thomas, 1. 2. *quæst.* 76. *art.* 4. *ad* 5. Caietanus, 2. 2 *quæst.* 150. *art.* 4. *& in Sum. verbo* Ebrietas. vbi Siluester q. 5 Cordub. *in qq lib.* 2. *quæst.* 18. *vers. Nota ad declarationem.*

13 Addunt verò Caietanus, & Corduba: Nō ōnia peccata, in ebrietate cōmissa, culpę imputari, sed sola præuisa, vel quæ preuideri debuerunt. Dicunt autem, prçuisa censeri, quando quis expertus est, se in ebrietatis tempore aliqua peccata commitere, vel in specie, vel in genere. Ea verò, dicunt, debere præuideri, quando ebrius expertus est, suas inclinationes eò plus ad peccatū pronas esse, quò magis inebriatur. Quod si numquam id expertus sit, vt quia tunc primò inebriatur; dicunt, eum debuisse præuidere peccata, quæ communiter ab ebrijs perpetrari solēt, quamuis non omnes ea committant.

14 Secunda opinio ait: Si inebrietur cū ignorantia vincibili, affirmatiuè respondent. Secùs, quando ignorantia erit inuincibilis: etiam si euentus soleant esse frequentes ei, qui inebriatur: si tamen ille non habuit vllam prorsùs rationem dubitandi, aut cogitandi de illis, tempore, quo inebriari voluit, non imputatur culpæ: quia procedunt ex quadam inaduertentia naturali, ac proindè, nec in se, nec in sua causa voluntarij sunt. Secundò, si homo, cum videt se inebriari, considerat, indè posse plura peccata oriri; si adhibet prudentem, seù moralem diligentiam, nè aliquid illorum eueniat, non imputabitur culpę, si aliquid illorum casu eueniat: secùs verò si eam diligentiam nō faciat, quia tunc esset ei indirectè voluntarium. Vt autem hæc prudens, seù moralis diligentia adhibeatur, considerandum est id, quod docet D. Thomas, 1. 2. *quæst.* 20 *art.* 5. scilicèt, An euentus aliquis frequēter cōtigat in ebrietate siuè per se, siuè per accidēs? & tūc, peculiaris cura, ac diligentia adhibēda est, nè tale quid accidat: at si rarò cōtigat, minor diligētia necessaria est. Quod si habita ratione circūstātiarū tēporis, & loci nullū videatur imminere periculū, tunc non opportet vllam diligentiam adhibere. Ita Salas, 1. 2. *quæst.* 73. *tract.* 11. *disp.* 5. *sect.* 14. *nu.* 114. Vasquez, 1. 2. *disp.* 127 *cap.* 3. Molina, *to.* 4 *de Iust. tract.* 3. *disp.* 38. *nu.* 8. Lesius, *lib.* 4. *de Iust. cap.* 3. *dub.* 3. *nu.* 25. *& seq.* Merolla, *to.* 1. *disp.* 2. *cap.* 1. *dub.* 3. *nu* 26. Sanchez, *lib.* 1. *Sum. c.* 16. *à nu* 42. & alij communiter.

15 Hinc deducitur: Non semper imputari culpę euentus, quæ contingit inebrietate: sed posse absque vlla culpa euenire: quia, licèt ipsa ebrietas voluntaria culpa sit, non propterea sequitur, omnia, quæ ex ebrietate oriuntur, voluntaria esse: quia, vel accidere possūt, nulla omninò de illis cogitatione occurrente, & tunc eodem modo erunt non voluntaria, sicut ea, quæ casu eueniunt in venatione prohibita; aut si prudenter considerans, existimauit, nil mali indè futurum, vel quia, numquam simile quid in ebrietate expertus esset; vel quia non videretur ei tale imminere periculum. Hinc fit, occidentem, in his casibus, aliquem in ebrietate, non esse irregularē. Et hoc verum existimat Merolla, *nu.* 27. quamuis ea intentione se inebriaret vt occideret, quia adhuc, homicidium patratum, licet fuerit volitum per modum obiecti, nō tamen voluntarium, neque directè, & inse, neque in causa.

16 Si verò malum, quod sequitur, v. g. homicidium, præuideri poterat, vt si aliàs erat expertus, in simili dispositione homicidium committere: vel si dubitans, non adhibuit sibi custodiam, vel aliam cautionem: tunc ipsum homicidium imputabitur ad culpam mortalem, quia fuit voluntarium in causa; & per consequens per illud incurreret irregularitatem, in qua tamen potest dispensare Episcopus, iuxta facultatem concessam in Tridentio. *sess.* 24. *cap.* 6 *de refor.* dūmodò homicidium sit occultū, nec deductum ad forum contentiosum, dicunt Suarez, *to.* 5. *in* 3. *part disp* 45 *sec.* 1. & Merolla, *to.* 1. *disp.* 2. *cap.* 1. *dub.* 3. *nu.* 27 *vers. Si verò.*

17 Limitant Primò aliqui, nisi negligētia vitandi homicidij, fuerit leuis, vt si nō satis eius periculum aduerterit, sed solum leuiter: tunc enim homicidium secutum, erit solum culpa venialis. Ita Lesius, Sanchez. Merolla, *nu.* 28. & alij citati: ex quò fit, non contrahi in hoc casu irregularitatem, quia ad hanc cōtrahendam requiritur culpa mortalis, vt

vt ait Merolla, *tom. 1. disp secund dub. 14. num. 219. & disp. secund capit. 1. dub. tert. num* 28.

18 Limitant secundo aliqui: Nisi quis solùm venialiter peccauerit, se inebriando. Quorum ratio est: quia illud homicidium, in ebrietate commissum, non est in seipso voluntarium, sed tantum in causa, quæ est ebrietas: ergo non potest maiorem contrahere culpam, quam ipsa causa hic, & nunc habeat: atque adeò, quam voluntas illa, à qua ebrietas illa dicitur voluntaria: ergo si hæc voluntas solum est venialis, illud homicidium non imputabitur, nisi ad culpam venialem. Ita Lesius, & Sanchez, *locis citatis*. Bonacina, *de leg. disp. secund quæst. 4. pun. 4. num.* 10. & Reginaldus, *tom. 1. lib. 21. capit. 1. num. 9.* qui hoc confirmat cum D. Augustino, *lib. secund contra Faustum capit.* 44. vbi loquens de incestu, quem commisit Loth in ebrietate, dicit: Quod Loth culpandus est, non quantum ille incestus, sed quantum ebrietas meruit.

19 Nota, quod multa dicta, vel facta ebriorum, etiam si præuideantur, non reputari peccata, quæ alioquin essent. Quia scilicèt, in hominum extimatione, non censentur iniuriosa: qualia sunt aliqua dicta, vel facta, quæ alioquin in sana mente iniuriosa essent, nempè dicta vel facta contumeliosa. Ratio est: quia tempore ebrietatis, talia, in communi hominum æstimatione, non reputantur contumeliosa, sed tamquam facetiæ admittuntur. Ita Maior, *in 4 dist. 17 quæst. 8 conclus* 4. Vasquez, 1. 2. *disput.* 227. *capit.* 3. Sayrus, *in Clau. Reg lib. secund. cap. 9 num* 43. Salas, 1. 2. *quæst* 73. *tract.* 13. *disput.* 5 *sect.* 14. *num.* 114. vbi Tannerus, *disp.* 4 *quæst.* 3. *dub.* 3. *num.* 65. Sanchez, *lib. 1. Sum. capit.* 16 *num.* 44. & alii.

Quid est mentis Hebitudo? Dub. 6.

20 Respondeo, est obcæcatio intellectus circa speculatiua, propter nimiam sumptionem cibi, & potus.

21 Hebitudo mentis nascitur ex gula, tum ratione vaporum, è stomacho ascẽdentium in caput, & aciem mentis ob nubilantium: tum etiam ratione delectationis superfluæ, quæ cum eodem vsu coniuncta est: nam hebitata mens, cum nequeat altiora percipere, conquiescit in prædicta delectatione sensus; & sic impediuntur debitę orationes, studium, examen conscientiæ, &c. Ita D. Thomas, 2. 2. 148. *artic 6.* Molfesius, *to. 1 sum. tract.* 8. *capit.* 8. *num.* 172. & alii.

22 Potiùs autem mentis hebitudo est pena, quam peccatum: fieret verò peccatum, quando homo aduertenter ita fieret ineptus, vt non possit vacare his, quę præcepro tenetur facere. Ita Angelus, *verbo Hebitudo*. Archidiaconus, *part.* 1. *titul.* 6. *capit.* 4 § *secund*. Toletus, *lib.* 7. *capit.* 61. & alii.

Quid est inepta Lætitia? Dub. 7.

23 Respondeo, est inordinata voluntas circa delectationem cibi, & potus. Inepta lætitia, est quando homo gaudet in his, quæ nullam delectationem ex se sunt apta facere: Ex genere suo peccatum veniale est, nisi sit materia mala, & quæ facit mortale. Vndè peccat mortaliter, qui ob immoderatã lętitiam, obscenis cantilenis, verbis, aut gestibus vtitur; intendens inducere, vel credens se, vel alium, per eum inductum iri consensum, alicuius actus mortalis, cordis, & operis. Ita Caietanus, 2. 2. *quæst.* 184. *articul.* 6. Nauarrus, *capit.* 23. *num.* 123. & alii.

Quid est Multiloquium? Dub 8.

24 Vt ait Angelus, *v. Multiloquium*, est multitudo locutionis cum super fluitate, vel præter vtilitatem, vel necessitatem.

25 Multiloquium, seù stultiloquium euenit, quia sopito rationis iudicio, lingua caret fræno: Itaq; non considerat ebrius, quid dicere voluit, & temerè dicit *quidquid in buccam venit*, vt vulgo ait: & sic resoluitur lingua in multa verba otiosa, temeraria, perniciosa, contentiosa, detractoria, &c. Ita Molfesius, *tom* 1 *sum. tract.* 8. *capit.* 8. *num.* 172.

Quid est Scurilitas? Dub. 9.

26 Vt ait Toletus, *lib* 7. *capit.* 6. *num.* 6. sunt verba, vel facta in onesta, ad risum prouocantia. Scurilitas differt, à Stultiloquio: quia scurilitas refertur ad luxuriam affectionis: Stultiloquium verò ad indiscretionem rationis: possunt tamen coincidere, & inuicem conuenire. Sumitur tamen aliquando pro urbanitate sermonis, & hoc impropriè:

& tunc si adsit finis debitus, aut conseruatio amicitiæ bonæ, vel remotio iustitiæ, vel accidiæ, non erit peccatum, dummodo quod non fiat per verba turpia, vel inutilia, vt tantum risum in ordinatum prouocantia, quia tunc peccatum veniale est.

Quid est Immunditia? Dub. 10.

27 RESpondeo, est vomitus, procedens ex nimia, & inordinata commestione, vel potu: vel pollutio seminis, proueniens ex nimia repletione.

28 Immunditia est, quando quis prouocat, vomitum, vt sępiùs comedere possit; vel tantum comedit, quod necessè habet vomere. Comuniter, veniale peccatum est. Potest esse mortale, vt quando contrahit malitiam, quæ luxuriam parit, vel aliud mortale, aliquo modo præuisum. At si solum aduomitum prouocaret, non esset mortale. Ita Caietanus, *in sum. v. Gula*. Reginaldus, *lib. 22. num.* 54. Molfesius, *tom. 1. sum. capit.* 8 *num.* 170. Nauarrus, *capit 23. manual. nu.* 119. & alii. Si verò vomitus proderit ad salutem, licet absq; peccato illum mouere cum cibo, & potu multo. Ita Nauarr. *capit.* 23. *num.* 119. Fernandez, *part.* 4. *capit secund.* §. 6. *num.* 3. & alii.

DE IEIVNIO.

Cap. 10.

De nomine, & diuisione Ieiunij.

Quid est Ieiunium? Dub. 1.

1 VT dicunt D. Thomas, 2. 2. *quæst.* 147. *artic.* 1. Venerus, *lib. 3. capit. 4. nu.* 1 Couarr. *lib. 4. varar. resolut. cap.* 20. & alii. Ieiunium, est abstinentia ciborum, ad carnis vitia comprimēda, peccatorumque pęnas expiandas, & mētes in Deum excitandas.

Quid est Abstinentia? Dub. 2.

2 SI loquamur, quatenùs abstinentia significat integram virtutem temperantiæ circa cibos: Est virtus, refrenãs inordinatas delectationes ciborum, cōstituens in ipso vsu debitam moderationem. Ita Filliucius *to. secund. tract.* 27. *pa. 2. cap. 1 nu.* 1. Si verò loquamur, quatenùs significat alimentorum subtractionem, quæ maior sit, quam ratio temperantiæ: Abstinentia est virtus, subtrahens alimenta corpori, magis, quam ratio temperantię alioquin requireret. Ita Filliucius, *num. secund.*

Quid est Sobrietas? Dub. 3.

3 SObrietas est virtus, quæ moderatur affectum, & vsum potionis, quæ potest ebriare. Ita Filliuc. *to. secund. tract.* 27. *part. secund. cap. 1. num.* 6.

Quotuplex est Ieiunium? Dub. 4.

4 DVplex est, vnum naturale, & aliud Ecclesiasticum, *leg. moue Roman ff. de feriis*, & ita D. Thom. 2. 2. *quæs.* 147. *artic.* 6. Venerus, *lib. 4. cap. 4. num.* 3 & alii.

5 Ieiunium naturale, est perfecta abstinētia à tribus gustabilibus, scilicet, cibo, potu, & medicamento. Ita Toletus, *lib. 6. cap. 1. num.* 6.

6 Ieiunium verò Ecclesiasticum est abstinentia voluntaria à cibo, iuxta Ecclesię ritum. Ita Fernandez, *par secund. cap.* 8. *§ secund. num.* 7.

Quid requiritur in ieiunio Ecclesiastico? Dub. 5.

7 DVo requirūtur: Primò, qualitas ciborum: & Secundò, vnitas commestionum. Ita communiter Doctores. Ali qui verò addunt, Hora competens comedendi: sed quia hanc opinionem nō admittunt multi, ideò explicabimus, *in capit.* 13.

An licita sit Abstinentia, quæ notabiliter noceat saluti, aut vitam minuat? Dub. 6.

8 ESt cōmunis opinio Doctorum, quod nemo tenetur vti cibis delicatioribus, & magis habilibus in hunc finem, vt vitam prolongent, quamuis commodè possit: sed potest esse cōtemptus cōmunibus, & congruentibus proprio statui: quia licet vnusquisq; teneatur conseruare propriam vitam, non tamen tenetur prolungare. Ita Adria. *Quodl. 4. ar. 3 ad 3.* Maior, *in 4 dist. 38 q. 24.* Sot. *lib. 5. de Iust. q. 1. art. 5. ad 1.* Cord. *in qq lib. 1. q. 38. ad 4.* Couar. *lib. 1. var. c. 2 n. 10.* Angl. *in florib.*

florib quaest 8. *de Ieiun. concl.* 1. Medina, C. *de Ieiun quaest.* 13. *ad* 1. Petrus Nauarr. *lib.* 2. *de Restit. cap.* 3. *num.* 88. & alii.

9 Vndè communiter Doctores dicunt: Quando, quis abstinentiis, & ieiuniis corpus castigat in hunc finem, vt citiùs moriatur, peccat mortaliter, tamquam interfector sui ipsius. Sic Caietanus, 2. 2. *quaest.* 147 *artic.* 1 Victoria, *relect. de Temperant. dub. vltim.* Aragonius, 2. 2 *quaest.* 64. *artic.* 5 *ad* 5. Gomez de Mascua, *lib.* 2. *de potest. in capit* 15. *num* 12. & alii. Etiãsi hoc faciat causa pietatis: quia non sunt facienda mala, vt veniant bona. Ita Pasqualigus, *decis. moral. de Ieiun. decis.* 27. *num.* 2. & alii.

10 Quando aliqui adhibent indiscretam abstinentiam, intuitu Religionis; cum aduertentia, quod sequatur diminutio vitæ, tunc nullum peccatum committũt dicunt Graffius, *part.* 1. *decis lib* 2. *cap.* 62. *num* 63. Plazza, *in Epitam. delictor. capit.* 23. *num.* 2 Simac. *in Cathal instit. titul.* 18 *num.* 30 Caietanus, verò *in* 2. 2. *quaes.* 147. *artic.* 1. Couarr *lib.* 1. *varar. cap.* 2. *num.* 10. & Sanchez, *lib.* 5. *Consil. cap.* 1. *dub.* 33. *nu.* 12. dicunt, solum peccant venialiter.

12 *Sed* Canonistæ, *in capit. non mediocriter, de consecrat dist.* 5. vt Archidiaconus, Bellamera, Turrecremata, Abbas, *in cap. cum infirmitas num.* 3. *de Pœnit. & remiss. & capit. & si Christus, num.* 3 *de iur. iurand.* Nauarr. *in Manual. capit* 15. Petrus Nauarr. *lib.* 2. *de Restit. capit.* 3. *num.* 88. Pasqualigus, *de Ieiun. decis.* 27 *num.* 6. Angles, *in florib quaest.* 8 *de Ieiun. in fine concl.* 5. Victoria, *relect. de temperant. qu. vltim. num.* 12. *conclus.* 4. & alii, dicunt, esse peccatum mortale: quia facit contra charitatem ad seipsum, quæ obligat ad conseruandam propriam vitam.

13 Licebit tamen ieiuniis vacare, ob bonum spirituale animæ; quando subministratur corpori debitum alimentum, sufficiens ad ipsum conseruandum: etiã si sequatur diminutio vitæ, vel sequatur aliqua infirmitas: quia hoc non est diminuere vitam, cum subministretur sufficiens alimentum: sed non prolongare quantum posset. Ita Ledesma, 2. *part.* 4. *quaest* 17 *artic* 6 *dub.* 6. *conclus.* 3. Victoria, *relect de Temperant. quaest. vlt.* Sanchez, *lib.* 5 *Consil. capit* 1. *dub.* 33. *num.* 11. Pasqualig *de Ieiun. decis* 27. *num.* 8. & alii.

14 Ex his deducitur, quod si quis suscipiat indiscretas abstinentias, & ieiunia, quæ vitam abreuiatura sint, sed hoc non aduertat, & intendat profectum spiritualem animæ; excusatur à peccato. Ita Couarr. *lib.* 1. *varar capit.* 2. *nu.* 10. Petrus Nauarr. *lib.* 2 *de restit capit.* 3. *numer.* 83. Sanchez, *lib.* 5 *consil. capit* 1 *dub.* 33 *num.* 12. Nauarr. *in Manual capit.* 15. *num.* 12. Caietrnus, 2. 2. *quaest.* 147. *articul.* 1. Pasqualig *de Ieiun. decis.* 7. *num.* 11. & alii. Quod si aduertat excessum abstinentiæ, & damnum indè proueniens; sed tamen putet se benè facere; peccat venialiter, vt dicunt Caietanus, Couarru. & Sanch. *locis citatis*: Sed, vt ait Pasqualigus, *nu.* 12. peccat mortaliter: quia obiectum est de se obiectum peccati mortalis, & solum potest excusari à peccato, ratione ignorantiæ.

DE QVALITATE CIBORVM seruanda in Ieiunio.

Cap. 11.

A Quibus cibis abstinendum sit in die Ieiunii? Dub 1.

An cui prohibentur carnes, prohibeantur etiam lacticinia? Dub. 2.

An licitum sit abstinere à carnibus, etiam in extrema necessitate, vt faciunt Carthusiani? Dub. 3.

An qui vouit ieiunare, totiès peccet, quotiès carnes comedit? Dub. 4.

An Pueri in diebus ieiunij, possint comedere carnes? Dub. 5.

An qui detinebatur in die ieiunij sensibili delectatione esu carnis, mente concepta, proindè, ac si reipsa comederet, peccet mortaliter? Dub 6.

An qui dubitat, an transacta sit media nox, possit comedere carnes? Dub 7.

An qui in Quadragesima comedit simul carnes, & oua, duo peccata committet? Dub. 8.

An in commestione carnis detur paruitas materiæ? Dub. 9.

An seruientes infirmis, possint comedere carnes? Dub. 10.

An qui falsò putabat hodie esse Vigiliam, carnes comedit, teneatur in confessione hanc circumstantiã explicare? Dub. 11.

An qui culpa sua incidit in morbum, peccet mortaliter, si in diebus prohibitis carnes comederit? Dub. 12.

An tempore ieiunij extra Quadragesimã abstinendum sit à lacticinijs? Dub. 13.

An in hoc Regno Siciliæ diebus quadragesimalibus, & alijs ieiunijs, licitum sit vsus

vsus saginiminis, habentibus Bullam Cruciatę? Dub.14.

An Agricola,& alij pauperes,ratione paupertatis, liceat edere lacticinia in diebus prohibitis,si non possunt habere aliquod,quid manducent?Dub.15.

An veniente necessitate comedendi cibos prohibitos in die ieiunij, petenda sit licentia? Dub.16.

An dispensatus ad carnes in die ieiunij, censeatur dispensatus ad ieiunium? Dub.17.

Ad dispensatus ad carnes, censeatur dispensatus ad lacticinia?Dub.18.

An dispensatus ad carnes, possit edere pisces? Dub.19.

An quifacultatem habet edendi carnes in die ieiunij,& non vult illo die edere,teneatur ad ieiunium? Dub.20.

An dispensatus ad oua, censeatur dispensatus adieiunium? Dub.21.

An Medici, concedentes licentiam edendi carnes in diebus ieiunij, absque causa, duo peccata committant?Dub.22.

A quibus cibis abstinendum sit in die ieiunij? Dub.1.

1 RESpondeo, ab omnibus ex,carne confectis:vt habetur *in capit. statuimus dist.14. & in Cano.56.Sextæ Synodi*, & in Concil. Toletano, 8.*cap.9.* Et non solum in ieiuniis Quadragesimæ, sed etiam in aliis ieiuniis: vt habetur, *in capit. de esu carnium de consecrat. dist.3.* & in Concil. Gerundensi, *capit.3.* Quid dicendum de lacticiniis? dicam inferius.

2 VndèAbstinentia à carnibus in die ieiunii, est de essentia. Ratio est: quia ieiunium consistit in abstinentia, ordinata ad macerandum corpus: & proindè debet esse abstinentia à cibo, qui est magis gustui, & sensui gratus, & qui magis reficit corpus, & subministrat vires contra rationem: tales autem sunt ex genere suo, carnes: alioquin, si abipsis non abstineretur, licèt abstineretur ab aliis cibis inferioribus,nullum corpus sentiret incommodum. Ita D.Thomas, 2. 2. *quæst.147 articul.8* vbi Caietanus, *& in Sum v.Ieiunium* Siluester ibi.*nu.9.* Riccardus, *in 4 dist. 5.artic.3.quæst.7.* Durand.*quæst.9.* Paludanus, *quæst 4.artic.4.* Angelus,*v.Ieiunium num 5.* Azorius,*pa.1.lib 7.cap.7.quæst.1.* Vega,*par.1.Sum.ca.14 cas.3.* Suarez,*tom. 3.in 3.part. disp.70. sect.2.* Medina, *cap.14.§.10.* Filliucius, *to. 2.tract.27.part.2. num.52* Io. del Cruz, *Par.1.direc conscient. precep.3. articul.4. conclus.3.* Perez, *part.1. Theolog moral. præcep.3.§ de Ieiunio.* Layman, *in Theolog moral lib.4 tract.8 capit.1.num.1.* Fagundez,*lib.4 de 4.Præcep Ecclef capit. 2.* Lesius,*lib.4 de Iust.capit.2.dub.2 num.8.* Sancius,*in Select. disp.51.num 4.* Trullench.*lib.3.Decalog.cap.2. dub.2.* Pasqualigus, *de Ieiun decis 4.num 2.*& alii.

3 Hinc deducitur: Quia in die ieiunii nô habet, nisi carnes, aduescendum, non tenetur ad ieiunium. Ratio est: quia, quando lex præcipit aliquem actum cum certa forma, quæ sit de substantia actus, quotiescumque talis forma euadit impossibilis, siuè per se, siuè ex accidenti, siuè tollitur ex dispensatione; eodem pacto cessat etiam obligatio legis; quia intendit actum tali forma, vndè ex cessatione formę cessat intètio legis, atque adeo obligatio:Ita Sanchez, *lib.5.Consil. c.1.dub.29.nu4.* Trullench.*lib.3 Decalog. cap.2. dub.2.num.7.* Pasqualigus, *de Ieiu. dec.274.nu.2.*& alii.

Ancui prohibentur carnes, prohibeantur etiam lacticinia? Dub.2.

4 NEgatiuè respondeo. Ratio est:quia in hoc præcepto sunt tres distinctæ res, quarum vna prohiberi potest, alia non prohibita; & vna concedi potest, alia non concessa: vt experientia docet in sexta feria, & sabato, in quibus conceditur vsus lacticiniorum,& prohibetur vsus carnium. Tum quia, sicut interdicto vsu ouorum, nô censetur côsequenter interdictus vsus carnium, vt docent Reginaldus, *lib 4 nu.145.* & alii: ita à fortiori, interdicto vsu carnium, non censetur interdictus vsus lacticiorum: quia faciliùs permitti consueuit. Ita Reginaldus, *num.145.* Paludanus, *in 4.dist.15.quæst.4.articul.4 conclus.secūd.* & alii.

Dubitatur primò: An qui vouit abstinere ab ouis, & lacticinijs, teneatur etiam abstinere à carnibus?

5 AFfirmatiuè respôdit prima opinio: nisi fortè haberet intentionem côtrariam. Cuius ratio est: quia abstinentia ab ouis, & lacticiniis, includit etiam abstinentiam à carne, quia non ex eo, quod

quod prohibetur caro, prohibentur etiam lacticinia,& oua: sed eo ipso quod prohibentur oua, & lacticinia, prohibetur etiam caro. Vndè abstinentia ab ouis & lacticiniis est superioris conditionis, includens etiam abstinentiam à carne. Ita Vilalobos, *part.1.Sum.tract.* 23. *diffic.8.num.5.*

6 Secunda opinio distinguit: Quod si vouens deliberasset abstinere etiam à carnibus, si de his cogitasset, tenetur abstinere. Secùs autem si non deliberasset. Ita Siluester, *v.Dominica, num.2.in fine, & v.Ieiunium quaest.* 10.*dict.secund.* vbi Armilla, *num.*13 Azorius, *part* 1 *lib.7.ca.*10.*quaest.*1.Lopez, *part secund.capit.*11 & alii. Quòd si vouens nescit discernere, quid fecisset, si cogitasset de carnibus? dicunt Doctores, debere abstinere à carnibus, aut dispensationem petere. Ita Siluester, *v. Dominica num. secund.* Tabiena, *v.Ieiunium quaest.*1.*num.*10. *in fine.*

7 Tertia opinio absolutè negat. Cuius ratio est: quia huiusmodi votum habet pro obiectò peculiarem speciem abstinentiae, nempè à tali cibo: vndè non debet extendi ad aliam speciem abstinentiae, quę sit maior, & magis afflictiua: quia talis maior afflictio, non fuit de intētione vouentis. Ita Emanuel *Sa, v. Votum num.*25.Sanchez, *lib.*4.*Sum.capit.*11.*nu.*47.Bonacina, *de leg.disp.*4.*quaest.secund. pun.6.num* 17. Diana, *part.*1 *tract.*10.*resolut.*22.*versic. Restat modo in fine.* Bartolom. à S Fausto, *lib.*1.*Thesaur. Relig. quaest.* 37.*vltim.edit.apol.* Pasqualigus, *de ieiun.decis.*56.*num.*4.

Dubitatur Secundo: An qui vouit abstinere à carnibus, possit vesci iure carnium, in quo cocta sunt.

8 ROsella, *in verbo Ieiunium num.* 13. ait: Si vouens meminit iuris tempore voti, & illud sub voto comprehendit, aut comprehendisset, si meminisset, tenetur abstinere à iure: Secùs autem si non meminit, aut si meminisset, non comprehendisset sub voto: quia tunc nō est materia. Vndè, secundum hanc opinionem, est recurrendum ad intentionem vouentis.

9 Bartolomeus à S. Fausto verò, *in lib.*1. *Thesaur relig.quaest* 140 *vltima edit.* Sāchez *lib* 1.*Sum capit.*11 *num* 40.Bonacina, *de leg.disp* 4.*quaest secund.pun.6.num.* 23. & Pasqualigus, *de Ieiun. decis.*57. dicunt: Absolutè teneri abstinere à iure nisi expressam intentionem habuerit, ad id non se obligandi: quia votum intelligitur, sicut praeceptum; quando est de eadem materia: praeceptum autem de abstinentia à carnibus, est de abstinendo etiam à iure carnis.

An licitum sit abstinere à carnibus, etiam in extrema necessitate, vt faciunt Carthusiani? Dub.3.

10 ANtequam ad dubium respondeo, sciendum est: quòd Carthusiani, nullum habent votum non comodendi carnes, neque aliud statutum, obligans sub mortali; vt refert Petrus Sutor Carthusianus in Historia sui ordinis, *lib.*1. *tit.*3.*capit.*8.Sanchez, *tom secund.Consil. lib* 5.*capit.*1.*dub* 34.*num secund.* & Gerson, *part.secund.in Regul.moral.capit.de Regul.§.votum Carthusianorum*, qui dicunt: Ordinem Carthusiensem extitisse per 170. annos absquè aliquo statuto talis abstinentiae: sed sola constitutione ab anno 1184 quando cępit talis Ordo Carthusiensis, vsq; ad 1254. in quodam capitulo generali factum est statutum de tali abstinentia, sub grauissima poena transgressoribus, scilicèt, vt eiicientur à Religione: posteà se cessu temporis, vbi facta sunt noua statuta, in secunda parte illorum cap.4. temperata est pęna: scilicèt, quòd si fuerit Prior, Vicarius, vel Procurator, perpetuò priuetur officio: Alii verò perpetuò careant officiis, & incarcerentur ad beneplacitum Capituli generalis: cōprehenduntur etiam ministrantes, consentientes, & non prohibentes, cum possint.

11 Vndè Vasquez, *in* 1.2.*disp* 162. *capit* 4. *num.*16. Salas, *disp.*15. *de leg sect.secund. num.*17. & Nauarrus, *lib* 3. *Consil* 10. *de Regul. num* 3. dicunt, quod talis abstinentia obligat sub mortali, ex generali voto obedientiae. Quamuis Nauarrus non explicat, quomodo votum obediētiae se extendat ad talem obligationem.

12 Sanchez, verò meliùs, *lib.* 5. *Consil. capit.*1.*dub* 34 *num secund.in fine* Pasqualigus, *de Ieiunio decis.*19 *num.*4. dicunt: Tale statutum ad nullam culpam obligare, neque ad venialem: vt ex consuetudine ipsius Ordinis, quae ad nullam culpam obligant, exceptis votis essentialibus: nam vbi lex exponit poenam, exclu-

restit quaest. quę incipit : Consequenter quaerò § *si petas*. Henric *Quodl*. 14. *quaest*. 11. Caietanus, *Sum. verb Restitutio in fine versic. Quarto*. Medina, *C. de Restit. quaest*. 2. *dub*. 2 § *si denique res aliena* Petrus Nauarr. *lib*. 3. *de Rest. capit*. 1. *part*. 4 *num*. 307. Martinus Nauarr. *cap*. 17. *Sum. num*. 107. Naldus, *v. Legatum num*. 10. & alij.

31 Secunda opinio ait : Restitutionem faciendam esse danti, & non pauperibus. Ratio est : quia dominium illius pecuniae, neque in Christum, neque in quemquam alium transiuit; sed permansit in dante : non enim voluntas dantis fuit conferre illam Christo, sed amore Christi, ei, cui illam dedit: cum ergo donans habuerit voluntatem, virtute conditionatam, dandi illi pauperi in particulari, & nulli alij, vt supponimus, neque conditio, sub qua dedit, substiterit; consequens est, vt dominium rei, ita datae, remanserit apud dantem, ac proindè, ei sit facienda restitutio. Ita Sotus, *lib*. 9. *de Iust. quaest* 7 *articul*. 3 *ad* 4. Molina, *tom*. 1 *de Iust tract secund disp*. 210 *propè finem*. Lesius, *lib. secund. de Iust. capit*. 18 *dub*. 17. *in fine*. Bonacina, *de Contract. disp*. 3 *quaest*. 1. *part. secund*. § *secund num*. 9 *Reg in comment. ad* 3. *post lib Cod. titul. de Mendicat num* 20.

32 Tertia opinio ait : Neque pauperibus, neque illi, qui eleemosynā erogauit, esse necessariò faciendam restitutionem, sed alteri illorum, cui voluerit is, qui eam recepit : Quod possit restituere ei, qui dedit, probatur, tum quia ille adhuc non abdicauit à se dominium, cum recipiens non fuerit illius capax : tum etiam, quia illi fraus facta fuit, sufficiet ergo illi restituere : ergo potest non dari pauperibus, sed ei, qui erogauit. Quod verò possit eam dari pauperibus, & non restitui illi, qui dedit; patet : quia licèt non obdicauerit à se dominium illius eleemosynae; tamen voluntas ea fuit erogantis, quod eleemosyna pauperi daretur: & ita adhuc illa voluntas in eo perseuerat, ex qua licitum erit pauperibus erogare, quod sic iniquè, seù dolo fuit extortum. Ita Vasquez, *in opuscul. de Eleemos. capit*. 3. *dub. vltim. in fine*. Si quaeras : Quando quis censeatur pauper & per consequens, vt sit eleemosynę capax? diximus *in capit. sext. à num. vigesi. sext*.

An debitor teneatur restituere in simili necessitate? *in dub*. 10. *diximus in dub*. 1. *num*. 4. De Luxuria quod est tertium vitium capitale, satis dicam in sexto Decalogi praecepto.

DE IRA, ET FILIIS EIVS. Cap. 8.

QVid, & quotuplex est Ira? Dub. 1.
Quale peccatum est Ira ex genere suo? Dub. 2.
Quot sunt species Irae? Dub. 3.
Quid est Indignatio? Dub. 4.
Quid Tumor mentis? Dub. 5.
Quid est Rixa? Dub. 6.

Quid est ira? Dub. 1.

1 IRa, est inordinatus appetitus vindictae. Ita Fernandez, *par*. 4. *capit secund*. § 5. *num*. 1.

2 Ira duplex obiectum habet, Vnum bonum, & Alterum malum. Bonum, est spes vlciscendi se de homine, qui malum intulit, & in hac spe lętatur. Malum verò, est quod passus est ab aliquo, & sic parit tristitiam. Et in hoc differt ab aliis passionibus, quia illae vnicum habent obiectum; & si aliquando habent duo, sunt eiusdem ordinis, non autem opposita, vt sunt haec obiecta. Ita Diuus Thomas, 1. 2. *quaest*. 46. *articul*. 1. & 2. Molfesius, *tom*. 1. *Sum. tract*. 8. *capit*. 8. *num*. 247. & alii.

Ira, ex genere suo, an sit peccatum mortale? Dub. 2.

3 RΕspondeo : Ira, ex se, non mala, nec bona, sed potius indifferens est. Patet, quia ad ardua facta, & ad sui conseruationem, ira est valdè vtilis naturae; & sic non est mala. Non enim est bona : quia possumus vti ira in malam partem, pro vt multotiès est mortale. Igitur, ex se, est indifferens, vt sunt aliae passiones: & successiuè, si praecedit praescriptum rationis, erit peccatum, & dicitur iracundia : Si verò praescriptum non excedit, erit bona: Sic Molfesius, *tom*. 1. *Sum. tract*. 8. *capit*. 8. *num*. 248. Vndè patet, quod ira hominis duplex est, ob duplicem eius causam. Vna est naturalis, & altera rationalis. Naturalis est, cum homo ex quacumque re lędente, propter

ter immaginationem doloris, commouetur ad tristitiam, & vindictam, etiam contra insensibilia, vel animalia bruta: Et hæc ira est etiam in Brutis: vt patet in Cane, qui lapides, in eum proiectos, mordet. Rationabilis verò appetit iustam vindictam contra eum, à quo iniustè lęsus est: & hæc non est peccatum, sed solum ira naturalis. Ita Molfesius, *num*.249.

4 Et vt meliùs intelligatis grauitatem, & leuitatem huius materiæ, Notandum est cum Diuo Thoma, 1.2. *quæstion*.46. *articul*.8.in Ira tres motus reperiri. Primus motus dicitur, *Fel*: & est accensio sanguinis circa cor: & quia citò accenditur ob eius velocitatem, dicitur *Fel*. Secundus dicitur, *Amaritudo animi*, seù *Mania*: & oritur ex tristitia, quam concipit iracundus, propter iniuriam sibi factam: & hic motus diutiùs in malis perseuerat, & multotiès cum stultitia iniunctus est. Tertius motus dicitur, *Furor*: qui oritur ex cupiditate vindictæ, & non quiescit, donec se vindicet: Vndè quotiès ira ascendit prespicuum rationis in re graui, erit mortale: si in re leui, erit veniale. Si appetit quis vindictam iustam, non peccat, neque venialiter: quia, iuris ordine seruato, vult vindictam de inimicis suis, & nullus adest excessus. Ita Molfesius, *tom*.1. *Sum. tract*.8. *capit*.8. *num*.251. à 252. Fernandez, *part* 4 *capit*.4.§.5.*num.secund*. Valentia, *disp* 9 *quæst*.3 *pun*.1. Lesius, *capit*. 4. *dub* 4.*num* 24. Filliucius, *tom.secund. tract*.19.*capit*.10.*num*.206 & alii.

Quot sunt species Iræ? Dub.3.

5 VT dicunt Diuus Thomas, 1.2 *quæst*. 158.*articul*.5. Reginaldus, *lib*. 21. *num*.124. & Molfesius, *tom*.1.*Sum.tract*. 8.*capit* 8. *num*.353. tres sunt (quamuis Lesius, *lib*.4 *capit*.4.*num*.29. dicat quatuor). Primi dicuntur iracundi, qui citò leuitèr irascuntur, tamen satis placantur: & isti assimilantur calamis, qui citiùs flammam faciunt, sed protinùs in fauilla frigescunt, vt ait D.Gregorius, *lib*.5.*moral.capit*.32. Iste modus iræ, seù species, habet fundamentum in humore biloso, & proindè, quia citò humor ille accenditur, & remittitur, ideò citò irascuntur, & citò deponunt iram.

6 Secundi, dicuntur summè iracundi, seù valdè bilosi, qui iniuriam illatam, diù ponderant, & iram fouent, & intra se sunt amaro animo, & propè modum implacabiles, donec temporis tractu tristitia illa concocta, euanescat, vel obtenta vindicta: Et à D Gregorio, vbi supra, æquiparantur lignis durioribus, quæ tardè suscipiunt accensionem; sed semel accensa, difficiliùs extinguntur. Iste motus iræ habet fundamentum in humore malincholico, qui est difficilis curationis: & ideò non citò irascuntur, sed post conceptam iram, sunt quasi implacabiles, donec tristitia illa euanescat.

7 Tertii dicuntur difficiles, ac sæui, qui numquam placantur, nisi vulti sint iniurias: & isti dicuntur nequiores, vt ait Diuus Gregorius. Hic motus, vltrà bilem, & malincoliam, habet coniunctam immaginationem, defixam in vltionem: & ideò numquam quiescunt, donec vindictam sumāt de inimicis suis: & proindè hic vltimus motus est peior, & grauior cæteris. Sic Doctores citati.

8 Filii verò iræ septem sunt: scilicet, Indignatio, Tumor mentis, Clamor, Contumelia, Blasphemia, Maledictio, & Rixa.

Quid est indignatio? Dub.4.

9 VT ait Molfesius, *tom*.1.*Sum.tract*.8. *capit*.8.*num*.260 Indignatio, est motus interior animi, aduersùs eum, qui fecit iniuriam: quia reputat indignum, se ab eo lęsum esse.

10 Indignatio, non volentis videre, vel audire eum, cui irascitur, communitèr est tantum peccatum veniale, dicunt Emanuel Sa, *v. Indignatio nume. primo*, Caietanus, *v.Indignatio*; vbi Angelus, *numero primo*, & alii. Per accidens fieri potest mortale, quādo in re graui habet coniunctum contemptum personæ, contra charitatem, debitam proximo: aut cum adeò crescit, vt paratus sit, non iuuare talem proximum in iis, in quibus ad id teneatur expresè præcepto charitatis, aut iustitiæ: vel si nolit secum reconciliari cum graui scandalo proximi: & ita Molfesius, *tom. primo Sum. tractat. octau capit. octau. numero ducentesimo sexagesimo*. Toletus, *de sep. peccat.mortal.capit. quinquagesimo octauo*, & alii.

Quid

Quid est Tumor mentis? Dub. 5.

11 VT ait Toletus, *de peccatum mortal. capit. 58 in fine* Tumor mentis, est inordinata, & confusa loquutio.

12 Clamor, peccatum veniale est, secundum se: per accidens, potest fieri mortale, scilicèt, ratione scandali, quando præuidet, vel debuit præuidere, & non curat resistere tali clamori. Ita Angelus, *v. Clamor.* & alii.

Quid est Rixa? Dub. 6.

13 VT ait Filliucius, *tom secund. tractat. 28 capit. 10. num. 199.* Rixa, est Pugna priuatarum personarum, ex mutua ira concitata.

14 Rixa, ex genere suo, mortale peccatum est in excitãtem rixam in re graui: quia repugnat charitati, & iustitię: In respondente verò, pro qualitate defensionis iudicatur: si defensio sit moderata, nullum est peccatum: vt si fiat eodem tempore, cum ęqualitate armorum, & animo se defendendi: quia hæc defensio est de iure naturę, *l. vnica ff. de iust. & iure.* Si esset excessus immoderatus, esset mortale: si parum excederetur, esset veniale. Ita Diuus Thomas *quæst. 41. articul. 1.* Reginaldus, *lib. 21. num. 128.* Filliucius, *tom secund. tractat. 28. capit. 10. num. 201. & 202* Valentia, *quæstion. 14. pun secund. num. 1.* & alii. De Contumelia, & Maledictione, dicam in octauo Decalogi præcepto: de Blasfemia verò dicã in primo Decalogi pręcepto.

DE GVLA, ET FILIIS EIVS. Cap. 9.

Quid est Gula? Dub. 1.

1 GVla, est inordinatus appetitus cibi; & potus. Ita Fernandez, *pa. 4. cap. secund. §. 6. num. 1.*

Quale peccatum est Gula? Dub. 2.

2 EX genere suo peccatum veniale est, etiamsi sit vsque ad vomitum, etiãsi cibos, & potũ ingorgitet. ita Caietanus, *in Sum. v. Gula.* Nauarr. *capit. 23. numer. 119.* Rodoriquez, *part. 1. Sum. capit. 129.* Fernandez. *part. 4. cap. 2. §. 6. nu. 1.* & alii. Potest tamen fieri mortale, quãdo edũt prohibita à lege: aut quando oritur graue damnum animi, veluti peccatum mortale: aut ratione scandali: aut quando editur caro hominis, dũmodo quod non sumatur per modum medicamenti vt contingit in medicamento, quod Medici, Mumiam, appellant, in quo aliquid carnis humanæ admiscetur: non tamen licet occidere hominem, quia ita, est intrinsicè malum, etiam ad uitandam mortem. Ita Nauarrus, *loco citato,* Fernandez, *num. 5* Merolla, *tom. 1. disput. 1. cap. 3. num. 185.* & alij.

Dubitatur: An liceat vesci carnibus humanis, ad uitandum periculum mortis?

3 NOta, quod nos hic loquimur tantum de carnibus mortuorum: quia certum est, vt diximus, non esse licitum, homines interficere, vt benedicunt Pasqualigus, *in suis decis. de Ieiun. decis. 11 num. 1.* & communitèr.

4 Prima opinio ait: Nullo modo esse licitum, ad euitandam mortem, carnibus humanis vesci: quia est intrinsicè, & ex obiecto malum, & per consequens numquam licet: sicut numquam licitum est mentiri. Vndè D. Thomas, *2. 2. quæst. 142 articul. 4. ad 3.* comparat hoc peccatum fornicationi: & sic tenet Valentia, *2. 2. disp. 9. quæst 3. pu. 1. §. Itẽ esset gula peccatum.* Et probabilem censent Victoria, *relic. de temp. n. 6.* Azor. *p. 1. lib. 7. c. 33. q. 4.* Les. *lib. 4 de Tempor. c. 3 dub. 2.* Sanch. *lib. 1. Sum. cap. 18. num. 11.* Pasqualig. *Decisi. 12. num. 2.*

5 Secunda opinio affirmat: Quia nõ videtur, cur hęc res sit ita intrinsicè, & ex obiecto mala, vt in nullo euẽtu, rõne necessitatis, liceat. Vt enim *in c. 3. n. 129. & seq.* ostẽdimus, multa iuris naturalis pręcepta, etiam negatiua, non obligãt cum vitæ discrimine. Quare, licèt esus carnis humanę (si absolutè consideretur) videatur intrinsicè, & ex obiecto malus; tamẽ, sup-

suppositа circumstãtia periculi mortis, potest esse licitus. Sicut, abscindere sibi membrum, si absolutè consideretur, est intrinsicè, & ex obiecto malum: nihilominus ad euadendam mortem, licitum est. Nec Thomas hoc peccatum in omnibus fornicationi æquiparat, sed quò ad hoc tantum, quod vtrumque sit contra naturam. At multa iuris naturæ præcepta non obligant cum vitæ discrimine. Atque natura hunc esum abhorret, hominesque barbari sunt illo vtentes, quando extrema necessitas non cogit. Ita Caietanus 2.2.*quæst*.148.*articul.secund.ad finem incõclus.ad secund.* Nauarr.*cap*.23.*Sum. num*.122. Emanuel Sa, *v Comedere,num*.1. Toletus, *in Sum. post.lib*.7.*tract.de Peccat.mortal.capit*.60. *num*.3 Sanchez, *lib*.1.*Sum.capit*.18.*num*.12. Lesius, *d.dub secund.num*.10. Naldus, *v.Medicus num*.7. Merolla, *tom*.1.*disput*.1.*capit*.3.*num*.191 Bonacina, *de l g.disp. secund.quæst*.8.*pun.secund.num*.13.& alij. Et hoc verum est, non solum quando metus mortis prouenit ab intrinseca famis necessitate, verum etiam quando ab extrinseco infertur: quia in vtroque casu militat eadem ratio, scilicèt, necessitas vitandæ mortis: dummodo quod motus non sit incussus in odium, & contemptum Religionis Christianæ.

An Infirmus possit bibere, absque licentia Medici: & si bibat, peccet? Dub 3.

6 Respondeo: Si aliquod notabile damnum corporis, aut qui ob nimium cibum, vel potum incidit infebrim, vel aliud: & hoc, si aduertenter faciat; saltem cum debuisset aduertere, non aduertit; peccat mortaliter: præcipuè quando expertus est, quod talis cibus noceret. Quando verò damnum non est graue, tunc erit veniale: vt v.g. Infirmus paciens febrim, si bibat aquam, quam scit futuram causam alicuius augmenti; solum venialiter peccat. Et ita dicendum est de illo, qui ei ministrat. Ita Toletus, *lib*.7.*cap*.60. *num*.2. Nauarr. *in Manual.cap*.11.*nu*.41. Sanchez, *lib*.5. *Consil.cap*.1.*dub*.33.*num*.7.& 8. Caietan. 2.2.*quæst*.97.*art*.1. Diana, *p*.5.*trac*.3.*resol*. 135 Gauant.*in doct.Episcop.fol*.234. *de Gula*, & alij. Et quod dictum est de Aegroto, dicendum est etiam de Sano. Deficiente tamen nocumento corporis, & salutis, ad delectationem capiendam, comedere, & bibere, neque erit peccatum veniale. Ita Sancius, *in Select.disp. secund num*.24. Diana, *part*.3.*tract*.5.*resol*.65. Fernandez, *part*.4 *cap secund*.§.6. *num*.3. Pasqualig *decis moral.de Ieiun. decis*.16. *num secund*. & alij. Infirmus verò non tenetur parere Medico, applicanti medicinas, distincto precepto obedientiæ; sed tantum præcepto, quo est strictus, propriam conseruare vitam. Ita Sancius, *in Select.disp*.13.*num*.8 Diana, *part*.5.*tract*.3.*resol*.135. Salas, *dist*.10.*sect*.1.*num secund*. & alij.

7 Filij Gulæ, quinque sunt, scilicèt, mentis Hebitudo, inepta Lætitia, Multiloquium, Scurilitas; & Immunditia.

Quid est Ebrietas? Dub.4.

7 Vt dicunt Filliucius, *to.secund.tract*.30.*cap*.1.*num*.12. Lesius, *cap*.3.*dub*.3. & alij. Ebrietas est violenta rationis priuatio, ob nimium potum assumptum, causa voracitatis.

9 Ebrietas, ex genere suo, quando scienter fit, peccatum mortale est: Quia ebrietate, violenter se priuat vsu rationis, & potentia proxima illius ob voluntatem. Ita D.Thomas, 2.2.*quæst*.150. Fernand. *part* 4.*capit.secund*.§.6 Toletus, *lib*.7. *cap*.56. Filliucius, *to secund tract*.30.*cap*.1.*num*.13. Lesius, *lib*.4.*cap*.3. *dub* 3.*num*.15. Molfes.*to* 1.*Sum.trac*.8.*c*.8 *n*.165 & alij

10 Dixi, *Scienter*: quia si non prætendit, neque aduertit se inebriare, non peccat mortaliter: licèt cognouerit vinum esse multum; dummodò quod non futurum erat illi malum. Ita Rodoriquez, *part*.1. *num*.8.*c*.129. Angel.*v.Ebrietas n*.[illegible]& alij.

11 Vndè quando inebriatur, non aduertens, & præter intentionem eius, non erit peccatum mortale: etiã si per ebrietatem amittat vsum rationis. Ita Molfes *to*.1.*tract* 8.*cap*.8 *num*.166. D.Thom.2.2. *quæst*.150. & alij. Ita erit peccatum veniale inebriatio imperfecta: vt accidit, quandòquis est nimis hilaris, & turbatur eius Fantasia, ita vt domus videatur ei circumuolare. Ita Rodoriq.*vbi sup*. Molfes.*n*.165.& alij. Non tamen erit peccatũ, quando, ex Medicorum iudicio, quis se inebriet, ad recuperandam sanitatẽ, quã non potest alia via recuperare. Ita Regin. *lib*.22.*n* 55 Molfes.*to*.1.*Sum.tract*.8.*ca*.8. *nu*.166, Bonac.*de leg.disp.vlt.q*.1.*p*.1.*nu*.3. Fernãd.*p*.4 *c* 2.§.6.*n*.7 Caiet.2.2.*q*.150.*ar*.2.& alij. Peccat tamen mortaliter ille, qui scit alium inebriandum, & ei vinum præbet. Ita Fernãd *n*.6. Tolet.*lib*.7.*c*.56.& alij

An

An imputentur ad culpam facta Ebriorum? Dub. 5.

12 PRima opinio ait: Peccata, commissa in ebrietate, culpæ imputari: Ratio est: quia fuerunt voluntaria in sua causa. Ita D. Thomas, 1. 2. *quæst.* 76. *art.* 4. *ad* 5. Caietanus, 2. 2 *quæst.* 150. *art.* 4. *& in Sum. verbo* Ebrietas. vbi Siluester *q.* 5 Cordub. *in qq lib.* 2. *quæst.* 18. *vers. Nota ad declarationem.*

13 Addunt verò Caietanus, & Corduba: Nō ōnia peccata, in ebrietate cōmissa, culpę imputari, sed sola præuisa, vel quæ preuideri debuerunt. Dicunt autem, pręuisa censeri, quando quis expertus est, se in ebrietatis tempore aliqua peccata commitere, vel in specie, vel in genere. Ea verò, dicunt, debere præuideri, quando ebrius expertus est, suas inclinationes eò plus ad peccatū pronas esse, quò magis inebriatur. Quod si numquam id expertus sit, vt quia tunc primò inebriatur; dicunt, eum debuisse præuidere peccata, quæ communiter ab ebrijs perpetrari solēt, quamuis non omnes ea committant.

14 Secunda opinio ait: Si inebrietur cū ignorantia vincibili, affirmatiuè respondent. Secùs, quando ignorantia erit inuincibilis: etiam si euentus soleant esse frequentes ei, qui inebriatur: si tamen ille non habuit vllam prorsùs rationem dubitandi, aut cogitandi de illis, tempore, quo inebriari voluit, non imputatur culpæ: quia procedunt ex quadam inaduertentia naturali, ac proindè, nec in se, nec in sua causa voluntarij sunt. Secundò, si homo, cum videt se inebriari, considerat, indè posse plura peccata oriri; si adhibet prudentem, seù moralem diligentiam, nè aliquid illorum eueniat, non imputabitur culpę, si aliquid illorum casu eueniat: secùs verò si eam diligentiam nō faciat, quia tunc esset ei indirectè voluntarium. Vt autem hæc prudens, seù moralis diligentia adhibeatur, considerandum est id, quod docet D. Thomas, 1. 2. *quæst.* 20 *art.* 5. scilicèt, An euentus aliquis frequēter cōtigat in ebrietate siuè per se, siuè per accidēs? & tūc, peculiaris cura, ac diligentia adhibēda est, nè tale quid accidat: at si rarò cōtigat, minor diligētia necessaria est. Quod si habita ratione circūstātiarū tēporis, & loci nullū videatur imminere periculū, tunc non opportet vllam diligentiam adhibere. Ita Salas, 1. 2. *quæst.* 73. *tract.* 11. *disp.* 5. *sect.* 14. *nu.* 114. Vasquez, 1. 2. *disp.* 127 *cap.* 3. Molina, *to.* 4 *de Iust. tract.* 3. *disp.* 38. *nu.* 8. Lesius, *lib.* 4. *de Iust. cap.* 3. *dub.* 3. *nu.* 25. *& seq.* Merolla, *to.* 1. *disp.* 2. *cap.* 1. *dub.* 3. *nu* 26. Sanchez, *lib.* 1. *Sum. c.* 16. *à nu* 42. & alij communiter.

15 Hinc deducitur: Non semper imputari culpę euentus, quæ contingit inebrietate: sed posse absque vlla culpa euenire: quia, licèt ipsa ebrietas voluntaria culpa sit, non propterea sequitur, omnia, quæ ex ebrietate oriuntur, voluntaria esse: quia, vel accidere possūt, nulla omninò de illis cogitatione occurrente, & tunc eodem modo erunt non voluntaria, sicut ea, quæ casu eueniunt in venatione prohibita; aut si prudenter considerans, existimauit, nil mali indè futurum, vel quia, numquam simile quid in ebrietate expertus esset; vel quia non videretur ei tale imminere periculum. Hinc fit, occidentem, in his casibus, aliquem in ebrietate, non esse irregularē. Et hoc verum existimat Merolla, *nu.* 27. quamuis ea intentione se inebriaret vt occideret, quia adhuc, homicidium patratum, licet fuerit volitum per modum obiecti, nō tamen voluntarium, neque directè, & inse, neque in causa.

16 Si verò malum, quod sequitur, v. g; homicidium, præuideri poterat, vt si aliàs erat expertus, in simili dispositione homicidium committere: vel si dubitans, non adhibuit sibi custodiam, vel aliam cautionem: tunc ipsum homicidium imputabitur ad culpam mortalem, quia fuit voluntarium in causa; & per consequens per illud incurreret irregularitatem, in qua tamen potest dispensare Episcopus, iuxta facultatem concessam in Tridentio. *sess* 24. *cap.* 6 *de refor.* dūmodò homicidium sit occultū, nec deductum ad forum contentiosum, dicunt Suarez, *to.* 5. *in* 3. *part disp* 45 *sec.* 1. & Merolla, *to.* 1. *disp.* 2. *cap.* 1. *dub.* 3. *nu.* 27 *vers. Si verò.*

17 Limitant Primò aliqui, nisi negligētia vitandi homicidij, fuerit leuis, vt si nō satis eius periculum aduerterit, sed solum leuiter: tunc enim homicidium secutum, erit solum culpa venialis. Ita Lesius, Sanchez. Merolla, *nu.* 28. & alij citati: ex quò fit, non contrahi in hoc casu irregularitatem, quia ad hanc cōtrahendam requiritur culpa mortalis, vt

vt ait Merolla, *tom. 1. disp secund dub. 14. num. 219. & disp. secund capit. 1. dub. tert. num 28.*

18 Limitant secundo aliqui: Nisi quis solùm venialiter peccauerit, se inebriando. Quorum ratio est: quia illud homicidium, in ebrietate commissum, non est in seipso voluntarium, sed tantum in causa, quæ est ebrietas: ergo non potest maiorem contrahere culpam, quam ipsa causa hic, & nunc habeat: atque adeò, quam voluntas illa, à qua ebrietas illa dicitur voluntaria: ergo si hæc voluntas solum est venialis, illud homicidium non imputabitur, nisi ad culpam venialem. Ita Lesius, & Sanchez, *locis citatis*. Bonacina, *de leg. disp. secund quæst. 4. pun. 4. num. 10.* & Reginaldus, *tom. 1. lib. 21. capit. 1. num. 9* qui hoc confirmat cum D. Augustino, *lib. secund contra Faustum capit. 44.* vbi loquens de incestu, quem commisit Loth in ebrietate, dicit: Quod Loth culpandus est, non quantum ille incestus, sed quantum ebrietas meruit.

19 Nota, quod multa dicta, vel facta, ebriorum, etiam si præuideantur, non reputari peccata, quæ alioquin essent. Quia scilicèt, in hominum extimatione, non censentur iniuriosa: qualia sunt aliqua dicta, vel facta, quæ alioquin in sana mente iniuriosa essent, nempè dicta vel facta contumeliosa. Ratio est: quia tempore ebrietatis, talia, in communi hominum æstimatione, non reputantur contumeliosa, sed tamquam facetiæ admittuntur. Ita Maior, *in 4 dist. 17 quæst. 8 conclus 4.* Vasquez, *1. 2. disput. 227. capit. 3.* Sayrus, *in Clau. Reg lib. secund. cap. 9 num 41.* Salas, *1. 2. quæst 73. tract. 13. disput. 5 sect. 14. num. 114.* vbi Tannerus, *disp. 4 quæst. 3. dub. 3. num. 65.* Sanchez, *lib. 1. Sum. capit. 16 num. 44.* & alii.

Quid est mentis Hebitudo? Dub. 6.

20 RESpondeo, est obcæcatio intellectus circa speculatiua, propter nimiam sumptionem cibi, & potus.

21 Hebitudo mentis nascitur ex gula, tum ratione vaporum è stomacho ascēdentium in caput, & aciem mentis obnubilantium: tum etiam ratione delectationis superfluæ, quæ cum eodem vsu coniuncta est: nam hebitata mens, cum nequeat altiora percipere, conquiescit in prædicta delectatione sensus; & sic impediuntur debitæ orationes, studium, examen conscientiæ, &c. Ita D. Thomas, *2. 2. 148. artic 6.* Molfesius, *to. 1 sum. tract. 8. capit. 8. num. 172.* & alii.

22 Potiùs autem mentis hebitudo est pœna, quam peccatum: fieret verò peccatum, quando homo aduertenter ita fieret ineptus, vt non possit vacare his, quę præcepto tenetur facere. Ita Angelus, *verbo Hebitudo.* Archidiaconus, *part. 1. titul. 6. capit. 4 § secund.* Toletus, *lib. 7. capit. 61.* & alii.

Quid est inepta Lætitia? Dub. 7.

23 RESpondeo, est inordinata voluntas circa delectationem cibi, & potus. Inepta lætitia, est quando homo gaudet in his, quæ nullam delectationem ex se sunt apta facere: Ex genere suo peccatum veniale est, nisi sit materia mala, & quæ facit mortale. Vndè peccat mortaliter, qui ob immoderatā lętitiam, obscenis cantilenis, verbis, aut gestibus vtitur; intendens inducere, vel credens se, vel alium, per eum inductum iri consensum, alicuius actus mortalis, cordis, & operis. Ita Caietanus, *2. 2. quæst. 184. articul. 6.* Nauarrus, *capit. 23. num. 123.* & alii.

Quid est Multiloquium? Dub 8.

24 VT ait Angelus, *v. Multiloquium*, est multitudo locutionis cum superfluitate, vel præter vtilitatem, vel necessitatem.

25 Multiloquium, seù stultiloquium euenit, quia sopito rationis iudicio, lingua caret fręno. Itaq; non considerat ebrius, quid dicere voluit, & temerè dicit *quidquid in buccam venit*, vt vulgo ait: & sic resoluitur lingua in multa verba otiosa, temeraria, perniciosa, contentiosa, detractoria, &c. Ita Molfesius, *tom 1 sum. tract. 8. capit. 8. num. 172.*

Quid est Scurilitas? Dub. 9.

26 VT ait Toletus, *lib 7. capit. 6. num. 6.* sunt verba, vel facta inonesta, ad risum prouocantia. Scurilitas differt, à Stultiloquio: quia scurilitas refertur ad luxuriam affectionis: Stultiloquium verò ad indiscretionem rationis: possunt tamen coincidere, & inuicem conuenire. Sumitur tamen aliquando pro urbanitate sermonis, & hoc impropriè:

& tunc si adsit finis debitus, aut conseruatio amicitiæ bonæ, vel remotio iustitiæ, vel accidiæ, non erit peccatum, dummodo quod non fiat per verba turpia, vel inutilia, vt tantum risum in ordinatum prouocantia, quia tunc peccatum veniale est.

Quid est Immunditia? Dub. 10.

27 RESpondeo, est vomitus, procedens ex nimia, & inordinata commestione, vel potu: vel pollutio seminis, proueniens ex nimia repletione.

28 Immunditia est, quando quis prouocat, vomitum, vt sępiùs comedere possit; vel tantum comedit, quod necessè habet vomere. Comuniter, veniale peccatum est. Potest esse mortale, vt quando contrahit malitiam, quæ luxuriam parit, vel aliud mortale, aliquo modo præuisum. At si solum aduomitum prouocaret, non esset mortale. Ita Caietanus, *in sum. v. Gula.* Reginaldus, *lib.* 22. *num.* 54. Molfesius, *tom.* 1. *sum. capit.* 8 *num.* 170. Nauarrus, *capit* 23. *manual. nu.* 119. & alii. Si verò vomitus proderit ad salutem, licet absq; peccato illum mouere cum cibo, & potu multo. Ita Nauarr. *capit.* 23. *num.* 119. Fernandez, *part.* 4. *capit secund.* § 6. *num.* 3. & alii.

DE IEIVNIO.
Cap. 10.
De nomine, & diuisione Ieiunij.

QVid est Ieiunium? Dub. 1.
Quid est Abstinentia? Dub. 2.
Quid est Sobrietas? Dub. 3.
Quotuplex est Ieiunium? Dub 4.
Quid requiritur in Ieiunio Ecclesiastico? Dub 5.
An licita sit Abstinentia, quæ notabiliter noceat saluti; aut vitã minuat? Dub. 6

Quid est Ieiunium? Dub. 1.

1 VT dicunt D. Thomas, 2. 2. *quæst.* 147. *artic.* 1. Venetus, *lib.* 3. *capit.* 4. *nu.* 1 Couarr. *lib.* 4. *varar. resolut. cap.* 20. & alii. Ieiunium, est abstinentia ciborum, ad carnis vitia comprimẽda, peccatorumque pęnas expiandas, & mẽtes in Deum excitandas.

Quid est Abstinentia? Dub. 2.

2 SI loquamur, quatenùs abstinentia significat integram virtutem temperantiæ circa cibos: Est virtus, refrenãs inordinatas delectationes ciborum, cõstituens in ipso vsu debitam moderationem. Ita Filliucius *to. secund. tract.* 27. *pa.* 2. *cap.* 1 *nu.* 1. Si verò loquamur, quatenùs significat alimentorum subtractionem, quæ maior sit, quam ratio temperantiæ: Abstinentia est virtus, subtrahens alimenta corpori, magis, quam ratio temperantię alioquin requireret. Ita Filliucius, *num. secund.*

Quid est Sobrietas? Dub. 3.

3 SObrietas est virtus, quæ moderatur affectum, & vsum potionis, quæ potest ebriare. Ita Filliuc. *to secund. tract.* 27. *part. secund. cap.* 1. *num.* 6.

Quotuplex est Ieiunium? Dub. 4.

4 DVplex est, vnum naturale, & aliud Ecclesiasticum, *leg. moue Roman ff. de feriis*, & ita D. Thom. 2. 2. *quæst.* 147. *artic.* 6. Venetus, *lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 3 & alii.

5 Ieiunium naturale, est perfecta abstinẽtia à tribus gustabilibus, scilicet, cibo, potu, & medicamento. Ita Toletus, *lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 6.

6 Ieiunium verò Ecclesiasticum est abstinentia voluntaria à cibo, iuxta Ecclesię ritum. Ita Fernandez, *par secund. cap.* 8. § *secund. num.* 7.

Quid requiritur in ieiunio Ecclesiastico? Dub. 5.

7 DVo requirũtur: Primò, qualitas ciborum: & Secundò, vnitas commestionum. Ita communiter Doctores. Aliqui verò addunt, Hora competens comedendi: sed quia hanc opinionem nõ admittunt multi, ideò explicabimus, *in capit.* 13.

An licita sit Abstinentia, quæ notabiliter noceat saluti, aut vitam minuat? Dub. 6.

8 ESt cõmunis opinio Doctorum, quod nemo tenetur vti cibis delicatioribus, & magis habilibus in hunc finem, vt vitam prolongent, quamuis commodè possit: sed potest esse cõtemptus cõmunibus, & congruentibus proprio statui: quia licet vnusquisq; teneatur conseruare propriam vitam, non tamen tenetur prolungare. Ita Adria. *Quodl.* 4. *ar.* 3. *ad* 3. Maior, *in* 4 *dist* 38 *q* 24. Sot. *lib.* 5. *de Iust. q.* 1. *art.* 5. *ad* 1. Cord. *in qq lib.* 1. *q.* 38 *ad* 4. Couar. *lib.* 1. *var. c.* 2 *n.* 10. Angl. *in florib.*

florib quæst 8. *de Ieiun. concl.* 1. Medina, C. *de Ieiun quæst.* 13. *ad* 1. Petrus Nauarr. *lib.* 2. *de Restit. cap.* 3. *num.* 88. & alii.

9 Vndè communiter Doctores dicunt: Quando, quis abstinentiis, & ieiuniis corpus castigat in hunc finem, vt citiùs moriatur, peccat mortaliter, tamquam interfector sui ipsius. Sic Caietanus, 2. 2. *quæst.* 147 *artic.* 1 Victoria, *relect. de Temperant. dub. vltim.* Aragonius, 2. 2 *quæst.* 64. *artic.* 5 *ad* 5. Gomez de Mascua, *lib.* 2. *de potest. in capit* 15. *num* 12. & alii. Etiã si hoc faciat causa pietatis: quia non sunt facienda mala, vt veniant bona. Ita Pasqualigus, *decis. moral. de Ieiun. decis.* 27. *num.* 2. & alii.

10 Quando aliqui adhibent indiscretam abstinentiam, intuitu Religionis; cum aduertentia, quod sequatur diminutio vitæ, tunc nullum peccatum committũt dicunt Graffius, *part* 1. *decis lib* 2. *cap.* 62. *num* 63. Plazza, *in Epitam. delictor. capit.* 23. *num.* 2 Simac *in Cathol instit. titul.* 18 *num.* 30 Caietanus, verò *in* 2. 2. *quæs.* 147. *artic.* 1. Couarr *lib.* 1. *varar. cap.* 2. *num.* 10. & Sanchez, *lib.* 5. *Consil. cap.* 1. *dub.* 33. *nu.* 12. dicunt, solum peccant venialiter.

11 Sed Canonistæ, *in capit. non mediocriter, de consecrat dist.* 5. vt Archidiaconus, Bellamera, Turrecremata, Abbas, *in cap. cum infirmitas num.* 3. *de Pœnit. & remiss. & capit. & si Christus, num.* 3 *de iur. iurand.* Nauarr. *in Manual. capit* 15. Petrus Nauarr. *lib.* 2. *de Restit. capit.* 3. *num.* 88. Pasqualigus, *de Ieiun. decis.* 27 *num.* 6. Angles, *in florib quæst.* 8 *de Ieiun. in fine concl.* 5. Victoria, *relect. de temperant. quæ. vltim. num.* 12. *conclus.* 4. & alii, dicunt, esse peccatum mortale: quia facit contra charitatem ad seipsum, quæ obligat ad conseruandam propriam vitam.

13 Licebit tamen ieiuniis vacare, ob bonum spirituale animæ; quando subministratur corpori debitum alimentum, sufficiens ad ipsum conseruandum: etiã si sequatur diminutio vitæ, vel sequatur aliqua infirmitas: quia hoc non est diminuere vitam, cum subministretur sufficiens alimentum: sed non prolongare quantum posset. Ita Ledesma, 2. *part.* 4. *quæst* 17 *artic* 6 *dub.* 6. *conclus.* 3. Victoria, *relect. de Temperant. quæst. vlt.* Sanchez, *lib.* 5 *Consil. capit* 1. *dub.* 33. *num.* 11. Pasqualig *de Ieiun. decis* 27. *num.* 8. & alii.

14 Ex his deducitur, quod si quis susciperat indiscretas abstinentias, & ieiunia, quæ vitam abreuiatura sint, sed hoc non aduertat; & intendat profectum spiritualem animæ; excusatur à peccato. Ita Couarr. *lib.* 1. *varar capit.* 2. *nu.* 10. Petrus Nauarr. *lib.* 2 *de restit capit.* 3. *numer.* 85. Sanchez, *lib.* 5. *consil. capit.* 1 *dub.* 33. *num.* 12. Nauarr. *in Manual capit.* 15. *num.* 12. Caietrnus, 2. 2. *quæst.* 147. *articul.* 1. Pasqualig *de Ieiun. decis.* 7. *num.* 11. & alii. Quod si aduertat excessum abstinentiæ, & damnum indè proueniens; sed tamen putet se benè facere; peccat venialiter, vt dicunt Caietanus, Couarru. & Sanch. *locis citatis*: Sed, vt ait Pasqualigus, *nu.* 12. peccat mortaliter: quia obiectum est de se obiectum peccati mortalis, & solum potest excusari à peccato, ratione ignorantiæ.

DE QVALITATE CIBORVM seruanda in Ieiunio.

Cap. 11.

A Quibus cibis abstinendum sit in die Ieiunii? Dub 1.

An cui prohibentur carnes, prohibeantur etiam lacticinia? Dub. 2.

An licitum sit abstinere à carnibus, etiam in extrema necessitate, vt faciunt Carthusiani? Dub. 3.

An qui vouit ieiunare, totiès peccet, quotiès carnes comedit? Dub. 4.

An Pueri in diebus ieiunij, possint comedere carnes? Dub. 5.

An qui detinebatur in die ieiunij sensibili delectatione esu carnis, mente concepta, proindè, ac si reipsa comederet, peccet mortaliter? Dub 6.

An qui dubitat, an transacta sit media nox, possit comedere carnes? Dub 7.

An qui in Quadragesima comedit simul carnes, & oua, duo peccata committet? Dub. 8.

An in commestione carnis detur paruitas materiæ? Dub. 9.

An seruientes infirmis, possint comedere carnes? Dub. 10

An qui falsò putabat hodie esse Vigiliam, carnes comedit, teneatur in confessione hanc circumstantiã explicare? Dub. 11.

An qui culpa sua incidit in morbum, peccet mortaliter, si in diebus prohibitis carnes comederit? Dub. 12.

An tempore ieiunij extra Quadragesimã abstinendum sit à lacticinijs? Dub. 13.

An in hoc Regno Siciliæ diebus quadragesimalibus, & alijs ieiunijs, licitum sit vsus

quod prohibetur caro, prohibentur etiam lacticinia,& oua: sed eo ipso quod prohibentur oua, & lacticinia, prohibetur etiam caro. Vndè abstinentia ab ouis & lacticiniis est superioris conditionis, includens etiam abstinentiam à carne. Ita Vilalobos, *part.1.Sum.tract.* 23. *diffic.8. num.5.*

6 Secunda opinio distinguit: Quod si vouens deliberasset abstinere etiam à carnibus, si de his cogitasset, tenetur abstinere. Secùs autem si non deliberasset. Ita Siluester, *v. Dominica, num.2. in fine, & v. Ieiunium quaest* 10 *dict. secund.* vbi Armilla, *num.*13 Azorius, *part* 1 *lib.7.ca.* 10.*quaest* 2. Lopez, *part secund. capit.* 112 & alii. Quòd si vouens nescit discernere, quid fecisset, si cogitasset de carnibus? dicunt Doctores, debere abstinere à carnibus, aut dispensationem petere. Ita Siluester, *v. Dominica num. secund.* Tabiena, *v. Ieiunium quaest.*1. *num.*10. *in fine.*

7 Tertia opinio absolutè negat. Cuius ratio est: quia huiusmodi votum habet pro obiectò peculiarem speciem abstinentiae, nempè à tali cibo: vndè non debet extendi ad aliam speciem abstinentiae, quę sit maior, & magis afflictiua: quia talis maior afflictio, non fuit de intētione vouentis. Ita Emanuel Sa, *v. Votum num.*15. Sanchez, *lib.4.Sum.capit.*11 *nu.* 47. Bonacina, *de leg. disp.4. quaest secund. punt.6. num* 17. Diana, *part.1 tract.*10. *resolut.*22. *versic. Restat modo in fine.* Bartolom. à S. Fausto, *lib.* 1. *Thesaur. Relig. quaest.* 37. *vltim. edit. apol.* Pasqualigus, *de Ieiun decis.*56. *num.*4.

Dubitatur Secundo: An qui vouit abstinere à carnibus, possit vesci iure carnium, in quo cocta sunt.

8 ROsella, *in verbo Ieiunium num.* 13. ait: Si vouens meminit iuris tempore voti, & illud sub voto comprehendit, aut comprehendisset, si meminisset, tenetur abstinere à iure: Secùs autem si non meminit, aut si meminisset, non comprehendisset sub voto: quia tunc nō est materia. Vndè, secundum hanc opinionem, est recurrendum ad intentionem vouentis.

9 Bartolomeus à S. Fausto verò, *in lib.*1. *Thesaur relig. quaest* 140 *vltima edit.* Sāchez *lib* 1. *Sum capit.*11 *num* 40. Bonacina, *de leg. disp* 4 *quaest secund. pun.6. num.* 23. & Pasqualigus, *de Ieiun. decis* 57. dicunt: Absolutè teneri abstinere à iure nisi expressam intentionem habuerit, ad id non se obligandi: quia votum intelligitur, sicut praeceptum; quando est de eadem materia: praeceptum autem de abstinentia à carnibus, est de abstinendo etiam à iure carnis.

An licitum sit abstinere à carnibus, etiam in extrema necessitate, vt faciunt Carthusiani? Dub.3.

10 ANtequam ad dubium respondeo, sciendum est: quòd Carthusiani, nullum habent votum non comodendi carnes, neque aliud statutum, obligans sub mortali; vt refert Petrus Sutor Carthusianus in Historia sui ordinis, *lib.* 1. *tit.3. capit.8.* Sanchez, *tom secund. Consil. lib* 5. *capit.* 1. *dub* 34. *num secund.* & Gerson, *part. secund. in Regul. moral. capit. de Regul. §. votum Carthusianorum,* qui dicunt: Ordinem Carthusiensem extitisse per 170. annos absquè aliquo statuto talis abstinentiae: sed sola constitutione ab anno 1184 quando cępit talis Ordo Carthusiensis, vsq; ad 1254. in quodam capitulo generali factum est statutum de tali abstinentia, sub grauissima pœna transgressoribus, scilicèt, vt eiicientur à Religione: posteà se cessu temporis, vbi facta sunt noua statuta, in secunda parte illorum cap.4. temperata est pęna: scilicèt, quòd si fuerit Prior, Vicarius, vel Procurator, perpetuò priuetur officio: Alii verò perpetuò careant officiis, & incarcerentur ad beneplacitum Capituli generalis: cōprehenduntur etiam ministrantes, consentientes, & non prohibentes, cum possint.

11 Vndè Vasquez, *in* 1.2. *disp* 162. *capit* 4. *num.*16. Salas, *disp.*15. *de leg sect. secund. num.*17. & Nauarrus, *lib* 3. *Consil* 10. *de Regul. num* 3. dicunt, quod talis abstinentia obligat sub mortali, ex generali voto obedientiae. Quamuis Nauarrus non explicat, quomodo votum obediētiae se extendat ad talem obligationem.

12 Sanchez, verò meliùs, *lib.* 5. *Consil. capit.*1. *dub* 34 *num secund in fine* Pasqualigus, *de Ieiunio decis.*19 *num.*4. dicunt: Tale statutum ad nullam culpam obligare, neque ad venialem: vt ex consuetudine ipsius Ordinis, quae ad nullam culpam obligant, exceptis votis essentialibus: nam vbi lex exponit pœnam, exclu-

In illis de obseruat.ieiunij Almain, *in.4. dist.15.quæst.1 propos. de Dominio natural.* Martinus, *de magist.quæst.3. de Abstinent* Medina, *C de Ieiunio quæst vlt. ad 4.* Maior, *in 4.dist.34 quæst.24.concl.5* Victoria, *relect. de Temperant. num.10.* Azorius, *part.1.lib.5.capit.6, quæstion 7.* Vasquez, 1.2.*disp.162.capit.4* Ledesma, 2.*part.4.quæst.17 articul.6.dub.5.articul.4.concl.secund.* Layman, *in Tbolog.moral. lib.1 tract.4. capit.14.num.11.* Bonacina, *de leg.disput secund quæst.8.pun.secund. num.16.* Salas, *de leg.disput.11.sect.secúd. num.24* Pasqualigus, *de Ieiun. decis.21. num.3.* & alij contra Lesium, *lib.4.capit. 3.dub.secund num.12.*

17 Respondeo secundò, quod Sanchez, *lib.5.Consil.capit 1 dub.34.num.6.* Vasqu. 1.2.*disp.262.capit 4.* Rodoriquez, *part secund Sum.capit 96 num 16.* & alii dicunt: In extrema necessitate ab intrinsecò, quando scilicet iudicio Medicorum, nō posset vitam conseruare, nisi edendo carnes: vel quia alii cibi sunt ei inutiles, vel quia nullum alium cibum appetit; non teneri edere carnes. Ratio est: quia in tali casu ille naturaliter moritur ex morbo, cujus ipse non est causa, nec ipse censetur se occidere, sed tantum nō prolongare vitam comedendo carnes: non tenetur autem quis prolongare vitā omnibus modis possibilibus ergo, &c

18 Attamen hanc opinionem non approbat Pasqualigus, *de Ieiun. decis 25. num. 7.* quia talis abstinentia de se est notabiliter nociua corpori, & proindè secundum se non potest intendi, quia in alio casu intenderetur notabile nocumentum corporis: est enim cooperari morti imminenti, aut ipsam accelerare: nec adest finis propter quem liceat exponere vitam, quo rectificetur, & ideò non potest esse licita.

19 Dices: Potest infirmus abstinere à medicina, etiamsi censeatur necessaria, ad salutem consequendam: ergo poterit etiam abstinere à carnibus: quia tunc se habent per modum medicinæ.

20 Respondet Pasqualigus *num 4.* esse diuersam rationem: quia carnes non se habent per modum medicinæ, ita vt tendant solum ad curandum malum, sicut medicina: sed se habēt per modum cibi, qui ordinatur ad vitam substentādam, & saltem secundum ea, quæ fiunt ex ipso, censetur necessarius: vndè subtrahere carnes, esset subtrahere cibum necessarium substentationi.

21 Ex his deducitur: Persona particularis non tenetur abstinere a carnibus in extrema necessitate ex infirmitate, si habeat votum de abstinendo explicitè etiam in tali casu. Ratio est: quia talis abstinentia in casu illo constituit in periculo vitæ, seù ipsum auget: nec occurritur periculo infirmitatis, sicut esset occurrendum. & non adest causa, honestans talem abstinentiam, quia nō potest honestari, nisi assumatur propter bonum magis appretiabile, vt est bonū alicuius Communitatis: & ideò non est licita, quia non est licitum exponere se periculo vitæ, nisi propter bonum magis appretiabile. Ita Siluester, *v Votum secund.quæst 14* Angelus, *v.Votum 3.nu. 21.* Pasqualigus, *de Ieiun.decis 24 num. secund.* & alii.

22 Carthusiani verò, constituti in tali infirmitate, pro qua censeantur carnes necessariæ, possunt illis vti: non tamen tenentur vti, sed possunt abstinere: quia talis abstinentia rectificatur ratione boni publici: quia ordinatur, ad conseruandam vniuersalem abstinētiam à carnibus, secundum præscriptum legis, aut voti, quod est maxima vtilitas Communitatis. Ita Pasqualigus, *de Ieiun. decis. 25.num.5.& decis 23.num 5.* Diana, *par. 5 tract.3.resolut.136.* Lorca, 1.2.*disp 23. de leg.* Montesin *disp.23 quæst 10.* Baldell. *in Tbolog moral.lib.5.disput.26 numer. 15.* Dauallus, *in 1 2. D.Thomæ tract. de leg.quæst 5 articul.4.* & alij.

23 Neque tenentur Carthusiani in extrema necessitate ex infirmitate, ratione scandali, abstinere à carnibus, dicunt Io.Andr *in capit. si verò num.15. de iure iurando* vbi Panormitanus, *num secund.* Felinus, *num 3.* Alexandr.de Neuo, *nu. 15 francus in Schol.ad panormit in capit. concilium, versic.In alijs de obseruat. ieiun* Almain, *in 4.dist.15 quæst secund proposit.3. de domini natura.* Martinus de Magistris, *quæst 3 de Abstinentia* Bonacina, *de leg.disp.secund. quæst 8. pun secund num.16.* Pasqualigus, *de Ieiun.decis. 26.num.3.* & alii.

24 Vndè etiam quando aliqui absolutè vouent non edere carnes, vel non edere tali die, si contingat grauis necessitas, possunt carnes edere; quia vota communiter non obligant in tali necessitate Ita Bonacina, *de leg.disp secund quæst 8 pun.secund.num.16.* Moises, *tom.1.Sum tract.*

tract. 9 cepit 9. num. 68. Layman, *in Theolog. moral lib. 1 tract. 4. capit. 14. num. 11.* Adrianus, *Quolibet. 1. articul. 3. ad 9.* Maior, *in 4. dist. 14. conclus 5.* Almain, *in 4. dist. 14. quæst. secund propos. 3 de dominio natural.* Lesius, *lib. 4. capit. 3 dub secund. num 12.* Duual. *de leg. quæst 5. articul 4. concl. 4* Pasqualigus, *de Ieiun decis vigesi. secund. num 3.* & alii. Vndè etiam Carthusiani possunt in periculosis infirmitatibus edere carnes: nec possunt ex hoc subiacere alicui pœnæ, si Medicus iudicauerit necessarias, ad conseruandam vitam: quia Constitutio ipsorum non obligat cum tanto discrimine.

An qui vouit ieiunare, totiès peccet, quotiès carnes comedit? Dub. 4.

25 Affirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia de ratione ieiunii Ecclesiastici est vnica tantum commestio, & abstinentia à carnibus in omnibus horis illius diei: ergo vouens ieiunium, vouet nō commesturum ampliùs, quam semel, & in nulla alia hora illius diei carnes: ergo quacumque hora illius diei carnes comedat, peccat: quia, estò violauerit ieiunium, non violauit omnimodò, quo potest. Ita Azor. *part. 1. lib. 11. capit. viges quæst. 6.* Castrus Palaus, *tom. 3. disp. 1. pu 12. num. 15.* Suarez, *tom secund de Relig lib 4. de voto ca. 7. nu 9 & 12.* Et probabilem vocat Diana, *part. 9. tract. 8. resolut. 5. vers. vnde ex his ego.*

26 Secunda opinio negat. Cuius ratio est: quia vouens, non vouit abstinere à carnibus per se primo, sed tantum ratione ieiunii, quod secum trahit, vt necessariam, abstinentiam à carnibus: vndè ieiunium se habet vt principale, abstinentia autem à carnibus, vt quid secundarium, & inclusum in ieiunio, vt pars illius. Hinc cessante obligatione ieiunii, cessat etiam obligatio abstinentię à carnibus; cum se habeat tantùm consequutiuè ad ieiunium: vndè sicut ieiunium trahit secum obligationem abstinendi à carnibus, vt partim suiipsius: ita etiam, quando cessat obligatio ieiunii, facit etiam cessare obligationem abstinendi à carnibus. Et est dispar ratio inter præceptum Ecclesiasticum, & votum, quia in præcepto Ecclesiastico, de ieiunio includūtur distincta præcepta, Alterum nè comedantur carnes, Alterum, vt semel comedatur: quorum præceptorum distinctio patet, nam adolescens, infra vigesimum primum annū, comedendo carnes in die ieiunii, contra primum præceptum facit, non contra secundum &c. Cum igitur, qui pluriès comedit carnes in die ieiunii de præcepto, pluriès illud prius preceptum non obseruet: pluriès, & consequenter, totiès, quotiès peccabit. At in posteriori casu; regulariter qui vouet, vel cui imponitur ieiunium, solum directè vni pręcepto subiacet: quia illi solum imponitur obligatio ieiunandi, accessoriè imponitur abstinentia à carnibus, sinè qua ieiunii Ecclesiastici essentia constare nō potest: quare semel fracto ieiunio, non remanet obligatio ad talem abstinētiam & per consequens sola prima vice peccat. Ita Sanchez, *tom. 1. Sum. lib. 4. cap 11. num. 42.* Faustus, *lib. 1 Thesaur. relig. quæs. 142. num secund* Ghilinus, *in Sum. verbo Ieiunium num. 37.* Layman, *in Theolog. moral lib. 4. tract. 4 capit 3. num. 3. versic. Qui vouit.* Diana, *part. 1. tract. 9. resolut. 37 & 45 & part 3 tract 4 resolut. 157 in fine, & part 9. tract. 8. resolut. 5 & part. 6 res. 11 in fine.* Filliucius, *tom. secūd. tract. 27. part secund. capit. 5. num. 17.* Pasqualigus, *de Ieiu. decis 65. num. 3.* Lessius, *lib 4. cap secund. dub. secund num 17.* Ledesma, *tom secund. Sum. tract. 27. cap secund* Tamborinus, *primo opuscul. lib secund. capit. 4 § secund. num. 6.* & alii.

27 Vndè primò vouens ieiunare, si frangit ieiunium, comedendo secunda vice, etiam si carnes non comederit, si tamen posteà comedat carnes, non peccabit, etiamsi prima vice illas comedat: quia cum iam fregit ieiunium, non vrget amplius obligatio ieiunandi, atque adeò, nec etiam abstinendi à carnibus: quia cessat obligatio voti de ieiunio, & consequenter de abstinentia à carnibus, quę vigebat ratione ieiunii. Ita Pasqualigus, *de Ieiun. decis. 65 num. 46.*

28 Secundò, si vouens, pluries in illo die comederit legalia, frangeret ieiunium: si posteà, fracto ieiunio, carnes comederit, non peccabit: quia semel violato ieiunio, dum cessat obligatio circà principale, cessare videtur etiam circà accessorium, abstinentiam à carnibus. Ita Tamborinus, *primo Opuscul. lib. secund. capit. 4. § secund. num. 7.*

Dubi-

Dubitatur: An qui vouit pro aliqua die non non comedere carnes, totiès peccet quotiès comedat carnes?

29 Affirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia abstinentia à carnibus est per se primo intenta à vouēte,atq;adeò aliquid negatiuum, quod diuisibiliter se habet,sicut se habet præceptum negatiuum: vndè semper obligat pro toto tempore, pro quo durat votum,prẹsertim quia obligat sicut prẹceptum negatiuum:& ideò tot sunt peccata,quot sunt comestiones.Ita Layman *in Theolog.moral.tract.*4.*lib.*4.*cap.*3.*nu.*3. Suarez,*to.*2.*de Relig lib.*4. *de Voto cap.*7. *nu.*12.Azorius *pa* 1.*lib.*11.*cap.*20.*quæst.*8 Maior,*in* 4.*dist.*38.*qu.*6.vbi Palud.*disp.*1. *Concl.*5.Nauarr.in Manual. *cap* 12.*nu.*53. Sanch.*to.*1 *Sum.lib.*4.*cap.*11. *nu.*41. Bartolom.à S.Fausto,*lib* 1.*Thesaur.Theolog. qu.*130.*vlt.edit Neapol.* & alii.

30 Secunda opinio ait: Votum non comedendi carnes pro aliqua die, semel fractum,non ampliùs obligare: quia est de illa priuatione pro illo die, quæ si semel destinatur per vnum actum, non ampliùs potest obseruari. Ita Paludan. *in* 4.*dist.*13.*q.*39 D.Antonius, 3.*p tit.*11. *cap.*1.§.2.Tabiena,*v.Votum* 3.*n.*8.&probabilẽ vocat Pasqual.*de Voto dec.*66.*n.*4.

31 Vt hęc opinio probabilior sit aliam rationem addit Pasqualig.*in nu.*4. scilicet: *Si* materia huius voti non est illa priuatio carnis,quasi vouens intendat se ipsa priuare;sed positiuus actus virtutis abstinentiæ, exercendus pro tota aliqua determinata die: tunc enim, quod primo, & per se intenditur, est actus positiuus virtutis cum tanta duratione: & negatiuum,quod consistit in subreptione carnis, ratione tantum positiui intēditur: vndè cessante positiuo,consequēter cessat etiam negatiuum, vt potè, intentum ratione positiui: cessat autem per primam commestionem carnis,quia eo ipso, quod comeditur, non habet ampliùs locum abstinentia illa,quæ fuit materia voti,nempè, abstinentia ad tantum tempus determinata. Hoc autem debet intelligi: si caro sit notabilis quātitatis, nam imparuitate materiæ non violaret ieiunium, quia non computatur vt contraria ipsi: & ita Diana, *par.*3. *tract* 5.*resol.*61.Trullench. *lib.*3. *decalog. cap secund.dub secund.num.*13.*in fine.*

32 Vndè ait Pasqualig *nu.*5.si quis voueret se abstinere perpetuò à carnibus,cōstituendo materiam talis voti inuiolabilem abstinentiam,cum tanta duratione, quanta est duratio vitæ; proculdubio, si semel quis violaret votum, solutus remaneret, quia nō ampliùs locū haberet inuiolabilis, seù perpetua abstinentia.

33 Quando verò prohibentur carnes ex præcepto, totiès peccat, quotiès carnes comedit. Ratio est: quia cum præceptū sit negatiuum,non obligat ad aliquem specialem actum abstinentiæ, sed ad totalem,& continuam abstinentiam.Vndè quando quis semel comedit carnes, vrget adhuc præceptum, non comedendi pro tempore sequenti, & ideò comestio est contra ipsum:& tot sunt actus transgressionis præcepti, quot sunt commestiones,inter se moraliter distinctæ. Ita Gabriel,*in* 4 *dist.*16.*q* 3 *art.*3 *dub* 5. Durand.*in* 4.*dist.*15.*qu.*1.vbi Palud *qu.*4.*art.*5.Molanus,*in Theolog.prac tract.*3.*cap.*11 *qu.*5.Caietan.2.2.*qu* 148.*ar.*8.vbi Siluius *qu.*147.*art* 3.*qu.tert.*Sanch *lib.*4 *Sum ca.* 11.*nu.*42.Siluest.*v.Ieiun.qu* 8.Eman.Sa, *v.Ieiun.*vbi Armilla,*nu* 14.Angelus, *qu.* 22 Nauarr in Manual. *cap* 21.*n.*16 & 25. Fagund *lib.*1.*de* 4.*Pracep.Eccl cap.*4.*n* 6. Suarez,*to.*2 *de Relig lib.*4.*cap.*7 *nu.*2. Villalob.*to.*1.*Sum.tract.*23.*diff.*6.*nu* 5.Veg. *to.*1.*Sum cap* 14 *cas* 9 Io del Cruz,*par.*1. *Direct conscient.pracep.tert art.*4. *dub.*8. *concl.*1 Filliucius, *tract.*27 *pa.*2.*cap.*1 *nu.* 13 Layman,*in Theolog moral lib* 4.*tract.* 8.*cap.*1 *nu.*13.Medina,*lib.*1.*Sum.cap.*14 § 10 Rodriq.*pa.*1.*Sum.cap.*23.*n.*1.Rasseus *in florib.Theolog. moral. v.ieiun.*1. *nu.*10. Bonac *de leg.disp.vlt qu tert. nu* 7 Trullench *lib.tert.decalog.cap.*2.*dub.tert.nu.*4 & 5.Azorius,*pa.*1.*lib.*7.*cap* 5.*qu.*2.Dian. *par.*1 *tract.*9.*resol* 45 Pasqualig *de Ieiun. decis.*64.*nu.*1.& *secund.*Reginald.*to.*1.*lib.* 4 *cap.*14.*nu.*179. Lesius, *lib.*4 *cap secund. dub tert.nu.*15.Tanner.2.2.*disp.*12 *q tert. dub.*5.*nu.*93.Fernandez,*pa.secund.cap.*8. §.2.*n.*10.Henriq *lib* 7.*c.*13 *lit:S:* Salas, *de legib.disp.*14 *sect.*5 *nu.*67 Valent. *to.tert. disp.*9.*quæst.secund pu.tert.* & alii.

34 Vt autem multiplicentur peccata in hac transgressione, debet vna comestio esse moraliter distincta ab alia;ita vt cēseatur diuersa comestio. Vndè si quis pluriès vesceretur carnes in eodē prandio, ita vt priùs comederet ferculum carnis, deindè interposito priùs alio ferculo nō prohibito,rursus ederet aliud ferculum

carnis, non committeret nisi vnum peccatum: quia illæ comestiones non sunt moraliter plures, sed vna tantum: quia continuantur, & vniuntur in vnitate prandii. Ita Pasqualigus, *de Ieiun. decis.* 64 *num* 3.

An Pueri, in diebus ieiunii, possint comedere carnes? Dub. 5.

35 Affirmatiuè respondeo: nã pueri ante rationis vsum nulla lege humana obligari possunt: quia cum per se sint ea ætate vsus rationis in capaces; nondum legalis vinculi, quod est præceptum quodam rationale, capaces sunt: non enim imperamus, nisi ijs, qui præcepta intelligere, & eis parere possunt. Ita Filliucius, *tom secund tract* 27.*part. secund. capit.*3.*num*.4. Trullench. *lib.*1.*§*.4. *de Bull Cruc. dub* 4.*n* 4. Tannerus, 2.2 *disp.* 3.*quæst* 3 *dub*.5 *num*.99 Molfesius, *tom.*1 *Sum. tract.*10.*cap* 3.*num*-36. Rodoriquez, *§* 6.*num*.3 *dub*.1. Diana, *part*.1 *tract* 9 *resol* 47. Sanchez *tom*.1. *Sum lib*.1. *cap*.12. *num secund & 9* Reginaldus, *lib*.4 *num*. 150 *in fine, & num*.208. Azorius. *pa.* 1.*lib.* 7.*cap* 17 *quæst* 3. Lopez, *pa*.1 *cap*.212. Corduba. *Sum. quæst*.60 Pasqualigus, *de Ieiun. decis.* 50. *num*. 1 & alii communiter. Qui omnes conueniunt, antequam pueri compleuerint septemnium: quia non habent vsum rationis. Ita Sancius, *in select disp*.51.*num*.31.*vers. vnde non assentior.* Pasqualigus, *de Ieiu decis.* 50.*num secund* Qui, & *in num*.3. & ait, etiamsi septimo expleto, non dum habent vsum rationis, possunt comedere carnes. Nec est eadem ratio de ipsis, qui antè septemniũ habent vsum rationis, quia hi non obligantur: non quia non sint capaces obligationis, sed quia intentio legis eos non respicit, tamquam præsumptos in capaces obligationis. Ad eos verò, qui post septemnium, non dum habent vsum rationis, dirigitur quidem, sed non sortitur effectus obligandi: quia reperit incapaces. Vndè neutri, ex diuerso tamen capite, obligantur.

36 Ex his deducitur Primò: nõ licet Pueris antè septemnium expletum ministrare carnes, dicunt Siluius, 2.2.*quæst.* 157 *art*.4 *vers. Primus est*, Paludanus, *in* 4.*dist*.15.*q* 4. Pasqualig *de Ieiu. dec*.50.*n.* 4. Lopez. *par*.2.*cap*.212. & alii: vbi non adest consuetudo, quia debet erga ipsos seruari praxis Ecclesiæ.

37 Tanner. verò *in* 2.2.*disp*.3 *q*.3.*dub*.5.*n.* 99. Vilalob. *to.*1 *sum. tr* 23.*dub* 4.*n*.4. Azorius. *p*. 1.*lib*.7.*c* 17.*q*.3. Eman. Sa, *v Ieiun. n.* 17. Sanch. *to.*1 *Sum. lib*.1.*c*.12.*n*.9. Dian. *p.* 1 *tr*.9 *resol*.42. & alii contrariũ dicunt. Etiã si adesset consuetudo incontrariũ, vt ait Diana: quia cum paruuli, antè septenium non ligentur legibus, à forciori, neq; cẽsentur abstinere à carnibus, ratione consuetudinis, quæ est lex non scripta.

38 Vndè secundò: licitum est Pueris ministrare carnes, quando septemnium non dum est completum: siuè adsit cõsuetudo, siue non: quia hi nullis legibus adstringuntur. Ita Caietan. 2.2.*qu*.147 *art*.4. *dub*.1.*in fine*. Merolla, *to*.2.*disp*.4 *cap*.3 *n.* 441. Azorius, *pa* 1.*lib* 7.*cap*.17 *q*.3. Tann. 2.2.*disp*.3.*q* 3.*dub*.5.*n*.99. Graffius, *par*.1. *Decis. lib*.2.*cap*.37.*n*.41. Sanch. *to*.1 *Sum. lib* 1.*cap*.12.*nu*.9 Corduba, *Sum.q* 60.*in fine*. Gomez, *in Bull. Cruc. claus*.7.*n*.16 & 17. Pedrazza, *præcep*.3.*§*.14 Ludouic. à S. Ioa *p*.1 *Sum. de ieiu art* 6. Eman. Sa. *v. Ieiun. n*.17. Vilalob *p*.1 *sum. tract*.23.*diff* 4 *n* 4. Fagund *lib*.1.*de* 4 *præcept Eccl. cap*.8. *n*.8 Filliuc. *tract*.27.*p*.2.*cap*.2 *q*.57. Nald. *v. Ieiun. nu*.5. Diana *p*.1.*tract* 9. *resol* 41. Sancius, *in select. disp*.51.*n*.31. Pasqualigus *de Ieiu dec*.50 *nu*.5. Bonac *de leg disp*.1.*q*. 1.*pu* 6 *n* 9. Trullench. *lib*.3. *Decalog. cap*.2 *dub*.6.*nu*.1.*in fine*. & alii.

39 Et ita dicit Pasqual. *n*.7. quando puer, post completum septemnium, non habuerit vsum rationis; dummodo, quod de hoc constet: quia militat eadem ratio, quod si non constet puerum non habere vsum rationis, aut res esset dubia; tunc non liceret iis ministrare carnes: quia in dubio præsumendum est pro lege alioquin ministrans se exponeret periculo peccandi.

40 Tertiò: licitum est ministrare infidelibus carnes, quando prohibentur: quia infideles non subsunt legibus Ecclesiasticis, tamquam ii, qui sunt extra Ecclesiam. Vndè non est illis prohibitum comedere carnes in quacumque die: & proindè ministrans nõ concurrit ad aliquid illicitum. Ita Pasqualigus, *decis*. 50 *de Ieiun. num*.8. Diana, *part*.1.*tract*.9.*resol*.42.*in fine*. Sancius, *in select. num*. 19. Trullench. *n*.11. Fagund. *n*.8. Azor. & alii.

41 Quartò: licet ministrare carnes amentibus, diebus, in quibus prohibetur: etiã si amentes non indigeãt carnibus, tamquã infirmi: quia eo ipso, quo sunt amẽtes, sicut non operantur ampliùs humano modo, ita nec ampliùs sunt capaces obli-

obligationis ex legibus : quia cum lex præscribat solum circa operationes, humano modo exercendas, obligat eos solum, qui humano modo operari possunt. Ita Fagundez, *lib.4. de 4. Præcept. Eccles.capit* 8.*num*.8. Diana,*part.1.trac.9.resol*.42 *in fine*. Ludouicus à S. Ioann. *par.1.Sum.de ieiun.articul*.6.Trullench. *lib.3.Decalog.capitil secund. dub.secund. num.11.in fine*. Angles, *in florib.part.secund.in 4.quæst.6.de Ieiun. diffic.6.in fine*. Azorius, *part.1.lib.7.capit.17.quæst.3 in fine*. Sanchez, *lib.1.Sum.capit.12 num.16*. Pasqualigus, *de Ieiun. decis.54.num.secund.* & alii. Dummodò quòd sint amẽtes continuò : quia si sunt amentes pro aliquo solo interuallo, aut in aliqua sola materia; ita vt in cęteris habeant vsũ rationis, atque cognoscant obligationẽ legis; tunc non licebit eis ministrare carnes: nisi fortè ipsis indigeant, ratione infirmitatis : quod facilè præsumi potest. Ita Pasqualigus, *num*.4.

42 Quintò : Non est licitum, ministrare carnes ebriis, quando prohibentur: quia ebrietas, cum per breue tempus priuet vsu rationis, non eximit ab obligatione legis, cum per accidens se habeat talis priuatio : & in his locum habet, quod licèt ebrietas excuset à transgressione legis, non tamen eximit ab obligatione ipsius: Vndè ministrantes carnes, quando prohibentur, facerent cõtra legem: quia ministrarent, quod est lege prohibitum. Ita Sanchez, *lib.1. Sum. capit.12. num.16.in fine*. Pasqualigus, *de Ieiu dec*. 55.*num*.1. & alii. Dummodo quod ebrii non indigerent carnibus, ratione infirmitatis : quod si tamquam infirmi indigerent carnibus, quod raro potest contingere; tunc ministrantes carnes, non peccant.

An qui delectetur in die ieiunii sensibili delectatione esu carnis, mente concepta, perindè ac si reipsa comederent, peccent mortaliter? Dub. 1.

43 Prima opinio ait: Peccare mortaliter eum, qui scienter, & deliberatè delectatur de aliquo opere, mortaliter peccaminoso: siuè opus ipsum sit mortale ex obiecto, siuè ex Ecclesiæ prohibitione : vt est ille, qui videns hominem sanum in Quadragesima carnibus vesci, & in hoc voluntariè delectetur. Ita Azorius, *part.1.lib.4.capit.6.quæst*.1. Merolla, *tom.1. disp secund.capit.6. num*.12. & 14. & Medina, *C.de Rest.quæst.21.versic. mihi tamen.*

44 Secunda opinio negat. Ratio est, quia lex prohibens carnium esum, non prohibet etiã cogitationem, & animi oblectationem de carnium esu. Confirmatur, sępè quis sinè culpa tristatur de ieiunii præcepto, vel edito voto, quod tamen obseruare proponit : & pœnitenti sępè displicet pœnitentia, à confessario iniuncta, quam tamen perficere vult: ergo similiter, sinè culpa potest aliquis oblectari in opere, lege positiua prohibito, retinens interim efficax propositum, opus non faciendi. Ita Gabriel, *in 4.dist.15 quæst.13.artic.3*. Rosella, *v.Ludus num secund.* Corduba, *in qq. lib. secund quæst.20.dub.1* Vasquez, 1.2.*disput.110.capit.1*. Lessius, *lib.4.capit.3. dub 15. num 113*. Sanchez, *lib.1.Sum.capit secũd. num.10*. Diana, *part 3. tract.5 resolut 5*. Layman, *in Theolog.moral.lib.1 tract.1. capit.4.num 9*. Malderus, *in 2.2 D.Thomæ quæst.74 art 10*. Tannerus, 1.2. *disp. 4.quæst.8.dub 7*. & alii.

45 Neque frangitur ieiunium odoratione odoris, emergentis ex carnibus, vel aliis rebus : quia talis odor est quędam substantia leuis, quæ non conuertitur in substantiam odorationis ad ipsius nutritionem : sed solum talis odor confortare potest aliqualiter naturam debilitatam, & vires eius roborare : in nutritione enim fit conuersio cibi in substãtiam corporis aliti, seù nutriti : & quod in ea deperditum est, actione caloris, per cibum restauretur. Ita Abluens, *capit.6.* Granad.loquens de Fumo, *part.3 contr. 6 tract.10.disput 3. num.4* Pasqualigus, *de Ieiun.decis.424.num.5*. Molfesius, *to.1.sum.capit 5.num.11* & alii.

An qui dubitat : An transacta sit media nox, possit comedere carnes? Dub. 7.

46 Negatiuè respondet prima opinio, & dicit: Peccare mortaliter. Ita Azorius, *part 1.lib secund. capit.4.quæst.3*. Angelus, *v Votum num.3*. Armilla, *ibi num.18* Nauarrus, *lib.3.Consil.4 de Voto num.10*. & alii.

47 Secunda opinio ait: Nunc non peccare mortaliter, sed poterit edere carnes, licèt dies sequens sit ieiunii: nam quando

do quis dubitat, An sit media nox? dubitat, An inceperit obligatio ieiunandi, & proindè carnes non comedendi? vndè ius præcepti de ieiunio est dubium, An valeat pro illo tempore, ius autem comedendi est certum; quia certum est, quod quilibet potest quocumque tempore comedere, in quo non vrget obligatio ieiunandi: ius autem dubium non potest præualere contra certum. Ita Sanchez, *lib. secund. de Matrim. disp.* 41. *num.* 40. Fagundez, *præcept.* 4. *lib.* 1. *capit.* 10. *num. secund.* Salas, 1.2. *tom. secund. tract.* 8. *disp. secund sect.* 25. *num.* 263. Bonacina, *de Contract. disp.* 1. *quæst. secund. pun. secund. §. incidens num.* 8. Pharaonius, *de Sacram. pœnit. in append sect.* 3. *cas.* 13. Naldus, *v. dubium num.* 15. Sancius, *in Select. disp* 43. *num.* 1. Merolla, *tom.* 1. *disp.* 3. *capit* 3. *num.* 137. Trullench. *lib.* 3. *Decalog. capit secund. dub* 4. *num.* 8. Ghilinus, *in Sum. v. Ieiunium num.* 18, & alii.

48 Non tamen poterit sequenti die sumere Eucharistiam; quia possessio stat pro præcepto Ecclesiæ, præscribentis, Eucharistiam non esse sumendam, nisi cum ieiunio naturali. Ita Sanchez, *lib. secund. de Matr. disp.* 41. *num.* 40. Salas, Merolla, & alii.

Dubitatur primò: An si hodiè sit dies ieiunij, & dubitem, an sit media nox, possim cœnare?

49 Negatiuè respondet prima opinio: quia possessio stat pro præcepto: cum constet, hodiernum diem esse ieiunii, & dubitetur, an transacta sit. Ita Sanchez, *lib. secund. de Matrim. disp.* 41. *num.* 40. Merolla, *to.* 1. *disp.* 3. *capit.* 3. *nu.* 137. Fagundez, *in quart. Præcep. Eccles. lib.* 1. *capit.* 10. *num.* 3. Layman, *in Theolog. moral. lib.* 1. *tract.* 1. *capit. quart num.* 36. Trullench. *lib.* 3. *Decalog. cap secund. dub quart num.* 8. & alij.

50 Pasqualigus verò *in suis decisionib. de Ieiunio decis.* 164. *num. secund.* ait: Posse cœnare: quia non vrget amplius præceptum: hoc enim dubium oriri non potest, nisi propter vicinitatem mediæ noctis, aut quia etiam paulò ante transacta sit, nam si longè abesset, non esset dubium, an sit transacta. Stante autem vicinitate mediæ noctis, moraliter censetur esse media nox: vndè cum in hoc casu media nox sit computãda moraliter, vt inferius dicebimus: potest tunc cœna sumi absque violatione ieiunii, quia erit comestio, pertinens ad diem subsequentem ad ieiunium.

51 Addit Pasqualigus, *in decis.* 159. In comedendo post mediam noctem, quando subsequitur ieiunium; aut ante mediam noctem, in die ieiunii; datur paruitas materiæ, excusans à mortali. Vndè, secundum hanc opinionem, potest quis ante ponere, vel postponere prandium post mediam noctem, ad quam subsequitur ieiunium, sicut etiam in anticipanda comestione, in die ieiunii, quo Ecclesia intendit per diem integram affligere corpus: nam si esset multum tẽpus, idem esset, ac si bis in eodem die comederetur. Vndè ad summum debet esse infra horam, ita tamen vt comestio attingat tempus præcedentis, aut subsequentis diei, & possit prorogari in diem ieiunii, aut in ipso anticipari per tempus, quod sit infra horam: quia si non attingeret tempus præcedentis, aut subsequentis diei, non esset comestio illorum dierum, sed diei ieiunii: illa autem anticipatio, aut prorogatio est modica, & modicum quid subtrahit de duratione ieiunii, quia tempus non pertingens ad horam, est tempus modicum respectu totius diei. Ita Pasqualigus, *num.* 6. An hæc opinio hęc vera, iudicent viri docti, quia est contra communem opinionem.

Dubitatur Secundò: An in computanda media nocte, in ordine ad ieiunium Ecclesiasticum, possit attendi ad vltimum Horologium?

52 Negat prima opinio: quia præsumẽdum est, vltimum Horologium tardè procedere, ex eo, quod cœtera magis congruè procedunt: nam cum sint veluti testimonia temporis, potiùs pluribus standum est, quam vni tantum. Ita Salas, 1.2. *tract.* 8. *disp vnica, sect.* 25. *num* 264. Rodoriquez, *part* 1. *Sum. cap.* 105. *num.* 6. Merolla, *tom.* 1. *disp.* 3. *capit.* 3 *num.* 139. & alii.

53 Affirmat verò secunda opinio. Ratio est: quia quodlibet Horologium positum est, ad indicandum tempus: vndè sufficit quodlibet, vt possim formare probabile iudicium de media nocte. Nec debeo stare pluribus, quia ad summam plura faciũt iudicium probabilius, quod tamen non teneor sequi; sed sufficit, si

sequar

sequar probabile. Tum quia experientia constat, quod pluribus Horologiis magis à scopo aberrantibus, vnicum tantum magis ad ipsum attingit. Ita Sanchez, *lib.*4.*Sum.capit.*1.*num.*14. Vilalobos, *tom.*1 *sum.tract.*1 *diffic.*21.*num.*7. Sancius, *in Select. disp.*42 *num.*18. Fagundez, *Precep.*4. *Eccles.lib.*1. *capit.*10. *num.*3. Lugo, *disp.*15. *de Euchar. sect. secund.num.*45. Diana, *part.*3. *tract.*4. *resol.*36. Trullench. *Libr.*3.*Decalogi capit. secund.dub.quart.num.*8. Palaus, *part.*1. *oper. moral tract.*3. *de Conscient. dub. secund.disp.*3.*pun.*8. *num.*6. Pasqualigus *de Ieiun.decis.*162.*num secund.* & alii.

54 Non tamen electo vno Horologio potest aliud eligere: sed illo tunc, quod quis elegit primum horologium, & aliquid fecit in virtute talis electionis, quòd aliàs non potuisset, nō potest ampliùs mutare sentētiam, & eligere aliud horologium: quia iam constituit diem subsequentem in possessione illius temporis, quod statim subsequutum est pulsationem primi horologii, & consequēter Ecclesia acquirit possessionem illius temporis pro sequenti die. Ita Pasqualigus, *num* 6. Diana, & alii.

55 Immò Pasqualigus, *de Ieiun.decis.*160 *num.secund.* & alii Recentiores dicunt contra Sancium, *in select.disp* 42.*numer.*19. Trullench *lib.*3.*Decalog. cap secund. num.*8. Vilalob *part.*1.*Sum.tract.*1. *diffi.*21 *num* 7. Paludanum, *pa* 1 *tract.*3.*disp.*3.*pun.*8 *num.*10. Sanchez, *lib.secund de Matrim disp.*41.*num* 40. & alios; quando quis dum cenat, audit pulsus, designantes mediam noctem, non tenetur cessare à cena; si die sequenti sit ieiunandum: quia, vt in num 31. diximus, si in protractione cœnæ, datur paruitas materię, cur non poterit compleri cœna, iam incepta? quia non insumetur in hoc tantum temporis, quod excedat paruitatem materię. Hæc opinio est contra communem opinionem; cui ego non adhæreo.

An qui in Quadragesima comedit simul carnes, & lacticinia duo peccata committet? Dub.8.

56 Affirmatiuè respondeo. Ratio est: quia comedere oua, vel lacticinia, & carnes, sunt duo præcepta distincta in Quadragesima, & sunt prohibita ex distinctis præceptis, & singula habent distinctam prohibitionem Ecclesię, & repugnantiam eius finis. Vndè patet, quod vnum sinè altero permittitur, & consequēnter continent distinctam malitiam, in confessione aperiendam. Vndè Sacerdos, comedens carnes, & oua in die Quadragesimali, absque legitima causa, duo peccata committit. Et ita dicendum est de Laico, quādo ederit carnes, & oua in die Quadragesimali absq; Bulla Cruciatæ: & tenetur in confessione hanc circumstantiam explicare. Ita Coninch. *de Sacram. dist.*7. *dub.*5. *num.*42. Sancius, *in Select.disp.*41.*num.*26. Diana, *part.*1.*tract* 9.*resolut.*45.& *part.*3. *tract. quart.resolut* 157.& *part* 9. *tract.*6. *resol.*11.*in fine.* contra Leandrum, *de Sacram. to.*1.*tract.*5.*disput.*8.§.8.*quæst.*11. qui dicit, vnum tantum peccatum committere.

An qui comedit tantillum carnis in Quadragresima, sextis feriis, Sabato, &c. peccet mortaliter? Dub.9.

57 Negatiuè respondent citandi Doctores. Quorum ratio est: quia in iis, quæ habent latitudinem indissonantia ad præceptum, seù rectam rationem; sicut datur magis, & minus in ipsa dissonantia, ita etiam datur aliquid minimum, fundans minimam dissonantiam, atque adeò non sufficiens ad mortale: vt patet in furto, in quo paruitas rei furatæ non constituit peccatum mortale: dissonantia autem ad præceptum, & rectam rationem commestionis carnis in die ieiunii habet latitudinem, nec consistit indiuisibili; quia præceptum prohibet carnes, vt sustentatiuas, & refectiuas corporis, seù potiùs prohibet refectionem ex carnibus: vndè quia refectio habet latitudinem, & potest in ratione refectionis esse maior, & minor; ita etiam dissonantia, quam dicit, vt refectio ad præceptum erit maior, & minor iuxta quantitatem refectionis: & aliquando adeò parua, vt non dicat integram malitiam, oppositam præcepto: atque adeò sit malitia tantum venialis. Ita Sanchez. *lib secund.Sum. capit* 8 *nu.*17. Merolla, *tom.*1.*disp.secund.cap.*4.*dub.*7 *num* 111. Bonacina, *de leg disp. vltim. quæst.*1.*pun secund. num. secund. versic. Ex dictis.* Tannerus, 2.2.*disp.*3. *quæst.*3. *dub.*5.*num* 93 Ludouicus Carbo, *part.*4. *de Precep.Eccles* Diana, *part.*1.*tractat.*9. *resol.*

resol 43 & part 5. tract. 5. resolut. 32. Petrus Hurtad *disput. 83 de fide sect. 3. § 21.* Antonius, *de leone in qq. moral. de cocboralte par. 3.* Trullench *lib. 3. Decalog. cap. secund. dub secund. nu 5. in fine.* Pasqualigus, *de Ieiun decis. 42. num. secund & 3.*

58 Et hoc verum est, licèt singulis diebus Quadragesimæ, eam carnis particulam minimam quis ederet; & quamuis à principio Quadragesimæ haberet voluntatem expressam, singulis diebus Quadragesimæ id efficiendi. Ratio est: quia quælibet illarum comestionum de se continet tantum peccatum veniale: vndè etiam omnes simul continent solum peccatum veniale, quia manent seorsim, nec continuantur aliquo modo, ita vt inducant, ratione vnius moralis comestionis. Quod indè prouenit, quia obligatio non comedendi carnes, est affixa diei, ita vt singuli dies habeant singulas obligationes: vndè transacto die, cessat etiam obligatio: atque adeò comestio vnius diei, est tantum contra obligationem vnius diei, non autem contra obligationem alterius diei: Vndè cum singulę comestiones sint in paruitate materiæ, nec vniantur contra vnicum præceptum, manent in sua leuitate singulæ seorsum, etiamsi simul sint volitæ, quia hæc simultas non se tenet ex parte comestionum, quæ sunt volitæ vt singulæ seorsum se habentes, sed tantum ex parte intentionis. Ita Merolla, *tom. 1. disput secund. capit 4. dub 7. num. 111.* quod in alio simili casu docent Sotus, *lib 7 de Iust quæst. secund. articul. 1.* Angles, *in floribus quæst de Voto articul. secund. diffic. secund.* Sanchez, *lib. 1. Sum. capit. 4. num. 12* Suarez, *tom secund. de Relig. lib. 5 de Voto capit. 5. num. 16.* & alij. Et in propriis terminis Pasqualigus, *de Ieiun decis. 43. num. 1.*

Dubitatur: Quæ nam in hac re censenda sit paruitas materiæ?

59 PRima opinio ait: Paruitatem materiæ se extendere ad illam quantitatem, quam solent sumere coqui, & Pincernę, ad prægustandos cibos: vndè si excedat, non esse amplius materiam paruam. Ita Antonius de Leone, *in qq. moral de cocbolate part. 3. num. 8.* & videtur sequi Diana, *part. 5. tract. 5. resol. 32.*

60 Secunda opinio ait: Moraliter pensanda sit paruitas materiæ, ita vt illa censeatur paruitas materiæ, quæ moraliter non sufficit, vt quis dicatur refici per talem cibum: quia, vt diximus, quod per se primò prohibetur per hoc præceptum, est refectio ex carnibus; quia prohibentur carnes, vt ordinatę ad refectionem: vndè quando non interuenit moraliter refectio, nec etiam interuenit illa mortalis malitia, quæ prohibetur per præceptum, sed tantum in perfecta quadam, & inchoata malitia, sicut ad summum interuenit inchoata refectio. Ita Pasqualigus, *de Ieiun. decision. 42. num. 5.*

61 Quod si rursus quęeras: In qua nàquàtitate præcisè consistat paruitas materiæ, quæ non sufficit ad inducendam moralem refectionem? Ad hoc respondit Pasqualigus, *d. decis. 42. num 6.* posse assignari dimidiam vnciam circitèr, & moraliter ponderatam, quia hæc quantitas parum nutrimenti potest afferre: & proindè per tam paruam quantitatem non poterit dici, quòd quis reficiatur carne. Nec debet assignari maior quantitas: quia licèt pro fractione ieiunii requiratur (secundum plures) maior quantitas, attamen hic considerari debet, quod carnes non sunt integra refectio, cum simul comedantur panis, & alii cibi.

62 Vndè, si quis dedita opera comedat carnes in die ieiunii in supra modica quantitate, vt satisfaciat gustui, non peccabit, nisi venialiter: quia ratione paruitatis materię excusabitur à mortali. Ita Pasqualigus, *d. decis. 42. num. 7.*

63 Ex his deducitur Primò: Si quis motus heresi interna, qua putat licere esum carnis diebus prohibitis, eam minimam particulam carnis ederet, non forè illum hęreticum externum, ac proindè non incurrere excommunicationem, latam contra hęreticos externos: quàuis, attentis circumstantiis concurrentibus, quando esset esus in notabili quantitate, oriretur sufficiens hęresis iudicium. Ita Merolla, *dic. capit. 4. num. 111.* Sanchez, Diana, Hurtad. locis citatis Pasqualigus, *num. 8* quia id factum externum non est mortale, nisi per solam relationem ad actum internum.

64 Secundò: Comedens carnem in paruitate materię, non incidit in casum reseruatum, vbi comestio carnis, quando prohibetur, est peccatum reseruatum: quia reseruatio cadit tantum super peccata

cata grauia, quę ideò reseruantur, vt frenum ponatur, nè committantur. Ita Bonacina, *de leg. disput. vltim. quæst.* 1. *pun. secund. num. secund.* Trullench. *lib.* 3. *Decalog. capit. secund. dub. secund. num.* 5. *in fine.* Pasqualigus, *de Ieiun. decis.* 42. *num.* 9.

An seruientes infirmis, possint comedere carnes, quando vident, id esse commodum, ad excitandum appetitum infirmorum? Dub. 10.

65 Affirmatiuè respondent Sanchez, *lib.* 5. *Concil. capit.* 1. *dub.* 22. *numer.* 10. Diana, *par.* 5. *tract.* 5. *resol.* 21. *vers. notandum est.* Nauarr. *capit.* 13. *Sum.* & Pasqualigus, *de Ieiun. decis.* 45. *à num.* 1. Quorũ ratio est: quia sicut Pincernę Principum, vel Dominorum non peccant, nec soluunt ieiunium, sed tenentur in ceteris ieiunare, per hoc, quod faciunt, idest, *la salua*, in cibis, quos ministrant dominis, etiam si Domini mane comedant, & cibos prohibitos, scilicèt carnes, vt dicunt Sanchez, Palatius, & alii, quos nu. dicebimus: ita etiam possunt seruientes infirmis comedere carnes, quando vident id esse commodum, ad excitandum appetitum infirmorum: cum in hoc sit grauior, & vrgentior causa. Tum quia hoc postulat charitas, & Ecclesia intẽdit impedire opera charitatis. Tum quia, stante paruitate materiæ, non adest materia integra prohibita, atque adeò nec materia peccati mortalis, sed tãtum venialis.

An qui falsò putabat, hodiè esse vigiliã, & carnes comedat; teneatur in confessione hanc circumstantiam aperire? Dub. 11.

62 Prima opinio ait: Esse necessarium explicare, quod peccauerit contra conscientiam. Ita Valentia, *tom.* 4. *disp.* 7. *quæst.* 11. *pun.* 1. *versic. Quamquam*, & Nauarrus, *capit. Clem. num.* 14.

63 Secunda opinio ait: *Sufficere*, vt dicat in confessione: carnes comedi in die ieiunii, vel die prohibito. Ratio est: quia peccatum eiusdem speciei commisit, ac si verè fuisset vigilia: nam agere contra conscientiam, non est speciale peccatum contra præceptum, vel virtutem; sed continet tantum quamdam generalem rationem peccati, quæ determinatur ad talem rationem peccati, ex tali, vel tali materia præcepta, quæ per conscientiam proponitur. Ita Diana, part. . tract. 4. resol. 162. Merolla, *tom.* 1. *disp.* 3. *cap.* 1. *dub.* 3 *num.* 33. Sanchez, *lib.* 1. *Sum. capit.* 11. *num.* 5. Sayrus, *in Clau. Reg. lib.* 1. *capit.* 4. *num.* 21. Azorius, *part.* 1. *lib. secund. capit.* 8. *quæst.* 4. Salas, 1. 2. *tract.* 8. *disp.* 1. *sect.* 3. *num.* 3. Vasquez, 1. 2. *disp.* 59 *capit.* 3. *num.* 11. & alii.

An qui culpa sua incidit in morbum, peccet mortaliter, si in diebus prohibitis carnes comederit? Dub. 12.

64 Respondeo: licèt peccauit tunc, id agendo; at posteà nec peccat, edendo carnes. Ratio est: quia necessitas posteà excusat. Nec est simile de eo, qui se inebriat, nè audiat Sacrum in die festo: hic enim peccat tunc, & etiam mox, non audiendo Sacrum: quia ebrietas habet omnes conditiones requisitas, vt obligetur tali præcepto, scilicèt, salutẽ, vires, ad eundum ad Ecclesiam, &c. Vndè quando quis assumit laborem in honestum, vt non ieiunet; vel sumit nociua, vt infirmetur; quamuis peccauit id faciendo, non tamen peccat comedendo carnes. Si verò non intendit se facere impotentem, nec ea intentione comedit res nociuas, licèt prẹuideat se infirmaturum, & sic esurum carnes, non peccabit contra præceptum non edendi carnes, sed illud conseruandi salutem: licèt etiam quis teneatur seruare præceptum Ecclesiæ, at non tenetur se conseruare robustum, & fortem, ad seruandum ea. Ita Sanchez, *tom. secund. Consil. lib.* 5. *capit.* 1. *dub. secund. num.* 13. & 14. Medina, 1. 2. *quæst.* 72. *articul.* 7. Siluester, *v. Ieiunium, quæst.* 9. Paludanus, *in* 4 *dist.* 15 *quæst.* 45 *vbi maior dist.* 15. *quæst. tert.* Rosella, *v. Ieiunium nu. secund.* Fagundez, *Præcep.* 4. *Eccl. lib.* 4. *capit.* 8. *num.* 14. Trullench. *lib.* 3. *Decalog. cap. secund. dub.* 4. Pasqualigus, *de Ieiun. decis.* 261. *num.* 3. & alii.

An tempore ieiunii extra Quadragesimam abstinendum sit à lacticiniis? Dub. 13.

65 Affirmatiuè respõdet prima opinio. Cuius ratio est: quia oua, & lacticinia trahunt originem à carnibus, à quibus, ob abstinentiam ieiunii, est abstinendum. Ita Couarr. *lib.* 4. *varar. cap.* 20 *num.*

num. 15. Alexand. *in capit. denique dist.* 4. *num.* 6. Dominicus, *in capit. Rogationes, de constitut. dist. tert.* Graff *lib secund. decis. capit.* 36. *num.* 10. Astens. *part secund. titul.* 18. *artic tert quaest.* 5. Tabiena, *v. Ieiunium. num.* 7 Riccard. *in 4 dist.* 15. *qu.* 15. Gomez. *in Bull. Cruc. claus.* 7 *numer. tert* & alii.

66 Secunda opinio negat. Ratio deducitur, *ex capit. denique dist.* 4 vbi manifestè loquitur de solo ieiunio quadragesimali: nec lex est extendenda ad ea ieiunia, de quibus non loquitur. Tum quia falsum est, quod militet eadem ratio: nam ieiunium quadragesimale est principalius ieiunium, vndè religiosiùs seruandum est, & est institutum, vt in Ecclesia reperiatur ieiunium, quod Christus exercuit: cœtera autem ieiunia sunt accessoria. Vndè potest quis comedere oua, & lacticinia sine Bulla Cruciatæ in omnibus ieiuniis Vigiliarum, Quatuor temporum, Votorum, Sextę feriæ, & sabati, quando incidunt extra Quadragesimam. Ita D. Thomas, 2. 2. *quaest.* 147. *artic.* 8. *in fine. & in* 4. *dist.* 15. *quaest.* 5. *artic.* 4 *quaest secund. ad secund.* Durandus, *in 4. dist.* 15. *quaest* 5. *artic.* 4. vbi Paludan. *quaest.* 4. *num.* 33. Palatius, *disp.* 8. Gabriel *dist.* 16. *quaest.* 3. *artic.* 3. Rosella, *v. Ieiunium initio.* Hostiens. *in rubric. de obseruant. ieiun. num* 5. Emanuel Sa, *v Ieiunium num* 8. Llamas, *part. secund. methodo capit.* 5. §. 26. Vasquez, 1. 2. *disp.* 177. *capit.* 6. *num* 54. Medina, C. *de Ieiun. qu.* 1. Turrecrem. *capit. non apparet. de consecrat. dist.* 1. Abulens. *quaest.* 171. *capit* 6. *methodo.* Henriquez, *lib.* 7 *sum. capit.* 3. *num.* 9. Ledesma, *tom secund sum. tract* 27 *capit. secund. concl.* 3. Reginaldus, *lib.* 4. *cap.* 13. *num secund.* Ortiz, *capit.* 19 *sum pręcep secund. num* 9. Azorius, *part.* 1. *lib* 7. *capit.* 10. *quaest. secund.* D. Antoninus, *secund. part titul* 6. *capit secund* §. 3. Rodoriquez, *part.* 1. *sum. capit.* 33. *in fine.* Suar. *tom secund. de Relig. capit* 13 *num* 3. Lessius, *lib.* 4. *capit secund dub. secund. num.* 8. Viualdus, *in opuscul. candil. capit.* 11. *num.* 17. Astens *in sum. rubric. de obseru. ieiun. num.* 3. *part.* 227. Trider. *pracep* 6. *num.* 8. Pedrazza, *precept* 3. §. 4 Ioa. del Cruz, *in direct. conscient. part.* 1 *pracep* 3. *articul.* 4. *dub.* 8. *conclus.* 4 Ludouicus del Cruz, *in Bull. Cruciat. disp.* 1. *capit.* 5. *dub* 1. *num.* 7. Trullench. *lib.* 1. *exposit. Bull Cruciat.* § 4 *dub.* 3. *num.* 3. *& lib.* 3. *Decalog. capit. secund. dub. secund. num.* 3. Lezana, *v. Ieiunium, num.* 3. Nauarr. in Manual. *capit* 21. *num* 15. Sanchez, *lib.* 4. *sum. capit* 11. *num.* 52 *& lib.* 5. *consil. capit.* 1. *dub.* 20 *num secund.* Vilalobos, *part* 1. *sum. tract.* 23 *diff* 8. *n.* 1 Diana, *pa* 1. *tract.* 9 *resolut.* 41. *& part.* 3 *tract* 6. *resolut* 80. Fagundez, *lib* 1 *pracep.* 4. *Eccles. capit secund. num.* 10 *&* 42. *colun* 1. *edit.* Pasqualigus, *de Ieiunio decis.* 68 *à num. secund.* Portella, *v. Ieiunium, in addit. num.* 7. Bossius, *sect.* 4. *de Iubileo cas.* 58 *num* 20. Filliucius, *tract.* 27. *part. secund capit.* 3. *num.* 45. Bonacina, *de leg. disp. vlt. quaest.* 1. *pun secund num secund.* Fernandez, *pa. secund. capit.* 8. §. 3. Sancius, *in select. disp.* 51. *num.* 18. Egidius Bellamera, *capit denique tom.* 1 *super decreta part.* 12. Sanctorum de Nelsa, *in exposit. constit. sua ordinis capit.* 3. *stat* 13. & alij.

67 Inter lacticinia, enumerāda sunt etiā oua, adhuc e Gallina non nata, sed intra ipsam manentia affixa: quia sunt eiusdem speciei, & ex eadem materia, ex qua generantur alia oua. Ita Diana, *par. tert. tract.* 6. *resol* 80. Bardus, *in explicat. Bull. Cruc part secund. tract. tert. capit.* 4. *sect.* 4 *num.* 36 & alii. Non autem ouuncula illa exigua ad instar acini, quæ sunt affixa veluti cuidam racemo Gallinæ: quia retinent adhuc naturam sanguinis. Ita Franciscus Bardi vbi supra.

Dubitatur Primò: An ratione consuetudinis, teneatur in ieiunijs extra Quadragesimam abstinere à lacticinijs?

68 Affirmatiuè respondet prima opinio: quia consuetudo legitimè introducta, & prescripta habet vim legis. Vndè secundum hanc opinionē peccat mortaliter ille, qui ea comedit. Ita Angles, *in florib quaest.* 9. *de Ieiun articul.* 1. *diffic. secund vers diebus Quadragesimæ* Nauar. *capit.* 21. *sum. num.* 15. loquens de Hispanię consuetudine Medina, *lib.* 1 *sum cap.* 14 §. 10. Alcozer. *capit.* 24 *sum.* Lessius, *lib.* 4. *capit secund. dub. secund. num* 8 Bonacina, *de leg. disp. vlt. quaest.* 1. *pun. secund. num secund.* Layman, *in Theolog. moral. lib. quart tract* 8. *capit.* 1. *num tert.* Tamborinus, *tom secund. de iur. Abbat. disp.* 12. *quaest* 9. *num.* 7. qui dicit, talem consuetudinem non esse vniuersalem.

69 Secunda opinio negat. Ratio est: quia vt consuetudo habeat vim legis, debet esse inducta à maiore parte Populi: sed hęc non est huiusmodi: quia maior pars

populi

populi communiter habent Bullas, quibus id licuit, & qui Bulla carent, sunt pauci, & pauperes: & sic non potuit maior pars Populi inducere hanc consuetudinem. Tum quia, consuetudo hæc debet esse inducta intentione, vt sit præceptiua: & adhuc tunc semper obligat ad mortale: sed quando non est inducta ea intentione, vt obliget ad mortale: nō obligat, sed hæc consuetudo non est inducta animo se obligandi, sed ex ignorantia: quia ignorantes credebant hoc sibi prohibitum: ergo &c. Tum quia melior est conditio possidentis: cum ergo res hæc sit valdè dubia, An sit talis consuetudo obligans? & quidam affirmant, & quidam negant, & semper etiam viri docti in hoc sunt dubii, & trepidant: ergo melior est conditio possidentium libertatem, scilicèt, non esse talem obligationem. Ita *Sanch. lib.4. sum. capit.* 11. *nu.* 25. *& lib.* 5 *Consil. cap.* 1. *dub.* 21. *nu.* 2. Henriq *lib.* 7. *de Indulg. cap.* 13. *nu.* 9. Tannerus, *to.* 2. *disp* 5. *qu.* 7. *dub.* 1. *nu.* 19. Bossi. *de triplic. Iubileo sect.* 4. *cas.* 18. *nu.* 32. Dia. *pa.* 1. *tract.* 9. *resol.* 41. *& pa.* 5. *tract.* 14. *resol.* 13. Filliucius, *to.* 2. *tract.* 27. *pa.* 2. *cap.* 9. *nu.* 49. Vasq. 1. 2. *to.* 2. *disp.* 177. *cap.* 6. *nu.* 15. Villalob. *to.* 1. *sum tract.* 23. *diff.* 2. *n.* 7. Rodoriq *pa.* 1. *sum. cap.* 23. *concl.* 10. *n.* 11. Salas, *de leg. tract.* 14. *disp.* 19. *sect.* 6. *nu.* 78. Vega, *pa* 1. *sum cap.* 14. *cas.* 17. Trullench. *lib.* 1. *exposit. Bull. cruc* §. 4. *dub.* 3. *nu.* 4. Portel. *in addit. ad dub. regul. v. Ieiun. nu.* 3. Sancius, *in Select. disp* 51. *nu* 19. Pasqualigus, *de Ieiun. decis.* 69. *à nu.* 2. & alij.

Dubitatur Secundò: An Regulares, extrà Quadragesimam, possint edere oua, & lacticinia, sicut cæteri Sæculares: an verò, ratione consuetudinis, teneantur abstinere ab ouis, & lacticinijs?

70 Azorius, *in* 1 *pa. lib.* 11. *cap.* 20. *q.* 7. ait: Vouentem teneri seruare hoc ieiunium iuxtà Patriæ cōsuetudinem, & Sāctorum de Melfa, *in Expos. suis constit. cap.* 3. *stat.* 13. *vers. Respondeo secundo*, ait: ouis, & lacticiniis vesci in Quadragesima, & ieiuniis de præcepto peccatum mortale est, quò ad fratres Minores; quāuis non semper peccent mortaliter: sed vbi adest consuetudo: Extra quadragesimam, vel si superior dispenset, non erit peccatum mortale.

71 Sed quia consuetudo, si adest, obligat tantum *Sæculares*, ad abstinendum ab ouis, & lacticiniis, in ieiuniis extra Quadragesimam, non per hoc obligat Regulares. Ratio est quia Religiosi nō obligantur consuetudinibus sæcularium, etiam Clericorum, vt diximus in tractatu de legibus. Tum quia laici, & Clerici non tenentur ieiuniis apud Religiosos, per consuetudinem introductis: ergo neq; Religiosi tenentur ad ieiunia, consuetudine laicorum, aut Clericorum recepta. Ita Siluester, *v. Ieiun. quæst.* 2. Angles, *in florib. par. materia de Ieiunio* 24. *dub.* 3. Ledesma, 24 *quæst.* 17. *art.* 3. Medina, *C. de Ieiunio, quæst. Quando est necessarium.* Bonacina, *de leg. disp. vlt. quæst.* 1. *pun.* 6. *nu.* 5. Pasqualig. *de Ieiun. decis.* 70. *num.* 2. Sanch. *to.* 2. *Consil. lib.* 5 *cap.* 1. *dub.* 2. *nu.* 21. Diana, *pa. p tract.* 9. *resol.* 5. *& pa.* 5. *tr.* 14. *resol.* 13. Palat. *in* 4. *dist.* 15. *q.* 4. *pu.* 3. Sal. *de leg. disp.* 19. *sect.* 15. *n.* 105. & alii.

Dubitatur Tertiò: An oua, & lacticinia sint probibita in Ieiunio quadragesimali, de iure positiuo sub peccato mortali?

72 Prima opinio est Fagundez, *in* 4. *precep. Eccl lib. p. cap.* 2. *nu* 12. qui ait: Ex vi iuris communis, & seclusa quacumq; consuetudine alicuius loci, aut Prouintiæ, non esse plus quam veniale, oua, & lacticinia edere in ieiuniis Quadragesimæ. Et ita Palatius, *in Annotat. ad Summam Caietani v. Ieiun.* Dominic. *in cap. denique, in compendio, & nu.* 5. & probabilem vocant hanc opinionem Doctores Academię Conimbricensis, Salmaticēsis, & Complutēsis, quos nominatim nominat Fagundez, in sua Apologia, cap. 3. vbi rationes multas adducit, ad confirmandam probabilitatem huius opinionis: & nouissimè hāc opinionem docent Pelizarius, *in Manual. Regul tom. p. tract.* 5. *n.* 20. 21. *&* 22. vbi affirmat: esum lacticinorum, stando præcisè in iure cōmuni, non esse sub mortali prohibitum in ieiunio quadragesimali; nisi consuetudo in aliqua Prouintia esset in contrarium: sed ita facilè statuendum est, eam consuetudinem obligari sub mortali; *Quod si dicatur obligare, adhuc nō esse certū, ea adstringi Regulares.* Vndè secundū Pellizariū, in dubio, An talis consuetudo sit introducta cū obligatione peccati mortalis, non solū sęculares, sed etiam Regulares possunt impunè in Quadragesima vesci lacticiniis.

73 Attamen hęc opinio, mihi non videtur vera, ac etiam reiecta fuit à Sacra

Congregatione S. Officii, & patet etiam ex praxi Episcoporum, Inquisitorum, qui transgressores puniunt etiam tamquam de heresi suspectos, vt videre est est apud Carenam, *de Offic. Sanctæ Inquisit. titul. 15. de edentibus carnes, num. secund.* vbi adhoc quam plures citat Doctores: & ita reprobata fuit tanquam erronea, periculosa, & perniciosa Catholicę Ecclesię in Mense Aprilis, anno 1645 a Supremo Tribunali S. Inquisitionis, refert Rordonus, *in capit. 3. num* 51 Et ideò oua, & lacticinia, prohibita sunt sub mortali, vt communiter Doctores docent. Ratio est: quia in Bulla cruciatę conceditur, quod possit virtute eius Bullę edere oua, & lacticinia in diebus quadragesimalibus: nam si lacticinia non essent prohibita illis diebus, Pontifex non solum nihil concederet per hoc indultum, sed nec debuisset excludere personas Ecclesiasticas: dum autē eas excludit ab indulto comedendi oua, & lacticinia; signum est, ab ipso Pontifice supponi prohibitionem in iure; atque adeò non supponi solam conuenientiam contineri, *in capit. denique*, quia sola conuenientia, seu consilium de abstinētia lacticiniorum, non esset sufficiens, ad excludendas tot personas Ecclesiasticas ab indulto vniuersali comedendi oua, caseum, &c. Exclusio enim parum, aut nihil operaretur: nam, ipsa non obstante, possent personę exclusę comedere oua; si solo consilio per sacros Canones astringerentur, ad abstinendum ab illorum comestione. Tum quia, *in cap. denique dist.* 4 Gregorius Papa scribens Augustino, Anglorum Episcopo, sic ait: *Par autem est, vt nos, qui bis diebus à carnibus animalium abstinemus, ab omnibus quoque, quæ sementinam trahunt originem carnis, ieiunemus; à lacte, vide licet, caseo, & ouis.* Hęc ibi. Vndè quando Pontifex in sua responsione dixit, *Par autem*, dicit, ęquum, & conueniens est, quod etiam ex precepto abstinemus ab ouis, & lacticiniis; nam Pōtifex, ex motiuo ęquitatis, & conueniētię, declarat, quod preceptum, non comedendi carnes, extendatur etiam ad prohibenda sementina; & ideò nō opus fuit, quod vteretur verbis preceptiuis, quia non constituit nouum preceptum, sed declarauit preceptum iam existens.

74 Nec obstat dicere cum Pelizzario, & Fagundez quod dicta Constitutio, non continet pręceptum, sed conuenientiam quamdam, quę significatur per illam dictionem, *Par*: quasi dicat, Aequum, seu iustum esse, &c. vt interpretatur, *Glossa ibidem*.

75 Quia ista expositio est prorsùs abiiciēda: nam Augustin. Episcop. (vt in declaratione notat Glossa) inquit ens à Pontifice, An sicut tempore ieiunorum abstinemus à carnibus, ita etiā abstinere debemus ab ouis, caseo, & lacticiniis? Respondit Pontifex, quod sic: quia sicuti à carnibus, ita etiam est abstinendum ab eis, quę sementinā originem ab illis trahunt: Et ideò eadem Glossa, *vers. ab omnibus.* Sic exponit, quasi dicat: Ex quo caro prohibetur: ergo, & omnia, quę de carne procedunt Pontifex autem in hoc Canone declarat, pręceptum abstinendi à carnibus in ieiuniis Quadragesimalibus, extendi ad oua, & lacticinia: proindè sub eadem prohibitione, & pręcepto cōtinentur carnes, & lacticinia. Ita Innocētius, *in Rubr. de obseru. ieiun. num.* 5. vbi Hostiens, Paludan *in 4 dist 15 quæst. 4. art.* 4 Durandus, *quæst. 9. nu.* 7 Palatios, *in 4. dist. 15. disp.* 8. vbi Gabriel, *dict. lib. quæst. 3. art. 3 dub. 1 §. de secundo* Henriqu. *lib. 7. cap. 13. nu.* 8 Pedrazza, *pręcep. 3. §.* 14 Alcosiar, *cap. 34.* Medina, *lib. 1 sum. cap.* 14 §. 10. Nider, *pręcep. 6. cap. 6. nu* 8. Rodoriqu. *par. 1 sum. cap. 23. & in Bull. cruc. §. 6. nu.* 2. Nauarr. *in Manual. cap. 21. nu. 22.* Viualdus, *cap. 5 de Ieiu. nu* 17. & 22. Sanchez, *lib. 4 sum. cap. 11. nu.* 53. & *lib 5. Consil. ca. 1. dub.* 19. Abluensl. *in Confes. §. Regul.* Medina, *C. de Ieiunio quæst* 1. Azorius, *par. 1 lib. 7 cap 10. quæst.* 1 Lopez, *par. 2 cap.* 212. Corduba *qu.* 60. & 168 Eman Sa *v. Ieiu. nu* 8. Toletus, *lib. 6 cap. 3 n* 2. & 4. Lesius *lib 4. cap. secund. dub. 2. num.* 8. Vilalobos, *par. 1 sum. tract. 20 diff.* 8 *nu.* 1. Ludouicus à Cruce, *in Bull. cruciatę disp. 1. ca* 5. *dub. 13. nu.* 4. Diana, *par. 3. tract. 6. resol* 80. & *pa. 9. tract. 8. resol.* 66. Tamborin. *tract. 1. de iur. Abbat. disp. 12. qu. 9. nu. 5. in vlt. edit.* Lezana, *v. Ieiu. nu.* 3. Trullench. *lib. 3. decalog. cap. 2. dub. 2. nu.* 3. & 5. Io. del Cruz, *pa. 1. de rest. conscient. pręcep. 3. art. 4. concl.* 4 Sancius, *in select. disp. 51. nu.* 18. Bonacina, *de leg. disp. vlt. qu. 1. pu. 2. nu.* 1. Bossius, *sect. 4. de Iubileo, cas.* 18. *nu.* 33. & *seq.* Beia, *in resp. cas. par. 1. cas.* 41. Caiet. 2. 2. *quæst.* 147 *art.* 3. & *sum. v. Ieiunium initio.* Bardis, *in Bull. cruc. p. 2. tr. 3. c. 2. sec.* 1. Escob *in Theolog. moral. tr. 1. exam. 13. c. p n.* 102. Santor. de Melsa, *in Cōst. Minor. c. 3. stat.* 13. & alii

Dubitatur Quartò: An interdicitur in totaQuadragesima, etiam in Dominicis; edere oua, & lacticinia?

76 Negatiuè respondet prima opinio: nam in Dominicis Quadragesimæ non prohibentur oua, & lacticinia. Cuius ratio est: quia, *in cap. Quadragesima, de consecrat. dist.* 5. habetur quod, dies Dominici intra Quadragesimam non sunt dies abstinentiæ. Et in fine textus, *nisi enim istos dies quatuor* (nempè quatuor dies ante primã Dominicam Quadragesimæ) *superioribus triginta sex adiunxerimus* (nempè qui includuntur in sex sequentibus hebdomatibus, exceptis diebus dominicis) *quadraginta dies in abstinentia non haberemus.* Cum ergo dies dominici intra Quadragesimam, non sint dies abstinentiæ, nec etiã ad ipsos extendetur preceptum quadragesimalis abstinentiæ; atque adeò non erit abstinendum ab ouis, & lacticinijs. Vndè reliquit hanc rem iuri communi: secundum verò ius commune, dominici dies non appellantur dies Quadragesimę; ideò in iis edi possunt lacticinia absque priuilegio: siuè Bulla prohibeat vsum lacticiniorum in diebus Quadragesimæ, siuè in diebus ieiunii quadragesimæ, non intelligitur prohibitio circa dominicas dies, quia ii, nec quadragesimales, nec dies ieiunii appellandi sunt. Vndè, secundum hanc opinionem, licitum etit in Dominicis quadragesimalibus sine Bulla Cruciatę edere oua, & lacticinia. Immò, & Regulares, & Sacerdotes: quia, vt dicunt hi Doctores, non sunt dies quadragesimales ieiunii, sed tantum dies abstinentię à cibis prohibitis. Ita Fernandez, *part.* 3. *capit.* 10 *§.* 5. *num.* 5. Corduba, *in qq. quæst.* 168. Palatios, *in* 4. *dist.* 15. *disp* 8. Llamas, *part.* 3. *sum. articul* 5. *§.* 26. Gomez, *in Bulla Cruciat. clausf.* 7. *num.* 7. *&* 8. Merchad. *de perfect. confess. lib. secund. part.* 7. *tract.* 3. *docum.* 4. *num* 4. Ioa Henriquez, *in qq. Pract. sect.* 16. *quæst* 8. & alii.

77 Secunda opinio affirmat. Ratio est: quia *in cap. denique dist.* 4. habetur, quod præceptum abstinendi ab ouis, & lacticiniis in Quadragesima, sit coniunctum cum precepto abstinendi à carnibus: Immo sit vnum, & idem preceptum, prohibens carnes, tamquam principale; oua verò, & lacticinia, tamquam minus principale: ergo cum preceptum abstinendi à carnibus, se extẽdat ad dies dominicos Quadragesimæ, se extendat etiam preceptum abstinendi ab ouis, & lacticiniis. Ita Sanchez, *lib.* 4. *sum. capit.* 11. *num.* 53. Sancius, *in selec. disp.* 51. *nu* 25. Angles, *in floribus quæst.* 9. *articul.* 1. *difficult.* 7. Caietanus, 2. 2. *quæst.* 147 *articul.* 6. *§. Et primo.* Medina, C. *Ieiun. quæst.* 1. Vega, *part.* 1. *sum. capit.* 14. *num.* 26. Palatius, *in* 4. *dist.* 15. *disput.* 8. *versic. His explicatis.* Henriquez, *lib.* 7. *sum. cap.* 13. *num.* 10. Vilalobos, *part.* 1. *sum tract.* 23. *diff* 8. *num.* 1. Rodoriquez, *in Bulla Cruciata*, § 6. *num.* 8. idem Sanchez, *lib.* 5. *Consil. capit.* 1. *dub.* 9. *num.* 3. Ledesma, 2. *part.* 4. *quæst.* 17. *artic.* 1. Couar. *lib.* 4. *var. capit.* 10. *num.* 11. Diana *part.* 3. *tract.* 6 *resol.* 80 *vers. notandum tertio ex part.* 3 *tract. de Bulla cruciatæ resolut.* 5. *& part* 9. *tract.* 8. *resol.* 66 *vers. Confirmatur in medio.* Lazana, *in sum. v. Ieiunium num.* 3. Trullench. *lib.* 1. *Decalog. capit secund. dub. secund. num.* 3. *& in Bull cruciatæ lib.* 1 §. 4. *dub.* 7. *num.* 1 Pasqualigus, *de Ieiun decis.* 72. *num.* 5. Castrus Palaus, *to.* 4. *tract.* 25. *pun.* 7. *num.* 8 Bardus, *in Bulla Cruciatæ pun. secund. tract.* 3. *cap. secund. num.* 63. & alii.

78 Possunt tamen Prælati seculares, Presbiteri, sæculares, & Regulares, sumendo Bullam cruciatæ, edere oua, & lacticinia in diebus Dominicis Quadragesimæ. Ratio est: quia in Bulla latina, prohibetur Sacerdotibus, & Regularibus, aliisque exceptis, vsus ouorum, & lacticiniorum in diebus ieiunii Quadragesimæ: sed dies dominici non sunt dies Quadragesimales ieiunii: sed tantum dies abstinentiæ à cibis prohibitis: ergo in illis possunt edere oua, & lacticinia, virtute Bullæ cruciatæ. Et licèt Commissarius eiusdem Bullæ, in vertend a Bulla ad vulgare idioma, iuxta facultatem, quam habet, posuerit dies quadragesimales, loco ieiuniorum quadragesimalium; non tamen ex hoc fit, quod exceptio se extendat ad dies dominicos: quia cum non habeat facultatem mutandi substantiam verborum, opportet, quod per dies quadragesimales intelligat dies iuienii, quia seruatur completa Quadragesima, seclusis dominicis. Ita Fernandez, *part.* 3. *capit.* 9. *§.* 5. *nu* 5. Nugus, *part.* 3. *tom secund. de Bull cruciatæ*, §. 8. *dub.* 5. Vilalobos, *tom.* 1. *sum. tract* 27 *clausf.* 6. *num.* 11. Diana, *part.* 1. *tract.* 11. *resolut.* 5. *& part.* 5. *tract.* 14. *resolut.* 13. *&*

part.9.tract.8.resol.66 vers. Confirmatur in medio. Trullench *in exposit Bull.cruc. disp.1.capit.5.dub.18.num* 5. Palatios, *in 4 dist.15 disp.8.* Corduba, *in sum quaest.* 168. Llamas, *3.part.method. capit.5.§.26.* Pasqualigus, *de Ieiun.decis.73, num* 4. & alij.

79 Nota, quod Ioannes Henriquez, *in qq. pract. sect.16.quaest.9* & Ioa. de la Cuz, *in lib.1 de statu Religiosorum cap 6 dub. 12. conclus. secund.* obseruant, quod Leo X. in Bulla Accipiente Religionis zelus, edita sexto Kalendas Iunii, anni 1514. concedit Religiosis Sancti Iacobi de spata, de veles, & Sancti Marci legionẽsis, & eorum familiaribus, & seruientibus, comedere in Quadragesima, & alii diebus anni, de iure, consuetudine, aut iuxta sua instituta, aut aliàs quomodolibet prohibitis, butyrum, oua, & alia lacticinia, & de consilio vtriusque Medici, etiã carnes. Quo communicant aliæ Religiones, & seruatur ista Bulla in Conuentu de veles.

80 Attamen Diana, *in part.9. tract.8. resolut.66 vers. Notandum est enim in medio,* ait: Tale priuilegium apud Regulares non stare in vsu, quod priuilegiũ perditur per non vsum, & standum esse vsui, & consuetudini contrarię: & numquam tale priuilegium, practicatum à Regularibus fuisse, apertissimè patet.

Dubitatur Quintò: An ieiunium, indictum à Confessario, vel ab aliquo Iubileo, vel votiuo, frangatur cum esu ouorum, & lacticiniorum?

81 Negatiuè respondeo: Quia eadem est ratio de omnibus iis ieiuniis. Et quò ad ieiunia Iubilei docent Vilalobos, *to.1.sum trac.26.diff.24 num* 4 Diana, *part.5 tract 9. resolut 9.* Henriquez, *lib.7.capit 10 num.4 & capit.53 num 13* & alii. Et quò ad Pœnitantiam docenit ipse Diana, *resol 6 & part 3.tract 6.reso.* 80 *vers Notandum.* Paludanus, *in 4.dist. quaest.4.articul.4. conclus.secund.* Bonacina, *de leg disp.10.quaest.3 pun secund ad 6.* Molfesius, *tom.1 sum.tract.10. capit.4. num.28.* Siluester, *v. Ieiunium quaest.5.* Sanchez, *tom 1.sum lib.4. capit.11.num.* 50. Fagundez, *part.4 lib.1. capit.secund. nu.10.* & alii. Et quò ad omnes docent Pasqualigus, *de Ieiun.decis.77. num.1.* & alii. Difficultas verò est. An talia ieiunia admittant oua, & lacticinia, quãdo aliàs pro illo tempore, aut de iure communi, aut de consuetudine, aut virtute Bullę Cruciatę adhiberi possunt?

82 Negat prima opinio. Cuius ratio est: quia Bulla cruciatæ concedit oua, & lacticinia solum in ieiuniis Ecclesiasticis, & cum hoc sit priuilegium à iure exorbitans, non est extendendum ad alia ieiunia. Ita Nauarrus, *lib.3 consil de obseruat.ieiunij, consil.4.per totum, & consil 5. in secund edit.* Graffius, *part. 1. decis. lib. secund capit.37 num.60.* Ludouicus Lopez, *part.1 sum v. Ieiunium.num* 24.

83 Secunda opinio affirmat. Ratio est: quia Iubileum vsu requirit strictius ieiunium, quam est ieiunium Quadragesimę: sed ieiunium Quadragesimę impletur in nostro casu cũ esu lacticiniorum: ergo, &c. Tum quia, dum contrarium non constat de mente Pontificis, vouentes in voto, & Confessarii in pœnitentia iniuncta, semper præsumitur se conformare, vt in aliis ieiuniis Ecclesiasticis efficitur: sed in aliis ieiuniis, ab Ecclesia edictis, licitum est cum Bulla comedere lacticinia: ergo licitum erit in ieiuniis iubilei, voti, & pœnitentię. Ita Corduba, *quaest.* 168 qui tamen excipit ieiunium votiuum extra Quadragesimam: & absolute docent Rodoriquez, *part. 1. sum.capit.184.nu.10 in 2.edit & in Bull. cruciat.§.6.artic.8.* Lopez, *part secund. capit.112 de Ieiunio* Angles, *in florib.qu. 9 de Ieiunio artic.1.dub 5. post 9. difficul.* Medina, *lib.1 sum capit.14 § 0.* Ledesma. *tom.1.sum tract.27.cap secund diffic. 3.post 3.concl.* Henriquez, *lib 7. capit. 10. num.4 & capit.13.num 13.* Nugnus, *in 3 part.to secund. tract. de Bulla cruciata §.8.dub.3.* Vega, *tom.1 sum.capit.14.cas. 31.* Sanchez, *lib 4 sum capit.11 num 49.* Ouandus, *in 4 dist.16.corol.1.post proposit. 52.* Vilalobos, *tom.1.sum tract.27. claus. 6.num.5.* Portella, *in dub regul. v Ieiunium in addit.num 7.* Filliucius, *tom.secund tract.27. part secund. capit.3. num. 59.* Molfesius, *tom.1.sum. tract.10. capit. 4.num.28.* Ortiz, *capit. 19 sum numer.9.* Ghilinus, *in sum. v. Ieiunium num 38.* Bonacina, *de leg.disp.vltim.quaest 1.pun.2 num 6.* Tamborinus, *tom.secund de Iur. Abbat disp.12 quaest.10.num.7. in vltim. edit.* Lauorius, *de Iubileo part 1. capit 20. num.21.* Ludouicus à Cruce, *de Bulla cruciata disput.1.capit 5 dub.14 num.4.* Fernandez, *part.3.cap.9.§ 5 num secund.* Alphonsus de Leone, *de Iubileo quaest.*

14.

14.*sect.1.num* 14 Diana, *part.1.tract.9. resolut.6.num.17 & tract* 11. *resol* 7 Fagundez, *lib.1.de 4.præcep. Eccles. capit.4. num.*10 *in 1.edit.* Bartolomeus à S. Fausto, *lib.1.thesaur. Relig vltim. edit. Neapol. quæst.*133. & 144. Bossius, *sect.4. de Iubileo cas.*18.*num.*69. Pasqualigus, *de Ieiun.decis.*77.*nu.*3.& alii:& probabilem,& tutam in praxi vocat Pardus, *in exposit. Bull. cruciatæ part. secund.tract.3.capit. secund.sect.9.num.*93.

Dubitatur Sextò: An quando ieiunia votiua, pro lucrando iubileo, & pro pœnitentia iniuncta, coincidunt cum diebus, in quibus lacticinia, & oua illicita sunt, impleri possint, adhibendo oua, & lacticinia?

84 CErtum est, quod quando quis in Quadragesima comedit lacticinia absque causa, & sinè Bulla cruciatę, peccat mortaliter, contra præceptum abstinendi à lacticiniis: non tamen duo peccata committit, sed vnum mortale: quia non peccauit contra ieiunium: quia de intrinseca ratione ieiunii, etiam quadragesimalis, non est abstinentia à lacticiniis, sed abstinentia à carnibus. Ita Trullench. *in exposit. Bull. cruciatæ lib.1 §.4.dub.3.num.4.* Diana, *part.1. tract.9. resol.45.circa finem.* Portella, *in addit. ad dub. regul. v. Ieiunium num.*8. Sanchez, *tom. secund sum. lib 4. capit.*11.*numer.*13. Pasqualigus, *de Ieiun.decis.*81.*num.*1.& alii.

85 Et ita dicendum est de eo, qui in die ieiunii Quadragesimæ, virtute Bullæ cruciatæ, oua, & lacticinia comedit, & non ieiunat: quia tunc vnum peccatum cōmittit, nō ratione comestionis ouorū & lacticinii, sed ratione ieiunii. Ratio est: quia Bulla concedit quod possint comedere oua, & lacticinia, dummodò quod obseruent formam ieiunij: non autem duo peccata committit, cū Bulla non ponit nouum onus, vt obligetur ad ieiunia, qui volunt comedere oua, & lacticinia. Ita Ioseph. de Augustino, *in Exam. materia de Bull. cruciata num.*25 Bardis, *in exposit. Bull. cruciatę part secund.tract.3.capit. secund sect.4. num.*41.

86 Vndè quando ieiunia votiua, pro lucrando iubileo, & pro pœnitentia iniuncta, coincidunt cum diebus, in quibus lacticinia, & oua illicita sunt, non possunt fideles lacticinia comedere, & si comederint, peccant mortaliter, contra præceptum abstinendi à lacticiniis An verò tale ieiunium sufficiat, pro adimplendo voto, pœnitentia iniuncta, & lucrando iubileo?

87 Negatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia talia ieiunia, ex vi voti, vel iniunctionis, celebranda sunt eo modo, quo celebrari consueuerunt in iis diebus, in quibus non sunt licita oua, & lacticinia: vndè cum iis diebus sint alias interdicta oua, & lacticinia, debent celebrare sinè ipsis; præsertim quia pro iis diebus abstinentia ab ouis, & lacticiniis est pars integralis ieiunii. Ita Rodoriquez, *tom.1.sum.capit.*184.*nu.*10. Siluester, *v. Ieiunium quæst.*5.*dub.*1. Tabiena, *quæst.*7.*num.*8. Angelus, *num.*5. Corduba, *in sum. quæst.*168 *pun secund.* Ouandus, *in 4 dist.16.post proposit.*52.*corol.*1. Azorius, *part.1.lib.7.capit.*10. *quæst. secund.in fine.* Filliucius, *to secund. trac.* 27 *part.secund capit.*3. *num.*59.*in fine.* Medina, *lib.1.sum. capit.*14. § 10. Palaus, *tom.*3 *disp.1.pun.*12 *num* 18.& alii.

88 Secunda opinio ait: Quamuis peccat contra pręceptum abstinentię, tamen satisfacit obligationem ieiunandi. Ratio est: quia votum, & obligatio iubilei, & pœnitentię iniunctę, non obligant nisi ad ieiunium, secundum suam substantiam, & secundum illam mensuram, quā habet ex institutione Ecclesię: quia nisi aliquis specialis modus ieiunādi determinetur, intelligitur de ieiunio, quod est in communi vsu. Ieiunium autem secundum substantiam, & mensuram, quā habet ex institutione Ecclesię, non requirit abstinentiam à lacticiniis, etiam pro illis diebus in quibus aliàs lacticinia & oua sūt prohibita: quod satis eo cōstat, quia in Quadragesima, pro qua solum vetita sunt lacticinia de iure, non prohibentur per præceptum ieiunandi, sed per alium pręceptū distinctum: vndè qui non tenetur pręcepto ieiunii, tenetur pręcepto abstinendi ab ouis, & lacticiniis: vt contingit in adolescentibus vsque ad annum vigesimum primum. Ita Sanchez, *lib.4.sum.capit.*11.*num.*52. Portella, *in dub. regul. v. Ieiunium in addit. num.*8. Paludanus, *in 4. dist* 15. *quæst.*4. *num.*33. Angles, *in floribus, quæst.*9. *de Ieiunand. artic.*1.*part.*7. *diff. dub. secund.*

proo-

proposit. 3. Ludouicus à Cruce, *disput.* 1 *in Bull. cruciata capit.* 5. *dub.* 14. *numer.* 12. Pasqualigus, *de Ieiun. decis.* 78. *& num.* 3 & alii.

An quando licet comedere oua, & lacticinia in diebus prohibitis, aut virtute Bullæ Cruciatæ, liceat etiam vti sagimine? Dub. 14.

89 SI loquamur ratione consuetudinis, affirmatiuè respondeo. Ratio est: quia consuetudo est optima legis interpres: & sicut potest legem inducere, ita etiam potest abrogare. Vndè vbi adest consuetudo, sinè scrupulo adhiberi potest sagimen, quando carnes prohibentur, vt contingit in hoc Regno *Siciliæ*. Ita Diana, *part* 1 *tract.* 9. *resolut.* 21. Pasqualigus, *de Ieiu. decis.* 74 *num.* 11. Lesius, *lib.* 4. *capit. secund. dub secund. num.* 8. Bonacina, *de leg. disp. vltim. quæst.* 1. *pun. secund. num secund.* Reginaldus, *tom.* 1. *lib.* 4. *capit.* 12. *sect.* 1. *num.* 147. Sanchez, *lib.* 3 *de Matrim. disp.* 18. *nu* 19 qui ait, licitum est edere in Hispania in Sabato intestina animalium, & Francisc. Bard. *in exposit. Bulla cruciatæ part.* 2. *tract.* 3. *cap.* 3 *sect.* 1. *num* 6. & alii.

90 Si verò loquamur ratione præcepti, Respondeo, quod prima opinio negat. Cuius ratio est: quia sagimen magis accedit ad carnem, quam oua, & alia lacticinia: & si concederetur licitum sagimē, homines nunc temporis hoc extenderent ad similia, vt adius, ad farcimina, & alia huiusmodi. Sic Filliucius, *tom secund tract* 27 *par secund. num* 6. Viualdus, *in candelab. in append capit.* 15 *de Ieiun quadrages.* 8. *num* 37 Rodoriquez, *in Bull. cruciata.* §. 6 *num.* 1. Vilalobos, *tom.* 1 *sum. tract.* 23 *diff* 8. *num.* 6. Ludouicus à Cruce, *in Bulla cruciata disp.* 1. *capit.* 5 *dub.* 16 *num* 4. Layman, *in Theolog. moral. lib.* 4. *tract.* 8. *capit.* 1. *numer.* 11. *versic. nihilominus.* Trullech. *lib* 3. *decalog. capit. secund. dub secund. nu.* 8. & alii.

91 Secunda opinio affirmat. Ratio est: quia indictis diebus nō prohibetur aliud quam caro: sagimen autem, cum sit sola pinguedo, non est caro: nam vt ait Aristot. 1. *de Generat: animal. cap.* 18. *circa finem.* Pinguedo est quodam excrementum, bonitate substantiæ salubre. Quod etiam repetit, *capit. subsequenti*: Quod etiam experientia constat: quia pinguedo calore liquescit, non autem caro, vt notat idem Aristotel. *sect.* 5. *Problem.* Vndè potiùs se habet in genere ouorum, & lactis, cum conueniat in ipsis in eo, quod originem ducat à carne. Ita Gloss. *in capit. admonere* ꝟ. *Carnem* 33. *quæst. secund. & in capit. præsbit. dist.* 87. Hostiens, *in sum. rubric de obseruat. ieiunij.* Panormitanus, *in capit. consuluit num secund de iudic.* vbi Ananias, & Pelinus, Siluester, ꝟ *Ieiunium quæst* 5. *nu.* 16 Angelus, § 5. *in fine.* Tabiena, §. 7. Graffius, *part.* 1. *decis. lib secund. capit.* 37. *num.* 12 Azorius, *part.* 1. *lib* 7. *capit.* 10. *qu.* 18. Consertus, *in singular.* ꝟ Caro lit. C, Fagundez, *lib.* 1. *precep.* 4. *Ecclesi. capit secund. num.* 10. licèt postea in additione Lugdunensi, anno 1632. vocat hanc opinionem aliquantò laxiorem Diana, *par.* 1. *tract.* 9 *resol.* 21 Bardis, *in exposit. Bull. cruciata part secund. tract* 3. *capit.* 3 *sect.* 1 *num* 12. & 13. & alii, & probabilem vocat Ouandus, *in* 4 *dist.* 16. *proposit.* 52.

92 Immò supradicti Doctores docent, quod in illis diebus, in quibus non possunt comedere carnes; possunt tamen comedere oua, lacticinia, sagimen, & lardum, & ita respondisse (ait Henriquez) aliquos Archiepiscopos Hispaniæ Ita *in lib.* 7. *sum. capit.* 13 *nu* 11 *in gloss lit. H*

93 Attamen Pasqualigus, *de Ieiun. decis.* 74. *num.* 5. ait: Nullo modo lardum esse licitum, quia non est pura pinguedo, sed caro mista cum pinguedine valdè concocta: quod satis ex eo colligitur, quia licèt caro ex valida concoctione facta sit alba, adhuc tamen apparent in lardo quædam venulæ carneæ, etiam quo ad colorem; rursus etiam quędam pelliculę, seu mēbranulę, quę deriuantur à neruis, in quibus residet sensus tactus, quę non effunduntur, nisi per partes carneas non autem in puram pinguedinem. Vndè licèt lardū non sit pura caro, sed caro admixta pinguedine, pro carne habendum est, sicut etiam habetur secundum communem existimationem. Quod si pura pinguedo separetur à partibus carneis, tunc est eadem ratio de sagimine.

An

An Agricolæ, & alii pauperes, ratione paupertatis, liceat edere oua, & lacticinia in diebus prohibitis, si non possũt commodè habere aliud quid manducent? Dub. 15.

94 AFfirmatiuè respondent Doctores citandi. Ratio desumitur ex intentione Ecclesiæ, quæ non intendit ieiuniũ adeò rigorosum, quale esset cum abstinentia à piscibus: sed cum prohibeat carnes, oua, & lacticinia, relinquit pisces in subleuamentum naturæ: Vndè cum ipsi desunt, adest sufficiens motiuum interpretandi eius voluntatem, quod cõcedit oua, & lacticinia. Ita Sanchez, *to. 2. Consil. lib. 5. capit. p. dub. 19. num.* 4. Henriquez, *lib. 7. sum. capit.* 13. *num.* 9. *in fine* Trullench. *lib. 3. Decalog. capit. 2. dub. 7. n. 6.* Bardis, *in explic. Bull. cruciatæ part. 2. tractat. 3. capit. 4. sect. 2. num.* 58. & alii, & probabilem vocat Pasqualigus, *de Ieiun. decis. 87. num. p.*

95 Vndè, secundum hanc opinionem, Domini possunt ministrare in tali casu, oua, & lacticinia domesticis, atque operariis, qui agros colunt: quia militat eadem ratio: quia nimirum ieiunium euaderet nimis rigorosum, excedens mensuram illius abstinentiæ, quam præscribit Ecclesia. Ita Sanchez, Bardis, Henriquez, Pasqualigus locis citatis.

96 Non tamen erit petenda dispensatio in tali casu; dicunt Sanchez, Pasqualigus, Bardis, & alii: quamuis securius esset, eam petere.

97 Immò Pasqualigus, *num.* 5. extendit hoc, quando pisces difficile haberi possunt, aut non nisi cum magno prætio: quia tunc moraliter idem est, ac si haberi nõ possent: quia nimis incommodum esset, eas procurare. Et ita, quò ad fratres minores nostræ Religionis, docet Sanctorum de Melsa, *in Constit. suæ Regulæ capit. 3. stat. 113 fol. 319. vers. Circa quarum.*

98 Ita etiam excusantur iter agentes, quando prohibentur edere oua, & lacticinia, si non inueniunt pisces: dummodò quod non adsit scandalum: quia militat eadem ratio, supra assignata, & docent Sanchez, *lib. 5. Consil. capit. 1. dub.* 19. *num.* 7. & Pasqualigus, *de Ieiun. decis.* 84. *num.* 1. qui *in num.* 2. addit, ad tollendum scandalum, sufficit dicere, quod Confessarius, & alii viri docti sic docuerunt. Admonendi sunt tamen à Confessariis, nè peccent ex conscientia erronea, docet Sanchez, vbi supra.

99 Excusantur etiam Pauperes, ostiatim mendicantes, qui non habent aliàs vndè subueniantur, nisi ex fragmentis ouorum, & lacticiniorum, quæ his, vel alibi illis dantur: tunc possunt sinè Bulla Cruciatæ in diebus quadragesimalibus ea comedere. Ratio est: quia cum mendicantes ostiatim non habeãt, vndè substententur, nisi ex iis, quæ ipsis dantur pro eleemosyna, quæ non præsumitur excedere debitam ipsorum substentationem; possunt, quæcumque sint, ea comedere ratione necessitatis, quæ ipsos soluit ab obligatione legis: quia si cogerentur ab iis abstinere, subtraheretur ipsis debita substentatio. Ita P. Bard. *in explicat. Bull. cruciatæ part. 2. tract. 3. capit. 4. sect. 2. num. p.* Riccius, *in § 6. Bull. num.* 22. Rodoriquez, *part. 1. sum. capit.* 23. *in fine*, Sanchez, *lib. 5. Consil. capit. p. dub. 19. num.* 5. Pasqualigus, *de Ieiun. decis. 82. num. p. & 2.* Henriquez, *lib. 7. sum. capit. 13. num. 9.* Trullench. *lib. 3. Decalog. capit. 2. dub. 2. num. 6.* & alii.

An adueniente necessitate, comedendi cibos prohibitos in die ieiunii, petenda sit licentia? Dub. 16.

100 NEgatiuè respondeo. Ratio est: quia obligatio legis tollitur ob superuenientem necessitatem: ergo non est necessè licentiam petere, nisi ratione scandali, vel alterius necessitatis. Sic Trullench. *in exp. Bull. Cruciatæ lib. p. § 4. dub. p. num.* 2. Lopez, *capit. 6. de Bull.* Azorius, *lib. 7. capit. 18. quæst.* 3. Bonacina, *de leg. disp. vltim. quæst. p. pun. 2. num.* 5. Reginaldus, *lib. 4. num.* 221. Emanuel Sa *v. Ieiunium.* Rodoriquez, *capit. 24. num.* 11. Fagundez, *præcep. 4. Eccles. lib. p. capit. 9. num. 1. & 7.* Siluius, *2. 2. quæst. 147. art.* 4. Lesius, *lib. 4. capit. 2. dub. 6. num.* 45. Pasqualigus, *de Ieiun. decis. 399. à num.* 1. Villalobos, *part. 1. sum. tract. 23. diffic. 4. nu.* 21. *initio.* Palatius, *in 4. disp. 15. disp. 8. post 4. conclus.* Layman, *in Theolog. moral. 8. capit. 3. num.* 8. & alij.

101 Vndè quando Medicus, vel Confessarius, aut alius Vir prudens iudicat adesse causam sufficientem soluendi ieiunium, non est necessaria dispensatio superioris: quia stante tali iudicio, causa fit, de se excusans à ieiunio, atque adeò sol-

soluens obligationem legis. Ita Fagundez, *pracep.4 Eccles.lib.p.capit.9.num.7.* Sanchez, *lib.5.Consil.capit.p.dub.5.num.28.* Palatios, *in 4.dist.15 disp 8.post 4.cõclus.* Pasqualigus, *de Ieiun.decis.400.* Medina, *C.de Ieiunio quaest.9.* Angles, *in florib.quaest.5 de Ieiun.diffic 4.proposit.2.* Rosella, *v. Ieiunium, num.25.* Azorius, *part.p.lib 7.capit.18. quaest.4.* Siluester, *v.Ieiunium quaest.7.num.20.* & alii.

102 Immò Regulares, stante causa dubia, non tenentur petere dispensationem à superioribus, quandò communicant in priuilegiis. Ratio est: quia Sixtus Quintus concessit Fratribus Minoribus quod non tenentur ieiunare, vt habetur in monumentis ordinis, conces.99.& refert Sorbus, *in Cõpendio priuilegiorum Mēdi titul.de Ieiunio num.3.* de quo priuilegio gaudent omnes Religiosi, qui habent communicationem priuilegiorũ. Vndè vbi semel concessa est dispensatio à supremo Superiore, non opus est alia dispensatione inferioris prælati: per prædictum autem priuilegium conceditur dispensatio, nam dirigitur immediatè ad ipsos subditos. Ita Pasqualigus, *de Ieiun.decis.401.num.3.* Rodoriquez, *pa.p.sum.capit.24.num.4.* loquens de fratribus nostræ Religionis,

An dispensatus in die ieiunii, vt carnes comedat, censeatur dispensatus ad ieiunium? Dub.17.

103 NEgatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia non potens in omnibus seruare ieiunium, tenetur in eo, quod potest: ergo cui concessum vsus carnium, tenetur ad ieiunium, & ad vnicam comestionem. Ita Valentia, *2.2.disp.9 quaest secund.pun.5.* Viualdus, *in Candel part secund. capit.55.nu.49.* Ludouicus Lopez, *part.secund.de Ieiun.capit.111. §. his tamen.* Corduba, *in sum.quaest.143.& 167.* Medina, *C.de Ieiun. quaest. de his, quae ad ieiunium tenentur § de infirmis.* Emanuel Sa, *v. Ieiunium,* Pedrazza, *in sum pracep.3.§.14.* Grassius, *part p decis.lib secund.capit.38.num.59.* Vega, *tom.p sum.capit.14.cas.3* Angles, *in florib.part.p.materia de Ieiun.fol 430.* Antonius Gomez, *in Bull.Cruc.claus.7.num.5.* Ledesma, *2.part.4.quaest.27.tract.3.propos secund.circa finem.* Fernandez, *part.secund capit 8.§.secund.nu.24.* Nider, *pracep.6.capit.8.num 4.* Ludouicus à S.Ioan.*part.p.sum.de Ieiun num 11.* Nauarr.*in Manual.capit.21.num.22.* & alii.

105 Secunda opinio distinguit: Scilicèt, aut conceditur vsus carnium ex infirmitate corporis, seù ad uires recuperandas ex preterito morbo; & tunc liber est à lege ieiunii, propter esum carnium. Aut esus carnium conceditur, ad vires corporis preseruandas, seù ad euitandum periculum futuri morbij, seu quia pisces abhorrent, aut naturę temperamento nocere putantur; & tunc non est causa sufficiens, vt non teneatur ad ieiunium. Et ratio est: quia in ieiunio duo precepta distincta includuntur: Vnum negatiuum, de non comedendo carnes: & aliud affirmatiuum de vnica comestione: ergo dispensatus ad vnum præceptum, non erit dispensatus ad aliud. Tum quia comedere carnes est priuilegium: priuilegium autem, cum sit contra ius commune, est strictè interpretandum. Tum quia dispensatus, vt in die ieiunii pluriès comedat, non censetur dispensatus ad carnes, censendus est dispensatus ad plures comestiones: siquidem tam vnica comestio, quam abstinentia à carnibus, est de substantia ieiunii. Ita Ludouicus Cutillus, *in addit.ad Mancin.pract.8.fol.322.dub.29.* Layman, *in Theolog moral lib 4 tract.8.capit.3.nu.8* Corduba. *in sum quaest.143.* Lesius, *lib.4.ca.secund.dub.6 num.45.* Reginaldus, *to.p.lib.4.capit.14. num.168.* Lopez, *2.part.cap.111.§ His tamen non obstantibus.* Rodoriquez, *in Bull cruc.§.6. num.4 & to.p sum.capit.24.conclus.7.* Conradus, *cas.250.* Vega, *part p sum. capit.14. num.3.* Victorellus, *in addit ad Toletum lib. 6. num.3.* Naldus, *v.Ieiunium num.3.* Angles, *in floribus part.secund in 4 quaest.9 de Ieiun.artic.1.diff.9.* Viualdus, *in Candelab.in append.ad 3.part.capit.15. de Ieiunio num 50.* Cenedo, *in qq.Canonic.quaest.40 num.6.* Bonacina, *de leg.disp.vltim.quaest p.pun secund.num 3.* Ortiz, *capit.19 sum.nu.20.* Comitol.*lib.4.Resp.moral.quaest.46.* Gordonius, *lib.6.Theolog.moral.quaest.18.capit.6. versic. Sed ad hoc.* Bossius, *in floribus Theolog. pract. v. Ieiunium 1.num.4.* Siluius, in *2.2.quaest.147.artic.4 versic.de Quaritum.* Lezana, *tom.3.sum. v. Ieiunium num.11.* Vilalobos, *part.p.sum.tract.24.diffic.8.numer.8* & alii.

106 Tertia opinio absolutè affirmat. Ratio

tio est: quia abstinentia ab esu carnium, est de substantia ieiunii: ergo qui dispēsatus est, quò ad comestionem carnis, eò ipso dispensatus est in ieiunio. Tum quia abstinentia à carnibus, est magis de abstinentia ieiunii, quam vnica comestio. Tum quia, sicut dispensatus in vna comestione, non tenetur ieiunare, quia non compatitur binas comestiones, ita etiam dispensatus in esu carniū, nō tenetur ad ieiunium, quia vsus carnium, & ieiunium non se compatiuntur. Ita Palatios, *in 4. dist. 15. quaest. 4. num. 32.* Sanchey, *lib. 1. sum. capit. 19. num. 6. & lib. 4. capit. 11. num. 53. & lib. 5. Consil. ca. 1. dub. 19. num. 3.* Ouandus, *in 4. dist. 16 § 25.* Caietanus, *2. 2. quaest. 147. articul. 8 § ad hoc dicitur.* Gabriel, *in 4. dist. 16 quaestio. 3 articul. 3. dub. 1. § secundò quo frangitur ieiunium.* Suarez, *tom secund. de Relig lib. 3 capit. 28. num. 25.* Beia, *pa. 1 sum conscient. cas. 45.* Nauarr. *in Manual Hisp. capit. 25. num. 25.* Perez, *part. 1. sum. pracep. 3 § de Ieiunio.* Llamas, *3. part method. capit. 21. num. 25.* Perez, *pa. 5 § 21. & §. 26.* vbi dicit, hoc esse luce clarius, & fuisse declaratum à Pio Quinto. Medina, *lib. 1. in tract. Confess. cap. 14. § 10.* Azorius *pa 1. lib. 7. cap. 10 quaest. 3.* Toletus, *lib 6 cap. 3 num. 4* Ledesma, *2. part sum. tract. 17 cap. 2. dub 4. post 5. conclus.* Henriquez, *lib. 7. sum. capit. 13. num. 13.* Filliucius, *tom. 2. tract 27. par. 2. cap. 3 nu. 25.* Io. del Cruz, *part. 1 direct. conscient. pracep 3. art. 4 num 3.* Diana, *par. 1. tract. 9. resol 25.* Molfesius, *to. 2. sum. tract. 10. cap. 4. num 31.* Trullench. *lib. 3. Decalog. cap. 2. dub. 2. num. 7. & in expositione Bul. cruc. lib. 1. § 4. dub. 2. nu. 5* Hancola *opuscul de Ieiunio* Fagundez, *pracep. 4 Eccl. lib. 1. cap. 2. num 5.* Sancius, *in Select. disp. 51 num 4.* Bartolomeus à S. Fausto, *lib. 4. de Indulg. quaest. 28* Pasqualigus, *de Ieiun. decis. 267. à num. 9.* Megala, *tom. 2. vararion. resolutonum, resol. 153. num. 6.* & alii. Et probabilem vocat Emanuel Sa, *v. Ieiunium. num 51.* & Vega, *vbi supra*, & tutam in praxi vocat Vilalobos *num. 2.*

107 Dispensatus verò ad carnes pro aliquibus diebus, non poterit in cęteris aliis diebus, pro quibus non dispensatur, comedere carnes: quia praeceptum semper vrget, quando non obstat dispēsatio: vndè cū dispēsatio sit coarctata ad certos dies, caeteris diebus vrgebit praeceptū. Ita Sanc. *in Select. disp. 51. n. 14.* Pasqualigus, *de Ieiun. decis. 270. nu. p.* Immò dispēsatus ad carnes pro aliquibus diebus, tenetur in cęteris ieiunare: quia cum dispensatio sit coarctata, non excedit limites temporis pręsentis: & proindè extra illud tempus, non parit aliquem effectum, & ideò non tollit obligationem, quae alioquin adest cœteris diebus. Ita Sancius, *vbi supra*, Pasqualigus, *num. 3.* & Beia, *part. 1. cas. 45. versic. Tum quia veluti.* Nisi adsit causa, quae pro cęteris diebus excuset saltem à ieiunio, vt esset debilitas, &c. Ita Pasqualigus, *num. 3.* dispensatus tamen ad carnes pro tribus, vel quatuor diebus in hebdommada, potest sibi eligere quos voluerit: exceptis tamen diebus Veneris, & Sabati, qui numquam possunt eligi, quando adsunt alii dies, pro quibus potest inseruire dispensatio. Et ita dic de aliis praeceptis ieiunii, vt sunt Quatuor tempora, Vigiliae, & dies Quadragesimales, Ita Pasqualigus, *num. 4.* Vndè etiam dispensatus ad carnes pro vnica refectione, non potest pluriès carnes comedere. *Sic Sancius, disput. 51. num. 15.*

108 Dispensatus ad carnes, etiam quandò cum carnibus possit ieiunare, non tenetur ieiunare, si id habeat per modum priuilegii: quia priuilegium, quod est in fauorem priuilegiati, non obligat ipsum, & proindè non tenetur eo vti: Secùs si non sit per modum priuilegii, sed per modum praescriptionis nouę formae in ieiunio: quia tunc tenetur ieiunare: quia concessio carnium, in tantum impedit ieiunium, in quantum excludit formam substantialem ieiunii: atque adeò dispensatio quò ad carnes, esset etiam dispensatio quò ad ieiunium: at quando cum tali dispensatione quò ad carnes, pręscribitur noua forma ieiunii, quae stet simul cum comestione carniū, non fit dispensatio simul quò ad ieiunium; sed relinquitur obligatio, quò ad illam nouam formam ieiunii: ideò sic dispensatus, tenetur ieiunare. Ita Sanchez, *lib. 5. Consil. capit. prim. dub. trigesim prim.* & Pasqualigus, *de Ieiunio decision. ducentes. septuag. à num tert.*

(: † :)

An dispensatus in die ieiunii, vt carnes comedat, censeatur dispensatus ad lacticinia? Dub. 18.

109 Affirmatiuè respondeo. Ratio est: quia sicut is, cui data est facultas comedendi oua, etiã lacte, & butiro vti potest: ita concessa facultate comedendi carnes, ea etiam intelligũtur concessa, quæ à carnibus originem ducunt. Tũ quia, sicut cui conceditur maius, intelligitur etiam concessum minus: ita etiã cui conceditur vsus carnis, quod maius est, cõceditur etiam vsus ouorum, quod minus est. Ita Medina, *lib. 1. sum. cap. 14. §. 10.* Azorius, *par. p. lib. 7. cap. 10. quæst. 4.* Filliucius, *tom. secund tractat. 27 part. 7. cap. 3. num 50.* Trullench. *lib. 3. Decalog. capit. secund dub. secund. num 8. & in expos. Bulla Cruc. lib. 1. dub. secund. num. 3. in fine.* Pasqualigus, *de Ieiun. decis. 48 à nu. 3.* Merolla, *to. 3. disp 6. dub. 7. nu. 241* & alii, *& nos in tract. 1. capit. 3. n. 61. in fine.*

An dispensatus ad carnes, possit etiam comedere pisces? Dub. 19.

110 Negat prima opinio. Cuius ratio tio est: quia, vel pisces nocent, & tunc peccat, quia comeditur aliquid nociuum: vel non nocent, & tunc non adest causa ad dispensandum. Ita Nauar. *tom. 1, Consil 5. de obseruant ieiunÿ num. secund.* Graffius, *part. p. decis. lib secund. cap. 37. nu. 59.* Lauorius, *part. p. de Iubileo cap. 10. num. 28.* Rodoriquez, *in addit. § 6. num. 5.* quamuis oppositam teneat in expositione Bullę Cruciatæ.

111 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia pisces de se sunt liciti in illis diebus, in quibus prohibentur carnes: & dispensatio facit licitas carnes, nec prohibet pisces, cum non afferat secum aliquod præceptum; sed sit pura dispensatio, quæ ex genere suo aliquid concedit, nec aliquid prohibet, sed relinquit licitum omne id, quod reperit licitum: ergo dispensatus, vt edat carnes, retinet etiam facultatem, quam habet edendi pisces, & proindè edendo, nõ peccat, non secus, ac si non comederet carnes. Ita Reginaldus, *to. p. lib. 4. cap. 14 num. 168* Fagundez, *lib. 4. de quarto præcep. Ecclesi cap. 2. num. 18.* Henriqu. *lib. 7. sum. cap. 13. num. 13. lit. F.* Nugnus, *in addit. ad 3 part to secund. tract. de Bull. § 8. dub. 4.* Vilalobos, *to p. sum. tract. 23. dub. 8. num. 10* Azorius, *pa. p lib. 7. cap. 10. qu 5* Corduba, *in sum quæst. 168.* Rodoriqu. *in expos Bull. cruc. § 6 nu 5 dub. 4.* Acosta, *in Bull cruc quæst. 80* Ortiz, *capi. 19. 19. sum num. 18. & 19* Filliucius, *tract. 27 cap 2. nu. 55.* Angles, *in florib. quæst 9. de ieiun. art. p disp 6.* Trullench. *lib. 3 Decalog. cap secund dub secund. nu. 16. & lib. p. expos Bull. cruc. §. 4. dub secund. num. 3.* Sancius, *lib. 4. cap. 11. num. 51.* Fernand. *par. 3. cap. 9. § p num. 4.* Diana, *par. p. tract. 9. concl. 9.* Pasqualigus, *de Ieiun decis. 47. num secund.* Lezana, *in sum. v. Ieiunium num. 11.* Bardis, *in expos. Bull. cruc. part. secund tract. 3. cap p sect. 6. num. 48.* & alii.

112 Quod non sit peccatum, comedere aliquid piscis, ad excitandum appetitum conueniunt Doctores vtriusque sententiæ, præsertim quando carnes aliquam nauseam excitarent: quia tunc, ratione finis, illa comestio honestatur.

113 Et ita dicendum est de dispensato ad oua, & lacticinia, tempore ieiunii: quia potest etiam vti piscibus. Ita supra citati Doctores. Immò qui ex dispensatione comedit carnes, quando prohibentur, potest etiam comedere carnes nociuas: quia licèt tunc peccet venialiter, vel mortaliter ratione damni, quod indè percipit; at non peccat contra præceptum. Ita Sancius, *in Select disp. 51. n. 20 & 21.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 11. num. 57.* Trullench. *lib. 3. Decalog. capit secund. dub secund. num. 9.* Pasqualigus, *de Ieiu. decis. 46. num. 3.* Bartolomeus à S. Fausto, *lib. p. Thesaur. Relig quæst. 146. vlti. edit. Neapol.* Vilalobos, *pa. 1 sum. trac. 23. dub. 8. num. 11.* Diana, *part 5. tract. 5. resol. 47. versic. Sed contrarium* Bard *in expl. Bull. Cruc par. secund. tr. 3. sect. 6. à n. 43.* & alii.

Dubitatur: An dispensatus ad edendas carnes, possit simul pisces comedere, si ab Episcopo fuerit hoc probitum sub pęna excõmunicationis?

114 Affirmatiuè respondet Sancius, *in Select. disp. 51. nu. 10. & 11.* si causa excitandi appetitum, comedat pisces: quia præceptum positiuum abrogare non debet, quod iure naturali debetur. Neque peccet si comedat pisces suaues, etiam absque causa, vel in ea quantitate, quæ suæ saluti non noceat. Vndè tãtum violatur hoc pręceptũ, quando pisces simul cũ carnibus edat, quorũ esus graue suæ saluti nocumentum inferat.

Alij

115 Alii verò absolutè negant. Quorum ratio est: quia finis huius præcepti positiui, non est saluti corporali subditorum consulere, sed fidelium ædificationi: nè inquam, dispensati in lege abstinendi à carnibus, voluptati incumbant loco pœnitentiæ, quam alii præstant, ipsiq; præstare tenebantur. Quapropter eius piscium, simul, & carnium (estò nociuus non sit) prohibitus censetur. Pro esse namque nociuo opus non erat Episcopalis prohibitio, cum iure naturæ prohiberetur: Neque permittendus est esus piscium, ad excitandum appetitum; nisi fortè in tam leui quantitate, vt inconsiderationem non veniat. Nam estò, iuri naturali non repugnet, media assumere ad appetitum excitandum; non tamē iuri naturali debetur, omnia media assumere: quinimò iuri naturali est conforme, ab aliquibus abstinere ob bonum virtutis, præceptorum obseruationem, & fidelium ædificationem. Ita Castrus Palaus, *to. 4. tract. 25. disp. vnica, pun.* 8. §. *p. num.* 12. & Diana, *part. 9. tract. 6 resol.* 11

An qui facultatem habet edendi carnes tempore ieiunii, & non vult illo die comedere carnes, teneatur ad ieiunium? Dub. 20.

116 RESpondeo Primò: si sit dispensatus ad carnes intuitu infirmitatis, aut debilitatis; non tenetur ieiunare, si non comedat carnes aliquo die: quia existit in ipso causa, excusans à ieiunio, nempè infirmitatis, aut debilitatis: quæ, sicuti potest excusare stante dispensatione ab astinentia carnium, ita à fortiori potest excusare à ieiunio. Ita Sanchez, *lib. 5. Consil. capit p. dub. 30. num. 3.* Diana, *par. 4. tract. 4. resolut.* 189. Trullenc. *lib 3. Decalog. capit. 2. num. 7.* Auctor, *casum conscientiæ Bononiens. ann.* 1638 *cas. secund. in Consil. Ianuarij vers. ad* 1. *quæsitum.* Pasqualigus, *de Ieiun. decis.* 268. *num.* 1. & alii.

117 Vndè, quando infirmitas est talis, quę communiter excusare solet à ieiunio, licèt valitudini ipsius infirmi condeceret ieiunare, & oppositum noceret, non tenetur infirmus tunc ieiunare ex præcepto Ecclesię: sed tenebitur ex pręcepto abstinentiæ, cuius fractio communiter est venialis: quia Ecclesia absolutè vòlùit omnes infirmos excusare, quia ieiunium eis vt plurimum nocet: quod autem huic non noceat, est per accidēs, & Ecclesia tantum respicit id, quod cōmuniter solet euenire. Ita Sanchez, & Diana locis assignatis.

118 Et ita dicendum est de Quartanario, quando non ieiunat aliquibus diebus licèt eius valitudini tunc conduceret ieiunare: quia Quartanarii excusantur à ieiunio, vt dicunt Sanchez, *num.* 3. & Diana, & nos *in capit.* 16. *num.* 8 igitur talis Quartanarius tunc non ieiunando, peccauit quidem venialiter contra pręceptum abstinentiæ, non autem mortaliter contra præceptum Ecclesiæ Ita Diana, *part. 4. tract. 4. resolut.* 189. *in fine.*

119 Secundò: Si dispensatio ad carnes, sit solum ad præseruationem, & ad sint vires, & sanitas sufficiens ad ieiunādum, non tenetur ad ieiunium, docent Pasqualigus, *de Ieiun decis.* 268 *numer.* 3. & Carolus Zambranus, Auctor casuum conscientiæ Bononiensium, *cas. secund. mense Ianuarij, anno* 1638 *versic. Respōdeo secundò* Vndè, secundum hanc opinionem, dispensatus ad carnes, non propter virium debilitatem, sed quia cibi Quadragesimales sunt ei nociui, si in aliquibus diebus non comedat carnes, non tenetur ieiunare, & abstinere à secunda comestione. Ratio est: quia cum dispensatio sit prò singulis diebus, tollit pro singulis diebus obligationē, nō solū abstinēdi à carnibus, quia tollit essentiale ieiunii, quod nō pôt stare cū comestione carniū: sed etiā abstinēdi a pluribus refectionibus: Si igitur aliquo die dispensatus non vult comedere carnes, non tenetur ieiunare: quia non est, à quo ponatur talis obligatio, cum iam sit sublata per dispensationem, quæ cum sit absoluta, & non conditionata, si nimirum vtatur carnibus, non ieiunisset ex eo, quod non vtatur.

120 Alii verò dicunt, teneri ad ieiunium in illis diebus, in quibus carnes non comedit. Ratio est: quia dispensatio solùm respicit, vt adæquatum obiectum, bonum nutrimētum ex qualitate ciborum, & non corroborationem virium: quia iam supponimus, dispēnsatum esse robustum, & pati posse afflictionem ieiunii: igitur si ob piscium, seu ouorum comestionem non potest haberi nutrimentum, causandum ex comestione carnium, cessat totaliter finis dispēsationis: atque adeò remanent omnia, facta tali hypothesi, iuxtà dispensatio-

nem iuris communis: ac proindè vrgebit obligatio ieiunii. Confirmatur, nam intantum Titius erat liber à lege ieiunii, in quantum ponebat conditionem incompassibilem cum ipso ieiunio, nempè, commestionem carnium: & ideo tali conditione non opposita, nulla erit exemptio ad non ieiunandum Ita Trullench.*lib.3.Decalog capit secund dub.secund.num 7.* Megola,*tom secund varior. reso lut.153.Resolut num.5* Bardus, *in expos.Bulla cruciatæ part secund.tract.3. capit p.sect.7.num* 54. Diana,*part.4.tra. 4.resolut.189.& part 9 tract 6.resolut.11.* Pellizzarius, *in Man. regul. tom.p tract. 5.capit. 5.num. 39.* Escobar. *in Theolog. moral.tract.p.exam.13.capit.3.num.114.*

An dispensatus ad oua, censeatur dispensatus ad ieiunium? Dub.21.

121 NEgatiuè respondeo. Ratio est: quia abstinentia ab ouis, & lacticiniis, non est de essentia ieiunii Ecclesiastici. Tum quia, in ieiuniis per annum verè ieiunetur, & de iure communi liceant oua,& lacticinia. Vndè dispensatus ad oua, & lacticiniis, non censetur dispensatus ad ieiunium. Ita Molfesius, *tom.p.sum.tract 10.capit.4.numer.26.* Abluens,*quæst.171.in capit.6.* Reginaldus *lib 4.num 170.& 171.* Rodoriquez,*part. p sum.capit 24. num secund.* Angles, *in floribus quæst. 9 de Ieiun artic.p.diffic.7. dub.4.* Azorius, *part.p.lib.7.capit.10. qu. 3.in fine.* Siluester, *tom secund. tract.27. part.secund capit.3.num.59.*Ledesma,*pa. secund sum tract 27.capit.secund.dub.3. post 3.conclus.* Llamas, *in 3.part.method. capit.5.§.26.* Io. del Cruz, *part.p. direct. conscient.præcept.3. tract.4. num.5.* Sanchez, *lib.4 sum capit.11.num.49.* Pasqualigus, *de Ieiun.decis.273.nu.1. & secund.* Trullench. *lib. 3. Decaolg. dub. secund. num.6.& in exposit Bulla cruciatæ lib.p. §.4.dub.3.num.5* Siluius,*secund.secund. quæst.147. artic.4. versicul. sed quæritur,* & alii.

An dispensatus ad oua in Quadragesima, possit comedere lac, caseum, &c? diximus *in tract p.capit.9. à num.45.*

(:†:)

Dubitatur: An dispensatus ad oua, & lacticinia, possit simul etiam comedere pisces?

126 NEgant in eodem prandio Nauarr. *tom.p.Consil de obseru. ieiunij*, & Graff. *part p decis.lib secund.cap.37. nu. 59.* Quorum ratio est: quia talis dispésatio supponitur facta, quia pisces ei nocent: vndè si simul comedat oua, & pisces, peccat: vel quia non adest causa dispensationis, si quidem pisces non nocent: vel si adest, quia reuera nocent, ab vtitur dispensatione, quia non videtur in ordine ad finem, pro quo est concessa.

127 Alii verò dicunt: Dispensatus ad oua & lacticinia, potest comedere etiam pisces in eodem prandio. Ratio est: quia priuilegium, aut dispensatio non tollit, quæ alias licita sunt, sed aliquid ampliùs concedit: vndè cum pisces omnibus concedantur, adueniente alicui priuilegio de comedendo oua,& lacticinia, non tollitur ipsi facultas comedendi pisces: alioquin priuilegium tolleret, quod aliàs est licitum. Ita Sanchez, *lib 5.Consil.capit.p. dub.14.* Acosta, *in Bulla cruciatæ quæst 80.* Vilalobos, *to.p sum.tra. 23 diffic.8. num.10.* Ortoz, *capit.19 sum. num 18 & 19.* Fagundez, *lib p. Præcep.4. Eccles.capit secund.num.39.*Reginaldus, *lib.4.capit.14 num.168.* Azorius, *part.p. lib.7.capit.10.quæst p* Nugnus, *to secund. in 3.par.tract de Bulla cruciatæ § 8.dub. 4.* Medina, *lib p.sum.capit.14 §.10.* Fernandez, *part.3.capit.9 §.5.num.3.* Diana, *part.p.tract.9 resolut.26* Ludonicus del Cruz, *in Bulla cruciatæ disp p.cap.5.dub. 17.num.6.* Lezana, *in sum. v Ieiunium num.11* Pasqualigus, *de Ieiun. decis 80. num 3.* Trullench.*lib.3 Decalog.capit secund.dub secund.num 12.& in Bulla cruciatæ lib.p.§.4.dub.4.num.11.* & alii.

An Medici, concedentes licentiam, edendi carnes in diebus ieiunii, absque causa, duo peccata committant? Dub.22.

128 DVo peccata committere Medicũ, & consequenter in confessione explicanda, dicunt Ludouicus à S.Ioan. *part p.sum.tract.de Ieiun. artic.7. dub secund* Sancius, *in Select.disp.51.num.16.* Sanchez, *lib.4 sum.capit vndec. num 57.* & Ghilinus, *in sum. v. Ieiunium num.8.* quia

quia Medicus facit contra duplex præceptum: nempè contra præceptum obstinendi à carnibus,& contra preceptum ieiunii.

129 Trullenchius, verò *in lib.3. Decalog. capit.secund.dub.secund. num.*14. & Ludouicus Montesinus, 1.2.*quæst.*73.*artic.* 2. *quæst.*4. *num.*47. dicunt, peccare solum contra temperantiam.

130 Quando verò censetur adesse causa, bona fides excusat à peccato. Et quando dubitatur, An adsit? adhuc poterit concedere licentiam: quia indubiis,tutior sententia est eligenda: sed cautio in eo debet consistere, quod non concedant licentias irrationabiliter. Ita Sancius, *in Select. disp.*51. *num.*16. Toletus, *lib.*6.*capit.*8.*num.*8. Tabiena, *v. Ieiunium*, Palatios,*in* 4.*dist.*15.*disp.*8.*circa finem.§.Et quidem*, & alii.

QVO IVRE, ET QVIBVS diebus ieiunandum sit.

Cap. 12.

*Quo iure ieiunandum sit? Dub.*1.
*Quæ nam sunt dies ieiunij? Dub.*2.
*An obligatio ieiunij possit per consuetudinem induci? Dub.*3.
*An qui frangit ieiunium comedẽdo carnes,teneatur hanc circumstantiam in confessione aperire? Dub.*4.
*An qui frangit ieiunium,duplici titulo obligatus,duo peccata cõmittat? Dub.*5
*Quot peccata committit,qui statuit totam Quadragesimam non ieiunare? Dub.*6
*An nolens conducere operarios in die ieiunij, nisi cum pacto, quod non ieiunent, peccent mortaliter? Dub.*7.
*An qui vouit feria sexta, & sabato ieiunare, aut non comedere carnes, teneatur ad ieiunium, si in illis diebus venerit Natiuitas Domini? Dub.*8.
*An qui vouit tali die ieiunare in pane, & aqua, totiès peccet, quotiès vinum biberit? Dub.*9.

Quo iure ieiunandum sit? Dub,1.

1 Communiter Doctores dicunt: Iure Ecclestiastico ieiunandum est. Et licèt Doctores Catholici conueniant inter se, esse obligationem in Ecclesia, ad ieiunium sub peccato mortali: vt determinatum fuit in Concilio Viennensi, à Clemente Quinto, vt habetur in Clementina, *ad nostram de hæreticis.* Contra Burgados, & Beguinos hæreticos, circa annum 1310. qui absolutè, & falsò sentierunt, ieiunium obligare solos peccatores, non autem homines iustos, & perfectos; eo quod poterat concedi corpori, quidquid lubet. Quorum hæresim damnauit Ecclesia, vt patet ex verbis Leonis XI. *de Quadragesima,* vt latissimè probant Castrus, *contra hæreses v. Ieiunium, hæresi* 3. Bellarm. *controu. de bonis operibus lib secund.capit.*10. Reginaldus, *lib* 4. *num.* 203. Lesius, *lib.*4. *capit.secund. num* 36. Molsesius, *tom.*1. *sum.tract.*10,*capit.*4. *num.*13. Valentia, *to.*3.*disp.*9.*quæst secund.pun.secund. initio*, & alii. Communiter probantes, quod omnes vtriusque sextus, completo vigesimo primo anno, cuiuscumque sint dignitatis, aut professionis, obligantur ex præcepto seruare ieiunium.

2 Attamen Doctores non conueniunt inter se, vndè ortum habet hæc obligatio: nam Caietanus,*in* 2.2.*quæst.*147.*articul.*3.*§.ad huius euidentiam in fine*, & *in summa v.Ieiunium*, ait: Non esse hoc præceptum Ecclesiasticum, obligans ad mortale. Cuius ratio est: quia non reperitur textus, per verba præceptiua, hoc iubens: & hoc, secluso contemptu: quia si accedat contemptus præcepti, erit peccatum mortale.

3 Addit etiam Caietanus, quod communis Christianæ Ecclesiæ interpretatio suscipit statutum ieiunii, tamquam præceptum strictè sumptum, atque adeò obligans ad mortale. Quam sententiam Sanchez, *tom.secund.consil.lib.*5. *capit.p. dub.*6. dicit, non esse erroneam, nec temerariam, sed falsam: quia ipse concedit esse præceptum, obligans ad mortale ieiunandi, saltem ex consuetudine: & tamquam falsa refutatur etiam sententia Caietani ab omnibus.

4 Communis, & vera opinio est aliorum assetentium, quod de ieiunio Ecclesiastico adest præceptum Ecclesiasticum, obligans ad mortale: non solum ratione consuetudinis, verum etiam ratione præcepti. Ratio est: quia id videtur expressè præcipi, *in capit. non licet*, & *cap. non oppo ut & capit placuit de consecrat. dist.*3.& *capit.Quadragesim. de consecrat. dist.*5. & *capit. p.* & *capit. consilium de obseruat. ieiunij.* Et quamuis non vtantur præceptiuis verbis, sed tantum declara-

claratiuis obligationibus; attamen non condunt nouum ius circa ieiunium, sed declarant obligationem, iam ab Ecclesia impositam, vt etiam vsus totius populi Christiani explicuit esse præceptum. Vt etiam *in Clementina exiui de verbor. significat.* declarat Clemens Papa, loquẽs de iis, quæ sub peccato mortali obligãt: vbi dicit: Fratres Minores, non de obligari, propter ieiunia Regulæ, à ieiuniis Ecclesiasticis, quę cęteri fideles seruare tenentur. Tum quia (vt benè ait Sanchez, *num.* 5.) multi falluntur, putantes, omnes leges Ecclesiæ à iuris volumine petendas esse, quia multæ sunt quas vsus inseruit. Adde, quod vulgaria iuris volumina, non compelluntur omnia consiliorum scripta, & Pontificum. Tum quia, quidam valde doctus recentior Magister (vt ait Sanchez) dicit: quod hoc præceptum est viua voce prolatum à temporibus Apostolorum, & forsan rescriptum, licèt non deuenerit ad nos. Vndè fideles tenentur ex pręcepto Ecclesiastico sub pœna peccati mortalis ieiunare. Ita D. Thomas, 2. 2. *quæst.* 147 *artic.* 3. *in corpore.* Durandus, *in* 4. *dist.* 15. *quæst.* 9 Riccardus, *ibi quęst.* 3. Palatios, *disp* 8. Gabriel, *dist.* 16. *quæst.* 3. *art.* 1. *notab.* 3. Paludanus, *quęst.* 4 Glossa, *in cap. vnum horarium § alius ea de man. v. Ieiunantibus, dist.* 15 Panormit. *in Rubric. num.* 11. *de obseru. Ieiunÿ.* Archidiaconus, *in cap. vtinam, dist* 76. Alẽs. 4. *par.* 1. *quæst.* 102. *memb.* 2. Medina, *C. de Ieiun quæst* 7. *vers. Iam ad id.* Castro, *v. Ieiunium hęres.* 2. Couarr *lib.* 4 *varar. resol. cap.* 20 *num.* 10 Siluester, *v. Ieiunium quęst.* 1. Armilla, *ibi num.* 7. Medina, 2. 2. *quęst.* 88 *art. p. in fine,* Ledesma, 2. *par.* 4, *quæst.* 17. *art.* 2. *dub* 6 Ghetius, *in Thesaur. animę v. Ieiunium cap.* 2. *num.* 10. Sotus, *lib.* 1. *de Iust quęst* 6. *art.* 4. Valentia, *to.* 3. *disp.* 9. *quęst.* 2. *pun.* 2. *§. quę nam sint controu.* Trullench *lib.* 3. *decalog. cap.* 2. *dub.* 5 *num.* 2, Angles, *in floribus par.* 1. *materia de ieiunio fol.* 385. Canus, *lib.* 2. *de locis Theolog. cap.* 9. *ad* 2. Pasqualig. *de Ieiun. decis.* 30. *num.* 3. Nauarr. *in manual. capit.* 21. *num.* 13. Azorius, *part. p. lib.* 7. *cap.* 8. *quęst.* 2. Siluius, 2. 2. *quęst.* 147. *artic.* 3. *quęst. p. concl.* 2. Gordonus, *lib.* 3. *Theolog. moral. quęst.* 18. *cap.* 5. *qu.* 3. Sanchez, *lib.* 5. *consil. cap. p. dub p. num. p.* Vega, *pa. p. sum. capit.* 14. *de Ieiun. cas.* 8. & alii.

Dubitatur: An præceptum ieiunÿ sit affirmatiuum, an verò negatiuum?

5 PRima opinio ait: Esse præceptum negatiuum. Cuius ratio est: quia non obligat ad faciendum aliquid, aut ad comedendum, vt clare patet: nam qui in die ieiunii nihil comederet, non violaret legem Ecclesiasticam ieiunii: ergo præceptum ieiunii non est affirmatiuum, sed totaliter negatiuum. Probatur consequentia: quia præceptum affirmatiuum, violatur omissione actus præcepti: negatiuum verò, comissione, idest, actu positiuo, vt communiter dicunt: cum igitur preceptum ieiunii violatur, non per omissionem alicuius actus, sed per actum positiuum, hoc est, per carnium comestionem, vel duplicem refectionem; sequitur manifestè, non esse affirmatiuum, sed merè negatiuum. Ita Merolla, *to. p. disp. secund. cap.* 5. *dub.* 2 *num.* 9. *& tom. secund disp.* 4. *capit.* 3. *dub.* 31. *num* 353. *& tom.* 3. *disp.* 6. *capit.* 7. *num.* 86. Maior, *in* 4. *dist.* 15. *quæst.* 6. Montesinus, 1. 2. *tom secund. quæst.* 15. *artic. secund. quæst.* 4. *num.* 47. Medina, *C. de Ieiunio, quæst.* 5. *versic. Ego tamen.* Couar. *lib.* 4. *varar. Recol. capit.* 20. *num.* 13. Siluius, 2. 2 *quæst.* 147. *articul. secund quæst.* 3. Durandus, *in* 4. *dist.* 15. *quæst* 11. *num.* 9. Vilalobos, *tom p sum. tract.* 23. *diffic.* 6. *num* 6. Beia, *part. p cas.* 45. *vers. Aduertendum est.* Sancius, *in select. disp* 54. *nu.* 42. Sanchez, *lib.* 4 *sum. capit.* 11. *num.* 42. Caietanus, 2. 2. *quæst.* 147. *articu.* 8. *§. Ad hoc dicitur* & alii.

6 Secunda opinio, ait: Esse præceptum affirmatiuum. Cuius ratio est: quia licèt præceptum de ieiunio habeat aliquid negatiuum annexum, videlicèt, nè manducetur plùs, quam semel, & nè adhibeantur tales cibi: hoc tamen consequutiuè se habet: quia, quod se primò intenditur in tali præcepto, est moderatio cibi, & certa mensura illius; vt constituatur quędam mediocritas, per quam exerceatur virtus abstinentiæ: & proindè per tale præceptum præcipitur exercitium talis virtutis, nempè, abstinentiæ. Et hoc est commune cuicumque præcepto affirmatiuo, quod per ipsum consequutiuè excluditur, quidquid ipsi contrariantur. Vndè in casu nostro remanet exclusa multiplex comestio, & vsus carnium, quatenus præcipitur refectio cum tali mensura, & tali genere

cibo

ciborum. Ita Fagundez, *part.1. præcept. Eccles. lib.p capit* 4. *num*.6. Ledesma, 2. *part*.4 *quæst*.17 *articul*.5. *versic. Quinto præcepto de Ieiunio*. Bonacina, *de leg. disp. vltim. quæst.p.pun*.3. *num*.7. Bosseus, *in floribus Theolog prac.v.Ieiunium p.num*. 10. Pasqualigus, *de Ieiunio decis*.33.*num. secund*. & alii.

Qui nam sint dies ieiunii? Dub 2.

7 RESpondeo Primò: de iure canonico humano, est Quadragesima: vt habetur, *in capit. quadragesima de consecr. dist*.5. *& capit. non licet de consecrat. dist*. 3. non autem est de iure diuino. Ratio est: quia non debet adstrui aliquod præceptum, nisi de ipso constet: non constat autem de hoc præcepto diuino de Quadragesim a, posita a Christo: quia solum habemus ex Euangelio eius quadragenarium ieiunium, quod tamen nō habet rationē præcepti: alioquin deberemus ieiunare per dies quadraginta, etiam in diebus dominicis; & nihil per alios dies comedere. Vndè solum exercitum fuit à Christo, ad ostendendam heroicam virtutem abstinentiæ, vt nobis tribueret exemplum, quod pro nostris viribus imitaremur. Ita Maior, *in* 4.*quæst* 4.*conclus*.3. Durandus, in 4 *dist*. 19 *quæst*.4.*artic*.3.*concl*.3. Gabriel, *in* 4. *dist*.16 *quæst* 3. *artic.p. notab.secund* vbi Adrianus, *quæst p.de confess*. §. *Alij probant*. Siluester, *v. Ieiunium quæst* 1.*vers. quibus autem diebus*, vbi Angelus, *num*. 7. Valentia, *tom* 3.*disp*.9. *quæst*.3. *pun*.4. *versic.sed vera sententia*, Ledesma, 2.*par*. 4.*quæst*.17.*artic*.1.*dub*.1. Nauarr. in Manual, *capit*.21.*num*.12. Azorius, *part pr. lib* 7.*capit*.12 *quæst.p*. Layman, *in Theolog.moral lib*.4 *tract*.8.*capit.secund nu*.1 *initio*. Couarr. *lib*.4. *varar.resolut. capit*. 20.*num*.4. Fagundez, *lib.p.præcep* 4. *Eccles capit*.5. *num*.4. Siluius, 2 2.*quæstio*. 147.*artic*.5 *quæst*.1. Pasqualigus, *de Ieiunio decis* 65.*num.secund*. Trullench *lib*. 3.*decalog capit secund dub*.5.*num*.1.& alii

8 Secundò: Omnia ieiunia quatuor sunt de præcepto: vt patet, *ex cap. statuimus dist*. 76. ibi *Ieiunandum esse in quatuor anni temporibus, nimirum, initio Quadragesimæ: Hebdomada Pentecostes, in Septembri, & Decembri*. Et quamuis Siluester, *v.Ieiunium num*.5. Caietanus, *v.Ieiunium capit.secund*. dicant: quod ieiunium exultationis non est in præcepto Ecclesiæ: tale autem est ieiunium illorum temporum, cum incidat infra octauam Pentecostes, & celebretur cum Alleluia, & Gloria in excelsis: vt *in capit. de Ieiunio dist*.76.& docet etiam D.Thomas, *in* 4.*dist*.15.*quæst*.3. *articul*. 3 *quæst*.1.*ad* 5 Respondeo: quod in ipso non præcipitur ieiunium, sed tempus ieiunandi: ita vt Pontifex relinquendo ieiunium in suo statu, in quo erat, ratione cōsuetudinis, solum ibi regulat tempus, in quo debet fieri: quod satis ex ipso textu patet, nam ibi solum fit præscriptio temporis, non ieiunii. Sic etiam Ecclesia alia solet præscribere quò ad modum, non obligans quo ad substantiam: vt constat in officijs Sanctorum, quæ concedit ex deuotione recitanda; præscribit enim modum, & tempus. Ita Layman, *in Theolog moral. lib* 4. *tract*.8. *capit*.2.*num*.5 Angelus, *v.Ieiunium* §.7 Toletus, *lib*.6.*capit*.3 *num.p*. Vega, *par. p.sum. capit*.14. *de Ieiun. cas*. 8. Azorius, *part.p lib*.7.*capit*.14 *quæst.secund* Lessius *lib*.4 *capit.secund dub*.9 *num* 67 Fagundez, *præcep*.4 *Eccles lib.p.capit* 6.*num*.98 Filliucius, *tract*.27 *part secund. capit. 6. num* 98. Siluius, 2.2.*quæst*.147 *articul*.5. *quæst*.4. Vilalobos, *tom.p sum. tract*. 23. *diffic.secund.num*.4 Bonacina, *de leg.disp. vlt.quæst.p.pun* 5.*num*.3. & alii.

9 Tertiò: Ex iure communi habetur, primò ieiunium vigiliæ Natiuitatis Domini, & Assumptionis B. Virginis in cælum, vt habetur, *in capit.ex parte,de obseru ieiun*. Alia verò ieiunia in præuigiliis festorum Christi Domini, aut Beatæ Virginis Mariæ, non sunt de iure, sed tantum ex deuotione, vel ex consuetudine, vel ex statuto particulari: licèt de vigilia Natiuitatis B.Virginis Mariæ dubitat D. Antoninus. *part.secund. titul* 6. § 1. Vndè, licèt communiter omnis populus ieiunet vigilias B.Mariæ Virginis, id tamen tantum fit ex deuotione: Et ita intelligunt viri docti, numquam tales cōsuetudines, quantumuis longas obligare ad peccatum. Ita Sanchez, *to.secund. consil.lib*.5.*capit p.dub*.18 *num*.1. Pasqualigus, *de Ieiun.decis*.170.*num*.1.& alii.

10 Item vigiliæ omnium Apostolorum: vt habetur, *in capit consilium de obseru. ieiun*. Excipitur tamen vigilia S Ioannis: quia incidit in die Sancti Stefan. in quo non est locus ieiunio, & Sanctorum Philippi, & Iacobi: quia incidit inter Pascam, & Pentecostem, in quo tempore

re

re Ecclesia nullum indicit ieiunium, vt habetur in eodem, *capit. consilium*, & dicunt Pasqualigus, *num.* 3. Sanchez, *vbi supra* Molfesius, *tom. p. tract.* 10. *capit.* 3. *à num.* 24. & alii. In vigilijs Apostolorum additur vigilia S. Matthiæ: quia loco Iudæ adscriptus est numero Apostolorum, vt declarauit Innocentius III. & habetur *in d. capit. Ex parte obseruat. ieiun.*

11 Aduertè, quod ieiunia vigiliarum quorumdem Apostolorum, aliquando, saltem vniuersaliter, non fuerunt in vsu, vt desumitur, *ex serm.* 25. *ad fratres in Eremo*, qui tribuitur D. Augustino: ibi enim excipiuntur vigiliæ Sanctorum Iacobi Thadæi, Bartholomæi, & Matthiæ, & Io. Euangelistæ. Vndè Paludanus, *in* 4. *dist.* 15. *quæst.* 4 *artic.* 3. *conclus. secund.* quem refert Pasqualigus, *de ieiun. decis.* 171. *num.* 4. ait, non esse ieiunandum in priuilegiis Bartholomæi, Iacobi maioris, & Matthiæ ex præcepto, nisi vbi præceptum sit consuetudine receptum.

12 Quartò: De vigiliis *S.* Ioan. Baptistæ, S. Laurentii. & omnium *S*anctorum, in iure communi nullum extat præceptũ de ieiunando. Vndè communiter dicũt, hæ vigiliæ non esse de iure, sed de consuetudine, quæ tamen obtinuit vim legis. Ita Gabriel, *in* 4. *dist.* 16. *quæst.* 3. *artic.* 1 *notab.* 2. Angelus, *v. Ieiunium nu* vbi *S*iluester, *num.* 5 Armilla, *nu* 2. Lesius, *lib* 4 *capit secund dub* 9 *num.* 66. Sanchez, *lib*, 5. *consil. capit. p. dub.* 18 *num.* 1. Bonacina, *de leg. disp. vltim. quæst.* 1. *pu.* 5. *num.* 3. Vilalobos, *tom. p. sum. tract.* 23. *diff.* 2. *num.* 4. Filliucius, *tract.* 27 *part.* 2. *capit.* 5 *num.* 101. Siluius, 2. 2. *quæst.* 147. *artic.* 5. *quæst.* 7. *vers. Quæ nam verò* Azorius, *part.* 1. *lib.* 7. *capit* 13. *quæst.* 1. & alii.

13 Quintò: De ieiunio vigiliæ Pentecostis, nullibi in iure reperitur præceptũ. Vndè communiter docent, non obligari ex præcepto ad mortale; sed solum ex consuetudine, Ita Glossa, *in cap. scire, in verbo Obseruantiæ, & capit. nosse dist.* 15. Molfesius, *tom.* 1 *sum. tract.* 1. *cap.* 3. *num.* 24. & 26. Gabriel, *in* 4. *dist.* 16. *qu.* 3. *artic.* 10. *notab.* 2. Siluius, 2. 2. *quæst.* 147 *artic.* 5. *quæst.* 7. *versic. Difficultas tamen.* Angelus, *v. Ieiunium num.* 7 *in fine.* vbi Armilla, *num.* 2. Siluester, *num.* 5. Azorius, *par.* 1. *lib.* 7. *cap.* 13. *quæst secund.* Filliucius, *tract* 27. *part. secund. capit.* 5. *nu.* 101 Bonacina, *de leg. disp. vlt. quæst.* 1. *pu.* 5. *num.* 3. Fagundez, *præcep.* 4. *Eccles. lib.* 1 *capit.* 5. *num.* 9. Caietanus, 2. 2. *quæst.* 147. *artic.* 5. *§. Adhoc deducitur.* Sanchez, *lib.* 5. *consil. capit.* 1. *dub* 18. *num.* 1. *Idem* Molfesius, *tom.* 1. *tract.* 9. *capit.* 11. *num.* 6. & alii.

14 Sextò: Rogationes antiquissimè fuerunt, & de illis meminit D. Augustinus, *serm.* 178. *de Temp & vigil. Ascensionis* cum ieiunio coniunxit *S.* Mamertus, Episcopus Viennensis, vt testatur *Synodus* Apollinaris, apud Boconium, *tom.* 6 *annal. anno* 475. & notatur in Marthyrologio Romano, die 11. Maii: hanc consuetudinem amplexatæ sunt Germania, Anglia, Hyspania, & Italia; quamuis postea paulatim ieiunium in desuetudinẽ abierit, & solum in aliquibus locis aliquod vestigium remaneat, nempè, à carnibus tantum abstinentia. In aliis verò ieiunant feria secunda, & quarta: In aliis sola feria quarta: In aliis, neque etiam à carnibus abstineant. At Mediolani seruatur perfectum ieiunium in illis tribus diebus. Et quamuis *S*iluius, *in* 2. 2. *quæst* 147. *artic.* 5 *quæst.* 6. *versic. His tamen.* dicat: aliquod ieiunium seruandum esse, tam in diebus Rogationum, quam in Litaniis maioribus. At dicendum est, quod nulla adest obligatio ieiunandi, sed tantum consilium: quia de institutione ieiunii in Litaniis maioribus nullum habetur vestigium, nec vlla extat consuetudo nec vlla mentio fit de ipso in corporis iuris. Vndè, nescio quomodo affirmat *S*iluius (ait Pasqualigus) quod aliquo modo sit ieiunandum: cum hodiè praxis vniuersalis sit opposita. Neque extat præceptum de ieiunio Rogationum: nam *in capit. Rogationes, de consecrat. dist.* 3. habetur tantum consilium de ieiunio, seù approbatio consuetudinis de ieiunando in illis diebus. Vndè notat Glossa, *v. Ieiunium*, suaderi ieiunium, non præcipii. Neque adest obligatio, ratione consuetudinis: quia constat, non fuisse introductam cum animo se obligandi: si quidem introducta fuit, ad implorandam diuinam opem contra mala, quæ Viuentes patiebantur, à S. Momerto, vt supra diximus; & postea amplexa fuit ab his, & illis populis, ob deuotionem, & pietatem, & proindè nõ habet vim obligandi. Vndè communiter Doctores dicunt, quod nulla adsit obligatio ieiunandi, sed tantum consilium. Ita Filliucius, *tract.* 27 *par. secund. cap.* 5. *num.* 102. Azorius, *par* 1. *lib.* 7. *cap.* 15. *quæst.* Vilalobos, *tom.* 1. *sum. tract.* 23. *diffic.*

2 *num*.8.Bonacina,*de leg.disp.vlt quæst.1. pun*.5.*nu*.3.Gabriel,*in* 4.*dist*.16. *quæst* 3. *artic*.1.*not*.2.*circa finem*. Pasqualigus, *de Ieiunio . decisio*.174. *num*.1. Fagundez, *præcept* .4. *Eccles.lib*.1. *capit.6.numer*.8. & alii.

15 Neque in diebus Rogationum prohibentur oua, & lacticinia: quia præceptũ de ieiunio non solum est abrogatum, vt supra diximus, sed etiam si adesset, non induceret hanc obligationem, cum ieiunium non trahat secum obligationem ab ouis, & lacticiniis. Vndè consuetudo declarat, nullam talem adesse obligationem, cum in dictis diebus etiam carnes licitæ sint, seclusis quibusdam locis, in quibus solent abstinere solum à carnibus absque ieiunio. Ita D.Thomas, *in* 4 *dist*.15 *quæst*.3.*artic*.2.*ad* 4 vbi Paludan. *quæst* 4 *artic*.3.Palatios, *disp*.8. Hostiens. *rubric.de obseru. ieiunij*, *num* 5. vbi Panormitan.Armilla, *v Ieiunium initio*, *&* *num*.13. Abluens. *in confess. cap.de Gula*. Alcozer, *in sum.capit*.24 Corduba, *quæs*. 168 *sum.pun*.1.*in fine* Medina, *lib.1.sum. cap*. 14 §.10. Henriquez, *lib.7.sum.capit*. 13.*num* 9 *& in Gloss.lit.T*.Pasqualigus, *de Ieiunio decis*.79.*num*.2. Ludouicus de Cruce, *disp*.1.*in Bull.cruc. cap*.5. *dub*.15. *num*.2. & alii.

16 Immò consuetudo abstinendi à carnibus in feriis Rogationum, vbi viget, non obligat ad mortale, ait Pasqualigus *decis* 79 *num*. 7. quia cum non constet post obligatum præceptum de ieiunãdo quod sit inducta cum animo se obligandi, nec etiam constat de vi obligatiua ipsius: & ideò accipienda est, tamquam non obligans, sed vt quid, quod remãserit post præceptum, abrogatum de eo, quod præcipiebatur. Tum quia, abstinentia à carnibus in ieiuniis præcipitur, vt quid connexum cum ieiunio, seù inclusum in ipso: ideò abrogato præcepto de ieiunio, cessat etiam obligatio abstinendi à carnibus: & ideò non remansit talis obligatio apud eos, apud quos remansit in dictis diebus abstinentia à carnibus, quæ tamen ex deuotione cẽsenda est remansisse. Ita Pasqualigus.

17 Septimò: Quamuis olim in ueteri Ecclesia aderat præceptum, obligans ad mortale ieiunandi quarta, & sexta feria, vt constat ex constitutione Apostolica, apud D. Clementem, *lib. quint. capit. decimo nono*, *constitut. Apostolic. in fine*. & ex Ignatio, *Episcopo*, *tert. ad Philippenses*. Tertullianus, *contra Psychic. capit.decimo quarto*. Clement. Alexand. *lib septi strom*. Augustin. *Episcop.octuagesim sext*.& in iure Canonico, *capit. ieiunia de consecrat. distint. tert*. At hodiè viget præceptum de abstinentia à carnibus in feria sexta. Præceptum autem ieiunandi in feria quarta, etiam cũ sola abstinentia a carnibus, aut consuetudine, abrogatum fuit, aut (quod verius puto) relaxatum. Vndè Nicolaus Primus, *ad consulta Burgarorum cap*. 5. insinuat, ieiunium quartæ feriæ esse vnicuique liberum, vt constat ex communi praxi fidelium: & docent Riccardus, *in* 4.*quæst*.3.*artic*.1.*notab*.2.*circa finem*. Villalobos, *par*.1.*sum.tract*.23.*diff*.2. *num*.6. Siluester, *v. Ieiunium.quæst*.10. *num*.27. Azorius, *par*.1.*lib*.7. *cap*.15 *quæst*.3. Filliucius, *tract*.27 *par*.2. *cap*.5.*num*.102. Fagundez, *præcep*.4 *Eccles.lib*.1.*cap* 6.*nu* 5. Siluius, 2.2.*quæstion*. 147 *articul*.5.*quæst. quint*. Bonacina, *de leg. disput. vltim. quæst.prim.pun.quint.numer*.3. Pasqualigus, *de Ieiunio. decision*. 175. *num*. 1. & alii.

18 Octauò: Si vigilia S.Io.Baptistæ incidat in festo Corporis Christi, ieiunãdum est feria quarta ante diem Corporis Christi, vt ordinauit Leo X. in quodam Breui, misso ad Legatum Hyspaniæ, vt testatur Nauarrus, in Manuali, *capit*.21. *num*.11.*vers. Porrò*. Aliam similem constitutionem instituit Vrbanus VIII. anno 1638. die 13. Ottobris, & refert Pasqualigus, *de Ieiun.decis*.179.*num*.1. Ratio istius constitutionis est: quia ieiuniũ est quid mestum, & non debet misceri cum lętitia festiuitatis: & ideò cum festum Corporis Christi, tamquã ex principalioribus, debeat celebrari cum speciali lętitia, vndè non est in ipso ieiunãdum. Hæc verò constitutio Vrbani VIII. non indulget talem anticipationem ieiunii: sed præcipit, vt constat ex tenore ipsius. Vndè, qui non anticipat, facit contra præceptum, quod cum sit de re graui, spectante ad debitam dispositionem ordinis Ecclesiastici, cẽsendum est, quod præcipiat sub mortali. Ita Pasqualigus, *num.secund*. Naldus, *v. Ieiunium.num*.7. Et idem monet Caietanus, *in sum.v.Ieiunium*.

19 Nonò: In Aduentu olim ieiunabatur, *vt ex can.6.consil.Matisconens.primi*, desumitur, *& ex cap.consilium de obseruãt. ieiun*.& putat fuisse de pręcepto Fagund.

præcep.4. Eccl.lib p. cap.6.nu.9. Attamen Siluius, *2.2. quæst.147.artic.5.quæst 7. § An hoc ieiunium*, ait non constare, An fuerit de præcepto: neque ex vlla auctoritate, præsertim allatis, colligitur præceptum, sed tantum quod ieiunaretur, quod fieri poterit ratione concilii, & deuotionis: vt ait Pasqualigus, *decis.177 num.1.* Hodie verò non adest obligatio ieiunandi in Aduẽtu, vt habetur in praxi, & docent Filliucius, *tract.27 part secund.cap.5.num.102.* Fagundez, *vbi supra.* Pasqualigus, *num 2.* Tabiena, *v Ieiunium quæst.10.nu.11.* vbi Siluester, *nu. 5. in fine.* Gabriel, *in 4. dist.16. quæst 3. art p.not.secund.* Azorius, *pa.p.lib.7.cap. 16 quæs.3.* Tamborinus, *to secund de iur. Abbat.disp.1. quæst secund. nu.3. in vlt. edit* & alii communiter. Nisi sint Religiosi, qui iuxtà suam regulam, vel constitutiones, teneantur ad ieiunium.

Quid dicendum de ieiunio diei Dominicæ?

20 RESpondeo: Quod Caietanus, *in 2.2. quæst 93 art p vers. In sequenti verò.* Enumerat inter cultum superstitiosum falsum: Et inter superstitiosum superfluum enumerat Nauarr *cap.1. sum. num.41. vers.5.* Sayrus, *in Clau Reg lib.4 cap.4 num 2.* & proindè illud damnat. Et ita D.Thomas, *2.2.quæst.147 artic.5.ad 3. & in 4.dist 15 quæst 3 art.3 .quæs.2 corpor.ad p* ibi Idque constare videtur ex vsu Ecclesiæ, excipientis dies dominicos à ieiunio quadragesimali, & vigiliã quamcumq; die dominica incidentem, transferentis in sabatum præcedens. Idque ieiunium, *interdicitur capit. si quis presbiter.dist.30. & capit.sacerdos 26.qu. 6 & cap ne quis ieiunet de consecrat dis.3*

21 Alij verò distingunt: scilicet, in ieiunio Afflictionis, & in ieiunio Exultationis. Ieiunium Afflictionis, seù luctus, est quando sumitur ad satisfaciendum pro præteritis debitis, & ad futura cauenda. Ieiunium verò Exultationis sumitur, vt mens promptior sit ad gaudium, & vt eleuetur in Deum. Dicunt enim, ieiunium Afflictionis non licere die dominica: Secùs de ieiunio Exultationis. Ita Siluester, *v Ieiunium*, & alii.

22 Dicendum est tamen: Ieiunium diei dominicæ, olim interdictum fuisse, ob Manichæorum hæresim, dicentium: ieiunium necessarium, esse in contemptũ Resurrectionis Christi Domini nostri. Hoc ieiunium condemnat Textus allegatus; & D. Thomas Verumtamen non fuisse etiam olim in omnibus Ecclesiis simpliciter prohibitum ieiunium in Dominica die, colligitur ex D Hieronymo, *Epistola ad Lucianum 28 Vtinam omni tempore ieiunare possemus, quod in Actibus Apostolorum diebus Pentecostis, & die dominico Apostolum Paulum, & cum eo credentes, fecisse legimus.* Et subdit: *Sed vnaquæq; Prouintia abundat in suo sensu.* Quibus verbis (ait Layman, *in Theolog.moral.lib.4 trac.8.cap.2 num.9*) insinuat, quibusdam Ecclesiis prohibitum fuisse, dominica die ieiunare: sicuti testatur etiam Canon *Apostol.16.* Clemens, *lib.5.constit.C.vlt.* S Ignatius, *epistol.5.ad Philippens.* Tertull *in lib.de corona militis S* Ambros *epistol 83.* S. August. *epistol 86.* Isidorus, *in cap pascha, d.76.* & D Thomas, *quæst.147.art.5.ad 3.* Verum cum hodie, extinctis illis hæresibus, specialis prohibitio Ecclesiæ cesset. Vndè non est, per se loquendo, illicitum diebus dominicis ieiunare. Argument. *cap.3 de obseru.ieiun.* vbi dicitur, *in die Natalis Domini, incidente in sextam feriam, non esse probibitum fidelibus carnibus abstinere, ob deuotionem: quinimò Regularibus illis, qui ad præceptum carnium abstinentiæ obligantur, necessariò abstinendum esse* Quod simili ratione de dominica die dici debet. Tum quia in ieiunio colitur Deus, & Dominica dies in honorem dei fuit constituta: ergo licitum videtur eo die ex honesto fine ieiunare: præciso tamen scandalo, & contẽptu, & alio peccato. Vndè causa deuotionis die dominica quis ieiunare potest, etiam infrà tempus paschale. *Ita* Reginaldus, *lib 4 capit.12.num.138* Molfesius, *tom.p tract 10.capit.3.num 53. & 54.* Medina, *C de Ieiunio quæst. quando necesse est ieiunare.* Nauarrus, *capit. 21. sum. num.27* Ledesma, *secund part. 4. quæst.17.articul.4.* Palatios, *in 4. dist 15. disput.8 fol.125.* Azorius, *pa.p lib.7.cap. 26 quæst.vltim* Angles, *in floribus part. p vbi de ieiunio quæst.4 diff.3.* Valentia, *2 2.disp.9 quæst secund pu.4 dub secund.* Lessius, *lib.4.capit.secund, dub.c. num.68.* Bonacina, *de leg.disp.vlt. quæst.p pun.5. n.3.* Sanch *lib.2 sum.c.37.n.12.* Laym. *in Theolog.moral.lib.4 tr.5.c.2.n.9* Trullẽc. *lib.3.decalog c.2.dub.5.n.18* Fagund *præcep.4. Eccl.lib.p.c.5.n.2.* Pasqualig. *in dec. de ieiun. decis.178.num.4.* & alii.

Hinc

23 Hinc deducitur Primò: Esse peccatum ieiunare die Dominica sola, & non allis diebus: quia id ad quamdam singularitatem, & cultum superfluum pertinet: erit tamen veniale, cessante scandalo, vel alio mortali fine. Ita Ledesma, 2. *part*. 4. *quaest*. 17. *articul*. 4. *num*. 12. Sanchez, *tom. p sum. lib secund. capit*. 32. *num*. 14. & alii. Et ita erit illicitum ordinarie ieiunare diebus dominicis: quia id aduersatur Ecclesiæ consuetudini, quam in hac parte vim legis censetur habere, testatur D. August. *epist. 86. ad Casulianum*, & docent Valentia, 2. 2. *disp*. 9. *quaest secund pu*. 4. *dub*. 2. *num*. 12. Sanchez, *to*. 1. *sum. lib*. 2. *cap*. 37. *num*. 15. & alii:

24 Secundò: Votum de ieiunando ordinariè diebus dominicis, est irritum. Erit tamen validum, si votum sit solum de ieiunando aliquibus dominicis diebus ob finem bonum, secluso tamen scandalo, ac inani singularitate. Ita Suarez, *to*. 2. *de Relig. lib* 3. *de Voto capit*. 6. *num*. 21. *in fine*. Sanchez, *tom*. 1. *sum. lib*. 1 *capit*. 37. *num*. 16. & alii.

25 Tertiò: Qui vouit ieiunare toto aliquo mense, v. g. mense Septembris: non teneri diebus dominicis ieiunare: nisi expressam intentionē habuerit, se obligandi ad ieiunium die Dominica. Ita Sanchez, *lib*. 2 *sum capit*. 37 *num*. 20. Bonacina, *de Sacram disp*. 4. *quaest vlt pun*. 6 *num*. 25. Diana, *part* 9. *tract*. 8. *resol* 6. *versic. sed quia in medio*. & alii: quia præsumitur habuisse intentionem, obligandi se ad ieiunium, eo pacto, quo Ecclesia obligat: Ecclesia autem numquam obligat ad ieiunium die Dominica, ergo, &c.

26 Etiam si habuerit expressam intentionem se obligandi, non tenetur diebus Dominicis ieiunare, docent Pasqualig. *de Ieiun. decis*. 224. *num. secund*. Fagund. *praecep*. 4 *Eccles. lib. p. capit*. 6. *num*. 6. Tabiena, *v Votum*. 3. *quaest*. 7 Armilla, *ibi num*. 35. Bonacina, *de leg. disp*. 4. *quaest secund pun*. 6. *num*. 25. & alii.

27 Quartò: Quid dicendum de illa quęstione, An vouens ieiunare in die, in qua incidit aliquod Festum, v. g. Annuntiationis, si incidat in dominica, teneatur ieiunare die dominica?

Cum distinctione respondet prima opinio, scilicèt: si ieiunium fuit Afflictionis, debet ieiunare in Sabato pręcedenti: quia ieiunium afflictionis, ad quod hic se obligare intendit, est intelligendum iuxtà idem ieiunium, ad quod obligat Ecclesia vniuersalis: hæc autem id ieiunium transfert in Sabatum præcedēs, quando incidit in Dominica. Si verò fuit exultationis, est adimplendum ipsa die dominica: quia est votum de re licita. Si vero vouens neutrius ieiunii meminit, debet ieiunare die dominica: quia cum non vouerit ieiunare vesperi festi, sed ipsomet die, probabilius est, ac magis pręsumendum tacitam intentionem fuisse, vouere ieiunium exultationis. Tandem, si vtriusq; meminit, debet ieiunare Sabato præcedenti: quia cœteris paribus debet se vniuersali Ecclesiæ cōsuetudini conformare. Ita Ioa. de Neapol. *quodl* 8 D. Antonius, 2. *part. titul*. 11. *capit. secund*. § 10. Siluester, *v. Votum secund quaest*. 16. vbi Tabiena, 3. *quaest*. 7. Armilla, *num*. 17 & alii.

27 Secunda opinio ait: Nullo modo eorum euentum teneri hunc ieiunare die præcedenti, sed satisfacere obligationi voti, ieiunando ipsa die dominica: quia cum non adsit aliquod pręceptum de simili ieiunio, quod sit regula ieiunii, soluendi ex voto; & ieiunium in die dominica sit licitum; potest ipso die ieiunare. Potest tamen etiam anticipare in Sabato: quia potest imitari consuetudinem Ecclesiæ, quæ anticipat in sabato ieiunium, incidens in dominica die. Ita Sanchez, *lib*. 2. *sum. cap*. 32. *num*. 18 Cum hac limitatione tamen: nisi ex alio capite in sabato ieiunandum sit.

29 Tertia opinio ait: Vouens ieiunare aliquo die festo, votum non se extendit ad illud festum, quando incidit in die dominico: sed illo anno immunis est. Ratio est: quia ieiunium, licet de se bonum sit omni tempore, & laudabile, vt tamen determinatum ad diem dominicum est contra consuetudinem Ecclesię quæ cum rationabilis sit, facit quod ieiunium contra ipsam sit irrationabile, etiam secluso quocumque errore, ex eo solum, quod sit contra consuetudinem, quæ pro lege habenda est, vt docent D. Thomas, 2. 2. *quaest*. 147. *artic*. 5. *ad* 3. cum D. Augustino, *epist*. 86. *post initium*. Vndè, cum votum non se extendet ad id, quod est irrationabile, & contra consuetudinem Ecclesiæ, non se extendit ad ieiunium tali die. Et constat ex doctrina illorum, qui dicunt: quòd vouens ieiunare in sexta feria, non tenetur, si in ea incidat festum Natiuitas Domini, vt alibi

alibi nos probauimus. Non tamen sequitur, quod votum sit irritum: quia licèt materia sit partim rationabilis, partim irrationabilis, est tamen diuisibilis, & diuisibiliter implenda per diuersos actus: & ideò, quamdiu materia manet rationabilis, votum subsistit; quã do verò fit irrationabilis, non subsistit. Ita Rodoriquez *part.3 sum. capit.25, nu. 8 in fine.* Pasqualigus, *de Ieiun. decis.224 num.6.*

30 Dicendum est tamen: Qui vouit ieiunare in die Annuntiationis B.M. Virginis, si incidet in Dominicam, potest ieiunare Sabato antecedenti: non tamen tenetur ieiunare die Dominico: nisi aliter expressè intenderit. In dubio autem voluntatis exitimo, posse in Sabato, antecedente diem Annuntiationis, ieiunare, aut etiam posse ieiunium trãsferre in feria secunda, si die Sabati teneatur alio titulo ieiunare: habet enim iustam causam, transferendi votum in alium diem, vt se vniuersali Ecclesiæ consuetudini accomodet, & hæc commutatio fieri videtur in æquale Ita Diana, *part 9. tract 8 resol.6 circa finem.*

31 Vndè, quando quis ieiunat in festo aliquo B. M. Virginis ex deuotione (vt plures faciunt in festo Annuntiationis) debet iis annis, in quibus festum incidit in die dominico, anticipare ieiunium in Sabato: quia non debet, dum pietatem exercet, & deuotionem, contrauenire Ecclesiæ consuetudini, quæ numquam in die dominico ieiunium admittit. Ita Pasqualigus, *de Ieiun. num 8.*

An obligatio ieiunii possit per consuetudinem induci? Dub.3.

32 Affirmatiuè respondeo, vt etiam dixi *in tract.p. cap.20.* & constat *ex leg. de quibus, cum vbi quot sequentibus ff. de legibus, & in capit. quæ sit longa consuetudine, & capit.p de const in 6. & cap. & consuetud dist.p. & cap frustra dist.8.* Quandò verò consuetudo obtinet necessarias conditiones, vt habeat vim legis, diximus in dicto loco citato; & docent Molfesius, *to.p tract.10. capit.5.nu. 47.* Lesius, *lib.4 capit secund. numer.34.* Trullench. *lib.3 decalog. cap. secund. dub. 5. num secund.* Azorius, *part p. lib.7. cap. 15 quæst.1.* Bonacina, *de leg. disp vltim. quæst. p. pun.5. num secund.* Pasqualigus, *de Ieiun. decis.34. num.1.* Rosella, *v. Ieiunium num.8.* Maior, *in 4. disp.15. quæst.5.* Paludanus, *in 4. quæst.3. artic.3.* Siluester, *v. Ieiunium quæst. secund.* & alii communiter.

33 Et non solum obligatio ieiunii potest per consuetudinem induci, sed etiam abrogari: vt patet, *ex capit. cum tanto de consuetud.* Tum etiam, quia aliqua ieiunia de facto fuerunt abrogata, vt ieiunium Rogationis: *vt in dub. secund. num.14.* Et ieiunium Aduentus, & quartæ, & sextæ feriæ: *vt in num.17. & 19.* diximus. Etiamsi consuetudo fuisset introducta ab hominibus gulosis, contra Ecclesiasticam regulam. Ratio est: quia quamuis consuetudo, ad inducendam obligationem, rationabilis, & iusta esse debet, sicut, & lex, cui æquiparatur: tamen ad tollendam prioris legis obligationem, non est opus, vt sit rationabilis: sed satis est, si per tantum tempus inducta, & obseruata sit, vt peruenerit ad notitiam Superiorum, qui eam sciẽtes, non contradicunt: etiamsi comodè vellent, contradicere possent, & præuaricatores punire. Et quamuis, *in capit. cum tanto habitis*, consuetudinem iuri positiuo non debere præiudicium generare, nisi sit rationabilis, & legitimè præscripta: tamen id esse intelligendum de consuetudine inducta, & seruata, nesciẽte eo superiore, cuius est legem condere, & renouare; ea enim, vt vincat legem contrariam, debet esse iusta, & rationabilis, ac preceptiua per longum tempus, quale est saltem decem annorum. Secùs autem dicendum est de consuetudine introducta, & seruata, & superiore sciente, & consentiente: quia tunc cessat obligatio legis, quando bis, aut ter actũ est contra legem: quia quod fit bis, vel ter, dicitur fieri frequenter. Ita habetur, *in capit. ita nos 25. quæst.* & Baldus, *in leg. pupillo §. si quis ipsi, num.u. ff. de opereris noui nunt.* Et in propriis terminis docent Medina, *C. de Ieiun. quæst.4. maior, in 4. dist 15. quæst.5.* vbi Paludanus, *quæst.4. articul.3.* Siluester, *v. Ieiun. quæst. secund.* vbi Rosella, *nu.8.* Angles, *in florib. quæst.5. de Ieiun. diff.1.* Azorius, *part.1 lib.7 capit.19. quæst.p.* Lesius, *lib. 4. capit. secund. dub.9.* Molfesius, *tom. p. sum. tract.10. capit.3. num.48.* Trullench. *lib.3. decalog. capit secund. dub.5. num.p.* Pasqualigus, *de Ieiun. decis.25. num.pr.* Reginaldus, *lib.4. num.133.* Bonacina, *de leg. disp. vlt. quæst. p. pun.5. nu.2.* & alii.

Dubi-

Dubitatur Primò: An consuetudo Laicorum, vel Populi, obliget Religiosos circa obseruantiam ieiunij?

34 NEgatiuè respondeo. Ratio est: quia consuetudo non potest obligare, nisi communitatem, in qua introducitur. Quia obligatio non aliundè prouenit, nisi ex animo se obligandi: consuetudo autem inducta à Secularibus, cum animo se obligandi, non prouenit à Religiosis: quia Religiosi non communicant cum secularibus: vndè dicuntur mortui mundo, & proinde non faciunt cũ ipsis sæcularibus vnam aliquã communitatem. Tum quia, sicut Laici non tenentur ieiuniis, apud Religiosos per consuetudinem inductis: ita neque Religiosi tenentur ad ieiunia, consuetudine Laicorum recepta. Ita Medina, *C. de Ieiun. quæst. 10. initio.* Paludanus, *in 4. dist. 15. quæst. 4. artic. 3.* Siluester, *v. Ieiunium quæst. secund. num. 7.* vbi Rosella, *num. 16.* Azorius, *part. p. lib. 7. capit. 19. quæst. secund.* D. Antoninus, *secund. part. titul. 6. capit. secund. §. 6.* Angles, *in floribus quæst. 4. de Ieiun. diff. secund.* Ledesma, *secund. par. 4. quæst. 17. articul. 3.* Reginaldus, *tom. p. lib. 4. num. 135.* Sanchez, *lib. 5. Consil. capit. p. dub. 3. num. p.* Bonacina, *de leg. disp. vltim. quæst. p. pun. 6. num. 5.* Rodoriquez, *part. 4. capit. 110. num. 4.* Basseus, *sect. 4. de Iubileo cas. 18. num. 32.* Trullench. *lib. 3. Decalog. capit. secund. dub. 5. num. secund. & dub. 6. num. 7.* Pasqualigus, *de Ieiun. decis. 185. nu. pr.* Rondonus, *in Resol. varijs. resol. 18. nu. 5.* Hieronymus Rodoriquez, *in comp. Regul. quæst. resolut. 75. num. 18.* Lezana, *v. Ieiunium num. 7.* Vilalobos, *to. p. sum. tract. 23. diffic. 5. num. 5.* Fagundez, *præcept. 4. Eccles. lib. p. capit. 7. num. secund. & 3.* & alii.

35 Et ita dicendum est de Clericis sæcularibus. Ratio est: quia Clerici sæculares non tenentur ad ieiunia, ad quæ Laici ex consuetudine obligantur: quia, cùm sint in diuerso ordine, non constituunt vnam cum Laicis eâdem communitatem, sed habent viuere secundum diuersas leges: & cum non subdantur potestati Laicali, nec etiam subdi possunt consuetudinibus propriis ipsorum. Ita supra citati Doctores.

Dubitatur Secundò: An si consuetudo loci est vniuersalis, obligentur Religiosi ad ieiunia loci?

36 AFfirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia consuetudo generalis omnes generaliter obligat, etiam & Religiosos. Tum quia Religiosi tenentur festis, quæ communi vsu coluntur in Oppido, in quo positum est Monasterium: ergo tenentur etiam ieiuniis Oppidi. Ita Bonacina, *de leg. disp. vltim. quæst. p pun. 6. num. 5.* Reginaldus, *to. p. lib. 4. num. 135.* Azorius, *part p. lib. 7. capit. 19. quæst secund.* Hieronymus Rodoriquez, *in comp. qq. regul. resol. 75. num. 18.* Fagundez, *præcep. 4. Eccles. lib. p. cap. 7. num. 7.* Vilalobos, *part. p. tract. 23. diff. 5. num. 6.* Portella, *in dub. regul. v. festus dies, in addit. num. 4.* Diana, *part p. tract. 6. resolut. 36. in fine.* Ghilinus, *v. Ieiunium num. 25.* Emanuel Rodoriquez, *p. 4. sum. capit. 110. num. 4.* Peirinus, *quæst p. de Prælat. Regul. capit. 8. num. 22.* Nouarius, *in lucerna Regul. v. ieiunium num secũd. & 3.* Trullench. *lib. 3. Decalog. capit. secũd. dub. p. num. secund & dub. 6. num. 7.* Lezana, *tom. p. qq. Regul. capit. 11. num. 13. & v. Ieiunium num. 7.* Tamborinus, *tom. secund. de iur. Abbat. disp. 11. quæst. 3. num. pr. in vltima edit.* Bossius, *quæst. p. de Prælat. Relig. 8. num. 22.* & alii.

37 Secunda opinio negat. Cuius ratio est: quia consuetudo non est maioris efficaciæ, quam sit lex Concilii, & Synodi ordinariorum: vndè si talis lex Concilii, & Synodi (secundum Doctores primę sententię) non obligant Religiosos; nec etiam obligant consuetudines vniuersales loci. Et non est eadem ratio de festis: nam Regulares tenentur seruare festa: non quia obligentur à consuetudine, sed quia Concilium Trident. præcipit *in sess. 25. cap. 12. de reform.* quod festa, ab Episcopo indicta, seruentur etiam à Religiosis: & quia, quæ obligãt ex consuetudine, obligant cum consensu Episcopi: ideò ad hæc quoque non tenentur Regulares. Ita Bordonus, *in suis concil. Regul resolut. 18. num. 5.* Pasqualigus, *de Ieiun. decisin. centes. octuages. sext. nume. secund.*

Dubitatur Tertiò: An Religiosi teneantur ad ieiunia loci, quę ex voto obligant communitati?

38 PRima opinio affirmat. Cuius ratio est: quia tale votum est emissum pro communi vtilitate omnium: sed cum Religiosi participant de hac vtilitate, & de bonis populi, debent etiam cum populis ieiunare. Tum quia, vt ait Sanch. quod tale votum habet consensum Episcopi: vndè cum Religiosi teneantur seruare leges Episcopi Synodales, tenẽtur etiam seruare hoc votum. Ita *Sanchez, lib. 4. sum. capit. 15. num. 21.* Lezana, *part. p. qq. Regul. capit. vndec. num. 13. & v. Ieiunium num. 7.* Portella, *in dub. regul. v. die festi num. 4.* & alii.

39 Secunda opinio negat. Cuius ratio est; quia votum communitatis nõ obligat, nisi quatenus aliorum voluntates sunt quodam modo in voluntatibus vouentium: aut ex vi eiusdem pacti, cuius obligatio transit ad successores: aut quia omnes de populo, etiam successores, consentiunt in illud votum, & illud acceptando, faciunt suum: aut quia inducatur consuetudo: aut tandem quia auctoritate Rectorum Communitatis, & Episcopi acquirit vim præcepti, & legis, quæ omnes obliget, etiam successores: quod sanè probabiliùs est, & traditur præsertim à Suarez, *tom. secund. de Relig. tract. 6. de voto, lib. 4. capit. 9. num. 10.* Quomodocumque autem res se habeat, nullo pacto obligatio voti communitatis transit ad Religiosos: nam cum sit distincta communitas, tam à cõmunitate Laicorum, quam Clericorum, non possunt voluntates ipsorum esse vllo pacto in voluntatibus vouẽtium: nec similiter possunt teneri ad pactũ, quod circa hoc faciant, sicut nec etiam tenẽtur ad alia pacta communitatis: Nec etiam consentiunt in votum accipiendo, quia cum non subijciantur Rectoribus communitatis, & Episcopo, non sufficit ad acceptationem tacita approbatio; sed necessarius esset particularis actus expressus de tali acceptatione, etiã si emissus fuisset pro vtilitate Religionis: quia non obligat, nisi emittentem. Vndè si ego voueam pro salute amici, non tenetur ille amicus ad tale votum, sed ego. Ita erit in casu nostro. Ita Pasqualigus, *de Ieiun. decis. 191 num. secund.* Bordonus, *tom. p. resol. 18. num. 5. & probabilem*, vocat Pillizzarius, *in manual. Regular. tom. pr. tract. 5. capit. 5. quęst. 21. num. 52.*

40 Neque Regulares, vocati ad vouendum, teneantur concurrere, quando cõmunitas admittit votum: quia nemo potest obligari ad vouendum, cum votum importet obligationem animo voluntariam. Nec si posset obligari, possent Regulares in tali casu obligari; cum obligatio proueniri non possit, nisi tantum a superiore; & ipsi, nec communitati, nec Ordinario subiiciuntur. Ita Pasqualigus *de Ieiun. decis. 192. num. 3.*

Dubitatur Quartò: An Moniales teneantur ad ieiunia loci, quę ex consuetudine obligant, quando consuetudo est vniuersalis?

41 NEgatiuè respondetur, quando Moniales non concurrunt ad talem consuetudinem. Ratio est: quia communitas non habet vim obligandi ipsas, quia proueniat ab ipsis, qui supra Moniales non habent potestatem legislatiuam, &c. proindè, nec possunt tribuere consuetudini vim legis in ordine ad ipsas: sunt enim separatæ a cęteris, & constituunt specialem communitatem, quę viuit secundum speciales regulas, & leges: & ideò, non communicant cum cęteris legibus. Ita Pasqualigus, *de Ieiunio decis. 187. num. 2.*

42 Etiamsi Moniales concurrant ad cõsuetudinem, ait Pasqualigus, *nu. 4.* Quia cum Moniales sint quædam communitas imperfecta, quæ non habet facultatem condendi leges; nec etiam possunt dare vim legis consuetudini: ergo, quãuis consuetudo durat apud ipsas, numquam acquiret vim legis: quia solum acquirit, quando inducitur, cum animo se obligandi ab habente potestatem cõdendi legem. Et quamuis Episcopus cõcurrat ad talem consuetudinem in generali, ad quam concurrunt etiam ipsęmet Moniales; non tamen tenentur ad tale ieiunium: quia talis consensus in vniuersali, nihil operatur pro Monialibus: nam cum ipsę sint communitas distincta à cęteris, & viuant secundum speciales leges, debet Episcopus ipsis assistere in ordine ad speciale regimen, iuxta exigentiam Regulæ ipsarum: & ideò quæ facit in ordine ad Diœcesim, secundùm vniuersalem directionem, nõ

se

se extendunt ad Moniales, quę non subduntur ipsi, in ordine ad talem directionem, sed in ordine ad specialem. Vndè ex eo, quod consentiat in consuetudinem generalem Diœcesis; talis consensus, quia procedit ex generali directione, non autem ex speciali, secundum quam præest Monialibus, non dat consuetudinem in ordine ad ipsas.

43 Neque Moniales tenentur ad ieiunia loci, quæ sunt ex voto, quando non cōsentiunt specialiter in tali voto: quia voluntas ipsorum non est in voluntate communitatis vouentis: nec subduntur communitati, à qua possint obligari: sed sunt distincta communitas, viuens secundum suas speciales leges, seorsim à communitate loci: & ideò, sicut non communicant in cæteris, nec etiam communicabunt in obligatione voti. Si tamen Moniales consentiunt specialiter in tali voto, cum consensu Episcopi, tenentur ad votum: non solum emittentes, sed etiam successores: quia esset eadem ratio de ipsis, ac de communitate Ità Pasqualigus, *de Ieiun. decis.* 193.

An qui frangit ieiunium, comedendo carnes, teneatur hanc circumstantiam in confessione aperire? Dub. 4.

44 GRanad. *in 3. part conf. 7. tract. 9. disp 9. num.* 22. & Taxada, *lib.* 2. *tract.* 3. *controu.* 25. putant, hanc esse circumstantiam agrauantem, in confessione aperiendam: & ideò necessario (secundum hanc opinionem) in confessione fateri, scilicèt: Fregi ieiunium, comedendo carnes.

45 Alii verò, qui probabiliter dicunt, circumstantias agrauantes non esse in cōfessione aperiendas, dicunt, in tali casu sufficere, quod pœnitens dicat: bis, vel ter, aut totiès fregi ieiunium. Quorum ratio est: quia frangere ieiunium, comedendo carnes, eiusdem speciei est, cū alia fractione ieiunii, nimirum, comedendo in eadem die sępiùs cibaria non prohibita: etiam opponuntur, & contrariantur eidem virtuti, nempè temperantiæ; & ita est de essentia ieiunii abstinentia ab esu carnium, sicut vnica comestio, vndè pari passu procedunt quò ad ieiunii rationem. Ita Leandrus, *de Sacram to. p tract.* 5. *disp.* 8. *quæst.* 11. qui ait: Qui frangit ieiunium, comedendo carnes, non duo, sed vnum committit peccatum: ergo, per se loquendo, non erit necessarium explicare circumstantiam modi, quo ieiunium violatum est; cum sit tantum agrauans.

46 Iacobus verò Mercantius, *de Sacram. qq. pastoral. tract.* 5. *capit.* 3. *dub secund.* contrarium docet, quam sententiam Diana, *in part.* 5. *tract.* 14. *resolut.* 56. non audit determinare, sed solum dicit: Tu cogita: vide illum.

Dubitatur: An totiès peccet, quotiès carnes comedit, quando prohibentur ex præcepto?

47 COmmuniter affirmant. Quorum ratio est: quia hæc est mens Ecclesiæ, in die ieiunii absolutè interdicere carnes, vt sensus prohibitionis sit: nè carnes comedatur, idest, numquam in die ieiunii comedantur: cuiusmodi negatio distributionem tribuit prædicato more aliarum negatiuarum propositionum, seù præceptorum. Vndè hæc est differentia inter pręceptum negatiuum de non comedendis cibis vetitis in die ieiunii, & præceptum affirmatiuum de vnica refectione sumenda, quod comedens cibos vetitos in die ieiunii, totiès peccat mortaliter, quotiès cibos vetitos sumit: modò inter vnam, & alteram comestionem moralis distantia interponatur, ita vt comestiones numero distinctæ moraliter videantur. At verò præceptum affirmatiuum non obligat semper ad semper: vnde sumpta secunda refectione, non potest ampliùs seruare pręceptum affirmatiuum, de vnica comestione seruanda: vt diximus, *in dub.* 1. *n.* 5. & docent Durandus, *in* 4 *dist.* 15. *quæst* 11. Paludanus, *ibi quæst* 4. *artic.* 5. Gabriel, *dist* 16. *quęst.* 3 *art* 3. *dub.* 5. Couarruu. *lib.* 4. *varar. Resolut. cap.* 20. *num* 13. Angelus, *v. Ieiunium quęst* 22. vbi Siluester, *quęst.* 8. Rosella, *num.* 4. Tabiena, *quęst.* 9. Armilla, *nu.* 14. Emanuel Sà, *num.* 13. Medina, C. *de Ieiunio, quęst.* 5. Caietanus, 2. 2. *quęst.* 146 *num.* 8 Molanus, *in Theolog pract. tract.* 3 *capit.* 11. *quęst.* 5. Toletus, *lib.* 6. *cap.* 4 *num.* 5. Siluius, 2. 2. *quęst* 147. *articul* 3. *quęst.* 3. Nauarr. *in Manual. cap.* 21. *num.* 16. & 25 Vilalobos, *tom.* 1. *sum. tract* 23. *diff.* 6. *nu.* 5. Ledesma. 2. *part* 4. *quęst.* 17. *articul.* 5. *versic. ad quintum concessa.* Valentia, *to.* 3. *disp.* 9. *quęst.* 2. *pun.* 3. Fagundez, *lib.* 1. *de* 4. *pręcep. Eccles. cap.* 4. *num.* 6. Suarez, to. 2.

to.2 de Relig.lib.4.cap.7.num.2. Vega to. 1 sum.cap.14.cas 9. Salas, disp.14.sect 5. num.67. Fernandez,part 2 cap.8.§.1.nu. 10 Henriquez,lib.7.cap.13.litter.S.Io.del Cruz,par.1. direct.conscient.præcep.3.artic.4.dub 8.concl..1.Lessius,lib.4 cap.2.dub. 3.num.15. Reginaldus, to.1. lib.4 capit. 14.num 179. Rodoriquez, par 1 sum.ca. 13.num.1.Tannerus, 2 2. disp 4 quæst.3. dub.5.num 93. Pasqualigus,de Ieiun,decis.64.Filliucius, tract 27 part 2. capit.1 num.13. Layman, in Theolog.moral.lib.4 tract 8.cap.1.num.13. Diana, part.1.tract. 9.resol.45 Bonacina,de leg.disp vlt.quæst 1.pun.3.num 7 Medina, lib.1 sum.cap.14 §.10. Azorius, part.1.lib.7.cap.5.quæst.2 Angles, in floríb.quæst.9 deieiun.artic. 2.diff.4.dub.4. Trullench. lib. 3. Decalog. cap.2 dub.3.num.4 & 5. Bosseus, in floribus Theolog. moral.v. Ieiunium num. 20. & alij.

An qui frangit ieiunium, duplici titulo obligatus, duo peccata committat? Dub 5.

48 Affirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia violat duplex præceptum. Ita Rodoriquez,pa. 1.sum.cap.23.num.4. Coninch de Sacra. disput.7 dub.6.num.47 Nauarr. in Manual.cap.21.num.4. Lopez,part.1.cap.39. § 3.& alij.

49 Secunda opinio negat. Nam quotiès quis peccat contra duo præcepta eiusdem speciei,quando circa eamdem numero materiam versantur,vnum peccatum committit: vt est in casu nostro.V.G. præceptum ieiunij,ratione vigiliæ,incidentis in Quatuor anni temporibus, aut Quadragesima: tunc vnica est malitia, præceptum illud transgrediendi. Ratio est: quia peccata non multiplicantur numero, ex diuersitate præceptorum, quando illa præcepta pertineāt ad vnam virtutem, vt suppono, esse in casu nostro. Tum quia, sicut qui non audit Missam die dominico, incidente in festo S Andreæ, vel Iacobi, &c. vnum peccatum committit:ita qui violat duo præcepta, ab Ecclesia indicta v.g. vigiliā S. Matthię, & Quadragesimam. Ita Molfes, tom.1 sum.tract.10.cap 5.numer.28. Azorius,part 1.lib 4. cap.2.quæst.6. Herrera, in 2 sent disp.31.quæst.7. Salas, 1. 2. quæst.72.tract.13.disp 3 sect.2.num.17. Zumel, 1-2.quæst.72.articul.6.dub.3. ad primum. Sayrus, in Clau.Reg.lib.2.cap.5. num.14. Vasquez,1.2.disp.58.cap.3.num. 8. Suarez, tom.4 in 3 part.disp.22 sect.4 num.22.Diana. part.1 tract.9.resolut.16. Fagundez, pręcep 4. Eccles.lib.1. cap, 10. num.7. Filliucius, to.2 tract.27 par.2.ca. 5.num 82. Ledesma, to 1 sum. tract.17. cap.2.conclus 6. Sanchez, lib 9, de Matr. disp. 5.num.6.Henriquez,lib.1.sum cap. 5.num.6. Trullench. lib.3.Decalog cap.2 dub.5. Pasqualigus, de Ieiun decis.359. num.3. & alii.

50 Neque talis transgressio præceptorū erit in confessione aperienda. Ratio est: quia non agrauatur peccatum, nisi in ordine ad honestatem debitam, quam destruit: quia grauitas peccati consurgit in ordine ad bonum, quo priuat, & in ordine ad Deum offensum, mediante obiecto, in quo offenditur. In casu autem nostro violatio ieiunii non priuat maiori bono, quam si adesset vnicū tantum præceptum: & siue adsit duplex præceptum, siue vnum, est idem omninò obiectum, in quo Deus offenditur: nam non plùs intenditur boni ab Ecclesia per duplex præceptum, quàm intenditur per vnum: si quidem per vtrūque præceptum intenditur vnum,& idē ieiunium, atque adeò vnum, & idem bonum, in quo Deus offenditur per subtractionem illius, & ordinis ad vltimum finem,in ipso fundati, & præcipitur ex eodem motiuo virtutis: & ideò non intenditur aliqua ratio honestatis ex eo, quod superadditur nouum præceptum. Ita Sanchez, lib.2. de Matrim. disp.15.num.6.Ledesma, 2.part. sum.tr. 27.cap.2 dub.2.post 6 concl.Emanuel Sa, v.Confess. num.29. Diana, tract.9. resol. 16. Trullench. lib.3.Decalog.cap.2.dub.5. num 5: Pasqualigus, de Ieiun.decis.360. num.2. Vasquez,1.2.tom.2.disp.96 num. 10. Tancredus, lib.9.de Matrim.disp.15 num.6. & alii.

Quid dicendum de Fratribus nostræ Religionis, An duo peccata committant, si non ieiunent in sexta feria, incidente cum vigilia, quatuor temporibus, &c?

Nota,quod Doctores primę, & secūdæ opinionis dicunt,quatenùs feria sexta, & Aduentus est præceptum Regulæ: vt etiam est communiter ab omnibus receptum, & obseruatum, vt ex verbis Regu-

Regulæ putet: *Ieiunent à festo omnium Sanctorum, vsquè ad Natiuitatem Domini. In alijs autem temporibus non teneantur, nisi sexta feria ieiunare.* Nihilominus inuenio declarationem Clementis VIII. (vt refert P. Ioannes à Neapoli, *de Pontif. constitut. de Nouitijs, & Nouitiatis fol. 339.*) non obligare in conscientia sub peccato, sed tãtum sub pœna externa.

Frater Franciscus à Sosa totius Ordinis Seraphici Patris nostri Francisci Generalis minister, & Seruus. Omnibus, & singulis præsẽtes litteras inspecturis, lecturis, vel audituris fidem facimus indubitanter, ac in verbo veritatis attestamur: qualiter secunda die mensis Iunii 1603. Sanctissimo Domino nostro Clemente PP. VIII. aliqua præcepta Regulæ nostræ proposuimus, quæ Apostolica indigebant declaratione, quatenùs Fratres à multis conscientię stimulis, liberè, alacriùs debitũ possent Deo præstare famulatum, quamuis prædictus Dom. nost. videlicèt benignè annuerit præcibus nostris, nec tamen deinceps aliqua relinqueretur dubitandi ratio circa petitiones Pontificis, quam concessionem ad suæ Beatitudinis pedes redire constituimus die vigesima secunda eiusdem mensis, à quo præsentem obtinuimus facultatem.

Beatissime Pater. In Regula Fratrum Minorum, per Antecessores Sanctitatis Vestræ latiùs declarata, cõtinentur tria essentialia vota, omnibus Regularibus communia. Item & præcepta quædam, quæ ipsa tria vota concernunt, & interpretantur, scilicèt, quod Fratres obediant Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & suis Ministris. Quod vnum teneantur habere Generalem Ministrum. Quod viuant in paupertate in communi, & in particulari. Quod non recipiant denarios, vel pecuniam. Quod Fratres nihil sibi appropient. Quod non habeant suspecta consortia. Quod non ingrediantur monasteria Monacharum. Item alia sunt præcepta, quæ Superiores specialiter concernunt, quæ sunt. Quod nullus recipiatur in Ordine, sinè licentia, & examine. Quod non se intrômittant Ministri in rebus temporalibus Nouitiorum. Quod habeant charitatem circa infirmos, & cœteros induendos. Quod Ministri insimul teneantur conuenire ad Capitulum Generale. Quod Ministri petant à D. Papa Protectorem. Item sunt alia in Regula præcepta, quę omnes concernunt, & ponuntur in Regula uerbis absolutis; & vim præcepti habentibus terminos, & sunt. Quod Fratres vestimentis vilibus induantur. Quod Fratres faciant ieiunium Quadragesimale. Quod, & Laici dicant, Pater noster. Quod Fratres faciant Officium, secundum ordinem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Quod seruiant infirmis. Quod in casibus reseruatis recurrant ad suos Ministros. Quod non prædicent in Episcopatu, Episcopo contradicente. Quod non prædicent, nisi fuerint examinati. Et quod non sint Compatres. Item sunt alia, quæ ponuntur in Regula, verbis non absolutis, sed conditionalibus, æquipollentibus tamen; & sunt quatuor. Primum spectat ad numerum vestium. Secuncundum, ad calciamenta. Tertium, ad equitandum. Quartum, ad ieiunium in Aduentu, & sexta feria. Hæc quatuor non absolutè, sed conditionaliter ponuntur.

Primum: quod duas tantum tunicas concedit, explicatur his verbis: Secundum loca, & tempora, & frigidas regiones.

Secundum: Calciamenta prohibet his verbis. Qui necessitate coguntur, possint portare calciamenta.

Tertium: Prohibet equitandum, nisi manifesta necessitate, vel infirmitate cogantur.

Quartum verò de ieiunio modificatur his verbis: Tempore verò manifestæ necessitatis non teneantur Fratres ieiunio corporali. Et circa hæc, quæ ponuntur sub conditione in Regula, Summi Pontifices, qui eam interpretantur, decernunt, standum esse in iudicio Superiorum.

Iulius verò II. addit, quod Guardiani, & Prælati possint cum debilibus, hęc, quæ non sunt contra regulam, etiam non sint actu necessitatis, dispensare. Et exemplum ponit in calciamentis, in vestimentis, in equitando, & in ieiunio. Et asserit, hæc non esse contra Regulam, vel (vt alii explicant) quia non sunt essentialia vota: vel (vt alii dicunt) quia Pontifex iudicauit, non esse præcepta, aliter sentiendo, quàm Nicolaus III. & Clemens V. quod non est credendum: & meliùs, quia non præcipiuntur

tur absolutè, sed sub conditione. His positis.

Beatitudinem vestram humiliter precor, vt, quę Iulius II. concessit, pro maiori quiete Fratrum confirmet, ampliet, & declaret, liberando Fratres à pœna peccati in quatuor vltimis, quæ sub conditione ponuntur in Regula.

Concessio, & Declaratio.

SAnctissimus verò Dominus, his omnibus lectis, & examinatis, concessit, & declarauit, quod in quatuor vltimis, nempè, in numero vestium, in calciamentis, in equitando, & in ieiunio non Ecclesię, sed Regulę tantum non obligentur Fratres ad peccatum, nisi adsit scandalum, aut contemptus, ea lege, quod vestibus vilibus induantur, & quod tempore ieiunii cibis quadragesimalibus vtantur iuxta morem patrię, & Ecclesiis in ieiuniis obseruatum, & hoc in foro conscientię tantum: in exteriori verò, pœnis in ordine constitis, ac prefinitis contra transgressores regulę, & prçsertim in his casibus subiaceant.

Et vt his integra exhibeatur fides, sigillo nostri officii munimus, & propria manu subscribimus. Datum Romę in nostro Conuentu Aracęlitano 29. die mensis Iunii Virginei partus 1603.

Loco † sigilii.

Frater Franciscus à Sosa Minister Gener.

51 PRima opinio ait: Religiosus, transgrediens prçceptum Dei, vel Ecclesię, quod pręcipitur sub peccato mortali in sua Religione, non propterea licèt inferri peccasse dupplici peccato, aut vno, habente circumstantiam alterius peccati. Adde quod Regula potest pręcipere talia ieiunia, immò pręcipit propter idem motiuum, propter quod pręcipit Ecclesia: ergo cum ibi non sit duplex motiuum, non erit nisi vnum peccatum, & idem est in aliis: nam Religio cum pręcipit ieiunium suis Religiosis, nihil aliud intendit, quam virtutem temperantiæ, quod idem vult Ecclesia: ac proindè cum Religiosus nō ieiunet contra præceptum suæ Regulæ, non committit nisi vnum peccatum, ac si tale ieiunium semel tantum esset prçceptum. Vndè, secundum hanc opinionem, Fratres Minores si non ieiunent feria sexta, quando incidit in vigiliam, vnum peccatum committunt. Ita Caietanus, 2.2. *quæst.* 186. *articul.* 4. *paragr. dicitur ad hoc*. Bordonus, *in suis concil. Regul. resolut.* 18. *numer.* 13. & Petrus Corneius, *in* 2.2. *D. Thomæ, tractat.* 7. *quæstion.* 71. *disput.* 5 *dub.* 8. *num.* 10.

52 Secunda opinio ait: Fratres Minores, qui non ieiunent in sexta feria, quando in eodem die incidit ieiunium, indictum ab Ecclesia, dupliciter peccare, non solùm numero, sed etiam specie: quia frangit duplex præceptum virtutis, Alterum temperantiæ, ad quod spectat Ecclesiasticum ieiunium: Alterum verò Religionis, quia ex voto tenetur regulam obseruare. Quod si minimè vouissent, sed Regula tantum, vt lex, obligaret, vnum tantum numero peccatum esset, sicut quando est contra duplex præceptum ieiunii. Ita Vasquez, 1.2. *qu.* 72. *articul* 6 *disput.* 98. *num.* 9. Sanchez, *lib.* 9. *de Matrimon. disput.* 15. *num.* 6 Merolla, *tom* 1. *disp secund. capit* 7 *numer.* 126. Fagundez, *lib. secund de Precept* 1. *Ecclesi. capit.* 4. *num* 9 Diana, *part* 1. *trac.* 9. *resolut.* 16. *versicul Quęres an saltem in fine*. Bonacina, *d leg. disp. secund. quæst.* 4. *pun.* 2. *num.* 7 Trullench. *lib.* 3. *Decalog. capit. secund dub.* 5. *numer* 5 *in fine*. Pasqualigus, *de Ieiunio decision.* 160 *num* 7 Idem Diana, *part* 4 *tract.* 4 *resolut.* 83. *in fine*. Hieronymus Rodoriquez, *in comp. qq. regul. resol* 75. *num.* 9. & alii.

53 Non tamen duo peccata committunt Fratres Minores, si feria sexta, Aduentus, vel Quadragesimæ non ieiunent, sed vnum tantum peccatum: quia vnicum tātum transgrediūtur præceptum: nam extrà id tempus, tantum tenentur sexta feria ieiunare ait Hieronymus Rodoriq. *in cōp. qq. regul. Resol* 75. *n.* 9 & alii

54 Ex his deducitur Primò: quando obligatio ad ieiunandum est duplex, & diuersæ rationis, erit duplex peccatum. Ratio est: quia cum obligatio sit diuersæ rationis, habet pro motiuo diuersam virtutem, & ideò eodem actu multiplex virtus violatur. Vndè, qui habet votum ieiunandi in Sabato, si in eo die inciderit vigilia alicuius Sancti, peccaret dupliciter, si non ieiunet. Ita Doctores, *num.* 42. *citati*

55 Secundo: Habentem votum ieiunandi in Sabato, & vigilia Sancti Francisci; si hæc

hęc concurrat cum Sabato, duplex peccatum, numero distinctum, committeret, non ieiunando; quia votum obligat instar præcepti Ecclesiastici; vt ait Merolla, *tom.1.disp.2.cap.7.num.*130.

56 Dicendum est tamen: *Si* quis vouerit ieiunare in qualibet sexta feria, & iterum vouerit ieiunare in vigilia Sancti Francisci; si contingat, eam vigiliam incidere in sextam feriam, vnum tantũ peccatum numero committeret, non ieiunando: quia ratio, alligata *in lib.*2. *tract.*5.*cap.*5. *dub.*9. *num* 47. militat in hoc casu: quia votum est quædam veluti lex priuata, quam homo spontè sibi imponit. Ita Doctores, *in dict.num.*47. allegati.

57 Tertiò: Si quis pluriès vouisset certa quadam die ieiunare, vnum peccatum committeret, si non ieiunet: quia tunc est idem obiectum voti, cum eisdem omnino circumstantiis, & consequenter vnum numero peccatum fractionis ieiunii. Ita Sanchez, *li.*7.*de Matrim.disp.*27.*num.*25. Ouaudus, *in* 4 *dist.*15.*quæs. vnica, post.*9.*propos.concl secund.* Rodoriquez, *part.*1.*sum.secund.edit.cap.*23.*n.*4.*& conclus.secund.in fine, & par.secund. capit.*94.*nu.*9. Merolla, *to.*1, *disp secund. cap.*7.*num.*130. Medina, 1. 2. *quæst.*72. *artic.*6 *conclus.secund.& lib.*1.*sum.cap* 9 *paulo ante* §.1. & alii.

58 Limitant hanc sententiam aliqui: quos tacito nomine refert Sanchez, *lib.prim sum.capit.*14. *numer.*10. nisi repetens votum, nouam sibi obligationẽ imponere intendat: tunc enim volunt, plura numero peccata contra votum eum committere.

59 Sed hanc limitationem reprobant Sanchez, & Merolla locis citatis. Quorum ratio est: quia si posset, repetendo votum, nouam obligationem sibi imponere; etiam posset vna vice vouendo, mille sibi obligationes imponere. At non potest vna vice, eo quod voluntas ipsius vouentis non satis est ad sumendas pro libito obligationes, quando materia, circa quam versatur, est vnica, & sub vnica ratione, & ex motiuo vnius virtutis.

(: † :)

Quot peccata mentalia committit, qui statuit totam Quadragesimam non ieiunare? Dub.6.

60 PRima opinio ait: Qui statuit totam Quadragesimam non ieiunare, tot peccata eum committere, quot sunt dies Quadragesimæ, in quibus ieiunatur. Cuius ratio est: quia possunt multiplicari peccata numero, ex diuersitate numerica obiecti, seù materiæ, circa quam versantur, etiam si vnus sit actus internus voluntatis, vt est in casu nostro. Ita Merolla, *tom.*1.*disp.secund.cap.*7.*num.*106. Diana, *part.*3.*tract.*4.*resolut.*164. *versic. primò quod.* Fagundez, *præcep.*4. *Eccl.lib.*1.*capit.*4. *num* 8. Azorius, *part.*1 *lib.*7.*cap* 20.*quæst.*8. Trullench. *lib.*3.*Decalog.cap.*2.*dub.*5.*num.*7 & alii.

61 *Secunda* opinio ait: Esse tantum vnum peccatum, æquiualens quadraginta numero peccatis eiusdem rationis. Cuius ratio est: quia plura peccata non possunt distingui ratione actuũ, cum sit vnus, & eidem actus: nec ratione obiecti, nam obiectum se habet per modum vnius, nempè, tota Quadragesima, vt importat quamdam continuatam seriem ieiuniorum, quæ complectitur plures dies, & plura ieiunia, tamquam partes integrales. Non enim proponens ieiunare per totam quadragesimam, habet propositum, tendens ad violandum ieiunium huius, & alterius diei diuisim: sed omnia ieiunia collectiuè sumpta, per modum vnius integralis ieiunii quadragesimalis: Sic etiam, dum oculus videt plura obiecta, coalescentia aliquo modo in vnum, & aceruum lapidum, non habet plures visiones, sed vnicam tantum. *Ita*, præter Doctores citos, *in tract.*3.*cap.*3.*num.*75. docent Filliucius, *to.secund.tract.*27. *capit.secund. part.secund.num* 87 Bonacina, *de Pecc. disp secund.quæst.*4. *pun.secund. num.*1. *& disp.vlt.de Præcep.Eccles.quæst.*1.*pun.*3.*num.*11.*in fine.* Sanchez, *lib* 5.*Consil. capit.*1.*dub.*35.*num* 2. Pasqualigus, *de Ieiun.decis.*174.*num.*8. & alii.

62 Et quod diximus de violatione ieiunii dicendum est etiam de proposito mentis comedendi carnes, vel alios cibos prohibitos. Vndè propones per totam Quadragesimam comedere carnes committit vnum peccatum, æquiualens quadraginta numero peccatis eiusdem rationis. Totiès verò peccabit postea in

processu temporis, quotiès decerneret comedere. Immo quotiès actualiter comedet. Ita Filliucius, *num.* 68. Pasqualigus, *num.* 10. & alii.

Dubitatur: An magis peccet, qui in capite Quadragesimæ non vult vllum diem Quadragesimæ ieiunare: An is, qui per singulos dies non vult ieiunare?

63 Martinus de Magistris ait: Illam generalem voluntatem esse peiorē, quam omnes illas particulares.

64 Alii verò meliùs dicunt: Esse peiora illa particularia proposita, non ieiunandi singulis diebus Quadragesimæ. Quorum ratio est: quia licèt illud generale propositum sit grauius peccatum, quam quodlibet propositum particulare; non tamen continet formali modo omnes illas malitias, quas continent singula illa proposita particularia; sed ad summum remotè virtualiter, tamquam in aliqua radice, seù capite, à quo prouenire possunt. Vndè nec peccata capitalia sunt grauiora, quam peccata, quæ indè originari possunt. Ita Palatios, *in* 4. *dist.* 15. *disp* 8 *fol.* 138. Sanchez, *lib.* 5 *Consil cap.* 1. *dub.* 35 *num.* 2 Pasqualigus, *de Ieiun. decis* 375. *num.* 2. qui alias rationes adducit.

65 Ex his supradictis deducitur Primò: Si quis, initio Quadragesimæ, nihil determinet de ieiunio seruando, vel non seruando, & postea singulis, aut pluribus diebus decernat non ieiunare, tot peccata committit, quot sunt dies. Ratio est: quia violatio vnius ieiunii est peccatum mortale: & proindè violatio plurimorum ieiuniorum erunt plura peccata, cum perueniant ex diuersis actibus voluntatis, qui nec inuicem sunt connexi, nec vnus prouenit ab alio, & singuli feruntur in singulas obligationes, ligantes sub mortali, & affixas singulis diebus. Ita Pasqualigus, *de Ieiun. decis.* 374. *num* 1. Ledesma, 2. *par.* 4. *quæs.* 17 *artic.* 5. *versic. Propterea dubitatur.*

66 Secundò: Qui initio Quadragesimæ proposuit, numquam ieiunare, & postea singulis diebus habet particulare propositum non ieiunandi illa die; præter primum propositum, committit singulis diebus noua peccata. Ita Siluester, *v. Ieiunium quæst.* 8. *in fine.* Tabiena *ibi quæst.* 9. Caietanus, *v. Ieiunium in fine.* Ledesma, 2. *part* 4. *quæst.* 17 *artic.* 5 *vers. secundo modo* Medina, *C. de Ieiunio qu.* 5. *dub. secund.* Pasqualigus, *de Ieiun. decis* 374. *num. secund* & alii. Si verò virtute prioris propositi (quod supra diximus, fuisse vnum peccatum mentale) omitteret ieiunium, tūc quotidiè committit nouum, & nouum peccatum actuale omissionis: quia quolibet die vrget obligatio ieiunii: atque adeò tot ieiuniorum, quot sunt dies: vnde quocūque die violet ieiunium, omittit soluere quod tenetur ex vi talis obligationis, atque adeò peccat peccato omissionis. Ita Filliucius, *tract.* 27. *part. secund. num.* 86. Siluester, *v. Ieiunium quæst.* 8. *in fine* vbi Caietanus, *in fine.* Pasqualigus, *de Ieiun. decis.* 374 *num.* 6. & alii.

An volens conducere operarios in die ieiunii, nisi cum pacto, quod non ieiunent, peccet mortaliter? Dub. 7.

67 Communiter Doctores docēt: Quoties opus exigit festinationem, potest Dominus conducere operarios in die ieiunii, cum pacto, quod non ieiunent. Peccaret tamen, quando artes non sunt ita laboriosæ, vt de se excusent à ieiunio: quia induceret in illè, ad frangendum ieiunium: nisi festinatio operis requireret talem assiduitatem, & continuationem laboris per plures horas supra consuetam, vt æquiualeat arti laboriosæ. Ita Sanchez, *lib.* 1. *Consil. cap.* 1. *dub* 9. *num. secund.*

68 Si verò absolutè loquamur: An scilicèt liceat conducere operarios, cum pacto quod non ieiunent? Negat *prima* opinio. Cuius ratio est: quia dat occasionem operariis, frangendi ieiunium. Ita D. Thomas, *in* 4. *dist.* 15 *quæst.* 3 *art* 1 *quæst.* 4. *ad* 3. vbi Durandus, *quæst.* 10. *num.* 6. Paludanus, *quæst* 4 *num.* 18. Gabriel, *dist.* 16. *quæst.* 3. *articul.* 1. *notab* 4. §. *secundo sequitur*, Riccardus, *dist.* 15. *art.* 3. *quæst.* 4. Caietanus, 2. 2 *quæst.* 147. *art.* 4. § *in eodem articulo*, Angles, *in florib. quæst.* 6 *de Ieiun. diff.* 10. *dub.* 2. Vega, *pa.* 1. *sum. cap* 14 *de Ieiun. cas.* 24. Trullenc. *lib.* 3. *Decalog. cap* 3. *dub* 7. *num.* 8. & alii.

69 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia operarii non tenentur ieiunare: ergo quamuis conductores prædicto pacto illis impediunt ieiunium, non impediunt impletionem præcepti. Tum quia,

quia, minus laborant non ieiunando, quam ieiunando: ergo nè damnum patiantur, licitè possunt apponere tale pactum. Ita Sanchez, *lib.1 Concil cap 1 dub. 8. num. secund.* Diana, *part. 1. tract. 9. reo resol. 13. & part. 4 tract. 4. resolut. 141.* Fernandez, *part. 1 capit. 8 §. 2. num. 5* Fagundez, *pracep. 4. Eccles. lib. 1. cap. 8. num. 163* Pasqualigus, *de Ieiun. decis. 324. num. 6.* & alii. Neque peccant venialiter illi, qui conducunt operarios, cum pacto, & conditione, vt eo die, quo suo labori incumbunt, non ieiunent. Ita supracitati Doctores.

70 Neque conducentes operarios, tenẽtur inquirere: An possint ieiunare, quãdo artes sunt laboriosę? quia hæ artes, ex natura sua, excusant à ieiunio, Ita Angles, *in floribus quest. 6. de Ieiun. diff. 10. dub. 4.* Pasqualigus, *decis. 321. numer. 1.* Immo potest quis conducere operarios, quos scit non ieiunaturos, etiam si constet, quod absque necessitate laborent: quia non pertinet ad conductores impedire, nè operarii violent ieiunia, sicut nec procurare, quod ea seruent, Ita Angles, *in florib. quast. 6. de Ieiun diffic. 10. dub. 3.* & Pasqualigus, *decis. 322. num. 2. & 3.*

An qui vouit ieiunare Feria sexta, vel Sabato, teneatur ad ieiunium, si in illis diebus incidat Natiuitas Domini? Dub. 8.

71 Affirmatiuè respondet prima opinio: nisi expresè illum diem exceperit. Cuius ratio est: quia verba huius voti sunt generalia pro qualibet sexta feria, vel sabato: & vouens, expresè voluit se obligare die Veneris, vel Sabati. Tum quia, *in cap final. de obseruãt. ieiun.* astricti voto, aut regulari obseruantia prohibentur carnes comedere die Sabati, & Veneris, in quem incidit dies Natalis Domini; quãuis esus carniũ aliis fidelibus eo die permittatur: ergo &c. Ita Cardinal. *in d. cap. final in fine*, vbi Panormitanus, *num. 3.* Paludanus, *in 4. dist. 38. quast. 3. artic. 4. num. 26.* Corduba, *in sum. quast. 169.* Philiarcus, *to. 1 de offic. Sacerd. part. secund. lib. 3. capit. 25.* Suarez, *to secund. de Relig. lib. 4. de voto cap. 20. num. 7.* Sanchez, *tom. 1. sum. lib. 4. capit. 11. num. 61.* Vasquez, *1. 2. disp 30 ca. 4. num. 26.* Llamas, *part. 3. method. capit. 5 §. 18.* Bonacina, *de leg. disp. 4 quast. secund. pun. 6. num. 9.* Vilalobos, *to. 1. sum. tract. 23 diffic. secund. num 6.* Armilla, *v. Ieiunium num. 5.* vbi Tabiena, *quest. 12.* Beia, *part. secund. cas. 6. vers. Veritas tamen.* Ortiz, *cap. 19. sum num. 21.* Saycus, *in Clau. Reg. lib 6. cap. 6. num. 11.* Portella, *in dub. regul. v. Ieiunium in addit. nu. 9.* Reginaldus, *lib. 18. cap. 20 numer. 190.* Lopez, *part. secund. cap. 112.* Medina, *par. 1. sum. cap. 14 § 10.* Emanuel Sa, *v. Ieiun. num. 6.* Emanuel Rodoriquez, *tom. 3. qq. regul. quest. 45. artic. 1. initio* Hieronym. Rodoriquez, *in comp. qq. regul. resol. 75. num. 14.* Bartolomeus, à S. Fausto, *to. 1. edit. vl. Neapol lib. 1 thesaur. Relig. quest. 149.* Bordonus, *in Consil. Regul Resol 18. num. 10.* Homobonus de Bonis. *pa. 1 in exam Eccles. tract. 5 cap. 9. quest. 60. in p. posit.* Mollesius, *part. 1 tract. 11. cap. 14. nu. 66.* Castrus Palaus, *to. 3. disp. 1. pun. 12. nu. 18.* & alii.

72 Secunda opinio negat: nisi vouens expresè vouerit in tali die ieiunare. Ratio est: quia quando non constat de expressa intentione vouentis, ieiunium, aut votum ipsius accipiendum est iuxta morem Ecclesiæ: sed mos Ecclesiæ est, vt non ieiunetur, & vt carnes comedantur in die Natiuitatis Domini, etiam si venerit in sexta feria, & sabato: ergo quando quis vouit feria sexta, & sabato ieiunare, & non constat, an habuerit intentionem se obligandi in die Natiuitatis Domini, potest carnes comedere, & non ieiunare. Ita Rodoriquez, *part 3. sum. cap. 25. num. 8* Fagundez, *pręcept 4. Eccles. lib. 1. cap. 6. num 31.* Io. Andr. *in cap. final num. 4. de obseru. ieiun.* vbi Antonius, *num. vlt.* Anchar. *ibidem.* Molina, *to secund. de Iust. disp. 272. num secund.* Azorius, *part. 1. lib. secund cap. 20. quest. 3.* Diana, *part. 1 tract. 9. resol. 22. & part 9 tract. 8. resol. 6. in fine.* Pasqualigus, *de Ieiun. decis. 226. num. secund.* Trullench. *to. 1. Decalog. lib secund cap secund. dub. 15. num. 19.* & alii. Et probabilem vocãt Bonacina, & Bartolomeus à S. Fausto locis citatis.

73 Vndè, si vouens in voto expresè inclusit Natalem Domini, tenetur ad ieiunium, & non potest edere carnes. Si verò vouens exclusit à voto feriam sextam, & sabatam, incidentem in Natale Domini; nõ solũ nõ tenetur ad ieiunium nec etiam abstinere à carnibus. Si tamen neque exclusit, neque inclusit in voto feriam sextam, & Sabatum, quando

do coincidit Natalis Domini, adhuc poterit vesci carnibus, iuxta consuetudinem vniuersalem: nec erit necesse, recurrere ad voluntatem interpretatiuã, & considerare, quid fecisset, si cogitasset? Ita Pasqualigus, *de Ieiun. decis. 226. à num. 3.* & alii.

Quid dicendum de Fratribus nostræ Religionis?

74 RESpondeo, quod aliqui dicunt: In die Natiuitatis Domini, in sexta feria incidente, carnibus Minores vesci non possunt: vt patet *in cap. explicari, de obseruant. ieiun.* vbi Honorius III. percontanti Episcopo Pragensi, respondit, *Quod illi, qui nec voto, nec regulari obseruantia sunt adstricti, in sexta feria: si festum Natiuitatis Domini die ipso venire contingerit, carnibus vesci poterint,* Fratres Minores verò, vel ex voto (vt aliqui dicunt) vel ex regulari obseruantia, tenentur ieiunare sextis feriis: ergo, &c. Ita Miranda, *in manual. Prælat. cap 62. § prosequendo N. P. S.* Corduba, *in 3. cap. regul quæst secund pun. 1* Siluester, *v Ieiunium quæst. 10. & v. Votum.* Emanuel Rodoriquez, *to. 3. qq. regul quæst 45. artic. 3* Hieronymus Rodoriquez, *in comp. regul. Resol 75. num. 14.* Io. Rauserius, *cap. 3. de Ieiun. in fine.*

75 Dicendum est tamen cum aliis: Fratres Minores, si quando vouerunt regulam Sancti Francisci, obseruare, non cogitauerunt specialiter de Natiuitate Domini; si tali die aduenerit, non teneri ieiunare: Et dato casu, quod dubitetur, si cogitauerint de hac specialitate? neque teneri: quia interpretari debent de ieiunio, secundum morem Ecclesiæ, quæ non obligat in die Natiuitatis Domini, etiam si in sexta feria venerit. Nec obstat ratio, incontrarium adducta: quia nos nõ ieiunamus ex voto: si quidem, tria tantum vota essentialia habemus, cætera sunt præcepta. Nec habemus hoc ex regulari obseruantia: quia Regula id non imponit, vt patet, ex verbis ipsius Regulæ: *In aliis autem temporibus non teneantur, nisi sexta feria ieiunare.* Et de ieiunio Aduentus ait: *Ieiunent à festo omnium Sanctorum, vsque ad Natiuitatem Domini:* Vbi termini exclusiui habentur: ergo die Natalis ieiunare non tenentur: quia per regulam excluditur. Tum quia interrogatus S. P. Franciscus, quid de hac re sentiret? ait: Non solum homines puto illo die carnes manducare posse, verum etiam parietes, si eis vesci possent, abundanter eis ministrandas velim, vel de foris carnibus liniendos. Vndè apparet ex his verbis, quod intentio S. Francisci fuit, non obligare suos Fratres sub præcepto peccati. Tum quia Vrbanus VIII. de certa scientia declarauit, posse Fratres Conuentuales comedere carnes in die Natiuitatis Domini, si venerit in feria sexta. Ita, præter Doctores citatos *in num. 72* docent Sanctorum de Melfa, *in expos. constit. suæ regul. cap 3. stat. 12. vers. Attamen.* Cyprianus, *in cap. 3. regul lect. 4.* Zambellus, *in Resol. casuum conscientiæ v Ieiunium num. 24.* & alii.

76 Quid dicendum de Episcopis regularibus, quibus, iuxta Regulam, interdicitur esus carnium in sexta feria, vel Sabato? Respondeo: Isti possunt edere carnes, & consequenter non tenentur ad ieiunium, si talem obligationem habent. Etiam si sint Episcopi assumpti ex ordine Minimorum, qui quartum solemne votum abstinentiæ à carnibus emittunt. Ratio deducitur, *ex cap. final. de obseru. ieiun.* vbi Pontifex excludit à beneficio consuetudinis vniuersalis comedendi carnes in feria sexta, incidente in ipso Natale Domini, adstrictos ad oppositum regulari obseruantia: Episcopi autem non sunt adstricti, quia licèt teneantur morali debito ad regulares obseruantias Religionis, nõ incompossibiles cum statu Episcopali, non tamen tenentur legali debito: vndè non sunt verè adstricti, immò omninò absoluti declarantur, *in cap. statutum 18. qu. 1.* & ideo relinquuntur dispositioni iuris communis. Ita præter Doctores quos citauimus, *in lib secund. tract. 5. cap. 4. nu. 68.* docent Emanuel Rodoriquez, *part. 1. sum. cap. 10 num. 4* Caietanus, *in opuscul to. 1. tract 25. de oblig. & obseru. præcept quæst secund.* Couarr. *capit. 1. de Testam num. 18* Panormitanus, *cap. penul. in fine, de vita, & honest. Cler.* Archid. *in cap. de Monach. in fine.* Turrecremata, *in cap carnem de consecrat. dist. 5* Cardinal. *in Clem. initio num 7. quæst 2. de censib.* Sotus *lib. 10 de Iust. quæst 5 artic. 7. corol. 2. paulo antè resp. ad argum* Pasqualigus, *de Ieiun. decis. 227.* Fagundez, *præcep 4. Eccles. lib. 1. cap. 6. num 6. in fine.* & alii.

Dubi-

Dubitatur Secundò : An qui vouit abstinere ab ouis, & lacticinijs in feria sexta, & sabato, aut alio die, possit vesci carnibus, aut etiam ouis, & lacticinijs, si in illa die incidat Natiuitas Domini?

77 SI vouens non intendebat se priuare carnibus in illa die, potest comedere carnes, ait prima opinio : secùs, si intendebat se priuare à carnibus. Si verò non possit discernere, sed est dubius, debet abstinere : quia in dubiis tutior pars est amplectenda. Ita *Siluester, v. Ieiu.num.*27.

78 Secunda opinio ait : Vouenti abstinentiam ab ouis in sexta feria, non est licitum tali esca vesci in die Natiuitatis Domini, occurrente cum die Veneris, si ex priuilegio, aut consuetudine alias licitas est illi talis esus ouorum; benè tamen licebit carnes manducare: per votum enim huiusmodi intendit se abstinere à re, sibi licita, non autem à re illicita, qualis est esus carnium in sexta feria: & per consequens suæ voluntatis fuit permanere in obligatione iuris cōmunis, disponentis, vt in tali festo, occurrente in Veneris die, licitus sit esus carnium. Secùs dicendum est, quando vouenti nō erat permissus esus ouorum tali die; tunc enim promissio videtur facta Deo, ad macerationem carnis, vt in memoriam Passionis dominicæ : at proindè à fortiori, à carnibus se voluisse abstinere censetur. Ita Emanuel Rodoriquez, *to.3.qq regul. quæst.*45 *artic.* 3.*versic. Mihi in hac parte.* & Hieronymus Rodoriquez, *in comp.qq.regul. Resol*75.*num.*15.

79 Tertia opinio absolutè ait : *Sic vouentem nō solum posse comedere carnes, sed etiam oua, & lacticinia* : quia consuetudo in Natale Domini concedit carnes, etiam si alias prohibitæ sunt: & proindè etiam concedit quod minus est nempe oua, & lacticinia : nam intendit relaxare omne genus abstinentiæ, & non excludit à participatione in hac consuetudine ad strictum voto ad abstinentiam ouorum, & lacticiniorum : & ideò hi possunt gaudere beneficio consuetudinis, & relaxare omne genus abstinentiæ. Ita Sanchez *lib.*4.*sum cap.*11.*num.* 46. Reginaldus, *to* 1 *lib.*4. *capit.*13.*sect.*1. *num.*146. Pasqualigus, *de Ieiu.decis.*230. *num.*5. Diana, *part* 1.*tract.*9. *resolut.*22 *in fine.* Fagundez, *præcept.*4. *Eccles.lib.*1 *cap.*6.*num.*7. & alii. Etiamsi vouens hic certus sit, fore vt si carnium abstinentię tempore voti meminisset, illam quoque voueret. Ita Sanchez loco citato.

Dubitatur Tertiò : An qui vouit ieiunare per aliquot menses, aut annos, seù continuò, siuè certis diebus, teneatur ieiunare, quando eum die ieiunÿ coincidit magna solemnitati

80 SI vouens quando vouit, id expressè intellexit, tenetur ieiunare, etiam in maioribus sollemnitatibus. *Si verò* id votum non sit explicitum de non interrupendo, aut omittendo ex quacumque occasione, sed solum de ieiunando per tantum tempus, siuè quotidiè, siuè certis diebus, tunc si dies ieiunij coinciduntcum festiuitate maiori, immunis erit à ieiunio pro illo die: Festi enim excellentia facit, vt omittenda sit abstinētia, *capit qui dies de consecrat. dist.*5. vbi Gregorius VII in Synodo Romano decreuit: abstinendum à carnibus in sabato, nisi maior festiuitas interueniat. Vndè si festiuitas maior, secundum ius, debet excludere abstinentiam à carnibus: debet etiam excludere ieiunium ex voto : quia materia voti, vt dictum est in superioribus, restringenda, & amplianda est, secundum consuetudinem Ecclesię Ita Pasqualigus, *de Ieiunio dec.*231.

81 Festiuitates verò maiores, sunt illæ, in quibus Pontifex non concedit facultatem celebrandi in priuatis Oratoriis : vt est Natiuitas Domini, Pascha, & Pentecostes ordinariè: sed quia subdit : *Nec non aliÿs solemnibus festis,* cēset Pasqualigus deberi intelligi saltem Epifania Domini, cum sit valde solemnis, & habet octauam priuilegiatam. Addunt tamen Guauantus, *in comment. Rubric. Missal.tom.*1.*part.*1.*titul.*20. Barbosa, *de iure Eccles.lib* 2.*capit* 8 *num* 6. Diana, *part.*9.*tract.*1 *resol.*13. Tamborinus, *tertio de opuscul.lib.*1.*capit.*4. §.4. *num.* 27. & alii : quo ad celebratione missarum, non autem quo ad ieiunium, vt est in casu nostro, dies Annuntiationis, Assumptionis B. V. & festum SS. Apostolorū Petri, & Pauli, & omnium Sanctorum. Immò Bardus, *in explic. Bull. cruc part.* 2.*tract.*2.*cap* 6 *sect.*2.*num.*2. festa Patronum

num principalium locorum. Sed hanc Tamborinus, vbi supra, non admittit: quia Gauantus solum dixit, Ordinarios optare, vt talia festa Patronorum addantur, non verò dixit esse addita.

82 Sub nomine Natalis Domini, Paschę, & Pentecostes intelligendi sunt tantum primi dies. Ita Lezzana, *in sum. tom.* 4. *v. Oratoria num.* 3 Naldus, *v. Interdictũ num* 8. Garcias, *in sum. Theolog. Moral. tract.* 3. *diff.* 8 *dub.* 2. *pu* 2. *num.* 57. Pollizzarius, *in man. Regul. to.* 2. *tract.* 8. *capit.* 2. *sect.* 2. *num.* 148. Diana, *part.* 9. *tract.* 1. *resol.* 13. Tamborinus, 3. *opuscul. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 27. *in fine.*

An qui vouit ieiunare tali die in pane, & aqua, totiès peccet, quotiès vinum biberit? Dub. 9.

83 Affirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia quotiès bibit, totiès violat votum negatiuum de non bibendo vino. Ita Ghilinus, *in sum. Ieiunium num.* 15.

84 Secunda opinio, quæ est vera, negat: solum peccat prima vice, quando quantitas est notabilis, ita vt frangat ieiuniũ. Ratio est: quia votum habet pro materia ieiunium, seù abstinentiam sic modificatum, seù talem mensuram abstinentiæ: & ideò destruitur per potum vini, quod non potest amplius reparari: atque adeò pro illa die fit impossibilis, & consequenter cessat obligatio voti cum non amplius habeat propriam materiam possibilem. Ita Diana, *part.* 1. *tr.* 9. *resol.* 4. Sanchez, *to.* 1. *sum. lib.* 4 *capit.* 11. *num.* 45. Faustus, *lib.* 1. *Thesaur. Relig. quæs.* 136. *iuxta vlt. edit. Neapol.* Portella, *in dub. regul. v. ieiunium in addit. num.* 4. Pasqualigus, *de Ieiun. decis.* 239. *num.* 2. & alii.

85 Dixi; *Quando quantitatis est notabilis:* quia in hoc voto datur paruitas materiæ. Vndè, quando quantitas vini est parua, erit peccatum veniale. Quandò verò adest causa rationabilis bibendi vinum, neque erit peccatum veniale. Ita Sanchez, *lib.* 4 *sum. capit.* 12. *num.* 21. Pasqualigus, *de Ieiun. decis.* 239. *num.* 5. Diana, *part.* 5. *tract.* 5. *resolut.* 37. & alii.

86 Quæ nam dicatur paruitas materię? Respondeo: quod aliqui (quos tacito nomine refert Diana vbi supra) dicunt: Semel bibere, in tali casu erit veniale. At contrarium alii dicunt: quia hoc votum obligat instar præcepti Ecclesiæ, de abstinendo ab aliquo esu, cuius transgressio est mortalis semel vescendo, vel semel comedendo carnes die vetita. Id tamen fatendum est, non quamcumque vini potati quantitatem esse mortalem, sed illius paruitatem excusari à mortali: Videtur vero requiri ad mortale, tãtùm vini potari, quantùm in vno prandio sufficere posset pro potu, communiter vtentibus temperatè vino. At si esset votum ieiunandi cum pane, & aqua, manifestior culpa mortalis esset, semel bibere: quia frangeretur id ieiunium. Ita Sanchez, *lib.* 4. *sum. cap.* 12. *numer.* 21. Diana, *part.* 5 *tract.* 5. *resolut.* 37.

Dubitatur Primò: An qui vouit ieiunare in pane, & aqua, si biberit vinum in notabili quantitate, teneatur seruare ieiunium secundum formam Ecclesiæ?

87 Affirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia abstinẽtia à vino, est promissa in voto, vt accessoria; & non per modum vnius, sed per modum diuersi: & ideò votum adhuc obligat ad substantiam ieiunii, licet non possit seruari cum illa qualitate. Ita Sanchez, *lib.* 4 *sum. cap.* 11. *num.* 45.

88 Licèt hoc verum sit, quando ex alio capite adest obligatio de ieiunando, vt etiam docet Portella, *in dub. regul. v. Ieiunium in addit. num.* 4. & votum addit obligationem de tali abstinentia. Quãdo verò votum inducit totalem obligationem, cessat tota obligatio ieiunii, vt ait Pasqualigus, *de Ieiun. decis.* 240. *num.* 2. Vndè, secundum hanc opinionem, nõ tenetur amplius ad ieiunium. Ratio est: quia votum præscribit nouam formam ieiunii, ita vt vouens non se obliget ad ieiunium quomodocumque, sed ad ieiunium, constitutum per talem formam: vndè quãdo forma ieiunii violatur, quia est impossibile seruari amplius ieiunium cum tali forma, cessat etiam obligatio ieiunandi, cum non respiciat nisi ieiunium cum tali forma.

89 Hinc deducitur à fortiori: Qui habet tale votum, si sumat secundam refectionem, non tenetur amplius abstinere à vino: quia iam non potest amplius pro illa die seruare ieiunium, cum iam sit violatum: siuè abstinentia à vino pertineat ad formam ieiunii, siuè consequtiue

tinè se habeat: nam cessante obligatione ad ieiunandum, cessat quidquid pertineat ad ipsam. Ita Sanchez, *ubi supra* & Pasqualigus, *num.3.* Et ita dicendum est, si sumat de aliis cibis, in notabili quantitate: quia tunc peccat, sed remanet liber à ieiunio. Ita Pasqualigus, *numer.4.* quia tunc periit forma ieiunii præscripta, & non potest ampliùs pro illa die reparari, & ideò cessat etiam obligatio voti, quia fit materia impossibilis, nempè ieiunium cum tali forma.

Dubitatur Secundò: An qui vouit pro aliqua die comedere solum panem, & solam aquam bibere, peccet totiès, quotiès illum comedit, aut bibit?

90 Affirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia votum est directè de tali abstinentia, & ideò quotiès biberit vinum, aut aliud sumerit, quam panis, fit directè contra votum: nam ità obligat ad talem potum, & cibum positiuum, vt excludat quemcumque aliũ. Ita Sanchez, *lib.4.sum.capi.11.nume.45.* Portella, *in dub.regul. v.Ieiunium in addit.num.4.* & alii.

91 Secunda opinio ait: Solùm prima vice peccare: quia votum premittit abstinentiam, vt actus virtutis, secundum talem mensuram, nempè, panis, & aquæ: & ideò habet pro materia certam mensuram potus, & cibi, quæ se habet tanquam forma abstinentiæ: vndè si semel talis mensura violatur, cum non possit ampliùs redintegrari, sicut perit materia voti, ita neque vrget obligatio ad manutenendam, aut reintegrandam talem materiam. Etiamsi votum directè promitteret non bibere vinum, & non manducare alium, præter panem. Ita Pasqualigus, *de Ieiu.decis.241.n.13.&14.*

Dubitatur Tertiò: An votum non bibendi vinum violetur per potum Ceruisiæ?

92 Affirmatiuè respondet Caietanus, *in 2.2.quæst.150.artic.1.initio* Cuius ratio est: quia nomine vini intelligitur omne inebriatiuum, Ceruisia autem inebriat: ergo violatur votum.

93 Sanchez, verò *in lib.4.sum.capi.11 nu.44.* Bartolom. à S. Fausto, *lib.p.Thesaur. Relig quæst.132.iuxta edit.vlt.Neapol.* Pasqualigus, *de Ieiun.decis.237.num.2.* & alii negant: quia licèt Ceruisia substituatur loco vini, non est tamen vinum, & ideò non includitur in materia voti, quæ cum proprietate accipienda est, cũ votum sit strictè interpretandum, vt dicunt communiter. Etiamsi vouerit abstinentiam à vino, cum intentione, vitandi ebrietatem: quia finis præcepti non cadit sub præcepto, & proinde tenetur abstinere solum à vino, tamquam à materia voti.

Dubitatur Quartò: An si quis, cum teneatur ieiunare in pane, & aqua, non possit, nisi sumendo parum vini, aut obsonij, erit adstrictus tali ieiunio?

94 Affirmatiuè respondet Sancius, *in Select.disp.15 num.2.* quia per talẽ sumptionem vini, & obsonii, non dissoluitur ieiunium in pane, & aqua.

95 Sed hanc opinionem Sancii, tunc putant esse veram Doctores citandi, quando illud modicum obsonii, & vini reducatur ad paruitatem materiæ, quam etiã in die ieiunii in comestione carnis concedimus: Si verò illud parum obsonii, aut vini superet materiæ paruitatem, putant contra Sancium, aliquem in tali casu non teneri ad sic ieiunandum: quia non esset ieiunium in pane, & aqua, ad quod teneretur: & cum non possit, ab illo excusatur, & ad nihil aliud tenetur. Ita Diana, *part.3.tract.5.resolut 61.* Sanchez, *lib.1.sum.cap.19.num.5.* Trullench. *lib.3.Decalog.cap.2.dub.2.num.13.in fine.* Pasqualigus, *de Ieiun.decis.242.* & alii.

DE HORA COMPETENTI seruanda in ieiunio.
Cap. 13.

QVando nam incipiat ieiunium, & terminetur? Dub.1.

An hora competens in ieiunio seruanda sit? Dub.2.

An qui absq; iusta causa notabiliter horam ieiunij anticiparet, peccet mortaliter? Dub.3.

An dispensatus circa horam, censeatur dispensatus ad ieiunium? Dub.4.

An qui ob iustam causam comedit hora octaua, vel nona, &c. teneatur postea illo die ieiunare, si iter nõ agatur? Dub.5.

Quando nam incipiat ieiunium, & terminetur? Dub. 1.

1 Communiter Doctores, quibus adscribuntur Fagundez, *praecep. 4. Eccles. lib. 1. cap. 10. nu. 1.* Nauarr. *in manual. capit. 21. num. 11 & 12.* Siluester, *v. Ieiun. num 28. circa finem.* Azorius, *par. 1. lib. 7. cap. 26. quaest. 6.* Toletus, *lib. 6. sum. cap. 1. num. 6.* Emanuel Sa, *v. Ieiunium nu. 4.* & alii dicunt, quod ieiunium Ecclesiasticum (vt est sermo noster) incipit à media nocte, & terminatur in media nocte sequenti.

Difficultas est: Quomodo computetur media nox, Mathematicè, an verò Moraliter?

2 Respondeo, quod aliqui, (quos tacito nomine refert Pasqualigus loco citando) dicunt: Computandam esse mathematicè: vndè inferunt, quod si comedens audiat primum pulsum mediæ noctis, non potest continuare commestionem, quousque finiantur omnes pulsus, si sequenti die adsit ieiunium: Et quia non potest obseruari media nox iuxta cursũ solis, volũt mathematicè ser uãdã esse, iuxta indictionẽ horologiorũ

3 Attamen Pasqualigus, *de Ieiun. decis. 158. num. 3.* ait: Media nox, ex præcepto Ecclesiæ, non est computanda mathematicè, sed moraliter. Cuius ratio est: quia non potest imponi ab Ecclesia præceptum, nisi eo pacto, quo seruari potest: alioquin obligaret ad impossibile: non potest autem seruari, nisi computetur media nox moraliter: nam media nox mathematicè nõ potest cognosci, nisi obseruentur cursus stellarum, quod est impossibile. Tum quia, pauci admodũ sciũt obseruare. Tũ quia nõ possunt obseruari, quãdo celũ est nubilosũ. Ita Pasqual. qui alias rationes adducit.

An hora competens seruanda sit in ieiunio? Dub. 2.

4 Affirmatiuè respondetur. Ratio est: quia ab hora determinata, ieiuniũ nomen accipit, dicitur ieiunare vsq; ad sextam, vel nonam, vel vesperas: quasi tota ratio ieiunii posita sit in prorogatione inediæ, vsque ad illam horam. Ita Caietanus, *2. 2. quaest. 147. art. 7. & cap. 1* Filliucius, *to. 2. tract. 27. par. 2. n. 64.* & alii.

5 Hæc hora verò seruanda est, secundum consuetudinem locorum, vel temporũ: quia antiquiùs refectio hora nona sumebatur in ieiuniis extra Quadragesimam, vt colligitur *ex can. 34. concil. Magusiens.* hora autem nona erat hora tertia post meridiem, vt ait Couar. *lib. 4. varar. resol. cap. 10. nu. 14.* In Quadragesima verò differebatur ad vesperam. Modò verò vniuersali consuetudine est introductum, vt comestio sumatur circa meridiem: quæ consuetudo, vt pote rationabilis, approbata est ab Ecclesia, vt condescenderet humanæ fragilitati: & proindè, vt pote iam firmata, possumus eam sequi, absque vllo scrupulo, cum tali sit vis consuetudinis, vt possit etiam humanas leges abrogare. Ita Riccardus, *in 4. dist. 15. artic. 7. qu. 7.* vbi Durand. *quaest. 9.* Caietan. *2. 2. quaest. 147.* vbi Siluester, *vers. Tandem verò* Angelus *v. Ieiunium num. p.* vbi Siluester, *quaest. 4. num. 11.* Tabiena, *num. 5.* Rosella, *nu. 10* Azorius, *par. p. lib 7. cap. 11. quaest. p. in fine.* Layman *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 8. cap. p. num. 8. versic. verum cum posterioribus.* Couarr. *lib. 4. varar. reso l. cap. 10 num. 14.* Reginaldus, *lib. 4. cap. 13. nu. 156* Medina, *C. de Ieiun. quaest. 6. initio.* Fagũdez, *praecep. 4. Eccles. lib. 1. capit. 3. num. 3.* Bossius, *sess. 4. de Iubil. cas. 18. numer. 84.* Medina, *lib. p. sum. cap. 14. §. 10.* Sanchez, *lib. 5. Consil. cap. p. dub. 18. num. p.* Trullēc. *lib. 3. Decalog. cap. 1. dub. 4. num 2.* Lezana *v. Ieiunium num. 5.* Filliucius, *tract. 27. part. secund. capit. 4. num. 67.* Pasqualigus, *de Ieiu. dec. 143. n. 5.* & alii cõmuniter.

6 Meridies verò computãdus erit moraliter, vt rudi quidem Minerua, non autem secundum astronomicum calculum: quia alioquin homines communiter non possent cognoscere horam debitam comedendi: vt benè dicunt Rodoriquez, *part. p. sum. cap. 23. initio.* Reginald. *lib. 4. cap. 13. nu. 156.* Siluest. *v. Ieiun. qu. 4. nu. 12.* Filliuc. *tr. 27. pa. 2. n. 68.* Azor. *pa. p. lib. 7 cap. 11. qu. p. in fine.* Caietan. *v. Ieiun. § p.* Fagund. *Praecep. 4. Eccl. lib. p. cap. 3. nu 3.* Bossius, *sect. 4. de Iubileo, cas. 18. nu 86* Trullench. *lib. 3. Decalog. cap. 2. dub. 4. n. 2.* Tambor. *de iur. Abb. to. 2. disp. 12. q. 10. n. 3.* Pasqual. *de Ieiu. dec. 134. n. 5.* Ghes. *in Thes. anima v. Ieiu. c. 3. n. 4.* & alii

7 Ex his deducitur: In ieiuniis Quadragesimę licet sumere refectionem ante Vesperas recitatas: quia recitatio Officii Diuini obligat per distinctum pręceptũ ab eo, quo obligat ieiunium, & est opus diei, non habens ex præcepto horam

horam determinatam, licet habeat iuxta ritus Ecclesiæ. Vndè non habet connexionem aliquam cum ieiunio, nec cũ illa vnica comestione, quæ conceditur in die ieiunii: & ideò nihil refert, an sumatur refectio ante recitationem Vespertini officii, an post? & multò minùs, qui non tenetur ad horas canonicas, obligantur, vt expectent recitationem Vespertini officii. Ita Nauarrus, *in manual. cap. 21. num. 27.* Ledesma, *2. part. 4. quæst. 17. articul. 4 in fine.* Angles, *in floribus quæst. 9. de Ieiun. articul. 3. diff. 1 dub. 1.* Caietanus, *v. Ieiunium §. Hora competens.* D. Antoninus, *part. 2. titul. 6. capit. 2. §. 2.* Filliucius, *num. 65.* Pasqualigus, *de Ieiun. decis. 144. num. 2.* Fagund. *Præcep. 4. Eccles. lib. 1. capit. secund. num. 9.* Reginaldus, *lib. 4. capit. 13. num. 159.* & alii.

8 Et quamuis hora competens in ieiunio seruanda sit, non tamen est de substantia ieiunii: quia circumstantia temporis non est de essentia ieiunii, & hora secundæ refectionis non est de substantia ieiunii, sed est illius circumstantia: quia conditio temporis non tanti extimatur ab Ecclesia, quin aliquando commutari possit. Et quamuis anticipatio difficultatem ieiunii matutinam minuat: tamen Vespertinam difficultatem auget, cum longius differatur refectio vespertina, quam alioquin differatur, si prandium ad tardiorem horam protraheretur. Ita Bonacina, *de leg. disp. vltim. quæst. 1 pun 4. num. 2.* Filliucius, *tom. 2. tract. 27 capit. 2. num. 4.* Paludanus, *in 4. dist. 15. disp 8* vbi Gabriel, *dist. 16. quæst. 3. dub. 1. in fine.* Palatios, *dist. 15. §. Et rursus, post. 6. conclus.* Caietanus, *2. 2. qu. 147 artic. 7 §. Ad hæc breuiter.* Angelus, *v. Ieiunium §. 2.* Rodoriquez, *part 1. sum. cap. 23 anitio.* Lauorius, *part. 1. de Iubileo cap. 20. num. 15.* Diana, *part. 1. tract. 9. resol. 27.* Pasqualigus, *de Ieiun decis. 145. num. 1.* Bossius, *sect. 4. de Iubileo, cas. 18. num 96.* Molfesius, *tom. 1. sum. tract. 0. capit 5. num. 16.* Naldus, *v. Ieiun. num. 4.* Tamborinus, *tom. secund. de Iur. Abbat. disp. 12. quæst 10. in fine.* Vilalobos, *to. 1. sum. tract. 23. diffic 9. numer. secund.* Sanchez, *tom. secund. Consil. lib. 5. capit. 1. dub 28. num. secund.* & alii.

An qui, absque iusta causa, notabiliter horam ieiunii anticiparet, peccet mortaliter? Dub. 3.

9 Affirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia frangitur vnum de requisitis necessariis, vt est hora refectionis, determinata per Ecclesiam. Ita D. Thomas, *in 4. dist. 15. qu. 3. artic. 4. quæst. 3.* vbi Paludanus, *dist. 15 quæst 4. artic. 4 conclus. 1.* Palatios, *disp. 8. §. Et rursus post 6. conclus. quæst. 171* & *173.* D. Antoninus, *2. part titul. 6. capit. 2 §. vltim.* Siluester, *v. Ieiunium num. 13.* vbi Tabiena, *qu 5.* Nauarr. *in manual. capit. 21 num. 27* Ledesma, *2. par. 4. quæs. 17. articul. 4. in fine.* Reginaldus, *lib. 4. capit 15. num. 191.* Angles, *in florib. quæs. 9. de Ieiun. articul. 3. diffic. 1. append 1 post 2. conclus.* Azorius, *part. 1. lib. 7. capit. 11. quæst. 3.* Fagundez, *Præcept. 4 Eccles. lib. 1. capit. 3. num. 4.* Homobonus, *part. 1 tra. 6. cap. 20. quæst. 90.* Grassius, *lib secund. decis. cap. 37. num. 35.* Vega, *tom. 1. sum. capit. 14. cas. 33 in fine.* Lauorius, *part. 1. de Iubileo capit. 20. num. 15.* Io. del Cruz, *part. 1 pracep. 4. artic. 4. diff 8. conclus. secund.* Siluius, *2. 2. quæst. 147 artic. 7 conclus. 3.* Ancbola *opuscul. de ieiun.* & alii.

10 Secunda opinio ait: Non esse peccatum mortale, sed tantum veniale, anticipare notabilem horam comedendi in die ieiunii. Cuius ratio est: quia talis anticipatio est solum mutatio accidentalis ieiunii: ergo non est peccatum mortale. Quòd verò sit mutatio accidentalis, patet ex dictis, *dub. 2. num. 5.* vbi diximus, quod hora comedendi, ex successu temporis, magnam habuit varietatem in Ecclesia: ergo determinatio horæ in ieiunio numquam fuit de ipsius essentia: quia quæ sunt de essentia, immutari non possunt, absque immutatione eius, quod per eam constitutum est. Adde, quod si per talem anticipationem violaretur ieiunium, non teneretur quis adhuc ampliùs ieiunare: sed hoc asserere absurdum est: ergo, &c. Ita Innocentius, *in cap. 1. de obseru. ieiun.* vbi Io. Andr. Cardinal. *in cap. ex parte num. 2. §. item de obser. ieiun.* Archidiac. *in cap. vnum orarum §. alias cap. de mun. dist. 25.* Gabriel. *in 4. dist. 16. quæst. 3. art. 3. dub. 1. §. Quando de hora.* Alens. *part. 4. quæst. 103. memb. 3.* Riccard. *in 4. dist. 15. artic. 3. quæst. 8. in fine.* Angelus, *v. Ieiun. num. 2.* Palatios, *in sum.* Caietan. *v. Ieiunium §. 1.* Lesius, *lib. 4. cap. secund dub. secund.*

cund. num. 13. v. contraria tantum Lopez part. secund. cap. 112. Toletus, lib. 6 sum. cap. secund. num. 5. Viualdus, in append. cap. 15. de Ieiun. 7. num. 16. Ludouicus, de Cruce in Bull. Cruciat. disp. 1. cap. 15. dub. 14. num. 13. in fine. Henriquez, in comp. cas. moral. capit. 18. num. 5. Medina, lib. 1. sum. cap. 14. § 10. Tamborinus, to. secund. de iur. Abbat. disp. 22. quaest. 10. num. 6. in vlt. edit. Bonacina, de leg. disp. vlt. quaest. 1. pu. 4. num. 3. Lezana, in sum. v. Ieiunium num. 5. Trullench. lib. 3. Decalog. cap. secund. dub. 4. num. 3. Diana, part. 1. tract. 9. resol. 27. Fernandez, part. 1. capit. secund. § 3. num. 6. Molfesius, to. 1. sum. tract. 10. cap. 5. num. 16. Vilalobos, tom. 1. sum. tra. 27. dub. 6. num. 3. Bossius, sect. 4. de Iubileo, cas. 18. numer. 98. Layman, in Theolog. moral. tract. 8. cap. 1. num. 11. Pasqualigus de Ieiun. decis. 146. num. 3. Filliucius, tom. secund. tract. 27. cap. 1. num. 11. & alii.

11 Quando verò adest iusta causa, neque erit peccatum veniale, anticipare notabiliter horam praescriptam ad comedendum. Ratio est: quia obligatio ieiunandi cessat, quando impleri non potest absque incommodo notabili: Ita à fortiori cessabit obligatio seruandi in prandendo circumstantiam temporis; sed cum maior obligatio sit, ex minori quoque causa cessabit. Ita Paludanus, in 4. dist. 15. quaest. 4. art. 4. conclus. 1. Palatios, disp. 8. Abulens. quaest. 171. & in ca. Matth. Siluester, v. Ieiunium num. 13. Viguerius, cap. 7. instit. § 3. vers. 1. Innoc. in rubric. de obseru. ieiun. Sanchez, lib. 5. Consil. cap. 1. dub. 28. num. 5. Filliucius, tr. 27. part. secund. cap. 4. num. 74. Fernand. part. secund. cap. 8. § 2. num. 5. Caietanus, 2.2. quaest. 147. artic. 7. vbi Siluius, concl. 1. Couarr. lib. 4. variar. resol. cap. 20. num. 14. Nauarr. in Manual. capit. 21. num. 27. Ledesma, 2. part. 4. quaest. 17. artic. ... in fine. Angles, in floribus, quaest. 9. de Ieiun. artic. 3. diffic. 1. append. secund. post 2. concl. Diana, part. 1. tract. 9. resol. 27. vers. notandum est. Pasqualig. de ieiun. decis. ... num. 1. Ghetius, in Thesaur. animae v. Ieiunium cap. 3. num. 7. Lezana, in sum. v. Ieiunium num. 5. Vega, part. ... sum. capit. 84. cas. 33. Ledesma, tom. secund. sum. tract. 27. cap. secund. dub. 4. quaest. 4. conclus. Tamborin. to. 2. de iur. Abbat. disp. 12. quaest. 10. num. 4 & 7. Trullench. lib. 3. Decalog. capit. secund. dub. 4. num. 4. & alij.

12 Causa iusta, ob quam potest quis in ieiunio prandium anticipare, Prima est lectio mensae, iter, concio, lectio in scolis, aduentus, & necessitas hospitis. Ita Paludanus, in 4. dist. 15. quaest. 4. articul. 4. Azorius, part. 1. lib. 7. cap. 12. quaest. 4. Nauarr. in manual. cap. 21. num. 27. Fagundez, Praecep. 4. Eccles. 1. cap. 3. nu. 10. Sanchez, lib. 5. Consil. cap. 1. dub. 25. num. 5. Bonacina, de leg. disp. vltim. quaest. 1. pu. 4. num. 2. Vilalobos, tom. 1. sum. tract. 23. diff. 9. num. 4. Filliucius, tract. 27. part. 2. cap. 4. num. 10. Siluester, v. Ieiunium qu. 4. Diana, part. tract. 9. resolut. 27. versicul. notandum est, Bosseus, in florib. Theolog. practicae v. Ieiunium 1. num. 19. in fine. Pasqualigus, de Ieiun. decis. 149. num. 4. & alii. Secunda: Officiales Regularium possunt notabiliter anticipare prādium in ieiunio, vt possint tempore congruo munere suo fungi. Ita Vilalobos, & Pasqualigus, & alii. Tertia: quando tractanda sunt aliqua negotia, quae requirunt attentionem mentis, et sunt, v. Procuratores, Iudices informandi, &c. Item Secretarii Principum, & illi, qui statim tractaturi sunt cum aliquo Principe, Summo Pontifice, &c. aut quando superuenit aliqua extraordinaria necessitas, vel aliquod continuum negotium, quod ita exigat anticipationem.

Sed stando in prima opinione, num. 9. relata, quae asserit: Esse peccatum mortale, anticipare horam prandij, sine causa: Dubitatur, Quantum possit, absque dicto peccato mortali, praeueniri dicta hora comedendi?

13 PRima opinio ait: Horam dimidiam esse tempus notabile. Vnde, secundum hanc opinionem, anticipare per dimidiam horam, erit peccatum mortale. Cuius ratio est, quia anticipatio non est dicenda notabilis, vel non notabilis, comparando quantitatem temporis ad totum diem, sed debet comparari ad horam prandii: dimidium autem horae est tempus notabile, respectu horae prandii. Ita Fagundez, Praecep. 4. Eccles. lib. 1. cap. 3. num. 4. in fine.

14 Secunda opinio ait: Per solum quadrantem horae posse comestionem anticipari. Ita Azorius, part. 1. lib. 7. cap. 11. quaest. 4. qui tamen sub conditione etiā ait, quod fortasse semi hora nō sit tempus notabile.

15 Tertia opinio ait: Semihoram integram non esse partem notabilem: vndè exces-

excessus illius semihoræ est pars notabilis. Ita Siluius, 2.2. *quæst.147. artic.7. conclus.secund.* Diana, *part.p.tract.9.resolut.27.vers.sed dices.* Filliucius, *to.2.tra.27.part.secund.capit.4.num.73.* Sanchez, *lib.9.Consil.cap.p.dub.28.num.7.* Bossius, *sect.4.de Iubileo cas.18.*

16 Quarta opinio ait: Vnam horam non esse partem notabilem. Vnde, secundum hanc opinionem, anticipare comestionem per vnam horam, non erit anticipatio notabilis. Ita Molfesius, *to.p.sum.tract.10.cap.9.num.15.* Io. del Cruz, *par.1.direct.conscient.praecep.3.artic.4. num.2.* Sancius, *in Select.disp.53.num.1.* Trullench. *lib.3.Decalog.capit.secund.dub.4.num.secund.in fine.* Viguerius, *cap.7.Instit.§.3.vers.p.* Toletus, *lib.6.sum.cap.3.num.15.* Graffius, *par.p.decis.lib.secund.cap.37.num.35.* Pasqualigus, *de Ieiun.decis.147.num.4.* Vega, *part.p.sum.capit.19.§.* Villalobos, *tom.p.sum.tract.23.diff.9.num.p.* Medina, *lib.p.sum.cap.14.§.10.* Rodriquez, *in explic.Bull.Cruc.§.6.initio,& pract.p.sum.cap.23.initio ante num.p.* Angles, *in florib.quæst.9.de Ieiun.num.3.diff.p.conclus.secund.* & alii.

Sed magis dubitatur: An in comedendo in die ieiunij, possit dari anticipatio non notabilis, respectu horæ, in qua statuitur, posse sumi refectionem?

17 Negatiuè respondet Sancius, *in Select.disp.53.num.secund.* vbi sic ait: Indulgere ieiunantibus, quod hora vndecima queant se reficere; latus terminus assignatur: infrà quem nullus extat desibilis; aliàs si aliter posset assignari de infra illum, etiam aliquid paruum spatij liceret anteponere, & sic in infinitum. Deueniendum igitur est ad terminum, infra quem alius non designetur: sicut in sponsalibus septennium completum mathematice requiritur: sicut enim ætas, quæ iure præscribitur [illegible] consistit, nè quisquam possit illum suo priuato iudicio mutare: sic hora, quæ communiter à Doctoribus assignatur (quod enim parum distat, nihil distare videtur) non habet locum in termino præscripto à iure, siuè æquiualeat à communi Doctorum.

18 Affirmant verò Bossius, *in sect.4.de Iubileo cas.18.num.10.* & Diana, *part.3.tract.5.resol.10.* qui dicunt: Anticipationem non esse computandam, habito respectu ad meridiem; sed respectu horæ prandii, iuxta morem, vel consuetudinem loci. Vndè Bossius infert, quod hyeme licet prandere hora, & dimidia ante meridiem, quia tempus prandii est hora ante meridiem, vt ait Azorius, *par.1.lib.7.cap.12.quæst.4.* & dimidia est anticipatio non notabilis: & æstate, duabus horis cum dimidia: quia æstate, duabus horis ante meridiem est tempus prandendi.

19 Immò Pasqualigus, *de Ieiunio, decis.148.num.3.* ait: Hanc anticipationem posse dari, respectu horæ præscriptæ à consuetudine in quocumque loco: etiam si dicta hora anticipet meridiem multo tempore: quia hora, præscripta à consuetudine, est terminus strictus, & seruato omni rigore: ergo cum in hoc casu moraliter procedendum sit, & sic seruanda hora comestionis præscripta morali modo, quia non est procedendum in hac comestione secundum apices iuris; sed, secundum moralem æstimationem, poterit dari aliqua non notabilis anticipatio, secundum quam licet anticipare prandium.

20 Vndè Religiosi, qui habent priuilegium anticipandi prandium per horam, possunt anticipare cum hora, & dimidia, aut etiam cum tribus quadrantibus, superaddendo anticipationi concessæ anticipationem non notabilem. Ratio est: quia priuilegium trahit horam comedendi præscriptam in ieiunio, ad horam anticipatam, & eius facit nouam præscriptionem horæ; ita vt, sicuti v.g. meridies est hora comedendi præscripta, respectu non priuilegiati; ita respectu priuilegiati sit hora vna ante meridiem: sicuti ergo respectu horæ præscriptæ à consuetudine, aut alio modo, habet locum anticipatio non notabilis; ita etiam habebit locum respectu horæ præscriptæ per priuilegium. Ita Diana, *part.1.tract.9.resol.27.vers.Sed in nostra sententia.* Filliucius, *tract.27.part.secund.capit.4.num.73.* Pasqualigus, *de Ieiun.decis.150.* & alii.

21 Et quamuis hoc priuilegium institutum sit, intuitu Matutini officij; attamen gaudent, etiam si per accidens non surgant de nocte ad matutinas preces, vt sunt Concionatores, Lectores, Magistri, vel Officiales, aut Lectores iubilati, qui non ampliùs legunt in scolis. Et ita dicendum

cendum est de aliis, qui ex intuitu non surgunt de nocte. Ita Pasqualigus, *de Ieiun.decis.*151.

22 An liceat prandium vltra meridiem differre? Communiter affirmant. Quorum ratio est: quia quanto tardiori hora comeditur, tantò meliùs ieiunatur, & difficiliùs redditur ieiunium. Ita Gabriel, *in 4.dist.16.quaest.3.artic.2.dub.1* Azorius, *part.1.lib.7.cap.11 quaest.5.* Filliucius, *tract.27.part secund.cap.4.num.75.* Lesius, *lib.4.cap.2 dub.2. nu.14.* Riccardus, *in 4.dist 15.articul.3. quaestio. 8.* Caietanus, *2.2.quaest.147.articul.7.* vbi Siluius, *versic. Tandem verò,* D.Antoninus, *part.2.titul.6.cap.2.§.2.* Praepositus, *capit.denique num.21.dist.4.* Fagundez, *Praecep.4.Ecclesl.lib.1. cap.3.num.5.* Bosseus, *in florib.Theolog.pract.v.Ieiun.1.num 16.* Siluester, *v.Ieiunium numer.14.* Reginaldus, *lib.4.capit.13.numer.158.* Pasqualigus, *de Ieiun.decis.143.nume.4.* Trullench. *lib.3. Decolog.cap.2.dub.4.n.2.* Palatios, *in 4.dist.15.disp.*8. Sanchez, *tom.2.Consil.lib.5.cap.1.dub.28.numer.6.* & alii.

An dispensatus circa horam, censeatur dispensatus ad ieiunium?

Dub. 4.

23 NEgatiuè respondetur. Ratio est: quia obtinuit priuilegium circa circumstantiam temporis, non autem circa multiplicem refectionem: Priuilegium autem, praesertim odiosum, non est vltra verborum proprietatem extendendum. Tum quia, sicut qui dispēsationem obtinuit, sumendi multiplicē refectionem, non potest, ex vi illius dispensationis, carnibus vesci, vt dicunt Reginaldus, *lib.4. num.166.* & alii. Ità à fortiori, qui dispensationem obtinuit circa tempus prandendi, tenetur adhuc lege ieiunii. Ita Bonacina, *de leg.disp.vlt.quaest.p.pun.4.num.5.* Reginaldus, *lib.4.num.164.* Azorius, *lib.7.cap.11.quaest.7.* Sanchez, *to.2.Consil.lib.5. cap.1.dub.28.num.secund.in fine.* Nauarr. *cap.21.num.22.* Filliucius, *tract.27 part secund.num.76.* Beja, *part.p. cas.5.* Caietanus, *2.2.quaest.147. artic.7.§. adhoc breuiter.* Pasqualigus, *de Ieiun.decis.152.* Fagundez, *Pracept.4. Eccles.lib.p.capit.3. nume.11.* Trullench. *lib.3.cap.secund.dub.4.num.6.* & alii.

Dubitatur: An dispensatus, vt possit bis in die comedere, sit dispensatus ad ieiunium?

24 NEgat prima opinio. Cuius ratio est: quia praeceptum ieiunii, non solum prohibet secūdam comestionem, sed etiam tertiam. Ita Medina, *C. de Ieiun.quaest.5.vers. ego tamen.* Montesinus, *1.2.to.secund. quaest.73. art secund. quaest.4.num.47.* Couarr *lib.4.varar.resol.capit.20.num.13.* Siluius, *2.2.quaest.147.artic.3. quaest 3. versi Verumtamen responsio.* & alii, qui putant, quod comedens tertia vice in die ieiunii, nouum peccatum committit.

25 Affirmat verò secunda opinio. Ratio est: quia per huiusmodi facultatem exēptus est ab obligatione ieiunii, qua praecipitur vna refectio: exemptus autem ab obligatione legis, non peccat contra legem: ergo, &c. Ita Nauarrus, *in manuali, cap.21.num.14.* Emanuel Sa, *v.Ieiunium num.12.* Caietanus, *2.2.qu.147.artic.7.§. Adhoc breuiter.* Azorius, *part.p.lib.7. cap.9. quaest.3.* Reginaldus, *lib 4 num.180.* Fagundez, *Pracep.4.Eccles.lib.p.cap 4 num.11.* Bonacina, *de leg.disp.vlt quaest.p.punt.2.num.5.* Trullench. *lib.3.Decalog.capit secund.dub.3.num.3.* Pasqualigus, *de Ieiun. decis.347. num.2.* & alii.

An qui ob iustam causam comedit hora octaua, vel nona, ob iter agendum, &c. teneatur postea illo die ieiunare, si iter non agat, &c?

Dub. 5.

26 NEgatiuè respondet Sancius, *in Selectis disp.53. num.5.* Cuius ratio est: quia hora vndecima est de substantia ieiunii, vel saltem intrinseca: ergo soluitur ieiunium ex anteuersione horae: Nec putat Sancius distinguendū esse, quando soluatur ex iusta causa, vel absque illa, & citat alios Doctores. Vnde, secundum hanc opinionem, non tenetur amplius ieiunare, qui malitiosè comedit, anticipando notabiliter horā ieiunii. Item, quia putabat se iter facturum, vel laboraturum, & ideò inbulpatè summo mane comedit, animo non ieiunandi: & tamen postea causa aliqua impeditus est, ne iter ageret, vel laboraret: docet etiam in tali casu, quod non tenetur ieiunare.

Sed

27 Sed quia, *in dub. 3. num. 10.* diximus, quod qui absque iusta causa anticiparet notabiliter horam ieiunii, non peccaret mortaliter, sed tantum venialiter: & in *num. 11.* diximus, neque peccaret venialiter, quando adest iusta causa: dicendum est, Quamuis peccet venialiter, si sine iusta causa, tamen tenetur ad ieiunium. Ratio est: quia licèt notabiliter hora præueniatur, & licet horam determinatam seruare esset necessarium, ita vt non posset præueniri notabiliter absque peccato; adhuc tamen potest seruari substantia ieiunii, nimirum, quo ad vnicam comestionem, & quo ad abstinentiam à cibis vetitis: ergo debet seruari, quia tunc solum cessat preceptum, quando non potest ampliùs, quo ad substantialia seruari. Ita Caietanus, *1. 2. qu. 147. articul 7.* Azorius, *part. p lib. 7. capit. vndec quæst. 7.* Beia, *part. p. cas. 45. versic. Concludo igitur.* Lauorius, *part. p. de Iubileo cap. 20. num. 16.* Medina, *lib. p. sum. cap. 14. §. 10.* Filliucius, *tract. 27. part. 2. cap 4. num. 66* Lopez, *part. secund. capit. 112.* Viualdus, *in append. cap. 15. de Ieiunio quadrag. num. 59.* Reginaldus, *lib. 4. capit. 14. num. 183.* Layman, *in Theolog. Moral. lib. 4. tract. 8. cap p. num. vndecimo* Bossius, *sect. 4. de Iubileo cas. 18. num 97.* Bonacina, *de leg. disp. vltim quæst p. pun. 4. num 5. versic. Quarto.* Sanchez, *lib. 5. Consil cap. p. dub. 28. num. 8.* Diana, *part. p. tract. 9. resolut. 48.* Trullench *lib. 3. Decalog cap secund dub. 4. num 7.* Fagundez *Precep. 4 Eccles. lib p. cap. 4. num. 10.* Pasqualigus, *de Ieiun decis. 153. num secund.* Rodoriquez, *to. secund. qq. regul quæst. 100. articul. secund.* Vega, *par p. sum. cap. 14. num. 13.* & alii.

DE VNICA COMESTIONE.

Cap. 14.

Quotuplex refectio sumi potest in die ieiunij? Dub. 1
An collatio serotina licita sit in die ieiunij? Dub. 2.
An in vigilia Natiuitatis Domini collatio vespertina possit esse maior consueta? Dub. 3.
De qualitate collationis serotinæ? Dub. 4
An quando in die ieiunij licet comedere lacticinia, possit adhiberi caseus, aut aliquid ex lacte, pro refectiuncula? Dub. 5.
An qui manè sumpsit refectiunculam, quæ vesperi sumi solet, frangit ieiunium? Dub. 6.
An qui non aduertit esse diem ieiunij, sæpiùs comedit, teneatur postea, aduertens, adhuc ieiunare? Dub. 7.
An paruitas cibi excuset à mortali in die ieiunij? Dub. 8.
An qui ob aliquod negotium interrumpit prandium, non dum completa refectione, possit postea, absoluto negotio, refectionē reassumere, & perficere? Dub. 9.
An bibere vinum, erit licitum in die ieiunij? Dub. 10.
An comedere aliquid, nè potus noceat, frangatur ieiunium? dub. 11.

Quotuplex refectio sumi potest in die ieiunii? Dub. 1.

1 COmmuniter Doctores, quibus adscribuntur Doctores citandi, dicūt: Vnicam refectionem esse de essentia ieiunii: alioquin, si esset multiplex, solueretur ieiunium, ab Ecclesia præceptum. Ita Panormitanus, *in rubric. de obseru. ieiun. num. 3.* Præpositus, *in cap. denique num. 21. dist secund.* Abulensis. *qu. 165. in cap. Matthæi.* Couarru. *lib. 4. varar. capit. 10. num. vndec.* Cenedo, *in quæs canon. quæst. p. initio.* Siluester, *v. Ieiunium quæst. 3.* Tabiena, *ibi, num. 3.* Angelus, *item. 3.* Medina, *de Ieiunio quæst p. litt. D,* Caietanus, *v. ieiunium versic. Vnica demum.* Gabriel, *in 4. dist 16. quæst. 3 art. 5.* Lopez, *part secund. Thesaur. cap. 112. versic. Quæritur 6.* Rodoriquez; *part. p. sum cap. 23. initio.* Angles, *in floribus de Ieiun. quæst. 9. art. secund.* Fagundez, *lib. p. de 4. Precep. Eccl. cap. 4. num. p.* Vilalobos, *to. p sum. tract. 23. diff p. num 3.* Ioa. del Cruz, *part. p. direct. conscient precep. 3. artic. 4. dub. p.* Molfesius, *to. p sum. tra. 10. cap. 5. num. 22.* Reginaldus, *lib. 4. num. 154* Emanuel Sà, *v. Ieiunium numer. 8.* Paludanus, *in 4. dist. 15. quæst. 4. articul. secund.* Bonacina, *de leg. disp. vlt. quæst. p. pun. 3. num. p.* & alij.

Dubitatur Primò: An qui sæpius comedit, totiès peccet, quotiès comedit?

2 ADuerte, quod Doctores communiter conueniunt, quando quis in die ieiunii sumit secūdam refectionem, peccat mortaliter: quia violat præceptum ieiunii. An verò peccet, quando sumit

mit tertiam refectionem in notabili quantitate?

3 Affirmat prima opinio: quia secundariò videntur prohibitæ, & per illas magis receditur à fine intrinseco ieiunii. Ita Medina, C. *de Ieiunio quæst.* 5. *versic. Ego tamen.* Siluius, *in* 2.2. *D. Thomæ qu.* 147. *artic* 6. *quæst.* 3. Molanus, *in Theolog. pract tract* ..*cap vndec. concl.* 4. Maior, *in quart. dist.* 15. *quæst* 6. & Couarr. *varior. resol. lib quart. capit.* 10. *num.* 13.

4 Secunda opinio, quæ est vera, negat: quia solum cōmittitur peccatum, quando comeditur secunda vice: non autem peccat denuò, quando comedit tertia, vel quarta vice: quia id tantum prohibitum est, habito resp ectu ad conditionem ieiunii, quæ est, vt ieiunans tantum semel in die reficiatur cibo: quæ ruit, immò impossibilis redditur per secundam refectionem: & ideò per eam peccatur contra præceptum de vnica refectione: non item per tertiam, quartam, vel alias, quæ nihil tale faciunt: præterea quod eam ruinam (*vt ita dicam*) & impossibilitatem inuenit iam factam. Ita Gabriel, *in quart. dist.* 16. *quæst.* 3. *art.* 3 *dub.* 5. *versic. alia opinio.* vbi Paludanus *quæst. quart. artic.* 5. Durandus, *dist.* 15. *quæst. vndec. num* 9. Angelus, *v. Ieiun. num.* 21. vbi Siluester, *num* 21. *versicul. Quartum.* Armilla, *num.* 14. Rosella, *nu. quart.* Tabiena, *quæst.* 9. D. Antoninus, 2. *part. titul.* 6. *capit secund.* § 9. Emanuel Sa, *v. Ieiunium num.* 13. Caietanus, 2.2. *quæst.* 147. *artic* 8. *versic. Adhoc dicitur, et in sum. v. Ieiunium capit. quart. circa finem.* Valentia, *tom* 3. *disp.* 9. *quæst. p. pun.* 3 *versic. Nihilominùs*, Azorius, *part. pr. lib.* 7 *cap.* 9. *quæst. secund. versic. Secunda sententia.* Rodoriquez, *part. p sum. capit.* 23. *num. p.* Vega, *part. p. sum. cap.* 14 *cas.* 9. Ledesma, 2. *part. quart quæst.* 17. *artic.* 5. *versic. Alia est sententia.* Petrus Ledesma, *part secund. tract.* 27. *cap. secund. dub.* 4. *circa secundam conditionem ieiunij.* Vilalobos, *to. p. sum. lib.* 5. *cap. vndec. nu.* 42. Lopez, *part.* 2. *cap.* 111. Henriquez, *lib.* 1. *sum. cap.* 13 *num.* 13. *in comment. litt S in fine.* Sanchez, *to. p. sum. lib.* 4. *cap. vnd. num* 42. Tannerus, 2.2. *disp.* 3. *quæst.* 3. *dub.* 5. *num.* 93. Reginaldus, *lib.* 4. *cap.* 14. *num.* 179. Lesius, *lib.* 4. *cap.* 2. *dub.* 3. *num.* 15. Pedrazza, *precept.* 3 §. 13. Fagundez, *Precep.* 4. *Eccles. lib. p. capit.* 4. *num.* 5. Filliucius, *tract.* 27. *part. secund. cap. secund. num.* 23. Salas, *de leg. disp.* 14. *tract.* 5. *nu.* 67. Medina, *lib.* 1 *sum. cap.* 14 §. 10. Summa corona, *part. p cap.* 1 *num.* 27. *circa finem.* Layman, *in Theolog. moral. lib.* 4 *tr.* 8. *capit. p. num.* 13. Io. del Cruz, *part. p. direct. conscient. precept.* 3. *articul.* 4. *num. p.* Bonacina, *de leg. disp. vltim. quæst. p. pun.* 3. *num.* 7. Llamas, 3. *part. method. cap.* 5. §. 26. *in fine.* Sancius, *in Select. disp.* 54. *num.* 42. Trullench. *lib.* 3. *Decalog. cap. secund. dub.* 3. *num.* 3 *& dub.* 5 *num.* 4. Molfesius, *to. p. sum. tract.* 10. *cap* 5. *num.* 22. Fagundez, *part* 2. *cap.* 8. § *secund. num.* 10. Bosseus, *in florib. Theolog pract. v. Ieiunium num.* 10. Diana, *part. p. tract.* 9. *resolut.* 44 Ghilinus, *in sum. v. Ieiunium numer.* 5. Pasqualigus, *de Ieiun. decis.* 357. *num.* 5. Gordonus, *lib.* 6. *Theolog. moral. quæst.* 18 *cap.* 5. *num.* 9 *versic. quarta dubitatio* Lubrinus, *in sum. v. Ieiunium num. secund.* Ludouicus à S. Ioan. *part. p. sum. de Ieiu. articul.* 12. & alij.

Dubitatur Secundò: An saltem peccet venialiter, qui tertia, vel quarta vice in die ieiunij comedit?

5 Affirmatiuè respondet Bosseus, *in florib. Theolog pract. v. Ieiunium* 1. *num.* 10. *in fine.* Lesius, *lib.* 4. *capit secund. dub.* 3. *num* 15. Filliucius, *tract* 27. *part.* 7. *capit secund. num.* 23. Durandus, *in* 4. *dist* 15. *quæst. vndec. num.* 9 *in fine.* & alij: quia secundario videntur prohibitæ, & per illas magis receditur à fine intrinseco ieiunii.

6 Negatiuam sententiam tenendam esse puto, quam docent Sancius, *in Select. disp.* 54. *num* 42. Trullench. *lib.* 3. *Decalog. cap.* 2. *dub.* 5. *num.* 4. Vilalobos, *tom p. sum. tract.* 23. *diff.* 6. *numer.* 5. *in fine.* Pasqualigus, *de Ieiu. decis.* 358 *num. secund.* Diana, *part. pr tract.* 9 *resolut.* 53. & alii. Ratio est: quia posita secunda comestione, expirat tota obligatio præcepti: nam destruitur tota forma ieiunii, quæ pro illa die ampliùs reparari non potest, vt potè, quę consistit in indiuisibili. Vndè cum non possit poni ampliùs forma, & substantia ieiunii; nihil remanet, quod exigitur ab ipso, quia destituta substantia, nihil de ieiunio potest substinere, & ideò non remanet vlterior obligatio: atque adeò nullum committitur peccatum, cum non fiat contra aliquam obligationem præcepti.

7 Et quod dictum est de præcepto ieiunii, dicendum est etiam de Voto. Vndè qui

qui aliqua die ieiunare vouit, peccat solum in secunda comestione, quia tunc ieiunium frangit. Ratio est, quia quamuis id votum includat negationem comedendi, nisi semel illa die: at illa negatio promissa est, per modum vnius abstinentiæ, consistentis in vnica comestione per totum diem, in quantum deseruit ieiunio illi implendo: At semel eo violato duplici comestione, impossibile est ampliùs seruari: ergo, &c. Ita Paludanus, *in 4.dist.38 qu.3. artic.4 nu.23.* Angelus, *v.ieiunium.num.3* vbi Siluester, 2. Palatios, *in 4.dist.38 disp.1.post 5.concl.* Armilla, *v.Ieiun. num.27.* Azorius, *par.1.lib.7.cap.20.quæst.6.* Henriqu. *lib.7.de Indulg.cap.13.nu.13.in comment. litt.S.* Sanchez, *lib.4.sum cap.11.num 42.* Lesius, *lib.4.cap.secund.dub.3.numer.15.* Filliucius, *to.secund tract.27.par.2. capit. secund.num.23.* Binsfeldius, *in Enchiridion.Theolog.pastoral.part 3.cap.33 conclus.5.* Caietanus, *2.2.quæst.146.artic.8.* Fernandez, *part.2.cap.8.§.3.num.10.* Coninch. *de Sacram quæst.74. artic.4.dub.3.num.103.* Io del Cruz, *in direct. conscient.part.1.præcep 4.artic.4.dub.1. conclus.1.* & alii.

An in diebus ieiunii licita sit collatio serotina? Dub.2.

8 NEgatiuè respondet D.Antoninus, *1. part titul.6.capit.2 §.9.* Caietanus, *2.2.quæst.141 artic.6.& in sum.v Ieiun. cap.1.* Abulens. *in cap. Matthæi quæst 164.* & alii. Vndè Caietanus ait: Non licere sumere collationem serotinam ad sustentationem, sed tantum per modum medicinæ.

9 Dicendum est tamen: Collationem serotinam in die ieiunii licitam esse. Ratio est: quia licèt antiquitùs non erat vsus faciendi collationem serotinam, quia prãdium erat hora tertia post meridiem, & ita tale prandium vocabatur cena: At hodie huiusmodi collatio, cõsuetudine, & moribus vtentium, comprobata est. Ita Panormitanus, *in rubr. de obseru.itiun.num.3* Couarr. *lib.4.var. cap.20.num.11.vers De illo verò?* Medina, *C.de Ieiun.tit.de horis refect.versic. His non obstantibus.* Cenedus, *par.1.collect.23.gloss.2.num.1.* Angles, *in floribus qu.9.de Ieiu art.2.diff.4.* Alcoz *in sum.c.24.* Azor. *par.1,lib.7.cap.8.quæst.4.* Medina, *to.1.cap.14.§.10.* Siluest. *v.Ieiu.num.* 10. Beia, *pa.1.Resp.cas.conscient.cas.3 initio.* Llamas, *par.3.method.cap.5.§.24.* Rosella, *v.Ieiun num.13.* vbi Armilla, *nu 1.* Lesius, *lib.4.cap.2 dub 2.nu.11.* Lopez, *par.2.cap.11 2.* Filliuc, *to.2.tr.27 pa.2.n.25* Bonac. *de leg.disp.vlt qu 1.pu.3 n.2.* Vilalob. *to.1.sum.tr.23.diff.7.nu.1.* Trullench *lib.3.Decalog.cap.2.dub.3.nu.6* Pasqualig. *de Ieiu.decis.86.nu.3.* Lezana, *in sum. v. Ieiu.n 4.* Sanch. *to.2.Consil.lib.5 cap.1.dub.25.nu 2.* Molfes. *to.1.sum.tr.10 capit.3.nu.43.* Sanctorum de Melfa, *in explic.Const. cap.3.fract.15 fol.339.* & alij.

10 Finis verò huius refectiunculæ, putat Caietan. *2.2.qu.147.art.6.in solut.2.& 3. dub.11* fuisse introductam, ratione medicinæ, nè potus noceret, aut ad conciliandum somnum. Ledesma verò, *2.par. 4.q.17.art.5.concl.5* & Vilalob. *pa.1.sum. tr.23.diff.7.* dicunt, introductam fuisse ex consuetudine, in ordine ad sustentationem.

11 Alii verò dicunt introductam fuisse ob sustentationem naturæ, & proindè in hunc finem posse adhiberi. Ita Lesius, *lib.4.cap.2.dub.2.nu.11.* Azorius, *par.1.lib.7 cap 8 qu.1.* Hieronym.Perez, *pa.1 sum. Theolog pract.v ieiun.1.nu 9.* Tolet. *lib.6. sum.cap.2.nu 5.* Rosella, *v.Ieiun.num.13* Armilla, *ibi nu.1.* Siluest. *nu.10.* Medina, *cap.4.sum.§ 10.* Filliuc. *par.2.tra.27 cap.2.nu.25.* Bosseus, *in florib.Theolog.pract. v.Ieiun.1.num.9.* Fagund. *lib.1.Præcep.4. Eccl.cap.4.nu.12.* Fernand. *par.2 cap.7.§.2.nu.9.* Bizzer, *par.4.sum. de 3 præcept. cap.vlt.memb.2.nu.5.verb sed Caietanus* Nauarr. *in manual.cap.21.nu.13.* Sublin. *par.1.sum.v.Ieiun.num.3.* & alij.

Dubitatur Primò: Quanta sumi potest refectiuncula, absque fractione ieiunij?

12 PRima opinio ait: Refectionem serotinã debere fieri in moderata quãtitate, iuxta regionis consuetudinem, quia, sicuti consuetudo introduxit, & facit licitam huiusmodi vespertinam refectiunculam: ita etiam potest quantitatem ipsius præscribere, tamquã licitam. Ita Molfes. *to.1.sum.tr.10.c.3.n.44* Tolet. *lib.6.sum.c.2.nu.6.* Caietan. *v.Ieiun.§.1.* vbi Siluest. *nu.10* Nauarr. *in manual.ca.21.n.13.* Les. *lib.4.c.2.dub.2.n.11.* Bonac. *de leg.disp.vlt.qu.p.pu.3.n.2.* Fernand. *p.2.c.8.§.2.n.9.* Bossi *sect.4.de iubil.cas.18.n.189.* Dian. *pa.p.tr.9 resol.p.vers.secundo respõdetur.* Lezan *sum.v.Ieiu.n.4.* Cenedo, *in q.canon.*

q. canon. q. 1. n. 4. Bizoz. *p. 4. sum. de 3 pracep Decalog. c. vlt. memb. vlt. n. 3. vers. sed Caietan.* Trullench. *lib. 3. Decal. c. 2. dub. 3 num. 9.* & alij

13 Hæc opinio, speculatiuè loquendo, vera est, sed ad praxim deseruire non potest: quia non constat de quantitate determinata per consuetudinem: nam, si loquamur de viris timoratę cõscientiæ, non conueniunt; nã alii plùs, alii minùs sumunt, vel quia sunt diuersæ complexionis; vel quia magis, vel minus rigorosè ieiunia seruant; vel ex aliqua alia causa. Vndè si attendenda esset consuetudo, quilibet incertus esset, in qua quãtitate deberet sumere vespertinam refectionem.

14 Secunda opinio ait: Quartam partem prandii sumi potest in vespertina refectiuncula. Ratio est: quia in cœteris rebus quarta pars censetur modica: vt in omissione Missæ, in omissione Horę canonicæ. Vndè etiam in huiusmodi refectiuncula solet apponi quarta pars panis, quæ consueta cęna sumi solet, etiam quarta pars eduliorum, & tres vncię ex duodecim, quæ sumeretur. Tum etiam, quia in iure modicũ sumitur pro quarta parte. Ita Reginald. *to p lib. 4. c. 14. dub. 10. n. 185.* Layman, *in Theol. moral. lib. 4. tr. 8. c. 1. n. 9* & Filliuc. *to. 2. tr. 26. pa. 2. c. 3. q. 3.*

15 At hæc opinio non placuit Turriano, *in disp. select. centur. 2. dub. 94* & Dian. *p. p. tr. 9 resol. p. vers. Quid ego sentiam:* qui nimis laxam vocant, & Bassio, *sect. 4. de Iubileo, cas. 8. num. 147.* Nec valet dicere, quod quarta pars in aliis rebus pro modica haberi solet: nam respondent, hoc non esse absolutè verum: nã si quis laboraret in die festo per spatium sex horarum, peccaret mortaliter: neq; excusatur, ratione paruitatis materiæ (quã in tali casu putant esse duas horas) tamẽ spatium sex horarum est quarta pars diei festi: ergo, &c.

16 Pasqual. verò, *de Ieiun. decis. 90 num. 4* hanc opinionem dicit esse probabilem, si posset vniuersaliter ad praxim hæc opinio deduci: sed quia quibusdam nimium cibum concedit, aliis verò minimum, prędicta opinio solum potest habere locum, respectu eorum, qui consueuerunt sumere cęnam moderatam: quia tunc quarta pars illius potest moraliter censeri refectiuncula, quatenùs est quid modicum, non solum respectiuè ad totam cęnam, sed etiam in se, & accedit ad illam quantitatem, quæ probabiliter solet assignari, vt licita pro tali refectiuncula.

17 Tertia opinio ait: Licitè sumi potest in vespertina refectiuncula in die ieiunii, quantitas duarũ, vel trium vnciarum. Ita Graffi. *p. p. dec lib 2. c. 37. n 29.* Emanu. Sà, *v. Ieiunium num. 8.*

18 Hęc opinio verò, nimis rigida ab omnibus censetur, quibus adscribuntur Diana, & Pasqual. *decis. 91. n. 1.* quia refectiũcula vespertina introducta est, ad mitigandã macerationem ieiunii, & ad tribuendum naturę aliquod robur, vt possimus cõsuetis functionibus vacare: duę aũt, aut tres vncię, vt plurimũ, non sufficiũt pro hoc fine: quia sũt aliquod minimũ, & minimũ robur nrę cõferre possũt

19 Quarta opinio ait: In collatione vespertina ieiunii, sumi põt quãtitas quatuor vnciarũ. Ita Homobon *in exam. Eccl. p. p. tr. 6. c. 20 q. 90.* Victorell *in notis ad manual.* Nauar *c. 20. n. 13.* Nald. *v. Quantitas nu. 9.* Lezan. *v Ieiun. n. 4* Azor *p p. lib. 7. c. 8. q. 9.* Sãctor. de Melf *c 3. stat. 15. in princ.* & alii

20 Sed horũ quoq; opinio, rigorosã vocãt Dian. *p p. tr 9 resol. 1. vers quid ego sẽtien.* & Pasqual. *de Ieiu decis 91. n. 2.* quia quatuor quoq; vnciæ ita aliquid modicũ sunt, vt non possint comodè præstare illud beneficium, quod per consuetudinẽ intenditur, qua huiusmodi refectiũcula introducta est: nec sufficiunt, vt plurimũ vt faciãt tollerabilẽ macerationẽ ieiunii, & ita eam mitigent, nè impediat consuetas functiones.

21 Quinta opinio: Sex vncias concedit. Ita Filliuc. *to. 2. tr. 27. p 2. c. 3. q. 7. n. 32.* Villalob. *to. p. tr. 23. dub. 7. n. 4.* & alii.

22 Sexta opinio, vsque ad septem vncias ampliat. Ita Hierony. Perez *p. p. sum. praecep. 3. §. de ieiunio.*

23 Septima opinio, vncias octo permittit: sed quia talis quantitas ab omnibus, cum acclamatione, & brachis expensis, recipitur, substinendam esse censeo: vnde probabilior mihi videtur hæc opinio. Aliæ vero duæ posteriores probabiles sunt, ita vt quælibet ipsarum ad praxim tuta conscientia reduci põt. Ita Trullẽc. *lib. 3. Decal. c. 2. dub. 3. n. 9.* Sãc. *in selec. disp. 52. n. 7.* Henriq *in cõp. cas. moral. c. 18. n 2 & 3.* Dian. *p. p tr 9. res. 1.* Pasqual. *de Ieiu. dec. 91 n. 5.* Fagũd. *lib. 1. de 4. Pręc. Eccl. c. 4. n. 13 & 19.* eãdem Dian *p. 6. tr. 6. res. 8 & 15* Leãdr. *inqq. regul c. 2. sup. 3. regul. §. 2 n. 41.* Baucius, *in mixell tr. 1. q. 75*

Manchad.

Mãchad. *to. 1. lib. 2. p. 4. tr. 3. docum. 7. nu. 2.* Gesuald. *in Theol. moral. to. 3. tr. 22. c. 2. n.* 27. Pellizz. *to. 1. tr. 5. cap. 5. nu. 10. cap. 11.*

24 Nobiles vero non tenentur sumere refectionem, vt cœteri; sed possunt sumere ampliorem refectiunculam in ieiunio: quia iam consuetudo id obtinuit. Tum quia, ieiunium debet esse vnicuiq; proportionatum: vndè quando est tam maceratiuum vnius, quam alterius, etiã si interueniat aliqua differentia in modo ieiunandi, quæ tamen non sit magnæ considerationis, adhuc seruatur ratio ieiunii: Cum autem nobiliores sint assueti delicatioribus cibis, & pluribus ferculis, plus macerantur per ieiunium, quam cœteri: Etiamsi sumant ampliorem refectiunculam vespertinam, quia adhuc est maior abstinentia, & ideò vt ipsis ieiunium tollerabile fiat, concedi potest amplior refectiuncula vespertina, ita vt non perueniat ad talem excessum, vt fiat cœna. Ita Sancius, *in Selec. disp. 39. num. 9.* Molfesius, *to. p. sum. tract.* 10. *capit. 5. num. 44.* Diana, *part. p. tract. 9. resol. p. versic. Nota tamen.* Azorius, *part. 1. lib. 7. cap. 8. quæst. 8.* Layman, *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 8. cap. p. num. 9. vers. Quid attinet.* Fagundez, *lib. p. de 4. Præcep. Eccles. cap. 4. num. undec.* Bossius, *sect. 4. de Iubileo cas. 18. num. 151.* Pasqualigus *de Ieiun. decis. 98. num. 1.* & alii.

25 Et ita dicendum est de illis, qui studiis vacant: quia non tenentur accipere assuetam refectiunculam; sed possunt adhibere in ieiunio ampliorem, quando continuò studiis vacant. Et ita dicendum est de illis, qui tota die ingenio laborant, vt sunt Aduocati, qui consulunt, & informant, atque aliæ huiusmodi personæ: quia studium valdè debilitat. Ita Layman, *in Theolog. moral. lib. 4. tr. 8. c. p. n. 9. vers. Quod attinet ad fine.* Llam. *pa. 4. method. c. 5. §. 24.* Pasqual. *de Ieiu. decis. 99.*

26 Et ita dicendum est de illis, qui male dormiunt, quando non cœnant: quia tunc possunt in ieiunio sumere ampliorem refectiunculam vespertinã. Ita Llamas, *par. 3. method. cap. 5. §. 24.* & Pasqualigus, *de Ieiun. decis. 100.* Ad hoc tamen non requiritur aliquod extraordinariũ incommodum, sed sufficit quodcumq; quod sit considerabile.

27 Vndè quotiès consueta exercitia sunt talia, ita vt notabiliter fatigent, aut animam, aut corpus, licita est in ieiunio vespertina refectiuncula, paulò laxior cõsueta: quia si huiusmodi soluunt obligationem ieiunii, quando sine incommodo notabili non possunt ieiunando exerceri; multò magis reddent licitam refectiunculam vespertinam paulò laxiorem, quando censetur necessaria, ad vitandam nimiam debilitatem. Ita Pasqualigus, *de Ieiunio decis. 100. num. 4.*

28 Hæc vespertina refectiuncula semper sumi potest, etiam si prandium non sit digestum. Ratio est: quia consuetudo introduxit huiusmodi refectiunculam simpliciter, atque adeò facit simpliciter licitam, ita vt sit veluti accessorium comestionis principalis, & proindè non violat ieiunium. Ita Couar. *lib. 4. varar. quæst. capit. 20. num. 11.* Nauarr. *in Manual. capit. 21. num. 14.* Viualdus, *part. 3. candel. capit. 15. de Ieiun. num. 40.* Lesius, *lib. 4. capit. secund. dub. secund. nu. vndec.* Beia, *par. p. cas. 3. versic. secundum ostendo.* Siluester, *v. Ieiunium quæst. 3. num.* 10. Armilla, *num. 12.* Azorius, *part. p. lib. 7. capit. 8. quæst. 4.* Filliucius, *tract. 27. pa. secund. capit. secund. num. 25.* Fernandez, *part. secund. cap. 7. §. 2. num. 9.* Angles, *in floribus quæst. 9. de Ieiun. diffic. 4. versic. vespertina collatio.* Sanchez, *lib. 5. Consil. cap. p. dub. 25. num. 2.* Reginaldus, *lib. 4. num. 134.* Pasqualigus, *de Ieiu. decis. 104. num. secund.* Bonacina, *de lect. disp. vltim. quæst. p. pun. 3. num. secund.* Sancius, *in select. disp. 52. num. 6.* & alii.

An in Vigilia Natiuitatis Domini collatio vespertina possit esse maior consueta? Dub. 3.

29 NEgatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia cum adhuc vigeat præceptum ieiunii, seruanda est debita mensura refectiunculæ: alioquin transiret in cœnam. Ita Rodoriquez, *to. p. sum. cap. 23. num. 10.* Antoninus Berar, *capit. 22. sum. nu. 23.* Nauarr. *in Manual. capit. 21. num. 15.* Pedrazza, *præcep. 3. decalog. versic. notando.* Bossius, *sect. 4. de Iubileo cas. 18. num. 160.* Angles, *in florib. tr. de vot. q. 9. art. 2. diffic. 4. dub. 1.*

30 Secunda opinio distinguit: scilicèt, in illis Diœcesibus, & Prouinciis, in quibus sic vsu receptum est, vt in Vigilia Natiuitatis Domini assumi possit in collationem, quantum libuerit ex variis fructibus: neque Prælati reclamant, sed potius ipsi Confessores, & Prædicatores eam consuetudinem sequuntur; huiusmodi certè cõsuetudo excusabit à trãs-

gressione præcepti ieiunii; & in hoc casu procedit opinio affirmatiua. Si autem in aliquibus Prouintiis ab hac consuetudine reclamant Prælati, neque viri timorati eam acceptant; non excusantur à culpa: quia videtur potiùs corruptela, quam consuetudo rationabilis: & in hoc casu procedit opinio negatiua. Ita Cenedo, *in quæst. canon quæst.* 41. *num.* 5. Medina, *par. p. sum. cap.* 14 § 10 Sanch. *in Select. disp.* 52 *de Sacrament num.* 10. & ita videtur docere Fagundez, *Præcep.* 4 *Eccles. lib p. cap. quart. num* 9.

31 Tertia opinio absolutè affirmat. Ratio est: quia, sicut Ecclesia in die Natiuitatis, si sit in die Veneris, aut Sabati, concedit ob lętitiam festi, vt possimus comedere carnes, vt alibi probauimus: ita etiam ieiunium Vigiliæ erit ieiuniū lętitiæ: quia Vigilia, vt quid accessoriū sequitur conditionem festi, & participat in prærogatiuis ipsius, salua tamen substantia Vigiliæ. Vnde, tamquam in ieiunio lętitię concedenda est latior refectiuncula, vt in hoc participet conditionem festi. Ita Azorius, *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 8. *quæst.* 8. Medina, *part. p. capit.* 14. §. 10. Beia, *part.* 1. *cas* 3. *vers Addo Ecclesiā*. Vilalobos, *to* 1. *sum. tract. secund. diffi* 7. *num.* 5 Llamas, *part.* 3. *sum. capit.* 5. §. 25. Ledesma, *part secund. sum. tract.* 27. *capit. secund. diff* 5. *versic. Digo le secunde ante* 5. *concl.* Fagundez, *Præcep. quart. Eccles. lib. p. cap.* 8. *num* 19. Filliucius, *to secund. tract.* 27. *part secund cap. secund num.* 54. Bonacina, *de leg. disp. vlt quæst* 1 *pun.* 3. *num. secund versic. Sed mihi*. Diana, *par. p. tract* 9. *resolut.* 35. & *par.* 5 *tract* 14. *resolut* 35. & *part.* 5 *tract* 14. *resol.* 12. Lublinus, *part.* 1 *sum v Ieiunium num.* 4. Sanchez, *lib.* 5 *Consil. cap p dub.* 26. *numer p.* Lopez, *part. secund. capit.* 112. Ludouicus à S. Ioa. *part. p. sum. tract. de Ieiun. artic.* 12. Pontius, *de Matrim. lib.* 5. *cap.* 8. *nu. secund*. Sancius, *in Select. disp.* 52. *num.* 10 Turrianus, *part. p. sum. capit.* 256. *dub.* 38. *conclus.* 3. Trullench. *lib.* 3. *Decalog. capit. secund. dub.* 3. *numer* 9. Lezana, *in sum. v. Ieiunium numer. quart.* Pasqualigus, *de Ieiunio decisio* 92. *numer. quart.*

Dubitatur: Quantum debet esse maior hæc refectiuncula, in Vigilia Natiuitatis Domini?

32 Azorius, *lib.* 7. *capit.* 8 *quæst.* 8. putat posse sumi duplò maiorem. V. G. si in aliis vigiliis licitum est sumere vncias octo, erit in illa licitum sumere vncias 16. Et ita Io. Henriquez, *in qq. Practicis sect.* 16. *quæst.* 5. Diana, *part.* 9. *trac.* 6 *resol.* 17 Vilalobos, Medina, Ledesma, & Fagundez, locis citatis.

33 Sanchez vero, *in* 5. *lib Consil. capit. pr. dub* 26. *num. p.* idem Diana. *part p. tract.* 9. *resol.* 35 & *part.* 5 *tract.* 14. *resol.* 12. Lublinus *part. p sum. v. Ieiunium num.* 4. & alii dicunt, dictam collationem in tali die sumi posse triplo maiorem, quam in aliis diebus.

34 Attamen Sancius, *in Select. disput.* 52. *num.* 10. Pontius, *lib.* 5. *de Matrim. cap.* 8 *num.* 12. Ludouicus à S. Ioan. *part. p. sum. tract de Ieiun. art.* 12. Lopez, *par. secund. cap.* 112. & alii dicunt: Posse vsque ad saturitatem sumi collationem serotinam in Vigilia Natiuitatis, de rebus consuetis. Non tamen erit licitum illa nocte sumere pluries collationem: quia non habet vsus. Ita Sanchez, *to secund. consil. lib* 5. *capit. p. dub.* 26. *num.* 6 & 7.

35 An quando Vigilia Natiuitatis incidat in Sabatum, & festum in feria secunda, quando in Sabato occurrat ieiunium cum vigilia simul quatuor Temporum liceat sumere ampliorem refectionem? Respondeo, quod Bossius, *sect.* 4. *de Iubileo cas.* 18 *num.* 156. negat: quia non adest consuetudo. Diana vero, *in* 5. *par. tract.* 14 *resol.* 12. Sanchez, *lib.* 5. *Consil. cap. p dub.* 26. *num.* 3. Sancius, *in Select. disp.* 52. *num* 10. Turrianus, *part. p. sum. cap.* 256. *dub.* 37. *conclus. quart.* Pasqualigus, *de Ieiun. decis.* 92. *num.* 7. & alii affirmant; quia hoc est priuilegium talis ieiunii pro tali festo, vnde sequitur ipsū ieiunium, in quocumque die fiat.

36 Quid dicendum de illo, qui in Vigilia Natiuitatis, ex causa iusta, vellet sumere collationem serotinam mane, & prandium differre vsque ad noctem, An possit illam sumere in quantitate, qua licitum est sumere illam serò? Respondeo, quod Sanchez, *to. secund. consil. lib* 5. *cap.* 1. *dub.* 26. *num.* 6. Trullench. *tom p. Decalog. lib.* 3 *capit.* 3. *dub.* 6. *numer. vndec.* & Diana, *part.* 9. *tract* 6. *resolut.* 17. negant: quia vsus id non obtinuit, nisi in collatione

tione illius noctis, in qua iam cępit festum, non autem quando collatio fit in meridie.

37 Affirmant verò Pasqualigus, *de Ieiun. decis.102 num.9.circa medium.* & Pellizzarius, *in Man.Regul.to p.tract.5.cap.5. num.* 13. quam sententiam probabilem vocat Diana, loco citato in fine. Quorum ratio est: quia, sicut possunt sumere collationem etiam copiosam, in casu, quo Vigilia Natiuitatis incidat in Sabato, & festum Natiuitatis in feria secunda, ita licita erit in casu nostro. Tum quia, hoc est priuilegium illius ieiunij, cui hoc conuenit: non quia festum inceperit, sed quia est accessorium festi, etiam si festum non inceperit: quod patet ex modo celebrandi Officium vigiliæ.

Quid dicendum de ieiunio Paschatis, & Pentecostes?

38 Licere in Vigilia Paschatis sumere ampliorem refectiunculam, vbi adest consuetudo, assistendi officio nocturno tempore, ait Filliucius, *to.secund.tr. 27.part.secund.cap.secund.num.34.* cum Fagundez, *lib.4.dic.præcep.Eccles.part.4. num.19.* qui admittit, vbi adest consuetudo.

39 Lusitinus verò, *in sum.v.Ieiunium nu. 4.* Pasqualigus, *de Ieiun.decis.93. num 2.* & Azorius, *part.p lib.7 cap.8.quæst* 8. dicunt: talem collationem licitam esse, vt est licita in Vigilia Natiuitatis Domini: quia tale ieiunium, est ieiunium letitiæ: Letitia autem Paschatis incipit in ipsa vigilia, in qua non præparatio ad festum resurrectionis, sed ipsa resurrectio celebratur, cantatur Missa solemnis in paramentis albis, cantatur Alleluia, cantatur Hymnus, Exultet, & omnia plena sunt letitia: vnde etiam ieiunium debet esse mixtum letitia, atq; adeo cum ampliori refectiuncula vespertinæ.

40 Et ob eadem rationem putat de Vigilia Pentecostes, Pasqualigus, *nu.3.* quia ieiunium quoque ipsius, est ieiunium letitiæ, sicut dies ipse vigiliæ. Vnde est vigilia priuilegiata, non secus ac quælibet alia, & quodam modo incipit in ipsa solemnitas festi subsequuturi, & proinde celebratur officium cum paramentis rubeis, quæ omnia indicant solemnitatem specialem, coniunctam cum quadam speciali letitia.

Dubitatur Secundò: An liceat Religiosis sumere prædictis diebus ampliorem refectiunculam vespertinam?

41 Negatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia ea consuetudo, soli præcepto Ecclesiastico, imponenti ieiunium, derogare potuerit: non autē naturali diuino, à quo obligatio voti consurgit. Vndè Franciscani, qui ex voto tenentur ieiunare à festo omnium Sanctorum, vsque ad eam vigiliam, non possunt in eà vti tam longa refectiuncula. Ita Rodoriquez, *to.p sum.in secud. edit.cap.23.num.*10. Diana, *part p.tract 9 resol 35.vers.sed an talis in fine.* Bossius, *sect.4. de Iubileo cas.18 num.*160 Vilalobos, *to.p sum tract.23 diffic.7. nume.5.* Ledesma, *secund tom sum tract.27 conclus quart versic.Digo lo secundo in fine.*

42 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia & si consuetudo nequeat voto derogare: at votum de aliqua materia non obligat aliter, quam lex Ecclesiastica de illa, vt ait Sanchez, *tom p. sum. lib.4.capit.11. num.31.* At lex Ecclesiastica in hac die obligat ad ieiunium eo modo consuetudine explicato, ita vt refectione serotina tam longa vtens, censeatur verè seruare ieiunium Ecclesiasticum: ergò idem dicendum est de voto illius ieiunij. Tum quia coniungitur cum vigilia talis festi, quæ est vigilia solemnis, & cum letitia, ideo ieiunium quoque ab vno quoque cum letitia celebrari potest. Ita Sancius, *in Selet.disp. secund.num.*10. Llamas, *part 3 sum.cap. 5 §.25.* Sanchez, *to.p sum. lib.quart. cap. vndec.num.65 in medio.* & Pasqualigus, *de Ieiunib decis.94. num.secund* qui addit: etiam si hoc non sit firmatum consuetudine: quia erit licitum, ratione diei, in quo incidit ieiunium.

Dubitatur Tertio: An qui vouit ieiunare in Vigilia Natiuitatis Domini, Paschatis, & Pentecostis, possit sumere ampliorem refectiunculam?

43 Prima opinio ait: Non licere huic voventi, ea refectiuncula vti: & hoc ex ratione, quam in numero 41. adduximus. Ita Rodoriquez, *to.p.sum capi 13 num.*10. Villalobos, *to.1.sum.tract.23. diff.7.num.5.* Marti.

Secun-

44 Secũda opinio ait: Aut vouẽs vouit ieiunare, sicut cœteris diebus, aut tantũ vouit ieiunare: si primo modo, non potest sumere ampliorem refectionem vespertinam: quia obligatio voti est de iure diuino: vndè tenetur, non obstante consuetudine, ieiunare, sicut cœteris diebus. Si secundo modo, potest sumere refectionem: quia intelligitur de ieiunio, illo die consueto. Ita Ledesma, *par. secund. sum. tract. 27 conclus. 4. vers. Aesta difficultad.*

45 Tertia opinio meliùs ait: Si vouens vouit tantum ieiunare, tunc poterit sumere ampliorem refectiunculam, vt etiam secunda opinio docet: Si verò vouit, se ieiunaturum, sicut cœteris diebus; in tali casu recurrendum est ad interpretatiuam intentionem, & iuxta ipsam mensuranda obligatio: Si autem respiciatur ad interpretatiuam intẽtionem, solum per id, quod velit ieiunare, sicuti in cœteris diebus, videtur intendere, quod velit exercere ieiunium secundum præscriptionem, & consuetudinem Ecclesiæ; vndè in tali casu poterit vouens sumere ampliorem refectiũculam. Secùs si habuerit intentionem abstinendi ab ampliori refectiuncula: quia tunc non potest. Ita Sanchez, *lib. 4 sum. capit. 11. num. 65.* Bartolomeus à S. Fausto, *lib. p. Thesaur. Relig. quæst.* 151 *edit. vltim.* Neapol. & Pasqualigus, *de Ieiun. decis. 95. à num. secund.*

46 Vndè, si quis ex voto, aut pœnitentia teneatur ieiunare certa die, in qua incidit Vigilia Natiuitatis Domini, aut sit tempus Iubilei; poterit, satisfaciendo vtrique obligationi, sumere vespertinã refectiunculam, iuxta consuetudinem diei: quia, dum obligatio est ad ieiuniũ pro illa die, est implicitè ad ieiunium iuxta consuetudinem diei. Ita Sanchez, *lib. 4. sum. cap. vndec. num. 65.* & Pasqual. *de Ieiunio decis. 101. num. 8.*

De qualitate collationis serotinæ? Dub. 4.

47 Diximus in prima dubitatione num. 1. cum communi sententia Doctorum, vnicã comestionem esse de essentia ieiunii: sed collationem serotinam in tali tempore licitam esse, ratione consuetudinis, diximus in secunda dubitatione, numer. 9. Etiam si sumatur alendi causa, *vt in num. 12. & in dubit.* 3. diximus in qua quantitate. Modo videndum est, in qua qualitate dicta collatio facienda sit? Et vt distinctiùs procedamus, quærendum est Primò.

An in refectione vespertina ieiunij, liceat vti pane?

48 Negatiuè respondet D. Antoninus, 1. *part. titul. 29. capit. secund.* §. 9. & alius, quem tacito nomine refert Azorius loco citando: sed solum paucis fructibus arborum, vel herbis volunt vtẽdum, aut aliis leuiusculis ciborum generibus, quod huiusmodi cibi, & parum nutriant, nec tam ad nutriendum, quam ad excitandam cibi appetitionem capiuntur. Panis verò sumitur potissimum ad nutriendum, & famem sedandam: quare sumendus non est, nisi vbi fructus defuerunt, vel soli nocuerint.

49 Innocentius verò, *in Rubric. de obser. ieiun.* Siluester, *v. Ieiunium num. 10. in fine.* Abluens. *quæst. 170. in cap. 6. Matth.* & Ledesma, 1. *part. 4. quæst. 17. articul. 5. conclus. quart.* dicunt: Posse adhiberi in refectiuncula modicum panis, per modum medicinæ, nè stomachus potu lædetur: non autem per modum cibi.

50 Communiter Doctores dicunt: In refectiuncula vespertina licitum esse adhibere panem, non solum per modũ medicinæ, sed etiam per modum cibi: & ita obseruatur in multis Religionibus, & præcipuè in nostra. Ratio est: quia consuetudo iam præscripsit vsum panis, vt legitima in vespertina refectiuncula: vndè cum in ieiunio tota regulatio comedendi sit ex consuetudine, vt diximus in superioribus resolutionibus; meritò debet haberi pro legitimo, quicquid per ipsam introducitur. Ita Azorius, *part. 1. lib. 7. cap. 8. quæst. 7.* Fagundez, *lib. 1. de 4. Precep. Eccles. cap. 4. num. 3.* Caietanus, *v. Ieiunium cap. 1.* vbi Armilla, *num. 1.* Llamas, *part. 3. Method. capit. 5.* §. 24. Viualdus, *in Candelab. par. vltim. cap. vndec. num. 25.* Graffius, *part. p. decis. lib. secund. cap. 37. num. 29.* Rodriquez, *to. p. sum. capit. 23. num. 8.* Vega, *part. p. sum. cap. 14. cas. 5.* Nauarr. *in Manual. cap. 21.* Emanuel Sà, *v. Ieiunium num. 8. versic. Tres autem quatuor.* Filliucius, *tract. 27 part. secund. cap. 9. num. 29.* Layman, *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 8. capit. p. num. 9.* Angles, *in floribus quæst. ... de Ieiunio articul. secund. diffi. 4 versic. Animaduerte*

te in fine. Molfesius, *to.p. sum. tract.* 10. *cap.* 3. *num.* 14. Vilalobos, *to.p. sum. tract.* 23. *diff.* 7. *num.* 3. Siluius, 2.2. *quaest.* 147. *artic* 6. *quaest. secund.* Bossius, *sect.* 4. *de Iubileo cas.* 18 *num.* 123. & 24. Pasqualigus, *de Ieiun. decis.* 107. *nu.* 4. Trullench. *lib* 3. *Decalog. cap.* 3. *dub.* 3. *num.* 8. Lezana *in sum. v. Ieiunium num.* 4. Ghetius, *in Thesaur. anima v. Ieiunium cap. p. num.* 4 & alii.

Difficultas verò manet: An in collatione serotina, quantitas licita possit tota sumi in solo pane?

51 NEgat prima opinio: Ratio deducitur ex communi modo loquendi, quo vtuntur Doctores communiter, dū loquuntur de quantitate, & qualitate refectiunculæ vespertinæ: siquidem communiter supponunt cum pane modico iungi fructus, aut herbas. Tum quia panis maximè confert ad nutriendum; ideoque si concederētur octo vnciæ panis, ieiunans nimiam caperet sustentationem. Ita Pelizzarius, *in Manual. Regul. to. p tract.* 5. *capit.* 5. *num.* 15. qui putat, quod si ieiunans in refectiuncula vellet vti solo pane, possunt ei concedi quinque panis vnciæ circiter.

52 Secunda opinio affirmat: quia quamuis Doctores asserant, quantitatem licitam esse vncias octo panis cum fructibus, quia communiter cum pane talia obsonia iunguntur: non tamen ex hoc sequitur, quod quis non potest sumere quantitatem vnciarum octo solius panis, sicut posset etiam sumere quantitatem vnciarum octo, aut nucium, vel amygdalarum, aut aliorum fructuum: nam eo ipso, quod consuetudo introduxit talia obsonia in collatione serotina, liberum est de ipsis sumere, quæ magis placuerint: & ideo licitum est illa sumere coniunctim, vel separatim, in quantitate tamen permissa à Doctoribus. Ita Trullench. *to.* 1. *Decalog. lib.* 3. *cap. secund. dub.* 3. *num.* 8. Marchantius, *in qq. Pastoral. part. secund. cap.* 5. Diana, *part.* 9. *tract.* 6. *resol.* 15. Pasqualigus, *de Ieiun. decis.* 107. *num.* 4. Trullench. *lib.* 3. *Decalog. cap. secund. dub.* 3. *num.* 8. Lezana, *in sum. v. Ieiunium num.* 4. Bossius, *sect.* 4. *de Iub. cas.* 18. *nu.* 123. & 124. & alii.

Secundò: An in refectiuncula vespertina sumi potest tota illa quantitas cibi, quæ sumeretur, si crudus esset, si sumatur coctus cum iusculis?

53 NEgatiuè respondet Filliucius, *in* 2. *tom. tract.* 27. *part.* 2. *num.* 31. Cuius ratio est: quia ex aqua, seu quocumque alio liquore, & materia solida fit vnus cibus, ita vt materia liquida non retineat amplius rationem potus, sed euadat cibus simul cum materia solida: & proindè quantitas excederet mensuram licitam in vespertina refectiuncula.

54 Bossius verò, *sect.* 4. *de Iubileo cas.* 18. *num.* 128. & Pasqualigus, *de Ieiun. decis.* 106. *num. secund.* affirmant. Quorum ratio est: quia aqua, quæ miscetur cum pane, vel cum aliquo alio cibi solido, non auget substantiam cibi, in ordine ad nutritionem, quia non aufert secum aliquid nutritium, sed tantum temperat qualitatem ipsius, in ordine ad faciliorem concoctionem in stomacho: & proindè eadem quantitas cibi nutritiui sumitur, ac si sumeretur crudus. Et sicut licet sumere panem in ea quantitate, quæ est licita, & ipsum vino imbuere, quamuis hoc crescat in pondere, quia non admiscetur aliqua substantia, ordinata ad cibandum: ita etiam in casu nostro, quia supra quantitatem debitam non admisceretur aliquid, ordinatum ad cibandum. Et non obstat, quod cibus in pondere crescat: quia hoc augmentum ponderis, per accidens est, nec est secundum rationē substantię nutritiuæ, sed secundum rationem temperamenti, ordinati per modum medicinæ ad commodum stomachi.

Tertiò: An liceat in refectiuncula ieiunij sumere herbas elaxatas aqua, & oleo, & aceto temperatas, vulgo, Inzalata cotta?

55 AFfirmatiuè respondeo: quia herbæ coctæ non differunt secūdum substantiam, sed remanent in eodem genere cibi leuissimi: vndè si possunt sumi crudæ cum eodem condimento, cur non possint sumi coctæ, cum talis coctio solum mitiget cruditatem ipsarū? Ita Bossius, *sect.* 4 *de Iubileo cas.* 18. *num.* 118. Pasqualigus, *de Ieiun. decis.* 108. & Layman, *in Theolog. moral. lib.* 4. *tract.* 8. *cap.* 1.

capit.1.numer.9 in fine. Et multo magis possunt in refectiuncula serotina comedere lactucas aceto, & oleo mistas. Sic Layman, & alii.

Quartò: An iuscula, ex herbis, pane, & alijs huiusmodi rebus leuioribus (vulgo mineſtra) *sale, & oleo condita, aut saccario, vel melle, possint adhiberi in refectiuncula vespertina?*

56 NEgatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia cœnacula à consuetudine Ecclesiarum, per quam introducta sunt, modum, & mensuram accipere debēt: non est autem consuetudine receptum, vt coctum iusculum, aut frixę placentæ ad cœnulam passim adhibeantur. Tum quia negari non potest, quin ignis concoctio plurimum mutet materiam subiectam, aut alium ex ea cibum faciat, nutritioni magis inseruientem. Ita Layman, *in Theolog. moral.lib.4.tract.8 cap.1.nu.9.* Filliucius *to.secund tract.27.part.secund capit.secund num.31.* Lezana, *in sum v. Ieiun. num 4.* Trullench. *lib.3 Decalog. cap secund.dub.3.num.8.* Diana, *part 9.tract.6 resol.29.* & alii.

57 Secunda opinio permittit iuscula, si quantitas tamen permissam fragum quantitatem non exęquet. Ita Escobar, *in Theolog.moral.tract.1.exam 13. capit.1. num 102.* Vnde obseruat Pellizzarius, *in manual.Regul tom.1.lib.5.capit.num.16.* Quod aliqui docti Neoterici concedunt in refectiuncula vespertina sumi posse iusculum ex pane, & aqua, pertingens ad duodecim vncias: quam sententiam non reprobat Diana vbi supra.

58 Tertia opinio absolutè affirmat, etiam seclusa necessitate. Cuius ratio est: quia si licitum est die ieiunii aquam, & vinum bibere, herbas, aut fructus, & secundum morem Regionis, parum butiri edere: cur non etiam commiscere, & igne calefacere liceat; cum nihil referat, calidumne, an frigidum sit, quod sumit? cum autem hæc mistio relinquat omnia in sua substantia, adhuc licita relinquit, sicut erant antea. Tum quia huiusmodi mistio non est contra finem ieiunii: quia nō præstat aliquem effectum contra macerationem, quem non præstarent reliqui cibi. Ita Azorius, *part.1.lib.7 cap.8.quæst.8 in fine.* Pasqualigus, *de Ieiun.decis 109 num secund.* Bozzer, *pa.4 sum de 3.pracep Decal.cap.vlt. membr. secund. num 1. vers sed Caietanum.* Bossius, *sect 4 de Iubileo cas.18. nu 18* Fagundez, *lib 1.de 4.Precep Eccles capit.4. num.20.* Gherius, *in Thesaur. animæ v. Ieiunium capit 1. num.4* Nicolaus Masciens *in Tyrocinio Sacræ Artis Pœnitentiariæ part secund §. de secundo precep.ieiun.num.12* Caramuel, *in Reg. D. Benedicti disp.128.nu.1613.* & alii: quam sententiam non reprobat Diana, & probabilem vocat Layman.

Quintò: An licitum sit in collatione serotina ieiunij sumere legumina cocta in quantitate licita?

59 NEgatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia in refectiuncula vespertina solum edi possunt, quæ ante, vel post prandium, aut cœnam sumi solent, vt sunt fructus, herbæ, & lactuaria: non autem cibi, qui valent potissimum ad nutrimentum, qualia sunt pisces, & legumina. Tum quia collatiuncula vespertina licita est ex consuetudine: sed consuetudo non introduxit, vt in ea sumantur legumina cocta: ergo, &c. Ita Diana, *part.5. tract.14 resol 14.* Azorius, *par.1.lib.7.capit 8. quæst.8.* Layman, *in Theolog.moral.lib.4 tract.8 cap.1 num.9.* Filliucius, *to.secund. tract.27.cap.secund.dub.6.num.30.* Reginaldus, *tom.1 lib.4 cap.14 dub.10. nu.185* Vilalobos, *to 1.sum.tract.23. diffic.7.num 7.* Lezana, *sum v Ieiunium num.4.* Trullench. *lib.3.Decalog.capit.secund. dub.3 num 8.* & alii.

60 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia legumina non sunt contra finem refectiunculæ ieiunii: cum enim adhibeatur ad præstandam aliqualem refectionem, nè corpus nimis debilitetur, potest hic effectus obtineri, mediātibus leguminibus, etiam cum iusculo, in debita quantitate sumptis: præsertim quia sunt cibus satis crassus, & parum nutriens in comparatione cœterorum: immò minùs nutriens, & conualidans corpus, quàm nutriat panis, aut alius cibus ex iis, qui censentur liciti pro refectiuncula, quod præsertim contingit in quibusdam generibus leguminum: sunt etiam difficilis digestionis, vt experientia patet, vndè ex hoc capite macerant.

rant. Nec obstat, quod non sint introducta à consuetudine: quia non omnia quæ sumi possunt, introducta sunt: vt constat etiam ex iis, quæ habent rationem bellariorum, quia sufficit, quod nō sint contra finem, & intentionem consuetudinis, concedentis refectiunculam. Ita Pasqualigus, *de Ieiun. decis.* 110. *num.* 2. Bonacina, *de legib. disp. vlt. quæst.* p. *pu.* 3. *num.* 3. Bossius, *sect.* 4. *de Iubileo cas.* 18. *num.* 128. Ghetius, *in Thesaur. v. Ieiun. cap.* 1. *num.* 4. Bizozer, *part.* 4 *de* 3. *præcep. Decalog. cap. vlt. memb.* 3. *num.* 3. *vers. sed Caietanus.*

61 Ex his constat apud omnes tamquam certum, posse sumi in refectiuncula vespertina ieiunii herbas, vel fructus, siue virides, siue siccos, & alios huiusmodi cibos, qui non sunt principaliter ordinati ad nutriendum, sed potiùs vel ad sitim extinguendam, vel ad famem mitigandam.

Sextò: An pisces siccati, & sale conditi, & quæ constant ex ouis piscium, vulgò (Caniale, & Butarge) adhiberi possint in refectiuncula ieiunii?

62 Affirmatiuè respondeo. Ratio est, quia reponi solent inter leuiores cibos: vt desumitur, *ex cap. Presbiter. dist.* 82. *& ex cap.* 2. *de homicidio.* vbi agentibus pœnitentiam in ieiunio cum solo pane, & aqua, conceduntur parui pisciculi; qui tamen si recentiores sint, magis nutriunt, quam pisces siccati, aut aceto macerati, quia sunt in sua virtute, & substantia. Immò vt plurimum viri timoratæ conscientiæ absque scrupulo huiusmodi cibos solent in refectiuncula ieiunii adhibere. Ita Azorius, *part.* p. *lib.* 7. *cap.* 8. *quæst.* 7. Layman, *in Theolog. moral. lib.* 4. *tract.* 8. *cap.* 1. *num.* 9. Bossius, *sect.* 4. *de Iubil. cas.* 18. *num.* 126. Pasqualigus, *de Ieiun. decis.* 112.

Septimò: An liceat vti in refectiuncula piscibus recentioribus in debita quātitate?

63 Negatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia licèt in his similis quantitas non violaret ieiunium violaret tamen ratione qualitatis. Tum quia non debent adhiberi refectiunculæ, quæ simpliciter ordinantur ad reficiendum: & quia non est introductum per consuetudinem, quod pisces etiam in parua quantitate adhibentur. Ita Sāchez, *lib.* 5. *Consil. cap.* p. *dub.* 24. *nu.* 4. Reginald. *to.* p. *lib.* 4. *cap.* 14. *dub.* 10. *n.* 185. Angles, *in florib. q.* 9. *de Ieiu. art.* 4. *diff.* 4. Layman, *in Theol. moral. lib.* 4. *tr.* 8. *cap.* p. *nu.* 9. Vilalob. *to.* p. *sum. tra.* 23. *dub.* 7. *nu.* 3. Filliuc. *to.* 2. *tr.* 27. *pa.* 2. *c.* 2. *dub.* 6. *n.* 30. Ledes. *to.* 2. *sum. tr.* 27. *cap.* 2. *pa.* 4. *concl.* Turrian. *p.* p. *sum. ca.* 256. *dub.* 37. *concl.* 3. & 5. Boss. *sect.* 4. *de Iubileo cas.* 18. *nu.* 10. Rodoriqu. *p.* p. *sum. cap.* 23. *nu.* 8. Medina, *lib.* p. *sum. ca.* 3. *sum. c.* 5. § 24. Ortiz, *ca.* 19. *sum. nu.* 10. Graffi. *p.* p. *dec. lib.* 2. *c.* 37. *n.* 39. Berarduec. *in sum. corp.* p. *c.* 1. *nu.* 69. Sanc. *in Select. disp.* 52. *nu.* 8. Sanctor. de Melfa, *in expos. const. ordinum c.* 3. *strat.* 15. *fol.* 339. *vers. Non est contra in fine.* Diana, *p.* p. *tr.* 9. *resol.* 1. & *p.* 4. *tr.* 4. *resol.* 117. & *p.* 5. *tr.* 14. *resol.* 14. *vers. Adde quod collatiuncula, & p.* 9. *tr.* 6. *resol.* 8. Henriq. *in qq. pract. sect.* 16. *q.* 4. Pellizzar. *in manual. Regul. to.* p. *tra.* 5. *cap.* 5. *nu.* 14. Leandr. *in qq. Regul. ad c.* 2. *super ca.* 3. *Regul. D. Francisci n.* 14. & alii.

64 Affirmat verò secunda opinio. Cuius ratio est: quia refectiuncula, non solum adhibetur per modū medicinæ, sed etiā per modum aliqualis refectionis, & ad confortandam naturam, ne nimis langueścat ratione ieiunii: & in hunc finem aut est introducta per consuetudinem, aut saltem confirmata: ergo non est cōtra formam consuetudinis, seù contra intentionem, & finem ipsius adhibere piscem quemcumq; indebita quātitate: nam in tantum esset contra consuetudinem, in quantum piscis in sua primaria institutione, ordinatur ad reficiēdū, & nutriendum: at per hoc nē dum contrariatur consuetudini, & fini ipsius, sed potius confirmat. Neque dici potest, quod excedat, quia consuetudo non intendit per refectiunculam perfectè nutrire, sed aliqualiter: quia piscis, in debita quantitate sumptus, non perfectè reficit, & nutrit, sed tantū aliqualiter. Tum quia, si refectiūcula est per modum medicinæ, tunc potiùs adhibendus est piscis, quam plura eorum, quæ tamquam fructus, & bellaria conceduntur. Si verò non adhibetur per modum medicinæ, sed tantum quia ordinatur, ad dandam virtutem stomacho, nē illi potiùs noceat & ad aliqualiter confortandam naturā: tūc melius assequitur piscis, quam plures fructus, vt ficus sicci præsertim, & plura Bellaria; quia loco corroborandi stoma-

stomacum, ipsum debilitant, aut relaxãt generant cruditates, quia habent partes crassas, quæ difficilè coquuntur, præsertim si stomacus non sit valdè robustus. Tum quia piscis est cibus exigui nutrimenti: vnde tanquã cibus maceratiuus conceditur ab Ecclesia in ieiunio: & ideò dum in refectiuncula adhibetur, adhuc in ipsa seruatur maceratio, proportionata ieiunio: nam pisces minùs nutriũt, quam nutriant plures cibi, qui conceduntur pro refectiuncula, vt experiẽtia constat: nam homines cum solo pane diù viuere possunt: non autem si solos pisces comederent, vt testantur Medici: quod satis iudicant, non adeò benè nutrire, sicut nutrit panis. Et ita dic de caseo: quia quando in die ieiunii non est prohibitus, potest (secundum plures) adhiberi etiam in refectiuncula, sicut etiam butirum. Vndè si conceduntur cibi, qui plures nutriũt, cur negatur piscis, qui minus nutrit, ex eo, quod simpliciter ordinetur ad reficiendum. Neque obstat, quod piscis habeat rationem ferculi principalis in perfecta refectione: nam hoc impertinens est: sed debet attendi nutritio, indè proueniens: parũ .n. refert, quod aliquid sit speciale ferculum, & minus nutriat: Piscis autem minus nutrit, vt dictum est, quam panis: vnde esse principale ferculum, valdè accidentale est in nostro casu. Ita Lauor. *p.p. de Iubileo cap. 20. de Ieiun.* & Azorius, *p.p. lib. 7 cap. 8. q. 7.* qui pisciculos paruos concedunt. Bonac. *de leg. disp. vlt. q. 1. pu. 3. nu. 3.* dum dicit: In refectiuncula deberi attendi, non ad qualitatẽ, sed ad quãtitatem, ita vt possit in debita quantitate sumi quidquid in diebus ieiuniorum non est prohibitum. Caiet. *in sum. v. Ieiun. §. in fine*, dum dicit: Non referre, quod quisque sumat in refectiuncula, dummodò modum non excedat. Ghet. *in Thesaur. anima v. Ieiun. cap. 1. num. 4.* Bizozer, *par. 4. sum. de 3. precep. Decalog. cap. vlt. memb. 2. nu. 3. vers. sed Caietanus*, dum dicunt: Non esse attendendam qualitatem, dummodò non sit ex cibis prohibitis, sed quantitatem. Et docent Merchant. *in Tribun. Sacram to. 2. tr. 12. tit. 3. q. 3. dub. 1.* Nicolaus Mascent. *in Tyrocinio S. Artis Pœnitentiariæ. pa. 2. §. de secundo praecepto ieiun. num. 21. fol. 97.* Marchant. *in Resolutionib. pastoral pa. 2. c. 5. fol. mihi* 220. Vuigerus, *de Iust. & iure tra. de temperant. c. 1. dub. 4. n. 21.* Zambell. *in repert. moral. v. Ieiun. nu. 19.* Pasqual *de Ieiu. dec. 113.* & probabilem vocant Trullench. *to. 1. lib. 3 par. 6 tr. 8.* & Machado, *to. 1. lib. 2. pa. 4. tr. 3. docum. 7. num. 5.*

An quando in die ieiunii liceat comedere lacticinia, possit adhiberi caseus, aut aliquid ex lacte pro refectiuncula? Dub. 5.

65 Negatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia non debent in refectiuncula sumi, quæ ordinantur ad perfectam substentationem. Ita Sanchez, *lib. 5 Consil. cap. 1. dub. 24. dub. 4.*

66 Affirmat verò secunda opinio. Cuius ratio est: quia bellaria, quæ sumuntur ante, & post cęnam, licitè sumi possunt in refectiuncula vespertina: sed caseus videtur inter bellaria, quæ sumũtur post cęnam: ergo, &c. Ita Layman, *in Theolog. moral. lib. 4. tr. 8. c. 1. nu. 9. in fine.* Turrian. *p. p. sum. ca. 256. dub. 37. concl. 2* Siluius, *2. 2. q. 147 art. 6. q. 2.* Ghetius, *in Thesau. animæ v. Ieiun. cap. 1. qu. 4* Bossius, *sect. 4. de Iubil. cas. 18 n. 132.* quamuis dicat, tutiùs esse abstinere. Et videtur docere Diana, *pa. 5. tr. 14. resol. 11. vers. sed negatiuam.* Et a fortiori docent Bizoz. Bonac. & Caiet. locis citatis. & absolutè Pasqualigus, *de Ieiun. decis. 124. num. 2.* & Marchantius, *in resol. pastoral. pa. 1. cap. 5. fol. mihi* 220.

Dubitatur: An in collatione serotina licitum sit sumere oua?

67 Negatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia collatio est licita per consuetudinem: sed consuetudo, quę introduxit dictam collationẽ, non solum præscripsit, & pręscribit quãtitatem, sed etiam qualitatem ciborum: numquam verò per consuetudinem introducti sunt cibi, qui communiter ordinantur ad substentationem, & inter fercula apponuntur, vt pisces, oua, legumina, &c. ergo talia mãducare illicitum & peccatum erit. Ita Diana *par. 1. tract. 9 resol. 1. vers. sed cum quantitatem, & part. 4 tract. 1 resol. 117.* Sanchez, *lib. 5. Consil. cap. 1 dub. 24. num. 4.* Angles, *in floribus quæst. 9. de Ieiun articul. secund. difficul. 4. vers. nota* Vilalobos, *to. 1 sum. tract. 27. cap. 2. post 4. conclus.* Turrianus, *cent. 2. cens. Theolog. dub 94.* Bossius, *sect. 4. de Iubileo cas. decim. octau. num. centes. triges. quart.* & alij.

Secun-

68 Secunda opinio affirmat, modo non excedat quantitas. Cuius ratio est: quia non sufficit, quod consuetudo non introduxerit esum ouorum, adhoc vt non sit licitus: nam quandò aliquid fit licitū per consuetudinem, vt est refectiuncula, non est necesse, quod introducatur in genere, & reducatur ad praxim in aliquibus speciebus: quia tunc censetur virtualiter introductum in omnibus, ratione generis. Vndè ad hanc rationem, consuetudo vniuersitatis afficit etiam singulares personas, vt tradit Innocent. *in cap. ex parte, de consuetudine.* Consuetudo Ciuitatis afficit etiam forenses, vt tradit Baldus, *in leg. ex ea, post init. ff. de postulat.* Et consuetudo in vna specie iurisdictionis extenditur ad aliam, vt benè Alex. *consil. 68. part. secund.* quia nimirum censetur introducta pro iurisdictione in genere. In casu autem nostro, consuetudo introduxit refectiunculam vespertinam in genere, vt constat ex fine, qui est reficere corpus aliquantulum modica quantitate cibi: qui quidem finis non exigit nisi refectiunculam in genere, non autem quod fiat in hac, vel illa specie: finis autem, cum sit mensura legis, & consuetudinis, exigit, quod consuetudo habeat eamdem amplitudinem, quam habet ipse: vndè si ipse est in genere, & non in determinata specie, consuetudo quoque eodem modo se debet habere: & ideò, ratione consuetudinis, est saltem vniuersaliter introducta, vt fieri possit in quocumque cibo, concesso in die ieiunii.

69 Quod autem dicitur, quod oua non solent imponi in ientaculis: hoc omninò falsum est, ait Pasqualigus, saltem in Italia: nam passim assumuntur sorbilia in ientaculo matutino, & oua qua elixata, & obdurata in ientaculo vespertino, præsertim tempore paschali, & simul cum herbis, aceto, & oleo profusis, vulgo *(insalata)* conduntur: & sorbilia ante prandium apponuntur, & dura post prandium: & similiter placentæ de ouis passim in ientaculis adhibentur.

70 Accedit etiam, quod licet oua satis nutriant, minùs tamen nutriunt, quam nutriat caro. Vndè conceduntur in ieiuniis extra Quadragesimam à iure cōmuni, tamquam cibus proportionatus pro abstinentia: & tamquam cibus leuis, parum famem ledens: vndè ex hoc capite quoque proportionata sunt, vt magis sentiatur afflictio ieiunii: plus enim fames sedaretur in refectiuncula vespertina, sumendo nuces, panem, ficus, & alios huiusmodi cibos: quam sumendo eamdem quantitatem ex ouis. Rursus cum refectiuncula, vt omnes cōcedunt, sit propter conformitatem stomachi, & subleuationem naturæ, huic fini magis proportionata sunt oua, quā alii cibi. Accedit etiam, quod conceditur panis cum ouis, vulgò *(Pasta reale)* seù *(Pane di Spagna)* pro refectiuncula vespertina in his diebus, tamquam ille, qui connumeratur inter bellaria; qui tamen magis, & solidiùs nutrit, quā nutriant oua. Ita Caietanus, *in sum. v. Ieiunium §. in fine.* Bonacina, *de leg. disp. vlt. quæst. 1. pun. 3. num. 3.* Bizozer, *par. 4. sum. de 3. præcep. Decalog. cap. vlt. memb. secund. num. 3. versic. sed Caietanus,* dum dicunt: Non referre, quid sumatur in vespertina refectiuncula, dummodo nō excedatur debita quantitas, & magis attendenda est quantitas, quam qualitas. Et in propriis terminis Marchantius, *in resol. pastoral part. secund. capit. 5. fol. mihi 220.* Pasqualigus, *de Ieiun. decis. 115. à num secund.* & probabilem vocat Bosseus, *in floribus Theolog. moral. v Ieiun. 1. num. 9.*

An qui mane sumpsit refectiunculam, quæ vespere sumi solet, frangat ieiunium?
Dub. 6.

71 Nota, quod nos hic non loquimur, quando adest grauis causa: quia clarum est, quod licet, vt communiter Doctores dicunt: Sed quando non adest causa, aut quando causa est leuis?

72 Prima opinio affirmat. Cuius ratio est: quia vespertina refectiuncula est introducta per consuetudinem: vndè est tantum licita, secundum quod introducta est: non autem est introducta, vt fiat hora prandii, & prandium transferatur in vesperam. Ita Fagundez, *lib. 1. de 4. Præcep. Eccles. cap. 4. num. 16* Beia, *part. p. cas. 3. vers. ad id autem, in fine.* Azorius *part. p. lib. 7. cap. 8 quæst. 6.* Llamas, *part. 3. sum. capit. 5 §. 26.* Ioa. del Cruz, *part. p. direct. consc ient præcep. 3. articul. 4 dub. 8 num secund.* Nieua, *in sum. tit. 17.* Sanchez, *lib. 5. Consil. capit. p. dub. 27. num secund.* Molfesius, *tom. p. sum. tract. 10. cap. 5. num. 37.* Bizozer, *part. 4. sum. de 3. Præcep Decalog capit. vltim. memb. 4. num 3 vers.*

versic. sed dicas. Cosmus Philiarcus, *de offic. Sacerd. lib.3. capit.25.* & alii.

73 Secunda opinio ait: Esse tantum peccatum veniale, sine causa transferre prandium ad vesperam, & hora prandii sumere refectiunculam. Cuius ratio est quia consuetudo collatiunculę, cum sit contra ius commune introducta, extēdi non debet: extenderetur autem, si cuique liberum esset, eam capere, siuè in meridie, siuè ad vesperam, siuè in nocte. Ita Layman, *in Theolog. moral. lib.4. tract.8 capit.p. num.10.* Naldus, *v. Ieiun. num.8.* Toletus, *lib.6 sum. cap. secund. nu. 8.* Lesius, *lib.4. capit.3. dub. secund. nu.28.* Vega, *to.p. sum. capit.14. cas.5.* Filliucius, *to. secund. tract.27. par. secund. cap. secund. num 28.* Fernandez, *part. secund. cap 8. §. 3 num.7.* Vilalobos, *tom.p. sum. tract.23. diff.7. num. secund.* Bonacina, *de leg. disp. vltim. quaest.1. pun.3. num.6.* Diana, *par.1. tract.9. resolut.33.* Basseus, *sect.4. de Iubileo cas.18. num.105.* Reginaldus, *lib.4. num 186.* Basseus, *in florib. Theolog. moral. v. Ieiunium 1. num.9.* Perez, *part.p. sum. de 3. pracep. §. de Ieiun.* Siluius, *2. 2. quaest.147. artic.6. quaest. secund.* Ghetius *in Thesaur. animae v. Ieiunium cap.1. nu. 4.* Lezana, *in sum. v. Ieiunium num.5.* Trullench. *lib.3. Decalog. cap. secund. dub. 3. num.7.* Emanuel Sà, *v. Ieiunium nu. 8.* & alii.

74 Tertia opinio absolutè ait: Siuè adsit causa, siuè non, nullum peccatum committere. Cuius ratio est: quia (vt Doctores secundae sententiae docent) satisfaciunt huic praecepto ieienii: quia tale praeceptum solum exigit vnicā comestionem, & admittit refectiunculam, in subleuationem naturae: & finis praecepti est, maceratio corporis, mediante abstinentia: hoc autem totum soluatur, etiam si in vesperam differatur prādium, & hora prandii sumatur refectiūcula: quia habetur finis praecepti, nempè maceratio corporis: Immò (vt notant aliqui) est maior maceratio: Soluitur enim praescriptio comestionis, quod fit vnica cum consueta refectiuncula: Vndè, quò ad hoc, non defraudatur in aliquo lex ieiunii: solum mutatur ordo, qui cum sit quid accidentale, non tollit, quin satisfiat praecepto: Sed neque interuenit peccatum veniale: quia semper adest ratio sufficiens, ad ipsum excludendum, licet nulla videatur interuenire causa talis transpositionis: semper enim adest aliquod motiuum, saltem, quia huiusmodi transpositio est magis commoda ieiunanti: vndè semper ordinatur in commodum ipsius, vt in finē: atque adeò, cum commodum ieiunātis sit finis licitus, & subordinatus vltimo fini retinet ipsa quoq; ordinem debitum ad vltimum finem; qui sufficit vt non sit peccaminosa, sed bona: quare solum ex aliquo extrinseco fine malo variari potest. Ita Sancius, *in Select. disp.13. num.10.* Angles, *in florib. quaest. 9. de Ieiun. articul. secund. diff.5.* Pasqualigus, *de Ieiun. decis.103. à num.5.* & alii.

An paruitas cibi excuset à mortali in die ieiunii? Dub.7.

75 Affirmatiuè respondeo. Ratio est: quia, sicut in aliis pręceptis datur paruitas materię, ita dicēdum est in hoc praecepto. Ita Sanchez, *tom.1. sum lib.1. cap.4 num.11.* Alphonsus de Leone, *de offic. Confessar part.p. recollect.7. num.23.* Diana, *part.5. tract.5. resolut.11.* Pasqualigus, *de Ieiunio decis.139 num.p.* & alii communiter, cum Luisio della Torre, *in Theolog. moral. par.p. sum. cap.256. dub. 27 num secund.*

Dubitatur: Quae nam paruitas materiae excuset à fractione ieiunij?

76 Respondeo, quod Escobar, *in Theol. moral. tract.1. exam.3. capit.3. num. 104.* admittit, tantum vnciam vnam esse paruam quantitatem.

77 Alii vero existimant, quantitatem duarum vnciarum esse paruam materiā. Quorum ratio est: quia Ecclesia, prohibens pluralitatem comestionum, intelligit de iis, quae solent institui: & praeter prandium, & cœnam non solent institui, nisi leues quaedam comestiones, quae nomine ientaculi veniunt, aut alio nomine: ideò paruitas materiae debet habere talem terminum, vt neque constituat aliquam ex his leuioribus comestionibus, attendendo illam quantitatem, quę magis vniuersaliter solet in ipsis sumi: & quia quando moderatae sunt, sex vncias, vel octo circiter cibi importabunt: ideò duae vncię censeri poterunt materia leuis, quia non pertingunt ad medietatem talis comestionis: & ideò moraliter non sunt comestio, neque consequenter ledunt notabiliter abstinentiam

tiam à pluribus comestionibus, quæ in ieiunio præcipiuntur. Ita Turrianus, *part. p. Theolog. moral. capit. 256. dub 27. num secund.* Diana, *part. 5. tract. 5. resol. 11. & part. 9. tract. 6. resolut. 15. versic. Sed hic obiter.* Leandrus à Murfia, *in qq. regul. in capit. secund. super capit. 3 Regul. D. Francisci* § 2. *num* 49. Pellizzarius, *in manual Regul. to. p. tract. 5. cap. 1. num.* 11. & Pasqualigus, *de Ieiunio decis.* 139. *num.* 5.

78 Ex his deducitur Primò: Si quis in collatione serotina sumat vncias decem cibi communis, peccat solum venialiter: quia (vt supra diximus iuxta septimam sententiam, num. 23. relatam) posse sumi octo vncias absque vllo peccato, vt docent ibi Doctores: ad violationem ieiunii mortalem non sufficere quantitatem vnciarum duarum cibi communis: vt num. 77. diximus: consequenter comedentem dictas duas vncias, peccare solum venialiter contra legem ieiunii. Vndè fit, vt sumens in collatione ieiunii duas vncias, vltra octo, quæ conceduntur, peccat solum venialiter. Ita Pellizzarius, *in manual. Regul. to. p. tract. 5. cap. 5. num. 11.* & Diana, *par. 9. tract. 6. resolut. 15. circa finem.* Vndè Confessarii debent benè notare, ad subleuandam summam difficultatem, quam plures fideles sentiunt, in obseruandis Ecclesiæ ieiuniis.

79 Secundò: Quis manè antequam e domo exeat, potest, si ne mortali fractionē ieiunii, sumere quantitatem cibi duarū vnciarum, & postea hora consueta comedere, & sero vespertinam collationē sumere: dummodo quod collatio non excedat vncias octo: peccabit tamen venialiter, si sine rationabili causa fiat: si verò adsit rationabilis causa, excusabitur etiam à veniali. Ita Pellizzarius, Diana, Pasqualigus, & Turrianus locis citatis.

Dubitatur: An qui in die ieiunij sępiùs modicum quid comedit, frangat ieiunium, & peccet mortaliter?

80 Affirmatiuè respondeo. Ratio est: quia cum sit eadem dies, illæ paruæ comestiones, quę continuatur, coalescunt in vnum, efficiendo quantitatem notabilem. Ita Vasquez, 1. 2. *disput.* 146. *cap. 1. num.* 4. Sanchez, *lib. 1. sum. capit.* 4. *num.* 11. Bonacina, *de leg. disp. vlt. quest.* 1. *pun.* 3. Merolla, *to. p. disp secund. cap 4. dub 9 corolla. 5. num. 215. versi. Et hoc diligenter.* Diana, *part. 3 tract. 6. resolut.* 43 Fagundez, *pracep. 4. Eccles. 1. cap. 4.* Trullench *lib. 3. Decalog. capit secund. dub 3. num secund.* Ghetius, *in sum. v. Ieiun. capit. p. num. 4.* Pasqualigus, *de Ieiunio decis. 140. num. 1.* & alii.

81 Limitat hanc sententiam Salas, 1. 2. *tract. 13. disp. 16 sect. 26. in fine.* vt procedat tantum, quando ille absolute vellet, vno, & eodem actu, omnes illas modicas comestiones: secùs verò, si conditionaliter quis vellet ita eas comestiones, vt numquam peccaret mortaliter, sed venialiter tantum, hoc est, vt omnes illæ comestiones essent veniales.

Sed hæc limitatio displicet: quia non est in potestate comedentis facere, vt ex omnibus illis modicis comestionibus eadem die habitis, non coalescat materia notabilis, & ita resultet peccatum mortale: nam aliàs facilè eludi posset præceptum ieiunii: posset enim quis centies in die modicum quid comedere, & ita saturari, intendendo per omnes illas comestiones committere tātum centum peccata venialia, quod est omninò falsum. Immò posset etiam centies modicum quid carnis comedere, absque mortali: quia etiam in hoc paruitas materię excusat à mortali. Ita Merolla, *to p. disp secund. cap. 4. dub 9. coroll. 5. num. 218.* Diana, *part 3. tract. 6. resolut. 63.* Pasqualigus, *de Ieiun decis. 140. num. sixto.*

82 Ex his deducitur Primò: quod si quis sumat pluriès cibum in die ieiunii, extrà refectionem consuetam, & refectiũculam, in parua quantite, ita vt non excedat simul quātitatem duarum vnciarum, vt supra diximus, non peccabit mortaliter: quia licet illæ comestiones vniantur, non tamen efficiunt vnicam quantitatem notabilem: Vndè sinè peccato mortali poterit vnica vice sumere quatuor, aut sex amigdalas, altera totidem castaneas, tertia vice non nullas vuas passas, & sic deinceps, donec perueniat ad quantitatem duarum vnciarum. Si verò aliquis singulis diebus ieiunii sumat totam illam quantitatem cibi, quæ stat intra terminos paruitatis materiæ, non peccat mortaliter, sed tantum venialiter. Merolla, *numer.* 216. Pasqualigus, *num.* 4. & alli.

Secun-

83 Secundò: Qui in die ieiunii duos, vel tres panes in multos distribuat, ita vt singulis obtingat modicum frustorum, & parua materia non sufficiens ad mortalem ieiunii fractionem, non peccat mortaliter. Ratio est: quia distribuens non magis peccat, quam peccant comedentes: sed comedentes non peccant mortaliter ob paruitatem materiæ, quæ non continuatur cum ea, quam alii sumunt: ergo &c. Ita Sanchez, *lib. 1. sum. capit 4. num. 12.* Bonacina, *de leg. disp. secund. quæst. 3. pun. 5. num 26.* Merolla, *to. p. disp. secund. capit. 4. dub. 9. coral. 5. nu. 216.* & alii.

An qui non aduertit esse diem ieiunii, sępiùs comedit, teneatur postea, aduertens, adhuc ieiunare? Dub. 8.

84 AFfirmatiuè respondet prima opinio: quia in hoc casu, quasi integram substantiam ieiunii, si cibos vetitos non comedit, seruare potest: consequenter etiam debet. Vndè abstinere debet à Prandio, & contentus esse refectiuncula vespertina, aut ad summum, vespere cœnare: nisi ex hoc sequatur notabile incommodum: quia si sequatur, erit absolutus à ieiunio. Ita Layman, *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 8. capit. p. numer. 13. versic. similiter mihi.* Io. del Cruz, *in derect. conscient. par. p. præcep. 3 artic. 4. nu. 1 in fine.* Lesius, *lib. 4. capit. secund dub. 5. num 19.* Siluius, *2. 2. quæst. 147. artic. 6. quæst secund. versic. Sed quid dicendum.* Filliucius, *tract. 27 part. secund. num 24.* Sancius, *in Select. disp. 52. numer secund.* Basseus, *in floribus Theolog. pract. v. ieiunium secund. num. 11.* Gordonus, *lib. 6. Theolog. moral. quæst. 18. capit. 5. num. 9. versic. quæres quid.* Trullench. *lib. 3. Decalog. capit. secund. dub. 3. num. 15.* & alii.

85 Secunda opinio ait: Si manè quis comedit, ignorans, ea die ieiunari, teneri reliquo tempore seruare ieiunium ac si non comedisset quidquam: ideò posse prandere cum aliis, immò, & sumere collationem vespertinam. Cuius ratio est: quia prior comestio, cum prorsus fuerit inuoluntaria respectu violationis ieiunii, non computatur: non enim violatur præceptum, nisi per actū, aliquo modo violatum. Ita Naldus, *v. Ieiunium numer. 4.* Nauarr. *in manual. capit. 21. num. 27.* Emanuel Sà, *v. Ieiun. num. 13.* Fagundez, *Præcep. 4. Eccles. cap. 4. num. 6. in fine.* Paludanus, *in 4. dist. 15. quæst. 4. num. 5.* Siluester, *v. Ieiunium num. 21. in fine.* Viualdus, *in append. candil. capit. 15 de Ieiun. num. 60. in fine* Angles, *in floribus quæst 9. de Ieiun. artic. secund diffic. 5 dub. 3. propos. p.* Vega, *pa. p sum. capit. 14 num 33.* Vilalobos, *to. p. sum. tract. 23 diffic. 6. num. 7.* Molfesius, *to. p. sum tract. 10. capit. 3. num. 6. in fine.* Pellizzarius, *in manual. Regul. to p. tract. 5. num 17.* Diana, *part. 9. tract. 6. resol. 28 in fine.* & alii.

86 Tertia opinio ait: Eum, qui ex inaduertentia, aut ignorantia præcepti ieiunii, bis comedit in notabili quantitate, non teneri ampliùs eo die ieiunare. Cuius ratio est: quia non potest ampliùs eo die seruare substātiā ieiunii, quæ cōsistit in vnica refectione. Tum quia, qui in die ieiunii scienter sumpsit ientaculū, etiā si absq; culpa sumpserit, vt si ientauit intētione seruiliter laborādi, aut iter laborio sū eo die suscipiendi, nō tenetur (ex sententia aliorum) eo die ieiunare, etiam si postea seruiliter non laboret, aut iter non suscipiat, & tamen hic solum moraliter violauit ieiunium, sumendo ientaculum absque culpa: ergo à fortiori, non tenetur ieiunare, qui bis, in notabili quantitate comedit ex inaduertentia, vel ignorantia ieiunii. Ita Bonacina, *de leg. disp. vlt. quæst. p. pun. 3. num. 8. versic. Respondent.* Valentia, Diana, *par. p. tract. 9. resol. 44. versic. neque &c.* Pasqualigus, *de Ieiunio decis. 346. n. 5.* & alii.

Dubitatur: An qui manè sumit malitiosè ientaculum, teneatur ampliùs ea die ieiunare?

NOta, quod nos hic loquimur de ientaculo, quod est sufficiens, ad violandum ieiunium: non autem de modica quantitate.

87 Affirmat prima opinio. Ita Layman, *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 8. cap. p. nu. 13. versic. similiter mihi l.* Gordonus, *lib. 6. Theolog. moral. quæst. 18. cap. 5. num. 9. versic. Quæres quid.* Lesius, *lib. 4. capit. secund. dum. 28* qui addit: Non debere aliud comedere, si commodè fieri potest. Trullench. *lib. 3. Decalog. cap. secund. dub. 3. num. 5.* Siluius, *2. 2. quæst. 147. art. 6. quæst. secund versic. Sed quid dicendū.* Filliucius, *tract. 27 part. secund. num. 24.* qui admittit hanc opinionem, cum hac limita-

limitatione: dummodò, quod ientaculum non excedat limites refectiunculæ: quia tunc poterit vsque ad vesperam differre refectiunculam.

88 Secunda opinio negat. Cuius ratio est: quia nemo obligatur ad ieiunium, quando non potest seruare substãtiam, & formam ieiunii: quia præceptum ieiunii de se primò obligat ad substãtiam actus, & secundario, seù accessoriè, ad circumstantias, & alias conditiones, quibus integratur ieiunium, sicut etiam quodlibet aliud præceptum: nam in præceptis per se primò interdicitur substantia actus, & cętera tantùm consequutiuè: substantia autem actus ieiunii non potest stare cum ientaculo, vt supra assensum est: & ideò quando hæc seruari non potest, non remanet vlterior obligatio ex precepto ieiunii. Ita Molfesius, *to. 1 sum. tract. 10. cap. 3. num. 41.* Viualdus, *in append ad candelab. cap 15. de Ieiun. num. 60.* Angles, *in floribus quæst. 4. de ieiun. artic. secund. diff. 5. dub. 3. proposit. 2.* Paludanus, *in 4. dist. 15. qu. 4 articul. 5.* Nauarr. *in Manual. cap. 21. nu. 27.* Vega, *part. 1 sum. capit. 14. cas. 33.* Vilalobos, *tom. 1 tract. 33. diffic. 6. numer. 7* Bonacina, *de leg. disp. vlt. quæst. 1. pun. 3 num. 8. versic. Respondent Valentia*, Sancius, *in select. disp 53. num. 6.* Io. del Cruz *part 1. direct. conscient. præcep. 3 articul. 4 dub 9. num. 1. in fine.* Pasqualigus, *de Ieiun. decis. 345. num. 4.* & alij.

An qui, ob aliquod negotium, interrumpit prandium, non dum completa refectione; possit postea, absoluto negotio, refectionem reassumere, & perficere? Dub. 9.

89 Affirmatiuè respondeo. Ratio est: quia cum simus in materia morali, attendenda est continuatio moralis prandii: per hoc autem, quod fiat interruptio secundum tempus, ob aliquod negotium superueniens, non censetur moraliter interrumpi comestio: quia perseuerat saltem virtualis intentio cõtinuandi, cum non dum fercula destinata pro prandio consumpta sint, nec comedens sumpserit illud totum, quod sibi putat conuenire pro illa comestione. Ita Maior, *in 4. dist. 15. quæst. 3. §. cõtra conclusionem.* Azorius, *part. 1. lib. 7. cap. 9. quæst. 1.* Bonacina, *de leg. disp. vlt. quæst. 1. pun. 3. num. 10.* Valentia, *2. 2. disp. 9. quæst. 2. pun. 3.* Toletus, *lib. 6. sum. cap. 2. num. 4.* Graffius, *to 1. decis. lib. secund. ca. 37. num. 32.* Rodoriquez, *par. 4. sum. cap. 110. num. 10.* Siluester, *v. Ieiun. quæst. 3.* Nauarr. *in manual cap. 21. num 15.* Caietanus, *v. Ieiunium §. vnica comestio.* Angles, *in floribus quæst. 9 de Ieiunio art. 2 diff. p append secund.* Reginaldus, *to. p. lib. 4. cap. 14 nu. 177.* Layman, *in Theolog. moral. tract. 8. cap p. num 6* Lessius, *lib 4. cap. secund. dub. secund. num. 11.* Io de Filarg. *lib. p. sum. confess. titul. 12. quæst. 25.* Miena, *in sum. tit. 17.* Siluius, *2. 2. quæst 147. articul. 6. quæst. p. conclus. p.* Fagundez, *lib. p. de 4. Præcept. Eccles. capit. 4 num. 3.* Vilalobos, *to. p. sum tract. 33. diff 6 num. secund.* Molfesius, *tom. p. sum. tract 10. ca. 5. num. 27.* Diana, *part. p. tract. 9 resol. 32.* Lauorius, *part. p. de Iubileo capit. 20. num. 11.* Lopez, *part. secund. cap. 112.* Filliucius *to. secund. tract. 27. par secund. cap. secund. num 41.* Portella, *in dub. regul. v. ieiun. in addit. num. 10.* Fernandez, *part secund. capit. secund. §. 3 num. 8.* Trullench. *lib 3 Decalog. cap. secund dub. secund. num. 13.* Sanchez, *lib. 5. Consil. cap p. dub. 24. num. 1.* Sublinus, *par. p. sum. v. Ieiunium num. 26.* Lezana, *in sum. v. Ieiunium num. 4.* Sancius, *in Select. disp. 52. num. 4.* Bosseus *in floribus Theolog. moral. v. Ieiunium 1. num. 15.* Pasqualigus, *de Ieiunio decis. 121 numer 20.* & alii. Vndè mercator potest descendere ad vendendas merces, & postea complere prandium, absque violatione ieiunii.

Dubitatur: *Quando nam interruptio sit parua, ita vt non frangatur ieiunium?*

90 Respondeo: quod Azorius, Reginaldus, vbi supra, & alii dicunt: Interruptio debet esse parua, ad arbitrium boni viri. Portella verò ait: Dimidiam horam non esse tempus notabile, & proindè post ipsam, posse redire ad prandium. Caietanus tamen, Sanchez, Angles, & Bonacina, dicunt: Etiam post notabile tempus posse redire ad prandium, atque adeò etiam post horam integram, vt expresse explicat Sanchez. Sed Sancius, *in Select. disp. 52.* putat, hoc esse licitum per spatiũ duarum horarum. Bizozer, ait etiam post longum tempus. Pasqualigus, *in num. 5.* putat, quod potest durare, quousque adest

adest aliquid, in cuius virtute censeatur continuari. Vndè (secundum Pasqualigum) potest quis redire ad complendū prandium, vsque quo iudicat esse completum prandium. Immò Siluius, *conclus. in fine*. ait: Posse prandium interrumpi per horam, absque causa, & absque peccato mortali: quia in hoc ieiunium non læditur notabiliter.

91 Immò Pasqualigus, *in num. 6.* contra Ghetium, *in Thesaur. anima capit. 1. nu. 4.* plus addit, scilicet: Quando quis surgit à mensa, non dum completa comestione, & ita detineatur negotiis, vt insumat totam diem; potest complere inchoatam comestionem in vespere. Ratio est: quia licet intercedant plures horæ, quia tamen tota interruptio non est voluntaria, sed ex necessitate; adhuc censetur secūda comestio pars, & complementum prioris comestionis, quæ imperfecta fuit relicta: cum enim concedatur vnica completa, & sufficiens comestio intra meridiem, & vesperam, currit tempus, in quo licitum est comedere: & ideò si comestio imperfecta remaneat, licebit semper illam complere, quando priùs compleri nō potest, quousque durat tempus præfinitum pro illa comestione. Sicut qui debet soluere nō deter minata die decem aureos pro vnica solutione, censetur facere vnicam solutionem, etiam si partim soluat vna vice, & partim alia vice: Deindè ieiunans habet ius ad vnicam completam comestionem pro illa die: ergo semper potest illam sibi assumere: & si impeditur, ne possit pro vnica vice integram assumere, poterit, quando primò non impedietur, illam complere. Sicut è contra, quando ipse tenetur ad aliquod præceptum implendum, & incipit implere, nec potest implere, semper Ecclesia habet ius, quousque vrget obligatio præcepti, ad repetendum complementum: vt constat in recitatione horarum. Ita Pasqualigus, qui ait: Ita sensisse doctí Recentiores, de hoc consulti. Et excusat etiam, quia cum cibus, prima vice sumptus, non sit sufficiens, excusatur à ieiunio ;, si alioquin non posset seruari.

92 Ex his deducitur Primò: Qui in die ieiunii, plicato lintiolo, proponit non vlterius edere, potest mutato proposito sumere de nouis ferculis, denuò appositis: quia non instituit nouam comestionem, moraliter loquendo, sed priori aliquid superaddit, ita vt addit amentum faciat vnam, & eamdem comestionem cum priori, quia perseuerat vnitas prandii communis. Ita Trullenc. *lib. 3. Decalog. capit. secund. dub. 3. num. 13* Ghetius, *in Thesaur. animæ v. ieiunium capit. 1. num. 4.* Pasqualigus, *de Ieiunio decis. 122. num. 1.* Sanchez, *lib. 5. Consil. capit. 1. dub. 14. num. 5.* Vilalobos, *tom. 1. sum. tract. 23. diff. 6. nu. secund.* Immò potest edere de iis, quæ iam in men sa apposita erant.

93 Secundò: Ieiunans, post quam prandium sumpsit, potest aliò pergere, ad aliquid edendum: quia continuatur moraliter vna comestio cum alia, ita vt tamquam ex duabus comestionibus particularibus fiat vna integra comestio. Ita Molfesius, *to. p. sum tract. 10. ca 5. num. 27.* Pasqualigus, *de Ieiunio decis. 123. num. 1.* Et non solum potest sumere bellaria, & alia huiusmodi, quæ post prandium adhiberi solent; sed etiam accumbere cum aliis prandentibus, & sumere de quibuscumque ferculis. Ita Pasqualigus, *num. 2.* Et illud tempus interponi potest, quod in ipsa via insumitur, & quod intenditur edere. Immò si aliquantulum temporis, à maius necessariò interponatur, nulla est habenda ratio ipsius; quia in moralibus, parum pro nihilo reputatur.

94 Vndè sequitur, dum quis comedit domi, potest accedere ad domum amici, ad complendam comestionem cum ipso, siuè inuitetur, siuè non inuitetur, Imò potest ire ad emenda alia fercula, & postea redire domum, & ea comedere, tamquam complementum prandii: quia tota hęc interruptio temporis cēsetur medium ordinatum, ad complendam comestionem inchoatam, atque adeò continuatiuum ipsius, Ita Pasqualigus, *num. 4.*

95 Tertiò: Si quis surrexit à mensa, animo non redeundi; si fortè prandium adhuc duraret, potest iterum, mutata intentione, ad conuiuas redire, à quibus recesserat. Ita Layman, *in Theolog. moral lib. 4. tract. 8. cap. 1. num. 6.* Lesius, *lib. 4. cap. 2. dub. 1. num. 11.* Vilalobos, *tom. p. sum. tract. 23. diff. 6. num. 2.* Diana, *part. 1. tract. 9. resolut. 32. versic. Notandum est.* Trullench. *lib. 3. Decalog. cap. secund. dub. 3. num. 13.* Pasqualigus, *de Ieiunio decis. 124. num. 1.* Etiam si priùs sumpserit

rit sufficientem cibum, poterit redire ad comedendum: quia licèt peccet cõtra temperantiam, grauiter, aut leuiter secundùm excessum, non autem contra præceptum ieiunii. Ita Pasqualig. *num.* 3

96 Quartò: Ieiunans, surgens à mensa, cum animo non comedendi ampliùs, completo prandio, nõ potest redire ad comedendum denuò, docent Layman, *in Theolog. moral. lib.* 4. *tract.* 8. *cap. p. n.* 6. Pedraz *præcep.* 3. Sanch. *lib* 5. *Consil ca p. dub.* 24. *n.* 4. Angl. *in florib. qu.* 9 *de Ieiun. art.* 1. *dif. p. append.* 1. Nauar. *c.* 25. *sum. n.* 15 Valent. 2.2. *disp.* 9. *q.* 2 *pu.* 3. Rodoriq. *to.* 4. *sum. c.* 10. *n.* 10 Fernand *pa* 2. *c.* 8. *§.* 2. *nu.* 18 Portel. *in dub. regul. v. Ieiun. in addit. n.* 10. Sanc. *in Select. disp.* 52. *n.* 4. Lublin. *p. p. sum.* 1. *Ieiunium num.* 26.

97 Dicendum est tamen cum aliis: Posse redire ad comedendum, si modicum tempus intercesserit: quia moraliter cẽsetur vnicum prandium, ob exiguam distantiam. Ita Molfes. *to. p. sum. tr.* 10. *c.* 5. *n.* 27. Less. *lib.* 4. *c.* 2. *dub.* 2. *n.* 11. Filliuc. *to.* 2. *tr.* 27. *p.* 2. *q.* 10. *n.* 41. Bonac *de leg. disp. vlt. q.* 1. *pu.* 3. *n.* 10. Bass. *in florib. Theolog. prac. v. Ieiun.* 1. *n.* 15. Ghet. *in Thesaur. animæ v. Ieiun. c.* 1. *n.* 4. Diana, *p. p. tr.* 9. *resol.* 31. *vers. Sed plus addit.* Pasqual. *de Ieiun. dec.* 125. *n.* 3. qui limitat hanc quæstionem: nam tunc potest redire ad comedendũ, quando ea, quæ apposita fuerant, superfuerunt: non autem quę denuò parãtur.

98 Quintò: Famuli, qui inseruiunt mensis Dominorum, non frangũt ieiunium, comedendo gulosè ex iis, quæ demensa tollunt, si statim post dominos suos sint comesturi: quia totum reputatur vnica comestio, & possunt illo modo incipere comestionem. Ita Sanch. *to.* 2. *consil. lib.* 5 *c.* 1. *dub.* 24. *nu.* 3. Diana, *pa* 4. *tr* 4. *resol.* 142 Trullench. *lib* 3. *Decalog. c.* 2 *dub.* 3. *n.* 13. Ghet. *in Thesaur. animę v. Ieiun. c.* 1. *n.* 4. Pasqual. *de Ieiun. decis.* 126. *n.* 1. Etiam si comedens non intendat incipere prandium, ait Pasqualigus, *num.* 3.

99 Sextò. Poterit quis, antequam accubat mensæ, sumere vel fructus, vel aliquam bucellam, ex saccaro, & melle cõditam; & quodcumque aliud genus cibi; non solum ad refocillandum stomacum aut per modum medicinæ, sed etiam ad sedandam famem, & mitigandam inediã quam difficilè tolleret: quia, sicut licet in hunc finem sumere prandiũ, ita etiã licet sumere in eumdem finem quidquid quocumq; modo fiat, vnam comestionẽ cum prandio. Ita Pasqual. *de Ieiu. dec.* 127 *n.* 1. & hoc solum per quadrantem, vel ad tertiam horę ad summum, ante prãdiũ facere poterit: quia hoc tempus, cum nõ sit notabile, computatur pro eodem tẽpore, & non solum potest sumere minimam quãtitatem, sed quãtum placuerit. Ita Pasqualigus, *num.* 3. & 4.

100 Septimò: Seruitores, & Lectores ad mensam possunt assumere aliquid ante talem lectionem, vel seruitium: non tãtum per modum medicinæ, vt possint debitè exequi officium, sed etiã per modum cibi, & substentationis, ad sublenãdam famẽ, licèt nullam habeant necessitatem: quia possunt tunc velle incipere comestionem, & finito seruitio, vel lectione perficere. Ita Sanch. *to.* 2. *Consil. lib.* 5. *c.* 1. *dub.* 24. *n.* 3. Diana, *p.* 4. *tr.* 4. *resol.* 142. Bonac. *de leg. disp. vlt. q.* 1. *pu.* 3. *n.* 10. licet asserat, licere tantum, ad vitandam debilitatem. Palud. *in* 4 *dis.* 15. *qu.* 4. *art.* 2. *concl.* 7 Angel. *v. Ieiun q.* 3. Caietan. *ca p.* Les. *lib.* 3. *c.* 2. *dub.* 2. Azor. *p. p. lib.* 7 *c.* 9. *q.* 1. Nauar. *in manual. c.* 21. *n.* 13. Filliuc. *tr.* 27 *pu.* 2. *n.* 11. Silu. 2. 2. *q.* 147. *art.* 6. *q.* 1. *concl.* 1. D. Antonin. *p.* 2. *tit.* 6. *c.* 2. § 6. Fagund. *lib.* 1. *de* 4. *Præcep. Eccl. c.* 4. *n.* 2. *in fine.* Bass. *in florib. Theolog prac. v. Ieiun.* 1. *n.* 8. Ghet. *in Thesaur. animæ v. Ieiun. c.* 1. *nu.* 4. Pasqual. *de Ieiu. dec.* 128. *n.* 2. Trullench. *lib.* 3 *Decalog. c.* 2 *dub* 3. *nu.* 11. & alii.

101 Et nõ solum possunt sumere cibum in parua materia, sed etiam in illa quantitate, quæ alias solueret ieiunium. Ita Pasqual. *n.* 6 Immò quamuis prius sufficienter prandeant, possunt postea, finito prandio, denuò comedere in illa mensa, si adhuc indigerent cibo: quia nõ interrumpitur moraliter prandium, cum vacauerint seruitio mensæ: Etiam si proposuerunt non amplius comedere post lectionem, vel seruitium: quia possunt mutare propositum, & rursus comedere. Ita Pasqualigus, *num.* 7. & 8.

An bibere vinum, licitum erit in die ieiunii? Dub. 10.

102 NEgat prima opinio. Ita Alens. *par.* 4. *qu.* 104. *memb.* 1 *art.* 3. Caietan. 2.2. *q.* 147. *n.* 6. *ad* 2. Ghet. *in sum. v. Ieiun. c.* 1. *n.* 6. qui dicunt: Non licere sumere potum, quando cibus est digestus. Vndè, secundum hanc opinionem, potus soluit ieiuniũ, præserti si manè adhibeatur.

103 At hæc opinio non est vera: quia cõmuniter Doctores, simul cum consuetudine

tudine oppositum obseruant. Ratio est: quia tota præscriptio, & prohibitio, in ordine ad ieiunium, versatur circa cibū, determinando qualitatem ciborum, & numerum comestionum: de potu autē nihil præscribit, nec prohibet, quod extra prandium, ac refectiunculam non adhibeatur: vnde cum odiosa restringenda sint, *cap. odia de reg. iur. in 6.* non est prohibitio cibi, extra prandium, & refectionculam, extendenda etiam ad potum; cum potus non sit cibus, nec per se ordinetur ad nutriēdum. Ita D. Thomas, 2. 2. *qu.* 147. *art.* 6. Paludan *in* 4 *dist.* 15. *qu.* 4. *art.* 4 *circa finem*, vbi Durandus, *dist.* 15 *qu* 9. Turrecrem. *cap. non oportet n.* 2. *de consecr dist* 3. Filliuc. *tr.* 27 *pa.* 2. *cap.* 3 *qu* 10 *nu.* 62 Bizoz *part.* 4. *sum. de* 3 *pracep Decal. cap vlt. memb.* 2. *n.* 4 Rosella, *v Ieiun.* 3 vbi Tabie. *n.* 24. Nauar. *in manual ca.* 21. *n.* 11 Siluest. *v. Ieiun qu.* 3. Graff *lib.* 2 *decis c* 37 *n.* 24. Angles, *in florib q.* 9. *de Ieiun art.* 2 *diff* 2. Medin *lib.* 1. *sum: cap* 14 § 10 Bass *in florib Theol. moral v. Ieiun* 1. *n.* 8. Trullench. *lib.* 3. *Decal. c.* 1 *dub.* 1 *n.* 3. Pasqual. *de Ieiun. decis.* 116. *n.* 3. Azor *p. p. li* 7 *c.* 10. *q.* 7. Lessius, *lib* 4. *tr.* 7. *c.* 1 *n.* 7. Medin. *C. de Ieiu. q. de ijs, per quę Eccl ieiun soluitur lit* G. Fagund *lib.* 4 *de* 4. *Pracep. Eccl. cap.* 4. *nu.* 14 *vlt edit. Lugdun. anno* 1632. Lezana, *in sum. v. Ieiun. nu. secund.* Sanch *lib.* 5. *Consil. c.* 1. *dub.* 23. *n.* 2. Boss *sect.* 4. *de iubileo c.* 15 *n.* 10. & alii

Dubitatur: *An violatur ieiunium, si vinum sumatur in fraudem, ad sedandam inediam, & famem?*

104 Affirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia potus sumitur per modum cibi, cum sumatur in eum finem, in quē sumitur cibus. Ita D. Thom *in* 4 *dist* 15. *q.* 3 *art.* 4 *qu.* 1 *ad* 1. vbi Riccard *art.* 3. *q.* 7. *ad secund* Palatios *disp* 8. Gabr *dist.* 16. *q.* 3. *art.* 3 Abluens. *qu.* 164 *in cap. Matth.* Medin. *C de Ieiun. qu. per quem ieiunium sumatur.* D. Anton. 2. *pa. tit.* 6. *c secund* § 9 Rosel. *v. Ieiun. n* 5. Tabien. *q secund* Siluest. *q.* 3 *dist* 1. Angel. *n.* 4. Reginald *lib.* 4. *c.* 13 *q.* 153 Ledes. 2 *p.* 4. *q.* 17. *art.* 6. *post coroll. dub.* 5 *vers. Ex his omnibus.* Siluius, 2. 2 *q.* 147. *art.* 6. Ghet. *in Thesau. anima v. Ieiun. c.* 1 *n.* 10. & probabilem vocat Diana, *p. p. tr.* 9. *resol* 23.

105 Secunda opinio negat, etiam si sumatur vinum in magna quantitate. Cuius ratio est: quia (vt ait D. Tho. *in* 4 *dist.* 15. *q.* 3 *ar.* 4. *q.* 1. *ad* 3.) statutum positiuę legis non attendit intentionem obseruantis, sed ipsum actum: quia modus virtutis nō cadit sub præcepto, sed præcepti fine: sed hic actus, scil. vinum bibere, non est cōtra præceptum ieiunii absolutè, & ex natura sua: ergo intentio bibentis non facit esse contra præceptum. Ita Palat *in sum. v. Ieiun* Angles, *in florib. qu.* 9. *de Ieiun. ar* 2. *dif.* 2. Vega, *to.* 1. *sum. c.* 14 *cas* 32 Nauar. *in manual. c* 21. *n.* 13. Pedraz. *pracep.* 3 Viuald *in append. candel c.* 15. *de ieiu n.* 45 Filliuc. *to.* 2. *tr.* 27 *pa.* 2. *c.* 2. *n.* 42. Homob. *p* 2. *tr.* 8 *c* 7. *qu.* 20. Laym. *in Theolog moral lib* 4. *tr.* 8 *c.* 1. *n.* 7 *vers. Sed contrarium.* Molfes. *to.* 1. *sum. tr.* 10. *c.* 3 *n.* 25. Lublin. *p p. sum. v. Ieiun. n.* 3. Bass. *sect.* 4 *de Iubil. cas* 18. *n* 12. Dian *p. p. tr.* 9. *resol.* 23. *vers. sed contrarium.* Sanch. *lib.* 5. Cōsil. *c.* 1. *dub.* 23 *n.* 4. Pasqual. *de Ieiun. decis.* 117. *n secund.* Fagund. *lib.* 4. *de* 4 *Pracep Eccl. c.* 4. *nu* 14. *vlt. edit. Lugdun. anno* 1632. Lezan. *sum. v Ieiun n secund.* Trullench. *lib.* 3. *Decalog. c.* 2. *dub.* 1. *nu.* 3. Bonac. *de leg. disp. vlt q.* 1. *pu.* 1 *n.* 8. & alii.

106 Et quod dictum est de Vino, dicendum est etiam de aliis aquis, saccaro, cedro, & gelsiminis, aut aromatibus conditis: quia illud condimentum adhibetur ad temperandam aquam, nè stomaco noceat. Immò potiùs ipsum corroborat. Ita Pasqual. *de Ieiun.* 118. *n.* 3. Et ita habetur in praxi in hoc Regno Sicilię. Et ita dic de aqua, saccaro mixta: quia militat eadem ratio. Ita contra Sanch. *lib.* 5. *Consil. c.* 1. *dub.* 23. *n.* 1. *in fine*, docet Pasqual. *d decis.* 118. *num* 1.

107 Potus verò liquidarum, quæ habet rationem cibi, vt iusculum, lac, & alia huiusmodi, soluit ieiunium, si in notabili quantitate sumatur extra prādium, & refectiunculam: quia per se primò huiusmodi liquida ordinantur ad nutriendum. Ita Palud. *in* 4 *dist* 15. *q.* 4. *n.* 34. vbi Palat *disp.* 8 Abluens. *q.* 173. *in c.* 6. *Matth.* Angl. *in florib. q* 9. *de Ieiu. ar.* 2 *dif.* 2. *vers. notantur*, Sanch *lib.* 5. *Consil ca.* 1. *dub.* 23. *n* 1. Lezana, *in sum. v Ieiun n.* 2., Pasqual. *de Ieiu. dec* 116. *n.* 1. Trullenc. *lib.* 3. *Decal. c.* 2. *dub.* 1. *n* 3. & *dub.* 2. *n.* 15. Boss. *sect.* 4 *de Iubil. cas.* 18 *nu.* 11. Laym. *in Theol. moral. lib.* 4. *tract.* 8. *cap.* 1. *num* 7. & alii.

An quādo in die ieiunii bibitur extra prādium, & refectiunculam, liceat aliquid sibi sumere, nè potus noceat? Dub. 11.

108 Affirmatiuè respondeo. Ratio est: quia concedens aliquid, censetur etiam

etiam concedere omnia, sine quibus ipsum comodè obtineri non potest. Vndè, cum Ecclesia in ieiuniis concedat potum per diem, censetur etiam concedere ea, quæ necessaria sunt, nè potus noceat, atque adeò aliquid cibi. Atque huc reducitur id, quod dicunt communiter, quod talis cibus non est prohibitus, quia sumitur per modum medicinæ. Ita Paludanus, *in 4. dist. 15. quæst. 4 num. 4.* Siluester, *v. Ieiunium num. 9. in fine* vbi Armilla, *num. 1.* Azorius, *part. 1. lib. 7 cap. 10. quæst. 7. §. certe negari.* Caietanus, *2. 2. quæst. 147. artic. 6. in fine*, qui cum hac limitione admittit hanc opinionem: Dummodò, quod fit post completam digestionem. Emanuel Sà, *v. Ieiunium num. 8.* Petrus Ledesma, *part. 2. sum tract. 27. cap. 2. dub. 3. post. 4. conclus.* Perez, *part. 1. sum præcep 3. §. de ieiunio.* Medina, *part. 1. sum. cap. 1.* §. 0. Cosmus Philiarcus, *de offic. Sacerdot. to. 1. part. 2. lib. 3 cap 25.* Abluens. *quæst. 165. in cap. 6 Matthæi.* Fagundez, *lib. 1. de 4 Præcept. Eccles. cap. 4 num. 14.* Reginaldus, *to. 1. lib. 4 cap. 14. dub 4. num 17* Homobonus, *part. secund. tract 8. cap. 7. quæst. 20.* Molfesius, *to. 1. sum. tract. 10. capit. 5 num 23.* Layman, *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 8. cap. 1 num 7.* Diana, *part. 1. tract. 9. resol. 24.* Lauorius, *par. 1. de Iubileo cap. 20. nu. 8.* Bossius, *sect. 4. de Iubileo cas. 18. num. 16.* Pasqual. *de Ieiun. decis. 119. n. 1.* & alii.

109 Limitat hanc sententiam Azorius, *part. 1. lib. 7. cap. 10 quæst. 7. §. Certè negaui*: dummodò, quòd quid sumitur, non sit panis, herba, arboris fructus; sed exigua medicamenti portio.

110 Sed hanc limitationem impugnant Sanchez, *num. 5.* Bonacina, Pasqualigus, *num 3.* Diana, Layman, Bassius, & alii: quia, quodcumque illud sit, semper adhibetur per modum medicamenti, nè potus noceat: atque adeò censetur concessum ad comestionem potus, imò fortè panis est magis aptus ad impediendum nocumentum potus.

111 Amplia hanc nostram conclusionem: Non tantum licitum esse bibere semel in die ieiunii, sed pluriès, & quotiès cōtinget bibere, licitum erit sumere parum cibi, nè potus noceat. Ratio est: quia semper ordinatur ad eum finem, nè potus noceat. Vndè semper censetur concessum, vt accessorium, ad concessionem principalis, nè potus noceat. Ita Martinus Ledesma, *2. part. 4. quæst. 17 artic. 5. concl. 8.* Pasqualigus, *de Ieiunio decis. 119. num. 4.* Diana, *par. 1. tract. 9. resol. 24.* Fagund. *lib. 1. de 4. Præcep. Eccles. cap. 4. num. 14.* & alii.

112 Limitat hanc nostrā ampliationem: dummodò, quod id non fiat in fraudem ieiunii, id est, non obsitim sedādam, sed vt posset sumere aliud parum cibi: quia tunc, quando peruenerit ad notabilem quantitatem, peccabit mortaliter. Ita Dian. Pasqual. *n. 5.* Sanch. *n. 6.* Bossi. *nu. 18.* Ledesma, & alii.

113 Immò potest quis manè sumere parum cibi, quamuis potus non noceat: & hoc non semper, sed aliquando: quia cū stomacus vacuus sit, potus semper affert aliquid nocumenti. Post prandium verò debet quisque considerare suam complexionem, & dispositionem stomachi: ita vt si certus sit, quod potus sinè aliquo cibo non noceret, nō potest ipsum sumere. *Secùs* autem, si probabiliter timeat nocumentum, aut dubius sit: quia tunc stat in possessione sui iuris, ad sumendum. Ita Pasqualigus, *nu. 7.*

114 Quæ nam quantitas cibi singulis vicibus sumi potest? Respondeo, quod Doctores citati dicunt: Posse sumi frustulū panis, aut duas nuces, aut duas castaneas aut decē amigdalas, aut duodecim confectos, aut quid simile in proportionata quantitate. Sed Pasqual. *dec. 119. n. 6.* ait: Quātitas cibi, infra vnicā vnciā, erit quātitas exigua, sed sufficiēs, vt potus stomacho cōmixta, impediat ipsius nocumētū.

115 Ex his, quæ diximus, colligitur Primò: Sumere aliquid per modū medicinę extra consuetā refectionē, & refectiunculam, licitā esse: quia Ecclesia per ieiuniū intendit quidē macerationē corporis, sed non detrimentū salutis: & ideò non prohibet ea, quę ordinantur, ad recuperandam, vel conseruādā salutē. Ita D. Thom. *2. 2. q. 147. art. 6. ad 3.* vbi Silu. *vers. refectionis paruo.* Gabr. *in 4. dist. 16. q. 3. ar. 3.* vbi Reginal. *dis 15. ar. 3. q. 7.* Palud. *q. 4. concl. 3.* Siluest. *v. Ieiu. q. 3.* Abluens. *q. 178. in c. 6.* Matth. Laym. *in Theol. moral. lib. 4. tr. 8 c. 1. n. 7. vers. Quintū ita sentiēdū.* Nauar. *in manual. c. 21. n. 12.* Ledes. *2 p. 4 q. 17. ar. 6. initio.* Angl. *in florib. q. 9. de Ieiun. ar. 2. dif. 3.* Lublin. *p. p. sum. v. Ieiu. n. 3* Petr. Ledes. *p. 2. sum. tr. 27 c. 2. dub. 1. circa 2. conditionē ieiunij.* Lesi. *lib 4 c. 2. dub. 2. n. 10. vers. Infirmitur secūd.* Filliuc. *tr. 27. p. 3. c. 2. n. 39.* Med. *t. 1 su c. 14* §. 10. Regin. *lib. 4. c. 14. n. 175.* Sāch. *li. 5. Cōs c. 1. dub. 22. num.*

num.1. & secund. Medina, *C. de Ieiun. quaest. secund. vers. sequitur etiam.* Armilla, *v. Ieiunium num.* 1. Fagundez, *lib.* 1. *de 4. Praecept. Eccl. capit. 4. num.* 3. Lauorius, *de Iubileo part. pri. capit.* 20. *num.* 8. Bossius, *sect.* 4. *de Iubileo cas.* 18 *num.* 14. Trullench. *lib.* 4. *Decalog. capit. secund. dub.* 1. *num.* 3. Pasqualigus, *de Ieiun. decis.* 133. *num* 1. Basseus, *in florib. Theolog. pract. v. Ieiunium* 1. *num* 8. Lezana, *sum. v. Ieiunium nu.* 4. Bizozer, *in sum. part.* 4. *de 3 Praecept. decalog. capit. vltim. memb. secund. num.* 5. Ghetius, *in Thesauro animae v. Ieiunium capit.* 1. *num.* 5. & alii. Et hoc non solum semel, sed pluriès in die erit licitum, dommodò quod non fiet in fraudem ieiunii.

116 Secundò: Cantores possunt, dum ieiunant, primo mane aliquid sumere, pro conseruanda voce. Ratio est: quia id, quod sumitur, non habet rationem cibi, per se primò ordinati ad nutriendum; sed medicinae, ordinatae ad conseruationem, seù praeseruationem: in ieiunio autem prohibetur multiplex refectio, ordinata per se primò ad nutriendum. Ita Filliucius, *tract.* 27. *part. secund. capit. secund. num.* 37. Angles, *in floribus quaest.* 9. *de Ieiun. artic. secund. diff.* 3. *append.* 1. Lauorius. *part.* 1. *de iubileo capit.* 20. *num.* 8. Sanchez, *lib.* 5. *Consil. capit.* 1. *dub.* 22. *num.* 7. Trullench. *lib.* 3. *Decalog. capit. secund dub.* 3. *num.* 11. Pasqualigus, *de Ieiunio decis.* 132. *numer.* 1. Etiam si sint Religiosi, qui in choro canunt. Et ita dic de Concionantibus.

117 Tertiò: Ieiunans potest comedere pomum, vel pyrum, vel quid simile, ad sedandam sitim: dummodo quod pomum, vel pyrum non sit in tanta quantitate, ita vt inseruiat ad comestionem. Ratio est: quia pomum, vel pyrum, quāvis sit quid comestibile, (non ordinatur tamen ad nutriendum, sed sumitur loco potus: Vndè, cum liceat in die ieiunii bibere, licebit etiam comedere pomum, pro siti sedenda: quia, stante paruitate materiae, non est habenda ratio illius parui nutrimenti, quod indè percipitur: quia per accidens se habet ad extinctionem sitis. Ita Bossius, *sect.* 4. *de Iubileo, cas.* 18. *num.* 13. Trullench. *lib.* 3. *Decalog. capit. secund. dub.* 3. *in fine.* Pasqualigus, *de Ieiunio decis.* 135. *nu.* 5. Filliucius, *to.* 2. *tract.* 27. *part.* 2. *capit.* 2. *num.* 43. Et ita dicendum est de Malo Masilico. vulgo (*Limoni*) & de Malis medicis vulgo (*arangio*) non tamen poterit sumere semper poma, &c. poterit tamen semper ad libitum, mala medica (vulgo *arangi*, & *limoni*) ait Pasqualigus, *num.* 4 & 5.

118 Sed hāc opinionē nō admittit Pellizarius, *in Manual. Regul. tom.* 1. *tract.* 5. *capit.* 5. *num.* 8. quia est omninò opinio singularis, & relaxatiua Ecclesiastici ieiunii: Tum quia dicti fructus, id est Mali masilici, vulgo (*limoni*) & mali medici, vulgo (*arangi*) sumi possunt per modum cibi, & per modum potus, multumque refert, sub qua ratione sumantur: siquidem sumpti per modum cibi, frangunt ieiunium, non item si per modum potus: sumuntur autem per modum cibi, quando sumuntur non expressi, & paulatim dentibus conteruntur: per modum verò potus, quando expressi in uase aliquo epotantur. Ita Pellizzarius, & Diana, *part* 9. *tract.* 6. *resolut.* 14.

119 Quintò: Ieiunans, ad sedandam sitim, non potest adhibere in quantitate pluriès vuam siccam. Potest tamen adhiberi vuam recentem in modica quātitate: & non solum semel, sed etiam pluriès adhiberi potest, sicut adhibetur vinum, ait Pasqualigus, *de Ieiunio* 136. Cuius ratio est: quia in vna reperitur substantia triplicis generis: nempè cortex, vinacea, seù lignea granula, in accinis vuae inclusa, & succus, qui exprimitur: quod patet, quando vua cōteritur, nam tota resoluitur in hanc triplicem substantiam. Ex hac autem triplici substantia solus succus in stomaco digeritur, & conuertitur in substantiam viuentis: cętera autem minimè, sed integra in propria substantia egeruntur: non secùs, ac res illę, quae nec aptae sunt ad nutriendum, nec habent rationē cibi. Vndè quando comedimus vuam, aliud nō est, nisi sumere solum succum ipsius: quia solus est aptus, vt digeratur: & quia cortex, & vinacea egeruntur in propria substantia, non possunt habere rationem cibi, atque adeò nec frangere ieiunium Ecclesiasticum, per quod solus cibus nutritiuus prohibetur; non secus, ac non frangitur, si sumeretur, & transglutieretur lignum, papyrus, palea, terra, & quid simile: quare vua non potest frangere ieiunium, ratione corticis, aut vinaceorum: sed neque ratione succi vua frangit ieiunium, quia suc-

cus

cus in sua substantia est vinum, & habet rationem potus: & proindè expressus, est materia apta, vt consecrari possit in sacrificio Missę: vndè quia exprimitur ab acinis, quando vua dentibus conteritur, in ipso de acquirit rationem potabilis, atque adeò transmittitur ad stomacum per modum potus. Et sicut mustum non frangit ieiunium, quia est potus: ita nec etiam talis succus, quia reuera est mustum. Ita Pasqualigus.

120 Quam opinionem non admittunt Pellizzarius, *in Manual. Regul. to.1.tra.5.capit.5.num.8.* & Diana, *part.9. tract.6.resolut.14.* Quorum ratio est: quia res morales, moraliter, & non metaphysicè tractandæ sunt: Vndè, si quis in mensa dentibus vuam premeret, & vinacea eijcieret, vt multi faciunt, deglutiendo tantum succum, ab illis elicitum; vtique iste ab omnibus diceretur vuam comedere: ergo à fortiori, dicendum est in nostro casu vuam comedere, qui succum, & vinacea deglutit: ergo frangit ieiunium. Deinde, si quis vinacea, in torculari pręssa, sumeret in magna quantitate; quis diceret, cum illa comedendo, non frangere ieiunium? ergo quanto magis in casu nostro dicendum est, illum comedere, & frangere ieiunium, qui succum simul, & vinacea dentibus pressa, semper aliquid succi inbibitum retinent: ergo cum illa deglutiuntur, dicendum est, sumi per modum cibi, & alimentum prębere: ergo frangunt ieiunium.

121 Ex his supradictis deducitur, quod Confessarius colligere potest optimum remedium pro iis, quibus ieiunium sit difficillimum, & alligant aliquam debilitatem stomachi, vel capitis: debet enim Confessarius dicere illis, quod per modum medicinæ, ad debita opera peraganda, poterunt sumere parum lactuarii, vel fructus, vel panis, vel bibere aquam, vel vinum, quotiès voluerint, & si sic possunt ieiunare, tenentur ad id, nè per hoc impediatur ieiunium: quia nocte possunt sumere collationem consuetam. Ita Sanchez, *to.secund. Consil. lib.5.cap.1.dub.22.num.8.* & Pasqualigus, *de Ieiun.decis.130.num.5.*

DE PERSONIS, QVÆ obligantur ad Ieiunium. Cap. 15.

Quænam genera personarum teneãtur ad ieiunium? Dub.1.
Quos obligat præceptum ieiunij, quo ad pueros? Dub.2.
An senes excusentur à ieiunio? Dub.3.
An qui habent causam non ieiunandi, possint inuitare amicum, ad secum comedendum? Dub.4.
An possit quis per alium ieiunare? Dub.5
An ieiunia; imposita ab Episcopis, teneãtur seruare Religiosi? Dub.6.

Quænam genera Personarum teneantur ad ieiunium? Dub.1.

1 Respondeo, omnes Christi fideles vtriusque sexus (nisi excusentur ex aliqua rationabili, & iusta causa) tam iusti, quam iniusti, vt determinatum fuit in Concilio Viennēsi, vt refertur in Clementina, *ad nostrum de heresi.* vbi damnantur Beguandi, & Beguini, asserentes, iustos, & perfectos non obligari ad seruanda ieiunia Ecclesiæ: sed posse indulgere corpori, quidquid libuerit, quod falsum est. Sic Ledesma, *2.part.4 quæst.17.articul 3 dub 3.circa secund.causam soluendi ieiunium.* Valentia, *to.3 disp.9. quæst secund pun secund. initio.* Molfesius, *to.1.sum.capit 4. num.14.* Castrus, *contra heres, v. Ieiunium heres. 3.* Angles, *in florib.quæst.6.de Ieiun.diff.1.* Filliucius, *to.secund.tract.27. cap.6.nu.104* & alii.

Quos obligat præceptum ieiunii, quò ad pueros? Dub.2.

2 Caietanus, *in v.Ieiunium* Innocent. *rubric.de obseru.ieiunij.* Angelus, *v.Ieiunium num. 13.* & supplementum, *eodem verbo,* dicunt: Pueros cum primò sunt doli capaces, & possunt peccare mortaliter; teneri ad ieiunia Ecclesiastica sicut tenentur agere pęnitentiam propter peccata.

3 Alensis verò, *in 4.part.quęst.& capit. secund.memb.secund.num 3.* ait, obligari pueros, expleto decimoseptimo anno, ad partem ieiunii.

4 Communiter Doctores dicunt: Præceptum ieiunii, non obligare pueros, ante

ante vigesimum primum annum completum: nam licèt hoc non habeatur in iure, habetur tamen ex generali Ecclesiæ consuetudine, sic communiter recepta, & intellecta secundum communem Doctorum sententiam. Ratio est, quia regulariter, vt plurimum, pueri ante vigesinium primum annum habent naturam debilem, & indigent frequentiori cibo, non simul, sed pluries vicibus sumpto, & indigent multo nutrimento, propter augmenti necessitatem, quod fit de alimenti residuo: & status augmenti communiter est vsque ad illam ætatem, iuxta sententiam peritorum Philosophorum, & Medicorum, & ideò Ecclesia noluit pueros ante vigesimum primum annum obligare ad Ieiunium. Ita D Thomas, 2.2. *quæst.* 147. *artic.* 4 *ad* 2 Durandus, *in* 4. *dist.* 15. *qu.* 10. Rosella, *v Ieiunium num.* 14. vbi Siluester, *quæst* 6. Emanuel Sà, *num.* 9. Armilla, *num.* 3 Tabiena, *num.* 16. Io. de Fibulgo, *lib.* 1. *quæst.* 17. D. Antoninus, 2. *part. titul.* 6. *capit.* 2. *§* 4 Astens. *titul.* 28. *articul* 3. Nauarrus, *in manual. cap.* 21. *num.* 16 Victorellus, *in addit. vers. cum non decem.* Nieua, *in sum. titul.* 17. Ledesma, *part.* 2. *sum tract.* 27. *cap.* 2. *dub.* 1. *post.* 5. *concl* Ortiz, *cap.* 19 *sum. num.* 11. Angles, *id floribus quæst* 6. *de ieiun diff.* 3. Azorius, *part* 1 *lib.* 7. *capit.* 17 *quæst.* 2. Ludouicus à S. Ioann. *part.* 1 *sum. artic.* 6 *tract. de Ieiunio.* Toletus, *lib.* 6. *sum cap.* 4. *num.* 2. Lopez, *part secund. cap.* 109. Vilalobos, *part* 1 *sum. tract* 23 *diff.* 4. Cantarell *in præcep. Decalog lib* 1 *cap.* 48 *nu.* 234. Riccardus, *in* 4. *dist.* 15. *artic.* 2. *quæs.* 54. Sanchez, *lib.* 2. *de Matrimon. disp.* 24. *num.* 23 Fernandez, *part* 2 *cap* 8 § 2. *nu.* 20. Filliucius, *to. secund tract.* 7. *part secund. cap.* 6. *num.* 110. Lesius, *lib* 4. *cap.* 2. *dub.* 6. *num.* 40. Io. del Cruz, *part.* 1 *direct. conscient præcep.* 3. *artic.* 4. *nu* 6. Sancius, *in Select. disp.* 54. *num.* 1. Graffius, *part* 1 *decis. lib.* 2. *cap.* 31. *num.* 40. Ledesma, 2. *part* 4. *quæst.* 17 *artic* 3. *initio.* Gabriel, *in* 4 *dist.* 16. *quæst* 3. *artic.* 1. *notab.* 4. Bonacina, *de leg. disp. vltim. quæst.* 1 *pun.* 6. *nu.* 1. Portella, *in dub regul. v. Ieiunium in addit. num.* 1 Idem Sanchez, *lib.* 5. *Consil. cap.* 1. *dub.* 2. *num* 4. Layman, *in Theolog. moral. lib.* 4. *tract.* 8. *cap.* 3. *nu.* 1. Emanuel Rodoriquez, *pa* 1. *sum. cap.* 24. Hyeronimus Rodoriquez, *in comp qq. regul. resol.* 75. *num.* 8. Lublin. *part.* 1 *sum. v. Ieiunium num.* 2. *initio.* Cosmus Philiarcus, *de offic Sacerd. to.* 1 *part secund. lib.* 3 *cap.* 23. *§. caute ad quos.* Fagundez, *Præcep.* 4. *Ecclesi lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 2. Reginaldus, *to.* 1 *lib* 4 *cap* 17 *num* 105. Perez, *pa.* 1. *præcep.* 3 *titul de Ieiunio.* Viega, *part.* 1 *sum. cap.* 14. *cas.* 10. Medina, C. *de Ieiun. quæst.* 6 Basleus, *in floribus Theolog. moral v Ieiunium secund nu.* 1. Ludouicus à Cruz, *in Bull cruciata disp.* 1. *cas* 5. *dub* 9. *num secund.* Lezana, *sum. v. Ieiunium num.* 6. Pasqualigus, *de Ieiun. decis.* 247. *num.* 5. Bizozer, *part.* 4. *sum. capit. vltim. memb. vlt num* 1 Tamborinus, *to.* 1. *de iure Abbat disp.* 12. *quæst.* 4. *num,* 1. *in vlt. edit* Trullench *lib. Decalog. cap.* 2. *dub.* 6 *num.* 1 & alij.

5 Aetas verò viginti vnius annorum, requisita ad ieiunium computari debet à punto natiuitatis de momento, ad momentum, vt de minori ætate expresse disponitur, *in leg* 3. *§. minorem ff. de minorib.* Vndè si quis natus sit anno 1640. die sexta Februarij, hora decima, censebitur completa ætas ad ieiunium requisita anno 1641. mense Februarij, eadem die, & hora. Ex quo fit vt si die ieiunij impleat aliquis eam ætatem ante puntum, quo implet, potest comedere: quia ante id tempus præcepto non adstringitur, & semel facta comestione, non tenebitur eo die ad ieiunium: quia iam non potest ampliùs ieiunare, cum id semel fractum sit. Ita Merolla, *to.* 1. *disp* 3. *cap.* 3. *dub.* 2. *coroll.* 9 *num.* 133. Sanch. *lib secund. de Matrim. disp.* 24 *numer.* 23. Pasqualigus, *de Ieiun. decis.* 252. *num.* 1. Molina, *to secund. de iust. tract secund. disp.* 173. & alij.

6 Si verò ante puntum impletum ætatis ieiunium non fregisset, tenetur postea illud seruare, docent Sanchez, & Merolla, locis citatis. Portella, *in dub. regul. v. Ieiunium in addit. num.* 1. Ghetius, *in sum. v. Ieiunium num.* 24. *litt. A.* Lezana *in sum. v. Etas. num.* 8. Trullench. *lib.* 3 *Decalog. cap.* 2. *dub.* 6 *illatio.* 5. & alii: quia transacto eo punto, iam præcepto ieiunii obligatur, & potest illud seruare: ergo tenetur.

7 Sancius verò *in select. de Sacram. disp.* 54. *num.* 4. Bonacina, *de leg. disp. vlt. qu.* 1. *pun vltim. num.* 7. Naldus, *v. ætas nu.* 3. Filliucius, *to. secund. tract.* 27 *part. secund. cap.* 6. *num.* 111. Diana, *part.* 1. *tract.* 9. *resol.* 49. Pasqualigus, *de Ieiunio decis.* 252. *num. secund.* & alii dicunt, non obligari. Quorum ratio est: quia præceptum

tum ieiunii respicit totum diem integrum, vt indiuiduum obiectum: non enim præcipitur per mandatum ieiunii dimidium diei, vel quartam partem ieiunare, sed totum diem. Igitur, qui exemptus fuit à ieiunio per aliquam diei partem, totaliter liberatur eo die: cum præceptum ieiunii, vel totum diem comprehendere debeat, vel nullam partem illius. Vndè si quis in die ieiunii compleat annum vigesimum primū, etiam paruo tempore post mediam noctem, non tenetur illa die ieiunare. Immò si complet annum vigesimum primum, circa mediam noctem, potest ipsam mensurare, quo magis libuerit horologio: cum quodlibet horologium faciat indicium probabile mediæ noctis: & ideò poterit secundum ipsum indicare, An complementum anni vigesimi primi incidat ante, vel post mediam noctem? & consequenter poterit decernere de obligatione ad ieiunium iuxta prædicta. Ita Pasqualigus, *num.4 & 5.*

8 Vndè si vigesimus primus annus cōpleatur sexto Kalendas Martii, anni bisestilis, censendus est compleri in die secunda, quæ sexto Kalendas Martii similiter dicitur, nempè vigesima quinta die mensis Februarii, in pūto horæ corrispondente puncto natiuitatis. Ratio est: quia vtraque dies vna censetur: nam dies secunda est complementum quadriennii præcedētis, cui deerat ad complimentum circuli integri solis per zodiacum: ideò ad complementum illius ætatis, ea dies accipienda est. Vndè, si quis esset natus die 24. Februarii, anno 1648. diceretur completa ætas, ad ieiunium requisita, anno bisestili, 1649. die 25. Februarii, & non antea. Et hoc militat in casu nostro, quia resultat fauor: Secùs verò si resultaret odium, vt in suis locis dicemus. Ita Merolla, *to.1. disp.3.capit.3. dub.secund. corollar.9. nu.* 133. Sanchez, *lib.secund. de Matri.disp.* 24.*num.*22. Molina, *to.secund. de Iust. tract.secund.disp.* 573.§.*Atque vt à minori*, & alii.

9 *Si* facta diligentia sufficienti, dubius adhuc est, An expleuerit vigesimum primum annum? non teneri ad ieiuniū: quia tunc non est possessio pro præcepto ieiunii: id enim tantum ligat eos, qui viginti, & vnum annum expleuerint: sed est pŏssessio pro libertate, & dubium pro præcepto. Ita Layman, *in Theolog. moral lib.1.tract.p.capit.*5.§.4. *numer.*33. Merolla, *to p.disp.3.cap.3.dub* ..*coroll.*9. *num.*132. Sanchez, *lib.secund. de Matr. disp.*41.*num.*38. Naldus, *v.dubium nu.*23. Alphonsus de Leone, *de offic. & potest confessar. part.1. Recollect.*35. *num.* 22. Sancius, *in Select disp* 54.*num.*5. Fagundez, *Præcep.4.Eccles.lib.p cap.8.nu.* 7. Diana, *part.p.tract.9.resolut.*49. *versi. Notandum est, & part 4.tract 3.resolut.* 21. Pasqualigus, *de Ieiun decis.*255. *nu.* 1. Trullench. *lib.3.Decalog cap.2. dub.6. num.*1. Basseus, *in florib. Theolog. pract. v. Ieiun.secund. in fine.* Castrus Palaus, *part.p.disp.3.pun.*8.*num* 7. Bonacina, *de Contract.disp.p.quæst secund* §.*Incidente,num.*11.& alii.

10 Ex his deducitur Primò: Adolescentes non tenētur ad ieiunia votiua communitatis, aut synodalia ante vigesimū primum annum. Ratio est: quia leges vniuersales debent esse regula particularium, ita vt hæ non habeant maiorem vim obligandi, quam habent vniuersales: vndè cum præceptum Ecclesię vniuersale non obliget adolescentes, nec etiam obligabit præceptum particulare. Ita Sanchez, *lib.5.Consil.capit.p.dub. secund.num.*7. Angles, *in florib. quæst.9. append.p.* Pasqualigus, *de Ieiunio decis.* 248.*num.p.* Lezana, *v.Ieiunium num.6.* Trullench.*lib.3.Decalog.cap.secund.dub 6.num.*1. & alii.

11 Secu dò: Adolescēntes valdè robusti, non tenentur ieiunare ante vigesimum primum annum. Ratio est: quia Ecclesia attendit, quod regulariter contingit, non autem quod in vno, aut in altero: & ideò accomodat suas leges pro eo, quod vt plurimum contingit: adolescentes autem, vt plurimum, ieiunare non possunt, nisi cum notabili dāno. Ita Sanchez, *lib.5.consil. cap.p.dub. secund. num.* 4. Pasqualigus, *de Ieiunio decis.*249.*num secund.* & alii communiter contra Durandum, *in 4. dist.*15. *qu.* 10.*num* 4.

12 Tertiò: Adolescens, qui complet vigesimum primum annum post inceptā Quadragesimam, tenetur sequentibus diebus ieiunare: quia præceptum de ieiunando in tota Quadragesima, est præceptum diuisibile: Vndè in singulis diebus exercentur singula completa ieiunia, quorum vnumquodque est sufficiens, & satis facit vnico præcepto de ieiunio Ecclesiastico. Vndè etiam diuisibiliter

ſibiliter ſeruādum eſt, & per ſuas partes: & ideò quādò non poteſt ſecūdū omnes ſuas partes obligare, obligabit ſecūdum illas, ſecūdū quas poteſt. Ita Sanch. *lib. 5. Conſil. cap. 1. dub ſecund num 8.* Caietanus, *v. Ieiunium cap. 4 in fine.* Ludouicus del Cruz, *diſp. 1. cap 5. dub. 19. num. 3. in fine.* Lezana, *ſum. v Ieiunium numer. 6.* Paſqualigus, *de Ieiun. deciſ. 251 num. 2.* Filliucius, *to. ſecund trac 28 part ſecund. cap. 6. num. 111.* Trullench *lib 3. Decalog. cap ſecund dub. 6. num. 1 illat. 3.* & alii.

13 Quartò: Adoleſcētes ante vigeſimum primum annum, non tenentur ieiunare aliquibus diebus, ex aſſignatis ieiunio. Ratio eſt: quia ieiunium, ex natura ſua, eſt incongruum illi ætati: & licèt non ſit adeò damnoſum, ſi ſit rarū, adhuc tamen contrariatur exigentiæ naturæ, & ideò Eccleſia eximit vniuerſaliter à ieiuniis indictis adoleſcentes. Ita D. Thomas, *2. 2. quæſt. 147. articul. 4.* Medina, *lib. p. ſum cap. 14 §. 10.* Summa corona, *part. 1. cap. p.* Sancius, *in Select. diſp. 54. num. 7* Fagundez, *de 4. Præcep. Eccleſ. lib 1 cap. 8. num. 4* Sanchez, *lib. 5. Conſil. cap. p. dub. ſecund. num. 4.* Paſqualigus, *de Ieiunio deciſ. 250. num. ſecund.* & alii, quos in numero 4 citauimus, cōtra Paludanum, Abulenſem, Durādum, Cordubam, Angelum, Maiorem, Silueſtrum; & alios.

Dubitatur Primò: An Fratres Minores, noſtræ Religionis teneantur ante vigeſimum primum annum expletum ad ieiunia Eccleſiaſtica?

14 NEgatiuè reſpōdeo, vt patet ex verbis regulæ: *In aliis autem temporibus non teneantur, niſi ſexta feria ieiunare.* Vndè ſolum tenentur ad ieiunia Eccleſiæ, ex præcepto Eccleſiæ: at non attingentes vigeſimum primum annum, non tenentur tali præcepto: ergo &c. Tum quia Clemens, recenſens ieiunia, ad quæ Fratres Minores, ex vi ſuæ Regulæ, aſtringuntur, non enumerat ea, de quibus nobis eſt ſermo: ætas, verò debet eſſe completa. Ita Portella, *v. Ieiunium num. 3.* D. Bonauentura, *in cap. 3. regul.* Corduba, *ibidem quæſt. 1. pun. 2 & 3.* Emanuel Rodoriquez, *to. 2. qq. regul. quæſt. 100. artic. 4. & 6.* Hieronymus Rodoriquez, *in comp. qq. regul. Reſol. 75. nu 5.* Medina, *lib. 1. ſum. cap. 14. §. 10. fol. 100* Azorius, *part. p. lib. 7. cap. 17. quæſt. ſecūd. in fine.* Roſella, *v. Ieiunium numer.* 14. vbi Tabiena, *num. 16.* Gabriel, *in 4. diſt. 16. quæſt. 5. artic p.* Sanchez, *lib. 4. ſum. ca. 11. num. 56.* Sancius, *in Select. diſp. 54. nu. ſecund.* Fagundez, *Præcep. 4. Eccleſ. lib. 1 cap. 8. num. 6.* Diana, *part. p. tract. 9. reſol. 16 verſic. Verum.* Paſqualigus, *de Ieiun. deciſ. 253. num. 2.* Sanctorum de Melſa, *in expoſ. conſtitut. ſuæ Regulæ capit 3. ſtact. 13. fol. 335. verſic. Quæro tertio.* & alii.

Dubitatur Secundò: An Fratres profeſſi noſtræ Religionis ante vigeſimum primum annum teneantur ad ieiunia ſuæ Regulæ?

15 NEgatiuè reſpondet prima opinio. Cuius ratio eſt: quia Regula non magis obligat, quam præceptum Eccleſiæ: hoc autem non obligat antè annum vigeſimum primum: ergo neque regula. Ita Gaſſius, *part. 1. deciſ. lib. ſecund. cap. 37. num. 42.* Medina, *lib. 1. ſum. capit. 14. §. 10.* Tamborinus, *to. ſecund. de iur. Abbat. diſp. 12 quæſt. 4. num. 4. vltim. edit.* Pellizzarius, *in manual. Regul. to. 1. trac. 5. cap. 5. num. 31.*

16 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio eſt: quia dicti Fratres illius obligationi voluntate ſua ſe ſubmiſerunt, quia ſicut extra Religionem potuiſſent ſe ad ieiunium ſeruandum adſtringere, v. g. illud vouendo: ita etiam potuerunt in Religione, obligando ſe ad obſeruantiam præceptorum illius. Tum quia ſic declarauit Nicolaus III. & Clemens V. & habetur, *in extrauag. Exiit, qui ſeminat, & in Clement. exiui de paradiſo de verb. ſignificat,* & docent Gabriel, *in 4. diſt. 16. quæſt. 3. artic. 1.* Angles, *in floribus quæſt. 6. de voto diff. 5.* Roſella, *v. Ieiunium num. 14.* vbi Silueſter, *quæſt. 6* Emanuel Sà, *num. 3.* Tabiena, *quæſt. 16. num. 17.* Ledeſma, *2 part. 4. quæſt. 17. articul. 3. verſic. Præterea de Pueris.* Alex. Ledeſma, *to. ſecund tract. 27. cap ſecund. dub. ſecund. poſt 5. concluſ.* Azorius, *par. 1. lib. 1. cap. 17 quæſt. 3.* Emanuel Rodoriquez, *part. 1. ſum. cap. 24 num. 1. articul. 2. qq. regul. quæſt. 100. articul. 4.* Hieronymus Rodoriquez, *in comp. qq. regul. Reſol. 75. num. 5. & 8.* Vega, *to. 1 ſum capit. 14. num. 56.* Cantarell. *lib. 1 Decalog. cap. 48. num. 234.* Filliucius, *to. ſecund. tract. 27 cap. 6. num. 111.* Fagundez, *Præcept. 4. Eccle. lib. 1. cap. 8. num. 6.* Siluius, *2. 2. quæſt.*

quæst. 147 *articul.* 4. *versic. vtrum vero.* Pasqualigus, *de Ieiun. decis.* 154 *num.* 2. Bartolom. à S. Fausto, *lib.* 1 *Thesaur Relig. quæst.* 145 *vlt. edit. Neapol.* Homobonus, *part.* 2. *examen Eccles. tract.* 8. *cap.* 7. *quæst.* 23. *versic. secundò pariter* Lezana, *v. Ieiunium num.* 6 *& to.* 1. *qq. regul. cap.* 7. *num.* 26 Reginaldus, *to.* 1. *lib.* 4. *cap.* 17. *num.* 202. Ortiz, *cap.* 19. *sum. nu.* 21. Portella, *in dubijs regularium v. Ieiunium num.* 2. Diana, *part.* 1. *tract.* 9. *resolut.* 16. *versic. nota etiam.* Bordonus, *in Consil. Regulæ resol.* 18. *num.* 6. Trullench *lib.* 3. *Decalog. cap.* 2. *dub.* 3. *num.* 1. Vilalobos, *tom.* 1. *sum. tract.* 23 *diffic.* 4. *num.* 5 Corduba, *in expos. Regul. D. Francisci capit.* 3 *quæst.* 2. *initio.* Marcantius, *in trib. Sacr. tom. secund. tract.* 12. *titul.* 3. *quæst.* 4. §. 1. & alii.

An senes excusentur à ieiunio? Dub. 5.

17 Affirmatiuè respondeo. Ratio est: quia vera senectus est quędam incurabilis infirmites. Vndè Græci dicũt ipsam senectutem morbum: quod confirmat Cicero, *de senectute,* & Aristotel. vocat senectutem morbum naturalem: ergo cum aliæ infirmitates excusent à ieiunio, excusabit etiam hæc. Tum quia senex indiget frequentiori cibo ad suã substentationem: multum enim cibum, simul sumptum, non potest digerere, propter naturæ debilitatem. Ita communiter Doctores. Non tamen ab Ecclesia est determinatũ tempus senectutis, de obligans à ieiunio. Immò nec ex natura rei est determinata ætas senectutis. Ita Doctores citandi à num. 18. vsque ad num. 21.

Dubitatur: Qua nam ætate desinant Senes obligari præcepto?

18 Prima opinio ait: Vt excusentur senes à lege ieiunii, attendendum esse robur corporis, & complexionem naturæ, & iuxta eam iudicandum esse: & ideo totum hoc, ad arbitrium prudentis viri relinquendum est. Cuius ratio est: quia non datur certus terminus augmenti: sed dantur senes sexagenarii, qui sunt magis robusti, quam quadragenarii. Ita Paludanus, *in* 4. *distinct.* 15 *disputat.* 8. *conclus.* 4. Summacorona, *part.* 1. *capit.* 1. *num.* 80. Rodoriquez, *in exposit. Bullæ Cruciatæ* §. 6. *dub. secund.* Ledesma, 2. *part.* 4. *quæstio.* 17. *articul.* 3 *versicul. præterea de pueris.* Fagundez *præcept* 4 *Eccles. lib.* 1. *cap* 8. *nu.* 9. D. Antoninus, 2. *part. titul.* 6. *capit. secund.* § 7. Graffius, *part* 1. *decis. lib secund. cap.* 17. *num.* 43. Medina, *C. de Ieiunio quæst.* 9. *versic. deindè Senibus.* Vega, *to.* 1. *sum. cap* 14. *cas.* 15 Siluius, 2. 2. *quæst.* 147. *art.* 4. *versic. de Senibus,* & alii.

19 Secunda opinio ait: Senes tantum septuagenarios immunes esse à lege ieiunii. Cuius ratio est: quia sicut excusantur à iure ciuili ab oneribus personalibus, *leg. vnica C. qui ætate lib.* 10 ita etiam excusantur à ieiunio: cum leges canonicæ non sint minùs mites, quam ciuiles. Ita Gabriel, *in* 4. *dist.* 16. *quæst.* 3. *artic.* 1 *not.* 4. Siluester, *v. Ieiunium qu.* 6. *dist.* 2. Rosella, *v. Ieiunium num.* 15. vbi Tabiena, *quæst.* 17. *num.* 8 Lopez, *part.* 2. *capit.* 111. Toletus, *lib.* 6. *sum. cap.* 4. *num.* 2. & alii.

20 Tertia opinio ait: Senes sexagenarios, viribus pollentes, non excusari à præcepto ieiunii. Ita Medina, *lib.* 1. *sum. ca.* 14 §. 10. Cosmus Philiarcus, *de offic. Sacerd part. secund. lib* 3. *cap.* 25. §. *Cautè ob quas caus.* 2. Valentia, 2. 2. *disp.* 9. *quæst.* 2. *pu.* 5. *vers. Impotentia ad ieiunium.* Vgolinus, *de Potest. Episcop. cap.* 9. *nu.* 6. Layman, *in Theolog. moral. lib.* 4. *tract.* 8. *cap.* 3. *num.* 1. *&* 2. Filliucius, *to secund. tract.* 27. *part* 2. *cap.* 6 *num.* 112 Nauarr. *in manual. cap.* 21. *num* 16. *& in sum. num* 15. Pedrazza, *Præcept.* 3. § 12. Rodoriquez, *to.* 1. *sum cap.* 24. *num.* 1. Armilla, *v. Ieiun. num.* 3. Tannerus, 2. 2. *disp.* 3. *quæst.* 3. *dub.* 5. *num* 191. Campanil. *in diuers. iuris canonic. rubr.* 57. *cap.* 6. *num.* 157. Lesius, *lib.* 4. *cap.* 2. *dub* 6. *num.* 41. Reginaldus, *lib.* 4. *cap.* 17 *sect.* 1. *num.* 209. Azorius, *par.* 1. *lib.* 7 *cap.* 17. *quæst.* 4. Vilalobos, *to.* 1. *sum. tr.* 27. *diff.* 4. *num.* 6. Toletus, *lib.* 6 *sum. cap.* 4. *num* 1. Bonacina, *de leg. disp. vlt. quæst.* 1 *pun. vltim. num.* 4 Ioann. del Cruz, *part.* 1. *direct. præcept.* 3. *articul.* 4 *dub* 9. *conclus. secund. sum. tractat.* 27. *capit secund. dub.* 3 *post.* 3. *conclus.* Hieronymus Rodoriquez, *in comp. qq. regul. Resolut.* 75. *num.* 10 Bizozer, *part.* 4. *sum præcept.* 3. *cap. vlt num* 2. Basseus, *in florib Theolog. moral. v. Ieiunium nu.* 2. Fernandez, *part,* 2. *cap.* 8 §. *secund. num.* 20. & alii.

21 Quinta opinio ait: In ætate sexagenaria Senes, licèt viribus polleãt, cẽseo, infallibiliter excusari à lege ieiunii. Cuius ratio est: quia (vt asseruãt medici)

hanc Senum roboratam existimationẽ esse illusiuam: nam est ea ętas ex se adeò debilis, vt facilè ex causa, ab illo putato robore deturbetur: nisi cibi alimento sibi subueniant; natura enim in illa ætate languescit, & ad interitum properat: & sanitas dictorum Senum non est firma, & constans: sed fallax, & incerta, & media, & inter morbum, & perfectam sanitatem, vt testatur Galenus, *lib. 5. & 6 de sanit. tuen.* & licèt aliqui sexagenarii validi, & fortes videantur: tamen, vt diximus, eorum natura prolabitur, & adinteritum tendit, atque adeò adminiculo cibi, frequẽtiùs sumpti, indigent, vt non tã præsenti statui, quã futuro cõsulatur. Ita Sanchez, *lib. de Matr. disp. 22. num. 17 & lib. 5. Consil. cap. 1. dub. 4. num. 7.* Angles, *in floribus quæst. 9. de Ieiun diff. 2.* Ortiz, *cap. 19 sum. num. 11.* Molfesius, *to. 1. sum. tract. 10. cap. 4 num. 37.* Suarez *lib. 7 Enchirid. casuũ conscientia v. Ieiu. §. Alij tamen.* Portella, *in dub. Regul. v. Ieiun. num. 5.* Emanuel Sà, *v. Ieiunium num. 9.* Llamas, *part 3 method. cap. 5 §. 20.* Granad. 1. 2. *controu. 7. tract. 3 part. vnica* Naldus, *v. Ieiun. num. 21.* Tamborinus, *to. 2. de iur. Abbat. disp. 12. quæst 5 num 7* Ludouicus à S Ioan. *par. 1. sum tract. de Ieiun artic. 6.* Diana, *par. 1. tract. 9 resol 20 vers Attamen.* Ghilin. *sum. v. Ieiunium num 21. littera S* Trullench *lib 3. Decalog cap. 2. dub. 7, num. 3:* Pasqualigus, *de Ieiun. decis. 257. num. 6:* & alii

22 Aetas verò sexaginta annorum, requisita ad excusationem ieiunii, sufficit vt sit incepta. Ratio est: quia in fauorabilibus annus inceptus habetur pro cõpleto, *leg quia ætate ff. de testan.* & Gloss. *l 3. § minorem v Momentum ff de minoribus*, vbi Bartolom *num secund.* Baldus, *in fine.* & communiter. Et constat ex praxi in susceptione ordinum: quia sufficit attigisse annum præfixum à iure pro singulis ordinibus. Ita Sancius, *in Sel. & disput. 54 numer. 10* Trullench. *lib. 3. Decalog. capit secund dub. 4 num. 3.* Pasqualigus, *decis. 258. de Ieiunio à num. 1.* Narbona, 1. 2. *Annalibus Iuris. num. 5* Alphonsus de Leone, *tractat de cens. Resolut. 5. num 473.* Diana, *part. 9. tract. 7 resol. 73.* & alii.

23 Si verò aliqui ante sexagesimum annum senes sunt, & debiles, excusantur à ieiunio: quia sicut ex morbo anticiparet status senectutis, ita etiam anticiparet exemptio à ieiunio. Ita Angles, *in floribus part p. materia de Ieiunio quæst. 6. dub 6* Sanchez, *tom. secund. Consil. lib. 5. capit. 1. dub. 4 num. 6.* Pasqualigus, *de Ieiun decis 256. num 9* & alii.

24 Est tamen aduertendum, quod licèt ratione ætatis, laboris, &c. excusantur à ieiunio; tenentur tamen abstinere à carnibus, & aliis cibis prohibitis in ieiunio: nisi ex alio capite iis indigeant. Ita Molfesius, *to. 1. sum. tract. 10. capit. 3. num. 36.* Reginaldus, *lib. 14 numer. 50.* Azorius, *part. 1. lib 7. cap. 7 quæst. 4.* Nauarrus, *in manual. capit 21. num 13.* Filliucius, *tract. 27 part secund. cap. 3. num. 63* Siluester, *v. Ieiunium num. 7.* vbi Tabiena, *num. 10.* Trullench. *lib. 3. Decalog. capit 1. dub. 2. num. 6. & in exposit. Bull. Cruciatæ lib. 1. §. 4 dub. 4. numer 4.* Pasqualigus, *de Ieiun. decis. 256. num. 10.* & alii communiter.

Dubitatur: An Mulier quinquagenaria, soluta sit ab obligatione ieiunij?

25 Negatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia fœmina tunc est senex, quando est sexagenaria, non autem quinquagenaria: cum Pius V. Põtifex, & eius Successores, denegantes in diplomate Cruciatę facultatem, vescendi lacticinia Clericis, & Religiosis in Quadragesima: exceperunt sexagenarios: quasi in ea ætate rationi consonẽt, vt inbecillitati naturæ consulatur. Ita Layman, *in Theolog. moral lib. 4. tract 8. capit. 3 num. secund. versic. Illud vero.* Fagundez, *Precept. 4. Eccl lib. 5. quæst. 55.* Aloysius Bariole, *in Aphoris. litter. M. verb. Maritus sexagenarius*, & videtur adhærere Diana, *part. c tract. 7. resol 73.*

26 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia non videtur rationi consonare, eamdem ętatem ad senectutem pręscribi in fęminis, & in Viris; vbi ius non ita claue disposuit: Quod feminæ (vt Aristotel. *lib. 7. de historia animal. capit. 3 in fine.* Plinius, *lib. 7. natural. historia capit. tert.* Tiraquellus, *lib. 6. connub. numer. tert. & lib. 1. num. 57.*) potiùs quam Mas, & crescant; & ætate florent, ac senectute macerentur: quia, & ita in caloresita est: teste Aristotel. *in problem. sect. 3. problem. secund. secund sect. 14. problem. 14.* quamdiù in eo vitæ munia obire potest. præcipuus verò vtilitatem functionem administer, est calor: At fœmi-

fœminæ frigidiores viris sunt: vt ex multis probat Tiraquellus, *lib. 9. connub. num* 141. *& seq.* Si ergo fœminæ breuioris vitæ sunt, & citiùs senescunt, non eadem senectutis ætas adscribenda est illis, sed minor quam viris. Tum quia ea ætate fœmina æquè appropinquat morti, ac viri sexagesimum annum nacti: atque similiter viribus destituitur, indigetque cibo frequentiori, vt calor senilis paulatim illum coquere possit: nè simul toto necessario cibo sumpto, senilis ille calor, ac tenuis suffocetur: eo, vel maximè, quod calor in fœminis sit minor, quam in viris: ac proindè is diminutus ratione eius ætatis, minus capax sit totius cibi necessarii simul sumpti concoquendi, quam calor viri sexagenarii. Ita Sanchez, *lib. 7. de Matrimon disput.* 32. *num.* 17. qui dicit probabile esse, quod quinquagenariæ eximantur ab onere ieiunii; sed speculatiuè loquendo, nam in praxi hæc opinio non est tuta, *& in secund. tom. Consil. lib.* 5. *capit.* 1. *dub.* 4. *num.* 6. in medio dicit absolutè, esse probabilem: & docent Pasqualigus, *de Ieiun. decis.* 237. *num.* 2. *oppositum*, vocat probabilius. Et ita Narbona, *in Annalibus iuris ann.* 60. *numer.* 13. *&* 14. & videtur adhærere Henricus Zeostus, *in lib.* 3. *Decret. titul.* 46. *num.* 10 & non damnat, tamquam improbabilem, Diana, *vbi supra*, & docet etiam Manchad. *de Perf. confess. tom.* 1. *lib. secund. part.* 4. *tract.* 3. *docum.* 9 *numer.* 1. & Pellizzarius, *in tract. de Monial. capit.* 6. *num.* 25. qui addit etiam, hoc non solùm procedere quo ad ieiunia Ecclesiæ, sed etiam à præscriptis à Religione. Immo Pellizzarius, & Narbona dicunt, quod sufficit, vt annus sit inceptus; non autem requiritur, vt sit completus.

Dubitatur Secundò: *An Religiosi sexagenarij, teneantur ad ieiunia sua Regulæ?*

27 Clarum est, quod Religiosi sexagenarii, aut saltem septuagenarii, seù senes debiles non tenentur ad ieiunia Ecclesiastica: quia præceptum Ecclesiæ omnes æqualiter obligat, & ab ipso omnes æqualiter eximuntur, vt communiter docent. De Ieiunis Regulæ quid dicendum?

29 Respondeo, quod prima opinio ait: Non liberari senes sexagenarius: quia obligatio regulæ est voluntariè sumpta. Ita Bordonus, *in Consil. Regul. resol.* 18. *num.* 6. Ludouicus à S. Ioanne, *part.* 1 *sum. de ieiun. articul.* 6. & alii.

30 Secunda opinio negat. Cuius ratio est: quia præceptum Regulæ obligat instar præcepti Ecclesiastici: & proindè, ob eamdem rationem, ob quam cessat lex Ecclesiastica, debet etiam cessare lex Religionis: cum enim lex Religionis debet ipsa quoque permanere in sua iustitia, & habet vim obligandi (alioquin non esset lex) non debet prostratu religioso, habita ratione instituti ipsius, esse nimis onerosa: Est autem nimis onerosum, quod sexagenarii religiosi, iam laboribus regularibus confecti, & continuò regularis obseruantiæ pondus portantes, subiiciantur etiam ieiuniis: si quidem, stante declinatione ætatis, nimis opprimerentur, cum periculo damni notabilis, & inhabilitatis ad abeunda munera Religionis. Ita Molfesius, *tom.* 1. *tract.* 10. *capit.* 4. *num.* 24. Reginaldus, *lib.* 4. *numer.* 207. Hieronymus Rodoriquez, *in comp qq. regul. resolut.* 75 *numer.* 10. Sancius, *in Select. disp.* 54 *num.* 8. *in fine.* Tamborinus, *tom. secund. de iur. Abbat. disput.* 12. *quæst.* 5. *num.* 7. Pasqualigus, *de Ieiun. decis.* 259. *num.* 1. Sanctorum de Melfa, *in exposit. constitut. Regul. capit.* 3. *stact.* 13. *fol.* 336. *versicul. Respondeo ad quæstionem.* Marchantius, *in Tribun. Sacramen. tom. secund. tract.* 12. *titul.* 3. *quæstion.* 4. *§.* 1. Diana, *part. non. tractat sext. resolut decim. sext.* Caramuel, *in Regul S. Benedict. disput* 128. *numer.* 1613. Et probabilem vocat Narbona, *in Annualibus iuris ann.* 60. *quæstion. secund. numer.* 8. Escobar, *in Theolog. moral. tract.* 1. *exam.* 13. *capit.* 2. *numer.* 104. & Pellizzarius, *in manual. Regul. to.* 1. *tract.* 5. *capit.* 5. *num trigesprimo.*

Dubitatur Tertiò: *An vouens ieiunare certis diebus per totam vitam, teneatur ieiunare etiam post sexagesimum annum?*

31 Affirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia, quamuis votum obliget instar præcepti Ecclesiastici, quod attinet ad formam, & modum ieiunandi, non tamen quod attinet

attinet ad personas: Quę enim pcepto Ecclesiastico non obligãtur, de propria voluntate se obligare possunt ad ieiunandum: nam adolescentes, licèt ex lege Ecclesiastica, ante completum vigesimum primum annum ieiunare non teneantur; obligantur tamen ex voto edito: ergo similiter, tametsi ponamus sexagenarios etiam robustos, liberari lege Ecclesiastica ieiunii: non obstat tamen, quo minus ad ieiunandum ea ętate voluntario voto se aliquis obliget: id que ipso facto facere præsumitur, qñ vouet, se perpetuo, vel toto vitæ suæ tempore ieiunaturum. Intelligitur id tamen, quamdiù sinè notabili corporis detrimento ieiunare potest. Ita Layman, *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 8. cap. 3. num. secund. versic. Sed & improbabilem.*

31 Secunda opinio negat. Cuius ratio est: quia votum ieiunii obligat instar legis Ecclesiasticæ de ieiunio. At si Ecclesiastica lex ieiunii, communiter lata, non obligat sexagenarios, secundum probabilem opinionem, quam diximus in num. 21. ergo nec obligabit votum: nisi de alia vouentis intentione constet. Nec obstat, quod votum sit emissum pro toto tempore vitæ, quia intelligitur de toto illo tempore, in quo vouens est capax rationabiliter talis obligationis, atque adeo iuxta mensuram obligationis præcepti Ecclesiastici. Ita Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 11. num. 54. & tom. secund. Consil. lib. 5. capit. 1. dub. 4. num. 6. in fine.* Diana, *part. 1. tract. 9. resol. 20. in fine.* Pasqualigus, *de Ieiun. decis. 260. num. secund.* Nauarrus, *cap. 21. sum. num. 16.* idem Diana, *part. 9. tract. 7. resol. 73. in fine.* Excobar, *in Theolog. moral. tract. 1. exam. 13. cap. 3. num. 104.* & alii.

32 Si verò sexagenarius vouerit ieiunare, tenetur ad votum: quia votum obligat, quantum se extendit intentio vouentis: Excusabitur tamen postea, superueniente maiori debilitate, ratione ætatis. Ita Sanchez, *to. 1. sum. lib. 4. cap. 11. num. 51.* Pasqualigus, *de Ieiunio decis. 260. num. 6.* Diana, *part. 9. tract. 7. resolut. 73. in fine & tract. 8. resolut. secund. versic. Nota verò* Narbona, *in Annalibus iuris an. 60. quæst. secund. num. 9.* Excobar, *in Theolog. moral. tract. 1. exam. 13. cap. 3. nu. 104.* Tamborinus, *de iur. Abbat. to. secūd. disp. 12. quæst. 5. num. 7.* & alii.

An qui habet causam non ieiunandi, peccet, inuitando verò amicum, ad secum cęnandum?
Dub. 4.

33 Clarum est apud omnes, quod quando quis potest cœnare, non potest (vrbanitatis causa) inuitare amicum ad secum cœnandum, si sciret, non excusari à præcepto ieiunii: quia tunc intenderet peccatum illius per violationem ieiunii. Secùs, si probabiliter crederet, excusari: quia tunc intenderet id, quod supponeret, posse sine peccato exhiberi. Si verò dubitatur, An teneatur ad ieiunium? tunc poterit inuitare: quia debet ipsum supponere memorem propriæ salutis, et quod non sit acceptaturus inuitationem, si teneatur ieiunare. Ita Pasqualigus, *de Ieiun. decis. 373. num. 1.*

Nostra difficultas verò est, quando certò scit, teneri ad ieiunium, An possit inuitari causa vrbanitatis?

34 Negatiuè respondet prima opinio. Ita Azorius, *par. p. lib. 7. cap. 20. qu. 12. versic. Sed peccat ne?* Filliucius, *to. 2. tract. 27. part. 2. cap. 5. num. 94.* Reginald. *lib. 4. num. 95.* Bonacina, *de leg. disp. vlt. quæst. 1. pu. 3. num. 9. vers. Hinc sequitur* Lublinus, *part. 1. sum. v. Ieiunium num. 11.* & alii.

35 Secunda opinio affirmat, quando vrget grauis necessitas, vel causa: vt, esset vitare notabile damnum: quia non tenetur quis cum notabili detrimento consulere saluti spirituali alterius, abstinendo ab eo, quod potest esse illi occasio peccandi: nisi fortè sit constitutus in causa spiritualis necessitatis. Ita Valentia, *to. 3. disp. 9. quæst. 2. pun. 3. dub. 2. versic. Tertia est.*

36 Tertia opinio absolutè affirmat: siuè paratus sit, siuè non paratus sit, ad uiolandum pręceptum ieiunii. Ita Angles, *in florib. quęst. 1. de ieiun. diff. 4. in solut.* Ortiz *cap. 19. sum. pręcep. 2. num. 20.* Trullench. *lib. 3. Decalog. cap. 2. dub. 5. num. 10* & alii.

37 Dicendum est tamen Primò cum Pasqualigo, *de Ieiun. decis. 373. à num. 1.* Ille, qui potest cęnare, potest etiam, ad exercendam vrbanitatem, inuitare amicum ad cœnam, etiam si sciat teneri ad ieiunium; quando cognoscit, non esse accepta-

ceptaturum, & proindè non adesse periculum, quod inuitatus violet ieiuniũ. Secundò: Potest inuitare quemcumque ad cœnam, siuè sciat, non acceptaturum, siuè non communi modo ad exercendum talem actum amicitiæ. Tertiò: Etiam si credatur probabiliter, quod sit acceptaturus, ad exercendum actum vrbanitatis: quia talis actus de se est bonus, & è contra debet quisque præsumi memor propriæ salutis: & proindè quod, stante impedimento ieiunii, ad quod tenetur, se excusabit.

38 Vndè possum inuitare ad prandium eum, quem scio, peccaturum contra præceptum naturale temperantiæ: quia inuitando ipsum, induco eum ad actum honestum, nempe, ad conuiuandum, & quod solet amicitia foueri. Ita Angles, *in floribus quæst.7. de ieiunio diff.4. in concl.* Pasqualigus, *de Ieiun. decis.373. num.9.*

Dubitatur: An liceat inuitare ad cœnam amicum, paratum frangere ieiunium?

39 Negatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia inuitans petit rem iniquam, & malam, quam amicus præstiturus est cum peccato: petens autem rem illicitam, & malam, peccat, quia videtur cooperari actioni iniquę, & prauæ. Tum quia, ex opinione contraria sequeretur, licitum esse inuitare ad fornicationem, aut homicidium, eum, qui paratus est aliàs fornicari, aut occidere, & reuera alibi fornicaturus est, aut occisurus, quod absurdum est. Ita Turrianus, 2.2. *disp.95. dub.6.* Vasquez, *in opusc. de Scandal. quæst.43. artic.1. dub.3. num.17.* Siluius, 2.2. *quæst.147. artic.3 quæst. unica part secund. conclus. versic. Obseruandum hic est, & artic 7. quæst.2. in fine.* Bonacina, *de leg. disp. vltim. quæst. 1. pun.3. num.9. vers. Respondeo affirmatiuè.* Lesius, *lib.4. cap. secund. dub.3. num. 20.* Fagundez, *Pracep.4. Eccles. lib.1. ca. 10. num.12.* Basseus, *in floribus Theolog. pract. v. Ieiunium 1. num.12.* Trullench. *lib 3. Decalog. cap secund. dub.5. num.10.* Victorellus, *in addit. ad Toletum lib. 6. cap.5.* & alii.

40 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia in ea circumstantia non inuitat illum, ad comedendum absolutè; sed ad cœnandum in domo sua, & nõ alibi: & sic non offeret cœnam, sed offeret locum, in quo cęna fieri potest. Tũ quia licitum est, ex iusta causa, inuitare ad actum per se, & suo genere bonum, vel indifferentem; nullo modo consentiendo in eum, quatenus ex malitia alterius efficitur malus. Ita Azorius, *par. 1. lib.7 cap.31 quæst.1.* Salas, *de empt. dub. 47. num.10.* Naldus, *v. Ieiunium num.1* Cosmus Philiarcus, *de offic. Sacerd. to.1, part. secund. lib.3. cap.25. in fine.* Franciscus Ortiz, *cap.19 sum. mand.2. num.10.* Layman, *in Theolog. moral. lib. secund tr. 3. cap.13. num.4.* Filliucius, *to secund. tr. 27. part secund. cap 5. num 94.* Vilalobos, *tom.p. sum. tract.27. diffic.3. num. secund.* Caietanus, 2.2. *quæst.147. artic 4 § Et ad hoc dicitur.* Nauarr. *in manual. capit.21. num.26.* Ledesma, 2. *part.4 quæst.17. artic. 3. circa finem versic. Præterea.* Alter Ledesma, *part secund sum. tract 27. cap. secund. dub 4. post.6. conclus.* Rodoriqu. *tom.1. sum. cap.23. concl.5. circa finem.* Angles, *in florib. quæst.7. de ieiunio diff. 4. append. secund.* Valentia, *to.3 disp.9. qu. secund. pun.3. versic. secundum dubium.* Reginaldus, *lib.4. num.195.* Tannerus, 2.2. *disp.3. quæst.3. dub.5. num.94.* Diana, *part.1 tract.9. resol 38. versi. Hæc sententia, & part. 5. tract.7. resolut.7.* Castrus Palaus, *to.1. tract.6. disp.6. quæst.9. num. 4.* Lublinus, *part.1 sum. v. Ieiunium nu. 11.* Hurtad. *de fide, spe, & charitate, to. secund. disp.173. §.154. & 159. & seq.* Suarez, *de charitate disp.10 sect.3. num.2. & sect.4. num.5.* Pasqualigus, *de Ieiun. decis.372. num.3.* & alii.

41 Ex his deducitur: Rogatus ab amico, vt sumat cibum in notabili quantitate, peccat mortaliter, quia violat ieiunium. Ita Angles, *in floribus quæst.9 de Ieiun. artic secund. diff.4. dub secund.* & alii. Si verò quantitas erit parua, non frangeret ieiunium, & consequenter non peccat mortaliter: quia paruitas materię excusat à mortali. Ita Cęnedo, *in qq. canon. quæst.41. num.7.* Ledesma, *to. secund sum. tract.27. cap secund. dub 3. circa secund condit. ieiunij,* Filliucius, *to. secund. tract.27. part. secund. cap secund. num.41.* Emanuel Sá, *v. Ieiunium num. 8.* Fagundez, *Pracep.4. Eccles. lib.1. cap.4 num.3.* Vega, *to.1. sum. cap.14. cas secund.* Lauorius, *part.1. de Iubileo cap.20. num. 12.* Diana, *part.1. tract.9. resolut.29:* Lezana, *in sum. v. Ieiunium num.4.* Pasqualigus, *de Ieiun. decis.137. num.2.* Sanchez, *lib.*

lib.5: Consil. cap 1. dub 22. num. 6. & alii.

42 Quid dicendum de illo, quando aduenerunt hospites in domo sua: An liceat, hospicii causa, soluere ieiunium? Respondeo, quod Azorius, *part. 1. lib 7. cap. 18. quaest secund.* Siluius, 1. 2. *quaest.* 147. *articul. 4. versic. Si quaeras* Fagundez *Praecept 4. Eccles. lib 1. cap 10 num. 12.* & Homobonus, *part. secund. exam. Eccles. tract. 1. cap. 7 quaest. 23.* negant. Dummodò, quod necessitas proximi aliter non exigat; & docent Trullench. *lib 1. Decalog. cap. 2. dub. 7 num. 17.* & Reginaldus, *lib 4. num. 221.*

An possit quis per alium ieiunare? Dub. 5.

43 NEgatiuè respondeo. Ratio est: quia obligatio ieiunii, imposita ab Ecclesia, ad affligendum corpus, & carnem edomandam, est obligatio personalis: obligatio verò personalis non potest per alium adimpleri Ita Azorius, *part. 1 lib. 7. cap 21. quaest 7.* Reginaldus, *lib. 4 num. 187.* Bonacina, *de leg. disp. vlt. quaest 1, pun. 6. num. secund* Molfesius, *to. 1. sum tract. 10 cap. 5 num. 12* Lublinus, *part. 1 sum. v. Ieiunium nu. 27.* Trullenc. *lib. 3. Decalog. cap. 2. dub 6. num. 8.* Geth. *in Thesaur. animae v. Ieiunium capit. 5. in fine.* Pasqualigus, *de Ieiun. decis. 38. num. 1.* & alii communiter.

44 Potest tamē aliquis ieiunare pro alio, ita vt satisfactio ieiunii prosit illi, pro quo ieiunium suscipit: quia satisfactio vnius potest pro alio applicari. Ita Glossa, *in cap. Praesbit. dist. 82.* Azorius, *par. 1. lib. 7 cap. 21. quaest. 7.* Bonacina, *de leg. disp. vltim quaest. 1. pun. 6 num. 2.* Reginaldus *lib 4. num. 187.* Ghetius, *in Thesaur. animae v. Ieiunium cap 2. num. 5. in fine* Pasqualigus, *de Ieiun. decis. 38 num. 187.* Ghetius, *in Thesaur. animae v. Ieiunium cap. 2. num. 5* & alii. Non autem potest quis satisfare ieiunium, impositum à Confessario per alium, nisi ex consensu Confessarii. Ita Azorius, Pasqualigus, & alii.

An ieiunia, imposita ab Episcopis, teneantur seruare Religiosi? Dub. 6.

45 DE hac quaestione satis diximus, *in lib. 1. de leg. tract. 1. capit. 5. dub. 4. à num. 27.* vbi probauimus: Regulares non subesse statutis Synodalibus, aut Episcopi, nec teneri ad ea seruanda ob exemptionem, qua gaudent; nisi quò ad festorum obseruationes, interdicta, & cæteras censuras. Et præter illos Doctores, docet etiam Pasqualigus, *de Ieiun. decis 196. num. 6.* Vndè sequitur: Regulares non teneri obseruare ieiunia Episcoporum. Ratio est: quia Regulares exempti sunt à iurisdictione Episcoporum: ergo illorum legibus non ligātur. Tum quia, ita patet in Concilio Tridentino: vbi solum Religiosi obligantur ad obseruationem festorum, quę Episcopi in suis Diœcesibus statuūt obseruanda: non autem obligantur ad ieiunia. Ita Fagundez, *Praecep. 4. Eccles. lib. 1. cap. 7. num. 4.* Azorius, *part. 1. lib. 7. cap. 19. quaest. 2* Suarez, *lib. 4. de leg. capit. 20. num. 8.* Rodoriquez, *part. 4 sum. cap. 110. num. 4.* Sanchez, *to. secund. Consil lib. 6. cap. 1. dub. 4. num. 9:* Siluester, *v Ieiun. num. 25.* Bordonus, *in Consil Regul. Resol. 18 num. 5.* Bonacina, *de leg. disp vlt. quaest 1 pun. 6. num. 5.* Ghetius, *in sum. v. Ieiunium nu. 25.* Llamas, *part. 3. method. cap 5 §. 28. in fine.* Diana, *part. 1. tract. 9. resolut. 36.* Hieronymus Rodoriquez, *in comp qq. regul. resol 75. num. 18.* Portella, *in dub. Regul v Festis dies num. 3.* Tamborinus, *to 2 de iur Abbat. disp. 12. quaest. 3. num. 4. in vltim. edit.* Pasqualigus, *de Ieiun. decis 190. num. 3.* Marchinus, *par. 5 cap. 5.* Bosseus, *sect 4. de Iubileo cas. 18. num. 32.* Trullench. *lib. 3. Decalog. cap. 2. 2. dub. 5 num. 2. & dub 6 num. 7.* & alii.

46 Moniales verò tenentur ad ieiunia, indicta ab Episcopo, quando intendit illas obligare: non autem tenentur ad ea ieiunia, quando ea imponit solum in vniuersale, ita vt nullum signum appareat, quod voluerit specialiter obligare etiam Moniales. Ratio est: quia lex, aut præceptum non obligat, nisi illos, ad quos dirigitur; cum non excedat in obligando intentionem præcipientis, lex autem lata, aût præceptum, positum in vniuersali non dirigitur ad Moniales. Ita Pasqualigus, *de Ieiun. dec. 197.*

(:†:)

DE

DE CAVSIS EXCVSANTIBVS à ieiunio. Cap. 16.

AN Infirmi excusentur à ieiunio? Dub.1.

An Pregnantes, & lactentes excusentur à ieiunio? Dub 2.

An labor corporalis excusetur à ieiunio? Dub.3.

An exercentes opera pietatis, teneantur ad ieiunium? Dub.4.

An sumentes disciplinam in die Iouis Sancti, excusentur à ieiunio? Dub. 5.

An labor ingenij eximat ab obligatione ieiunii? Dub.6.

An Concionatores teneãtur ad ieiunium? Dub.7.

An Lectores teneantur ad ieiunium? Dub.8.

An Confessores teneantur ad ieiunium? Dub.9.

An Aduocatis, Procuratores, & Iudices teneantur ad ieiunium? Dub 10.

An Scribæ, & Notarii excusentur à ieiunij? & quid de Medicis? Dub.11.

An Cantores teneantur ad ieiunium? Dub.12.

An Domini teneãtur compellere seruos, ad ieiunandum? Dub.13.

An Patres teneantur cogere filios, ad ieiunandum? Dub.14.

An Coniuges teneantur ieiunare, quando ieiunium impediret, nè sibi inuicem redderent debitum? Dub.15.

Quando nam Vxor excusetur à ieiunio Ecclesiastico? Dub.16.

An Pauperes excusentur à ieiunio? Dub.17.

An qui putabat habere iustam causam, non ieiunandi, peccet si non ieiunet, si, reipsa, causa non sit iusta? Dub 18.

An Tabernarij; & Caupones, vendentes, aut ministrantes cibos prohibitos in die ieiunii, peccent mortaliter? Dub.19.

An serui, porrigentes cibos prohibitos, & parentes mensum baris, peccent mortaliter? Dub.20.

An itinerantes, teneantur ad ieiunium? Dub.21.

An Infirmi excusentur à ieiunio? Dub.1.

1 COmmuniter affirmant. Quorum ratio est: quia indigent salubriori refectione, & modica: sępè enim qualitate ciborum, & ouis, & carnes indigẽt ieiunium autem offert maximum detrimentum infirmis: tam ratione qualitatis ciborum, quam ratione modi sumẽdi refectionem, est, quia valdè debilitantium. Sub nomine infirmorum verò, comprehenduntur conualescentes, qui non dum recuperauerunt pristinas vires deperditas ex præcedenti morbo Ita D.Thomas, *in 4.dist.15.quæst.3.art.2.quæst.4.* vbi Maior, *quæst.3.* Gabriel, *dist.16.quæst 6. articul* 1. *not.4.* Paludanus, *dist.15.quæst.4.artic 2.concl.5.* Rosella, *v. Ieiunium num* 2. Siluester, *ibi quæst.9.* Tabiena, *num.12* D.Antoninus 2.*part titul.6.cap.11* § 6. Nauarr. *in manual.cap.21,num.16.* Caietanus, 2.2 *qu.147.artic.4.* Azorius, *part.1.lib.7.cap.17.quæst.7.* Lesius, *lib.4 cap.2.dub.6 num.10* Ledesma, *part.2.sum.tract.27. cap.2.dub.3.post. 5.conclus.* Angles, *in floribus qu.6 de Ieiun.diff.8.* Valentia, *tom.2 disp 9. quæst.2.pun.5.vers. Impotentia.* Fagundez, *præcep.4. Eccles.lib 1.cap.8 num.13.* Vilalobos, *tom.1.sum.tract.23.diff.4 nu.2.* Filliucius, *to 2 tract.27.part.2. capit.6. num.13.* Layman, *in Theolog.moral.lib.4 tract.8.cap.3.num.3.* Siluius, 2.2. *quæst.147.artic.4. versic. Secundus impotentiæ modus.* Bonacina, *de leg disp.vltim.qu.1 pun.vlt.num.2.* Ioa.del Cruz, *part.1. direct.conscient.præcep.3.articul 4. num.7:* Pasqualigus, *de Ieiun.decis.161 numer.1.* Megola, *tom.2.variar. resolut.153.* Sanchez, *lib.5 Consil.cap.1 dub 14. numer 1.* Basseus, *in floribus Theolog.moral v.Ieiunium 2. num. 6.* Bizozer, *part 4. de 3. Præcep.capit.vltim.membr.vltim.num 4* Tamborinus, *tom 2.de iur. Abbat.disp.12. quæst.5.num.3. & 8.* Lezana, *sum v.Ieiunium num.8.* Trullench. *lib,3.Decalog. cap.2.dub.7 num.4.* & alij.

2 Amplia hanc communem opinionem etiam si infirmitas ex propria culpa cõtingerit. Quia ex quacumque causa proueniat infirmitas, semper corpus est tale, vt castigatio ipsius per ieiunium semper euadat indiscreta, & irrationabilis. Ita Maior, *in 4.quæst.3.* Paludanus, *in 4. dist.15.quæst.4. artic.2. concl.2* Rosella, *v.Ieiunium num 2.* Sanchez, *lib.5 Consil.cap.1.dub.14. num.1.* Fagundez, *Præcept 4 Eccles.lib.1.cap 8 num.13.* Pasqualigus, *de Ieiu decis 261.nu.3.* Trullench. *lib.3.Decalog.capit.secund.dub.7.num.4.* & alii.

3 Immò, quando infirmitas est talis, quæ

quæ communiter solet excusari à ieiunio, licèt valetudini illius infirmi conduceret ieiunare, & oppositum noceret; non tenetur ieiunare, ex præcepto Ecclesiæ; sed tenebitur, ex præcepto abstinentiæ, cuius fractio comuniter veniale est: quia Ecclesia absolutè voluit excusare omnes infirmos, quia ieiuniũ eis vt plurimum nocet: quod autem huic non noceat, est per accidens, & Ecclesia tantum respicit id, quod communiter euenit. Ità Sanchez, *to. secund Consil. lib.5 cap 1. dub.14. num.2.* Pasqualigus, *de Ieiun. decis.261. num.4. & decis. 262.*

4 Sub nomine Infirmorum comprehẽduntur etiam illi, qui habent stomacum debilem, & non possunt in vnica comestione tantum cibi sumere, quantum sufficiat ad comodè nutriẽdum corpus, quia, videlicet, illa quantitate stomacus nimis grauatur, & difficilè concoquere potest. Et ita dic de Valetudinarijs, quãuis non habeãt actualem morbum, sunt tamen complexionis male affectæ, & proni ad actualem morbum. Ita Sanch. Siluester, Angles, Pasqualigus, & alij citati.

5 Ex dictis: Excusatur Primo à ieiunio ille, qui extra ieiunium solitus sit induplici refectione sumere illam solam quantitatem cibi, quæ sufficiat prò congrua substentatione: nec possit ob debilitatem stomachi sumere in prandio ieiunii maiorem quantitatem: quia si ieiunaret, non haberet sufficientem substentationem: si quidem, & cibi ieiunij sunt minus nutritiui, & quantitas adhuc esset minor. Vndè si quãtitas nõ excedit terminos sufficiẽtis substẽtationis, quæ sumeretur in ieiunio, esset sufficiens Ita *Siluest v. Ieiun. q.1.* Pasqual. *de Ieiu. decis 261 n.9.* Sanch. *to.2 Consil. lib. 5. cap 1. dub.14. num 11.* & alii.

6 Secundò: Qui post longam experientiam non possunt nocte dormire, id de ordinario eueniet post ieiunium nõ autẽ ter aut quater, excusantur à ieiunio. Ratio est: quia hoc potiùs sumitur per modum medicinæ, quam cibi. Tum quia præsumitur impotentia moralis, cum Ecclesia non censeatur, velle ad ieiunium cum tanto incommodo obligare. Ita Nauar. *in manual. capit.21. num. 16. versic. Prima scilicèt in fine.* Reginaldus, *lib.4. cap.17. num.209.* Gabriel, *in 4. dist.16. quæst 3. articul.1. notab.3.* Armilla, *v Ieiunium quæst.9.* vbi Siluester, *qu. 9.* Bonacina. *de leg. disp. vlt quæst.1 pun. vlt num. secund. in fine* Angles, *in florib. quæst.6 de Ieiun. diffic.8. versic. Hinc excusantur* Caietanus, *in sum. v. Ieiun. cap.4.* Vilalobos, *to.1. sum. tract.21 diffic. 4 num secund* Lopez, *part. secund. capit. 111* Sanchez *lib.5. Consil. cap.1. dub 4 num. 10.* Paludanus, *in 4 dist.15 quæst 4 art. secund. in fine.* Layman, *in Theolog. moral cap.3 num.3 initio.* Filliucius, *to secund tract.27 cap.6. num.120.* Siluius, *2. 2 quæst.147. artic.4.* Fagundez, *Præcept. 4. Eccles. lib.1 capit.8. num.13.* Trullench. *lib.2. Decalog. cap. secund. dub 7. nume.4 & 15.* Pasqualigus, *de Ieiunio decis.263.* Sancius, *in Select. disp.54. num.13.* & alii.

7 Tertiò: Qui nocte de ordinario post ieiunium calefieri non possunt, nisi cœnent, excusantur à ieiunio: quia non solum corpus patitur illud præsentaneum incommodum; sed etiam impeditur transpiratio, quæ necessaria est, ad conseruandam sanitatem: & cum corpus non percipiat debitam restaurationem à nocturna calefactione, malè disponitur ob prauos humores, qui per calorem non soluuntur: & proindè cõsurgit notabile damnum, cum quo præceptum ieiunii non obligat. Ita Nauarrus, *in manual. cap.21 num.16. vers. Prima scilicèt in fine.* Vilalobos, *to.1. sum. tract 23 diffic.4. num secund.* Gabriel, *in 4. dist 16. quæst 3 artic.1. notab.4* Paludanus, *ibi dist.15 quæst 4. artic. secund. in fine.* Sanchez, *lib.5. Consil. capit.1. dub. 14 num 1.* Fagundez, *Præcep.4. Eccles. lib. 1. cap.8. num.3.* Reginaldus, *lib.4. capit. 17. num.209.* & alii Non est autem necesse, vt totaliter impediatur calefactio; sed sufficit, quod impediatur notabiliter: & de ordinario: quia, nisi de ordinario, & notabiliter impediatur, non sequitur inde notabile damnum. Immò, quando nocturna calefactio impeditur ob defectum sufficientium tegumentorum, quibus corpus foueatur; non tenetur ad ieiunium, quando nullo modo comparari possunt ea tegumenta, sufficientia ad fouendam nocturnam calefactionem: quia tunc cęna per accidens erit necessaria, ad fouendum calorem, & ad uertendum damnum, quod alioquin proueniret: Vndè etiam per accidens cessabit obligatio ieiunandi, quia lex nec per se, nec per accidens obligat cum graui incommodo. Ita Pasqualigus, *de Ieiun. decis.264. num.4.*

Quartò:

8 Quartò: Qui noctu dormire non potest, aut calefieri, non tenetur differre prandium ad vesperam, seu ad noctem: quia non obligatur aliquis, ordinem refectionum peruertire: sed tutò poterit se communi hominum consuetudini aptare: vndè in tali casu non tenetur ieiunare. Ita Diana, *part. 1. tractat. 9. resolut.* 51. Ludouicus à S. Ioann. *part. 1. sum. tract. de Ieiun. articul. 6.* Sancius, *in Select. disp.* 54. *num.* 12. Ghilinus, *in sum. v. Ieiunium num.* 21. *littera A.* Fagundez *Præcept. 4. Ecclesiast. lib. 1. capit. 8. num. 19. in fine.* Trullenchius, *lib. 3. Decalog. capit. 3. dub. 7. num.* 15. Pasqualigus, *de Ieiunio decis.* 265. *num. 1. & secund.* Filliucius, *tom. secund. tract. 27. capit. 6. num.* 130. & alii.

9 Quintò: Tertianarij, & Quartanarii non tenentur ad ieiunium: quia sunt veri infirmi. Vndè licèt Medicus præcipiat his, vt seruarent dietam, & ipsi cœnarent in die ieiunii, non peccarent contra præceptum Ecclesiasticum. Ita Sanchez, *tom. secund. Consil. lib. 5. capit. 1. dub. 14. num. 3.* & alii communiter.

10 Sextò: Qui habet duo, vel plura cauteria, non tenetur ad ieiunium, docet Sancius, *in Select. disp. 54. num* 17. *versic. Et lege Ieiunij:* quia maximè debilis redditur, & illi cœnare est opus. Et sic Sancius, ab aliis, in hoc genere expertis, consultus fuit. Quod intelliget: si inde notabile detrimentum sequatur, vt supra in simili dictum est de calefactione.

11 Impugnat hanc opinionem Pasqualigus, *de Ieiunio decis. 266. numer. secund.* tamquam improbabilem: & solum admittit, quando ratione alicuius circumstantiæ, aut debilitatis personæ, aut laboris, quæ inducunt exemptionem à ieiunio: quia per cauteria sola electione naturę absque violentia purgantur excrementi humores, ad subleuandam naturam, & ad conseruandam sanitatem. Et si aliquando causant aliquam debilitatem, id per accidens est, & admodum rarum, & debilitas non est considerabilis, nisi habeat etiam alias causas. Vndè non video, quomodo sit causa, regulariter excusans à ieiunio. Sic Pasqualigus, quod verum censeo.

An Prægnantes, & lactantes excusentur à ieiunio? Dub. 2.

12 Communiter Doctores affirmant. Quorum ratio est: quia indigent cibo pleniori, & pro se, & pro fętu, appetunt semper vehementer aliqua, & nisi suo desiderio satisfaciant, periculum erit, ne fętus proiiciant. Ita Gabriel *in 4. dist. 16. quæstion. 3. articul. 1. notab. 4. versicul. Infirmitas conditionis.* Rosella, *v. Ieiunium num.* 24. vbi Siluester, *num.* 24. Angelus, *num.* 15. Tabiena, *numer.* 21. Caietanus, *capit. 3. versiculo Excusantur, & in 1. 2. quæstion. 147. articul. 4. versicul. Secundum.* Nauarrus, *in manual. capit. 21. num. 16. versicul. primo scilicèt.* Toletus, *lib. 6. sum. capit. 4. num. 1.* Summacorona, *part. 1. capit. 1. num.* 26. Summa Confess. *lib. 1. titul. 12. quæst.* 24. Pedrazza, *Præcep. 3* § 12. Azorius, *part. 1. lib. 7. capit. 17. quæst. 6.* Vega, *tom. 1. sum. capit* 14. *cas.* 24. Valentia, *to. 3. disputat. 9. quæstion. secund. pun. 5. versicul. Item excusantur.* Cantarellus, *lib. 1. præcept. Decalog. capit. 48. num* 234. Astensis, *part. secund. titul. 28. num. 3. quæstion.* 10. Viguerius, *capit. 7. institution. Theolog. paragraph. tert. versicul. secund.* Llamas, *3. part. method. capit. 5. paragrap.* 15. Tannerus, *secund. secund. disputat. 3. sect. 3. dub. 5. num* 100. Molfesius, *tom. 1. sum. tract. 10. capit. 4. num.* 40. Siluius, *secund. secund. quæstion. 147. articul. 4. versicul. Tutiùs modus.* Angles, *in floribus quæstion. sext. de Ieiunio difficult.* 7. Filliucius, *tom. secund. tractat. 27. part. secund. capit. sext. num.* 114. Ghetius, *in Thesaur. animæ v. ieiunium numer. sext. versicul. Infirmi etiam.* Bonacina, *de leg. disput. vltim. quæstion. 1. pun. vltim. num.* 3. Perez, *part. 1. sum. præcept. 3. paragraph. de Ieiunio.* Vilalobos, *tom. 1. sum. tract. 23. difficult. 4. numer. secund.* Philiarcus, *de offic. Sacerdot. tom. 1. part. 1. lib. secund. capit.* 25. Caluus, *libr. 1. Synopsis Curiæ animar. quæst. 120. num.* 5. Sancius, *in Select. disput. 54. num.* 12. Fagundez, *Pręcept. 4. Ecclesiast. lib. 1. capit. 8. numer.* 14. Pasqualigus, *de Ieiunio decis. 286. numer. secund.* Diana, *part. 1. tract. 9. resolut. 14. & part. 4. tract. 4. resolut.* 126. Sanchez, *lib. 5. Consil. capit. 1. dub. 14. num.* 12. Ludouicus à S. Io. *par. 1. sum. tract. de Ieiu. art. 6.* Ortiz, *cap. 19. sum. tr. de Ieiu. art. 6.* Laym. *in Theolog. moral. lib. 4. tr. 9. c. 3. n. 3. initio.* Trullèc. *lib. 3. Decalog. c. 2. dub. 7. n. 5.* Bass. *in*

in floribus Theolog. pract. v. Ieiunium secund. numero sexto. Ioann. del Cruz, *part. prim. præcept. 3 numero quarto dub. non. conclus. secund.* & alii.

13 Limitant hanc communem sententiã Siluester, Philiarcus, Fagundez, Bizozer, *nu. 1.* Abulens. *quæst. 146. in cap. 6. Matthæi:* dummodo, quod non sint robustę: nam si sunt robustæ: & possunt sibi, & infantulo vnica comestione satisfacere, tenentur ad ieiunium: quia tunc cessat causa, ob quam censentur dispensatæ.

14 Attamen hæc limitatio non est admittenda: sed absolutè dicendum est, Prægnantes, & lactantes non teneri ad ieiunia Ecclesiastica. Ratio est; quia sicut lex non fertur pro ijs, quæ rarò eueniunt, sed quæ plurimum accidunt, *l. ex his, & l sequent. nam ad ea ff. de legib.* ita etiam interpretatio legis, facta per consuetudinem, quod aliquod genus personarum non comprehendatur sub lege, non respicit, quæ rarò eueniunt in illo genere personarum, sed quod vt plurimum fit: Et ideò, cum in plurimum prægnantes, & lactantes non possint ieiunare, absque præiudicio infantuli ex praxi, & consuetudine, interpretante legem; debent omnes censeri immunes, etiam si robustæ sint. Ita Reginaldus, *lib. 4. capit. 17 numer. 110.* Diana, *part. 4. tract. 9 resolut. 14.* Pasqualigus, *de Ieiunio decis. 276 numer. quint.* Trullench *lib tert. Decalog. capit secund. dub. 7. num. 5.* & alij citati.

15 Immò aliqui dicunt: Prægnantes, & lactantes, quando non sunt ita robustę; ita vt vnica comestio satisfacere non possit sibi, & infantulis, peccant, si ieiunent. Ita Fernandez, *part. 4. capit. 12. §. 6. num. 1.* Fagundez, *Pręcept. 4. Eccles. lib. 1 capit. 8. num. 14.* Siluester, *v. Ieiunium nu. 24.* Caietanus, *secund. secund. quæstion. 147. articul. 4. ad secundum.* Nauarrus, *in manual. capit. 21. num. 16.* Trullench. *lib. 3. Decalog. capit. secund. dub. 7. num. 5.* & alii.

16 Hæc opinio, sic absoluta, non admittitur ab aliquibus: nam si agamus de vno, aut altero die ieiunii ad summum, & prægnantes, & lactantes sint bonæ complexionis, ita vt facilè conuertant cibum in alimentum, excusantur à peccato: Si verò continuant supra duos dies, non excusantur à peccato mortali. Ita Azorius, *part. prim. lib. septim. capit. decim. septim. quæstion. sext.* Rosella, *v. Ieiunium num decim. septim.* Pasqualigus, *de Ieiunio decision. 287. numero sexto.*

Dubitatur: An Prægnantes, & lactantes tempore ieiuniorum possint comedere carnes?

17 Prima opinio ait, non posse regulariter comedere carnes. Cuius ratio est: quia lactantes, & prægnantes obligantur præceptis Ecclesiæ, & consequenter tenentur à carnibus abstinere, licèt non teneantur abstinere à secunda refectione: nam hæc sunt interse diuersa; & consequenter cui vnum conceditur, non statim censetur concessum aliud. Ita Bonacina, *de leg. disp. vltim. quæstion. prim. pun. vltim. numer. 3.* Ghetius, *in Thesaur. animæ v. Ieiun. numero sexto versicul. infirmi etiam.* Basseus, *in floribus Theolog pract. v. Ieiunium secund numero sexto.* Angles, *in floribus quæstion sexta de ieiunio difficult. septim. in fine.* Toletus, *lib. sext. sum. capit. quart: numero primo in fine.* qui addit, facilè posse concedi vsum lacticiniorum.

18 Secunda opinio absolutè ait, posse carnes comedere. Sic Martinus Funes *in specul. moral. part. tertia, capit. secund. numero sexto*, qui ait: Præceptum ieiunii continet triplicem obligationem: Primò abstinendi à carnibus, & iis, quæ ex carnibus ortum habent, lacte, ouis, &c. Secundò, semel tantum in die comedendi. Tertiò, sumendi cibum non citiùs, quam paulò ante meridiem: & nutrices, & grauidæ ab his tribus obligationibus ieiunii excusantur. Et ita etiam Ortiz, *capit. 19. sum. num 15.*

19 Tertia opinio distinguit, scilicèt, si prægnantes, & lactantes vehementer appetant carnes, tunc possunt comedere carnes: quia talis appetitus valdè periculosus est proli, nisi satietur, & potest causare abortum: Secluso verò tali appetitu, consideranda est complexio prægnantium, & lactantium; nam si sit valdè robusta, non erunt ipsis carnes necessariæ: quia robur complexionis facit, vt benè concoquatur cibus, & generetur sufficiens alimentũ pro infan-

infantulo. At si complexio infirma sit, aut etiam mediocris, in Quadragesima potest comedere carnes: quia, stante illa conditione complexionis, longa illa abstinentia causaret alimentum non satis congruum pro infantulo: nam cibi, in ieiunio concessi, non ita benè nutriunt. In cęteris autem ieiuniis, & diebus, in quibus prohibentur carnes, tenebuntur abstinere: quia in his diebus possunt comedere oua, & lacticinia. *Si* verò sint complexionis debilis, & delicatæ, in his quoque diebus possunt carnes comedere. Ita Pasqualigus, *de Ieiunio decis.* 287. *num.* 3 & 4. Ludouicus à S. Ioan. *in sum. quaest. de Ieiunio artic.* 7. *diff.* 6. *append.* 3. Vilalobos, *to* 1. *sum trac.* 13. *diff.* 4. *num. secund.* & 20. *Diana*, *part.* 4. *tract.* 4. *resol.* 126. & alii.

20 Ex supradictis deducitur Primò contra Fernandez, *part.* 4. *cap.* 12. §. 6. *num.* 1. Fęmina grauida non tenetur ieiunare cum periculo prolis, aduincendas tentationes: quia licet non suppeterent alia remedia corporalia, semper tamen suppetunt spiritualia, nempe frequentia sacramentorum, orationes, & alia huiusmodi, quæ apta sunt ad impetrandam gratiam vberiorem, pro vincendis tentationibus. Ita Diana, *part.* 9 *tract.* 9. *resol.* 30. *versic. Contra quem.* Homobonus, *p.* 2. *exam. Eccl. tract.* 8. *cap.* 7. *q.* 17. Ghilinus, *in sum. v. Ieiunium num.* 21. *littera I.* Trullench. *lib.* 3. *Decalog. cap.* 2. *dub.* 7. *num.* 5. Pasqualigus, *de Ieiun. decis.* 289. *num. secund.* & alii.

21 *Secundò*: Quando fætus periclitatur ob malam dispositionem sanguinis inpręgnante, non tenetur ieiunare, etiam ante cōceptionem fętus, quando complexio est valdè debilis, ita vt ieiunans valdè debilitetur: quia fit magis inhabilis ad conseruandam, & recipiendam prolem: & non solum non tenetur ad ieiunium, sed etiam potest comedere carnes: non solum, quando pręgnans est, sed etiam antequam reciperet: cibi enim, ieiunio congrui, non ita benè nutriunt, nec causant sanguinem illius bonitatis, quam habet sanguis ex alimento carnium. Vndè cum totum periculum proueniret proli ex qualitate sanguinis, abstinendo à carnibus, auget periculum: nam auget malam dispositionem sanguinis. Et ideò, cum præceptum abstinendi à carnibus, non obliget cum tali periculo, non tenetur vnquam abstinere: Immò nec ieiunare, nec à carnibus potest abstinere, absque graui peccato. Ita Pasqualigus, *de Ieiunio decision. ducentes. octuages. octau.*

An labor corporis excuset a ieiunio? Dub. 3.

22 AFfirmatiuè respondent communiter Doctores. Quorum ratio est: quia necessitas caret lege: & in moralibus, quod est valdè difficile, reputatur impossibile. Tum quia, Ecclesia non obligat cum graui incommodo: labor autem, cum quo non sufficit laboranti vnica refectio, is dicendus est, ex quo grauis afflictio sequeretur, seruato ieiunio: nam Ecclesiæ præcepta benignè accipienda sunt. Secùs dicendum est de leui afflictione. Ita Reginaldus, Bonacina, & alii citandi.

23 Vndè Agricolæ Fabrii Ferrarii, lignarii, murarii, fossores, & omnes exercentes laboriosas artes, non obligantur ad ieiunium. Ratio est: quia præceptum ieiunii non obligat cum notabili incōmodo, nec debet impedire consuetum exercitium, quo quis sibi victum quærit: quia autem, exercitium huiusmodi artium, quod fit cum notabili labore, valdè affligit corpus; vndè si superadderetur etiam afflictio ieiunii, redderetur corpus minùs aptum ad laborem, ideò cessat præceptum ieiunii: quia Ecclesia non intendit inducere per ieiunium tantum incommodum. Ita Maior, *in* 4. *dist.* 15. *quaestion.* 3. Riccardus, *in* 4. *dist.* 15. *articul.* 3. *quaest.* 4. vbi Paludanus, *articul. secund. quaestion.* 4. Gabriel, *dist.* 6. *quaestion.* 3. *articul.* 1. *notab.* 4. § *tertia causa.* Toletus, *lib.* 6. *sum. capit.* 4. *numer. secund. versicul. tertia causa.* Nauarrus, *in manual. capit.* 21. *nu* 16. Ledesma, *part. secund. sum. tract* 27. *capit. secund. diffic.* 3. *post.* 5. *conclus.* Alter Ledesma, *secund. part.* 4. *quaestion.* 17. *articul.* 3. *dub.* 9. Azorius, *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 17. *quaest.* 8. Siluester, *v. Ieiunium quaestion.* 9. *num.* 27. vbi Angelus, *num.* 15. Rosella, *num.* 19. Tabiena, *num.* 19. Caietanus, 2. 2. *quaestion.* 147. *articul.* 4. *circa finem ad secund.* Medina, *libr. prim. sum. capit.* 15. *paragraph.* 10. Idem Caietanus, *in sum. v. Ieiunium capit.* 3. Ortiz *capit.* 19 *sum. numer.* 15. Emanuel Sà, *v. Ieiunium numero nono.* Perez, *part. pri. sum. Theolog. pracept.* 3 *paragraph. de Ieiunio.*

ieiunio. Abluens. *quæst.* 143. *in capit.* 6. *Matth.* Medina, *C. de Ieiunio de his qui ad Ecclesiastica ieiunia tenentur.* Siluius 2. 2. *quæst.* 147. *versic necessitas.* Lesius, *lib.* 4 *cap secund. nu.* 42 Reginaldus, *lib.* 4 *cap.* 16. *num.* 213. Molfesius, *to.* 1. *sum. tr.* 10. *cap.* 4. *num.* 41. Filliucius, *to. secund. tract.* 27. *part. secund. capit* 6 *numer* 118. Layman, *in Theolog moral. lib.* 4. *tract.* 8. *cap.* 3 *num.* 3. *vers. Quarta causa.* Fagundez, *Præcep.* 4. *Eccles. lib.* 1. *capit* 8. *num.* 15. Angles, *in floribus quæst. de ieiunio diff.* 10. Ioa. del Cruz, *part.* 1. *direct. conscient. præcep.* 3 *artic.* 3 *num* 7. Bonacina, *de leg. disp. vlt quæst.* 1. *pun. vltim num.* 8. Rodoriquez, *part* 1 *sum. cap.* 25 *num.* 5. Ghilinus, *in sum. v ieiunium num.* 21. *littera N.* Vilalobos, *part.* 1 *sum. tract.* 23. *diff* 4 *num.* 7. Sancius, *in Select. disp* 54. *num.* 14. *versic. Eximuntur* Sanchez, *to. secund. Consil. lib.* 5. *capit. p. dub.* 7. *num.* 1. Tamborinus, *tom secund de iur. Abbat. disp.* 12 *quæst* 5. *num* 9. Pasqualigus, *de ieiun. decis* 290. *num.* 1. Basseus, *in floribus Theolog. moral. v. ieiunium secund. num.* 7. Bizozer, *part.* 4 *sum. de* 3 *præcept. capit. vltim. memb. vltim num* 6 Lezana, *in sum. v ieiunium num* 8 Trullench. *lib.* 3. *Decalog. cap. secund dub* 7. *nu* 9 & alii.

24 Limitant hanc sententiam aliqui, dummodo quod non sint diuites: nam quando sunt diuites tenentur ieiunare, relinquendo exercitiũ artis pro die ieiunij, aut minuendo laborem: quia exercitium artis ordinatur ad lucrum temporale, & lucrum spirituale præferri debet temporali Ita D. Thomas, 2. 2 *quæstio.* 147 *artic* 4 *ad* 3. & *in* 4. *dist.* 15. *quæst* 3. *artic secund. quæst.* 4. *ad* 3. D. Antoninus, *secund part titul.* 6. *capit. secund* §. 6. Gabriel, *in* 4. *dist.* 16. *quæst.* 13. *artic.* 1. *concl.* 4. Armilla, *v. Ieiunium num.* 4. vbi Angelus, *num.* 15. & alii.

25 Sed hæc limitatio non est admittenda: quia Eugenius 4. declarauit anno 1440. absolutè, scilicet quod lex ieiunij non comprehendat exercentes artes laboriosas, cum expressione, etiam si exercentes diuites sint. Tum, quia non tenentur fideles suum honestum exercitium diebus destinatis derelinquere, vt ieiunare possint: nec Ecclesia hoc intelligit. Ita Molfesius, *to.* 1. *sum. tract.* 10. *cap.* 5 *num.* 41. Azorius, *part.* 1 *lib.* 7. *capit.* 17. *quæst* 8. Fernandez, *par secund. cap.* 8. §. *secund num.* 31. Vilalobos, *to. p. sum. tract.* 23. *diff.* 4 *num.* 4. Bonacina, *de leg. disp. vltim. quæst.* 1. *pun. vltim. num.* 9. *versic Addo.* Rosella, *v Ieiunium num.* 19. vbi Siluester, *quæst.* 9. *num.* 24. Tabiena, *num.* 19. Maior, *in* 4. *dist.* 15 *quæst.* 3 Nauarrus, *in manual. cap.* 21. *numer.* 16. Medina, *C. de ieiunio quæst.* 6. Pedrazza, *Præcep* 3 Lesius, *lib.* 4 *capit. secund. num.* 42. Toletus, *lib.* 6. *cap* 4. *num.* 3. Reginaldus, *lib.* 4. *cap.* 16 *num.* 213. Layman, *in Theolog. moral. lib.* 4. *tract* 8 *cap.* 3. *num.* 3 Fagundez, *Præcep.* 4 *Eccles. lib.* 1. *capit.* 8. *num.* 15. Sanchez, *lib.* 5. *Consil. cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 4. & 16. Sancius, *in Select. disp.* 54 *num.* 14. Trullench. *lib.* 3. *Decalog. capit. secund dub.* 7 *num.* 8. Ludouicus à S. Ioa. *par.* 1 *sum tract de ieiun. artic* 6. Pasqualigus, *de ieiun decis.* 291. *nu. secund.* Angles, *in floribus quæst* 6. *de ieiun diff.* 10. & alii.

26 Amplia hanc sententiam, etiamsi non consueuerint exercere artes laboriosas, possunt exercere in die ieiunii dictas artes, & excusari à ieiunio: quando agitur de captando aliquo magno commodo, aut de euitando aliquo notabili damno, vt esset piscatio, venatio, &c. Ratio est, quia lex ieiunii ordinatur ad bonum animæ, sed sinè detrimento tẽporali, nam intendit eleuare ad opus virtutis, & ideò non contrariatur statui temporali: sed ipsum supponens, perficit per exercitium virtutis. Vndè quãdo per accidens sequitur, quod contrarietur, inferẽdo aliquod incommodũ, aut impediendo aliquod commodum cessat obligare, quia obligatio annexa cum damno, est contra intentionem legis interpretatiuam. Ita Layman, *in Theolog. moral. tract.* 8. *cap.* 3. *num.* 3. *vers. Quarta causa.* Toletus, *lib.* 6. *sum capit.* 4 *num.* 3. Medina, C. *de ieiun. quæst.* 6 §. *Hoc tamen non obstante.* Rosella, *v. Ieiunium num.* 19. vbi Siluester, *quæst.* 9. *nu.* 23. Nauarrus, *in manual cap.* 21 *nu.* 16. Lesius, *lib.* 4. *cap. secund. nu.* 42. *versi. Deinde.* Bizozer, *part.* 1. *sum. de* 3 *præcep. cap. vlt memb. vltim. num.* 6. Filliucius, *to. secund tract.* 27 *part secund. capi.* 6. *nu.* 120 Trullench. *lib.* 3 *Decalog. cap. secũd dub.* 7. *num.* 7. & 8. Pasqualigus, *de ieiun. decis.* 292. & alii.

27 Ampliant alii secundò: etiam si labor nõ sit necessarius, potest quis assumere die ieiunii, quoties libuerit. Ratio est: quia si semel aliquid est licitum, semper est licitum, concurrentibus iisdem circumstantiis, nec sit illicitum exeo, quod plures

pluries repetatur, nam militat semper eadem ratio, quæ facit, vt tantum extendatur assertio, qua asseritur aliquid licitum, vel illicitum, quantum extenditur ipsa ratio: sic etiam tantum extenditur lex, quantum extenditur ipsa ratio legis, vt notat Baldus, *in leg. final. C. de hered instit. & leg. final. C. de indicta viduit tollen.* Glossa, *in cap. cupientes §. denique de elect. in 6.* Castrens. *in leg. si verò ff. de solut. Matrim.* & alii communiter. Quia cum ratio sit anima legis, trahit legem ad quæcumque ipsa de se adoptat, & facit legem vigere, vbicumque ipsa viget, Vndè cum in casu nostro, ratio, ob quam in die ieiunii liceat assumere laborem honestum, non necessarium, sit, vt alii dicũt, necessarium: quia in toto iure non est præceptum, vt abstineat quis à iustis, & honestis laboribus, vt seruet ieiunium: & quia nos dicebamus, non præcipit præceptum ieiunii, vt quis se conseruet potentem, sed obligat tantum quos reperit potẽtes, nec priuat aliquem iure, quod habet ad omnes honestos labores: ideò cum hæc ratio militet semper in quolibet honesto labore, semper id erit licitum. Ita Pasqualigus, *de Ieiun. decis. 318 num. 3.*

28 Limitant secundò aliqui prædictam sententiam: dummodo quod labor sit assumptus cum necessitate: nam quando non est ex necessitate assumptus, nõ extinguit obligationem ieiunii. Ita Doctores num. 24. citati: qui dicunt. Diuites, exercentes artes laboriosas, non excusari à ieiunio: & cõsequenter dicunt, quod labor non necessarius, non eximit ab obligatione ieiunandi.

29 Limitant hanc limitationem aliqui, quod tunc labor non necessarius non extinguit ieiunium, quando assumitur mala fide: secùs, quando bona fide, absque præuisione fatigationis: quia tunc labor excusat à ieiunio. Ita Ortis, *capit. 19 sum. numer. 17.* Homobonus, *part. secund. tract. 9 cap. 14 quæst. 74. in fine.* Rodriquez, *part. 1. sum cap. 23. concl. 6.* Filliucius, *to. secund. tract. 27. part. secund. cap. 6. num. 123.* & alii.

30 Attamen has limitationes nõ admittunt alii, sed absolutè dicunt: Posse assumi talem laborem, etiam si prævideatur, quod sit superuentura notabilis lassitudo, reddens impotentem ad ieiunãdum. Ratio est: quia præceptum ieiunii obligat tantum eos, quos reperit potentes ad ieiunandum: vndè quando quis est factus impotens, non amplius subditur obligationi ipsius. Tum quia præceptum ieiunii obligat tantum ad abstinentiam secundum talem formam præscriptam, non autem ad conseruandas vires corporales, ita vt valeat ieiunare: vndè cum vnus quisque sit dominus propriorum virium corporalium, potest eas impendere in hoc, vel illud exercitium, prout libuerit: & si ex hoc fiat impotens ad ieiunandum, non facit contra præceptum ieiunii, quia vtitur iure suo, & facit id, quod non prohibetur præcepto ieiunii. Ita Medina, *lib. p. sum. cap. 14. § 10.* Ledesma, *part. secund. sum. tra. 27. cap. secund. circa finem vers. Dico secundo.* Bonacina, *de leg. disp. secund quæst. 8. pun. p. num. 16.* Diana, *par. p. tract. 9. resol. 40. & 52.* Sanchez, *lib. 5. Consil. capit. p. dub. 7. num. 16.* Lublimus, *part. p. sum. v Ieiunium num. 19* Layman *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 8. cap. 3. nu. 5. vers. His quidam.* Trullench. *lib. 3. Decalog. cap. secund. dub. 7. num. 10.* Sancius, *in Select. disp. 54. num. 14. & 20.* Ledesma, *secund. part 4 quæst. 17. art. 3. versic. secunda propositio.* Pasqualigus, *de Ieiunio decis. 17. num. 4.* & alii.

31 Amplia, etiam si hæc fiant, vt non ieiunent. Ratio est: quia in tali casu non interuenit fraus, sed fuga quædam obligationis, quæ non sufficit ad causandum peccatum. Aliud quidem est desiderare aliquem frangere præceptum, quando adest obligatio: aliud desiderare se reddi impotentem ad præceptum: hoc enim nihil aliud est, quam optare excusationem præcepti, quamlicèt quis intendat via illicita, non operatur aduersus tale præceptum, cum non desiderat illud infringere, quando obligat: sed modum, quo non obliget, quærit. Ita Sancius, Pasqualigus, Layman, Diana, Sanchez, & alii.

32 Amplia: etiam si ille labor in alium diem commodè differri possit. Ratio est: quia ius habet iste ad illũ laborem suscipiendum, quo non priuatur ob ieiunium seruandum. Ita Diana, *part p. tract. 9. resol. 52.* Sancius, *in Select. disp. 4 num. 10. & 14.* & alii Doctores, in num. 30 allegati.

33 Ex supradictis deducitur Primò: Defessus ex labore, sumpto ob recreationẽ honestam, vt ex ludo pilæ, non tenetur ad

ad ieiunium. Ratio est, quia præceptum ieiunii non obligat, vt quis se abstineat à laboribus honestis, vt possit ieiunare quia præcipit abstinentiam iis tantum, qui possunt ipsam seruare: nec de hoc adest præceptum speciale: Secus vero dicendum est de laboribus ob finem in honestum, nam præceptum ieiunii, ad hunc vitandum, præcipit abstinentiam, & illud præceptum adest, prohibens illos labores, & finem in honestum, & ideò peccatur contra tale præceptum, quo prohibetur dictus finis, & contra præceptum ieiunii. Ita Medina, *lib. 1. sum. capit. 14. §. 10.* Ledesma, *part. 2. sum tra. 27 capit. 2 in fine.* Bonacina, *de leg. disp. 2 quæst 8 pun. 1. num. 16.* Sancius, *in Select. disp. 54. num. 20.* Llamas, *part. 3. method. cap. 5. §. 21.* Pasqualigus, *de Ieiunio decis. 319 num. 3.* Diana, *part. 1. tract 9. resolut. 40. & part. 9. tract. 6. resolut. 16. in fine.* Ioa. Henriquez, *in qq. prad. sect. 16. quæst. 29. per totum.* Vilalobos, *to. 1. sum. tract. 23 diff. 4. num. 11.* & alii. Vndè qui non ieiunat, quia factus est impotens ad ieiunium ex aliquo actu turpi, tenetur in confessione hanc circumstantiam ieiunii explicare: & non sufficit vt illud actum turpem explicet. Ita comuniter

35 Secundò: quando quis excusatur à ieiunio proprii exercitii, tenetur ieiunare iis diebus, in quibus cessat ab exercitio, vt contingit in diebus festis, dummodo quod possit ieiunare, quia si non potest, non tenetur ad ieiunium, docent Azorius, *par. 1. lib. 7. cap. 17 quæst. 8. vers. Item quæstio est* Lopez, *part. 2. cap. 110.* Vega, *part 1 sum. capit. 14. de ieiunio cas. 38.* Rodoriquez, *par. 1 sum cap. 24. num. 1. & 2.* Medina, *lib. 1 sum. capit. 14. §. 10.* Angles, *in floribus quæst. 6. de ieiunio diff. 10. dub. 1.* Ledesma, *part secund. sum. tr. 27. cap secund. dub 3 post. 5. conclus.* Graffius, *part. 1. decis. lib. secund. cap. 37. num. 51.* Sancius, *in Select. disp. 54. num. 15.* Filliucius, *to secund tract. 27. part. 2. capit. 6. num. 121.* Reginaldus, *lib. 4. cap. 16. num. 214.* Bonacina, *de leg. disp. vltim. quæst. 1. pun. vltim. num. 9. vers. addo cum Medina.* Molfesius, *to. 1 sum. tract. 10. capit. 4. num. 42.* & alii. Vndè, secundum hanc opinionem, relinquendum est ad arbitrium boni viri, ita vt tutò aliquando ieiunium soluant, ne inepti ad labores, & opera inposterum reddantur.

36 Alii verò absolutè excusant à ieiunio. Vndè Agricolæ, fabri, lignarii, ferrarii, &c. non solum excusantur à ieiunio eo die, quo laborant, verum etiam eo die, quo non laborant: v. g. si vno, vel altero die non laborant, quia scilicèt est festum, vel qua vis alia causa, licèt sint dies ieiunii: quia huiusmodi viri non sunt, ita ieiunio assuefacti: & ideò maximè affligerentur, & notabiliter amittunt vires, si ieiunare teneantur. Deindè indigent viribus, ad laborem sequentium dierum, & laboribus præteritis admodum fessi, & debilitati remanent. Ita Io. del Cruz, *direct. conscient. part. 1. pracep. 2. articul 4. dub. 9. conclus. secund.* Fagûdez, *præcept 4. lib. 1. cap. 8. num. 16.* Sanch. *lib. 5. Consil. cap. 1. dub. 7. num. 10.* Pasqualigus, *de Ieiun. decis. 293. num. secund.* Basseus, *in floribus Theolog. pract. v. Ieiunium secund num 7.* Diana, *part. 1. tr. 9. resolut. 9.* Trullench. *lib. 3. Decalog. cap. 2. dub. 7. num. 8.* & alii.

37 Tertiò: Baiuli, portâtes onera, non solum non tenentur ad ieiunium quando laborant tota die, vel saltem maiorem partem diei, sed neque quando laborant per vices interpolatas: quia pro illis vicibus requiruntur vires valdè robustę, quas non haberent, si ieiunarent: quia natura ipsorum robusta insumit plures spiritus, & calor vi talis valde resoluit corpus, & ideò necessariũ est plurimum nutrimentum, vt reparari possit, quod deperditur, & natura manute neri in proprio robore: vndè si ieiunarent relaxaretur robur consuetum, & non haberent vires congruentes, quando portanda essent onera, aut alio modo in arte ipsorum laborandum. Immò neq; tenentur ieiunare, quando otiosi expectant occasiones laborandi, etiam si pro illo die non occurrat laborare: quia præceptum ieiunii non obligat, quando potest impedire consuetum exercitium, præsertim si per ipsum victus lucrificat. Et proindè cum Baiulorum exercitium requirat, vt habeant vires paratas, vt possint laborare, quando occurrerit occasio, non tenentur per ieiunium vires laxare, quando non laborant, ne adueniente occasione, sint inhabiles ad laborandum. Ita Pasqualigus, *de ieiunio decis. 295.*

38 Quartò: Sutores non tenentur ad ieiunium: quia, quamuis Sutores sedentes laborent, magnum tamen conatum adhibent, & non solum manus, & brachia applicant labori, sed etiam crura, &

& pedes, vt contineant calceas, dum vtroque brachio suunt: vnde ex tali labore totum corpus laxatur, & cum continuus sit, valdè magnus censendus est. Ita Sanchez, *lib.5.Consil.cap.1.dub.7.nu.5* Azorius, *part.1.lib.7.cap.17.quæst.18. versic Quares etiam* Reginaldus, *lib 4.cap.17 num.16.* Lesius, *lib.4.cap.2.dub.6.num.43.* Layman, *in Theolog moral lib.4.tract.8.cap.3. num.3.* Fagundez, *Precep.4 Eccles.lib.1.cap.8.num.15.* Bonacina, *de leg.disp.vltim. quæst 1 pun.vltim.num.10.* Diana, *part.1.tract.9. resolut.7.* Trullench. *lib.3 Decalog.cap.2.dub 7 nu.8.* Ghilinus, *in sum.v.Ieiunium num 21 litt.N,* Pasqualigus, *de Ieiun decis 96.num.2.* & alii contra Toletum, *lib 6.sum.capit.4.num.2.* Angles. *in floribus quæst.6.de Ieiunio diff.10 append.1.*

39 Quando verò suunt calceos ex materia molli, & subtili, tenentur ad ieiuniũ: quia tunc facilè consuuntur absque conatu, & vi, nec plus laboris interuenit, quam interueniat insuendis vestibus: vndè sicut *Sartores* non excusantur, secundum aliquos, quos in num.42. citamus: ita nec ipsi *Sartores.* Ita Pasqualigus, *nu.3.*

40 Ita non excusantur à ieiunio illi, qui calceos incidunt, & postea aliis tradunt consuendos: quia incisio corii magis artificiosa est, quam laboriosa: dummodo quod non toto die in hoc officio insumerentur: quia si tota die insumerẽtur in hoc officio cum magna applicatione, & celeritate, tunc cessat obligatio ieiunii: quia tunc labor, ratione durationis, & continuationis, atque maximè incumbentiæ, fit magnus, & generat notabilem lassitudinem. Ita Pasqualigus, *de Ieiun decis. 296.num.4.*

41 Quinto: Textores non obligantur ad ieiunium: quia ars textoria est valdè laboriosa, cum requirat magnam corporis, & continuam agitationem. Ita Bonacina, *de leg.disp.vltim.quæst.1.pun.vlt.num.10.* Azorius, *part.1.lib.7.cap.17 qu.8.vers.Quares etiam.* Molfesius, *to.1.sum. tract.10 cap.4 num.43.* Fagundez, *Precept 4 Eccles.lib.1. cap.8. num.15.* Reginaldus, *lib.4 cap.16 num.216.* Ghilinus, *sum v.Ieiunium nu.21. littera N.* Trullench. *lib.3. Decalog cap.2.dub.7 num.8.* Basseus, *in floribus Theolog pract. v.Ieiunium 2.num.7.* Pasqualigus, *de Ieiun. decis.299 num.1.* qui benè limitat. Dummodo quod texantur panni siuè lani, siuè linei, siuè serici, aut alia. Secùs si taxantur vitte sericę, aut alterius generis, aut alia huiusmodi, quæ fiunt cum exiguo motu, & exigua expensione brachiorum.

42 Sextò: Sartores, & Barbitonsores nõ excusantur à ieiunio, docent Reginaldus, *lib.4.capit.16 num.216.* Molfesius, *to.1 sum.tract.10.cap.4 num.43* Layman *in Theolog.moral lib.4. tract.8.cap 3.nu.3.* Azorius, *part.1.lib.7. cap.17.quæst.8. versic Quares etiam* Abulens. *quæst.143 in cap.6. Matthei* Filliucius, *tom.2 trac.27.part secund cap 6.num.17.* Ragutius, *in vase Eccles discipl. pracep 7. quæst.10. num 9.* Vilalobos, *to.1.sum. tract.23.diff.4.num.7* Ioa.del Cruz, *par.1.direct.conscient.pracep.3. artic.4. dub 9. conclus.2.* Toletus, *lib.6.sum.cap.4.num.5.* Angles, *in floribus quæst.6 de ieiun. diffic.10. append.1.* Lesius, *lib.4. cap.secund.dub.6. nu.43.* Tannerus, *1.2.disp.3.quæst.3. dub.5. num.102.* Bonacina, *de leg disp vltim.qu.1.pun.vlt.num.12.* Basseus, *in floribus, v.Ieiunium 2.num 8.* Ghilinus, *in sum. v.Ieiunium num. 21.* Trullench. *lib 3. Decalog cap.2.dub.7 num.9.* Sanchez, *lib.5.Consil cap.1.dub.7.num.7.* Pasqualigus, *de Ieiun.decis 305. num 5.* & alii. Quorum ratio est, quia huiusmodi exercitia non exhauriunt vires, cum fiant cum labore valdè moderato, & ideò potest corpus optimè resistere cum ieiunio; nam tunc est necessaria multiplex comestio, quando per laborem exhauriuntur vires.

43 Ledesma verò, *2.part.4.quæst.17 ar.3 dub.9.versic secunda propositio.* & Fagundez, *pracep.4.Eccles.lib.1 cap.8 num.15.* dicunt, excusari à ieiunio Sartores, & Barbitonsores. Et primo probant ex priuilegio Eugenii 4. vbi putant Pontificem omnes artifices indiscriminatim excusare, siuè eis concedendo priuilegium non ieiunandi, siuè declarando eos non comprehendi. Secundò, ratione paupertatis: quia qui has artes eligunt, communiter sunt pauperes.

44 Sed quia huiusmodi artes non sunt tam laboriosæ, non excusantur à ieiunio: quia in his exercitijs est paruus corporis motus, & per consequens parua eorum resolutio, quæ ad restaurationẽ substantiæ exhaustæ non requirit frequentem cibi sumptionem, vt à ieiunio possint excusari. Neque in contrarium vergere posse priuilegium Eugenii 4. quia

quia ipsum nihil habet, per quod tales eos comprehendi censeri possit, vt patet consideranti illius tenorem. Et ita Diana, *part. 1. tract. 9. resol* 8.

45 Septimò: Coqui, assistētes coqui ne nō excusantur à ieiunio: etiam si substineant totum laborem; quando pro paucis paraut fercula. At si pro magno numero parant, excusantur à ieiunio: vt quando insumuut totum diem in tali præparatione, & tractant cacabos, & ollas magnas: quia talis labor, est valdè notabilis, & præsertim cum sit coniunctus cum motu discurrendi huc, & illuc. Et quod dictum est de Coquis Principum, diuitum, &c. dicendum est de coquis Religiosorum, quando parant pro numerosa familia: etiam si pauca sint fercula: quia quantitas cuiuscumque ferculi parandi æquiualet pluribus ferculis. Immò magis laborant in leuandis, & deponēdis cacabis, & ollis, vt potè magnis, & magis ab igne torrentur, quia coguntur ipso vti in maiori quantitate: nec obstat quod non laborant tota die, cum non habeant parare cœnam: nam adhuc post prandium habent parare plura pro sequenti die: & deinde sufficit, quod exercitium parandi prandium requirat magnum laborem, nam debent pro ipso conseruare vires: & hoc non solum habet locum in ieiuniis Ecclesiæ, verum etiem in ieiuniis Regulæ: quia regula non obligat plusquam obliget lex Ecclesiastica. Ita Pasqualigus, *de Ieiun decis.* 297 *per totam.*

46 Octauo Pistores, seù Fornarii, qui in conficiendo, & coquendo panē laborāt, excusantur à ieiunio. Secus dicendum est de ijs, qui tantum assistunt furno. Ratio est: quia ars fornaria est valdè laboriosa, & requirit vires robustas. Vndè quamuis Pistores non laborent tota die, sed per bonam partem noctis, & summomane, & reliquo diei otientur, quia tamen nisi cœnarent, debiles existerent pro illo labore, ideò adhuc excusantur à ieiunio. Ita Reginaldus, *lib.* 4 *cap.* 16. *num.* 216 Azorius, *par.* 1. *lib.* 7. *ca.* 17. *quæst.* 8. *versic. Quares etiam.* Molfesius, *to.* 1. *sum. tract.* 10. *cap.* 4. *num.* 43. Bonacina, *de leg. disp vltim. quæst.* 1. *pu. vlt. num.* 10. Fagundez, *Pracep.* 4. *Eccles. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 15. Ioan. del Cruz, *part.* 1. *direct. conscient. pracep.* 3. *articul.* 4. *num.* 7. Basseus, *in floribus Theolog. pract. v. Ieiunium* 2. *num.* 7. Trullench. *lib.* 3. *Decalog. cap.* 2. *dub.* 7. *num.* 8. Ghilinus, *in sum. v. Ieiunium num.* 21. *littera N.* Pasqualigus, *de Ieiunio decis.* 298. & alii.

47 Nonò: Molitores, molentes per totum diem excusantur à ieiunio. Si verò semel, aut bis imponant triticum molendino, & colligunt farinam, non excusantur à ieiunio: nisi triticum, & farina sint in magna quantitate, ita vt habeant portare onera grauia, aut plura mediocria per multas vices: quia tūc labor grauius censendus est, & exercitium illud valdè fatigat, atque adeò sufficiens vt excusentur à ieiunio. Ita Pasqualigus, *de Ieiunio decis.* 300.

48 Decimò: Fullones, Lanarii, Corriarii excusantur à ieiunio: Dummodo quod per se ipsos exerceant omnia opera artis: quia si solum exerceant leuia, & laboriosa exerceri faciant per alios, tunc non excusantur à ieiunio. Ita Lessius, *lib.* 4. *cap.* 2. *dub.* 8. *num.* 13. Fagundez *Pracep.* 4. *Eccles. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 15. Sanchez, *lib.* 5 *Consil. cap.* 1. *dub.* 7. *nu* 5. Pasqualigus, *de Ieiun. decis.* 301. Molfesius, *to.* 1 *sum. tract.* 10. *cap.* 4. *num* 4. Reginaldus, *lib* 4. *cap* 16. *num.* 216. Bonacina, *de leg. disp. vlt quæst.* 1 *pun. vltim. num.* 0. Azorius, *part.* 1. *lib.* 7 *cap.* 17. *quæst.* 8. *vers. Quarò etiam.* Trullenchius, *lib.* 3. *Decalog. cap.* 2. *dub.* 7. *num.* 8 & alii.

49 Vndecimò: Argentarii, laborantes, incudēdis pecuniis, vel vasibus cōficiendis, excusantur à ieiunio: quia ars istorum consist t in motu mallei, & limæ: vndè requirit laborem plus quam mediocrem, & sit notabilis, & magnus, ratione diuturnitatis, & requirit atentiorā, vt formetur opus debitis regulis. Ita Fagundez, *Pracep.* 4. *Eccl. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 15. Molfesius, *to.* 1. *sum. tract.* 10. *capit.* 4. *num.* 43. Azorius, *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 17 *qu.* 8 *versic Quæres etiam.* Reginaldus, *lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 216. Basseus, *in florib. Theolog. pract. v. Ieiunium* 2. *num.* 7. Trullenchius, *lib.* 3. *Decalog. cap.* 2. *dub.* 7. *num.* 8. Pasqualigus, *de Ieiunio decis.* 302. Ghilinus, *sum. v. Ieiunium num.* 21. Bonacina, *de leg. disp. vltim. quæst.* 1. *pun. vltim. num.* 9. & alii.

50 Duodecimò: Circumeuntes ciuitatem cum mercibus, vel aliis rebus, si per totum diem circumeant, non tenentur ad ieiunium: quia talis circuitio valdè defatigat corpus: vndè est labor sufficiens vt soluat ieiunium. Etiam si non circumeant per totum diem, sed tantū

per

per maiorem partẽ diei: quia labor, qui de se est sufficiens, vt soluat ieiunium, adhuc soluit, licèt non duret per totum diem, sed tantum per notabilem partem diei; nam adhuc remanet labor notabilis, tum ratione qualitatis, tum ratione durationis: quia labor de sui natura est grauis. Secùs si per modicum tempus exercetur tale exercitium. Ita Pasqualigus, *de Ieiunio decis.* 303.

51 Tertio decimò: Pictores, & Sculptores non excusantur à ieiunio, docent Molfesius, *tom. 1 sum. tractat.* 10. *capit.* 4. *num.* 43. Reginaldus, *tom.* 1. *lib.* 4. *capit.* 17. *num.* 116. Azorius, *part.* 1. *lib.* 7. *capit.* 17. *quæst.* 8. *versic. Quæres etiam* Angles, *in floribus quæst.* 6. *de ieiunio diffic.* 10. *append.* 1. Graffius, *part.* 1 *decis. lib. secund. capit.* 37. Layman, *in Theolog. moral. lib.* 4 *tract.* 8. *capit.* 7. *num* 3. Toletus, *lib.* 6 *cap.* 4. *num.* 5. Filliucius, *tom. secund tract.* 27 *part. secund capit.* 6. *num.* 117 Vilalobos, *tom.* 1. *sum. tract.* 23. *difficul.* 4. *num.* 7. Bonacina, *de leg. disp. vltim. quæstion.* 1. *pun. vltim. num.* 12. Tannerus, 2. 2. *quæstion.* 3 *disput.* 3. *dub.* 5. *num.* 102, Ioan. del Cruz, *part.* 1. *direct. conscient. precept.* 3. *articul.* 9. *dub.* 9. *conclus. secund* Sancius, *in Select. disp.* 54. *num.* 16. Sanchez, *to. secund. Consil. lib.* 5 *capit.* 1. *dub.* 7. *num.* 7. Basseus, *in florib. Theolog. pract. v. Ieiunium secund. num.* 8. Trullenchius, *lib. tert. Decalog. capit. secund. dub. septim. numer* 9. Ghilinus, *in sum. v. Ieiunium num. vigesimo secundo*, & alii.

52 Ledesma verò, *secund par.* 4 *quæst.* 17. *articul.* 3. *dub* 9. & Fagundez, *Precept.* 4 *Eccles. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 16. *in fine*, dicunt excusari Pictores, & Sculptores à ieiunio. Ratio deducitur ex priuilegio Eugenii 4. qui eximuit à ieiunio omnes artifices: sed Pictores, & Sculptores sunt artifices: ergo excusantur à ieiunio, sicut ceteri: & hanc opinionem non putat improbabilem. Trullenchius vbi supra, & illam docent Pasqualigus, *de Ieiunio decis.* 306 *num* 3 & 4. vbi ait: Non eximuntur, quandò non vacant exercitio per integram diem: eximuntur tamen, quandò vacant per totum diem cum magna attentione.

53 Quarto decimò: In arte Typographica compositores characterum in ordine ad impressionem non sunt exempti ab onere ieiunii: quia nullus fere interuenit labor ingenii, & mentis: labor autem corporalis valdè moderatus est, cum fiat absque vlla omninò agitatione corporis. Ita Gordonus, *lib.* 1 *Thesaur. moral. quæstion.* 18. *capit. sext. paragraph. secundo excusans.* Diana, *part. quart. tract. quart. resolution.* 134. Trullenchius, *lib.* 3. *Decalog. capit. secund. dub. septim. num.* 8. Pasqualigus, *de Ieiunio decis.* 309. *num.* 1. Quò ad versantes verò prælum, excusat cum formidine Gordonus vbi supra. Attamen Diana, Trullenchius, & Pasqualigus, *num. secund.* absolutè, & sinè vllo metu supradictos prælum vertentes, excusant à ieiunio: quia labor ipsorum grauis est, cum debeant ducere, & reducere, & præmere prælum, & requirit vires robustas, & proindè non possunt stare cum ieiunio: præsertim, quia corpora robusta difficiliùs inediæ resistunt.

54 Quinto decimò: Mulieres, lauantes lineam superlectilem, vulgo *fanno la bucata*, excusantur à ieiunio: quia huiusmodi exercitium est valdè laboriosum, Etiam si complicatur linea supellex iam mundata: quia est labor notabilis: quia in ea tendenda, & extendenda, atque præmenda, prout opus est, requiritur magnus conatus: vndè hoc exercitium quoque tollit obligationem ieiunii. Etiam si exercitium hoc non esset continuum, sed solum per vnam, vel alterã diem, prout exigit necessitas familiæ: quia sicut obligatio est annexa diei, ita quando eadem dies habet aliquid incõpatibile cum ieiunio, excludit obligationem ad ipsum: & non solum quando hoc exercitio insumatur tota integra dies, sed etiam quando pro bona parte illius diei. Ita Pasqualigus, *de Ieiun. decis.* 304. *per totam*.

55 Sexto decimò: Nautę, remigantes excusantur à ieiunio: quia talè exercitium est ex illis laboriosis, quæ excusantur à ieiunio; etiam si non remigant tota die: quia debent habere vires paratas pro tempore, quando erit remigandum. Immò etiam si per aliquem diem integrum cessarent à remigando, neque illo die tenentur ieiunare, nè debilitentur pro tempore, pro quo est laborandum. Ita Pasqualigus, *de Ieiunio decis.* 310 *num.* 1.

56 Et ita excusantur à ieiunio Retractãtes, & regentes vela: quia exercitium laboriosum est; cum debeant portare, suspendere, tendere, & complicare vela, pro vt actio tulerit ancoras para-

parare, iacere, retrahere, & alia munera laboriosa exercere, quæ requirunt vires robustas, vt experientia patet. Ita Pasqualigus, *num. 3.* Et licèt non occupentur continuò in his exercitiis, excusantur à ieiunio: quia debent semper esse parati, & debent etiam semper habere vires promptas. Tenetur tamen ieiunare ille, qui assidet clauo, & ipsum regit: dummodo quod non occupetur in alio laborioso munere. Sic Pasqualigus, *num. 4.*

57 Decimo septimò: Religiosi ornantes templa, excusantur à ieiunio: etiam si sit ieiunium regulæ: quia, vt supradiximus, ieiunium Regulæ non obligat plus quam lex. Ita Molfesius, *to. 1 sum. tract. 10. cap. 4 num. 41.* & Pasqualigus, *de Ieiu. decis. 312. num. secund & 3.* Neque seculares tenentur ad ieiunium, ornantes templa: quia labor, quē subeunt, est notabilis. Ita Basseus, *in floribus Theolog. pract. v. Ieiunium secund. num. 9.* Trullench. *lib. 3 Decalog. cap. secund dub. 7. n. 15.* Bonacina, *de leg. disp vltim quæst. 1. pun. vltim. num. 13.* & alii.

58 Decimo octauò: Qui non possunt alere filios, nisi defatigentur, excusantur à ieiunio: quia necessitas, & decentia status, etiam excusat à ieiunio, hoc pacto, quod non possunt aliter alere filios, vestire, dotare filias, alere filium in Academia, &c. nisi laborent, & defatigentur. Ratio est: quia illud bonum posterius est necessarium. Eodemque pacto plerique Artifices, nisi labore manuum opera inchoata perficiant, & defatigentur, & illud ieiunium seruare non possunt ad decentiam sui status, excusantur. Ita Filliucius, *to. secund tract. 27. part. secund. cap. 6. num. 117.* Azorius, *part. 1. lib. 7. cap. 18. quæst. 9.* & alii.

59 Decimo nonò: Episcopus non tenetur ieiunare pridie illius diei, in quo habiturus est ordinationes, aut alias functiones laboriosas, vt consecrationem Ecclesiæ, solemnem celebrationem, & alias huiusmodi, si est debilis complexionis, ita vt egrè possit ieiunium sustinere. Ratio est: quia Episcopus non minus tenetur exequi ea, quæ spectant ad proprium munus, quam teneatur ieiunare: quia cum sit pastor, obligatur ad ea exequēda, quę pertinent ad pastorem: hæc autem debent anteponi ieiunio: quia spectant ad bonum publicum, & ieiunium ad bonum priuatum: bonū autem publicum debet præferri priuato. Vndè adest etiam maior obligatio ad hæc munera præstanda, quam ad ieiunandum, quia est obligatio specialis, obligatio autem ieiunandi est generalis: species autem derogat generi, *capit. Generi de Reg. iur. in 6.* ita Angles, *in floribus part. secund. in 4. quæstion. 6. de ieiunio difficult. 16 append. 1.* Pasqualigus, *de Ieiunio decis. 337. num. 1.*

60 Angles, *vbi supra numer. 1.* extendit hanc opinionem, etiam ad Episcopos, quando visitant: quam sententiam non admittit Pasqualigus, *num. 3.* quia regulariter in visitatione non interuenit tantus labor, qui cum ieiunio stare non possit: & solum admittit, quandò ex circumstantiis specialibus visitatio contingat laboriosa, vt si esset coniuncta cum laborioso itinere.

An exercentes opera pietatis, excusentur à ieiunio? Dub. 4.

61 Affirmatiuè respondent communiter. Quorum ratio est: quia præcepta Ecclesiæ non impediunt maius bonum, quia ita præscribunt bonum, vt si hoc bonum sit impeditiuum alterius boni maioris, cessat ipsorum obligatio ex generali intentione eiusdem Ecclesiæ, quę sicuti sequitur directionem charitatis, ita etiam semper intendit maiorem gloriam Dei, quæ reperitur in maiori bono, in comparatione minoris: opera autem pietatis sunt maius bonū, nam semper sunt excellentioris virtutis; quam sit ieiunium. Ita D. Thomas, *in 4. dist. 15. quæstion. 3. articul. 1. quæst. secund. præcipue ad 3.* vbi Gabriel, *dist. 16. quæst. 3. artic. 1. notab. 4.* Palatios, *disp. 8.* Caietanus, *2. 2. quæst. 147. articul. 3 paragraph. Adhoc dicitur, & in sum. v. Ieiunium cap. 3.* Nauarrus, *in Manual. capit. 21. num. 16.* Lesius, *lib. 4. cap. secund dub. 6. num. 44.* Azorius, *part. 1 lib 7 capit. 18. num. 1.* Emanuel Sà, *v. Ieiunium num. 9.* vbi Siluester, *quæstion. 9.* Tabiena, *quæst. 18.* Armilla, *numer. quint.* Toletus, *lib. 6 sum. capit. 4. num. 4.* Medina, *C. de Ieiunio quæstion. non.* Viguerius, *capit. sept. institut. Theolog. paragraph tert. versicul 1.* Summa Corona, *part. prim. capit prim. numero decimo septimo.* Perez, *part. prima, præcepto tertio paragrapho de Ieiunio.* Ledesma, *part. secund. sum. tractat.*

ctat. vigesim. septim. capit. secund. dub. tert. post. quint. conclusion. versicul. La quarta causa. Rodoriquez, *tom.1. sum. capit. 22. num* 1. Medina, *part. 1. institut. confess. cap.* 14. §.10. *Alter.* Ledesma, 2. 4. *quæst.* 17. *artic.* 3. *versic. secunda causa.* Llamas, *part.* 3. *method. capit.* 5. §. 21. Filliucius, *to.* 2. *tract.* 27. *part.* 2. *cap.* 6. *quæst.* 1. Reginaldus, *to.* 1. *lib* 4. *cap.* 17. *num.* 218. Valentia, 2. 2. *disp* 9. *quæst* 2 *pu.* 5. *versic. Pietas excusare.* Vilalobus, *to.* 1 *sum. tr.* 23. *diff.* 3. *num.* 15. Angles, *in florib. quæst.* 6. *de Ieiun. diffic.* 13. Ioa. del Cruz, *part.* 1. *direct. conscient. præcep.* 3. *artic.* 4. *num.* 7. Fernandez, *part.* 2. *capit.* 8. §. 2. *num.* 12. *versic. Quarta causa* Lublinus, *part.* 1. *sum. v. Ieiunium num.* 5. Fernandez, *in* 3. *Eccles. præcep. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 19. Molfesius, *to.* 1. *sum. tract.* 10. *capit.* 4. *num.* 48. Bonacina, *de leg. disp. vltim. quæst.* 1. *pun num.* 22. Bizozer, *part.* 4. *sum. de* 3. *præcept. cap. vltim. memb. vlt. num* 7. Pasqualigus, *de Ieiun. decis.* 339. Trullench. *lib.* 3. *Decalog. capit.* 2. *dub.* 7. *num.* 15. Gordonus, *lib.* 6. *Theolog. moral. quæst.* 18. *cap.* 6. *versic. Secunda excusant.* Basseus, *in floribus Theolog. pract. v. Ieiunium num.* 9. & alii. Etiam si opera charitatis exerceatur intuitu lucri; quia, vt dicunt communiter Doctores, non obstat lucrum, quando aliàs opus est incompassibile cum ieiunio. Dummodo quod opera charitatis sint ita laboriosa, vt causent notabilem debilitatem: atque adeò reddant ieiunium nimis onerosum: non tamen requiritur, quod reddant absolutè impossibile, sed sufficit notabilis difficultas, in exercendis his operibus simul cum ieiunio.

62 Ex his deducitur primò, Seruientes pluribus infirmis, & hospitalibus, vt Religiosi faciunt, excusantur à ieiunio: quia tale exercitium exigit continuam occupationem, quæ secum trahit magnum laborem. Pasqualigus, *de Ieiunio decis.* 339. *num.* 5. & alii.

63 Secundo: Qui tota nocte, vel maiori parte assistit infirmo, est immunis à ieiunio sequenti die: quia talis assistentia priuat debito somno, & causat magnam debilitatem, vndè superueniens ieiunium nimis onerosum esset. Et hoc quod dictum est, militat etiam in Confessariis, & cœteris, qui confortandi gratia assistunt agonizantibus. Ita Rodoriquez, *num.* 1. Pasqualigus, *num.* 6. Ledesma, & alii.

64 Tertiò: Qui tota die panem ostiatim quærit pro Religiosis, vel mendicis, excusatur à ieiunio: etiam si faciat ob lucrum, tamquam consuetum exercitium: quia exercet actum charitatis, cui non debet præferri ieiunium, quamuis fiat ob lucrum. Ita Bizozer, Pasqualigus, & alii.

An sumentes disciplinam in die Iouis Sancti, excusentur à ieiunio? Dub. 5.

65 Negatiuè respondet prima opinio: quia non debet præceptum cedere tali flagellationi. Sic Palatios, *in* 4. *dist.* 15. *disp.* 8. Fernandez, *part.* 2. *capit.* 8. §. 2. *num.* 12. *versicul. Quarta causa.* & Trullench. *lib.* 3. *Decalog. capit. secund. dub.* 7. *num.* 15. qui tantum excipit Confratres alicuius Sodalitatis.

66 Secunda opinio affirmat, siuè sint cōfratres, siuè alii particulares, licèt videant, quod non possint ieiunare. Cuius ratio est: quia hæc causa, est honestissima, & iusta, maximè conueniēs Religioni, & deuotioni fidelium, quod sint in Ecclesia huiusmodi confraternitates, publicè flagellantes. Ita Diana, *part.* 1. *tract.* 9. *resol.* 46. *versic. sed absolutè.* Sancius, *in Select. disp.* 54. *num.* 21. Sanchez, *lib.* 5. *Consil cap.* 1. *dub.* 12. *num secund.* & 3. Filliucius, *to.* 2. *tract.* 28 *part.* 7. *capit.* 6. *num.* 123. Ghilinus, *in sum. v. Ieiunium num.* 21. Pasqualigus, *de Ieiunio decis.* 340. *num.* 2. & alii.

67 Limitat hanc sententiam Sanchez, dummodo, quod non faciant hoc in fraudem ieiunii, idest non se verberent ob hanc causam, vt legis ieiunii sint immunes: Sed hanc limitationem non est admittenda, ait Pasqualigus, *num.* 5. quia flagellans se, assumit medium licitum, ad se eximendum ab obligatione ieiunii.

An labor ingenii eximat ab obligatione ieiunii? Dub. 6.

68 Negat prima opinio. Cuius ratio est: quia ille labor eximit à ieiunio, qui affligit corpus: sed hic labor non affligit corpus, cum sit labor ingenii, & nō corporis: ergo labor ingenii non eximit ab obligatione ieiunii. Ita Molfesius, *to.* 1. *sum. tr.* 10 *c.* 4. *n.* 43. Sanch. *lib.* 5. *Consil. c.* 1. *dub.* 7. *n.* 7. Lublin. *p. p. sum. v. Ieiun. n.* 5.

69 Affirmat verò secunda opinio. Cuius ratio est: quia labor ingenii redundat etiam in corpus, ipsum affligendo, quatenus ex labore ingenii cõsumerẽtur illi spiritus, quibus corpus foueretur, & in suo robore manuteneretur: vndè plus patitur corpus ex labore ingenii, proportione seruata, quam patitur ex labore corporali: vt benè constat in his, qui continuò studiis incumbunt, quibus complexio ex cõtinuo studio valdè debilitatur. Ita Angles, *in floribus quæst.6 de ieiun.diff* 10 *append.*1. Layman, *in Theolog.moral.lib.*4.*tract.*8.*cap.*3.*num.*3. *versic.Quarta causa.* Basseus, *in floribus Theolog pract.v.Ieiunium* 2. *num.*8. *in fine.* Bonacina, *de leg disp.vltim. quæst.*1.*pun. vlt. num.*10. Ghilinus, *in sum.v. Ieiunium num.*21.*littera N.* Pasqualigus *de Ieiunio decis* 325. *num.*2. Trullench. *lib.*3.*Decalog cap.*2.*dub.*7.*num.*13.

70 Vndè Creatus Cardinalis in Romana Curia, nõ tenetur ieiunare, si dies creationis sit dies ieiunij: quia nouitas, & occupatio mentis vehemens circa ea, quæ concernunt nouum statum, & in illo die peraganda sunt, valdè animum exagitant, atque adeò spiritus consumunt, & notabilem debilitatem inducunt. Ita Pasqualigus, *de Ieiu.decis.*325. *num.*4 *circa finem.*

An Concionatores teneantur ad ieiunium? Dub. 7.

71 Affirmatiuè respondet prima opinio: nisi quando ex officio, vel obediẽtia, aut quando ex concione prouenit tanta vtilitas, quæ per alium æque benè haberi non possit. Vndè, secundum hãc opinionem, extra has causas tenentur ad ieiunium. Ita Medina, C. *de ieiunio quæst.* de his, qui ieiunare non possint. Caietanus, 2.2.*quæstio*.147. *articul.*3.§. *adhoc dicitur, & in sum.v.Ieiunium cap.*3.*versic. Expietate.* Toletus, *lib* 6 *sum. cap.*4.*num.*4. Siluester, *v.Ieiunium qu.*9. vbi Palatios, Nauarrus, *in manual.ca.*21.*num.*16. Angles, *in floribus quæst* 6. *de ieiun diffic.*13.*append.* Fernandez, *par.*2.*capit.*8.§.2.*num.*12.*versic Quarta causa.*

72 Secunda opinio absolute ait: Concionatore, siuè ex officio, aut obedientia concionentur, siuè ex quacumque alia causa, non tenentur ad ieiunium, quando non possunt cum aliis ieiunare. Cuius ratio est: quia ieiunium non debet esse impedimentum maioris boni. Tum, quia Ecclesia ita præcipit ieiunia, & alia officia pietatis, quæ pro tempore, & loco se offerunt, nolit impedire; vndè non est necesse, vt concionentur ex officio, vel obedientia, &c. vt dicunt Doctores primæ opinionis: sed sufficit, vt ex illo labore prædicationis corpus affligatur. Ita Lesius, *lib.*4.*cap secund num.*44. Graffius, *part.*1 *decis.lib.*2. *capit.*37. 54. Antoninus delicteratis, *part.*1.*sum. cap.*39.*num.*9. Gabriel, *in* 4 *dist.*16. *qu.*3.*articul.*1. *notab.*4. *in fine.* Emanuel Sà, *v.Ieiunium num.*9. vbi Tabiena, *numer.*16. Viguerius, *cap.*7. *instit. Theolog* §.3. *versic.*2.*in fine.* Reginaldus, *to.*1.*lib.*4.*ca.*17.*num.*219. Io.del Cruz, *in direct.conscient.part.*1.*pracept.*3. *articul.*4. *dub.*9. *conclus.*2. Filliucius, *to.secund tract.*27. *part.secund.cap.*6.*num.*124. Ledesma, 2.*part.*4.*quæst.*17 *artic.*3. *post* 2.*proposit. versi secunda causa.* Rosella, *v.Ieiunium num.*21. Lublinus, *par.*1 *sum. v.Ieiunium num.*5. Azorius, *part.*1.*lib* 7.*capit.*18.*qu.*1 Siluius, 2 2.*quæst.*147.*articul.*4.*versic. Maius bonum.* Layman, *in Theolog.moral.lib.*4.*tract* 8.*capit.*3. *num.* 4. Bonacina, *de leg.disp.vltim.quæst.*1. *pun. vltim. num.*13. Gordonus, *lib.*6.*Theolog.moral. quæst* 8.*capit.*6.*in fine.* Diana, *part.* *tra.*9 *resolut.*10. Ghilinus, *in sum. v.Ieiuniũ num.*21 *littera Q.* Sanchez, *lib.* 5. *consil. cap.*1.*dub.*13.*num.*2. Molfesius, *to.*1.*sum. tract.*10.*cap.*4.*num.*48 Bizozer, *part.* 4. *sum. de* 3 *pracep.vltim. memb. num.*6. *in fine.* Rodoriquez, *tom.secund. qq.Regul. quæst.*100. *articul.secund. versic. circa quam.* Perez, *pracept.*3.*sum.*§.*de ieiunio in fine.* Sancius, *in Select. disp.*54. *num.*17.*versic.Prædicatores.* Trullench. *lib.*3. *Decalog.capit.*2.*dub* 7.*num.*15. Pasqualigus, *de Ieiun.decis.*326.*num.secund.* Basseus, *in floribus Theolog.pract.v.Ieiuniũ* 2.*num.* 9. & alii.

73 Etiam si Concionatores in Quadragesima concionarent ter, vel quater in hebdomada; excusantur à ieiunio, non solum illis diebus, quibus concionantur: sed etiam aliis diebus Quadragesimæ, docent Sanchez, *tom secund.Consil. lib.*5.*cap.*1.*dub.*13.*num.*6.& Pasqualigus, *de Ieiun.decis.*326. *num.* 6. Quia cum frequenter concionentur, debent conseruare robur, & vires, quod ieiunando male præstarent.

74 Immò quamuis habeant conciones elabo-

elaboratas, & memoriæ mandatas, ita vt extra actualem cōcionem, aut nihil, aut parum admodum laborent: quia actualis concio laboriosa valdè est, nō solum ratione agitationis corporalis, sed etiā ob fixam, & vehementem attentionem mentis necessariam, & proindè requiritur abundantia spirituum, & vigor mentis, quibus valdè contrariatur ieiunium. Ita Pasqualigus, *de Ieiun. decis. 326. num quart.*

75 Concionatores verò qui semel tantum in hebdomada, aut bis concionantur, si debiles sint, & delicatæ complexionis (vt dicunt Diana, *part. 1. tract 9. resolut. 10. versic. Sed propraxi.* & Pasqualigus, *nu. 7.*) non tenentur ad ieiunium. Debilitas vero non debet esse tanta, vt de se saluet obligationem ieiunandi, sed sufficit, quod coniuncta cum ieiunio, impediat munus concionandi, aut saltem notabile nocumentum afferat. Ita Pasqualigus. Si verò sit fortis, & robustus non tenetur eo die, quo concionatur, ad ieiunium: & die, qui immediatè antecedit concionem. Ita Trullench. *lib. 3. Decalog. cap. secund. dub. 7. num. 15.* Pasqualigus, *num. 7.* & Sanchez, *tom. secund. Consil. lib. 5. capit. 1. dub. 13. num. 6.* qui ait, qui per annum in diebus festis concionantur, non tenentur ieiunare vigilia concionis, & in pridie.

Dubitatur: An Concionatores, si ex mercede concionentur, teneantur ad ieiunium?

76 AFfirmatiuè respondet prima opinio, quando voluntariè, id faciunt, siuè ob lucrum, siuè ob aliam causam, non ex officio, & obedientia, aūt voto. Ita Philiarcus, *de offi. Sacerd par. secund. lib. 3. cap. 25.* Fagundez, *præcep. 4. Eccles. lib. 1. cap. 9. num. 19.* Angles, *in florib. qu. 6. de ieiun. diffic. 14. in limit. 1. append.* Medina, C. *de Ieiunio, quaest. de his, qui ieiunare tenentur.* Perez, *part. 1. § de ieiunio circa finem.* Palatios, *in sum. v. Ieiunium* Summacorona, *part. 1. capit. 1. numer. 27* Caietanus, *2. 2. quaest. 147. articul. 3. vers. Adhoc dicitur.* Toletus, *lib. 6 sum. capit. 4 num. 4.* Siluester, *v. Ieiunium num. 26* Binsfeldus, *præcep. 3. Encherid. capit. 33. conclus. 9.* Fernandez, *part. secund. capit. 8 § secund. num. 12.* & alii.

77 Secunda opinio absolutè negat. Cuius ratio est: quia Ecclesia præcipiens ieiunium, intendit perducere homines ad finem supernaturalem, & ad salutem consequendam, sicut etiam intendit in aliis præceptis. Dum ergo ieiunium in compossibile est cum aliquo alio opere, quod melius conducit ad finem supernalem, quia nimirum est excellentioris virtutis, ex intentione Ecclesiæ cessat obligatio ieiunandi, quia aliàs esset sibi contraria, si quidem intendens perducere homines ad finem supernaturalem omni meliori modo possibili, vellet cessare, quæ meliori modo conducunt ob illa, quę non ita excellenter conducunt. Ita Gabriel, *in 4. dist. 16. quaest. 3. artic. 1. notab. 4.* Filliucius, *to. 2. tract. 27. part. 2 cap. 6. num. 124.* Lesius, *lib. 4. cap. secund. dub. 6. num. 44.* Ledesma, *2. part. 4. quaest. 17. articul. 3. post. 2. proposit.* Bonacina, *de leg. disp. vltim. quaest. 1. pun. vlt. num. 13.* Layman, *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 8. capit. 3. numer. 4.* Siluius, *2. 2. quaest. 147. articul. 4. versic. Maius bonum.* Palatios, *in 4 dist. 15. disp. 8.* Sanchez, *tom secund. Consil. lib. 5. cap. 1. dub. 13. num. 3.* Diana, *part. 1. tract. 9. resolut. 11.* Sancius, *in Select disp. 54. num. 17.* Basseus, *in floribus Theolog. pract. v. Ieiunium 2. num. 9.* Pasqualigus, *de Ieiunio decis. 332. numer. 5.* & alii.

An Lectores teneantur ad ieiunium? Dub. 8.

78 PRima opinio ait: Lectores Theologiæ Philosophiæ, Iuris ciuilis, & Canonici, Medicinæ, &c. non excusantur à ieiunio, quando quotidiè legunt vnā tantum lectionem, ex vi talis laboris. Ita Sanchez, *lib. 5. Consil. cap. 1. dub 13. nu. 8* Vilalobos, *to. 1. sum. tract. 23. diffic. 4. nu. 15.* Angles, *in floribus quaest. 6. de ieiun. diffic. 13. append. secund.* qui solum concedit Egregium aliquem Doctorē posse soluere ieiunium, vt legat.

79 Secunda opinio ait: Lectores qui officium suum cum ieiunio facere nequeunt, non tenentur ad ieiunium. Vndè quando labor ipsorum est notabilis, vel labor improbus est, non tenentur ad ieiunium: aut qui ita debiles sunt, vt sufficienter studere non possint, vt lectionem explicent, & legant cum satisfactione. Ita D. Thomas, *quolib. 5. art. 15.* Gabriel, *in 4. dist. 16 quaest. 3. articul. 1. notab. 4. in fine.* Caietanus, *2. 2. qu. 147. artic. 3. §. Adhoc dicitur.* Siluester, *v. Ieiunium*

iunium num.26. Toletus, *lib.6.sum. cap. 4.num* 4. Siluius, 2.2 *quæst.*147.*artic.*4. *versic. Maius bonum.* Layman, *in Theolog moral.tract.* 8. *cap.*3.*num.*3. *versicul. Quarta causa.* Ioa. del Cruz, *part.* 1. *direct conscient.præcept.*3. *articul.*4. *dub.*9. *conclus:*2. Fernandez, *part.*2.*capit.*8. §.2. *num.*12.*versic: Quarta causa.* Dummodò quod lectio non sit voluntaria, sed ex officio, aut obedientia. Diana, *part.*1. *tract.*9.*resolut.*10. *versic. Sed propraxi*: Fagundez, *præcep.*4.*Eccles. lib.*1. *capit.*8. *num.*19 Ghilinus, *v. Ieiunium num.*21. *littera Q.* Azorius, *part*.1. *lib.*7. *capit.*18. *quæst.*1. Sancius, *in Select.disp.*54. *num.* 17. Perez, *part.p sum. præcep.*3.*§ de ieiunio* Basseus, *in floribus Theolog. pract. v. Ieiunium* 2.*num* 9. Lublinus, *par.*1 *sum. v.Ieiunium num.*5. & alii.

80 Tertia opinio: Absolutè ait: Lectores non teneri ad ieiunium. Sic Ledesma, 2: *part.*4.*quæst.* 17.*artic.*3. *post secund propofit versic. Propterea in hoc.* Molsesius, *tom.*1.*sum.tract.* 10.*capit.*4. *num.*48. Llamas, *part.*3. *method.capit.*5.§.11.Gordonus, *lib.6.Theolog.moral. quæst.*18.*capit.* 6.*in fine.*

81 Dicendum est tamen cum Pasqualigo, *de Ieiunio decis.*327.*à num.*4. Lectores cathedratici ex ui muneris, non tenentur ieiunare, quandò adiungũt cum lectione studium necessarium pro legẽdo cum plausu: quia tunc necessarius est magnus labor, & notabilis fatigatio mentis cum magna consumptione spirituum, quod magis consumat corpus, q̃ quiuis labor mechanicus, sufficiens ad soluendam obligationem ieiunii. Et hoc à fortiori est verum, quando assistũt repetitionibus scholarium, & congressui, in quo inter se disputant. Si verò solũ legant quasdã lectiones iam ordinatas, & veluti ex habitu, eo quod pluriès easdem lectiones legerint, ita vt cum exiguo studio prçuio accedant ad legẽdum, non excusantur à ieiunio.

82 Ex his deducitur primò: Lectores quando assistunt publicis disputationibus, aùt priuatis, in quibus præter scholares, alios lectores, aùt Doctores arguãt, excusantur à ieiunio. Ita Pasqualigus, *de Ieiunio decis.*321.*num.*5.

83 Secundò: Arguentes in publicis disputationibus, sunt immunes à ieiunio si multo tempore insistant in arguendo, & simul vtantur conatu mentis in speculando, dum arguunt, vt contingit in lectoribus, & cœteris Doctoribus. Secùs dicendum est de scholaribus: quia proferunt argumenta præparata, nec multum fatigantur ex speculatiuis conatibus. Ita Pasqualigus, *num.*7.

84 Tertiò: Cathedratici, legentes ostentionis causa, ad comparandum nomen, excusantur à ieiunio. Ita Toletus, *lib. 6.sum.cap.*4. *num* 4. Angles, *in floribus quæst.*6.*de Ieiunio diff* 14.*limit.*1.*append.* Fernandez, *part secund.capit.*8.§ *secund. num* 12.*versic. Dubitari posset.* Sancius, *in Select.de Matrim.disp* 54.*num.* 17.*versic. Immò si tantum.* Etiam si ex omissione lectionis nullum detrimentum proueniret: quia sicut artifex diues non tenetur relinquere laborem, vt ieiunet: ita Cathedraticus non tenetur relinquere munus legendi, aùt lectionem prætermittere, vt ieiunet. Ita Pasqualigus, *de Ieiunio decis.*328.*num.*3. qui *in num.*4. ait: etiam si contingat vnam, vel alteram lectionem legere, idque in *die ieiunii*, si indigeat longo studio, & plurimum mentem fatiget, non tenetur ad ieiunium eo die, in qua legit. Immò etiã die antecedenti, si in eo plurimum studeat, vt se præparet ad legendum.

85 Quartò: Ludi magistri, qui singulis diebus legunt quatuor lectiones in die, excusantur à ieiunio Quadragesimali, quamuis ipsi videatur, quod id possunt facere: quia est magnus labor, & intra paucos annos ita fatigantur, vt non possint vltra progredi, ieiunando, nec paucis diebus. Etiam si ludi magistri sint valdè fortes, & robusti; quia tunc sufficit vt ieiunent dimidiam Quadragesimam, scilicèt tribus diebus in hebdomada. Ita Sanchez, *lib.*5.*Consil.capit.*1. *dub.*13.*num.*7. Layman, *in Theolog. moral.lib.*4.*tract.*8.*capit.*3 *num.*4. Pasqualigus, *de Ieiunio decis.*329.

86 Et ita dicendum est de Ludi magistris, qui pluriès adolescentes habent instituere, ita vt ferè per totam diem, aut maiorem partem ipsius in hoc occupẽtur, nimirum interpretando auctores latinos, declarando regulas grãmaticales, & ad praxim per scholares reducendo, corrigendo eorumdem compositiones, & alia munera huiusmodi obeundo, præsertim si adolescentes in plures classes distributi sint; quia tunc multiplicatur labor. Secùs autem dicendum est de illis, qui solum quatuor, aùt quinque adolescentes habent instituere: quia

quia exiguus numerus reddit laborem valdè moderatum. Ita Pasqualigus, *decis. 329 num. 3.*

87 Quartò: Scholaris, qui est habiturus lectionem examinis, aut oppositionis, aut solemnem disputationem, non tenetur ad ieiunium: quia præceptum ieiunii non obligat cum omissione honoris, aut beneficii. Ita Sanchez, *in Select. disp. 54 num. 17* Angles, *in floribus quæst. 6 de ieiunio diffic. 16 append. 3.* & Pasqualigus, *de Ieiunio decis. 30 num. p.* Et ita dic de Scholare, qui habiturus est solẽnem disputationem. Neque tenetur pridie illius disputationis: & neque tenetur protrahere suas functiones, vt ieiunet, quando coincidunt cum ieiunio. Ita Pasqualigus, *num. 4. & 5.* An exercẽtes supradicta munera voluntariè ob lucrum? diximus *in dub. 7 à num. 76.*

88 Sextò: Scholares, assiduè studentes, tenentur ad ieiunium, docet Angles, *in floribus quæst 6 de ieiunio diff. 14 append. secund.* vbi ait: etiam, quando non possunt ieiunare, debent laborem studii remittere. Et ita Bonacina, *de legibus, disp. vltim. quæst. 1. pun. vltim. numer. 12.* Azorius, *part. 1. lib. 7. cap. 18. quæst. 8. vers. Quæres etiam.* Molfesius, *to. 1. sum. tract. 10 capit. 4. num. 43* Trullench. *lib. 3. Decalog. capit secund. dub. 7. num. 9.* Bassæus, *in floribus Theolog. pract. v. Ieiunium 2. num. 8.*

89 Sanchez, verò *in lib. 5. Consil. capit. 1. dub. 13. num. 8.* ait: Scholares, quando sunt ita debiles, ita vt ob ieiunium perderent studium in tota Quadragesima, non tenentur ad ieiunium: quia præceptum Ecclesiæ non obligat cum tanto incommodo, quale esset omissio studii per tot dies.

90 Attamen Pasqualigus, *de Ieiun. decis. 333. à num. 3.* ait: studium continuum, atque assiduum est causa sufficiens, ob quam soluatur obligatio ieiunandi: quia magis lassat, & debilitat, quam quodlibet exercitium corporale mechanicum, nam (vt dici solet) tanquam lima surda consumit. Etiam si per accidens in aliquo ob bonam, & fortem cõplexionem studium non causet damnũ valdè considerabile. Neque tenentur Scholares minuere studium consuetum vt possint ieiunare: quia officium studendi est ipsis proprium, à quo non tenetur abstinere, sicut nec ceteri tenentur à proprio officio. Ita Sancius, *Sine lect. disp. 54. num. 17. versic. Immò lege ieiunij.*

91 Septimò: Illi, qui solent continuò, & assiduè per totum diem studiis vacare, vel componendo aliquid typis mandãdum, vel se præparando pro concionibus, aut pro lectura, vel quacumque alia de causa, excusantur à ieiunio. Etiam si solum studeant causa delectationis: dummodo quod exercitium sit continuum, & consuetum: quia possunt vti iure suo, quod habent ad continuũ & assiduum studium, & præceptum ieiunii reperit ipsos impotentes. Ita Pasqualigus, *de Ieiunio decis. 333. numer. 6.* Etiamsi studium interpoletur per admistionem illorum exercitiorũ, quæ si cõtinuarent per totam diem, excusantur à ieiunio: vt contingit in Religiosis, qui intermittunt studium, vt cantent in choro, aut audiant confessiones, inseruiant Ecclesiæ: & in Lectoribus, vt legant, repetitiones audiãt, & assistant disputationi Scholarũ, adhuc eximũtur ab obligatione ieiunandi: quia parum refert, quod quis per totam diem occupetur in eodem, aut pluribus exercitiis, dummodo quod omnia laboriosa sint. Ita Pasqualigus, *num. 7.* An hæc opinio, & supradictæ in hac dubitatione 8. sint veræ, iudicent viri docti, nam consuetudo omnium Religiosorum est contraria, & in praxi non est tuta.

An Confessarii excusentur à ieiunio, quando plurimum occupentur in audiendis confessionibus? Dub. 9.

92 PRima opinio ait: Confessarii, si commodè ieiunare non possunt, quandò assiduè confessiones audiunt, excusantur à ieiunio, si ex officio audient confessiones. Ita Caietanus, *2. 2. quæst. 147 articul. 4. versic. Ad hoc dicitur.* Toletus, *lib 6 sum. cap. 4. num. 4.* Angles, *in floribus quæst. 5. de ieiun. diff. 6. append. 1.* & Fernandez, *part. secund. cap. 8. § secund. num. 12. versic. Quarta causa.*

93 Secunda opinio ait: Confessarii, qui plurimum occupantur in audiendis cõfessionibus, non tenentur ad ieiunium, quando commodè ieiunare non possunt: quia melius est, & vtilius, confessiones audire, quam ieiunare: ieiunium autẽ nõ est impeditiuũ maioris boni. Ita Molfesius, *tom p. sum. tract. 10 cap. 4 nu. 48.* Azorius, *part. p. lib. 7 cap. 8. quæst. p.*

Tabie-

Tabiena, *v. Ieiunium num.* 16. vbi Emanuel Sa, *num.9* Siluius, 2. 2. *quæst.* 147. *artic.4 versic. mathw bonum.* Diana, *part.* 1 *tract.9 resolut.*10 *versic. Notandum est* Fagundez, *Præcep 4. Eccles. lib.*1. *capit.*8. *num.*10. Ioa del Cruz, *part.*1 *direct. conscient præcep.*3 *articul.*4. *num.*7 *in fine.* Ortiz, *cap.*19 *sum num.*15. Perez, *part.*1. *sum. precept.*3. *§ de ieiunio circa finem.* Bizozer, *part.*4. *sum. de* 3. *præcept. cap. vlt. memb vltim. num.*81 *in fine.* Trullench. *lib.*3. *Decalog. cap. secund. dub.*7. *num.*15. Lublinus, *part.*1 *sum v. Ieiunium num.* 5. Basseus, *in floribus Theolog. pract. v. Ieiunium* 2. *num.*9.

94 Tertia opinio absolutè ait: Audire assiduè confessiones per totum fere diē absolutè eximit ab obligatione ieiunādi, siuè possit confessarius ieiunare, siuè non: quia, vt experientia patet, est valdè laboriosum, cum requirat continuā attentionem, & mentis agitationem, tum in interrogandis pęnitentibus, tum in expendendis peccatis, & circumstantiis, tum in decernenda obligatione pęnitentis, & aliis huiusmodi. Vndè causatur magna debilitas capitis, & consequenter totius corporis, & plures nequeunt diù resistere per plures horas, quod satis indicant magnitudinem laboris; modo confessiones laboriosę sint: quia si pœnitentes exponerent tātum peccata venialia, non excusantur à ieiunio. Etiam si audirent confessiones per plures horas. Ita Pasqualigus, *de Ieiun. decis.* 331. *num.*3. *&* 4. Sed de hac opinione dicvt dè antecedenti: quia consuetudo virorum timoratorum eam non seruet in praxi.

An Aduocati, Procuratores, & Iudices obligentur ad ieiunium? Dub. 10.

95 AFfirmatiuè respondent Io. del Cruz, *in direct. conscient. part.*1. *præcep.*3. *artic.*4 *dub.*9 *conclus. secund.* Ledesma, *tom. secund. sum. tract.*17. *cap secund conclus.*5. *dub.*3. Reginaldus, *to.p. lib.*4. *cap.* 17. *num.*216. Siluius, 2.2. *quæst.*147 *art.* 4. *vers. Necessitas.* Gordonus, *lib.*6. *Theolog. moral. quæst.*18. *cap.*6. *versic. secunda causa.* Trullench. *lib.* 3. *Decalog. cap. secund. dub.*7. *num.*9. Azorius, *part.*1. *lib.*7 *cap.*18. *quæst.*8. & alii.

96 Alii verò dicunt non obligari ad ieiunium, quando totum diem multum laborant: ita vt totum diem in suo munere insum(?) sint. Quorum ratio est: quia Aduocati, & Procuratores debent studere, scripturas legere, & ponderare, informare Iudices, scribere pro clientibus, valdè fatigantur: At hæc munera requirunt continuum mentis conatum, & consumunt naturalem vigorem, vndè remanet corpus lassum, & defatigatum, & ideò quandò continua sunt, & assidua, incompossibilia sunt cum ieiunio. Secundò militat eadem ratio de Iudicibus, quia est munus laboriosum, cum debeant legere, & ponderare scripturas, & studere pro sententia ferenda. Ita Pasqualigus, *de Ieiunio decis.* 334. *à num. secund.* Philiarcus, *de offic. Sacerd. part. secund. lib.*3. *cap.*35. *Sanchez*, *lib.*5. *Consil. cap.*1. *dub.*13 *num.*10. Ortiz, *cap.* 19. *sum. præcept. secund. numer.*15. Diana, *part.*1. *tract.*9. *resolut.*12. *Sancius*, *in Select. disp.*54 *num.*17. *versic. stat quoque.* Ghilinus, *in sum. v. Ieiunium num.*21 *littera P.* Summa Corona, *part.*1. *cap. p num.* 17. *circa finem.* Neque tenentur minuere laborem, vt ieiunent.

97 Nota, quod Llamas, *in* 3 *part. method. cap.*5. *§.*21. excusat Medicos, & Chirurgos à ieiunio, ratione fetoris infirmorū, & vlcerum. Quam sententiam non admittit Pasqualigus, *de Ieiunio decis.*336. *num.*2. sed solum excusat, quando præmuntur multitudine infirmorum, ita vt, huc, illuc discurrendum sit ad medendum: quia tunc labor est magnus, præsertim, quia coniungitur cum magna mentis occupatione, in considerāda qualitate morborum, & inueniendis remediis opportunis.

An Scribę, & Notarii teneantur ad ieiunium? Dub. 11.

98 AFfirmatiuè prima opinio: quia labor istorum non est talis, ita vt absolutè possit à ieiunio excusare. Ita Azorius, *part.*1. *lib.*7. *cap.*18. *quæst.*8. *vers. Quæres etiam circa finem.* Sancius, *in Select. disp.*54. *num.*16. Molfesius, *to.*1. *sum. tract.*10. *capit* 4. *num.*43. *Sanchez*, *lib* 5. *Consil. cap.*1. *dub.*7 *num.*7. Ioa. del Cruz, *part.*1. *direct. conscient præcept.*3. *artic.*4. *num.*3. Trullench. *lib.*3. *Decalog. capit.*2. *dub.*7. *num.*9. & Gordonus, *lib.*6. *Theolog. moral. quæst.*18. *capit.*6. *versic. secunda causa.*

99 Diana verò, *part.*4 *tract.*4. *resolut.*130. Angles, *in floribus quæst.* 6. *de Ieiunio diffic.*

diffic. 10. *append.* 1. Ludouicus, à S. Ioanne, *part. p sum. tract de ieiunio articul.* 7. *diff.* 8 *append* 4. Pasqual. *de Ieiu: decis.* 335. *nu.* 2. & Summa Corona, *pa p cap. p. n.* 27 Negant quò ad scribas, quando per totũ diem scribunt: nam tres digiti scribunt cętera membra dolent. Tum, quia istè labor ingens est, & caput valdè fatigatur, interuenit magna consumptio spirituum, & naturalis vigoris. Et quamuis sint homines robusti, non tamen possunt per plures horas continuas resistere labori, cum tamen possint resistere aliis laboribus, qui excusant à ieiunio; vt experientia patet. Etiam si scribę absque necessitate scribant: quia non requiritur necessitas, vt munus, quod non compatitur, ieiunium absoluat ab ipso.

100 Et ita dicendum est de Notariis, quãdo scribunt scripturas, & per totum diẽ in hoc laborant: quia militat eadem ratio de ipsis, ac de scribis. Si verò vacent componendis instrumentis, & aliis scripturis, non absoluuntur ab onere ieiunandi: quia labor est valdè modicus, neque est continuus. Ita Pasqualigus, *de Ieiunio decis.* 335. *num.* 4.

101 Ex his deducitur contra Trullenchium, Secretariis, iis diebus, quibus litteris scribendis vacant, si per totum diem hoc munere occupantur, non tenentur ieiunare: quia non solum laborant in scribendo, sed etiam in componendis litteris. Ita Diana, Ludouicus, à S. Ioanne, Pasqualigus, & Angles locis citatis.

An Cantores teneantur ieiunare? Dub. 12.

102 NEgatiuè respondetur, quandò Cãtores reddantur inhabiles ad canendum, siuè conducti sint ad canendum, siuè salarium, aùt prebendam ad id habeant: quia cum vox sit instrumẽtum ipsorum, quò ad lucrandum vtuntur, subirent maximum damnum, si illam amitterent. Ita Sancius, *in Select. disp.* 54. *num.* 18. & 19. Filliucius, *tom. p. tract.* 27 *part secund. capit.* 6. *numer.* 124. Diana, *part. p. tract.* 9. *resolut.* 11. *Quò ad musicos.* Pasqualigus, *de Ieiunio decis.* 338 *num. secund* Trullench. *lib.* 3. *Decalog. capit secund, dub.* 7. *num.* 5. Ghilinus, *in sum. v. Ieiunium nu.* 21. *littera R.* Etiam si canerent non ob lucrum, sed ratione magni honoris: ait Pasqualigus, *num.* 4. Immò, si fas erit, possunt in Quadragesima ouis, & lacticiniis vesci, causa conseruandę vocis: neque quis, causa ieiunii, adstrictus est diminuere suum exequi munus.

103 Cantores verò, qui diù canunt in choro plures horas, vt sunt ii, qui non solum canunt horas canonicas, & officium Beatæ Virginis, quando in Breuiario præscribuntur, sed etiam plures Missas in eodem die, non excusantur à ieiunio, quando est fortis complexionis. Si verò est debilis complexionis, ita vt post ieiunium lapsus remaneret, & parum habilis ad canendum toto illo tempore, potest vespere antecedenti cęnare, aùt saltem largiorem refectiunculam sumere, quando contingeret, mane sequenti diù esse canendum. Ita Pasqualigus, *num.* 5.

An Domini tenea ntur compellere seruos ad ieiunandum? Dub. 13.

104 SCiendum est primò, antequam ad dubium respondeo, quod Famuli, & Ancillæ, non tenentur ieiunare, quãdo exercitia ipsorum requirunt magnũ laborem: quia tunc comparantur cum artibus mechanicis. Vt ait Lesius, *lib* 4 *capit. secund. dub.* 6. *num.* 42. *in fine.* Layman, *in Theolog. moral. lib.* 4. *tract.* 8. *cap.* 3. *versic. Quarta causa.* Vilalobos, *tom p. sum. tract.* 23. *diffic.* 4. *num.* 8. Pasqualigus, *de Ieiunio decis.* 307 *numero primo*, & alii.

105 Secundò: Neque tenentur ad ieiunium famuli, qui obtinẽt à Dominis tenuem portionem; quia tunc comparãtur Pauperibus, qui non habent congruentem refectionem. Ita Sanchez, *lib.* 5. *Consil. cap. p. dub.* 15. *num secund.* Trullench. *lib.* 3. *Decalog. capit secund dub.* 7. *num.* 6. Angles, *in floribus quæst.* 6. *de Ieiunio diffic.* 9. *append. secund.* Pasqualigus, *de Ieiunio decis.* 277. *num.* 1 & *decis.* 307. *num.* 3. & alii. Congruitas verò refectionis, non solum debet extimari secundum quantitatem, sed etiam secundum qualitatem: vt ait Pasqualigus, *nu. secund.* Non tamen Domini tenentur augere prandium famulis, vt possint ieiunare: nisi ad id, in quo conueniunt. Sic Pasqualigus, *num.* 3.

Si verò famuli, & Ancillæ sint debilis complexionis, non tenentur ieiuna-

ieiunare etiam si in iis exercitiis adhibeantur, quæ non requirunt multum laborem, si talia exercitia per totum diem continua sint: quia labor in comparatione ipsorum notabilis censetur. Pasqualigus *num.3.*

106 His positis. Respondeo quod prima opinio ait: Teneri compellere seruos ad ieiunandum: quia Domini tenētur habere curam familiæ, præcipuè in iis, quæ pertinent ad salutem. Ita Petrus Ledesma, *par. secund sum. tract.* 27. *cap. secund dub.* 3. *post.* 6. *conclus. versi Hesta difficultad* Maior, *in* 4. *dist.* 15. *qu.* 4. *§. dubitatur.* vbi Gabriel, *dist.* 16. *quæst.* 13. *artic.* 3. *dub* 6. *§. Et secunda via.* & infra, *in cap. ad* 4. Nauarr. *in manual. cap.* 21. *num.* 26. Toletus, *lib.* 6. *sum. cap.* 5. *num.* 1. Comitol. *lib.* 4. *Respon. moral quæst.* 16. Medina C. *de ieiunio quæst.* 1. *versi. Sit autem cibi.* & videtur consentire Siluius, 2.2. *quæst.* 147 *artic.* 3. *conclus. secund. versic. Obseruandum hic est.*

107 Secunda opinio ait: Non teneri Dominos compellere famulos ad ieiunandum, quando nolunt ieiunare. Cuius ratio est: quia licèt Domini habeant aliquam potestatem supra famulos, eo quod ipsis addicunt personam, in ordine ad seruiendum, vt leges ciuiles ipsis concedant aliqualem iurisdictionem, & maiorem, si sint in seruitutem redacti, non tamen sunt Prælati ipsorum, atque adeò nullam habent iurisdictionem spiritualem supra ipsos; & consequenter, nec etiam potētiam coercitiuam: ergo non tenentur ipsos cogere ad ieiunandum, si quidem talis coactio est exercere potentiam punitiuam, quæ ipsis non competit. Ita Ledesma, *part* 4. *quæstio.* 17. *articul.* 6. *difficult.* 4. Sotus, *de secret. memb secund quæstion.* 3. *conclus* 4. *versi. Respondetur.* Rodoriquez, *part. p sum. capit.* 3. *conclus.* 4. Vega, *part. p sum. cap.* 14. *cas.* 27. Aragonius, 2.2. *quæstion.* 32. *articul* 3. Angles, *in floribus quæstion.* 7. *de ieiunio difficult secund. in conclus.* Azorius, *part. p lib.* 7. *capit.* 20. *quæstion.* 12. Vilalobos, *tom p sum. tract* 23 *diffic.* 3. *num* 3. Ortiz, *capit.* 19. *sum. præcept. secund num.* 14. Emanuel Sà, *v. Ieiunium num.* 15. Sanchez, *lib.* 5. *Consil. cap. p. dub.* 17. *num.* 5. Filliucius, *tom. secund. tract.* 27. *part. secund. capit.* 6. *num.* 91. Homobonus, *part. secund. Examen. Eccles. trac.* 8. *capit.* 7. *quæst.* 21. *versicul. Verum illo præcepto.* Fagundez, *præcep.* 4. *Eccles. lib.* 1. *capit.* 10. *num.* 11. *in fine.* Reginaldus, *lib.* 4. *num.* 109 Diana, *part. p. tract.* 9. *resolut.* 28. Trullench. *lib.* 3. *Decalog. capit. secund dub.* 5. *num.* 8. Pasqualigus, *de Ieiunio decis.* 361. *num.* 5. Ghilinus, *in sum. v. Ieiunium num.* 9. Lublinus, *par. p sum. v. Ieiunium num.* 22. & alii.

108 Vndè possunt Domini subministrare famulis cœnam nolentibus ieiunare: quia hoc non est cooperari peccato: nā de se cœna est indifferens, ordinata ad substentationem naturæ, & potest benè, vel malè adhiberi: vndè quod malè à famulis adhibeatur, prouenit ex famulorum malitia: sufficit autem, quod Domini non inducant ad violandum ieiunium, sed ad seruandum. Ita Doctores citati secundæ sententiæ.

109 *Si* verò famuli nolunt seruare ieiunia in contemptum Ecclesiæ, aùt ex aliquo capite oriretur scandalum, tenetur Dominus, si debitæ correctiones non proficerent, eiicere eos è domo: quia in tali casu tenetur remouere scandalum, nam aliàs videretur in ipsum consentire. Ita Pasqualigus, *num.* 8. Possunt autem Domini negare semel, aùt bis cœnam famulis, nolentibus ieiunare, si hoc profecturum sperent. Ita Pasqualigus, *num.* 9.

An Patres teneantur cogere filios ad ieiunandum? Dub. 14.

110 Affirmat prima opinio: Patres consequenter peccare, si nō cogunt filios ad ieiunandum. Cuius ratio est, quia parentes habent curam filiorum, & tenentur educare illos in disciplina, & correctione Domini, & tenentur cogere eos, vt præcepta Ecclesiæ seruent. Ita Sanchez, *lib.* 5. *Consil. cap. p. dub p nu.* 8. & 11. quē *in dub.* 13. *nu.* 106. pro priori sententiā adduximus.

111 Secunda opinio ait: Non teneri Parentes cogere filios ad ieiunandum, quando nolunt ieiunare: Etiam si constaret, quod non haberent causam excusantem: quamuis teneantur monere, & corrigere, & increpare filios, quādo nolunt ieiunare, cum possint. Cius rāo est: quia rāo prioris est, licet Parētes debeant habere maiorem curam filiorum, quam seruorum, vt potè quia sunt ipsis magis coniuncti, non tamen habēt supra ipsos iurisdictionem spiritualē, & ideò in ordine ad spiritualia, non possūt supra ipsos exercere aliquā vim coercitiuam,

tiuam,nec punire quando delinquunt in spiritualibus. Ratio posterioris est,quia hoc spectat ad curam,quam habere debent de ipsis: cum enim debeant illos educare in disciplina, & correctione Domini,iuxta *Apostol.ad Ephesios.6.*cõsequenter debent illos corripere,quando errant, præsertim circa obseruantiã præceptorum Ecclesiæ. Ita Sotus, *de leg.secret.memb 8 quæst.3.concl.4.versic. Respond. quarta conclus.* Rodoriquez, *part.1 sum.cap.23.conclus.4.* Vega, *part. 1.sum.cap.14.cas.27.* Azorius, *lib.7.capit. 20.quæst.12.* Vilalobos,*tom.1 sum.trac. 24.diffic.3 num.3.*Ortiz,*cap.19.sum præcep.secund.num.14.* Aragonius,*2.2.quæst. 32.artic.3.* Diana,*part 1. tract.9. resolut. 28.* Ghilinus, *in sum.v.Ieiunium num.9* Reginaldus, *lib.4.num.199.* Filliucius, *tom secund.tract.27.part.secund. capit.6. num.91.* Pasqualigus, *de Ieiun.decis.362. num 3.& 4.* Fagundez, *Præcep.4.Eccles. lib.1.cap. 0. num.11.* Homobonus, *part. secund.Examen.Eccles.tract.8. cap.7.qu. 21.versic.verum ullo præcepto.* & alii. Immò Patres,ministrantes cęnam filiis,nolentibus sinè causa ieiunare, excusantur à peccato. Ita Pasqualigus, *num. 7.* contra Filliucium, Reginaldum,& alios.

Dubitatur: An Pater familias possit in die ieiunij imponere famulis opera incompossibilia cum ieiunio?

112 Negat prima opinio: Quando commodè differri possunt: quia sunt causa,quod famuli,absque necessitate, violarent præceptum ieiunii. Ita Paludanus, *in 4 dist 15.quæst 4 articul 1.* vbi Gabriel, *dist.16 quæst.3. articul.1. notab. 4 § 3.Tertia causa.* Toletus, *lib 6.sum cap.5 num 1 versic.primus est.*Nauarrus, *in manual.cap.21.num.27. versic octauo peccat.* Angles, *in floribus quæst.7. de ieiun diff.2.in fine.* Emanuel Sà, *v.Ieiun. num 10.*Ledesma, *2.part.4.quæst.17 art. 1.circa finem.versic.Tertio dico.*Azorius, *part 1.lib.7.cap.21. quæst.12.* Rodoriqu. *to.1.sum.cap.23.num.5.* Vega,*tom.1.sum cap 14.de Ieiun.cas.27 in fine.* Siluius,*2. 2.quæst.147.quæst.1.in fine.* Lublinus,*in sum v.Ieiunium num.secund.*Homobonus, *part.secund.exam.Eccles.trac.8.cap. 7.quæst.21.versic.Quod attinet,* & alii.

113 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia præceptum ieiunii non obligat abstinere ab opere seruili incõpatibili, vt ieiunetur. Vndè, secundum declarationem Eugenii IV. vt diximus in *dub. 3. num. 25.* artifices diuites, & qui absque incommodo possent abstinere ab exercitio artis, non tenẽtur abstinere, sed possunt laborare, & non ieiunare: ergo etiam famuli, exercentes opera incompatibilia cum ieiunio, erunt exempti à præcepto ieiunii; etiam si commodè possent differre: & consequenter Domini, vel Patres ea, imponẽtes, non peccabunt: quia vtuntur iure suo, nec inducent famulos ad aliquid malum, cum sint exempti à ieiunio. Ita Bonacina, *de leg.disp.vltim. quæst 1.pun. vltim.nu 9.versic.Addo.* Fernandez,*part. secund.cap 8.§.2.num 15.* Ortiz, *cap.19. sum.num 14.*Auctor casuum conscientiæ Bononiens.*Anni 1636.cas.3.mensis Septembris.* Trullench. *lib.3.Decalog capit. secund.dub 7 num.8.* Sanchez, *lib.5.Cõsil.cap.1.dub.9. num.secund.* Pasqualigus, *de Ieiunio decis.324.num.3.* & alii.

An Coniuges teneantur ieiunare, quando ieiunium impediret, nè sibi inuicem possint reddere debitum?

Dub. 15.

114 Communis opinio negat. Cuius ratio est: quia sicut ieiunium non impedit opera necessitatis, & subindè non obligat eum,qui ieiunando munus suum obire nequit: ita nec opus obligationis, quale est hoc, eò, vel maximè, quod non reddere est in præiudicium tertii. Tum, quia cum duo concurrant præcepta incompatibilia, alterum humanum abstinentiæ,alterum verò naturale diuinum, ad iustitiamq; pertinens, reddendi debitum; hoc tanquam fortius præualere debet. Ita Molfesius, *to. 1 sum.tract.10 capit.5.num.45.* Emanuel Sà, *v.Ieiunium num 9.* vbi Armilla, *nu. 4* Tabiena, *num.20.* Medina, *C.de Ieiunio quæst de his, quæ ad ieiunium tenẽtur in 1. causa excusante.* Caietanus, *in sum.v.Ieiunium cap.3.versi. excusantur in fine.* Nauarrus, *in manual.cap.21.nu. 16.* Angles, *in floribus part.secund in 4. quæst.6.de ieiunio diffi.12.append.secund.* Ledesma, *part.4.quæst 17.articul 3.versic.Propterea in hoc articulo.* Valentia, *2.2.disp.9. pun.5. versic. Necessitas excusat.* Philiarcus, *de offic.Sacerd tom.1.par. secund. lib. 2. capit. 25. §. causę ob quas.* Sanchez,*lib.9.de Matrim.disp 3.num.10 & lib.5.consil cap.1.dub.35.num 5.*Lesius *lib.4.cap.2.num.44.* Toletus, *lib.6. sum. cap 4.*

cap.4.num.4. Graffius, *part.1.decis.lib.2. cap.37.num.52.* Reginaldus, *lib.4.num. 217.* Filliucius, *tom.2.tract.27.part.2.cap. 6.num.119 & 124.* Layman, *in Theolog. moral.lib.4.tract.8.cap.3.num.4.* Fagundez, *Pracep.4.Eccles.lib.1.cap.8.num.18.* Siluius, *2.2.quaest 147. articul.4.versic. Ex his intelligi.* Basseus, *in floribus Theolog.pract. v.Ieiunium 2.num.10.* Bonacina, *de leg.disp.vltim.quaest.1.pun.vltim. num.14.* Ludouicus à S. Ioanne, *part.1. sum.tract. de Ieiun. à num.6.* Vilalobos *tom.1.sum.tract.23.diffic.4.num.17.* Sancius, *in Select.disp.54.num.23.* Ioan. del Cruz, *part p.direct.conscient pracep.3.artic.5.num.7.* Fernandez, *part.secund.cap. 8.§ secund.num.21.* Auersa, *quaest.21. de Matrim sect.1.versi.Inferri tandem.* Llamas, *part.3.methcd.cap.5.§.21.* Lublinus, *part.1 sum.v Ieiunium num.9.* Ghilinus *in sum.v Ieiunium numer.22. littera R.* Trullench. *lib.3.Decalog.cap secund.dub. 7.num.13* Pasqualigus, *de Ieiunio decis. 280. num.secund.* Tancredus, *de Matr. lib 9.disp.3.num.5.* & alii.

115 Limitat hanc cummunem sententiam Lopez, *part.secund.in tract cap.111 in fine.* Tunc excusari ex hac causa Virum à ieiunio, quando nisi die illa ieiunii, qua debitum signis petit vxor, vir reddat, patietur ipsa incontinentiæ periculum, aût ægrè feret, aût suspicabitur Virum amore illo turpi captum esse. Secùs si precibus, aût verbis blandis possit ipsam auertere.

116 Sed hanc limitationem meritò impugnant Sanchez, *lib.9.de Matrim.disp. 3.num.10.circa medium.* & Pasqualigus, *de Ieiun.decis.280. num.secund.* Quia nõ tenetur ieiunare, etiam si possit precibus, aut alio modo remouere alterum coniugem à petendo debito. Ratio est: quia licèt possit tali pacto remouere, nõ tamen tenetur: potest semper reddere, quod debet ex iustitia: etiam si non possit ieiunium seruare: quia semper præceptum iustitiæ seruandum est, & præponendũ pręcepto humano: nec tenentur, vt seruemus præcepta humana, adhibere media, vt nos subtrahamus obligationi ex iustitia.

117 Hæc causa, excusans à ieiunio, intelligenda est, quando Vir notabiliter videretur impotens, ad moderatè reddendum: non autem excusabit, si tantillum debilitetur. Ita Sanchez, *d.disp.3.nume. 10.circa finem.* & Pasqualigus, *num.4.* Et quamuis coniux cum ieiunio moderatè possit reddere debitum, tamen potest sinè ieiunio reddere debitum ex charitate, quando adest postea periculum incontinentio, præcipuè quando adest aliqua suspicio, aût minuetur coniugalis amor. Ita Sanchez. Neque tenetur relinquere ieiunium, vt valentior sit in vsu matrimonii, nisi adsit periculum incontinentiæ alterius coniugis. Neque tenentur coniuges esse minùs frequentes in vsu matrimoniali, vt possint ieiunare, quando est ieiunandum; sed possunt nõ ieiunare, si verè difficultaretur, ita indicante prudente Confessario, & Medico: vt modo consueto sibi inuicem reddãt debitum. Ita Auersa, *quaest.21. de Matrim sect.2. versic. Inferri tandem select. in fine.* & Pasqualigus, *de Ieiunio decis. 280.num.8.*

118 Immò quamuis ob solam delectationem adhibet quis coniugalem copulam, non tamen tenetur ad ieiunium, quando cum ieiunio copulam coniugalem adhibere non potest: quia habet ius ad talem delectationem. Ita Pasqualigus, *num.10.* qui in *num.11.* plus addit: Coniuges, ob reddendum debitum, possunt in Quadragesima vesci carnibus: dummodo quod complexio sit valdè debilis, ita vt sinè carnibus difficile possint soluere debitum: quod ego censeo fieri non posse sine licentia prudentis Confessarii, & Medici, re maturè considerata: vt docet Gesualdus, *tom, 3. tract.22.capit.5.num.28.*

119 Peccat tamen Mulier, si se, ita ieiuniis affligat, vt se impotentem faciat, ad reddendum debitum: quia voluntariè ledit Virum circa dominium sui corporis; quod ipse habet. Vndè deteriorem facit rem alterius in ordine ad vsum, ad quẽ ipse habet ius: & ideò peccat contra iustitiam. Ita Pasqualigus, *decis.280.num. 12.* Ledesma, *2.part.4.quaest.17.articul.1 versic. Ex pradictis colligitur.* Nota hic, quod ad deliberandum, Num reddatur impotens ex obseruantia Ieiunii, ad rẽdendum debitum? semper esse adhibendum concilium confessoris prudentis, & Medici, ne in causa propria facilè quis decidat contra præceptum de ieiunando, vt supra notaui num.118.

Quan-

Quando nam Vxor excusetur à ieiunio Ecclesiastico? Dub.16.

120 RElictis his dictis in Dubitatione præcedenti, dico Primò: Quando Vxor ob ieiunium sit macilenta, & minùs placet viro. Ratio est: quia bonum matrimonii exigit, quod conseruetur mutuus amor maritalis: in hoc enim cõsistit quies status matrimonialis: Bono autem status maritalis cedit preceptum Ecclesiæ, quale est præceptum de ieiunio; quando per accidens est ipsi cõtrarium: quia, cum sit tantum propter bonum particulare ieiunantis, maius malum indè prouenerit, immò etiam notabile incommodum, quale esse perturbatio quietis status matrimonialis: vndè ieiunium esset causa, quod coniuges caderent à bona conditione matrimonialis status: Præcepta autem Ecclesiæ: non obligant cum perturbatione proprii status. Ita Caietanus, *in sum. v. Ieiunium capit.3.versic. Excusantur infirmi.* vbi Armilla, *num.*4. Ledesma, 2.*pa.* 4.*quæst.*17. *artic.secund. dub.*7. Angles, *in floribus part.secund in 4.part.6. de Ieiun.diffic.*12.*append* 4. Philiarcus, *de offic. Sacerd.to.*1.*part.*2.*lib.*3 *capit.*25.*§.causæ ob quas.* Emanuel Sà, *v. Ieiunium num.* 4. Sanchez, *lib.9 de Matrim.disp.*3.*num.* 11.*& to secund.consil.lib.*5 *cap p. dub.*15. *num.*5. Lesius, *lib.*4.*cap.*2.*num.*44. Molfesius, *to.p.sum.tract.* o.*capit.*4.*num.*46. Reginaldus, *lib.*4. *num.* 217. Filliucius, *to secund.tract.*27 *part.*2. *cap.*6. *num.*124. Fagundez, *præcep.*4.*Eccles. lib.p capit.*8. *nu.*18 Basseus, *in floribus Theolog.pract. v. Ieiunium* 2.*num* 10. Bonacina, *de leg. disp.vltim.quæst.p.pun.vltim num.*14. Ludouicus à S. Ioanne, *part.p.sum.tract.de Ieiunio articul* 8. Sancius, *in select.disp.* 54.*num.*14.*versic. Qui optimè.* Lublinus, *part.p.sum.v. Ieiunium num.*9. Ioan. del Cruz, *part.*1.*direct.conscient præcept.*3.*tr* 4.*num.*9. Nauarrus, *in manual capit.*21. *num.*16.*in fine.* Gaspar Hurtad. *de Sacra. disp.*10 *de Matrim.diffic.*11.*in fine.* Trullench. *lib.*3. *Decalog.capit.secund. dub.*7. *num.*13. Pasqualigus, *de Ieiun.decis.*281. *num.*1. & alii.

121 Et tunc censenda sit Vxor constituta in tali casu, quando Vir notat in vxore pallorem, & debilitatem, tamquam quid extraordinariũ: quia tunc si Vxor non cognoscat aliam causam, id potest tribuere ieiunio. Ita Pasqualigus, *numer.*3.

122 *Secundò:* Quamuis Vxor ex præcepto Mariti de non ieiunando, teneatur ad ieiunium: & multo magis, quando Vir præciperet ei non ieiunare in contemptum præcepti, vel Ecclesiæ, quamuis rixæ indè orirentur: quia tunc potiùs deberet mortem substinere, quã obedire. Tamen Vxor non tenetur ieiunare, si ex ieiunio oriantur rixæ, & solueretur mutuus amor coniugalis: dummodò quod non fiat incomtemptum præcepti Ecclesiastici. Ratio est: quia præcepta Ecclesiæ ordinantur ad bonũ spirituale, & ad perficiendam vnumquemq; secundum virtutem: vndè quando per accidens sortiuntur effectum cõtrarium, cessat obligatio ipsorum, cum non sit ampliùs secundum mensuram intentionis Ecclesiæ: Vt contingit in casu nostro, in quo obseruatio ieiunii soluit mutuum amorem inter Cõiuges. Ita Innocentius, *in rubric. de obseru. ieiunij num.p.* vbi Panormitanus, *num.*8. Abulens. *quæst.*149.*in cap.*6 *Matthei* D. Antoninus, *par.secund.tit.*6. *cap.secund.* § 6. Paludanus, *in* 4.*dist.*15 *questiton.*10. Toletus, *lib.*6.*sum.cap.*4.*num.*4. Azorius *part.secund.titul.*6 *cap secund.*§ 6. Paludanus, *in* 4.*dist.*15.*quest.*10 Toletus, *lib.* 6 *sum.capit.*4.*num.*4. Angles, *in floribus quest.*6.*de Ieiunio diffic.*12.*append.*4 Ledelma, 2.*part* 4.*quest.*17.*articul.*3 *dub.* 8.*in fine, & artic.*3.*versic. Preterea in hoc articul.in fine.* Palatios, *in* 4.*dist.*15.*disp.* 8.*part* 4.*conclus.versic Denique.* Grassius. *part.p.decis cap.*37.*num.*53. Siluester, *v. Ieiunium num.*35. Tabiena, *ibi num* 21. Summa Corona, *part.p.capit.p.num.*17. Nauarrus, *cap.*21.*num.*19 Medina, C *de Ieiunio quest.*9.*versic. Adeumdem casum* Ioa. de Friburt. *in sum. confess. titul.*12. *quest* 27. Viguerius, *capit.*7.*instit Theolog.*§.3.*versic.*2.*in fine.* Lopez, *part p.cap.* 111.*in fine.* Sanchez, *lib.*9.*de Matrim.disp.* 3.*num.decim.tert.* Vilalobos, *tom p.sum. tract.*2. *diffic.*4.*num.decim.tert.* Ludouicus à S. Ioanne, *part.p.sum.tract.de Ieiun. articul.*8 Fernandez, *part secund.cap.*9. *§ secund num.decim secund in fine.* Sancius, *in Select.disp.*54.*num.*26. Molfesius, *to p.sum.tract.decim capit.*4.*num.*47. Fagundez, *Precep.*4.*Eccles. lib.p.capit.*9.*nu* 9. Homobonus, *part pr examen. Eccles. tract.*8.*cap* 7.*quest.*19. *in Resolut.versic. De eo autem.* Trullench. *lib.* 3. *Decalog. capit.*2. *dub* 7 *num.*15. Basseus, *in florib. Theolog.pract v. Ieiunium* 2.*nu.* 20. Layman, *in Theolog. moral lib.*4 *tract.*8. *cap* 3 *num.*

3. *num.* 4. Siluius, 2. *quæst.* 147 *articul.* 4. *versic. Ex his intellige.* Lublinus, *in sum. v. Ieiunium num.* 15. Pasqualigus, *de Ieiunio decis.* 282. *num.* 4. & alii. Non tamē in tali casu petenda est dispensatio: quia in tali casu præceptum non obligat. Ita Pasqualigus, & Sanchez, locis citatis.

123 Tertiò: Vxor non tenetur omittere ieiunium de præcepto, ob scandalum Mariti, quando Maritus, absque rationabili causa, vult, Vxorem non ieiunare. Si verò Maritus ex rationabili causa nollit, Vxorem ieiunare, tunc Vxor tenetur non ieiunare, ad uitandum scandalum Mariti. Ita Pasqualigus, *decis.* 283. *num.* 3. Pharaonius, *in suo promptuar io tract. p. sess. vndecim cas.* 26. & alii.

124 Quartò: Mulier, quæ nubere velit, si à ieiunio efficeretur valdè deformis, ita vt difficillimè nubere possit, non tenetur ad ieiunium: quia deperditio formæ, in ordine ad nubendum, censetur notabile damnum: si quidem hæc valdè à Viris attenditur: Præceptum autem ieiunii non obligat cum notabili detrimento. Ita Sanchez, *lib* 9. *de Matrim. disp.* 3. *num.* 12. Lopez, *part.* 2. *capit.* 111. *in fine.* Molfesius, *to. p. sum tract. decim. cap.* 4 *num.* 46. Sancius, *in Select. disp.* 52. *nu.* 25. Fagundez, *Præcep.* 4. *Eccles. lib. p. cap* 8 *num.* 18. Pasqualigus, *de Ieiunio decis.* 285 *num. p.* Trullench. *lib.* 3. *Decalog cap.* 2. *dub.* 7 *num.* 15. Dummodò, quod detrimentum sit notabile: quia quando non est notabile, non excusatur à ieiunio. Et tunc dicitur notabile, quando est deperditio caloris, macies, quæ statim ab vnoquoque notaretur. Vndè non excusabitur in vigiliis, & quatuor temporibus; quia vnum, & alterum ieiunium non potest causare notabile detrimentum formæ: Solum ergo poterit excusari in Quadragesima; non in singulis diebus, nam tenebitur saltem bis, aùt ter in hebdomada ieiunare: nisi fortè complexio sit tam delicata, vt ex his quoque ieiuniis notabiliter offendatur forma muliebris. Ita Pasqualigus, *num secund.* Sed in hac etiam decisione nota, excusationem à ieiunio debere fieri cum voto Confessarii, & Medici etiam in casibus hic propositis, qui sine passione iudicent, quod sit faciendum, vt supra etiam notaui.

An Pauperes teneantur ad ieiunium?
Dub. 17.

125 Communiter dicunt: Pauperes, nō habentes congruentem cibum, non teneri ieiunare. Quorum ratio est: quia quando non adest sufficiens refectio, ieiunium esset nimis onerosum, & præter intentionem Ecclesiæ: quæ non intendit, quod subtrahatur corpori debitum alimentum, sed solum quod maceretur per subtractionem multiplicis refectionis ciborum. Ita D. Thomas, 2. 2. *quæst.* 147. *artic.* 4. *ad* 4. & *in* 4. *dist.* 15. *quæst* 3. *articul.* 2. *quæst.* 4 vbi Durandus *quæst.* 10. *num.* 6. Gabriel, *dist.* 16 *quæst.* 3. *artic.* 1. *notab.* 4. §. *secunda causa* Riccardus, *artic.* 3. *quæst.* 4 Paludanus, *dist.* 15. *quæst.* 4. *artic secund. conclus.* 3. Emanuel Sà, *v. Ieiunium num.* 9. vbi Armilla, *num.* 3 *num.* 15. Rosella, *num.* 26 Siluester, *num.* 24. Azorius, *part p. lib.* 7. *cap.* 18 *quæst.* 7. Toletus, *lib.* 6. *sum. cap* 4. *nu. secund.* Aless. *part.* 4. *quæst* 101. *articul.* 4. 4. Nauarr. *in manual. cap.* 21. *num.* 16. *versicul. Prima scilicèt.* Caietanus, *in sum. v. Ieiunium cap* 3. *versic. excusantur infirmi.* Angles, *in floribus part secund in* 4. *quæst.* 6. *de ieiunio diffic.* 9. Reginaldus *lib.* 4. *num.* 211. Lesius, *lib.* 4. *capit. secund. num.* 40. Molfesius, *to. p. sum. tract.* 10. *ca.* 4. *num.* 39. Viguerius, *cap.* 7. *instit. Theolog* § 3. *versic secund.* Filliucius, *tom. secund. tract* 28. 27. *par. secund. cap.* 6. *num.* 115. Sanchez, *lib.* 5. *Consil capit. p. dub.* 15. *num. p.* Bonacina, *de leg. disp. vltim. quæst. p. pun. vltim. num.* 5. Fagundez, *Præcep.* 4. *Eccles. lib. p cap* 8. *num.* 12. Lezana, *v. Ieiunium num* 8. Vilalobos, *tom. p. sum. tract.* 23. *diffic.* 4. *num. secund.* Layman, *in Theolog. moral lib.* 4. *tract* 8. *cap.* 3. *nu.* 3. *versic. Tertia est.* Ghetius, *v. Ieiunium cap secund. num.* 8. Valentia, *tom secund. disp.* 9. *quæst secund. pun.* 5. *versic. Item excusantur.* Medina, *C. de Ieiun. quæst.* 9. *initio.* Perez, *part. p. præcep.* 3. §. *de Ieiunio.* Llamas, *part.* 3 *method capit.* 5. §. 21. Pasqualigus, *de Ieiunio decis.* 275. Lublinus, *in sum v. Ieiunium num* 5 Bizozer *part.* 4. *sum. de* . . *Præcep. Decalog. cap. vlt. memb. vltim num* 5. Trullenc. *lib.* 3. *Decalog. cap.* 2. *dub* 7. Basseus, *in florib. Theolog. pract. v. Ieiunium* 2 *num.* 6. Ioan. del Cruz, *part p. direct. conscient præcep.* 3. *artic.* 4. *num* 7. & alii.

126 Vndè Primò: Pauperes, mendicantes regulariter, sunt exempti à ieiunio: quia

quia ferè numquam habent congruentem refectionem; cum ipsis deficiat, aùt quantitas, aùt qualitas ciborum: non autem sunt exempti à ieiunio dicti pauperes, quando in sua mendicitate sunt diuites, vt de aliquibus constat, qui colligunt notabilem quantitatem pecuniç: quia pussunt sibi prouidere de congruẽti substantia. Ita D. Thomas, & alii citati.

127 Pro congruenti refectione verò non sufficit panis, quamuis sit in quantitate: sicut nec etiam fructus, & olera; sed requiri cibos, qui sint maioris nutritionis: quia panis, fructus, & olera moraliter censentur incongrui, & insuffiiciẽtes ad completam substentationem, quod natura indiget meliori cibo. Ita Angles, *in floribus quæst. 6. de Ieiun. diff. 9. append. 3.* Sanchez, *tom. secund. Consil. lib. 5. cap. p. dub. 15. num. 3.* & Pasqualigus *de Ieiunio decis. 275. num. 3.*

128 Vndè, qui non habet vinum, non tenetur ieiunare. Et ita dic, quandò in aliqua regione, loco vini, adhibent aliquem alium liquorem: quia, eo subtracto, subtrahitur magna refocillatio, & quæ plurimum roboris afferat. Ita Pasqualigus, *num.* 5.

129 Secundò: Pauperes, qui sibi manibus victum quærunt, & parum lucrantur, aùt lucrum pro aliorum quoque substentatione debent impendere, atque adeò coguntur parcè viuere, & vti cibis exiguæ nutritionis, non tenentur ieiunare: quia non habent congruentẽ refectionem, & nimis macerarentur, si superadderent ieiunium. Ita Pasqualigus, *de Ieiunio decis. 275 num. 4.* Etiam si artes, quas exercent, sint leuis laboris.

130 Tertiò: Qui non habent parantes necessaria pro congrua refectione, non tenentur ieiunare. Ita Tabiena, *v. Ieiunium quęst. 9.* vbi Siluester, *num. 24. versic. Quartum excusantur.* Sanchez, *lib. 5. Consil. cap. p. dub. dec. quint. num. secund.* Trullench *lib. 3. Decalog. cap. secund. dub. 7. num. 6.* Pasqualigus, *de Ieiunio decis. 276. num. p.* Vndè Artifices, quando ex defectu parantis, non habent cõgruam refectionem, excusantur à ieiunio. Ita Pasqualigus, *num.* 3.

131 Quartò: Religiosus, qui sinè refectiuncula non potest ieiunare, & manè ita tardè prandet, vt hora refectiunculç non concoxerit cibum; & si aliquid comedat, noceat stomaco, nec possit differre refectiunculam vltrà tempus assignatum: tum quia clauditur refectorium: tum quia nõ haberet postea tempus, sufficiens ad dormiendum, cum noctu ad Matutinum surgendum sit; non tenetur ad ieiunium: quia non potest habere congruam substentationem cõgruo modo, congruo tempore; & proindè, cum non possit ieiunare, nisi cum notabili damno, non tenetur ieiunare. Ita Pasqualigus, *de Ieiunio decis. 376. num. 4.*

132 Quintò: Qui ex consuetudine vescitur solo pane, cum allis, cœpis, fructibus, &c. putat Pasqualigus, quod non tenetur ieiunare, si habet solum huiusmodi cibos: quia non habet congruum alimentum pro vnica refectione. Et quamuis solitus sit vti solum tali alimẽto, non tenetur tamen ob pręceptum ieiunii sibi subtrahere etiam de tali cibo: nam præceptum obligat quidem ad sibi subtrahendam multiplicem refectionem, sed quando potest haberi vnica refectio congrua, & commoda, tam quò ad qualitatem, quàm quò ad quantitatem. Ita præfatus Pasqualigus, *de Ieiunio decis. 779. num. p.* Etiam si vescatur his cibis, vt se ponat aliquid ob suos, vel suorum necessitates: quia licèt possit sibi prouidere de cibo, sibi congruenti; id tamen non fieret sinè notabili incommodo, quia sibi subtraheret illud commodum, quod perciperet ex se positione pecuniæ, quod est certè notabile, quia ordinatur ad subueniẽdum necessitatibus propriis, & suorum. Sic Pasqualigus, *num. 3.* Sed hæc opinio videtur nimis lexa: de ea iudicent Viri docti.

Dubitatur: An qui non habet alios cibos, quàm carnes, possit ijs vesci, quando sunt prohibita? Et quid, si habeat panem, quo possit substentari?

133 Affirmatiuè respondent Cardinal. *in rubric. de obseruat. ieiun. quæst.* 8. Abulens. *quęst. 371. in cap. 6. Matthęi.* Siluester, *v. Ieiunium quęst. 9.* Angles, *in floribus quęst. 9. de ieiun. artic. p. diffi. 4. append. p.* Toletus, *lib. 6. sum. cap. 4. nu. 4.* Henriquez, *lib. 7. sum. cap. 13 num. 12,* Azorius, *part. p. lib. 7. cap. 17 quęst. 7.* Filliucius, *tom. secund. tract. 27. cap. 6. nume. 115.* Fagundez, *lib. 4. de 4. pracep. Eccles.*

cap.

capit.secund.num.8.in fine. Bonacina, *de leg.disp vltim quaest.p.pun.vltim.num.5* Sanchez, *lib.5.Consil.cap.p.dub.29.num.4.* Pasqualigus, *de Ieiunio decis.49 num.1.* & alii. Quorum ratio est: quia Ecclesia non obligat cum graui incommodo: sicut enim Christi iugum suaue est, ita etiam Ecclesia. Vndè quando quis non habet alios cibos, quam carnes, potest iis vesci, quando sunt prohibitæ.

134 Quod si pauper nō habuerit panem, & per vnicum tantum diem deficiant etiam alii cibi, potest, loco ipsorum, vesci carnibus. Ratio est: quia lex, prohibens carnes, intendit tantum macerationem illam, & abstinentiam, quæ prouenit ex subtractione carnium, & nō aliam maiorem: ergo quando lex non potest seruari sinè extraordinaria abstinentia, & maceratione, desinit obligare. Tum, quia cessat intentio legis, quæ intendit moderatam tantum abstinentiam. Tum quia lex fieret nimis onerosa absque noua causa, ait Pasqualigus, *de Ieiunio decis.49.num.3.* Attamen Vega, *tom.1.sum.cap.14.cas.18.* & Angles, *in floribus quaest.9.de ieiunio articul.1.diff.4.* dicunt. Si per vnicum tantum diem careret aliis cibis, tunc non potest vesci carnibus; sed deberet contentus esse solo pane. Secùs si careret per plures dies Ita Doctores citati; qui videntur rationabiliter loqui.

An quiputabat habere iustam causam non ieiunandi, peccet, si non ieiunet, si reipsa, causa non sit iusta?
Dub. 18.

135 NEgatiuè respondeo. Ratio est: quia moralia præcepta, moraliter interpetrari conuenit: neque Ecclesiæ intentio est, graue aliquid iugum conscientiis fidelium iniicere. Tum quia, quando censetur adesse iusta causa non ieiunandi, intentio non fertur contra legem, nec directè, nec indirectè. Immò operatio est secundum rectā rationem, nam recta ratio dictat, quod liceat soluere ieiunium, quando existimatur adesse causa sufficiens soluendi; & ideò etiam operatio habet debitam rectitudinem. Ita Paludanus, *in 4.dist.15.quaest.4 artic.1.* Siluester, *v.Ieiunium quaest.8.* vbi Armilla, *num secund.* Emanuel Sà, *num.14.* Caietanus, *capit.3.* & *in 2.2.quaest.147.artic.7.§. Ad huius euidentiam.* D Antoninus, *2.part.to.6. cap 2.§. Ante.* Ledesma, *2.part.4 quaest 17 artic secund.in fine versicul. Alterum est* Reginaldus, *lib.4.num.191.* & *222.* Rodoriquez, *tom.1.sum.cap.14.num.12.* Petrus Ledesma, *part.secund sum.tract.27 cap.secund. dub.5 post.5. conclus versic. Digo lo secundo.* Filliucius, *2.2.quaest.14. artic 4 versic. Petes, quid sit dicendum.* Molfesius, *to p.sum.tract.10 capit.4. nu.50.* Fernandez, *part.secund capit.8.§ secund. num.14.* Layman, *in Theolog. moral.lib.4 tract.8.cap.3.num.6.* Henriquez, *lib.9 sum.cap 25.num 10.* Sanchez, *lib.1. sum.cap.17 num 21.* Lesius, *lib.4. cap. secund dub.5 num.34.* Suarez, *lib.3 de leg. cap.24 in fine.* Vega, *part p.sum.capit.14. cas.36.* Valentia, *to 3.disp.9.quaest.3.pun.5.in fine.* Vasquez, *1.2 disp.158 capit.4.* Filliucius, *tom.secund. tract.27.part.secund.cap.6 num.130.* Bizozer *part.p.sum. de praecep.cap.vltim.memb.vltim. num.p.* & *9.* Ghilinus, *in sum.v.Ieiunium num.21 littera B,* &c. Pasqualigus, *de ieiunio decis 353.* Trullench. *lib.1. Decalog.cap. secund dub.7.num.20.* Bonacina, *de leg. disp.vltim.quaest.p pun.vltim.numer.19.* & alii.

136 An saltem peccet venialiter? Respondeo, quod Toletus, Nauarrus, Siluester, & Fernandez locis citatis affirmant. Alii verò Doctores citati nihil de hoc dicunt, sed solum, quod non peccat.

Dubitatur: An qui putabat habere iustam causam non ieiunandi, si sumit mane ientaculum, teneatur ieiunare?

137 AFfirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia potest adhuc seruare substantiam ieiunii: nam si ientaculum fuit sufficiens refectio, potest contentus esse vespertina refectiuncula: si verò non fuit refectio, potest prandere hora consueta, non sumendo vespertinam refectiunculam, aùt differre prandium vsque ad vesperam. Ita Layman, *in Theolog.moral lib.4. tract.8. capit.p num.13.versic.similiter nihil.* Lopez, *part.secund capit.112.* Rodoriquez, *to secund.qq.regul quaest.100. articul.secund.versic.Illud tamen.* Medina, *C de ieiunio quaest.5.versic. Inconformitatem.* Basseus, *in floribus Theolog pract. v Ieiunium 1 num.11.* Gordonus, *lib.6 Theolog.moral.quaest.18.capit.5 num.9 versic. Qua-*

Quaeresquid. Trullench· *lib. 3. Decalog. capit secund dub.7. num* 5. & alii.

138 Secunda opinio negat. Cuius ratio est: quia ieiunium est inuoluntarium, nec potest illud reparari. Ita Lesius, *lib. 4. capit secund. dub. 3. num* 18. Paludanus, *in 4. dist.15 quaest.4 artic.5.* Viualdus, *in append. ad candelab. capit.15. de ieiunio num* 60. Vilalobos, *tom p. sum. tract.23. difficult.6. num.7.* Ghilinus, *in sum. v Ieiunium num.21. littera H.* Sancius, *in Select disp.53. num.7* Bonacina, *de leg. disp vlt q pu. pu. vlt. num.*8. & alii.

139 Dicendum est tamen: Si ientaculum fuit in notabili quantitate, non tenetur ampliùs ad ieiunium. Secùs si fuerit in parua quantitate. Ratio prioris est: quia semel ieiunium violatum quò ad substantiam, non potest ampliùs reparari, quia iam tollitur forma, cum qua praescribitur. Ratio posterioris est: quia non frangitur ieiunium ex illa parua materia. Vndè non facit contra substãtiam ieiunii, sed solùm contra aliquam conditionem ipsius. Sic Pasqualigus, *de Ieiunio* 3.44. *num.*4.

An Tabernarii, & Caupones, vendentes, & ministrantes cibos in die ieiunii, peccent mortaliter?

Dub. 19.

140 Communiter Doctores dicunt: Quando hi probabiliter credunt, alterum excusari à ieiunio, posse illi ministrare cibos; etiam si causa occulta sit: nam tunc bona fide procedunt: & cum sibi persuadent non peccaturos, neque ipsi intendunt cooperari peccato.

141 Immò contra Nauarrum, *in manual. capit* 21 *num.* 16. Gabrielem, *in 4. dist. 16. quaest 3. dub.*4 & Maiorem, *in 4. dist. 15 quaest 4 §. Dubitatur:* dicendum est: Etiam si dubitarent de causa, excusante à ieiunio, possunt (non obstante dubitatione de legitima causa, excusante à ieiunio) Caupones, seù Tabernarii ministrare coenam: quia in dubio non est praesumendum malum de proximo. Ita Medina, *C. de Ieiun. quaest.11 circa finem* Sanchez, *lib p sum capit 7 num* 34. Valentia, *tom 3 disp.9 quaest secund pun secund versic. Quid autem attinet.* Siluius, 2 2. *quaest.147. articul* 1. *in fine* Molfesius, *tom p sum tract.10 capit.5. num* 30 Angles, *in floribus quaest de ieiunio diffic.3.* Vega, *part. p. sum. capit.14. cas.19.* Suarez *disp.10. de charit sect.3. numer* 2. Castrus Palaus, *part. p. opere moral tract 6. disp 6. pun.8. num.4. in fine* Bonacina, *de leg. disp. secund. quaest.4. pun secund. § vnico num.*38. Diana, *part p. tract 9. resolut.*29. Reginaldus, *lib.4. capit.16 numer.*200. Filliucius, *tom secund tract 27. part secund num.93* Homobonus, *part secund. Examen. Eccles tract* 8 *capit 7 quaest.21. versic. Primò quò ad ientaculum.* Pasqualigus, *de ieiunio decis.363. num.*4. Trullench. *lib.3. Decalog capit secund. dub.5. num.*9 Merolla, *tom. p. disp. secund. capit. 4. num.*297. & alii. Neque, stante tali dubitatione, possunt Caupones negare coenam: quia absque fundamento malè iudicarent de proximo; & apud caeteros qui sunt in taberna, laederent famam ipsius. Ita Pasqualigus, *num.*5.

142 Addunt tamen aliqui: Teneri hos Tabernarios, & Caupones interrogare eos, qui petunt cibos, An excusentur à ieiunio? si commode possunt. Ita Lessius, *lib 4. cap secund. dub 4. num.*24. Filliucius, *tom secund. tract 27. par secund. capit.5. num* 93. Victorellus, *in addit. ad Toletum lib.6. capit.5. v. Caupones* Trullench. *lib 3 Decalog. capit secund dub.5. num.9.* Maior, *in 4. dist.5 quaest 4 in fine* Basseus, *in florinus Theolog pract. v. Ieiunium 1 num* 14.

143 Sed meliùs dicunt alii. Non teneri, cum ad eos non pertineat id discutere, nec moraliter commodè possunt; & maximè, quia ordinariè multae causae, excusantes à ieiunio, possunt occurrere. Ita Sanchez, *lib. p sum. capit.7. num.*34. Molfesius, *tom p sum tract.10. cap.5 nu. 30.* Diana, *part. p tract.9. resolut.39.* Fernandez *part secund capit.8 § secund. nu. 22* Pasqualigus, *de Ieiunio decis* 364. *num secund* Auctor casuum conscient. Bononiens *anno* 1617. *cas.3. mens. Augusti v multo magis excusantur.* Merol *to.p. disp 2. cap.4 num* 297 *in fine*, & alii.

Difficultas est: Quando hi ministrantes cibos, credunt, alterum à ieiunio nõ excusari?

145 Primo opinio ait: In hoc casu non esse licitum huic ministrare cibos: quia saltè cooperatur executioni prauae intentionis non ieiunãdi cũ possiat. Ita Maior, *in 4. dist.15. q.4. §. Dubitatur* vbi Gabr. *dist.16. q.3. ar.3 dub.6 § Pro solutione igitur.* Medina *C. de Ieiu q.15 circa fin.* Tolet *lib 6. su. c 5 n.1 vers. Tertius casus.*

Victorellus, *in addit. Toleti v. Caupones.* Nauarr. *in manual. capit. 21. num. 26.* Siluius, 2. 2. *quæst. 147. artic. 4. quæst. p. in fine.* Fernandez, *part. secund. capit. 8. § secund. num. 22.* Basseus, *in floribus Theolog. pract. v. Ieiunium 1. num. 14.* Castrus Palaus, *part. p. tract. 6. disput. 8. numer. 7.* & alii.

146 Secunda opinio distinguit: Si hi, ministrantes cibos, possent sinè suo damno alicuius momenti illos denegare, ac proindè peccatum proximi impedire, non possunt eis ministrare; & per consequens, ministrando, peccant mortaliter. Si verò absque eo damno nequeũt, possunt ministrare. Ratio est: quia cum ministrare cibos alteri, non sit ex Obiecto malum, sed indifferens, & sola circumstantia scandali generalis, dando occasionem ruinæ spiritualis proximi, vitiet eam ministrationem; tunc tantum erit mala, quando ministrans tenetur id scandalum vitare: hoc autem pendet ex causa cogente, aut non cogente: & ita quando quis non potest sine suo damno alicuius momenti cibos illos denegare; ea ministratio non est peccaminosa: Secùs verò, si commodè potest absque suo damno id vitare. Ita Sanchez, *lib. p. sum. capit. 7. num. 34.* Lessius, *lib. 4. cap. secund. dub. 4. num. 21.* Fillucius, *to. secund. tract. 27. part. secund. capit. 5. num. 93.* Trullench *lib. 3. Decalog. capit. secund. dub. 5. num. 9.* Merolla, *to. p. disp. secund. capit. 4. dub. 10. coroll. 5. num. 99.* & alii.

147 Tertia opinio absolutè excusat à culpa. Cuius ratio est: quia intantum non possent Caupones ministrare cœnã iis, qui non habent causam, excusantem à ieiunio, in quantum cooperãtur peccato ipsorum: non cooperãtur autem; quia tunc solum quis cooperatur peccato alterius, quando concurrit, aùt ad ipsam actionem peccati, aùt ad aliquam aliam, in qua incipiat peccatum: non potest esse cooperatio ad peccatum, nisi cooperans in aliqua sua actione, deflectat à recto tramite, in ordine ad peccatum alterius. In casu autem nostro Caupo non concurrit ad aliquam actionem, in qua incipiat peccatum: namtantum parat, & exhibet cœnam, quæ est actio, ordinata ad substentationem naturæ, in qua nullã est peccatum: peccatum autem violationis ieiunii incipit solum in comestione, & in intentione comedendi; non autem in intentione, quod cœna porretur, quæ de se non est mala: & proindè Caupo in hoc exequitur proprium munus, quod licitè exercet. Ita Ledesma, *2. part. 4. quæst. 17. artic. 6. dub. 3.* Salonius, *2. 2. quæst. 77. artic. 4. controuers. 6. post. 3. conclus.* Alter Ledesma, *part. secund. sum. tract. 27. cap. secund. dub. 4. post. 6. conclus. versicul. Aesta difficultad.* Angles, *in floribus quæst. 7. de Ieiunio difficult. 4. append. p.* Auctor casuum conscientiæ Bononiensis, *anno 1636. cas. 3. mens. Augusti in fine.* Emanuel Sa, *v. Ieiunium numer. 24.* Caietanus, *2. 2. quæstion. 147. articul. 4. in fine.* Salonius, *2. 2. quæstion. 77. articul. 4. controuers. 5. post. 3. conclus. versicul. Dixi in hac conclusione.* Rodoriquez, *tom. p. sum. capit. 23. conclus. 5.* Vega, *part. prim. sum. capit. 14. numer. 19.* Bonacina, *de leg. disp. secund. quæstion. 4. pun. secund. § unico num. 37. & 38.* Molfesius, *tom. p. sum. tractat. 10. capit. 5. num. 30. & 31.* Diana, *part. pr. tractat. 9. resolut. 30. versicul. omnes iste.* Faustus, *lib. pr. Thesaur. Religio. quæstion. 172.* Ghilinus, *in sum. v. Ieiunium num. 15.* Homobonus, *par. secund. exam. Eccles. tractat. 8. capit. 7. quæstion. viges. prim. versicul. Primò quo ad sentaculum.* Pasqualigus, *de Ieiunio decision. 365. num. 5.* Fagundez, *Precept. 4. Eccles. libr. primo capit. decim. numer. decimo,* & alii.

An Serui, porrigentes cibos prohibitos, & parantes mensam Heris, peccent mortaliter? Dub. 20.

148 Negatiuè respondent Doctores citandi. Quorum ratio est: *quia* ministrare cibos, condere, coquere, & parare mensam, sunt actiones honestæ: & non fiunt malæ, nisi ordinentur ad malum finem: & si fiunt à famulis, pertinet ad munus ipsorum: Vndè hoc non est cooperari violationi ieiunii, quia hæc prouenit ex intentione violantis: sed tantum deseruire comestioni, non quatenùs ieiunium soluit, sed quatenùs ordinatur ad substentationem corporis. Ita Caietanus, *2. 2. quæst. 147. articul. 4. §. Et adhoc dicitur.* Angles, *in floribus, quæst. 7. de ieiunio difficul. quint.* Vega, *part. p. sum. capit. 14. cas. 19.* Ledesma, *part. secunda sum. tractat. 27. capit. secund. dub. quart. post. sext. conclusion.* Alter Ledesma, *secunda part. quarta quæst.*

quæst.17.artic.3 post 3.conclus. versicul. Præterea dubitatur Azorius, part.p.lib.7.cap .10 quæst.11. Sanchez, lib.p sum. cap.7.num 14. qui solum conced t de famulis: dummodò quod interueniat iusta causa Reginaldus, lib.4.num 194. Victorellus, in addit. ad Toletum lib.5.cap 5 v.vnum Valentia, to. disp.9 quæst.2. pun.3.versic.Quod autem. Molfesius, to. 1.sum tract. 10. cap.5 num.3. Bonacina, de leg.disp secund.quæst.4.pun.secund.§. vnico num.3. Vilalobos, to.1.sum.tract. 23 diffic.3 num p. Diana, part.p tract.9. resol.38.& part.5 tract.4 resolut.13. Homobonus, part secund.exam.Eccles.tra. 8.cap.7. quæst.21. Fagundez, Præcept.4. Eccles.lib.p.cap.10 num 9. Trullenchius, lib.3.Decalog.cap.secund. dub 5. num 11. Pasqualigus, de Ieiunio decis.370 num.p. & alii. Etiam si ministrantes non sint famuli ordinarii, docet Pasqualigus, nu. 3.contra Sanchez.

149 Coqui verò, & Pincernę possunt etiã in diebus, quibus carnes prohibentur, eas prægustare, vt vulgò: far la credenza: quia hoc non faciunt, causa manducandi; sed ex necessitate seruitii. Ita Nauarr. in manual. cap.21. num.13. Palatios, in 4.dist.15.disp.8. Antonius de Leone, in quæst.de colat.part.3.numer.8 Siluester, v.Ieiunium quæst.3.nu 9. Medina, lib.p sum.capit.14.§.10. Fagundez, lib p.de 4.Præcep. Eccles.cap secund. nu. 8. Ioa.del Cruz, in direct. conscient.præcept.3.artic.4 dub.8.num.p. Diana, part. 5.tract.5.resolut.32. Pasqualigus, de Ieiunio decis.44.num.1. Caietanus, 2.2.qu. 147 artic.3.circa finem. Bizozer, in sum. part.4.de 3 præcept. Decalog. capit.vltim. memb.secund.num.3.versic.Simili modo. Sanchez, tom.secund.Consil lib.5.capit p. dub.22.num.9. & alii.

150 Neque peccant venialiter: quia nõ faciunt contra præceptum, de non comedendis carnibus; neque huiusmodi prægustatores ab soluuntur à ieiunio, sed tenentur ieiunare, non secùs, ac si non prægustassent. Ita Pasqualigus, de Ieiunio decis.44.num 3.

An Itinerentes teneantur ad ieiunium? Dub. 21.

151 Est opinio communis, quod Itinerantes non tenentur ad ieiunium, quando iter est pedestere. Ratio est: quia iter pedestese maximè debilitat: quia continuus motus exigit, quod abbundanter spiritus animales subministrentur instrumentis, quibus exercetur: & ideò cum valdè spiritus consumẽtur, sequitur notabilis debilitas, & lassitudo; & ideò opus est maiori cibo, ad restaurandũ corpus: Vndè experiuntur, iter pedestre habentes, quod non possunt resistere, nisi crebriùs reficiantur. Ita D. Antoninus, 2.part.titul.6.capit.secund § 6. Nauarr. in manual. cap 21. nu. 16.in fine. Rosella, v.Ieiunium num.2. vbi Siluester, quæst.9.num.24. Emanuel Sà, num.9. Riccardus, in 4.dist.15.artic. 3 quæst.4 vbi Durandus, quæst. 10. Paludanus, quæst 4.num.20. Gabriel, dist. 15.quæst.3.artic.1.memb.4. versic.Tertia causa. Palatios, disp 8. Ledesma, 2.part. 4.quæst 17 artic.2.propos.secund. Viguerius, cap.7.instit.Theolog.§.3.nu secund. in fine. Turrecremata, cap Ieiunio num. 9 de consecrat. dist 5. Angles, in florib. quæst 6.de Ieiun diffic.10.dub.p. in fine. Toletus, lib.6.sum capit 4. num.secund. versic Tertia causa Medina, C. de Ieiun. quæst.9.versic mercatoribus. Pedrazza. præcept.3.§.13. Alter Medina, lib p.sum cap.14.§ 10. Summa Confess. lib p tit.12. quæst.9. Reginaldus, tom.p.lib.4. num. 217. Lesius, lib.4. capit secund num.43. Azorius, part.p.lib.7.cap.17. quæstion.9. Molfesius, to.1.sum.tract.10 cap.4. num. 44. Vilalobos, part.1.sum.tract.23.diffic. 4.num.10. Siluius, 2.2.quæst.147.artic.4 versic. An excusetur. Filliucius, tom secund.tract.27 part secund cap 3. nu.119. & 125. Ortiz, cap.19.sum num.19. Sanchez, lib.5.Consil. capit p dub.10. num.1. Fernandez, part.secund.capit.8.§ secund. num.12. Layman, in Theolog.moral.lib 4 tract 8.capit.3.num.4. Bonacina, de leg. disp vltim.quæst.p.pun vltim.nu.11. Sancius, in select.disp 51. num. 21. Ludouicus à S. Ioanne, part p. sum.tract de ieiunio artic.6 Rodoriquez, part p. sum. cap.12.num.1. Lublinus, par.p sum.v Ieiunium num.21. Trullench. lib.3. Decalog.cap.secund. dub 7. num.12. Pasqualigus, de Ieiunio decis.313. numer secund. Caluus, lib.3 Synafis curiæ animarum quæst.120 num 6. & alii.

152 Non tamen requiritur, vt iter sit lõgum, v. g. plurimorum dierum: sed sufficit iter vnius diei, si in illo die contingit ieiunium: quia attendenda est præsens fatigatio, quæ cum illo die fit notabilis, & sufficiens, vt soluat obligatio

nem ieiunii. Ita Pasqualigus, *num.* 3.

153 Limitant hanc sententiam aliqui: Dummodò quod iter sit necessarium, vel saltem commodè differri non potest: quia præceptum præponendum est rebus voluntariis, quandò simul cum ipsis obseruari non potest. Ita Paludanus, *in 4. dist.* 15. *quæst.* 4. *num.* 19. vbi Palatios, *disp.* 8. Gabriel, *quæst.* 4. *articul.* 1. *notab.* 4. Durandus, *dist.* 15. *quæst.* 10. *num.* 6. Riccardus, *articul.* 3. *quæst.* 4. Silvester, *v. Ieiunium quæst.* 9. *num.* 24. Toletus, *lib.* 5. *sum. cap.* 4. *num. secund.* Azorius, *part. p. lib.* 7, *cap.* 17. *quæst.* 9. Summa Confess. *titul.* 12. *quæst.* 10. Medina, *C. de Ieiunio quæst.* 9. *versic. de Mercatoribus.* Nauarrus, *in manual cap.* 21. *num.* 16. *in fine.* Angles, *in floribus quæst.* 6. *de ieiunio diffic.* 10. *dub. p. in fine.* Vega, *part. p. sum. cap.* 14. *cas.* 20. Lesius, *lib.* 4. *cap. secūd. num.* 43. Vilalobos, *part. p. sum. tract.* 23. *difficult.* 4. *num.* 10. Molfesius, *to. p. sum. tract.* 10. *cap.* 4. *num.* 44. Filliucius, *to. secund tract.* 27. *part. secund. cap.* 3. *num.* 119. Reginaldus, *tom. p. lib.* 4. *num.* 217. Trullench. *lib.* 3. *Decalog. capit. secund. dub.* 7. *num.* 13. Siluius. 2. 2. *quæst.* 147. *artic.* 4. *versic. An excusantur.* Layman, *in Theolog. moral. lib.* 4. *tract.* 8. *cap.* 3. *num.* 4. *versic. Quarta causa.* Sanchez, *lib.* 5. *Consil. cap. p. dub.* 10. *num. p.* Fernandez, *par. secund. cap.* 8. § *secund. num.* 12. *vers. Quarta causa.* Caluus, *lib. secund. Synafis curiæ animarum quæst.* 120. *num.* 6. & alii.

154 Hanc limitationem non admittunt alii. Quorum ratio est: quia præceptum de ieiunio est merè præceptiuū, & nullo pacto prohibitiuum: quia totum consistit in præcipienda abstinentia cum tali modo, & mensura, vltrà quam non se extendit obligatio ipsius. Ita autem præcipit talem abstinentiam, vt solum eam intendat, quando sinè notabili incommodo haberi potest: & proindè nec pueri, nec senes, nec valetudinarii, nec qui exercent opera laboriosa subduntur ipsius obligationi. Vndè cum iter pedestre importet laborem, non admittentem obligationem ieiunii, & præceptum ieiuni non prohibet iter pedestre, poterit tale iter suscipi, & non obseruari ieiunium. Ita Ledesma, 2. *part.* 4. *qu.* 17. *artic.* 3. *proposit. secund.* Emanuel Sà, *v. Ieiunium num.* 9. Ortiz, *capit.* 19. *sum. sum. nu.* 12. Viguerius, *cap.* 7. *instit. Theolog.* § 3. *num. secund. in fine.* Basseus, *in floribus Theolog. pract. v. Ieiunium secūd. numer.* 7. *in fine.* Medina, *lib. p. instruct. confess. cap.* 14. § 10. Ghilinus, *in sum. v. Ieiunium num.* 21. *littera L.* Sancius, *in Select. disp.* 51. *num.* 21. Pasqualigus, *de Ieiunio decis.* 315. *num.* 3. Diana, *part. p. tract.* 9. *resolut.* 40. & 46. & alii.

Dubitatur: Quantum debet esse iter, vt soluat obligationem ieiunÿ?

155 Bonacina, *in tract. de leg. disp. vltim. quæst. p. pun. vltim. nu.* 11. ait: Sufficere iter quindecim, vel viginti milliariorum.

156 Filliucius verò, *in secund. tom. tract.* 27. *part. secund. num.* 127. ait sufficere iter duodecim, vel quindecim milliariorum: quia ex obiecto labor est ordinariè, inducens defatigationem, & consequenter est necessaria recreatio.

157 Pasqualigus tamen, *in tract. de Ieiun. decis.* 313. *num.* 4. præscindendo à quibuscumque aliis circumstantiis, ait: Sufficere septem, aùt otto milliaria, vt cesset obligatio ieiunandi: quia tale iter sufficiens est ad generandam notabilem lassitudinem, & ad consumandum plurimos spiritus: Vndè si subtraheretur alimentum, vndè restauraretur, corpus nimium pateretur. Ratione vero circumstantiarum, ait Pasqualigus, *in nu.* 5. possunt sufficere pauciora milliaria: vt nimirum, si quis non sit assuetus, tunc enim iste magis fatigabitur per quatuor aùt quinque milliaria, quam alter assuetus per quindecim milliaria. Item si sit delicatæ complexionis, quia tunc potest minùs labori resistere, vndè tunc iudicandum est iuxtà fatigationem, quā experitur, comparando ipsam cum fatigatione eorum, qui decem milliaria conficiunt, & sunt robustæ complexionis. Similitèr, si via sit valdè ardua, & montuosa, aùt luto valdè obsita, vt malè ambulantes substineant. In iis enim casibus labor magis longè crescit. Vndè videmus ęquos quoque minùs durare per pauciora milliaria, quam durent quando via est bona. Rursus, tempore ęstatis sufficient pauciora milliaria, quia Itinerantes non solum sentiunt laborē itineris, sed etiam conficiuntur à calore, qui maiorem lassitudinem causat, quàm causet labor itineris.

158 Vndè Regulares, qui iter pedestre faciunt, excusantur à ieiunio, etiam si ieiunia imposita sint à Regula sub mortali

tali peccato, vt est in nostra Regula S. Francisci: quia Regula non habet maiorem vim obligandi, quam habet præceptum Ecclesiæ: & ideò cessat obligatio ex iis causis, ex quibus cessat obligatio præcepti Ecclesiastici. Ita Pasqualigus, *de Ieiunio decis.327.num.6.*

159 Nota, quod Fratres Minores itinerantes, possunt transferre ieiunium diei itinerationis in alium diem. Dies verò, in quo dies ieiunii itinerationis debet transferri, non debet esse dies ieiunii præcepti ab Ecclesia, dicunt Sotus, *in 4.dist.19.quæst.secund.artic.p.* Emanuel Rodoriquez, *tom secund.qq.regular.qu.100 artic.3.& in sum par.3.cap.23. num. 1.in fine.* & Hieronymus Rodoriquez, *in comp.qq.regul.Resol.84 num.5.*

160 Attamen Sorbus, *in Comp. priuileg. Mend titul. Ieiunium num 4.* Peirinus, *in comp priuileg.tit.ieiunium §.3.* & Pasqualigus, *de ieiunio decis.183. num.11. & decis.416 num.3.* dicunt, Fratres Minores itinerantes, possunt transferre ieiunium, etiam si sit ieiunium iuris communis, ex priuilegio Leonis X. vt refertur in Compendio Priuilegio, *[v. Itinerantes.* Et proindè omnes Religiosi, qui habent communicationem priuilegiorum, fruuntur dicto priuilegio.

Dubitatur: An Equitantes, in itinere sint immunes à ieiunio?

161 Affirmatiuè respondet prima opinio. Ita Ortiz, *cap.19.sum. num. 12.* & videtur consentire Viguerius, *ca. 7.instit Theolog § 3.versic secund in fine.*

162 Secunda opinio negat. Ita Toletus, *lib.6.sum.cap.4 num.secund.versic Tertia causa.* Fagundez, *Præcept.4. Eccles. lib.1.cap 8 num.17.* Bonacina, *de leg. disp. vltim.quæst.p.pun vltim. num.11.* Filliucius, *to.secund.tract.27.part secund. cap. 6.num.122.* Vilalobos, *tom.p sum. tract. 23.diffic 4.num.10.* Sanchez, *lib.5. Consil.cap p dub.10. num.4.* Trullench. *lib.3. Decalog. cap.secund. dub.7 num.12.* Basseus, *in florib. Theolog pract. v. Ieiunium secund.num.7.in fine.* & alii.

163 Dicendum est tamen: Quando iter est breue, Itinerantes non excusantur à ieiunio: & ita quando æquus est placidus, & obtemperans, atque gressu facili, sinè agitatione incedens; quamuis tunc interueniat aliquis labor. Si verò iter sit plurium dierum, & præsertim in æstate, quando calor conficit Equitantes, tunc Equitantes non tenentur ieiunare etiam ab initio itineris, vt dicunt Bonacina, Filliucius, locis citatis, & Pasqualigus, *de Ieiunio decis.216. numer.6.* quia non est attendendus solum præsens status, sed etiam futurus. Quandò verò Itinerantes vtuntur in itinere equis cõductis, regulariter sunt immunes à ieiunio: quia regulariter equi lassant plurimum equitantes; illos enim valdè cõcutiunt, præsertim quia citato gressu incedendum est, vt destinatum iter pro illo die conficiatur: & ideo non solum laborandum est in regendo equo, sed etiam in regendo seipsum, ad euitandas ingentes concussiones: Vndè ego, ratione infirmitatis, minùs fatigatus sum pedester eundo, quam talibus equis vtẽdo, & elegi potiùs tota die continuare pedester iter, quam equitare.

164 Iter verò in lectica non excusat à ieiunio: quia in tali itinere nullus interuenit labor, nisi ratione alicuius circũstantiæ personæ, si nimirum esset capitis valdè debilis, ita vt inflexio illa lecticæ hinc indè causaret vertigines ieiunanti. Ita Trullench. *lib.3.Decalog.cap.secund. dub.7.num.12.*

DE DISPENSATIONE in Ieiunio. Cap.17.

An Pontifex possit absolutè dispensare in lege ieiunij? Dub.1.

An Episcopi possint dispensare in præcepto ieiunij? Dub.2.

An Parochus possit dispensare in ieiunio? Dub.3.

An Superiores Regularium possint dispẽsare in ieiunio? Dub 4.

An Confessarius possit dispensare in ieiunio? Dub.5.

An Abbatissæ, & aliæ Priorissæ, aut aliæ Superioris Monialium possint dispensare in ieiunio? Dub.6.

An Prælatus, stante causa dubia, possit dispensare in ieiunio? Dub.7.

An requiratur dispensatio, quando Medicus, Confessarius, & alius iudicat sufficientem esse causam? Dub.8

An Regulares, stante causa dubia, teneãtur petere dispensationem à Superioribus? Dub 9.

An

An Summus Pontifex possit absolutè dispensare in lege ieiunii?
Dub. 1.

1 Affirmatiuè respondeo: & hoc, non solum concedendo alicui, vt nunquam ieiunent, sed etiam tollendo omninò legem ieiunii. Ratio est: quia lex humana debet esse sub dispositione potestatis humanæ; si quidem cum humana sit, debere originari à potestate legislatiua humana: alioquin, si à maiori potestate prouenirer, non esset humana, sed alterioris ordinis: vndè cum nulla potestas humana sit maior potestate Pontificis, sub ipsius dispositione erit omnis lex humana Ecclesiastica, atque adeò etiam lex de ieiunio, & proindè poterit ipsam tollere, aut in ipsa cum aliquo dispensare. Ita omnes Canonistæ, *in capit p. & capit. consilium de obseruat. ieiun.* Medina, C. *de Ieiunio qu.* 3. Ortiz, *cap.* 19. *de Ieiunio num.* 16. Siluester, *v. Ieiunium quæst* 7. Azorius, *par. p. lib.* 7. *capit.* 18. *quæst secund.* Caietanus, 2. 2. *quæst.* 147. *artic* 4. *dub. p.* §. *Adhoc dicitur.* Angles, *in floribus, quæst.* 5. *de ieiunio diffic. secund. conclus. p.* Ledesma, 2. *part.* 4. *quæst.* 17 *artic.* 3. *versic. Præterea.* Alter Ledesma, *part. secund sum. tract.* 27. *cap. secund dub.* 3. *post* 5. *conclus.* Nauarrus, *in manual. capit.* 21. *num.* 11. Couarruu. *part. secund. decret. capit.* 6. § 9. *num.* 6 Valentia, *tom.* 3. *disp.* 9 *quæst secund part.* 5. *in fine.* Palatios, *in* 4. *dist.* 51 *disp* 8. *post.* 4. *conclus* §. *Porrò autem.* Molfesius, *to. p sum tract* 10 *cap.* 4. *nu* 51. Reginaldus, *lib.* 4. *num* 225 Rodoriquez, *part p sum. cap.* 34. *num.* 4. Pasqualigus, *de Ieiunio decis* 379. *num secund.* Trullench. *lib.* 3. *Decalog. capit secund dub.* 7. *num.* 18 & alii.

2 Amplia Primò: etiam si lex de ieiunio Apostolica sit, aùt in Concilio generali sancita, potest Pontifex tollere dictam legem. Ita præter Doctores supra citatos, docent Abbas, *in capit signif. cap. sti, de elect.* Felinus, *in cap. p. num.* 23. *de constit* Iacobus, *lib.* 5. *de Consil. num.* 5. Turrecramata, *lib* 3. *de Eccles. cap.* 52. & 53. cum Glossa, *in capit vbi periculum de elect. in* 6. & *capit. proposuit. de concess. præbend.*

3 Amplia Secundò: etiam si Summus Pontifex dispenset absq; rationabili causa, valida erit dispensatio. Ratio est: quia lex pendet à voluntate Legislatoris: & sicut potest eam ponere, ita etiam potest tollere, aùt in ea dispensare, & tunc cessat obligare; sicut per eiusdem voluntatem incepit obligare: licèt etiã lex debet esse iusta, & necessaria pro bono publico, & alias huiusmodi conditiones intrinsecas participare, adhuc tamen dependet à voluntate Legislatoris, tamquam à causa efficiente, & ideò per ipsam potest tolli, & poni: statim autem, ac est sublata, desinit obligare Ita Abbas, *in capit cum ad Monasterium de statu Regular.* Decius, *in cap quæ Eccles. num.* 29. *de constitut.* Couarr. *cap. secund. decret cap.* 6 § 9. *num.* 10. Turrecramata, *cap. p dist* 89. *num.* 14 Communiter Canonistæ. Medina, C *de ieiunio quæst.* 3. *versic. Ad oppositum.* Nauarrus, *in manual. cap.* 23. *num.* 4. Angelus, *v. Dispensatio num.* 3. vbi Siluester, *quæst.* 3. Armilla, *num.* 14 Azorius, *part p lib.* 7. *cap.* 18. *quæst secund* & *lib* 5. *cap. p. qu.* 3. Philiarcus *de offic. Sacerd part. secund. lib.* 3. *capit* 4. *versic. Altera difficultas* Summa Corona, *capit. pr. de dignoscendis peccatis num.* 32. Petrus Ledesma, *de Matrimon. quæst* 54. *artic* 3 *diffic.* 4 *post. secund. conclus.* & *part secund sum. tract* 27. *cap. secund post* 5. *conclus. dub.* 3 Martinus Ledesma, *part.* 4 *quæst* 17. *articul.* 3. *versic. Impositum.* Medina, *d.* 9. *art.* 4. Palatios, *in* 4. *dist* 15 *post.* 4. *conclus* §. *Porrò autem.* Lopez, *part. p. cap.* 4 *initio,* & *cap secund cap.* 108. *in fine* Henriquez, *lib.* 3 *sum capit.* 22. *num* 5. Say *v.*, *lib.* 3. Thesaur *cap.* 10. *num.* 11. Valentia, 2. 2. *disp.* 5. *quæst.* 7. *pun secund.* Aragonius, 2. 2. *quæst* 89. *artic.* 9. *in fine.* Suarez, *part.* 3. *tom* 4 *disp* 56 *de indulg sect secund. nu.* 11. & *lib* 6. *de leg. cap.* 19. *num* 6. Angles *in floribus quæst.* 5. *de ieiunio diffic. secund. conclus. secund* Rodoriquez, to *secund. qq. regul quæst.* 46. *artic.* 6. & *part. p. sum. cap.* 24. *num.* 5. Vega, *part p. sum. cap* 23. *cas.* 14. Victoria, *relect. de potest. Papæ num.* 14 & 15. Sotus, *lib. p. de instit qu.* 7 *artic.* 3. *versic Postremum ergo*, & *lib.* 7. *quæst* 4 *artic.* 4 *ad secund in fine*, & *in* 4. *dist* 21. *quæst secund. artic secund* Viualdus, *append candel. capit.* 12 *num.* 8-23. & 24. Corduba, *lib* 4 *quæst* 8. *in fine*, & *qu.* 9. Canus, *de pœnit part.* 5 *de præcep. confess. in fine.* Sanchez, *lib.* 8. *de Matrim. disp* 17. *num.* 14 & *lib* 5. *Consil capit p. dub.* 5. *num.* 4. Veracruz, *part. secund specul cõiug. artic.* 27. *versic secundo non excedit* Salas, *de leg. disp.* 20. *sect.* 4. *num* 37. Sancius,

cius, *in Select. disp. 54 num. 38.* Pontius, *lib 8 de Matrim. cap. 14 num 7.* Castrus Palaus, *part. p oper. moral. tract 3 §. p. nu. 1.* Molfesius, *to. p sum. tract. 10 cap 4. nu. 51.* Pasqualigus, *de ieiunio decis. 380 nu 1.* Trullench. *lib. 3. Decalog. capit. secund. dub. 7. num. 14.* & alii.

4 Peccat tamen Pontifex, si abroget legem ieiunii, ait D. Thomas, *in quæst. 97. artic. 1. & 2.* Suarez, *lib 6. de leg. cap. 26. num. 4.* Vasquez, 1. 2. *disp. 178. capit. p.* Salas, *de leg. disp. 18. sect. p. nu. secund.* Bonacina, *de leg. disp. p. quæst. p. pun. vltim. § p. num p. & secund.* Palaus, *part p. oper. moral. tract. 3. de cess. & inter leg. disp 5. pun secund. §. p. num. secund.* Pasqualigus *de ieiunio decis. 381. num. p* & alii. Quorum ratio est: quia cum lex debeat esse vtilis pro bono communi, si abrogetur, quando est vtilis, præiudicatur bono communi, in quo Pótifex peccaret, quia tenetur procurare bonũ cõmune. Si aũt abrogatur, quando non est vtilis, adest causa abrogandi; quia populi non debent legibus grauari sinè vtilitate: lex autem ieiunii semper est vtilis, & ideò numquam sinè peccato poterit abrogari.

5 Causa abrogandi legem ieiunii non est necesse, vt se teneat ex parte subditorum, sed sufficit quod Pontifex rationabiliter moueatur, vt quando lex non seruatur, aut quia necessaria non putetur, aùt ex aliqua alia ratione huiusmodi. Vndè Pontifex non potest abrogare omne ieiunium absque peccato, quando non adest causa. Potest tamen absque peccato abrogare aliqua ieiunia particularia: Adhoc enim rationabiliter moueri posset, vel vt indulgeret imbecillitati humanæ, quæ facit, aut quod aliqui non seruent omnia ieiunia, aùt quod alii se putent nimis grauari, aùt ex aliquo alio motiuo. Vndè etiam si in singulis hebdomatibus Quadragesimæ abrogaret aliqua ieiunia, vt nimirum facilius esset ieiunium Quadragesimale, rationabiliter moueretur.

Dubitatur: An Summus Pontifex dispensans in ieiunio cum aliquo absque causa, peccet?

6 PRima opinio ait: solum peccare, sed quale peccatum committit, non explica, an sit mortale, an verò veniale. Ita Sotus, *de iust. lib. 1. quæst. 7. artic. 3. dub. 2. in probatione secundæ partis* Medina, 1. 2. *quæst 97 articul. 4. §. de causa necessaria.* Angles, *in floribus qu. 5. de ieiunio diffic secund. conclus. secũd.* Molfesius, *to. p. sum. tract. 10. capit. 4. nu. 15.* Victoria, *relect. de potest. Papæ num. 14.* Medina, *C. de ieiunio quæst. 3 versicul. Ad oppositum.* Sancius, *in Select. dysp. 54. num. 38.* & alii.

7 Secunda opinio ait: peccare mortaliter. Cuius ratio est: quia Legislator tenetur ex iustitia non dispensare in sua lege, sine iusta causa: ergo peccat contra iustitiam, aliter dispensando: & per consequens illud peccatum erit mortale ex genere suo; quia violatio cuiuscũque iustitiæ, ex suo genere, peccatum mortale est, iuxta doctrinam omnium: ergo, &c. Ita, præter Doctores, quos in *in tract. p. cap 9. num. 135.* citaui, docent Palatios, *in 4 dist. 15. disp. 8. post. 4. conclus §. Porro autem.* Ledesma, *2. part. 4. quæst. 17. artic. 3. versi. In oppositum.* Corduba, *lib. 4. qq. quæst. 8.* Petrus Ledesma, *part. p. sum tract. de sacra. matrim. capit. 27. dub. p. post. 4 conclus.* Granad. 1. 2. *controu. 7. tract. 3. part. secund. disp. 17. sect. 3. num. 24.* Malderus, 1. 2. *quæst. 97. artic. 4. dub. secund post. p. conclus.* Sanchez, *lib. 5. Consil. capit. p. dub. 5. num. 6.* & alii.

8 Tertia opinio ait: solum peccare venialiter; *vt in tract. p. capit. 9 de leg. num. 136.* diximus: rationes ibi inuenies: & præter Doctores, quos ibi adduxi, docent Lopez, *part p. capit. 4. versic. Sexto adduximus.* Pontius, *lib 8. de Matrimon. capit. 14. numer. 4* Barbosa, *lib. 1. de vniuers. iuri. Eccles. cap. 1. num. 200.* Palaus, *part. p. oper. moral. tract. 3. de disp. leg. disp. 6. pun. 8. §. p. num. 5.* Trullench. *lib. 3. Decalog. cap secund. dub. 7. num. 8.* & alii.

An Episcopi possint dispensare in præcepto ieiunii? Dub. 2.

9 SCiendum est Primò: Episcopi, aut alii Prælati inferiores Papæ, non possunt abrogare aliquod præceptum vniuersale ieiunii: vt patet, *ex cap. cum infertur, & cap. quod super hos, de maior. & obed. & ex Clement. ne Romani de elect. & ex cap. Instituimus, & capit. Eccles. 25. quæstion secund.* & docent communiter Doctores.

10 Hoc posito: Communiter affirmant, quò ad dispensationem, vt constat ex praxi,

praxi,& consuetudine. Tum quia leges debent sufficienter prouidere communitati; atque adeò debet esse in quacũque Communitate particulari sufficiẽs iurisdictio, pro illa regenda, & prouidendo in iis, in quibus non potest recurri ad supremum Superiorem. Talis autem est facultas dispensandi in lege ieiunii, quia non potest in quocumque casu occurrenti recurri ad Pontificem. Et si vellet Pontifex, quod ad ipsum recurreretur, esset idem, ac nolle dispensare; quod esset nimis durum, & irrationabile. Ita D.Thomas, *in 4 dist.15. qu.3.artic.secund.quæst.4.ad 3.* Palatios, ibi *disp.8 post 4 conclus. §. At propter reuerentiam.* Durand. *quæst.10.num.6.* Gabriel, *dist.16 quæst.3. articul p* Caietanus, 2.2 *quæst.147 articul 4 dub 1 & in sum v Ieiunium cap.3.* Paludanus, *in 4. dist 15.quæst.4.articul.12.* D.Antoninus, *2.part titul 6 capit secund §.6.* Siluester, *v.Ieiunium quæst.7* vbi Armilla, *num.6.* Tabiena, *quæst.14.* Angelus, *num 20.* Azorius, *part p.lib.5.cap 19.quæst secund.* Rodoriquez, *part.1 sum. cap 24. num 4.* Petrus Ledesma, *part secund sum.tract.27.cap secund dub.3. post.5. conclus.* Sotus, *lib p.de iust.quæst.vltim.artic vltim.* Medina, *lib.1.sum.capit.14 § 10.* Angles, *in floribus quæst.5. de ieiunio difficul.3. & 4.* Ledesma, *2.part.4.quæst.17 artic.3* Molfesius, *to p sum.tract 10. capit 4 nu.5.* Bonacina, *de leg.disp vltim quæst.p.pun.vltim num.18.* Villalobos, *to p.sum.tract 13 diffic.4.num.22.* Sanchez, *lib.5. Consil.cap p.dub.5.num.16.* Summa Corona, *part p.cap.p. num.27.* Reginaldus, *lib.4.num.224.& 228.* Siluius, *2.2 quæst.147 artic quart versic.* Porrò circa causas. Bizozer, *part.quart sum. de 3.præcep. cap vltim.num.11.* Panormitanus, *in cap. Consil de obseru.ieiunio* vbi Hostiens. Io. Andr.& alii. Canonistæ Pasqualigus, *de ieiunio decis.381.* Trullench. *lib.3.Decalog.cap.secund.dub.7.num.18.* Lezana, *in sum v Ieiunium num.10* & alii.

11 Limita: Dummodò quod adsit rationabilis causa; quia talis dispensatio non potest fieri ab Episcopo absque causa. Ratio est: quia inferior non habet potestatem suprà leges Superioris, nisi quãtum ipsis conceditur, sicut nec habet supra ipsum superiorem: conceditur autem solum facultas, vt administratior administret leges Superioris prò debito regimine communitatis, atque adeò rationabiliter, quia regimen rationabiliter administrari debet. Ita præter Doctores citatos, docent Vasquez, 1.2. *disput.178. capit.3 .numer.17.* Palaus, *part.p. opere moral. tract.3. de disput.leg disp 6.pun.8.§ secund num secũd.* Barbosa, *part secund. de potest. Episcop. alleg.33 num.3.* Pontius, *lib.8. de Matr. cap 14.num.8:* Sancius, *in Select. disp 54. num.38.* Salas, *De leg.disp.2c.sect. quart. num:31.* & alii. Vndè dispensatio, facta sinè causa, inualida esset, ex defectu potestatis: quia non habet inferior potestatem, ad dispensandum in lege superioris, nisi concurrente notabili causa. Ita Couarr. *4.decret part secund.capit.6. § 9.num 11.* Siluester, *v dispensatio quæst.3.* vbi Angelus, *num 3.* Nauarr. *in manual cap.25.num 74.* Sanchez, *lib.5 Cõsil.cap.p.dub.5 num.23.* Pasqualigus, *de Ieiunio decis.383.num.6.* & alii.

12 Potest tamen Episcopus abrogare legem ieiunii, à se, vel à prædecessore suo sancitam: quia quilibet Legislator potest legem reuocare, etiam sui prædecessoris. Non autem potest abrogare legem ieiunii, si sit sancita à Concilio Prouintiali: quia eo ipso quod abrogaret legem Concilii Prouintialis, exerceret superioritatem suprà ipsum Concilium: nam tolleret statutum ab ipso, quod fieri non potest: quia Concilium est supra Episcopum, & ampliorem, & maiorem iurisdictionem habet. Poterit tamen Episcopus abrogare legem ieiunii, in Synodo Diœcesana factam. Ita Palaus, *part.p oper.moral.tract.3 decessat. & interpret.leg.disp.5.pun.secund. §.secund.num.10* Sanchez, *lib 8.de Matrim. disp.17 num.33 & lib.5 Consil.cap.1.dub.5.num 22.* Barbosa, *part.secund.de potest. Episcop.alleg.34.num.3.* Pasqualigus, *de ieiunio decis.384.* & alii.

13 Vndè, quandò ieiunium, est ieiunium Prouintiale, dispensatio Episcopi est inualida. Erit tamen valida dispensatio, quando ieiunium prouenit ex sua Synodo, vel Constitutione, etiam si dispẽsatio fiat absque causa. Ita communiter Doctores, loquentes de legibus. An autem peccet dispensando sine causa? eadem est ratio proportionaliter, ac de Pontifice.

Dubita-

Dubitatur: An Episcopus possit transferre ieiunium de vno die in alium, quando ieiunium est de iure communi indictum?

14 QVando id fit ex rationabili causa, potest: vt patet, *ex cap. Consilium de obseruat. ieiunior.* vbi ieiunium, incidens in Dominica, anticipatur in Sabato ex Constit Leonis X. & Vrban. VIII. in Constitutione, edita die 13. Ottobris 1638. quæ incipit: *Conuenire*, vbi dicunt, quando Vigilia S. Ioa. Baptistæ inciderit in festo Corporis Christi, anticipatur in feria quarta antecedenti. Ratio est: quia licèt, quæ statuuntur in iure Canonico, non relinquantur dispositioni Episcopi, committitur tamen ipsi executio ipsorum: vndè, in exequendo debet prudenter procedere, & proinde executio est commissa eiusdem prudentiæ, per quam debet ipsam dirigere: & ideò licèt non possit non exequi, quæ statuuntur in iure Canonico, quando sunt exequenda; potest tamen mutare aliquam circumstantiam, concernentem executionem, quando ita exigit prudentia; & proindè exequi in vno tempore, quod esset in alio exequendum. Ita Innocentius, *in rubric. de obser. ieiun.* vbi Panormitanus, & alii Canonistæ, *in cap. consilium de obseru. ieiun* Nauarr. *in manual. cap 21. num. 11.* Azorius, *part. 1. lib. 7. cap. 18. quæst. 5.* Siluester, *v. ieiunium quæst. 7. initio.* Caietanus, *in sum. v. ieiunium.* Angles, *in floribus quæst. 4. de ieiunio diff. 3. dub. 1.* Armilla, *v. ieiunium num. 6.* Fagundez, *Præcep. 4. Eccles. lib. 1 capit 9 nu. 4.* Layman, *in Theolog. moral. lib 4 tract. 8. capit 3 num 9.* Naldus, *v Ieiunium nu. 7.* Reginaldus, *lib. 4. capit. 17. num. 124.* Bonacina, *de leg disp. vltim. quæst. p. pun. vltim. num 19.* Bizozerius, *part. 4. sum. de 3 præcep. Decalog. capit. vltim. memb. vlt. num. 14.* Pasqualigus, *de ieiunio decis. 179 numer. 3.* Trullench. *lib. 1. Decalog. capit. secund dub. 7 num. 21.* Homobonus, *par. secund exam Eccles. tract 8. capit. 7. quæs. 13. versicul. Ad tertiam quantitatem*, & alii.

15 Ex his deducitur Primò: quando Vigilia S. Ioan. Baptistæ inciderit in festo Corporis Christi, anticipandum est ieiunium in quarta feria, eo pacto, quod ieiunium anticipatur in Sabato, quando incidit in die Dominico ex quodam Breui, misso ad legatum Hyspaniæ à Leone X. vt ait Nauarrus, *in manual. capit 21. num. 11.* & Naldus, *v. Ieiunium num. 7.* & ita Vrbanus VIII. *in Constit. edita die 13. Ottobris anno 1638* qui incipit: *Cum euenire*, & docet Pasqualigus, *de Ieiunio decis. 173 num. 1. & in num. secund.* ait: Prædicta anticipatio, non solum indulget, sed etiam præcipit, vt constat ex tenore ipsius Constitutionis Vrbani VIII. Vndè qui non anticipat, facit contra præceptum de re graui.

16 Secundò: Abbates, & illi, qui exercent iurisdictionem Episcopalem, possunt transferre ieiunia, indicta à iure communi de vno die, in alium diem. Ita Pasqualigus, *de Ieiunio decis. 17?. numer quart.*

17 Tertiò: Quando Prælati habent eamdem iurisdictionem respectu suorum subditorum (exercent enim respectu ipsorum iura quasi Episcopalia) sunt executores iuris Canonici respectu eorumdem: & proindè, tamquam ordinarii ipsorum, possunt quò adhoc, quicquid potest Episcopus, respectu suorum subditorum. Pasqualigus, *num. 5.*

18 Quarto: Episcopus, quando ieiunium Vigiliæ festi S. Matthiæ Apostoli incidit in duobus vltimis diebus Bacchanalium potest in alium diem transferri: quia adest causa valdè rationabilis pro tali trāslatione, vt nimirum vitentur tot peccata, quæ committuntur in violatione ieiunii. Et Episcopus, transferens, vtiliter gerit negotium Ecclesiæ. Ita Layman, *in Theolog. moral. lib. 4 tract. 8. capit. 3. num. 9.* Diana, *part. 3. tract 6. resolut. 66.* Pasqualigus, *de Ieiunio decis. 180 numer. secund.*

An Parochus possit dispensare in ieiunio? Dub. 3.

19 CLarum est apud omnes, quod Parochus in absentia Episcopi potest dispensare: quia debet esse prouisum fidelibus sufficienter pro omnibus indigentiis: non esset autem prouisum, nisi haberent aliquem præsentem, qui, occurrente necessitate, posset dispensare in ieiunio; cum, vt plurimum huiusmodi necessitas sit improuisa. Ita Doctores citandi contra Angelum, *v. Ieiunium numero vigesimo*, & Palarium, *in quart. d. stint. decim. quint. disput octau. in fine.*

20 Quandò verò Episcopus est præsens, negat prima opinio, Parochum posse dispensare in ieiunio. Ita Gabriel, *in 4. dist.16.quæst.3.articul.1 num.5.* Angles, *in floribus quæst. 5. de ieiunio diffic. 4. in fine*. Ledesma, *part.secund.sum.tract.27. cap secund dub 3. post 5. conclus.* Vega, *part. 1 sum.cap.14 cas.56.* Graffius.*tom.p. decis.lib secund capit.37.num.17.* Rodoriquez,*part secund sum.capit.24.numer.4.* Emanuel Sà,*v.Ieiunium num.9.* Fernandez,*par.secund.cap.secund § secund. nu.23.* Hostiens. *in cap. Consil. de obseru. ieiun.* & alij.

21 *Secunda opinio ait*; Posse Parochum dispensare in ieiunio, etiam præsente Episcopo, saltem ex vi consuetudinis, dummodò quod fiat ex rationabili causa: quia, quamuis attento iure Canonico, Parochus hanc potestatem non habeat; at cum consuetudo det iurisdictionem, *capit. cum contingat de foro competens.* hoc potest ex consuetudine, quę id ita recipit; vt Parochus dispenset, præsente Episcopo. Ita Diuus Thomas, *in 4.dist.15 quæst.secund.articul.4. ad 3.* vbi Durandus, *quæstion.10,num.6.* Riccardus,*articul.quart.quæstion.quart.* Palatios, *disput.8.post.4. conclus.paragr. præsente igitur.* Episcopo Rosella, *v Ieiunium num.16.* vbi Siluester, *quæst. 7. dist 4.* Medina, *lib.1.sum.capit.14.paragr. 10.* Nauarrus, *in manual. capit.21. num. 21.* Azorius, *pars.pr.lib.7.capit.8.quæst. 3.* Victorellus, *in addit ad Toletum lib 6. capit 4 versicul. Parochi auctoritas.* Ortiz, *capit.19 sum. præcept.secund numer. 16.* Caietanus, *2.2.quæstion.47 articul.4. dub.p.& in 1.2 quæst 97 articul.4.* Sotus, *lib p.de iust quæst.7 articul.vltim. circa finem.* Sanchez, *lib.8. de Matrimon disp. 9.num.17 & lib.5.Consil.capit pr dub.5. num.18.* Vilalobos, *tom p.sum. tract.23. difficult.4 num.21.* Fagundez, *Præcept.4 Eccles.lib.p. capit.9 num secund.* Molfesius, *tom p.sum tract.10 capit.4. num.52.* Siluius, *2.2.quæst.147.articul.4. versicul. Porro circa causas* Sancius, *in Select disp. 54 num.36.* Bonacina, *de leg disp.vltim. quæst p.pun vltim.num.18.* Pasqualigus, *de Ieiunio decis. 387 num.4.* Trullench, *lib 3. Decalog. capit.secund. dub.7.num. 18* & alii.

22 Et ita dicendum est de illis, qui vicem gerunt Parochorum; quia sunt veluti Vicarii Parochorum; & exercent actus iurisdictionales Parochiales, & proindè tenent etiam facultatem dispensandi in ieiunio: Quod intelligi debet, nisi ipsis à Parocho prohibeatur. Ita Sncius, *in Select.disp 54.num.36.* & Pasqualigus, *de Ieiunio decis.387.num.6.*

An Superiores Regularium possint dispensare in ieiunio? Dub.4.

23 Communiter Doctores affirmant. Et non solum habent hanc potestatem Generales, & Prouintiales, sed etiam Superiores locales. Quorum ratio est: quia sunt Prælati ordinarii suorum subditorum, & proindè habent iurisdictionem spiritualem circa ipsos, & spectat ad ipsos dirigere in iis, quæ spectant ad animam: & ideò debent habere sufficiẽtem facultatem pro munere proprio; quod non saluaretur, nisi possent dispẽsare in ieiunio; nam non possent prouidere in necessariis suorum subditorum. Ita Siluester, *v. Ieiunium quæst.7. num. 20.in fine.* Nauarrus,*in manual capit.21. num.21.* Angles, *in floribus quæst.5 de ieiunio diffic.3.* Azorius, *part.1.lib.7.cap. 18.quæst.6* Ledesma,*part secund sum.tr. 27.cap secund.dub.3 post.5.conclus.* Alter Ledesma, *2.part.4.quæst.17.artic.3.vers. In oppositum autem.* Rodoriquez, *par.p. sum cap.24.num.4.* Fagundez, *præcept.4. Eccles.lib.1.cap.9.num.5.* Caietanus, *2.2. quæst.147.artic.4.§.Adhoc dicitur,& in sum.v.Ieiunium cap.3.in fine.* Medina, *lib.p.sum.cap.14.§ 10.* Palatios, *in 4 disp. 15.disp.8 post.4 conclus. versic Præterea igitur Episcopo* Ortiz,*cap.19 sum præcep. secund.num.6.* Vilalobos, *to p.sum.tract. 23 diff.4.nu.23.* Hieronym. Rodoriquez, *incomp.qq.regul.Resol.75.nu.secund* Miranda,*in manual.Prelat.to.secund.quæst. 30.art.11.concl secund.* Siluius,*2.2.quæst. 147.art 4.vers.Porrò circa causas.* Sãch, *lib.5.consil.cap.p.dub.5.nu.19.* Reginald. *lib.4 nu.225.* Bordon.*in consil.Regul.Resol.18.nu.7.* Graff.*p.p.decis lib.secund.cap. 37.n 56.* Trullench.*lib.3.Decalog.cap secund.dub.7.n.18.in fine.* Pasqual *de ieiun. dec.388.n.1.* Tambor. *de iur. Abbat.to secund disp.12 quæst.5.nu.1.* Lezana,*in sum. v Ieiunium num.10.* & alii.

24 Et non solum supra dicti Superiores possunt dispensare in ieiunio: sed etiam Vicarii Superiorum localium in ipsorũ absentia. Immò in pręsentia eorumdem Superiorum, modo hoc eis indulgeant: quia cum administranda iurisdictio de-

deat

pendeat ab ipsis, possunt illis præscribere quascumq; terminos, quibus voluerit, & incōcedere, vt etiā in præsentia ipsorū administrent: vt contingit in Vicariis Episcopalibus. Ita Bordonus, Tamborinus, Pasqualigus, num. 4. & alii. Modo adest rationabilis causa, tam in Superioribus maioribus, quàm in minoribus. Vndè si dispensent absque causa, peccant mortaliter.

An Confessarius possit dispensare in ieiunio? Dub. 5.

25 Affirmatiuè respondent Rosella, v. Ieiunium num. 26. Palatios, in 4. dist. 15. disp. 8. post. 4. conclus. versic. Praterea igitur Episcopo. Dummodò quod non possint adire Prælato, & sit confessarius electus virtute Bullæ Cruciatæ: quia tunc est proprius Sacerdos.

26 Dicendum est tamen: Non posse Cōfessarium in ieiunio dispensare; nisi sit adhoc deputatus ab habente auctoritatem. Ratio est: quia dispensatio in ieiunio, est actus iurisdictionis in foro exteriori: Confessarius autem non habet iurisdictionem in foro exteriori: ergo, &c. Ita Ortiz, capit. 19. sum. num. 16. Angelus, v. Ieiunium num. 19. vbi Siluester, quæst. 7. num. 20. Toletus, lib. 6. sum. cap. 4. num. 5. Fagundez, Pracep. 4. Eccles. lib. p. capit. 9. num. 3. Trullench. lib. 3. Decalog. capit. secund. dub. 7. numer. 18. in fine. Bonacina, de leg. disp. vltim. quæst. p. pun. vltim. num. 18. Vega, part. p. sum. capit. 14. cas. 36. Molfesius, tom. p. sum. tract. 8. capit. 4. num. 52. Pasqualigus, de Ieiunio decis. 389. num. p. & alii. Potest tamen Confessarius declarare, An causa sit sufficiens ad non ieiunandum? vt dicunt Gabriel, in 4. dist. 16. quæst. 3. art. p. dist. 5. Angles, in floribus quæst. 5. de ieiun. post. 4. difficultatem propos. secund. & alii.

27 Et quod dictum est de Confessario, dicendum est etiam de Medico: nam Medicus non potest dispensare in ieiunio; sed solum potest declarare, quod non obliget: quia non habet iurisdictionem spiritualem in foro exteriori. Ita Pasqualigus, num. 4.

An Abbatissæ, seù aliæ Superiores Monialium, possint dispensare in ieiunio suarum subditarum? Dub. 6.

28 Henriquez, lib. 6. sum. capit. secund. num. 3. affirmat: quia id habent ex commissione Prælati, tamquam necessarium pro bono regimine.

29 Dicendum est tamen: Abbatissæ, seu aliæ Superiores Monialium, non possunt dispensare, vt diximus, in lib. 2. tract. 5. cap. 10. dub. 3. num. 40. Ratio est: quia non habent iurisdictionem spiritualem, ratione sexus: femina enim est incapax talis iurisdictionis, vt patet ex capit. nota, de pœnis, & remiss. & constat ex praxi. Ad dispensandum in ieiunio, requiritur iurisdictio spiritualis. Ita Bartol. à S. Fausto, lib. 6. Thesaur. Relig. quæst. 86. in vltim. edit. Neapolit. Tamborinus, de iure Abbat. disp. 32. quæst. 10. Barbosa, lib. p. de iur. Eccles. capit. 43. num. 39. Lezana, in sum. v. Abbatissa num. 14. & to. 1. qq. Regul. capit. 26. num. 8. Pasqualigus, de Ieiunio decis. 391. num. 3. Sanchez, lib. 8. sum. cap. p. num. 4. Sancius, in Select. disp. 54. num. 37. in fine. Portella, in dub. regul. v. Abbatissa, num. 3. & alii.

30 Non nego tamen, quin Abbatissa non possit declarare, quando Moniales non obligentur, vel obligentur, vtendo in hoc iudicio prudentiali, vt dicunt etiam Sancius, Pasqualigus, Sanchez, & Lezana locis citatis. Et priuilegium, concessum à Paulo III. Abbatissæ S. Claræ, de quo Rodoriquez, in Collect. Bullar. in hoc sensu accipiendum est, quia solum confert ad sedandos scrupulos, vt bene Portella, & Pasqualigus.

An stante causa dubia, possit Prælatus dispensare in ieiunio? Dub. 7.

31 Affirmatiuè respondeo cum Gabriel in 4. dist. 16. quæst. 3. artic. 1. notab. 5. D. Thoma, 2. 2. quæst. 147. artic. 4. in corpore. Caietano, ibi Dub. 1. D. Antonino, 2. part. titul. 6. cap. secund. § 6. Silnestro, v. Ieiunium num. secund. initio vbi Armilla, numer. 6. Vega, part. p. sum. cap. 14. de ieiunio cas. 36. Nauarr. in manual. cap. 21. num. 2. Rosella, v. Ieiunium num. 19. vbi Tabiena, quæst. 0. 8. Sanchez, lib. 9. Consil. capit. p. dub. 6. num. secund. Filliucius, tom. secund. tract. 27. part. secund. cap. 7. quæst. 10. num. 128. Tolet. lib. 6. sum. cap. 4. num. 5. Fagundez, Pracep. 4. Eccles. lib. p. cap. 9. nu. 3. Tamborio. to. secund. de iur. Abbat. disp. 12. qu. 7. num. secund. Trullench. lib. 3. Decalog. cap. secund. dub. 7. num. 19. & alii.

Difficultas est: Quando dubitatur de causa, an sufficiat pro dispensatione?

32 ABsolutè negat Caramuel, *in Theolog. moral lib.3 de conscient. disp.p.num.* 1395. Cuius ratio est: quia in omni dubio standum est pro possessione, quæ erat antè dubium: ergo si dispensatio sit dubia; standum pro lege certa, quæ erat ante illam dubiam dispensationē. Atqui necessitas certa, est dispensatio certa: Igitur cum necessitas dubia sit, est standum pro lege, quæ erat ante illam. Atqui ante morbum erat in possessione lex Ecclesiastica, carnes tempore Quadragesimali interdicens: ergo standum pro legis possessione, quando morbi grauitas est dubia.

33 Alii verò dicunt: quod tunc debet Prælatus, seu Superior partim dispensare, & partim cōmutare in aliud opus: Ita Medina, *lib.p.sum.cap.4 §.10.* Nauar. *in manual.cap.21 num.22.* Lezana, *in sum.v.Ieiunium num.10* Trullench *lib.3.Decalog.cap.secund.dub.7.numer.19.&* Sanchez, *lib 5. Consiliorum cap.p.dub.5 num.26.*

34 Pasqualigus tamen, *de Ieiunio decis.396.num.4.& 5.* ait: Si Superior dispensat in propria lege, potest dispensare, quando dubium est, an causa sufficiat pro dispensatione; etiam si dispenset in lege Superioris: quia stante dubitatione de sufficientia causæ, est etiam dubium, an possit dispensare: cum autem sit in possessione dispensatiuæ potestatis, & in dubiis fauendum sit possessori, dicendum est, quod tunc quoq; habeat potestatem, atque adeò dispensare possit.

35 Vndè Prælati, & Superiores debent facilè dispensare cum iis, qui petunt dispensationem in ieiunio, & non debent eos relinquere propriæ ipsorum conscientiæ. Ita Caietanus, 2.2. *quæst.147. artic.4.dub.1.* Ledesma, *par.secund.sum.tract.27.capit.secund.dub.3.post.5.concl.diff.1.in fine.* Vilalobos, *to.p.sum.tract.23.diffic.4 num.23.in fine.* Fernandez, *pa.secund examen.Theolog.moral.cap.8 §.2.* Pasqualigus, *de Ieiunio decis.396.num.6* Rodoriquez, *part p.sum.capit.24.num.4.in fine.* Azorius, *part.p.lib.7.capit.18. qu.6.in fine.* Tamborinus, *to.secund.de iur.Abbat.disp.12.quæst.7.num.3.* Diana, *pa.9.tract.6.resolut.27.in fine.* & alii.

An quando adest iusta causa dispensandi, teneatur Prælatus, vel alius Superior in ieiunio dispensare? diximus, *in lib.p.tract.p.cap.9.dub.17.à num.40*

An requiratur dispensatio, quando Medicus, vel Confessarius, aut alius vir prudens declarat sufficientem esse causam? Dub.8.

36 NEgatiuè respondeo: quia stante tali iudicio, causa sit de se excusans à ieiunio, atque adeò soluens obligationem legis. Ita Rosella, *v.Ieiunium,* 25. vbi Angelus, *num.19.* Siluester, *qu.7.num.20:* Azorius, *part.p lib.7.capit.18. quæst.4.* Angles, *in floribus quæst.5. de ieiunio diffic.4.dub.p proposit.secund.* Palatios, *in 4.dist.15.disp.8.post.4.concl.§. Obseruandum.* Medina, *C.de Ieiunio qu.9.versicul.Quæritur hic.* Sanchez, *lib.5. Consil.capit.p.dub.5 num.28.* Pasqualigus *de Ieiunio decis.400* & alii.

37 Neque opus est dispensatione, quando causa est euidens: quia, cum dispensatio sit relaxatio legis, adhuc obligantis, vt desumitur, *ex cap.necessaria, cap.dispensationes, cap.Tanta 1 quæst.7.* non habet locum, quando non adest obligatio legis: quando autem causa, eximens à ieiunio, est euidens, de se soluit obligationem. Ita D.Thomas, 2.2. *quæst.147.artic.4 in corpore.* Rosella, *v.Ieiuniū num 25.* vbi Angelus, *num 20.* Medina, *C.de Ieiunio quæst.9.articul.Quæret hic.* Gabriel, *in 4.dist.16.quæst.3.artic.p.conclus.5* Nauarr. *in manual.cap.21.num.21.* Vega, *part p.sum.capit.14.cas.36.* Lessius, *lib.4.cap.secund.dub.6 num.45.* Rodoriquez, *part.1 sum.cap.14.num.12.* Ledesma, *part secund.sum.trac.27.cap.secund.dub.5.post.5 conclus.* Ortiz, *part 19 sum.præcep.secund.num.16.* Fagundez, *Præcept 4.Ecclesi lib.p.cap.9.num p.& 7.* Siluius, 2.2 *quæst.147.artic.4 versic.* Porrò *circa causas.* Bizozerius, *part.4.sum.cap.vltim.memb vltim.num.9.* Palatios, *in 4 dist.15.disp.8 post.4 concl.* Vilalobos, *pa.1.sum tract.23.difficul.4.num.21.* in fine. Trullench. *lib.3.Decalog.cap.secund dub.7.num.19* Pasqualigus, *de Ieiunio decis.399.* & alii.

(: + :)

An

An Regulares, stante causa dubia, teneantur petere dispensationem à Superiore? Dub.9.

38 Negatiuè respondeo, quando communicant in Priuilegiis nostre Religionis. Ratio est: quia Sixtus IV concessit fratribus nostræ Religionis, quod non tenentur ieiunare, quando ob infirmitatem, aut debilitatem non possunt bono modo ieiunare, vt habetur, *in monumentis ordinis, concess.99.* & refert Sorbus, *in comp.priuileg. mendicant.tit. ieiunium*, de quo priuilegio gaudent omnes Regulares, qui habent communicationem priuilegiorum. Ergo concessa dispensatione à supremo superiore, non est opus alia dispensatione inferioris Prælati: per prædictum autem priuilegium conceditur dispensatio, nã dirigitur immediate ad ipsos subditos. Ita Rodoriquez *part.1.sum.cap.24.num. 4* Loquens de fratribus nostræ Religionis, & de omnibus, Pasqualigus, *de Ieiu. decis.401.*

DE INVIDIA, ET FILIIS eius. Cap.18.

Quid est Inuidia, & quale peccatum est? Dub.1.
Quid est Odium? Dub.2.
An desiderare alicui malum, sit peccatum? Dub 3.
An teneamur salutare inimicum? Dub.4
An letaliter vulneratus, vel aliàs moribundus, teneatur inimico iniuriam remittere, vulgò, farli la remissione? *Dub.5.*
An inimicus, petens humiliter veniam, & offerens iustam, debitamque satisfactionem secretè, debeat offensus remittere iniuriam, vulgò, farli la remissione? *Dub.6.*
Quid est Susurratio? Dub.7.
An aliquis possit amicitiam aliquorum dirimere, vt eam sibi concilìet? Dub.8.
Quando nam dicatur gaudium in aduersis? Dub.9.

Quid, & quale peccatum est inuidia? Dub.1.

1 INuidia (vt ait Fernandez, *part. 4. cap. secund.§.7 nu.1.*) est tristitia de alieno bono, in quantum tale bonum minuit excellentiam inuidentis.

2 Inuidia, ex genere suo, peccatum mortale est, dicunt Filliucius, *to.secund.tra. 28.cap.9 num.70.* Turrianus, *2.2 quæst. 36.dub.vltim.* Nauarr. *capit 13. num.118.* Reginaldus, *lib.17.num.129.* Fernandez, *part.4.cap.secund §.7.num secund.* & alii.

3 At tamen Petrus de Lorca, *in 2.2. qu. 36.in addit ad 3.articul.* ait: Inuidia, ex suo genere, & ex sua ratione formali, non esse grauius peccatum, quã sit inanis gloria, & consequenter non esse mortale peccatum; modò inuidus, ex vehementia affectus, non moueatur ad iniustè remouendum proximi bonum: vt patet à simili (ait Lorca) de auaritia, quę cum sit solum inordinatus amor diuitiarum, non est peccatum mortale, nisi ei addatur alia mortalis circumstãtia: vt si auarus, ad pecuniam congregandam, non vereatur aliquam iustitię culpam committere.

4 Sed stando in prima opinione, vbi diximus, quod inuidia, ex genere suo, sit peccatum mortale; tamen, ratione leuitatis materiæ potest per accidens esse veniale: si enim quis doceret de aliqua re leui, in qua non posset proximum æquare, & quæ si ab eo auferretur, non esset illi magnum detrimentum, non diceretur peccare mortaliter. Ita Valentia, *to 3.disp.3. quæst.13. pun.secund. propos 1* Bona ina, *de leg.disp. . quæst.4. pun.vltim.§ secund num.4.* Reginaldus, *lib.17.à num 129.* Diana, *part 5. tract. 5. resolut 67.* Ducca I us, *in 2.2.D. Thomæ tract.de charitate quæst 12. circa finem*, & alii.

5 Filii inuidiæ quinque sunt, scilicèt, Odium Susurratio Detractio, Gaudium in aduersis proximi, & Afflictio in prosperis.

Quid, & quotuplex est odium? Dub.2.

6 ODium (ait Antonius de Lictteratis, *part.secund cap 38.num.1.*) est vetus ira, ex pluribus causis collecta, diuturno tempore perseuerans.

7 Odium duplex est: Vnum fit contra Deum, & Alterum contra proximum. Odium Dei est peccatum grauissimum, charitati contrarium: & ratione paruitatis materiæ, numquam fieri potest veniale: quia quodlibet odium Dei, maximè repugnat summę bonitati Dei, qui sum-

summè bonum est, nec in ipsum vlla ratio mali cadere potest. Ita D. Thomas, 2.2. *quæst.* 34. *artic. secund.* Toletus, *lib.* 4. *sum. cap.* 9. *num. p.* Bonacina, *de leg. disp.* 3. *quæst.* 4 *pun. vltim.* § 1. *num.* 1. & 2. & alii.

8 Odium proximi, ex genere suo, peccatũ mortale est: quia directè aduersatur charitati, eamque tollere potest: peccatum autem, quod charitatem per se destruit, est mortale ex suo genere: quamquam fieri potest veniale, ob imperfectiorem animi consensum, vel ob materiæ paruitatem. Ita Emanuel Sà, v. *Indignatio.* Turrianus, 2.2. *quæst.* 91. *dub.* 1. Malderus, 2.2. *quæst.* 34. *num.* 7. Bonacina, *de leg. disp.* 3. *quæst.* 4 *pun. vltim.* § 1. *num.* 6. & alii.

9 Peccatum odii aduersus proximum, est peccatum vnius speciei, & non est opus aperire in confessione mala ipsa; An versetur circa famam, diuitias, & personam: sed sufficit vt pœnitens dicat in confessione, se totiès odisse proximum. Ita Homobonus, *in examen. Eccles. part.* 1. *tract.* 6. *capit.* 25. *quæst.* 112. Turrianus, 2.2. *disp.* 91. *dub.* 1. *in fine.* Diana, *part* 1. *tract.* 7. *resolut.* 30. & *part* 3. *tract.* 4. *resol.* 67. Bonacina, *de leg. disp.* 3. *quæst.* 4. *pun. vltim* § 1. *num.* 10. Ledesma, *tom.* 2. *sum. tract.* 3. *cap.* 16. *conclus.* 8. & alii.

An desiderare alicui malum, sit peccatum mortale? Dub. 3.

10 Respondeo, quod si obstaret alicui malum ex displacentia personæ, seu ob malum ipsius personæ, & nõ ob bonũ ipsius, vel alterius, erit peccatũ mortale: Secùs si gaudet de malo, vel tristetur de bono, ex bono motiuo; qa actus efficax specificatur à motiuo, ab eoq; bonitatẽ & malitiam sumit. Vndè si quis habuerit inimicum, æquè potentem, à quo potest liberari; non licèt desiderare mortem illius, nec aliud damnum: nisi tale desiderium ordinetur ad bonum inimici prædicti, aut Reipublicæ; ita quod ex eius morte, aut infirmitate vetabuntur multa mala; & ipse, videns se afflictum, mutabit vitam. Si tamen inimicus esset tam potens, ita vt ab eo probabiliter iudicetur, non posse liberari, nisi cum magno periculo suæ vitæ; licitum erit desiderare mortem illius, aùt aliud malum, si intelligat esse remedium, necessarium ad sui defensionem. Ratio est: quia licitum est cuique se defendere meliori modo, quo potest. Ita Rodoriquez 2. par. 1. *sum. cap.* 17. *num* 6. Bonacina, *de leg. disp.* 3. *quæst.* 4 *pun. vltim. num.* 7. Reginaldus, *lib.* 17. *num.* 116. Azorius, *part. p. lib.* 3. *cap.* 12. Aragonius, 2.2. *quæst.* 21. *artic.* 9. Filliucius, *tom. secund. tract.* 28. *cap. p. num.* 8. Emanuel Sà, v. *Charitas numer.* 8. Nauarrus, *cap.* 15. *num.* 10. Laurentius Cutillus, *in addit. Mancini part.* 5. *pract.* 3. *dub.* 5. Hurtad. de Mendoz, *de spe & charit. volum secund. disp.* 153. *num.* 4. § 18. & alii.

11 Ad hoc vt sit peccatum mortale, requiritur, vt ipsa imprecatio mali sit ex animo. Secundò, vt sit ex plena deliberatione animi. Tertiò, vt malum, quod imprecatur alteri, sit graue; quare si aliquid istorum adsit, erit tantum peccatum veniale. Vndè non semper in Mulierculis, maledicentibus suis liberis, vel ancillis: vel Rusticis, Mulionibusque maledicentibus sibi, vel iumentis, aliisuè, est peccatum mortale: quia frequenter ex ira quadam, vel ex deprauata cõsuetudine maledicunt, non ex animo imprecantes malum. Ita Azorius, *part.* 3. *lib.* 13. *capit.* 10. Diana, *part.* 3. *tract.* 6. *resol.* 13. & alii.

An teneatur quis salutare inimicum? Dub. 4.

13 Negant Doctores citandi. Quorum ratio est: quia non tenemur, specialia beneuolentiæ signa inimicis exibere, quæ non tenemur erga illos: sed salutare, est speciale signum beneuolentiæ, quod non tenemur erga alios exibere: ergo non tenemur inimicos salutare: inimicus enim, ob dissolutam amicitiam, & propter offensam nobis factam, non efficitur melioris conditionis, quam sit ille, qui nullam nobis intulit iniuriam. Tum, quia salutatio anticipata nulli debetur, nisi quibusdam personis, dignitate præcellentibus, honoris causa. Et hoc regulariter loquẽdo: quia aliquandò tenemur salutare inimicum, vt quando sic postulat ratio vitandi scandali; aùt quando speratur, vt inimicus reconcilietur, & odium per salutationẽ deponat. Ita Malderus, 2. *quæst.* 25. *artic.* 9. Azorius, *part secund lib.* 12. *cap.* 3. *quæst.* 5. Coninch. *de fide, spe, & Charit. disp.* 24. *dub.* 6. *à numer.* 89. Valentia, *to.* 3. *disp.* 3. *quæst.* 3. *pun secund.* Bannez, 2.2. *quæst.* 25. *artic* 9. *dub.* 3. Nauarr. *cap.* 14. *num.* 15. Layman, *in Theolog moral.*

rab lib secund tract.3.cap.4. num secund. Siluius, 2.2.quæst.25.artic 9. conclus.secund. Reginaldus, lib.17.eadit. sect secund num 123. Filliucius, to.secund.tract. 28.cap p.num 19. Fernandez, part p. cap. 3.§.7.num p. Vilalobos, to.secund. sum. tract 3.diffi: 6.num 4. Homobonus, exa. Eccles part.p.tract.6.capit.25.quæst.114. Molfesius, to.p.tract.11 cap.5. numer.33. Ledesma, tom secund sum tract 3.cap.secund.conclus.5. Ioan.del Cruz, in direct. conscient.part.p.præcep.p articul.3.dub.p. Tannerus, 2.2.disp.secund quæst.3.dub.p. num.12. Lorca, 2.2.quæst 25.artic.6.sect 3.disp.25 memb 3. Diana, part secund.tr. 15 resolut.62.& par 5.tract 13.resolut.89. Bonacina, de leg disp 3.quæst.4 pun 3.nu. 3. Beia, part.secund. fol.99. cas.1. Emanuel Sà, v.charitas num 9. & alii.

Dubitatur: An teneamur resalutare inimicum, nos salutantem?

14 AFfirmatiuè respondent Reginaldus lib.17.num 123. & alii: quia non potest denegari sinè peccato cōtra præceptum dilectionis proximi.

15 Dicendum est tamen: Aut qui salutatur ab inimico, est longè superioris conditionis, vt Prælatus, vel Pater, vel Vir nobilis, respectu plebei. Aùt non est longè superioris conditionis. Si primo modo, non videtur peccare mortaliter, non resalutando: quia denegatio salutationis respectu istiùs, non adscribitur contemptui, nec indè scandalum oriri videtur. Si verò secundo modo, videtur, per se loquendo, peccare mortaliter: quia regulariter sequi solet scandalum, & magna contristatio in eo, qui sibi salutanti cognouit salutationem denegari. Ita Azorius, Toletus, Bonacina, num.4. Lorca, & alii locis citatis.

16 Vndè, qui inimicum salutantem non soluat, mortaliter peccat, quotiès indè sequitur scandalum: aùt quoties notabilis contemptus existimatur, spectata circumstantia temporis, loci, personarum, & consuetudinis patriæ. Ita Malderus, 1.2 quæst.25 artic.9. ad finem. Toletus, Bonacina, Azorius, Valentia, & alii.

17 Lorca verò ait, in 2.2 quæst.25.artic.6. sect.3.disp 24.memb 3.num.40. non esse certum peccare mortaliter eum, qui, occurrentibus pluribus, inter quos est inimicus, salutat omnes, excepto inimico. Primò, quia omissio salutationis, etiam debitæ, regulariter non est peccatum mortale. Secundò, quia potest id facere, non in odium, & repulsam inimici, sed in significationem proprii grauaminis, & iniuriæ. Licèt hæc opinio non approbetur à Filliucio, Syluio, & aliis.

18 Vndè Valerius, in diffic. vtriusq; fori. v. remissio diffic.secund num.4. ait: Negationem alloquutionis, & salutationis, propter aliquam inimicitiam, non esse scandalosam inter personas, de quibus non est dubitandum, nec ambigendum, vtrum sit animo in aliquem maleuolentiæ suffuso, vt inter Patrem, & Filium, inter Prælatum, & subditum, inter Religiosos, qui quotidiè celebrant, & sunt exemplares. Quò ad vltimum non admittunt Diana, & alii.

An lętaliter vulneratus, vel aliùs moribundus, teneatur inimico iniuriam remittere, vulgò, *farli la remissione*? Dub.5.

19 SI Lęsus, causam deducit lædendi, v.g. si læsus fuit primus, & iniustus aggressor, & ille ad se defendendum processit: vel quia læsus inuentus fuit cum vxore, vel consanguineo lædentis, & similia: tunc læsus remissionem coram iudice in conscientia facere debet. Ratio est: quia lædens iustè se defendit, & nō sibi damni causa imputari debet, sed agressori, danti operam rei illicitę; iuxta illud: Qui causam damni dat, damnum dedisse videtur, vt in reg.iur.in 6. & docent Mancinus, in pract. infirm. pract.7. dub.5 num 7. & Laurentius Castillus, in addit ad Mancinum pract.7.dub.5.fol.181

20 Si verò lęsus non fuit primus & iniustus aggressor, tenetur remittere odium & rancorem contra inimicum: Vndè non tenetur, vt vulgò, *farli la remissione*. Ratio est: quia sicut iudex potest iuridicè pœnam, & compensationem præscribere, ita lęsus petere potest à iudice, vt sibi compensatio iuridicè fiat, deposito tamen odio, & rancore. Ita Emanuel Sà, v.iniuria nu.1. Aragonius, 2.2 quæst.15.artic 5. Sayrus, in clau.Reg. lib.11.capit 8 num.11 Lesius, lib secund. capit 47.dub 4.à num 24 Mancinus, in pract.infirm pract.7.dub 5 num 7 Bonacina, de leg. disp.1 quæst.4 pun.3 num 5. versic.Ex quo. Tabiena, v charitas num. 16. Laurentius Castillus, in addit Mancini pract.7 dub.5 fol.184. Diana, part.5. tract.3.

*tract.3.resolut.*103. *Siluester*, *v. iniuria num.*7. Caietanus,2.2.*quaest.*108.*artic.*1. *in corpore*, & alii.

31 Vndè (vt ait Mancinus) non benè faciunt Confessarii, pœnitentes scrupulis afficientes, dum dicunt: illos non posse saluari, nisi etiam coram iudice actiones iniuriarum remittant, cum hoc liquidè falsum sit.

An inimicus, petens humiliter veniam, & offerens iustam, debitamque satisfactionem secretè, debeat offensus remittere iniuriam, vulgò: *farli la remissione*? Dub. 6.

22 RESpondeo, quod offensus teneretur saltem offensam illi condonare: tum ad scandalum vitandum, ad hoc scilicèt, vt inimicus illud contra se odium deponere aduertat. Tum etiam, quia hic actus deponendi odium, est actus charitatis, idque de iure naturali, & diuino, ex illo Matthæi 5. ipse obligatur. Potest verò, deposito odio, coram iudice de delicto commisso in bonum Reipublicæ, nè iterum sibi noceat, contra Reum instare: cum hoc ad sui defensionem, de iure naturæ debitam, pertineat. Ita Rodoriquez, *part.*1 *sum.cap.*17.*num.*1. Rodoriquez, *lib.*17. *capit.*12. *num.*116. Laurentius Castillus, *in pract. Mancini pract.*7.*dub.*3 *fol.*188 & alii.

23 Vndè remissa inimico iniuria, non dicitur remissa satisfactio: quia inimicus, remittens iniuriam, ab eo sibi illatam, censetur remisisse odium, non autem satisfactionem, nam hoc est diuersum ab illo. Ita Panormitanus, *in cap.*1 *de maledict.* Philiarchus, *de offic. Sacerd lib.*4. *capic.secund. part.secund.* Naldus, *v. inimicus num.*1 Reginaldus, *lib.* 7.*num.* 144.& alii.

24 Neque offensus, satisfactionem illam, quam priuatim offendens offert, tenetur acceptari sub mortali: sed illam in iudicio petere potest: quia vtitur iure suo: nisi fortè aliundè magnum daminiustè, citra sua cura, contra offensionem, indè offensori eueniret, quod sanè ex charitate offensus euitare tenetur. Ita D. Thomas, 2.2 *quaest.*108. *num.*1.& 2. Salonius, 2.2 *quaest* 83.*num.*6. Laurentius Castillus, *in addit Martin.pract.* 7. *dub.*4 *fol* 188. Sancius, *in Select. disp.secund.num.*11. & alii.

25 Qui verò intenderit habere pacem cum hæredibus occisi, si duo sunt hęredes, vnus masculus, & altera fœmina; sufficit, vt ab vno habeat, vulgò, *la remissione*. Ita Decius, *in cap prasent.num. num* 20.*de probat.* & alii Si tamen essent omnes masculi, non sufficere ab vno herede illam habere, sed ab omnibus illis hæredibus habenda esset vt definiuit olim Collegium Bononiense: & communiter illam à cęteris receptum fuisse, testantur Couarruu. *lib.p. varar.resolut. cap.*13.*num.*8.*versic.*4.& Naldus, *v.prax. num* 4.

Quid est Susurratio? Dub. 7.

26 VT ait Molfesius, *to.*1.*sum.tract.*11.*ca.*22.*num.*127 est ab locutio, instituta, ad dissoluendam amicitiam inter aliquos.

27 Susurratio duplex est, Formalis, & Materialis. Formalis est peccatum mortale, nisi ob paruitatem materiæ, aùt imperfectionem actus, vel modo loquendi: quia tunc erit peccatum veniale. Materialis verò ex suo genere peccatum mortale est. Erit tamen veniale, ratione in aduertentiæ, & indeliberationis. Ita Sayrus, *in Clau.Reg.cap.*5.*num.*4. Reginaldus, *lib.*24 *num.*72 Bonacina, *de contract.disp.secund. quaest.*6.*pun. secund num* 1. & alii.

De Detractione, Irrisione, Derisione, & Tristitia, dicebimus; Deo adiuuante, *in to.secund. de* 8.*Decalogi pracepto.*

An aliquis possit amicitiam aliquorum dirimere, vt eam sibi conciliet? Dub. 8.

28 AFfirmatiuè respondent Doctores citandi, modò med is illicitis non faciat. Quorum ratio est: quia licitum mihi erit orare Titium, vt mutet testamentum, neque hęredem constituat, aut mihi tradat rem, quam præcario alteri concesserat, seclusa fraude, & dolo: ergo &c. Tum quia bonum gratuitum pendet à libera voluntate conferentis: sicut autem liberum est, conferenti bonum gratuitum non conferre: ita mihi liberum est, præcisa vi, & fraude, curate, vt non conferat, sed mihi, aut alteri tradat: Amicitia autem, & familiaritas cēsetur bonum gratuitum, pendens à libera voluntate amicorum. Secùs autem si mo-

si modis illicitis id fiat, scilicèt, fraude dolo, vel infamando proximum, causa, seminandi zizaniam, vel dissoluendi amicitiam, aùt dispoliandi proximum à re aliqua, in qua, ius hēt, &c. quia tūc peccaret m taliter: nisi exparuitate materiæ, & imperfectione actus, vel modo dicendi excusetur. Ita Molfesius, *tom.p. sum.tract.* 11.*cap.*22. *num* 131. Sotus, *de iust. & iur. quæst.* 5 i.*artic.p.* Aragonius, 2.2.*quæst.*74.*artic.secund in fine.* Bonacina, *de restit.disp.secund.quæst.*6.*pun secund.num.*6. Filliucius, *to.secund.tract.* 49.*cap.*5.*num.*139. & alii.

29 Vndè potest quis incollatione beneficiorum excludere proprium inimicū, posita sufficienti electi habilitate. Ratio est: quia, sicut antè amicitiam cum hac circumstantia beneficii collector illum excludere poterat; ita etiam potest postea: nisi fortè indè scandalum oriatur, quod sanè non fit, nisi de electi habilitate constet: vel nisi beneficii collatio ex alterius voluntate dependeat: vt accidit in iure patronatus. Ita Layman, *in Theolog.moral.lib.secund. tract.* 3 *cap.* 4.*num secund.* Laurentius Cutillus, *in addit.Mancin.prac.secund.dub.*6.*fol.*189 & alii.

Quando nam dicatur gaudium in aduersis? Dub.9.

30 RESpondeo: Quando quis molitur, honorem alterius diminuere, & illud obtinet, excludit, & demolitur & sic grauiùs peccat, quam ille, qui malum intulit, & dolet, in prosperis: quia dum obtinere non potest aduersa contra proximum, & prospera illi succedunt, tristatur, & dolet, & consequēter mortaliter, vel venialiter peccat, prout dolet. Ita Molfesius, *tom.p. sum.tractat.octau. capit.octau. num.*139. & 240.

Vndè tristari de bono alterius definitur (vt ait Toletus, *lib. septim sum. capit.sexagesim.secund.*) Est dolor, & displicentia de bono, & prosperitate aliorum, quam non potest impedire.

DE ACCIDIA, ET FILIIS EIVS.
Cap. 19.

Quid, & quale peccatum est Accidia? Dub. 1.

1 VT ait Fernandez, *in part.*4 *capit.secund.paragraph.*8.*num.*1. Accidia, est fastidium rerum spiritualium, seù tristitia ex eo, quod sint res spirituales.

2 Accidia, ex genere suo, peccatum mortale est: quia directè aduersatur charitati Dei, quæ gaudet in Deo: & successiuè. peccatum mortale est, cum mortale sit quo animo amittit charitatem, qua viuit Deo. Nisi tamen primi motus præberent excusationem, vel non adesset perfectus consensus voluntatis. Et ita dicendum est, quando materia iudicatur leuis; quod euenit, ratione alicuius circumstantiæ, bono diuino, aut bono virtutis: Aut quia tristatur de ieiunio, quod certo die seruādum est, vt in die Iouis, & vellet, vt esset in die Veneris: Aut tristatur de concione, quæ certo loco habenda est, vel de alio opere bono, quod habet adiūctum laborem: quia non tristatur, tamquam absolutè nolens, ieiunium esse, aut concionem, vel aliud opus bonum, conducens ad salutem animæ: sed solum tristatur de illa circumstantia diei, loci, vel laboris: & sic erit peccatum veniale. Ita D. Thomas, 2.2.*quæstion.*35.*articul.* 3. Reginaldus, *lib* 17 *num.*108. Molfesius, *tom.p.sum.tract* 8 *capit* 8.*num.*266 Turrianus, 2 *quæst.*35 *articul.*4. Caietanus, *in sum. v.inuidia*. Valentia, 2.2 *disp* 3.*quæst* 12.*pun p.* & alii.

3 Filii Accidiæ sunt Disperatio, Pussilanimitas, Torpor, Malitia, Mentis euagatio, & Rancor. De Disperatione in primo Decalogi præcepto inuenies.

Quid est Pussillanimitas? Dub.2.

4 VT ait Lessius, *lib.*3.*capit secund.dub.*3.*num.*28 Pussillanimitas, est alterum

rum extremum, Magnanimitati directè oppositum.

5 Ex se, ob humanam infirmitatem, regulariter veniale peccatum est: nisi quis omittat facere, quæ ex præcepto tenetur facere, vel adimplere. Ita Molfesius, *to.1.sum tract* 8.*capit.8.num.*270. & alii communiter.

Quid est Torpor? Dub.3.

6 VT dicunt D.Thomas, 2.2.*quæst.* 5. & Molfesius, *to.p.sum. tract.*8 *cap.* 8 *num.*225. Torpor, est quoquis negligit propriam salutem, omittens facere, quæ ex præcepto tenetur: & sic aduersatur charitati: quia, quicumque debet suam salutem diligere, & operari.

Quid est Malitia? Dub. 4.

7 MAlitia est contemptus, & abhominatio rerum spiritualium, procedens aliquandò ex inordinata tristitia mentis. Molfesius.

8 Vndè Malitia est, quando homo detestatur bona spiritualia in se, & vellet ea non esse: Aut quia ipsum pœnitet, se bene fecisse, & impleuisse, quod ex præcepto facere tenebatur, vt ieiunium, confessionem peccatorum, &c. Aut contemnit Dei beneficium, desiderando, se non esse natum, aut non esse Christianum: & sic, ex genere suo, mortale est, cum apertè sit contra charitatem, qua nos ipsos propter Deum debemus diligere. Ita Molfesius, *to.1.sum.tract.*8.*ca.* 8.*num.*268.

Quid est Euagatio mentis? Dub 5.

9 VT ait Toletus, *lib.7 sum. cap* 70. *in fine*, est defectus intentionis, quæ rebus spiritualibus exequendis, & exercendis, est adhibita.

10 Euagatio mentis est quinta filia Accidiæ: propter tedium boni operis euagatur, varia cogitando, vt ipsum tedium euitet: & hæc inducit ad multiloquium, & ad audiendum noua, & facit instabilem in loco, quæ tunc sunt, & est peccatum, ex se, veniale: nisi ratione præcepti, vt in recitandis horis Canonicis, &c. quia tunc erit mortale, si vagatio mentis erit grauis; si verò leuis, erit veniale, vt diffusiùs in Tractatu de Horis Canonicis dicemus, & docent D. Thomas, 2 2.*quæst.* 15 *artic.*4.*ad* 2. Angelus, *v Vagatio mentis*, & alii.

Quid est Rancor? Dub. 6.

11 RAncor, est detestatio eorum, qui ad spiritualia inclinant hortantur, & impellunt: vt sunt Concionatores, viri Religiosi, & alii: quia tales inducunt ad relinquendum statum malum, & spiritualia amplectenda.

12 Regulariter loquendo, est peccatum veniale, nisi coniugatur cum odio, quo talibus personis operatur notabile dãnum, vel si negant esse vera, quæ prædicant, vel docent de bonis spiritualibus. Ita Molfesius, *to.1.sum.tract.*8.*cap.* 8.*num.*269. & alii.

DE CONSCIENTIA ET EIVS DIVISIONE, ET CONSCIENTIA RECTA.

CAP. I.

Quid est Conscientia? Dub. 1.
Quotuplex est Conscientia? Dub. 2.
Quid est Conscientia recta? Dub. 3.
An agens contra Conscientiam, peccet contra speciale peccatū; & contra speciale praeceptum? Dub. 4.
An quādo Conscientia non dictat aliquid esse mortale, aut veniale speciatim, sed tantum esse malum in genere, erit peccatum mortale, an veniale, operare contra talem conscientiam? Dub. 5.
An ad operis malitiam contra Conscientiam errantem, desideretur adesse actu illius Conscientiae iudicium? Dub. 6.

Quid est Conscientia? Dub. 1.

1 VT ait Merolla, *to. 1. disp. 3. cap. secund. dub. p. num. 9.* Conscientia, est iudicium intellectus practici, dictans, quid à nobis hic, & nunc faciendum, vel non faciendum sit, deductum per modum conclusionis ex primis principiis, siuè mediatè, siuè immediatè.

Quotuplex est Conscientia? Dub. 2.

2 MEdina, *1. 2. quaest. 19. artic. 6.* Vasquez *disp. 59. cap. 1. in fine* Tannerus, *disp. secund. quaest. 4. dub. secund. num. 10* Sanchez, *lib. p. sum. cap. 9. num. secund.* & alii, diuidunt Conscientiam in quatuor mēbra. Nam Vasquez, & Sanchez, diuidunt, in Erroneam, Dubiam, Probabilem, seù Opinatiuam, & Scrupulosam: Medina vero, & Tannerus, meminerunt conscientiam Rectam, & omittunt Probabilem; seu Opinatiuam.

3 Alii verò meliùs diuidunt in Conscientiam Rectam, seù Certam, Erroneam, Dubiam, Probabilem, seù Opinatiuam, & Scrupulosam. Sic Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 1. capit. 3. num. 6.* Bonacina, *de leg. disp. secund. quaest. 4. pun. 6. num. secund.* Filliucius, *tom. secund. tract. 21. capit. 4. num. 115.* Merolla, *tom. p. disp. 2. capit. 1. dub. secund. num. 9.* & alii. Ratio huius diuisionis est (vt ait Merolla, *in dub. 1. num. 1.*) quia Conscientia nihil aliud est, nisi iudicium intellectus practici, dictans quid à nobis hic, & nunc faciendum, vel non faciendum sit, deductum per modum conclusionis ex primis principiis practicis, siuè mediatè, siuè immediatè: quia verò intellectus, ita iudicando, aliquando est certus, & tunc dicitur conscientia Recta, seù (vt alii loquuntur) Certa: aliquando errat, & dicitur conscientia Erronea: quandoque probabiliter opinatur, & dicitur conscientia Probabilis, seù Opinans: quandoque dubitat, & dicitur Dubia: aliquādo scrupulis agitatur, & dicitur Scrupulosa.

4 Praeter hos quinque species conscientiae enumeratas, addunt sextam Suarez, *1. 2. tract. 3. disp. 12. sect. secund. nume. 6.* & Merolla, *to. 1. disp. 3. cap. 1. dub. secund. nu. 17.* scilicèt, Conscientia Temeraria, vt quando quis nullo motiuo, seù ratione probabili ductus, judicat sibi licitum esse, vel non esse, aliquid operari: haec enim conscientia Temeraria, non potest dici recta, neque probabilis, neque scrupulosa, quia hae possunt esse regulae rectae operationis; illa verò minimè. Neque dici potest dubia, vt clarè patet: nam con-

conscientia dubia nō includit iudicium aliquod determinatum intellectus, sed in ambiguo manet: conscientia verò Temeraria sic. Denique non potest dici erronea, tum quia non est ex falso motiuo: tum etiam, quia potest esse conformis obiecto, vt est a parte rei.

5 Aliqui addunt septimam speciem Cōscientiæ, quam appellant Suspicātem. Ratio potest esse: nam Suspicio differt à scientia, scrupulo, dubio, errore, & opinione: ergo Conscientia Suspicans erit distincta à conscientia recta, erronea, dubia, opinatiua, & scrupulosa.

6 Sed in reuera (vt ait Merolla, *num.18. versic. Rerum*) non est necessarium, addere hanc nouam speciem conscientiæ: quia conscientia suspicans non differt specie à conscientia dubia, sed tantum videtur differre, sicut magis, & minus in eadem specie: sicut enim quando quis habet conscientiam dubiam, neutri parti assentitur: ita etiam qui suspicatur. Solum differunt in eo, quod dubitans non magis inclinat ad vnam partem, quam ad aliam, sed est in æquilibrio. Suspicans verò dicitur qui magis inclinat ad vnam partem.

Quid est Conscientia Recta? Dub.3.

7 VT ait Bonacina, *de leg. disp. secund. quæst.4 pun.6. num secund.* est illa, quæ dictat, & iudicat, quod verum est. Aut (vt ait Sayrus, *in Clau. Reg. lib.1. ca. 3. num.6.*) est illa, quæ per verum syllogismum, veram sententiam includit. v. g. si quis ita discurrat: Illicitum esse, acceptare rem alienam, inuito Diuino, quia hæc res est aliena: ergo non licet mihi illam acceptare, inuito Domino.

An agens contra conscientiam, peccet speciali peccato, contra speciale preceptum? Dub.4.

8 AFfirmatiuè respondet prima opinio. Ita Ioa. Medina, C. *de Confessione quæst.8. versic Deinde fornicari.* Ratio deducitur, ex illo D. Pauli ad Roma 14 *Omne quod non est ex fide* (idest contra conscientiam) *peccatum est.* Ex quo infert: Fornicari, vel aliud malum scienter agere, esse circumstantiam, quæ distinctam malitiam affert, explicandam in confessione.

9 Secunda opinio ait: Agentem contra conscientiam erroneam, vnicum tantū peccatum committere: eò quod vna sit tantum deformitatis ratio, agere scilicet contra consciētiam erroneam. Agentem verò contra conscientiam rectam, duplex peccatum admittere, ob duplicem deformitatem illius actus: vnam agendi contra conscientiam, alteram verò agendi contra præceptum, quod verè violatur. v. g. si quis credit hodiè esse diem festum, cum verè non sit, si Missam non audit, peccat tantum vnico peccato: non quod violet præceptum Ecclesiæ, de audienda Missa in diebus festis, sed tantum, quod violet præceptum naturale de non operando cōtra dictamen conscientiæ. Si verò sit dies festus, peccat duplici peccato, quia etiam violat præceptum Ecclesiæ. Vndè, secundum hanc opinionem, agere contra conscientiam, esse peccatum cōtra speciale præceptum. Ita Angest. *cap/ 7. moral dub.2.*

10 Tertia opinio ait? Vnum tantum esse peccatum operari contra conscientiam, siuè rectam, siuè erroneam. V.G. qui falso arbitratur, in Vigilia *Epiphaniæ* ieiunium præceptum esse, non ieiunet; is contra temperantiam peccat. Ratio est: quia nulla virtus, aut præceptum obligat, nisi medio conscientiæ iudicio, seu dictamine, quod est proxima, ac immediata regula nostrarum operationum. Quo circa ea, virtutis notitia, ac præcepti eamdem vim obligandi habet, ac ipsum præceptum; & per consequens, qui peccat contra conscientiam, non peccat contra duplicem regulam, duplicemque virtutem, sed contra eādem sibi notam, & propositam: ac proindè vnum tantum, & non duplex peccatum erit, operari contra consciētiam, siuè rectam, siuè erroneam. Ita Durandus, *in 2 dist.39. quæst.5 artic 3 num 9.* Vasquez, *1.2. disp.59. capit.3. numer.11.* Nauarr. *in manual. capit 9. num.9.* Beccanus, *.2 tract.1. cap.4 quæst.7.* Sanch. *lib.1. sum. capit.11. num 5.* Layman, *in Theolog. moral lib.p. tract.p. capit.4. num. secund versic. Corollarium.* Azorius, *par. p. lib. secund. cap.8. quæst.4.* Salas, *2.2. tra. 8. disp.1. sect.3. num.3.* Sayrus, *in Clau. Reg. lib.1. cap.2. num.21.* Merolla, *tom.1. disp.3. capit.1. dub.3. num.31.* Diana, *par. 3. tract.4. resolut.162.* & alii.

11 Vndè Primò: Agere contra consciētiam, non esse peccatum speciale, contra

tra speciale præceptum, vel virtutem, sed contra generalem quamdam rationem præcepti, quę determinatur ad talem rationem peccati, ex tali, vel tali materia præcepta, quæ per conscientiã proponitur. Quia conscientia, siuè recta, siuè erronea, non affert nouam obligationem, præter obligationem præcepti, aut virtutis, quam proponit. Ita Merolla, *tom. 1. disp. 3. capit. 1. dub. 3 num. 31.*

11 Secundò: Peccatum, aduersùs dictamen conscientiæ, siuè rectæ, siuè erroneæ, ad eam malitiæ speciem, & culpæ quantitatem pertinere, quam ipsa conscientia dictat: vt si dictat esse adulteriũ, erit adulteriũ: si mortale, erit mortale: si veniale, veniale Quia, cũ tota huius malitiæ ratio in eo consistat, vt contra conscientiæ errantis dictamen sit operatio, talis, & tanta erit malitia, qualem, & quantam conscientia dictauerit. Sic D. Thomas, 1. 2. *quæst. 19. art. 5. ad 3.* vbi Medina, *quæst. 19. artic 6 dub. 4.* Vasquez, *disp. 59. cap. 3 num. 11.* Caietanus, v. *Conscientia.* Nauarr. *prælud. 9. sum num. 9.* Corduba *in 99. lib 3. quæst. 4. post solut ad 2. contra primam principal. 1 in dub. 1 secund.* Valentia, 1. 2. *disp. secund quæst. 14 pun. 4 quæst. secũd.* Azorius, *part p. lib. secund. capit. 8 quæst. 4.* Salas, 1. 2. *quæst 21. tract. 8. disp. unica sect. 3 num. 17 in fine, & num 31.* Sayrus, *in Clau. Reg. lib p. capit. 4. num. 15. & 19.* Sanchez, *lib p sum. capit. 11. num. 5.* Merolla, *to p. disp. 3. capit. p. dub. 3. num. 32.* & alii.

13 Addunt tamen Nauarrus, & Sayrus, *num. 15.* cum dicimus: Peccari tantum venialiter, si conscientia erronea dictat, esse solum veniale; intelligendum esse, nisi id reuera esset aliundè mortale. Nam cum conscientia errans non minuat peccati grauitatem, peccabit vtique tunc mortaliter.

14 *Salas* verò, *in 1. 2. quæst. 21 trac. 8. disp. vnica sect. 3. num. 23 quæst. 5. in fine.* hoc improbat, dicens: Quamuis ex se sit id peccatum mortale, si putetur ab apparenti veniale, erit tantum veniale.

15 Verum Sanchez, *to. p sum. lib. p capit. 11. num. 5. in medio* ait: Omnes dicunt bene, diuersimodè intellecti: Illi quidẽ, loquendo de ignorantia culpabili, cum hæc enim minimè excuset, non efficiet, vt id, quod ex se erat mortale, fiat, ratione huius ignorantiæ, veniale. Hoc autem, quando ignorantia esset inculpabilis, quale conscientia errans putabat: quia omnes illæ circumstantiæ fatendæ sunt, quas conscientia errans existimauit adesse: quia tota ea malitia in eo opere inuenitur. Ita Sanchez, & post eum, Merolla, *num. 33. versic. Sed hoc.*

16 Hinc deducitur: Si quis falsò putabat, hodie esse Vigiliam, carnes comedat; sufficit dicere in confessione: Comedi carnes in die prohibito: quia peccatum eiusdem speciei commisit, ac si verè fuisset Vigilia. Ita Sanchez, Merolla, & alii contra Nauarrum, *capit. 6 sum. num. 14.* Valentiam, *to. 4. disp. 7. quæst. 11 pun p.* & docet Diana, *part. 3. tract. 4. resolut. 162 versic. Notandum est.*

17 Quod si conscientia dictet, esse peccatum in genere, non descendendo ad speciem aliquam; ad nullam specialem peccati speciem pertinebit, sed ad generalem contra præceptum naturale, de sequendo bono, & malo vitando: Sicut, si quis in genere peccare propenat. Ita Valentia, 1. 2. *disp. secund. quæst. 14 pun. 4. quæst. secund.* Azorius, *part. p. lib. secund capit 8. quæst. 4* Medina, 1. 2. *qu. 19 art. secund dub. 4.* Sanchez, *lib. p. sum. capit. 11. num. 5.* Merolla, *to. p. disp 3 capit. 1. dub. 3. num. 35.* & alii. Et in hac re cõuenit Salas, *sect. 3 num. 32.* quamuis diuersimodè.

18 Vndè meritò Valentia, Sayrus, *num. 22.* Sanchez, Merolla, *num. 31*, & alij dicunt: Esse falsum id, quod Adrianus, dixit *in 4 sent. in tract. de confess quæst. 4. § nemo nunc.* scilicèt: Necessarium esse, explicare in confessione, an quis contra conscientiam, vel contra dubium conscientiæ peccauerit, quia addit specialẽ deformitatem: sed dicendum est, non esse speciale peccatum, propter rationem num. 11 assignatam, & ideò satis esse fateri præcepti violationem, quam conscientia dictabat, non explicando, esse contra conscientiam, vel dubium conscientiæ.

(* * *)

An

An quando Conscientia non dictat, aliquid esse mortale, aut veniale speciatim, sed tantum esse malum in genere, sit mortale, an veniale operari contra huiusmodi conscientiam? Dub. 5.

19 RESpondeo: Si id esse malum in aliqua peculiari materia, conscientia dictat, debet ex ea iudicari, an sit mortale, an veniale: Vt si dictet, hodie esse diem ieiunii, aut festiuum, quantitas culpæ debet ex horum præceptorũ transgressione iudicari, quæ est mortalis. Ita Azorius, *part. p. lib secund. cap. 8. quæst* 5. *Sanchez, to. p. sum. lib p. capit* 11. *num* 6. Merolla, *to p. disp. 3 capit. p dub. 3. num.* 36. Vasquez, 1. 2 *quæst. 19 articul. 6. disp.* 59. *ca. 3. num* 10. Alphonsus de Leone. *de offic. confess. part p. recollect. 7 num. secund.* Diana, *part. 5. tract. 5 resol* 31. & alij.

Dubitatur: An quando Conscientia erronea non distinguit, an mortale sit, an veniale, sed solum confusè proponitur actio mala; quale peccatum committit, qui facit contra talem conscientiam?

20 PRima opinio ait eamdem esse huius rationẽ, proponentis in genere peccare, nullam speciem determinando: & addit, aliquandò fore veniale, aliquando mortale: subticet tamen, quando hoc contingat. Ita Corduba, *lib. 5. qq. quæst.* 4. *an 6 propos.*

21 Secunda opinio ait: Esse peccatum mortale, agere contra talem conscientiam, dictantem, aliquid esse malum in genere. Cuius ratio est: quia, qui ita operatur, absque alio examine, exponit se periculo peccati mortalis, & per consequens virtualiter vult illud committere, qualecumq; sit. *Qui verò amat periculum, peribit in illo. Eccles.* 3. Ita Vasquez, 1 2. *disp.* 59 *cap. 3. num.* 10. Azorius, *part. p. lib. secund. cap. 8. quæst.* 6. Sayrus, *in Cliu Reg lib. p. cap 4. num* 17. Sancius, *in Select. disp.* 8. *num. p.* Sanchez, *lib p. sum cap. 11. num 6* Merolla, *to. p. disp. 3. cap p dub. 3. num.* 38. Bonacina, *de leg. disp. secund. quæst. 4. pun. 6. num.* 22. Reginaldus, *to p. lib.* 11. *num.* 32. Palaus, *to. p. disp. p. pun* 3. *nu* 6. & alii, & probabilem vocat Diana, *part. 3. tract. 4. resolut.* 162. & *part. 5. tract. 5. resolut.* 31.

22 Tertia opinio ait: In tali casu solum committi peccatum veniale. Cuius ratio est: quia voluntas, appetens malitiam in communi, non appetit malitiam excedentem culpam venialem: aliàs, si excederet, non esset veniali, & mortali communis. Ita Nauarrus, *in sum. prælud. 9. num. 9.* Valentia, 1. 2. *disp. secund. quæst. 14. pun. 4. quæst. 3 in fine.* Salas, 1. 2. *quæst. p. tract. 8. disp p sect. 3. num.* 33. Lopez, *part. p. cap. 3. versic. Præterea quia.* Rodoriquez, *part p. sum cap.* 71. *in fine.* Perez, *certam.* 10. *Schol. num.* 29. & alii. Et probabilem vocant Sanchez, & Diana locis citatis.

23 Limitant hanc sententiam Lopez, & Rodoriquez: Nisi quandò, habens tale conscientiæ dictamen, debuit cauere periculum peccandi mortaliter, aliundè, experientia testante, in tali opere ex mortalibus euentibus, causatum. Exẽplum (inquiunt) est de eo, qui ex vsu solitus est iurare, & mentiri in iuramento: si iste iurat, benè aduertendo, se iurare, non aduertens, an iuret falsum, vel verum, fortè tamen iuret verum, non excusatur à mortali in ista iuratione veri: quia tenebatur cauere periculum iurandi falsum: & tamen sua conscientia solum dictabat (vt supponunt) illud iuramentum esse tantum peccatum: quia, vidit esse otiosum, & vanum, & illa iuratio verè ex se non erat mortalis, & tamen tunc imputatur ad mortale.

An ad operis malitiam contra Conscientiam errantem, desideretur adesse actu illius conscientiæ iudicium? Dub. 6.

24 PRima opinio ait: Satis esse, si iudicium ante tempore præcessit; ita vt virtute deindè maneat. Ita Medina, 1. 2. *qu.* 19. *artic. 6. versic. Sed nunquid, vt quis iudicatur.* & Rodoriquez, *part 1. sum. cap.* 71. *num.* 2. dicunt autem hi Doctores, virtute manere, quotiescumque reuocatum non est per cõtrarium iudicium: quare affirmant, eum peccare, qui agit contra præteritum iudicium conscientiæ, quod numquam ab ipso reuocatum est. V. G. si quis anteà iudicasset, non esse licitum vesci lacticiniis die Sabati; & po-

postea, non reuocato tali iudicio, nec actu perseuerante, lacticiniis eo die vesceretur; non minùs peccaret, quàm si tale iudicium actu reclamaret.

25 Secunda opinio, ait: Necessarium esse, vt iudicium illud actu perseueret, dũ opus contra cõscientiã fit, vt culpæ imputetur. Et tũc dicitur, id iudiciũ actu pmanere, quando actu consciẽtia aliquo modo reclamat, vel per plenum iudicium, vel per aliquam dubitationem, vt ait Vasquez 1.2 *disp.60.cap.3.in fine*. Cuius ratio est: quia vt intentio præcedẽs virtute manere dicatur, desideratur eã per aliquem effectum deriuari, & perseuerare. Nam si nullum opus ex ea deriuaretur, in quo diceretur manere; nil refert, an longo, an breui antea tempore ea intentio præcesserit. At id erroneum iudicium præcedens caret omni prorsùs effectu, in quo manere dicatur. Ita Sanchez, *lib.1 sum.cap.11.num.7*. Salas, *1.2.quæst.21.tract.8 disp.1 sect.3.num.29*. Azorius, *part.1 lib.2.cap.8.quæst.12*. Vasquez, *dict.disp.60. cap.3.in fine*. Merolla, *tom.1.disp.3. cap.1.dub.4.num.44*. & alii.

DE CONSCIENTIA ERRONEA Cap. 2.

Quid est Conscientia Erronea? Dub. 1.

1 VT dicunt Sayrus, *in Clau. Reg lib. 1. cap.3 num.6*. Bonacina, *de leg. disp. secund quæst.4.pun.6.num.2*. & Medina, *1.2. quæst.19.artic.6*. Conscientia Erronea, est illa, quę dictat esse bonum, quod est malum, vel è contra.

2 Hæc definitio optima quidem est, supposita diuisione conscientiæ, quam facit Medina, in quatuor tantum membra, non enumerans opinatiuam, seù probabilem; sed eam includens sub recta, & erronea. At verò Sayrus, & Bonacina, qui diuidunt nobiscum consciẽtiam in quinque membra, non loquuntur consequenter: nam vt dicatur conscientia erronea, vt distinguitur contra reliquas quatuor, non sufficit, vt dictet esse bonum, quod est malum, vel è contra; sed vlteriùs requiritur, vt id concludat per sylogismum falsum, aut sophisticum: etenim Conscientia etiam probabilis, seù opinatiua aliquando dictat, aliquid esse bonum, seù licitum, quod à parte rei est malum, & illicitum; & tamen, quia id colligit per discursum, seù sylogisimum topicum, ex præmissis, scilicèt, probabilibus, ideò non dicitur erronea. Sicut in speculatiuis, non eo ipso, quod intellectus iudicat, aliquid esse verum, quod à parte rei est falsum, dicitur errare: nam si id colligit ex motiuis probabilibus, dicitur, habere opinionem, & non propriè esse erroneam; aliàs omnis opinio probabilis, quæ non est conformis obiecto, vt est à parte rei, diceretur erronea, quod nemo asserit. Sic Merolla, *to.1.disp.3.cap.1 dub.secund. num.19*.

3 Vndè Conscientia erronea est illa, quę per falsum, aut sophisticum sylogismũ, falsam sententiam concludit. Ita Merolla, *d.cap.1.dub.secund.num.21*.

Quotuplex est Conscientia Erronea? Dub. 2.

4 DVplex est, alia est Vincibilis, alia Inuincibilis. Illa est Vincibilis, quæ ita imprudẽter iudicat, vt possit falsum, & imprudẽs iudicium deponere, si debitam adhibeat diligentiam. Inuincibilis verò est illa, quæ ita errat, vt, positis talibus circumstantiis, videatur prudenter iudicare, nec teneatur suũ iudicium deponere. Sit exemplum: dum ego dubitarem de aliqua lege, seù de aliqua excommunicatione; interrogaui hominem peritum, & doctum: num talis lex, vel excommunicatio extaret; & ipse respondet, non extare, cum tamen reuera extet: ego dico, habere conscientiam inuinci-

ihuincibiliter errantem; & consequenter non pecco, aliquid faciendo contra talem legem, vel excommunicationem, vt patet ex dictis de ignorantia probabili. Si verò interrogaui hominem imperitum; dico, habere conscientiam vincibiliter erroneam, quam teneor, & possum deponere, adhibita debita diligentia: consequenter, si faciam aliquid contra prædictam legem, non excusor à peccato, vt patet de dictis de ignorãtia vincibili: & docent Bonacina, *de leg. disp.2.quæst.4 pont.6.num.10.* Merolla, *to.1.disp.3.cap.2 dub.1.num.1.* Sanchez, *lib.1.sum cap.11.num.1.* & alii.

An agere contra Conscientiam erroneam, sit peccatum? Dub.3.

5 FVit antiqua opinio aliorum, quos tacito nomine referunt D.Thomas, 1.2.*quæst.58.artic.5.* & Glossa, *can. omnes verb. conscientiam 28.quæst 1.* qui dixerunt: Non semper esse peccatum, operari contra conscientiam erroneam: sed tantum, quando errat circa ea, quæ sunt indifferentia ex obiecto: Secùs verò, quando errat, præcipiendo ea, quæ sunt per se mala, vel prohibendo ea, quæ sũt per se bona, & necessaria ad salutem. Ratio huius opinionis est: quia si Conscientia erronea dictaret: Deum non esse diligendum super omnia, sed ipsum hoc modo diligere, esse peccatum: tunc etiam si quis diligeret Deum super omnia, contra hoc iudicium non peccare: ergo non semper est peccatum operari contra conscientiam erroneam. Confirmatur: quia nemo potest obligari ad id, quod est contra legem Dei: sed Conscientia erronea aliquando dictat aliquid contra legem Dei: Vt quod mentiendum sit, pro uitá hominis conseruanda: ergo in hoc casu non obligatur quis, secundum talem conscientiam agere. Ratio autem est quia maior est obligatio legis diuinæ quam conscientiæ.

6 Attamen, vera sẽtẽtia est: Semper esse peccatum, operari cõtra Conscientiam erroneam in quacumque materia, siuè sit error inuincibilis, siuè uincibilis. Ratio est: quia credens aliquid esse peccatum, & adhuc volens illud facere, cẽsetur habere sufficientem effectum, & voluntatem ad peccatum; cum velit id, quod iudicat esse peccatum. Tum quia cum obiectum voluntatis, sit bonum, ac malum, non quomodocumque, sed prò vt est in apprehensione rationis: ideò si ratio apprehendit aliquid, ac voluntati proponat tamquam bonum morale necessarium, ac præceptum; esto reipsa bonum non sit, sed malum; voluntas, illud respuendo, consentit in transgressione legis. Iterum, si ratio apprehendat aliquid, & voluntati proponat, tamquam moraliter malum, ac prohibitum: voluntas, illud amplectando, consentit in obiectum malum, & prohibitum: adeoque peccat. Ita D. Bonauentura, *in 2 dist.39. artic.1. quæst.3.* vbi Durandus, *quæst.5.* Riccardus, *artic. secund. quæst. 3.* Gabriel, *quæst.3.artic.3 dub.3.* Adrianus, *quodlib. secund.pun.3.in solut.5.* D. Thomas, *1.2.quæst 19 artic.5* vbi Conradus, & alii recentiores Thomistæ, Gloss *part.4. operum de natura, & qualit. conscient. vbi de conscient. indiscreta.* Layman, *in Theolog. moral. lib.1.tract.1. capit.4.num.secund.* Sanchez, *to.p.sum. lib.p.cap.11.nu.secund.* Alexand. de Ales. *part secund.quæst.39.artic.p.quæst.5.* D. Antoninus, *1.part.titul.3.cap.10.§ 4.* Siluester, *v.conscientia quæst.p.* Caietanus, *in sum. v.conscientia.* Sayrus, *in Clau. Reg. lib.p.cap.4. num.4.* Corduba, *in qq. lib.3.quæst.4.* Vasquez, *1.2.disp.59.capit. secund.* Bonacina, *de leg. disp secund qu.4 pun. 6. numer.13.* Reginaldus, *libr. 13. num.69.* Salas, *1.2. quæst.42. tract.8. disp.vnica, sect.3.num.16.* Beccanus, *par. secund tract.p.capit.4 quæst.7. nume 16.* Azorius, *part.p lib.secund capit.18 quæst. 3.* Filliucius, *to secund tract 31.cap.4 nu. 116.* Henriquez, *quodl.artic.8.* Valentia, *tom.secund.disp.secund. quæst.14. pun.4.* Merolla, *to.p.disp.3.cap.secund.dub p.nu. 4.* & alii.

7 Limitant hanc sententiam aliqui: Modò actio, vel omissio sit libera: nam si quis, in carcere detentus, in quo non est Sacrum, putaret se peccare, non audiendo illud, minimè peccaret. Similiter, qui manu, violenter ab aliis mota, hominẽ percuteret, non peccaret, quamvis erraret, existimando se peccare: quia cum ad peccatum requiratur libertas, actio illa, vel omissio, carens libertate, non potest peccato esse obnoxia. Ita, Sanchez, *lib.p.sum.capit.11.num.3.* Merolla, *to.p.disp.3. capit.secund. dub p nu. 6* Diana, *part.9 tract.8.resolut.47.versic. sed ego puto, in medio,* & alii.

Ex

8 Ex his deducitur Primò: Peccantem aduersùs dictamen Conscientiæ erroneæ, ad eam malitiæ speciem, & culpæ quantitatem pertinere, quam ipsa Conscientia errans dictat: Vt si dictet esse furtum, erit contra iustitiam: Si fornicationem, erit contra castitatem; quippè virtutum præcepta obligat ad vitanda; non sola ipsis aduersa, sed etiam, quę aduersa esse, conscientia errans dictat. At Conscientia errans tantum se habet instar cuiusdam conditionis, qua existẽte, tenetur homo vitare, aut facere id, ad quod, ea seclusa, non tenebatur. Ita Sanchez, *to.p.sum lib* 1.*capit.* 11. *num.*4. Bonacina, *de leg disp.secund quæst.*4.*pu.* 6.*num.*8. Sayrus, *in Clau Reg.lib.p.cap.* 4. *à num.*19 Merolla, *to.p.disp.*3.*capit.secund dub.p.num.*8. Salas, 1.2.*quæst.*42. *tract.*8.*disp.vnica sect.*3.*num.*16.*in fin.* & alii.

9 Secundò: Licet Conscientia erronea possit esse causa peccati, non autem potest esse causa censuræ: vt notant Megala, *part.*3. *lib.*4 *cap p.num* 29. Alphonsus de Leone, *de offic.& potest.confess recoll.* 5.*num.*187.*fol* 428.& alii. Vndè qui percussit aliquem, quem credebat Clericũ vel Monacum, quia v. g. habebat tonsuram, vel gestabat habitum; si reuera ille talis non erat, non incurrit excommunicationẽ. Ita Filliucius, *tract.*25.*num.* 27. Squillantes, *cap.*6 *de priuileg.Cleric. n.*76. Alphons.de Leone *vbi supra*, & alii.

10 Tertiò: Si Conscientia erronea dictat, aliquid esse peccatum veniale, peccabit venialiter: si mortale, mortaliter: quia, tota huius malitiæ ratio in eo cõsistit, vt contra consciẽtiam errantis dictãtẽ sit opus, vt talis, & tãta sit malitia, qualẽ, & quãtã cõscientia dictarit. Ita D. Thom.1.2.*q* 19.*art.*5.*ad* 3.vbi Med.*qu.*19. *art.*6.*dub.* 4.Vasq:*disp.*59.*ca.*3.*n.*11 Caietanus, *sum. v. conscientia.* Nauarr.*sum. prælud.*[illegible]*num* 9. Corduba, *lib.*3.*qq quæst.* 4 *post.fol.ad sec.contrà* 1. *propos.in dub.*1. *& sec.* Valentia, 1.2.*disp sec.quæst.*14 *pu.* 4.*quæst.sec.*Diana, *part*5. *tract.*5.*resolut.* 31. Azorius, *part.p lib.sec.cap.*8 *quæst.*4. Salas, 1.2.*quæst* [illegible] *tract.*8.*disp.vnica sect.* 3.*num* 171.*in fine, & num.*32. Sayrus, *in Clau Reg.lib.p.cap*4.*num* 18 *&* 19. Sanchez, *lib.p sum cap.*11.*num* 5 Merolla, *to.p disp.*3.*cap.sec.dub.*1.*num.*8. & alii.

11 Limitant aliquid, quod diximus de peccato veniali: Nisi à parte rei id esset mortale, & conscientia esset erronea errore vincibili moraliter. Sic Merolla *vbi supra*, & nos, *in cap.præcedenti nu.*15

12 Quartò: Deposita rationabiliter Cõscientia erronea, nulla est culpa, agere contra illam: vt communiter Doctores docent: quia tota ratio culpę ex ea consurgebat.

Quo pacto sit deponenda Conscientia erronea? Dub.4.

13 Adest opinio Caietani, *in* 1.2.*D.Thomę, quæst.*19 *articul.*5. asserentis: Conscientiam errantem deponi posse, etiam sinè vlla ratione: eo solum, quod homo nolit admittere erroneum dictamen. Exemplum addit Caietanus: si Mulier à Concionatore audisset, esse mortale vti alienis capillis; eo quod sit simulatio: licèt sine solutione huius argumenti, pro libito deponat talem conscientiam, & credat sibi esse licitum talem vsum, non peccabit, vtens prædictis capillis. Probat: quia Conscientia errans non habet ex se uim obligandi, nisi quatenùs acceptatur: ergo quandocumque non acceptatur, non obligabit. Et ita etiam Valentia, 1. 2. *disp.*2. *quæst.* 14 *num* 62.*pęnit.*14. *quæst.*3. Azorius, *part.* 1.*lib sec cap.*10.*in fine.* Sayrus, *in Clau Reg lib.*1.*cap.*4.*num.*18 Nauarrus, *cap.si quis autem nu.*62. *de pœnit. dist.*67. Medina, 1.2.*quæst.*19.*artic.*5.*dub.*3 & alii

14 Attamen hæc opinio aliis non videtur probabilis: quia cum nullam rationem habeat Mulier illa, vt credat, sibi licere id, quod omnes in vniuersum credunt, esse peccatum; quo pacto potest habere iudicium conscientiæ, quo credat sibi, non esse peccatum? nam intellectus sine ratione moueri nequit ad assensum, pro sola hominis voluntate. Confirmatur: quia (vt ait Merolla, *in disp.*3.*cap.*1.*num.*23.) iudicium practicè practicum non potest absq; aliqua speciali ratione discordare à iudicio speculatiuè practico, seù practico in vniuersali. Confirmatur secundò: quia, ex vi talis modi deponendi, potest similiter conscientia vera, & recta deponi: & valdè per accidens est, vt ea erronea, & falsa sit. Vndè dicendum est: quotiès aliquid iudicium conscientiæ rationabiliter conceptum est, hoc est, ex aliqua ratione; non posse licitè absque ratione sufficiẽti deponi. Dixi (*Quotiès iudicium conscientię rationabiliter cõceptum fuit*)

nam si absque vlla ratione conceptum fuisset, rectè deponi posset, absque vlla ratione. Ita Ioa. Medina, *C. de confess. tr. sec in quæst. de tempore; quo confit. opport. cas. 3.* Nauarr. *cap. si quis autem num. 51. & ... de pœnit. dist. 7.* Corduba, *in suo quæstionar. lib. 3. quæst. 12. in fine.* Vasqu. *1. 2. disp. 67 cap. 1.* Salas. *1. 2. quæst. 21. tract. 8. disp. 1. sect. 3. num. 30.* Sanchez *lib. sum. cap. 11. num. 0* Reginaldus, *tom. 1. lib. 13 num 73.* Merolla, *to 1 disp. 3. cap sec dub. sec num. 14.* Proposi *in 1 2. D. Thoma tra. 8 quæst. 19. articul 6. dub. 3. §. 1.* Palaus, *to p disp. p pun 6. num 5.* Granad. *1. 2. contra sec tract. 12. sect. 5. num. 27.* Diana, *pa. 9 tract 8. resol. 49.* & alii.

15 Addit Vasquez, *num. 4.* Iudicium conscientiæ erroneæ, ratione aliqua probabili conceptum, alia efficaciori ratione deponendum esse: nam si sit minus efficax ratio, & minus probabilis, non sufficiet generare assensum contrarium, ac proindè, vt prior erroneus deponatur.

16 Sed melius dicunt Sanchez, *dict. cap. 11. num. 11.* & Merolla, *dict. dub. sec. num. 14 in fine.* non esse opus efficaciori ratione: quia minus efficax, minusque probabilis sufficit, ad concipiendum assensum alterius partis probabilem: retento, tamquam probabiliori, conscientiæ erroneæ assensu, quod ad rectam operationem satis sit: vt dicemus, *in cap. 4. dub. sec. à num. 35.*

An operari iuxtà conscientiam erroneam, sit peccatum? Dub. 4.

17 Communiter Doctores cum D. Thoma, *1. 2. quæst. 19. articul 6. ad 3.* vbi Medina, *quæst. p.* Vasquez, *disp. 60. cap. sec. num. 6* Valentia, *disp. sec. quæst. 14. pun. 5 ad sec.* Azorius, *part. p. lib. p. cap. 8.* Sanchez, *lib. p. sum. cap. 11. num. 12.* Merolla, *tom. p. disp. 3 cap sec dub. 3. num. 16.* dicunt primò: Quando conscientia erronea est vincibilis, seù culpabilis, & dictat, aliquid esse faciendum sub præcepto, quod quidem peccatum erat, vt si dictet, teneri aliquem mentiri, ad tuendam vitam proximi, peccati reus erit, siuè mētiatur, siuè non: mentiendo quidem contra præceptum naturale nō mētiendi, à cuius transgressione ignorātia illa culpabilis non excusat: non mentiendo autem, quia contra conscientiæ erroneæ dictamen agit.

18 Limitat hanc sententiam Sanchez, nisi cum illius ignorantiæ culpabilis pœniteat: tunc enim ea ignorantia, quam hic, & nunc non potest ampliùs vincere, redditur inuincibilis, licèt potuerit anteà vinci. Quia peccatum præteritum ad alia peccata compellere nequit, quoniam preteritum in nostra potestate nō est: benè autem sunt futura.

Quando ignorantia est inuincibilis, & putaret errans, vtramque partem contradictionis esse peccatum, nec distinguere possit, quam in eo dubio amplecti teneatur: An peccet, alterutram partem amplectendo? V. G. si pastor ouium putaret, se, nō audiendo Sacrum in festis, peccare: ac similiter deserendo gregem, vt Sacrum audiat. Similiter Mulier, assistens infirmo, putat peccare lethaliter, si infirmum deserat, causa audiendi missam. Inquiritur: An pastor ille; & hæc fœmina ignara, lethaliter peccent, dum ad alterum ex his extremis se determinant, quam determinationē fieri necesse est, cum inter vtrumque non detur medium?

19 Aliqui dicunt hunc, vtrauis parte electa, peccare: quia is actus absolutè in obiectum, in sua existimatione prohibitum, tendit; & est plene liber, cum reuera possit ille gregem deserere, & sic audire Sacrum: & similiter possit, omisso Sacro gregem custodire. Ita Granadus, *in 1. 2. D. Thoma contra sec. tract. 12 disp. 7. sect. sec.* & alii.

20 Alii verò meliùs dicunt: Hunc non peccare, siuè vnam, siuè alteram partem amplectatur. Quorum ratio est: quia huic non est liberum, culpam vitare, cum quidquid faciat, culpam esse existimet: Sed agere contra conscientiam, libertate deficiente, culpa vacat: ergo, &c. Tum quia daretur perplexitas simpliciter, quod omnes Doctores meritò negant: Nam aliàs daretur status, in quo alicui, absque sua culpa, peccare necessarium esset. Ita Layman, *in Theolog. moral. lib p. tract. p. cap. 4. num. 4 versicul. Quod sidemum* Adrianus, *in 4. mater. de restit quæst quæ incipit. Quia dictum est, quod detinendo alienum versic. Mihi videtur planius.* Cordubar *lib. 3. qq. quæst. 5. proposit sec.* Henriquez, *lib. 12. de Sacrament. cap. 6. num. 7.* Rodoriquez, *part. p. sum. cap. 53. num. 6.* Sanchez, *lib p. sum. cap. 11. num. 14.* Bannez, *§. 2. tract. p. cap. 4 quæst. 8. num. 7.* Bonacina, *de leg. disp. sec. quæst. 4. pun. 6. nu. 27.* Suar. *lib. 6 cap. 8. num.*

quæst. 12. Merolla, *to p. disp.* 3. *cap.* 2. *dub.* 3. *num.* 21. Pharaonius, *in suo promptuario tract.* 1. *sess.* 1. *cas.* 2. Palaus, *to.* 1. *tract.* 1 *disp.* 1. *pun.* 5. Roccafull. *in prax. Theolog. moral part.* 3. *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 66. Sãcius, *in select. disp.* 41. *num.* 27 Lugo, *de Incar disp.* 26 *sect.* 10. *num.* 137. Diana, *part* 9. *tract.* 8 *resolut.* 47. & alii.

21 Hoc, quod diximus, intelligendum est, quando vtraque pars contradictionis, apparet æqualis culpa: Nam si altera appareret grauior, non posset ea licitè eligi, sed deberet eligere alteram: quia, necessitate cogéte, ad alterius mali electionem, semper minus est eligendum. Ita Merolla, *num.* 22.

22 Vndè si sit aliquis, in tali casu constitutus, potest vti alterius consilio, quando haberi potest: Si verò per seipsum debet rem expedire, attendat vim, & naturam præceptorum, quæ illi videntur tunc concurrere, & simul expendat cõmoda, quæ sequi possint: vt tunc, pensatis omnibus, id eligat, quod videtur habere pauciora incommoda, vel esse contra præceptum minùs obligans, & sinè scrupulo procedat: nam si verò habet voluntatem non peccandi, & sufficientem adhibet diligentiam; numquã peccabit, saltem grauiter, etiam si fortè eligeret id, quod minus malum est, modò ipse nesciret esse maius malum. Quod, si omnibus perpensis, vtrumque æquale malum apparet; absolutè poterit, quod voluerit facere. Ita Diana, *pa.* 9 *tract.* 8. *resol.* 47 *in fine*.

23 Secundò: Quando conscientia inuincibiliter errat, & dictat aliquid esse bonum, quod verè peccatum est; voluntas, tali dictamini conscientiæ se conformans, non solum non peccat, sed etiam facit actum bonum, eiusdemque virtutis; cuius esset, si reuera obiectum illud à parte rei tale esset. Vt si ex hac conscientia quis iudicet, se ad mentiendum teneri, vt proximo subueniat; mẽtiri tunc erit actus bonus virtutis misericordiæ. Ratio est: quia non peccat in eo actu, immò simpliciter obligatur ad actum illum: nam simpliciter tenetur, se conformare tali dictamini conscientiæ: non enim potest, vel debet eam deponere, cum sit inuincibilis: ergo benè operatur. Ita Sotus, 1. 2. *quæst.* 21. *tract.* 8. *disp.* 1 *sect.* 3. *à num.* 20. Sanchez, *lib. p. sum cap.* 11. *num.* 17. Merolla, *to. p. disp.* 3. *cap. secund. dub.* 3. *num.* 27. Vasquez, 1. 2. *disp.* 60. *cap.* 3. Bonacina, *de leg. vnic.* 4. *pu.* 6 *disp. secund. num.* 23. *versic. Si vero conscientia* Beccanus, *tract. p. cap.* 4 *quæst.* 7 *num.* 17. Sayrus, *num* 37. & alij.

An Consciẽtia erronea obliget plùs quam præceptum Prælati? Et An maius peccatum ne agere contra cõscientiam erroneam, quam contra præceptum Prælati?

Dub. 5.

24 Prima opinio ait: Plus obligare præceptum Prælati, quam Conscientia erronea. Cuius ratio est: quia Prælatus præcipit potestate, à Deo deriuata: Quocirca quando præcipit Prælatus, non tãtum subditus habet ipsum, vt Superiorem, sed etiam vt Deum, cuius virtute ipse Prælatus præcipit. Ita Angelus, *v. Conscientia* vbi Siluester, *quæst. secund.* D. Antonin. *p. par. titul* 3 *cap.* 10. § 4 *in fine*. Alens, *part. secund. quæst.* 110. *num.* 3 *artic. secund* & alij.

25 Secunda opinio ait: Plus obligare Cõscientiam erroneam, quam præceptum Prælati. Cuius ratio est: quia Conscientia erronea non obligat hominem, quia ita sibi videtur, sed quia id, quod dictat, proponit, tamquam præceptum à Deo: Præceptum autem Prælati solum apprehenditur, vt præceptum humanum: ergo Conscientia erronea magis obligat, quam præceptum Prælati. Ita D. Thomas, *in* 2. *dist.* 39. *quæst.* 3 *artic. vlt. ad* 3. Armilla, *v. conscientia num.* 1. & 2. Medina, 1. 2. *quæst.* 19. *articul.* 5. *quæst.* 3. Pasqualigus, *de ieiun. moral. decis.* 47. *num.* 2. & alij.

26 Tertia opinio distinguit: Aut Conscientia errat inuincibiliter, aùt vincibiliter, seù culpabiliter: Si inuincibiliter, magis obligat Conscientia erronea, quã præceptum Superioris. Si verò vincibiliter, seù culpabiliter, magis obligat præceptum Superioris, quam conscientia erronea. Ratio prioris est: quia, si Conscientia inuincibiliter errante, adimpleatur id, quod ipsa Conscientia dictat, non committitur peccatum; quia Conscientia errat inuincibiliter, & ignorãtia inuincibilis tollit omnem volontarii rationem: nullum autem est peccatum, nisi voluntarium. Si verò non adimpleatur, quod ipsa conscientia dictat, committitur peccatum, vt supra ostendimus: ergo Conscientia inuincibilis

magis obligat, quam præceptum Superioris. Ratio posterioris est: quia, conscientia vincibiliter errante, facit quod dictat Conscientia contra præceptum Superioris, peccat contra præceptum Superioris, cum à præcepto Superioris non excusetur per Conscientiam, vincibiliter errantem: ergo præceptum Superioris magis obligare videtur, quã obliget Conscientia vincibilis, & culpabilis. Tum quia preceptum Superioris videtur obligare, & ad ipsum præceptũ adimplendum, & ad deponendum conscientiam erroneam, quam vincibiliter errans potest, & debet deponere; cum talis Conscientia sit vincibilis, vt suppono: Preceptum enim non solum obligat ad finem, verum etiam ad media: ergo preceptum Superioris magis obligat, quàm conscientia vincibilis, & culpabilis. Ita Merolla, *tom.p.disp.3.cap secund dub.5 à num 41.* Vasquez, 1.2.*disp.* 61.*cap.*1. Sayrus, *in Clau.Reg lib p.cap.*4. *num.*33. Sanchez, *lib 1 sum. cap.*11.*num.* 16. Pesantius, *part.secund. quæst.*72. Bonacina, *de leg.disp.secund.quæst* 4 *pun.*6. *num.*17. Palaus, *part.p.tract.p.disp.p.pun.* 6.*num.*4 & alii.

An in Conscientia erronea detur paruitas materię? Dub.6.

22 Affirmatiuè respondeo. Ratio est: quia sicut in aliis præceptis datur paruitas materiæ, ita dicendum est in Conscientia erronea; cum Conscientia erronea obliget per modum præcepti, non autem per modum consilii, vt ait Bonacina, *de leg disp secund quæst* 4 *pu.* 6.*num* 8. quia, qui non facit, quod dictat conscientia, censetur facere contra rationem, dictantem, illud esse faciendum: Sed qui facit contra rationem, dictãtem, aliquid esse faciendum per modum præcepti, facit contra aliquam obligationem: Regula enim nostrorum actionum est Conscientia: ergo consciẽtia obligat, ad faciendam id, quod ipsa conscientia dictat. Ita Azorius, *part.* 1. *lib.*2.*cap.*8 *quæst.*5. Alphonsus de Leone, *de offic. & potest. confess. part.*1. *recoll.* 7 *num.*11. Diana, *part.*5.*tract.*5. *resol.*31. vide etiam in num.10.

(: † :)

An si in vniuersali quis putat rẽ illicitam, in particulari verò, hic, & nunc, non putet; faciendo, peccet nè contra Conscientiam erroneam? Dub.7.

Respondeo, quod de hoc satis diximus in dubitatione tertia à numero tertio decimo.

DE CONSCIENTIA DVBIA. Cap. 3.

Quid est Conscientia dubia? Dub. 1.

1 VT ait Bonacina, *de leg. disp. 2. quæst. 4. pun. 6. num. 2.* est illa, quæ neque assentit, neque dissentit, sed anceps manet, & inæquilibrio.

An operari cum Conscientia Dubia, sit peccatum? Dub. 2.

2 AN nequam ad dubium respondeo: *Sciendum est Primò*, quod nos hic loquimur de Dubio propriè accepto, quo intellectus neutri parti assentitur, sed manet inęquilibrio, vel ferè manet inęquilibrio, absque determinato assensu alicuius partis; licèt fortè maiorem habeat inclinationem, & propensionẽ ad vnam, quam ad alteram partem.

3 Secundò: Dubium duplex est: Alterum dicitur Speculatiuum, & alterum Practicum. Dubium Speculatiuum tunc contingit, quando dubitatur in genere, aliquid, exempli gratia, esse licitum, vel illicitum: Vt quando quis dubitat, aliquem contractum esse vsurarium: aut licere in die festo iter peragere. Dubium Practicum, quando dubitatur, hic & nunc; tempore, videlicèt, operis pręstandi, opus licitum, vel illicitum esse: Vt si ego, hic, & nunc, dubitem hanc doctrinam, quam modo trado, veram non esse, aut mihi nunc licere iter peragere. Sic Petrus de Lorca, *in 1. 2. D. Thomæ disp. 37. memb. 1.* Nauar. *in manual. præl ud. 9. num. 2.* Caietanus, *1. 2. qu. 59. artic. 5. ad 1.* Gutierez, *de matrim. ca. 49 num. 15.* Beccanus, *tract. 1. cap 4. qu. 8.* Reginaldus, *lib. 13 cap. 9 num 79.* Sanchez, *lib. 1 sum cap. 10.* Bonacina. *de leg. disp. 2. quæst. 4 pun. 7 num. 1.* & alii.

4 His positis, ad dubium respondeo, quod Doctores citandi dicunt: *Si loquamur de Dubio speculatiuo, & non practico*, licitum erit operari cum dubio speculatiuo, quando sufficiens diligentia adhibita fuit, ad vincendum dubium speculatiuum, & quando subest rationabilis causa, suadens variare practicè, seù hic, & nunc iudicium speculatiuum. v.g. si bona fide possidens res, incipiat dubitare, An res illa sit aliena? quod est Dubium speculatiuum; tenetur diligentiam adhibere, vt veritatem assequatur: eaque premissa, nec veritate detecta, po est licitè eam retinere, & practicè, hic, & nunc non dubitare, non obstante dubio speculatiuo: quia in pa-

ric sua,

ri casu, melior est conditio possidentis. Ita Salas, 1.2.*quæst*.21.*tract* 8.*disp*.1.*sect*. 5.*num*.44. Sanchez, *lib*.1.*sum.cap*.10.*nu*. 8 Valentia, 1.2 *disp.secund.quæst*.14.*pu*. 4 .*quæst*.4. Suarez, *to*.5.*in* 3.*part.disp*.40 *sect* 5.*num*.13. Merolla, *to*.1.*disp*.3 *cap*.1. *dub*.1.*num* 6. Diana, *part*.4.*tract*.3.*resol*. 1. & alii.

5 Vndè quotiès ad Dubium speculatiuum non adest sufficiens diligentia, & rationabilis causa, peccat operando: Non tamen ad rectè operandum requiritur iudicium practicum, vt dicunt Layman, *in Theolog.moral lib*.1. *tract*. 1.*cap*. 5 §.1.*num secund* Suarez, *to*.5.*disp* 40. *sect*.5.*num*.14. *&* *sect*.6. *num*.6. Caietanus, *sum v operationis vsu*. Armilla, *v. opinio num secund*. & alii. Sed sufficit assensus, probabiliter dictans, quamuis non sine formidine oppositi, hoc vel illud honestè agi. Ita Diana, *part*.4.*tract*. 3.*resolut* 1.*versic.Notandum est*. Vasqu. 1.2.*disp*. 62.*cap*.5. Sanchez, *lib*.1 *sum.cap*. 10.*num*.19 & alii.

6 Ratio autem, Cur in dubio melior sit conditio possidentis, & per consequens nō teneatur ad restitutionem rei, quam possidet, est hæc: quia in dubio, possidens præsumitur Dominus rei possesse, vt ait Merolla, *to*.1.*disp*.2 *cap*.1.*dub*.2.*nu*. 29. & præsumptio iuris habetur pro veritate, donec contrarium manifestè probetur, vt dicunt Menoch. *de præsump. lib*.1.*quæst*.4 & Maschar. *de probat tom*. 3. *conclus*. 1221. *num* 11. Vndè in foro externo in hoc dubio protegitur possessor in sua possessione, nec aliquid restituere compellitur: ergo idem dicendum est in foro interno: quia iudicia fori externi, & interni diuersa non sunt, nisi quando externum falsæ præsumptioni innititur, internum verò veritatē nouit, vt dicunt communiter Doctores. In hoc autem casu in vtroque foro res est dubia. Ita Sotus, *de teg ud secut.memb*. 3.*quæst*.2 *pun*.3 *post conclus* 3. Siluester, *v.præscriptio* 1.*quæst* 3.*dict*.3.*in fine*. Perez, 2.2.*quæst*.62.*artic*.6.*dub*.5 *conclus* 4 Valentia, 1.2.*disp.secund.quæst*.14 *pun*. 4. Salonius, 2.2.*quæst*.61 *tract de dominio ad finem & quæst*.82.*artic*.6.*controu*. 4 *conclus*.4 Vasquez, 1.2. *disp*.66 *cap*.7. Sanchez, *lib.secund de matrimon disp*.41 *num*.12.*& lib* 1 *sum.cap*.10. *num* 9. Azorius, *par.p lib.secund cap* 19.*quæst*.5 Merolla, *to.p disp*.3 *cap.p dub.p.num*.7. Victor. *de iure belli quæst.est posterior, in dissassalaris dub*. 3 .*propos*.4. *num* 3. & alii.

An dum aliquis rem possideat, dubitet, An sit sua, vel alterius, teneatur illam restituere, an potiùs eam retinere, & ea vti? Dub 3.

8 ADrianus, *quodlib. lib sec. à num.sec. ad sec.confirmat.argu.p*. ait: Si facta sufficienti inquisitione, an res sit sua, nō potest possessor bonæ fidei, adhuc dubius, illam retinere, & alienare. Vel saltem teneri diuidere rem cum persona, de qua dubitatur, an eius sit; dicunt Sotus, *lib*.4.*de iust. quæst*.5. *artic. vlt*. Martinus Ledesma, 2 *part*.4.*quæst*.18.*artic*. 1.*dub*.14 & Aragonius, 2.2.*quæst*.62.*artic.p.tract.de dominio* §.*bis constitutis*: quia extante æquali dubio, videtur ius esse æquale vtriusque partis.

8 Alii verò meliùs dicunt: Si facta sufficienti inquisitione, dominus certus nō compareat, sed adhuc dubium permaneat, non tantum licitum esse possessori, rem illam possidere, & retinere, sed etiā ea vti, & alienare. Quorum ratio est: quia si iustè potest possidere, nulla est ratio, ob quam debeat perpetuò ab vsu abstinere. Tum quia sicut iustè conceditur huic possessio, ita concedenda sunt, quæ ex iusta possessione oriri consueuerunt, vt vsus, & alienatio. Ita Molina, *tom* 3.*de iust.part sec disp*.72.1.*num*.4. Sanchez, *lib sec.de matrim.disp*.41.*num*. 21. Vasquez, 1.2. *disp*.66. *cap* 7. *num*.38. Idem Sanchez, *lib.p sum. cap*.10. *num*.9. Coninchius, *de Sacram. disp*.34. *dub* 10. *num*.93, Valentia, *to.sec. disp sec. quæst*. 14.*pun*.4. Salonius, 2.2 *quæst* 82. *artic*.6. *conf*.4.*conclus sec*. Merolla, *tom*.1 *disp*.3. *cap*.2 *dub*.1 *coroll*.3.*num*.11. Sancius, *in select.disp* 43.*num* 11. Bannez, 2.2.*quæst*. 62 *artic*.4.*dub*.5.*conclus*.4. Diana, *part* 4 *tract*.3.*resolut*.25. Sotus, *de secret,memb*. 3 *quæst sec post*.3 *concl*. Correr. *reg.poss. part.sec*.§.7 *num*.4 *& reg peccat.par*. 3.*initio num*.4 Burgos. De paz, *probem. legum taur.num*.406. *& l* 1.*part*.5. *num*. 1481. Rodoriquez, *part sec.sum. cap*.43. *num*.4. Sayrus, *in Clau.Reg lib*.6.*cap*.13. *num*.12. & alii.

9 Non tamen, durante inuestigatione veri Domini, potest possessor bonæ fidei vti re, quæ vsu consumitur: nam frustrà Dominus quæreretur. Potest tamen vti re illa, quæ vsu non consumitur, vt equus,

equus, mancipium, &c. dum tamen adsit animus soluendi domino prætium illius, deductis expensis alimentorum. Ita Diana, *part 4.tract.3.resolut.15. vers. Notandum est.* Vilalobos, *to.p.sum.trac. p.disp.20.num 4.* & alii.

10 Addunt verò aliqui: Hunc alienantē, debere esse paratum, prætium rei venditę restituere vero domino: ac proindè debere cauere, nè id prætium consumet, ita vt ad restituēdum posteà reddatur impotens. Ita Medina, *C.de restitut.quæst.10.paulo ante versic.Si denique* Aragonius, *2.2.quæst.62 articul 5.dub.p.* vbi Bannez, *dub.sec.conclus.3* Salonius, *consl.sec.* Salas, *num 14.* Sayrus, *in Clau. Reg.lib.10.tract.sec.cap.3. num.29.* Sanchez, *lib.sec.de matrim. disp.41. num.22.* & alii.

11 Sed horum opinio non est absolutè, ac distinctè vera, sed tantum, quando ex prætio locupletior euasit: tunc enim tenetur esse paratus restituere domino totum prætium, si in toto factus est ditior, ac si rem illam ab ipso domino acceperat; vel partem prætii, vt si illam emerat, sed postea pluris vendidit: quia in eo excessu tantum factus est locupletior. Ita Sanchez, tacitè se retractans, *lib.sec sum.cap 23.num.187.* Merolla, *to. p.disp 3.cap.3.dub.p.nu.12.in fine, & nu. 18.* & alii. Vndè si possessor rem illam eodem prætio, quo emit, vendidit, non tenetur id prætium vero domino comparenti restituere. Si verò pluris vendiderit, teneri restituere excessum: quia in eo factus est locupletior. Ita Angelus, *v.restitutio 1.versic.emeri num.4.* vbi Siluester, *3.quæst.7.dict.3.* Toletus *lib.5. sum cap 17 num.8.* Molina, *to.3.par.sec. disp 721.num.6.* Merolla, *to.p.disp.3.cap. 3.num 16.* Lessius, *lib sec.cap.14.num.23.* Sanchez, *lib sec.sum cap.13. numer.186.* Diana, *part.4.tract.3.resol.15. versic.Nota secundo.* Rebellius, *part.p. lib.sec.qu. 5 num.11.* Vasquez, *1.2.disp.66.cap.7.nu 38.* & alii.

12 Addunt alii: Possessorem hunc, vendentem rem, de qua dubitat, An sit aliena, teneri admonere emptorem huius vitii. Probant: quia alias rem vitiosam venderet, tacito vitio, quo cognito, emptor nullatenùs emisset, vel viliori prętio. Tum etiam quia inde emptori posset sequi damnum: Vndè si vendens nō admoneat emptorem, teneri eum ad damnum indè sequutum: quia fraudolēter vitium rei tacuit. Ita Couarruuias, *reg.peccatum part.3.num.4.* Vasquez, *1.2 disp.66.cap.7 num.38.* Salas, *1.2. tract.8. disp.1.sect.23.num.217.* Sayrus, *in Clau. Reg.lib.10.tract.sec.cap.3.num 29.* Grassius, *part p.decis.lib.7.cap.10.num.p.* Sanchez, *lib.sec. de matrim.disp.41 num.22.* & alii. Immò addunt Sanchez, & Grassius, alienantem rem, quam bona fide possidet, at dubitat, an sit aliena, non solum teneri admonere emptorem, cui illam vendit, sed etiam donatarium, si rem illam alicui donet, ratione damni, quod posset illi sequi.

13 Alii verò meliùs dicunt: Non semper possessorem hunc, vendentem rem, de qua dubitat, an sit aliena, teneri admonere emptorem huius vitii. Sed quando est moraliter spes, fore, vt dominus rei compareat: Secùs verò si nulla sit spes: quia tunc res non censetur vitiosa: & ita dicunt de donatario. Ita Sancius, *in select. disp 43. num.12.* Bannez, *2.2.quæst.62 artic.6.dub.5.* Palaus, *to. p. disp 3.pun.sec artic.13.* Salas, *1.2.tract.8. disp.p.sect.23.num 227.* Sanchez, *lib sec. de matrim.disp.41.num 23.* Merolla, *to p. disp.3.cap.3 num.14.* Diana, *part 4 tract. 3.resolut.16.versic Et tandem,* & alii.

14 Vndè quando moraliter nulla est spes vt dominus compareat, si postea casu comparuerit, & rem suam vendicauerit ab Emptore, vel Donatario; teneri quidem, Venditorem restituere Emptori prætium, ab eo acceptum, Donatario autem nihil, nisi aliquid ab illo recepisset ob gratitudinem, & recompensam donationis: neutri verò tenetur resarcire aliud damnum, quod fortè illis sequeretur. Ratio est: quia restitutio, ratione damni illati, oritur ratione iniustę actionis, seù acceptationis: at verò quādo moraliter nulla est spes, quod dominus compareat; non peccat Venditor, vel Donans, non admonendo Emptorem, aut Donatarium: quia, vt diximus, non tenetur admonere: ergo non iniustè agit, & per consequens ad restitutionem damni non tenetur.

Ita Merolla, *dict.cap.3. num.14.in medio.*

Dubita-

Dubitatur Primò: An possessor bonæ fidei, si inæqualiter dubitet, & magis in eam partem inclinet, vt res sit aliena, teneatur iuxta inclinationem, & propensionem aliquid restituere?

15 PRima opinio ait: In hoc casu teneri saltem partem restituere, pro ratione illius maioris propensionis. Cuius ratio est: quia in pari casu melior est cõditio possidentis: at in casu nostro non est par causa, ergo non fauet ei possessio: nam possessio solum fauet defectu iuris proprietatis: ergo quando ius proprietatis in alterutro maius, & potius est, non est recurrendum ad possessionẽ alterius, nec potiori iuri proprietatis nocere debet. Ita Bannez, .2. *ante qu. 62. in præambulo ad illam dub. vlt. concl.* 2. Salonius, 2.2. *quæst.* 62. *artic.* 6 *controu.* 4. *conclus.* 4. Sanchez, *lib. sec. de matrim. disp.* 41 *num.* 10. Ledesma, *quæst* 45. *de matrimon. artic.* 1. *ad* 3. *primæ sententiæ dubij secundi.* Coninchius, *de sacramen. disp.* 34. *dub.* 10. *num* 93. Valentia, *tom.* 3. *disp.* 3. *quæst.* 16. *pun. sec.* §. *si autem*, & alii.

16 Secunda opinio ait: Nihil eum teneri restituere. Cuius ratio est: quia nemo tenetur iure possessionis suæ seipsum ante omnem iudicis sententiam priuare: dum verò res incerta est, seu partiũ iura obscura sunt, interim (ordinarie loquendo) est præsumptio pro possessore, ex iuris dispositione: sicut constat, *ex* § *retinendæ Instit. de interdictis.* Ita Vasquez, 1.2. *disp.* 66. *cap.* 7. *num* 42. Salas 1.2. *quæst.* 21. *tract.* 8 *disp. p. sect.* 23. *num.* 231. Filliucius, *to. sec tract* 21. *cap.* 4 *num.* 158. Sanchez, *se retractans, in lib. p sum. cap.* 10. *num.* 9 Layman, *in Theolog. moral. lib p. tract p cap. sec* §. 93. *num.* 21. Molina, *to. p. tract sec. disp.* 163. Veracruz, *tn.* 3. *specul. à num.* 13. *in fine.* Bonacina, *de restitut. disp. p. quæst sec. pun. sec. num.* 6. Merolla, *to p. disp* 3. *cap.* 3 *dub. p. coroll.* 3. *num* 24. Diana, *part. sec. tract* 15. *resolut.* 10. & *part* 4. *tract.* 3. *resolut.* 26. Palaus, *to.* 1. *disp* 3. *pun. sec. num.* 11, & alii.

(: † :)

Dubitatur Secundò: An si possessor bonæ fidei, qui dubitat, rem esse alienam, neglexit inuestigare verum dominum, vndè impotens factus est ad eum sciendum, teneatur ad restitutionem?

17 PRima opinio ait: Teneri restituere illi, cuius rem esse dubitat: vel eo ignoto, teneri restituere pauperibus, iuxtà qualitatem dubii, & spem, quam habet inueniendi dominum. Cuius ratio est: quia per tale dubium, accedente ea negligentia culpabili, prò veritate inuestiganda, constituitur possessor malæ fidei, vt ad restitutionem teneatur: non quidem integræ rei, si quidem non constat, esse alienam: nam adhuc dubium perseuerat, an sit ipsiusmet, illã possidentis: sed quantum extimabitur damnum, quod ex ea culpabili negligẽtia est secutum: & quoniam res erat anceps, An adhibita diligentia, comperiendum fuisset, rem esse alienam, non tenetur restituere rem totam, sed quantum quis extimare iure optimo posset illam spem, quod, scilicèt, comperietur ad alium pertinere: porrò ea spes, eò plus valet, quò maior esset veri similitudo, rem illam alienam esse, & quo maior esset probabilitas, quod comperiendum fuisset, esse alienam, si adhibita fuisset ea diligentia. Ita Salas, 1.2 *to. sec tract.* 8 *disp. p sect.* 3. *num.* 238. Rebel. *de oblig. iust par. p lib. sec. quæst.* 5. *num.* 12. Molina, *to p. de iustit. disp.* 36. *conclus. p* §. *Reliqua, quæ in eadem*, & *to.* 3. *part. sec. disp.* 721. *nu.* 5. Lesius, *lib. sec. cap.* 14. *dub.* 4 *num* 23. Merolla, *to p. disp.* 3. *cap.* 3. *dub. p. coroll. p. num.* 8. Alphonsus de Leone, *de potest. confess part. p. recollect.* 15. *num.* 76. Sanchez, *lib. sec. de matrimon. disp.* 41. *num.* 13. & *lib. sec. sum. cap.* 23. *num.* 183. & alii.

18 Secunda opinio absolutè ait: Non teneri ad restitutionem. Cuius ratio est: quia, quamuis peccauerit, negligendo inquisitionem veritatis; nihilominùs possidere incipit bona fide: sed melior est conditio possidentis: ergo, &c. Tum quia non constat, an damnum illis intulerit, non inquirendo rei veritatem: Qui autem dubitat, an sua actione, vel omissione fuerit aliis causa damni, non tenetur ad restitutionem: ergo, &c. Ita Bonacina, *de controuers. disp. p. quæst. sec. pun.* 2.

pun.2.num.8. & probabilem vocant Diana, *part.4.tract.3.resol.29.* & Palaus, *to.p. disp.3.pun.sec.num.9.*

An si Depositarius dubitet: An res fit sua culpa amissa, teneatur illam restituere? & ita quæro de Commodatario? Dub. 4.

19 Merolla, *inp.to.disp.3.cap.3.dub.1.corollar.7.num.50.& 51.* & Gallett. *in Margarita casum conscient.verb.commodum, & verb.dubium.* affirmant, quod ad Commodatarium. Quorum ratio est: quia in dubio, potiùs damnum pati debet, qui beneficium accepit, quam, qui contulit: Tum quia Commodatarius tenetur adhibere non modo exactam, sed etiam exactissimam diligentiam in custodienda re, sibi commodata, vt expressè habetur, *in §. Item 15. Instit. quib. mod. re contrah. obligat.* quia solus casus fortuitus eum excusat: At casus fortuitus in dubio non præsumitur. Adde, quod in foro exteriori Commodatario incumbit probare, rem commodatam casu fortuito periisse, non autem domino, non periisse casu fortuito: & hoc non alia ratione, nisi quia in dubio præsumitur, rem non periisse casu fortuito, vndè, in foro externo condemnaretur Commodatarius ad restitutionẽ, si non probaret, casu fortuito rem commodatam periisse, quia præsumptio est contra ipsum: ergo in tali dubio tenetur, eam in conscientia restituere: nam vtrumque forum idem iudicat, dum non constat in conscientia veritas, præsumptioni iuris contraria.

20 Sanctius verò *in select. disp.42.num.11.* Villalobos, *to.p sum tract.p difficult.20. num.10.* Sanchez, *lib sec. de Matrimon. disp.41.num* 18 Lesius, *lib sec.cap.17 dub. 3.in fine.* Bonacina, *de contract disp p qu. sec.pun.4.num.4.* Henriquez, *lib.14.de irregul cap.15.in fine.* Diana, *part.4.trac. 3.resolut.30.* Castrus Palaus, *to.p disp.3. pun.4 num.4.* Salas, *1.2.tract.8 disp vnica, sect.23.num.143.* & alii, contrarium dicunt. Quorum ratio est: quia possessio stat pro libertate. Tum quia, cum delictum in dubio non præsumitur, *l. merito ff. pro socio.* Commodatarius est in possessione suæ innocentiæ.

21 Et quod diximus de Commodatario, dicunt etiam de Depositario Merolla, *d.cap.3 num.52.* Rebellius, *de oblig.iust. part.1 lib.16.quæst vnica, de deposit.* Henriquez, *lib.14.de irregul. cap.15. in fine.* Sanchez, *lib sec de matrim disp.41. num. 18,* Lesius, *lib sec.de iustit.cap.17. dub.3. in fine.* Diana, *part.3.tract.6.resol.49.* & alii: quia, cum depositum sit factum in sola vtilitate deponentis, vt supponunt; nec Depositarius prætium recipiat, prò custodiendo deposito; non præsumitur velle, se ad ampliùs obligare, quàm ad depositum fideliter custodiendum, & reddendum: ergo non se obligat ad restitutionem depositi, absque vlla sua mala fide, aut dolo pereuntis: nulla enim est æquitas, aut ratio, cur, aùt Deponens exigat, aùt Depositarius assentiatur, gratis se obligare ad damnum, vel interitum depositi per inuincibilem quam cumque aduertentiam, aut obliuionem. Et certè si id deduceretur ad pactum, nequaquam Depositarius tantę obligationi, absque vllo prætio, acquiesceret.

An quando, non solum Debitor, sed Creditor dubius est, Num debito sit satisfactum, teneatur adhuc Debitor, illud satisfacere? Dub. 5.

22 Clarum est quod, quando solum Debitor est certus de debito, sed dubius de solutione, tenetur soluere. Ratio est: quia, cum iustitia æqualitatem petat, nec debito certo æqualis sit solutio dubia, hæc inæqualitas alterius possessioni præualet. Ita Sanchez, *lib.1 sum. cap.10.num.11.* Suarez, *to sec.de Relig.lib. sec cap.13 num.7.* Sancius, *in select.disp. 43. num.9.* Vasquez, *1. 2. disp.66.cap.7. num.43.* Salas, *1.2.tract.8.disp.vnica, sec. 23.num.131.in fine,* Diana, *part.4 tract. 3.resolut.32.* & alii.

23 Difficultas tamen est: Quando sunt dubii de solutione, non solum Debitor, sed etiam Creditor? In hoc casu, Debitorem etiam obligatum esse ad solutionem, ait Merolla, *to.p.disp.3.cap.3.dub. sec.num.65.* Cuius ratio est: quia in hoc dubio possessio est pro Creditore, & non pro Debitore: quia certum est debitum fuisse contractum: & per consequens, Creditorem acquisiuisse ius contra debitorem, vt sibi pro debito satisfaciat: & dubium est, An fuerit satisfactum? ergo ne Debitor spoliet Creditorem sua possessione, tenetur in eo dubio soluere debitum, iam contractum.

24 Tannerus verò, in 2.2. D. Thomae disp. 4. quaest. 6. dub. 4. num. 49. contrarium docet. Cuius ratio est: quia melior est conditio ipsius Debitoris: quia non est causa, cur vtroque aequè dubitante, Debitor potius, qui possidet, eoque ipso sit melioris conditionis, quàm Creditor, sequi debeat partem tutiorem: quando vterque simul hoc casu eā sequi nō potest.

25 Sed Laymanus in Theolog. moral. lib. 1. tract. 1. cap. 5. §. 4. num. 42. & Diana, part. 4. tract. 3. resolut. 31. versic. sed ego circa medium, dicunt: Non ad integram solutionem, sed ad partem, secundùm dubii proportionē, obligare Debitorē: quia factū in dubio nō prçsumitur. Tum quia Creditor iure, & actione sua, quam semel eum habuisse constat, in dubio priuari non debet. In oppositam verò partem affert Serrano, itidem probabilis, quod Debitor non teneatur ad solutionem integram, sed tantum ad partem debiti, secundum dubii proportionem: quia aequitas non patitur, vt Debitor, sine culpa sua, magno periculo subiiciatur, bis soluendi integrum debitum: Creditor autem, qui & ipse (vt pono) tale dubium non diffitetur; nullo periculo expositus sit. Vndè in hoc casu, neque Creditorem condemnarem, si integram solutionem reciperet; neque Debitorem, si integram solutionem facere ommitteret: idque ob diuersas probabiles, quibus vtraque pars nititur, rationes.

An dubitans, si res sit furtiua, possit illam emere, vt postea à vero Domino totum prætium accipiat? Dub. 6.

26 Affirmatiuè respondent Medina, C. de restit. quaest. 10 §. aliter tamen, Bannez, 2.2. quaest. 62. artic. 6. dub. 5. conclus. 1. vbi Salonius, artic. 6. controu. 4. concl. 1. Couarru. reg. peccat. 2. part. initio num. 4. Sanchez, lib. sec. de matrim. disp. 41. num. 29. Diana, part. 4. tract. 3. resol. 33. & alii: quia vtiliter agit negotium Domini. Addunt supracitati Doctores: Quod si Dominus rei nō inueniatur, tenetur illam, vel illius valorem in pios vsus conuertere, si rem esse alienam sciatur; deducto tamen prætio, cum id posset à vero Domino repeti. Si tamen Dominus comparuerit, tenetur restituere rem illi; accepto tamen prætio, quod pro illa dedit: quia nemo tenetur, nisi sit alterius custos, curare aliena commoda, vel vitare aliena cum proprio detrimento: in hoc autem casu ille emptor curauit bonum veri Domini illius rei, vitauitque illius damnum: ergo non est aequum, vt damnum amissionis prætii subeat.

27 Alciatus verò, de praesumpt. reg. 3. praesump. 29. num. 3. & Merolla, to. 1. disp. 3. dub. 1. coroll. 5. num. 36. dicunt: Hanc sententiam solum procedere, quando dubitans, An res sit furtiua, illam emit modico prætio, eo animo (vt dictum est) vt eam reddat Domino, quia videt, nisi ipse illam emat, Dominum eam numquam recuperaturum; vt si emat illam ab hostibus, vel latrunculis exteræ gentis, tunc enim Dominus non poterit eam habere, nisi soluto prætio.

28 Verum, quia sententiam Sanchez, & aliorum absolutè etiam docent Castrus Palaus, to. 1. disp. 3. pun. 3. num. 4. Villalobos, to. 1. sum. tract. 1. diffic. 20. num. 8. & alii: dicendum est sinè vlla distinctione, ementem rem furtiuam, comparente verò domino, deducere posse prætium, pro illa solutum; dummodò quod fuerit prætium iustum, & Dominus aliàs nō fuisset sinè expensis recuperaturus: quia cum vtiliter eius negotium gestum sit, non aequum est, in amissione prætii emptorem condemnare.

An etiam in materia aliarum virtutum extra iustitiam, sit in dubio melior conditio possidentis? Dub. 7.

29 Prima opinio negat: Nam in dubio, est necessarium amplectēdum, quod tutius est. Vndè si facta sufficienti diligentia, non constat, An in aliquo casu sit imposita lex, aùt praeceptum, sed res dubia manet; sic dubitantem teneri seruare legem, vel praeceptum: quia hoc tutius est. Ratio deducitur, ex cap. ad audientiam, & cap. illud de Cleric. excōmunic. ministrante versic. licet autem. Vbi Pontifex decidit: Dubitantem de sua excommunicatione, esse deponendum, si antè absolutionem celebrauerit: & reddit rationem, quia in dubiis tutior via est eligenda. Vbi Doctores ponderant, Pontificem non statuere aliquid noui, sed supponere illud principium morale: In dubio, tutior pars est eligenda. Itaq; illi innixū declarare, dubitātem de sua excōmunicatione, ac celebrantē, esse

esse deponendum: quia si non declararet, sed de nouo statueret, iniusta esset depositionis pœna, Clerico inflicta, qui antea cum eo dubio celebrauerat: nam contra nullam legem deliquerat. Tum, probatur, ex *cap. inuenit. de sponsal.* vbi decernit Pontifex: Iuuenem, qui puellam, nondum septennem duxerat: & postea illius puellæ consobrinam in matrimonium sibi copulauerat; debere ab hoc posteriori matrimonio, tamquam irrito, separari, ratione impedimenti publicæ honestatis: quod quidem impedimentum erat dubium, eò quod dubium erat, An priora sponsalia valida essent, ex quibus id incurrendum erat? Et redditur Pontifex rationem, his verbis: *Quia in his, quæ dubia sunt, quod certius existimamus, tenere debemus.* Vbi Doctores communiter ponderant, non fuisse possessionem pro sponsalium valore, & impedimento illo, ex illis consurgente. Immò fuit præsumptio contra illa, quia fuerunt cõtracta ante septennium, quo tempore non præsumitur vsus rationis; & consequenter præsumuntur inualida. Ita hanc opinionem sequuntur, tradentes generaliter hanc Regulam: In dubio, tutior pars est eligenda. Gloss. Final. *cap. unico de scrutinio, & cap. significasti el secundo v. In dubio, de homicidio & cap. inuenis, v. dub. de sponsal.* Innocent. *C. cum te in fine de testib. & attestat.* vbi Ioa. Andr. *in fine.* Hostiens. *num. sec.* Cardinal. *num unico opposit. prima, in fine.* Henricus, *num. sec.* Bellam. tra, *nu. sec.* Quid autem dicunt quidam ex his Auctoribus, hoc procedere in solo foro conscientiæ, non in externo, tractabimus alibi. Idem Hostiens. *cap. ad audientiam num. 3. & 4 de homicidio. & dict. cap. significasti num. 10. & d. cap. Iuuenes nu. 1. v. dubia. & v. certius, & cap. illud num. 5 de Clerico excommunicato ministrante.* Anton. *in dict. cap inuenies num. 4.* Panormit. *cap. ad audientiam num sec. & d. cap. inuenies num. p.* Anchar. *d. cap. ad audientiam num sec. notab. 3. & consil. 175.* Marianus Soccinus, *senior. cap. ad audientiam, num. 19. & 20. & cap. iuuenis, num. 4.* Rosella, *v. dubia num unico.* Angelus, *v. dubium, num p. & sec.* Siluester, *v. Aborsus in fine, & v. absolutio 3. num. 14. dub. 10. & v. dubium quæst. sec. num 4. & quæst. 4. num. 7.* Armilla, *v. dubitatio, num. sec. & 2.* Tabiena, *v. dubium num. 3. quæst. sec.* Couarruu. *cap. alma mater par. p. §. sec num. 5. cap. p. de sentent. excom. in 6 & 4. decret. part p. cap. 4. §. p. num. 9.* Rodoriquez, *part sec. sum. cap. 51. num. 6. conclus. 4.* Vgolinus, *de cens. tabul. 1. cap. 14. in principio num. 14.* Flores Deména, *in suis qq. lib. p quæst 9. num. 18.* Sayrus, *de cens. lib. p. cap 16. num. 30. cas. p & lib. 6. ca. sec. num. 16 & in Olau Reg. lib. p. cap. 13. num. 19. & 36.* Antonius Perez, *certam. 10. scolast. dub. sec. num. 132. & 135.* Azorius, *part p. lib sec. cap 15 quæst 4. & cap. 19. quæst. 10 & lib. 11. cap. 15. quæst. sec.* Vasquez, *1. 2 quæst. 19. artic 6, disp. 65. toto cap. 3. & disp. 66. toto cap. p.* Turrianus, *disp. p. de conscientia dubia, à dub. p.* Salas, *ex parte tract. 5 disp. unica, sect. 17 num. 162.* & alii, & satis probabilem vocat Diana, *part. 4 tract 3 resol. sec.*

30 Secunda opinio affirmat. Quia nullum est preceptum, sequendi partem tutiorem: sed sicut in materia iustitiæ satis est in hoc dubio speculatiuo, quod præmissa diligentia, vinci nequit, sequi partem, cui fauet possessio, quamuis minus tuta sit: ita etiam id sufficere, in quauis alia materia: Atque adeò eam Regulam: *In dubio melior est conditio possedentis,* procedere æque in materia iustitiæ, ac omnium aliarum virtutum. Quare, sicut in materia iustitiæ, est in hoc dubio speculatiuo præceptum, sequendæ partis tutioris, quando nulla est possessio pro parte minus tuta; quæ iustam deponẽdi dubii speculatiui ansam præbet, ac non dubitandi practicè. At existente possessione pro parte minus tuta, est licitum eam sequi; adestque causa iusta, non dubitandi practicè. Ita etiam cõtingit in cuiusque virtutis materia. Ita Sanchez, *to 1. sum. lib. p. cap. 10 num. 11. & lib. sec. de matrim disp. 41 num. 32.* Coninch. *disp. 34. de sacram. dub. 10. num. 86.* Henriquez, *lib. 8. cap. 2. in gloss. littera P,* Filliucius, *to sec. tract 21. cap. 4 num. 159.* Sancius, *in select. disp 42. num. 7.* Vilalobos, *tom p sum. tract. p diffic. 21. num. p.* Sanctorellus, *varar. resol to. p. qu. 44 num. 9.* Tannerus, *to sec disp. sec. quæst. 19. artic. 4. disp 87* Merolla, *to p disp 2. ca. 3. dub sec. num. 60* Suarez, *to sec. de Relig. lib. 2. de voto cap 5. num. 7. & to 5. in 3 part. disp. 40 sect. 5 à num. 14 vsque ad num. 18.* Garcias, *to. sec de benefic. par. 7. cap. sec. num 14* Bonacina, *de contract. disp p quæst. sec. pun. sec §. Incidente.* Fagundez, *de precep. Eccles. part sec. lib. sec. cap. p. num. 10* Aluarez, *1. 2. quæst. 19. art.*

9. disp. 79. num. 5. & alii. Et probabilem vocat Diana, *part. 4. tract. 3. resol. sec.* & nouissime docet Tancredus, *de matrim. lib. sec. disp. 41. num. 13.*

An quando quis dubitat, An peccatum sit mortale, an verò veniale, teneatur confiteri? Dub. 8.

31 Sententiam negatiuam indicat Henriquez, *lib. 8. de Euchar. cap. 45. num. in Gloss. littera, P.* inquit enim: In dubio æquali, an sit peccatum mortale, posse deponi practicè eam conscientiam dubiam, & sic id peccatum taceri in confessione? sicut, dubitans de voto, vel præcepto non tenetur ad illa? Et hanc sententiam multis rationibus confirmat Laymann, *in Theolog. moral. lib. p. tract. p. cap. 5. §. 4. num. 37.* licèt non audiat determinare. Et ita Io. præpositus, *in 3. part. D. Thomæ quæst. de integrit. confess. dub. 3. num. 127.* quamuis non absolutè, quia ex vna parte videtur obligare, & ex altera parte non.

32 Communis verò sententia, & certissima est: In confessione esse necessariò explicanda peccata mortalia, quę sunt dubia. Ratio est: quia in dubio, vbi possessio non fauet, necessariò tutior pars est amplectenda, vt alibi diximus: At quis, omittens confiteri peccatum in hoc dubio, exponit se periculo omittendi materiam necessariam, nempè peccatum, quod verè erat mortale. Si autem illud confiteatur, nulli periculo se exponit: ergo tenetur, eam partem eligere, tamquam tutiorem. Neque possessio fauet dubitanti, sed potiùs præceptum confessionis in hoc dubio possidet: nam eo ipso, quod dubium est, An peccatum sit mortale? certum est illius confitendi præceptum, vt testatur communis vsus Ecclesiæ: & colligitur, ex Concilio Tridentino, *sess. 14. in decreto de materia Sacram. Pœnitent. cap. 5.* vbi sola venialia à cõfitendi necessitate excipit: & ait, confitenda esse omnia peccata mortalia, quæ sunt in conscientia pœnitentis: ergo ita sunt confitenda, sicut sunt in conscientia: sed in eo casu sunt in conscientia, tamquam dubia, An sint mortalia? ergo ita sunt confitenda saltem, vt illo modo possit Confessarius de illis iudicare, & ex coniecturis arbitrari, qualia sint; & tamquam medicus præcauere in posterum, medicamento adhibito. Confirmatur, quia in hoc casu peccati dubii, seclusa confessione, tenetur homo habere cõtritionem de tali peccato, saltem ratione periculi: sed quod est de necessitate contritionis, est etiam de necessitate confessionis: ergo &c. Ita D. Thomas, *in 4. dist. 21. quæst. sec. artic. 3. ad 3.* vbi Riccardus, *dist. 16. artic. 5. quæst. p.* Paludanus, *dist. 21. quæst. sec. artic. 2. conclus. 3. num. 14.* Maior, *dist. 17. quæst. sec. col. 3. versic. Dico ego.* Adrianus, *quæst. 3. de confess. in priori parte in solu. 3. confir. p. argumen.* Alens. *part. 4. quæst. 77. memb. sec. artic. 5. in corpore.* Altisiodorens, *lib. 4. sum. tract. de confess. quæst. vlt. in 6. argumen.* D. Antoninus, *3. part. tit. 14. cap. 19. §. 8.* Rosella, *v. confessio sacrame. p. num. 12.* Angelus, *v. confessio 1. num. 35.* vbi Siluester, *col. sec. quæst. sec. num. 3.* Tabiena, *2. quæst. 11. num. 12.* Caietanus, *cap. p. num. 4. condit. ad finem.* Armilla, *num. 5.* Victoria, *sum. de Sacra. vbi de confess. num. 139.* Medina, *C. de confess. quæst. de confid. venial. ad 3.* Sotus, *in 4. dist. 18. quæs. sec. artic. 4. post. 43. solut. vers. sed arguet.* Nauarr. *cap. si quis auth. num. 4. de pœnit. dist. 7. & cap. 21. sum. nu. 14.* Viguerius, *lib. p. instit. cap. 6. §. 4. art. 17.* Martinus Ledesma, *2. part. 4. quæst. 5. artic. 4. dub. 3.* Alcozer, *cap. 10. sum. in sec. doctrina.* Antoninus Venetus, *cap. 10. de iterata confess. par. sec. num. 1.* Vgolinus, *de sacram. vbi de pœnit. cap. 15. nu. 11.* Toletus, *lib. 3. sum. cap. 7. num. 6.* Sayrus, *de sacram. cap. 12. num. 12. & in Clau. Reg. lib. 1. cap. 13. num. 4.* Petrus Ledesma, *de sacram. vbi de pœnit. cap. 10. statim post primam conclus. & in solut. vlt.* Suarez, *to. 4. in 3. part. disp. 22. sect. 9. num. 1. & sec.* Valentia, *to. 4. disp. 7. quæst. 9. pun. 3. col. sec.* Henriquez, *lib. 5. de pœnit. cap. 4.* Philiarcus, *de offic. Sacerd. tom. 1. part. sec. lib. sec. cap. 22. initio.* Emanuel Sa, *v. confessio num. 7.* Salas, *1. 2. quæst. 21. tract. 8. disp. vnica sect. 5. num. 60. in solut. ad 3.* Azorius, *part. p. lib. 11. cap. 4. quæst. 3.* Filliucius, *tom. sec. tract. 21. cap. 4. num. 17.* Siluius, *in addit. ad 3. part. quæst. 6. artic. 4. in respons. ad 3.* Sanchez, *to. p. sum. lib. p. cap. 10. num. 66.* Merolla, *to. 1. disp. 3. cap. 3. dub. sec. corollar. 23. num. 353.* Homobonus, *in consult. cas. conscient. vol. sec. part. 5. respons. 131.* Faustus, *in Theolog. moral. to. p. lib. 4. quæst. 72.* Mercerus, *in 3. part. D. Thomæ quæst. 9. artic. 4. num. 7.* Diana, *part. 3. tract. 4. resolut. 60. & part. 4. tract. 3. resolut. 5. & part. 9. tract. 3. resol. 6.* Tur-

6. Turrianus, *de pœnitent. quæst. 9. artic. sec. disp. 19. dub. 6.* Hurtadus, *de sacram. disp. 9. diffic. 7.* Ouidius, *in par. sec. D. Thomæ tra. 23. contro. 4. pu. 7. num. 57.* & alii

37 Et quod dictum est de peccato, dicendum est etiam de circumstantiis peccati dubiis. Vt si quis dubitet, *An desiderio feminæ consenserit?* tenetur explicare suum, & illius statum: quia illæ similiter ei dubio subiciuntur; ac proinde, his tacitis, non explicatur plenè peccatum dubium. Ita *Sanchez, d. cap. 10. num. 69.* Merolla, *num. 356.* & alii. Quod si pœnitens non recordetur speciei illius peccati, sed solum dubius sit, *An aliquod mortale emiserit?* tunc tenetur in genere fateri, se dubium esse, *An quoddam mortale commiserit?* sic Merolla, Sanchez vbi supra, & alii. Sic etiam si sciat, se mortale admisisse, nec speciei meminit; tenetur fateri in genere, se mortalis culpæ reum: quia eadem est ratio de peccato certo confitendo, tamquam certo, & de dubio tanquam dubio. Ita Laym. *in Theol. moral. lib. 5. tr. 6. c. 12. n. 7.* Coninch. *de sacr. disp. 7. dub. 10. n. 97.* Dian. *part. 3. tract. 4. resol. 66. & part. 4. tract. 3. resol. 5.* Villalobos, *to. p. sum. tract. 9. diff. 34. num. 3.* Merolla, *dict. cap. 3. num. 356.* Sanchez, *d. cap. 10. num. 69.* & alii.

Dubitatur 9. An qui præmisit confessionem de peccato dubio, prò sumenda Eucharistia; si postea comperit esse certum, teneatur ante illius sumptionem, iterum illud peccatum, tamquam certum, confiteri?

34 AFfirmatiuè respondit prima opinio. Cuius ratio est: quia id peccatum non dum plenè in confessione expressum erat: Sicut etiam, qui confessus est, se dubitare, An consenserit delectationi venereæ? aut furatus sit? si postea certus sit de consensu, aut furtu, tenetur illud fateri. Ita Sanchez, *d. cap. 10. num. 69.* Merolla, *d. cap. 3. num. 56.* Diana *part. 9. tract. 3. resol. 6. in fine.* & alii, & obseruetur in praxi, ab omnibus.

35 Secunda opinio negat. Cuius ratio est Primò: Quia cum exposuerit illud, prout erat in conscientia, quod tantum exigit Concil. Tridentinum, *sess. 14. cap. 5.* est ab eo directè, tamen si conditione absolutus, perindè ac is, cuius peccatū à Sacerdote existimatur veniale, cùm sit mortale: sicut enim Sacerdos tunc vult absoluere à peccato, prò vt est à parte rei, ita etiam in casu nostro: atq; peccatum, à quo quis directè absolutus est, non tenetur ex iure diuino iterato confiteri: ergo, &c. Secundo, ex communi sententia: Confessus, se morosè delectatum deciès circiter; si certò deindè deprehendat, se duodeciès peccasse, non tenetur eas viciès postea confiteri, & tamen eas non est confessus vt certas, sed modo dubio: at qui similis ratio vrget in casu: ergo, &c. Tertiò: Dubius de voto, excommunicatione, &c. si petat dispensationem, soluitur omni obligatione: & si deindè deprehendat certò emissum esse, &c. ergo idē est in casu nostro. Ita Caramuel, *in Theolog. moral. lib. 4. disp. 4. num. 1539.* Pellizzarius, *in man. reg. tom. p. tract. 5. cap. 3. sect. p. num. 56.* Tamborinus, *in method. expedite confess. lib. sec. cap. p. § 4. num. 24.* Leandrus, *de sacram. to. p. tract. 5. disp. 5. quæst. 17.* & alii.

36 Addunt etiam aliqui: Quando materia est omninò dubia; quia scilicèt, confitens tantum fatetur, se dubium esse, An aliquid mortale emiserit, aùt tale peccatum mortale? adiungendum esse aliquod peccatum certum, nè sub conditione absolutio conferatur: hoc enim vitandum est, quotiès fieri potuerit. Ita Suarez, *to. 4. in 3. part. disp. 2. sect. 9. num. 3.* Sanchez, *dict. cap. 10. num. 76.* Turrianus, *de pœnit. quæst. 9. artic. 2. disp. 29. dub. 6.* Diana, *part. 4. tract. 3. resolut. 5. in fine,* & alii.

37 Et quamuis hoc optimum concilium sit, non videtur tamen de hoc obligari pœnitens sub peccato, vt ait Merolla, *to. p. disp. 3. cap. 4. num. 359.* Quia præcepta non facilè sunt multiplicanda, sinè cogente fundamento: nullibi enim tale præceptum reperitur impositum: non quidem positiuum, vt clarè patet: neq; naturale; nulla enim fit iniuria Sacramento, impendendo tunc absolutionem sub conditione: quia non verè exponitur periculo irritationis: non enim forma absolutionis absolutè cadit supra materiam insufficientem, sed tantum conditionaliter, si adest materia, conditionalis autem nihil ponit in esse: Accedit, quod teneretur quis pluriès idem peccatum confiteri, quod nullo iure probatur.

In

38 Infertur Secundò: Si quis certus est, se aliquod mortale admisisse; dubitat tamen, An illud confessus sit? teneri eum id fateri: quia tunc omninò certus est de præcepti obligatione, dubius autem, An illi satisfacerit? in quo casu obligat præceptum, quia pro eo stat possessio. Ita Suarez, d. sect. 9. num. sec. Sanchez d. cap. 10. num. 71. Nauarrus, in cap. si quis autem, num. 77. de pœnit. dist. 7. Salas, 1. 2. quæst. 21. tract. 8. disp. p. sect. 5. num. 60. in solut. ad sec. Merolla, d. cap. 3. num. 360. & alii. Etiam si dubitans in eam partem propendeat, vt id peccatum confessus sit: nam quousque non habet probabilem, ac determinatum assensum huius confessionis, tenetur illud fateri, quia adhuc est dubius. Ita Sanchez, Nauarrus, Merolla, & alii. Non tamen teneri hunc explicare, se dubium esse, An illud peccatum iterum fassus? quia iam peccatum est certum, & An fuerit confessum, nec nè? nihil refert ad præsentē confessionem. Immò neque tenetur hic dicere, An id peccatum ante, vel post vltimam confessionem perpetrauerit; nisi fortè taliter mutatus esset status pœnitentis ab vltima confessione, vt si non declaretur, id peccatum antè fuisse cōmissum, aut adderetur circumstantia mutans speciem: quia, in rei veritate, peccatum illud non habuit, aut si habuit, ea non declarabatur. V. G. id peccatum erat venereum: at tempore, quo commissum est, pœnitens erat solutus, aut laicus: nunc autem est coniugatus, aut Clericus ordinis sacri: aut è contra, ante erat coniugatus, vel voto castitatis adstrictus; at ab vltima confessione, est ab vtroque vinculo liber: Si ergo peccatum illud simpliciter dicatur in confessione, intelliget Confessarius, id ab vltima cōfessione admissum esse, ex qua status est variatus, & sic decipietur; intelligens, aut habere circumstantiam specie diuersam, quam verè non habet: aut illa carere, cum tamen habeat. Quādo vero, explicare integrè, & fideliter qualitas peccati; manifestum est, non opus esse, explicare integre, & fideliter qualitas peccati, manifestum est, non opus esse explicare tempus, quo commissum est. Ita Merolla, to. p. disp. 3. cap. 3. dub. sec. coroll. 13. num. 363.

Diximus, *quando peccatum est in dubio.* An verò teneatur confiteri, quando non est dubium, sed iudicium probabile, seu opinio?

39 Salas, *in prima sec. quæst. 21. tract. 8. disp. vnica sect. 5. num. 60. in solut. ad 4.* ait: Licèt, tamquam probabilius opinetur pœnitens, non esse aliquod peccatum mortale, vel iam in confessione detectum, teneri eum, ad illud confitendum, si potest fieri absque magno incommodo: secùs, si nequit: poterit enim tunc id tacere, donec id incommodum cesset: & eo cessante, tenebitur fateri. *Et in num. 58. statim in principio* ait: Esse necessariò fatendas circumstantias, de quibus sunt variæ opiniones probabiles: Num sint fatendæ, si ille possit absque magno incommodo eas fateri? Cuius ratio est: quia ita vsu Ecclesiæ, hoc confessionis præceptum interpretatum sit, & ita Nugnus, *in addit. 3. par. quæst. 9. artic. 2. dub. 4. in fine.*

40 Alii vero dicunt: Quando probabili opinione credit, non teneri hunc fateri peccatum: quia potest quispiam operari, sequendo probabilem sententiam, relicta probabiliori. Sic Rosella, *v. cōfessio sacramentali p. num. 22.* vbi Siluest. *2. quæst. sec. 6.* Gersonius, *part. sec. sermon. in cœna Domini de pœnit. alphab. 41. lit. F*, Henriquez, *lib. 5. de pœnit. cap. 4. in fine.* Suarez, *to. 4. in 3. part. disp. 22. sect. 9. num. 5. & 6.* Sanchez, *lib. p. sum. cap. 10. num. 76.* & alii. Etiam si hic iudicet, tāquam probabilius, illud esse peccatum mortale: quia non tenetur quis sequi probabiliorem opinionem, sed satis est probabilem, vt latiùs diximus de opinione probabili, & docent idem Sanch. *num. 76.* Siluius, *in addit. ad 3. part. quæst. 6. artic. 4. quæritur 3.* Diana, *part. 3. tract. 4. resolut. 107.* & alii.

An quando dubitatur, An peccatum sit reseruatum, possit absolui? Dub. 9.

41 Prima opinio negat. Cuius ratio est: quia hæc pars tutior est, & est solius habentis potestatem absoluēdi à reseruatis, iudicare, An casus reseruatus sit? Ita Armilla, *v. casus num. 13.* Frias, *tract. de modo audiend. confess. par. sec. cap. 8. cas. sec.* & videtur tenere Corduba, *in regul. S. Franc. cap. 7. quæst. 4. pun. p. cas. 5.*

42 Secunda opinio affirmat. Ratio est: quia, cum reseruatio sit odiosa, & verba eius sunt strictè accipienda: At casus peccati dubii, vt dubiæ percussionis grauis, non est peccati simpliciter: ergo in abso-

absoluta peccati reseruatione nõ comprehenditur. Quod vero reseruatio sit odiosa, & per consequens strictè interpretanda sit, docent Glossa, in cap præsent. versic. finitur de offic. de leg. in 6. Nauarrus, in cap. accep. de resti. spol. appos. 1. num. 42. Cassad. decis. 1. num. 5. de rescrip. Burg. decis. p. in fine de preben. Calderin. consil. 1. in fine de prebend. Gambar. de potest. leg. lib. 3. num. 194. Graffius, consil. 1. de pœnit. & remiss. num. 13. & sequ. tom. p. Zech. de cas reseru. cas 13. versic. Tertio prenotandum, & alii. Ita hanc opinionem docent Emanuel Sà, v. casus reseruatio num. 5. Henriquez, lib. 6. de sacram. quest. tertius, de pœnit. cap. 16. num. 7. Ochagauia, de sacram. pœnit. tract. sec. quæst. 13. num. 8. Suarez, to. 5. in 3. part. disp. 40. sect. 6. num. 5. & to. sec. de Relig. lib. 4. de voto cap. 5. num. 25. Hurtad. de sacram. to. p. disp. undec. de pœnit. dub. 6. Sanchez, lib. p. sum. cap. 10. num. 74. Bonacina, de sacram. disp. 5. quæst. 7. pun. 5. § 4. num. p. Homobonus, in solut. cas. conscient. vol. sec. part. 5. resp. 87. Filliucius, to. p. disp. 3. cap. 3. num. 366. Portella, in dub. regul. v. casus reseruati num. 7. Alphonsus de Leone, de potest. confess. part. p. recollect. 13. num. 25. & alii.

43 Limitant hanc sententiam Sanchez, to. p. lib. p. cap. 10. num. 74. Bonacina, de sacramen. disp. p. quæst. 7. pun. 5. § 4. num. vers. secus dicendum est. Alphonsus de Leone, de potest. confess. par. p. recollect. 15. num. 25. & alii. Nisi esset præsumptio fori externi pro illius delicti admissi veritate: quia, stante hac præsumptione, est pro certitudine delicti possessio; & illi præsumptioni est in vtroque foro stãdum, dum contraria veritas non constat: v. g. Hæresis externa reseruatur, quando etiam mente ita sentitur: dubius autem eam proferens est, An ita mente senserit? vel an mente ita sentiẽte, protulerit exteriùs animo eius asserendæ? & sic sit verè externa, ac proindè reseruata: quia cum verba sint naturaliter Signa intentionis, & nullus presumat dicere, quod in corde non habet, nec aliter, quam in eo habet, præsumptio est, ac possessio in hoc dubio, vt hæresis illa processerit exteriùs, e vero interiori in illam consensu. Tum quia in hoc dubio hic iudicaretur verus hæreticus in foro externo: ergo idem in interno: quia hæc iudicia non sunt diuersa, nisi quando illud falsæ præsumptioni innititur, & in hoc constat contraria voluntas. Et hanc sententiam probabilem vocat Diana, part. 4. tract. 3. resolut. 4. circa finem.

44 Hanc limitationem non admittit Merolla, to. p. disp. 3. cap. 3. dub. 2. coroll. 13. num. 37. vbi existimat: Casum non cẽseri reseruatum, nisi certò constet de reseruatione. Nec satis esse, quod præsumatur reseruatus. Cuius ratio est quia cum reseruatio sit odiosa, & per consequens strictè interpretanda, quando Prelatus reseruat sibi v. g. hæresim, debet intelligi de peccato hæresis certo, & nõ tantum præsumpto. Et confirmatur hoc à simili: nam quamuis, quando quis est certus, se emisisse votum castitatis; sed dubitat, an habuerit animum se obligãdi, tenetur castitatem seruare; quia possessio, ac præsumptio stat pro illo voto castitatis: nihilominus tale votum non censetur Pontifici reseruatum (vt concedit ipse Sanchez, lib. 4. sum. cap. 40. nu. 26. & cap. 44. num. 5.) & hoc non alia ratione, nisi quia, cum reseruatio sit odiosa, restringenda est ad casus certos: ergo, eadem ratione idem dicendum est in casu nostro. Ita Merolla, quam sententiam probabilem vocat Diana, loco vltimè citato.

An quando dubitatur, An infans sit baptizatus, sepelliendus sit in loco sacro? Dub. 10.

45 Affirmatiuè respondent Homobonus, in consul. cas. consc. vol. sec. par. sec. respons. & Diana, part. 4. tract. 3. resol. 69. qui dicunt: Baptizatum baptismo dubio, non esse Ecclesiastica sepultura priuandum; siuè dubium sit in suscipiente, siuè in conferente, siue in materia, siuè in forma, & qui si superuixisset, rebaptizandus fuisset. Qui addunt etiam: Infantem, secundina indutum, ac sic baptizatum, in loco sacro esse sepelliendum.

An quando duo dubitant, cuius nam ex ipsis sit filius, quis teneatur eum alere? Dub. 11.

46 Ab vtroque soluenda esse alimenta: & deficiente quolibet patre, vel nolente filium alere, alium esse obligatum in integrum, dicunt Turrianus, in opuscul. thelogicis to. p. opuscul. 10. disp. 5. dub. 3.

dub. 3. Marciena, *in 1a. so. p. quaest.* 19. *ar.* 6. *dub.* 5. *sol. sec.* Vasquez, 1. 2. *disp* 66. *cap.* 8. *num.* 7. Vilalobos, *to. p. sum. tract. p. diff.* 20. *num.* 12. Azorius, *part. sec. lib. sec. cap.* 19. *quaest.* 8. & alii.

47 Dicendum est tamen cum aliis; Aut enim ex dubio, vtrum sit filius huius, an illius patris, pendeat etiam esse filiũ spurium, vel naturalem, aut peioris conditionis: & in hoc casu pro filio iudicandum est, vt id, quod minus malum est, ei tribuatur, etiam cum detrimento patris, & aliorum fratrum: quia sicut in dubio, vtrum aliquis sit filius legitimus, an illegitimus, ita iudicandum est esse legitimum, vt debeat habere à patre suo legitimo, cum aliis filiis legitimis, portionem alimentorum, & hæreditatis: ita dicendum est, quando dubitatur, vtrum sit spurius, quia sit huius patris, an naturalis, quia sit alterius: tunc iudicandum est benigniùs pro filio, nec in dubio condemnandum, aut iudicandum peioris conditionis: proindè ad illum patrem pertinebit tribuere alimẽta, etiam cum detrimento sui, & aliorum filiorum. Sic Merolla, *tom. p. disp.* 3. *cap.* 3. *num.* 264.

48 Si verò, ex dubio, vtrum sit filius huius, an illius patris, non pendet aliqua minus mala conditio; sed perindè est, esse huius, aut alterius, quod attinet ad conditionem illegitimi, naturalis, aut spurii: quia ab vtroque erit illegitimus eiusdem qualitatis, nempè ab vtroque spurius, vel ab vtroque naturalis; in hoc casu Doctores supra citati, vt Turrianus Vasquez, Azorius, Vilalobos, & etiam Merolla, *to. p. disp.* 3. *cap.* 3. *num.* 264 *circa medium*, dicunt, ab vtroque soluenda esse alimenta. Quam sententiam non admittunt Castrus Palaus, *to p. disp* 3 *pu.* 4 *num.* 15. Salas, *in* 1. 2. *tract.* 8. *disp. vnica, sect.* 24. *num.* 248. & Diana, *part.* 4. *tract.* 3 *resolut.* 31. *versic sed adhoc*: quia aduersus quemlibet non habet filius integrum ius.

49 Quod vero alter ex his, de quibus dubitatur, vter sit pater, sit ditior, aut nobilior, parum refert, vt ei potiùs, quam alteri filius tribuatur, ac proindè obligatio alimentorum ipsum potius, quam alterum constringat. Sic Diana, Merolla, Vasquez, & alii: Licet etiam probabilior asserant Salas, & Palaus, vbi supra, si patres inæquales in diuitiis, & in nobilitate sint, posse matrem à ditiori, & nobiliori plus alimentorum exigere: quia ditior, & nobilior meliora alimenta tenebuntur filio ministrare.

50 Si autem alter omninò pauper sit, vel noluerit partem alimentorum dare, tenetur alter in totum alimenta præbere, dicunt Azorius, & alii.

51 Sed Merolla, *d. cap.* 3. *num.* 265. & Salas, *sect.* 24. *num.* 247. dicunt: Probabilior est, non teneri hunc patrem illius supplere, sed eius defectum debere supplere matrem.

An quando dubitatur de aliquo filio, An legitimus sit, censeatur legitimus; an verò spurius? Dub. 11.

52 PRima opinio ait: In hoc casu potius præsumi spurium, quam naturalem; quando constat, filium natum esse ex concubitu illicito. Cuius ratio est: quia, vt filius dici possit naturalis, plura concurrere debent, nempè, quod sit natus ex concubitu propriè sumpto, id est, ex soluto, & soluta, inter quos potuerit esse matrimonium, & mulier diù retenta sit in domo, & in figura vxoris, & quod cum ea solus ipse uir consuetudinem habuerit, *l.* 3 *ff de concub.* § *si quis autem auth. quib. mod nat. effic. legit.* Cum ergo de his requisitis non appareat, sequitur, eam tamquam quid facti non præsumi, & consequenter, filium non præsumi in dubio naturalem, sed spurium. Ita Alciatus, *de præsump reg.* 2. *præsump.* 5. *num.* 4. Bertran. *cons.* 135. Nacta, *cons.* 421. *num.* 10. Menoch. *de præsump. lib.* 6. *præsump.* 54. *num. sec.* & videtur apertè tenere Alex. *in leg. sec. in princip. ff. de liber. & posth. vlt.* Paul. de Castro, qui dixerunt: filium, ex illicito coitu natum, præsumi incapacem.

53 Secunda opinio ait: Censeri potiùs naturalem, quam spurium. Cuius ratio est: quia sicut quando dubitatur, An filius sit legitimus, vt excludatur delictũ, & infamia filij, præsumitur legitimus: ita dicendum est, quando dubitatur, An sit naturalis, vel spurius, censendus est naturalis, vt excludatur maius delictum, & maior infamia. Ita Baldus, *cons.* 448. *incip Quæritur in primis dub.* 3 *lib. p.* Alciatus, *de præsump. reg. sec. præsump sec. in fine* Decius, *in cap. per tuas num.* 8. *de probat.* Riminald *senior. cons.* 476. *num.* 8. *vol.* 3. Cranetta, *cons.* 138 *num.* 12. Pacian. *de probat. lib. sec. cap.* 12. *num.* 34. Io. Vincent.

Vincent. Anna, *sing.655. & 666.* Rouitius, *cons.45.num.13.vol.1.* Angelus, *v filius, quæst.16.* vbi Siluester, *quæst.2.* Azorius, *part.1 lib.2 cap.19.quæst.7.* Lopez, *lib.1.titul.14 part.2.* Vasquez, 1.2 *disp.66 cap.8.* Merolla, *to.1.disp.3.cap.3.num.262.* Diana, *part.3.tract.5.resol.72.* Layman in *Theolog.moral.lib.1.tract.1.cap.5.* §.4. *num.39.* & alii.

54 Ex his deducitur: Quando dubitatur, An filius sit legitimus, an illegitimus; potest filius in hereditate patris succedere? Ratio est: quia licèt huic sententiæ videatur obstare regula illa: *In dubijs, & pari causa, melior est conditio possidentis* eò quod, si in tali dubio, iudicandus esset filius legitimus, aut naturalis, posset sequi damnum aliis filiis legitimis, possidentibus iam suas legitimas portiones, dum cogerentur ex illis partem extrahere: nihilominus pro illo est alia regula iuris maioris obligationis, quæ habetur, *de reg.iur. in 6.* nempè, *cum partium iura sint obscura, fauendum est potiùs Reo, quam actori:* ergo cum est dubium, non debet aliquis filius censeri potiùs illegitimus, quam legitimus. Et hoc non solum seruandum est, attento iure ciuili, sed etiam stando in solo iure naturali. Nam ratio ipsa naturalis dictat, vt nemò in dubio condamnetur, quia nullus, nisi ob culpam probatam, condemnari debet: quare iniquum est absque vlla culpa parentum, prolem cõdemnare. Cum igitur in dubio de tali culpa non constet, non debet proles cõdemnari, ac proindè, nec illegitima cẽseri, sed legitima. Ita Decius, *in cap.per tuas deprobat.* Couarr. 4. *decret. part.2. cap.8.* § 4 *num.8.* Vasquez, 1.2 *disp.66. cap.8* Azorius, *part.1.lib.2. cap.19.quæst. 7.* Angelus, *v filius, quæst.6.* vbi Siluest. *quæst.2.* Turrianus, *opuscul.de conscient. dubia disp.5.dub.vltim.* Merolla, *to.1 disp. 3.cap.3.num.263.* & alii.

55 Vndè quãdo testes simpliciter dicũt, Franciscum esse filium Petri, statim intelligitur probatum, quod sit filius legitimus, & naturalis. Ita Ioa. Baptista Asiu, *in pract.iudicior. de modo probandi filiat.cap.10.per totum.* Albertus, *in leg.si vicinis C.de nupt.* & alii.

An Infantes expositi, quorum parentes omninò ignorantur, censendi sint illegitimi? Dub.12.

56 Affirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia in huiusmodi casu, adsunt coniecturæ ita vehementes, vt ferè certò constet, expositum esse illegitimum, cum filii legitimi nõ solent exponi, vt docet ipsa experiẽtia: & parentes exponẽtes filios, notã infamiæ subeunt. Ita Tolet. *lib.1.sum cap. 52.* Rebell. *de oblig.iust. part.2.lib.1 qu. 2.num.15.* Auila, *de cens.par.7.disp.3.dub. 9.* Sayrus, *de lib.6.cap.10. num.39.* Vasquez, 1.2.*disp.66. num.48.* Castill. *quotidian.qq.lib.2.cap.19.num.51.* Couarr. *in Clem.si furiosus,in principio part.1.nu.9.* Maiol. *de irregul lib.1.cap.11.* Salzedo, *in pract.crim.Diez,cap.24.litt.C. versic. Sed huic loco.* Vgolinus, *de irregul.cap.44.§. 7 num.1.* Viualdus, *in eodem tract. à nu. 120.* Henriquez, *lib.11 de Sacram.cap.20. §.1 & lib.14.cap 8.§.10* Filliucius, *tract. 19 cap.6.quæst.9. num.131.* Reginaldus, *lib.30.num.77.* Hondez, *cons.47.num 23 vol.3.* Bonacina, *de cens.disput.7.quæst.2. pun.3 num.10.* Garzias, *tom.2. de benef. part.7.cap.2. num.10.* & alii. & probabilem vocat Diana, *part.2.tract.15. res.22.*

57 Vndè, & auctoritate istorum, Infantes expositi, quorum parentes ignorantur non posse ad ordines promoueri, absque dispensatione: quia huiusmodi expositi præsumuntur illegitimi: hæc autem præsumptio habetur pro veritate, donec oppositum manifestè probetur: cum igitur illegitimi ordinari non possint, *cap.1.de filijs præsbyt.* sequitur, hos expositos non posse ad ordines promoueri.

58 Secunda opinio ait: Infantes expositos censendos esse natos ex legitimo matrimonio. Cuius ratio est: quia non est in iure expressum, expositos esse irregulares: & nemo est dicendus irregularis, nisi sit in iure expressum, *cap.is quid, de sentent.excomm.lib.6.* Tum quia legitimi aliquando exponi solent, ob parentum inopiam, & ignauiam. Tum quia cum necessarium sit, homines nasci ex aliquo concubitu, in dubio præsumendum est, potiùs eos ortos esse ex concubitu licito, quã illicito; iuxta illud quod notant Bald. *in leg.filium,n.1 ff.de his qui sent sui,vel alieni iuris,& in leg.1. n.35.C.de iis,qui accus.nõ poss.* & Menoch.

de arbit. iudic. cas. 89. *num.* 23. Huius ratio est: quia in dubio semper capienda est ea interpretatio, quæ delictum excludit *l. merito ff. pro socio.* Et ita hanc sententiam docent Ioann. Anton. *cap.* 13. *num.* 12. *de infant. expos.* Felin. *cap. cum deputati, de iudic. à num.* 10. Bermond. *de public. concub.* quia etiam filios nequ. ol. 10. Velas, *de pœn. delict. cap.* 9. Card. Palæot. *de not. & spur. cap.* 63. *num.* 3. *&* 7. Menoch. *de arbit. lib.* 2. *cap.* 396. *num.* 15. Rodoriquez, *to.* 1. *qq. regul. quæst.* 10. *num.* 1. Bellectus, *part.* 1. *disquis. cler. tit.* 1. § 5. *nu.* 24. Campan. *in diuers. rubric.* 11. *cap.* 13. *num.* 157. Auila, *de censur. part.* 7. *disp.* 3. *dub.* 9. Coninch. *de Sacrament. disp.* 18. *dub.* 12. *num.* 105. Emanuel Sà, *v. filius, num.* 8. Salas, 1. 2. *tract.* 8. *disp.* 1. *sect.* 24. *num.* 146. Santarell. *variar. resol. quæst.* 44. Barbosa, *de potest. Episcop. part.* 3. *alleg.* 32. *num.* 150. Philippus Paschalis, *de virib. patr. potest. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 10. Merolla, *to.* 1. *disp.* 3. *cap.* 3. *num.* 271. Molfesius, *to.* 1. *quæst.* 19. *artic.* 5. *disp.* 87. *in fine*, & alii; & probabilem vocat Diana, *part.* 2. *tract.* 15. *resol.* 22. Suarez, *to.* 5. *in* 3. *part. de cens. disp.* 50. *sect.* 4. *num.* 42. & Filliucius, *to.* 1. *tract.* 19. *cap.* 4. *num.* 141. *&* 143.

59 Ex his deducitur Primò: Huiusmodi expositos, & quoslibet alios, quorum parentes ignorantur, tamquam ex legitimo matrimonio ortos habendos esse; ac proindè ad actus legitimos esse admittendos, iuxta *cap. cum deputat. de iudic.* atque hæreditatum, successionumque capaces existimandos, & deniq; certa munera, siuè ciuilia, siuè ecclesiastica, illis, hoc solo prætextu, nullo modo esse interdicenda. Vndè absque alia dispositione possunt licitè ad ordines etiã sacros promoueri, vt dicunt Merolla, *in to.* 1. *disp.* 3. *cap.* 3. *num.* 277. & alii *in num.* 58. *relati.* Nec obstat consuetudo Episcoporum, qui neminem ad ordines promouent, nisi afferãt authenticam scripturam, quæ ostendãt, se esse ex legitimo matrimonio ortos: hoc enim faciunt Episcopi, tum vt sequantur partem tutiorem: tum etiam quia non potest ipsis constare, An reuera sit merum dubium de aliquo, sit nè legitimus, vel illegitimus? posset enim accidere, quod aliundè constaret, illum esse illegitimum, quod tamen Episcopus ignoret.

60 Secundò: Si Mulier, ex qua puer ortus est, aliis etiam, præter virum, corporis sui copiam faceret, nihilominus præsumitur filius à legitimo viro procreatus: quia in dubio præsumendum est magis illud, quod honestum est, quam quod inhonestum, vt dicunt Menoch. *de arb. iud. cas.* 89. *à nu.* 20. *& de præsump.* 53. *num.* 3. Duen. *in reg.* 344. *in prima ampliat.* Marta, *voto* 16. *à n.* 4. Maschard. *de probat. conclus.* 288. *per totum.* Anton. Gabriel. *lib.* 1. *comm. concl. titul. de præsump. concl.* 4. Merolla, *to.* 1. *disp.* 3. *cap.* 3. *num.* 274. & alii.

61 Tertiò: Si Mulier pariet in decimo mense post mortem viri, quamuis mulieres regulariter in nono mense à die conceptionis, ille puer censeri debet filius viri præmortui, ac proindè ex legitimo matrimonio natus: tum in fauorẽ matrimonii: tum etiam vt excludatur delictum fornicationis: quia Mulieres solent aliquando parere in decimo mẽse. Ita Fran. Cremen. *sing.* 126. Gama, *decis.* 325. Marta, *voto* 153. Viuius, *decis.* 461. *vol.* 3. Merolla, *num.* 275. & alii. Similiter si aliqua Meretrix nubat, & in septimo mense pariet; præsumitur ille filius ex eo legitimo matrimonio conceptus, & non ex pristina fornicatione, propter eamdem rationem. Idem dicẽdum est, quamuis Mulier pareret in vndecimo mense, post viri mortem. Ratio est: quia partus potest etiam prorogari vsq; ad vndecimum mensem, & naturalis seu vitalis esse potest, vt dicunt Hyppol. *lib. de septimest. & ottimestr. part.* 1. *fol.* 61. Arist. 6. *de nat. anim. cap.* 4. Victor. Trinchaual. *lib.* 1. *cons.* 34. *pro muliere.* Lucretia Bohema, quæ peperit mense vndecimo, multis rationibus probans. Valles, 2. *epid. sect.* 3. *com.* 25. Valderiola, *lib.* 3. *enarrat. medicin. enarrat.* 7. *com.* 25. *&* 1. loc. Commu. *cap.* 18. quos sequitur communis sententia Philosophorum, & Medicorum, vt refert Marcell. Donatus, *lib.* 4. *histor. medicin. cap.* 13. Et hanc opinionem sequuntur Soccinus, *in l. Gallus numero sexto, ff. de liber. & posthum.* vbi Mat. Salomon. *numer.* 44. Marcell. Donat. *loco citato.* Et videtur approbare Glossa, *in dict. l. Gallus, ver. In decem mensibus*, & docet Merolla, *to.* 1. *disp.* 3. *cap.* 3. *num.* 276.

(: † :)

An

An exiſtente dubitatione de aliquo facto, propter quod pœna à iure imponitur, credere debeat Reum, an pœnam iuris? Quod (eſt quærere): An dubitans, ſi excommunicationem contraxerit, cenſendus ſit excommunicatus? Dub. 13.

62 PRima opinio abſolutè ait: In hoc dubio cenſendum eſſe quempiam excommunicatum. Probatur Primò, *ex cap. cum deſideres, verſic. Secundæ quæſtioni, de ſent. excommunic.* vbi conſultus Pontifex: An communicare liceret cum eo, quem fama vulgaret percuſſiſſe Clericum? Reſpondit, ab eius participatione abſtinendum eſſe. Cum ergo tunc in ea excommunicatione dubia iubeat Pontifex, illum tamquam excommunicatum vitandum, in dubio cenſetur quiſquam excommunicatus. Secundò, *ex cap. illud, de Clericis excommunic. miniſt.* vbi Pontifex deponi iubet, qui, audita ſuæ excommunicationis fama, celebrauit; cum tamen excommunicatio eſſet dubia. Atque eam rationem reddit: quia in dubiis eſt tutior pars eligenda. Tertiò, *ex cap. cum tu, de teſtibus, & atteſt.* vbi cum in dubium verteretur, An excommunicatio valida eſſet, tamquam præcedens appellationem; An potius irrita, quod præceſſiſſet illam appellatio? & quidam teſtes priùs deponerent, alii verò poſteriùs? Reſpondit Pontifex, ſe benignè dicta teſtium interpretantem, nè periuri reputentur, præſumere dupplicem interpoſitam appellationem, quamdam ante excommunicationem, & alteram poſt: & ita vtroſque teſtes verum depoſuiſſe; intelligentes de variis appellationibus, ac proindè excõmunicationem illã, tamq̃ latã poſt appellationẽ eſſe irritã: ergo, ſeclusis hac benigna interpretatione, & nota periurii teſtiũ, iudicãdũ eſſe in dubio pro excommunicationis valore. Quartò, *ex cap. ſicut nobis, de ſent. excommun.* vbi iubetur, Epiſcopũ excommunicatum vitare, quoties abſolutio eſt dubia: At tunc erat dubia excommunicatio, ſicut & abſolutio: Nam ſi abſolutus erat, ceſſabat excommunicatio; ſecùs; ſi non abſolutus erat. Ita Gloſſ. Fin. *cap. conſulti, de regul. & c. vnic. ad fin. de ſcrutin.* Anton. *d. c. illud ſi.* Cardin. *Clem. 1. q. 15. n. 19. in fine de ſepultur.* Marian. Soccin. *cap. per tuas, n. 18. de ſent. excom.* Silueſt, *v. abſolut. 3. n. 14. dub. 10.* Corduba, *lib. 3. q. q. quæſt. 6. col. ſec. verſic. Quarto probatur.* & alii cum Salas, 1. 2. *quæſt. 21. tr. 8. diſp. vnica, ſect. 5. num. 60. in ſolut. ad 4.* Qui cum limitatione hanc ſententiam admittit, ſcilicèt, ſi poteſt hic abſque magno detrimento abſtinere à celebratione, vel prius excõmunicationis abſolutionẽ impetrare.

63 Secunda opinio ait: Quando non agitur ad pœnam pro delicto infligendam, ſed ſolum vt ſe abſtineat de omnibus, quę iure excommunicationis interdicũtur; tunc cenſetur in vtroque foro excommunicatus. Ita Panormitanus, *cap. cum tu, in fine de teſtibus, & atteſt.* vbi Felinus, *num. vltim.* vbi ait, excommunicationem eſſe medicinalem. Angelus, *v. dubium, num. ſec. in fine.* Armilla, *v. dubitatio, num. 3.* Vgolinus, *de cenſ. tabul. 1. cap. 14. in principio, nu. 11. & 14.* Vega, *to. ſec. ſum. cap. 15. caſ. 24.* & alii.

64 Tertia opinio ait: In foro conſcientiæ cenſetur excommunicatus: Secùs autem in foro externo: quia in foro interno pars tutior amplectenda eſt: in foro autem externo, benignior. Ita Innocent. *in cap. cum tu in fine de teſtibus.* vbi Hoſtiens. *num. 2.* Io. Andr. *in fine.* Cord. *num. vnico, oppoſit. 1. in fine.* Bellamera, *num. 2.* & alii.

65 Quarta opinio ait: Nunc cenſeri excommunicatum in dubio facti: ſecùs autem, in dubio iuris: quia in dubio iuris fauendum eſt poſſidenti ſuam libertatem. Tum quia forum exterius non iudicaret illum excommunicatum. Tum quia lex non obligat, niſi ſit ſufficienter promulgata: in dubio autem iuris, id eſt, quãdo dubitatur legem aliquam latam eſſe, lex non cenſetur ſufficienter promulgata: ergo, &c. Ita Rebell. *part. 2. lib. 1. ſect. 2.* Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 1. cap. 13. num. 23. & lib. 2. de cenſ. cap. 14. num. 28.* Azorius, *part. 1. lib. 2. cap. 19. quæſt. 10. & 11.* Vaſquez, 1-2. *diſp. 66. cap. 1.* Turrianus, *de cenſ. lib. 8. diſp. 57. dub. 4. circa finem.* Molina, *de iuſt. to. 4. diſp. 67. num. 7.* & probabilẽ vocat Dian. *p. 4. tr. 3. reſol. 35.*

66 Quinta opinio ait: Nec in dubio iuris, nec in dubio facti, hunc cenſendum excommunicatum. Ratio eſt: quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis ſuam libertatem: cum ergo vnus quiſq; poſſideat ius cõmunicandi cũ fidelibus, nõ debet in dubio ea poſſeſſione priuari. Tũ quia in foro externo nõ iudicaretur excõmunicatus: ergo neq; iudicãdus

est in foro conscientiæ; id n. in vtroque foro iudicandum est, quando forum exterius non innititur falsè præsumptioni. Ita Sanchez, *lib. 1. sum. cap. 10. num. 55.* Layman, *in Theolog. moral. lib. 1. tract. 1. cap. 5. §. 4. num. 38.* Bonacina, *de cens. disp. 2. quæst. 1. pun. 6. § 3. num. 40. versic. Si vero sequamur.* Merolla, *to. 1. disp. 3. cap. 3. num. 203.* Diana, *part. 4. tract. 3. resol. 35. & 36.* Alphonsus de Leone, *part. 2. de offic. confess. Recollect. 3. num. 42.* & alii, & probabilem vocat Filliucius, *tract. 13. cap. 6. quæst. 11. num. 130.*

67 Ex his deducitur: Quoties dubitatur, An iudex sententiam excommunicationis in aliquem tulerit, non teneri hunc se gerere, tamquam excommunicatum quando, præmissa diligentia, adhuc manet dubius: quia hoc est dubium iuris. Secus verò est, quando certum est, excommunicationem à iudice latam esse, & dubitatur, An sit iusta? seu, An fuerit sufficiens excommunicandi causa? vel, An iudex seruauerit modum requisitum ad eius valorem? tunc enim tenetur hic, tamquam excommunicatum se reputare; quia, cum non sit subditi, sed iudicis hoc examinare, & subditi sit obedire; dum illi non constat, defuisse causam sufficientem, aut iudicem non seruasse modum necessariò requisitum ad excommunicationis valorem, tota possessio in hoc dubio est pro iudice, ac eius sententia. Ita Sanchez, *tom. 1. sum. lib. 10. num. 56.* Merolla, *to. 1. disp. 3. cap. 3. num. 202.* & alii.

68 Secundò: Si dubium excommunicationis oriatur in eo, quod dubitatur de illius absolutione, possessio stat pro ipsa excommunicatione, quæ certa fuit; & ideò in hoc dubio reputatur hic excommunicatus, vt expressè deducitur, *ex cap. si quid de sent. excommunicat.* & docent Merolla, *num. 204.* & alii. Si verò excommunicatio est conditionalis, & dubium est, An conditio fuerit impleta? ea non ligat, quando non constat de impletione conditionis. Ita Emanuel de Moura, *opusc. 1. de censal. & incant. sect. 1. cap. 3. num. 8.* Diana, *part. 4. tract. 3. resol. 35. versic. Et nota.* Sanchez, *d. cap. 10. num. 88.* Merolla, *d. cap. 3. num. 207.* & alii.

69 Tertiò: Si dubitatur de valore excommunicationis, eò quod dubitatur de potestate Prælati excommunicantis, tùc si Prælatus sit in possessione excommunicandi, præsumitur pro excommunicationis valore: quia in dubio melior est conditio possidentis. Secùs verò, si in ea possessione non sit: quia vbi de alicuius potestate non constat, nec est in ipsius possessione, ipsi onus incumbit, illam probandi. Ita Merolla, *to. 1. disp. 3. cap. 3. num. 206.* & alii.

70 Quartò: Quando quis dubitat de alterius excommunicatione, & denuntiatione, non debet illam vitare: quia faceret illi iniuriam, cum in dubio melior sit conditio possidentis: ergo non debet priuare illum communione in re dubia: sed quando dubium esset de validitate actus, vt si quis confiteri vellet ei, quem dubitat esse denuntiatum, tùc abstinendum esse, nè se exponeret periculo faciendi sacramẽtum irritum; modo absque scandalo, vel alio periculo fieri posset. Ita Diana, *part. 4. tract. 3. resol. 35. versic. Notandum est.* Filliucius *to. 1. tract. 3. cap. 7. num. 129.* Alphonsus de Leone, *part. 2. de offic. & potest. confess. recollect. 3. num. 450. fol. 246.* Hurtad. *disp. 2. num. 7. in fine & disp. num. 26. in fine.* Reginaldus, *lib. 21. num. 6.* Comitolus, *lib. 6. respons. moral. quæst. 33.* & alii.

71 Et quod dictum est de excommunicatione dubia, dicendum est etiam de Suspensione, & Interdicto: quia militat eadem ratio. Ita Sanchez, *to. 1. sum. lib. 1. cap. 10. num. 62.* Diana, *part. 4. tract. 3. resolut. 35. circa medium,* & alii.

An quando dubitatur pro vtraque parte, & pars vna necessaria est eligenda, quid agendum sit? Dub. 14.

72 Casus hic est: Mulier, quæ post auditam mortem prioris Mariti, alteri nupsit: si tandem audiuit postea, Maritum priorem viuere, & ideo dubitat, Vtrum liceat ipsi negare debitum posteriori Marito? Item Mulier, quæ alicui nupsit, postea dubitat, An petere, vel reddere debitum teneatur, quia audiuit, suũ esse cõsãguineũ in gradu prohibito?

73 Prima opinio ait: Coniugem dubitantem, debitum nec reddere, nec petere posse. Cuius ratio est: quia possessio, mala fide incepta, non suffragatur, ita vt claudicat matrimonium, ex parte habentis malam fidem: ergo nec ipse, nec alter possessor bonæ fidei potest petere. Et ita si possidens bona fide petat, cum non postulet sibi debitum, nõ poterit alter reddere. Tum quia si dubium sit de morte prioris Coniugis, eius possessio

sessio non praeualet: ergo non potest reddere debitum huic possessori benigi. Ita Medina, C. *de restit. quaest. 17. col. 4.* Petrus de Soto, *2. de matrim. concl. 34 num. 8.* Adrianus, *in 4. de resti. quaest. de rescrip. §. institutibus fol. 162. col. 2. & quodlibet. 2. artic. 1.* Altisiodorus, *part. 3. tract. vlt. cap.* & alii.

74 Secunda opinio ait: Posse petere, & reddere debitum: Et probat, *ex cap. laudabilem, de frig. & malef.* vbi determinatur: Dubitantes post initum matrimonium de impotentia, posse triennio experiri petendo: sed eo ipso, quod dubitant de impotentia, subinde dubitant, An matrimonium sit validum? Tum quia id videtur definisse Pius V. in quodam Motu proprio relato per Veracruz, *pa. 1. supplement. arg. 18.* fuit enim Pontifici propositum, multos Indos, fidem suscipientes, mansisse adhuc cum vxore vltima, non dum certos de prioris obitu, nec enim inuenire potuisse: & definiuit Pontifex, eos in matrimonio cum vltima, quae fidem suscepit, mansuros esse, & posse petere, & reddere debitum. Ergo cum dubius est matrimonii valor, vtrumque licet. Ita Palatius, *in 4. dist. 36. disp. 1. fol. 798. col. 2. versic. At sunt qui latius.* Ledesma, *2. part. 4. quaest. 8. dub. 6.* Angles *in floribus part. 1. de matrim. quaest. 1. de impedim. ord.* Vega, *lib. 4. sum. cas. 4.* & alii.

75 Tertia opinio ait: Dubitantem de matrimonii valore, bona fide contracti, nõ posse petere; teneri tamen reddere debitum. Cujus ratio est: quia in dubiis tutior pars est eligẽda: sed Cõiugi dubio (siue bona, siue mala fide contraxerit, siue sit dubius ante sufficientem diligẽtiam, siue etiam postea) tutius est non petere: quia petendo, se exponit periculo peccandi cõtra castitatem: & idem Coniugi tutius est reddere petenti bona fide, quàm non reddere: quia non reddendo, se exponit periculo iniustitię contra ius coniugis petendi: & reddẽdo, se exponit periculo fornicationis contra castitatem, quae est minus peccatum, quam dictum iniustitiae: ergo Coniux in dicto dubio non potest petere, tenetur tamen reddere. Ita Glossa, *34. quaest. 1. in sum. v. vtroque quaestio* Innocentius, *cap. Dominicus num. vnico.* Alexand. de Neuo, *num. 5.* D. Thomas, *in 4. dist. 38. in fine, in corpore littera magistri,* D. Bonauentura, *in eadem exposit.* *in fine.* D. Antoninus, *3. part. titul. 1. cap. 9.* Medina, *1. 2. quaest. 19. artic. 6.* Philiarcus, *de offic. Sacerd. to. 1. part. 2. lib. 2. cap. 9.* Salonius, *2. 2. quaest. 61. tractat. de Dominio.* Bartholom. Ledesma, *de matrim. dub. 2. concl. 2.* Siluester, *v. matrim. 8. quaest. 1. ad 2.* Henriquez, *lib. 12. de matrim. cap. 6. num. 5. & 7.* Rodoriquez, *part. 1. sum. in nedit. cap. 24. num. 4.* Suarez, *to. 2. de Relig. lib. 4. cap. 5. num. 16.* Basilius Pontius, *de matrim. lib. 10. cap. 15.* Vasquez, *de matrimon. ch. disp. 66. cap. 4.* Hurtadus, *de matrim. disp. 10. diff. 9. num. 39.* Rebuff. *lib. 1. quaest. 16. sect. 2.* Turrianus, *in opuscul. Theolog. opusc. 10. disp. 4. dub. 1. & disp. 5. dub. 7.* Perantius, *1. 2. quaest. 19. art. 6. disp. 4. sect. 6.* & alii: & in eam inclinat probabiliter Matthiens, *in 1. 2. to. 1. quaest. 19. artic. 6. dub. 5. conclus. 2.*

76 Quarta opinio ait: Ante adhibitam diligentiam, ad exequendam veritatem, teneri Coniugem dubitantem reddere debitum, non tamen posse petere: ea tamen sufficienter adhibita, posse reddere, & petere. Ratio prioris est: quia sicut dubitans, An res sit sua? quamuis retinere possit, non tamen potest ea vti ante diligẽtiam adhibitam, ad exequẽdam veritatem: ergo non potest petere debitum Coniux dubitãs, quod est, matrimonio vti, donec diligentiam adhibeat. Ratio posterioris est: quia sicut possessor bonae fidei, si dubitat, rem esse alienam, & facto sufficienti examine, non potest dubium vincere, potest non tantum rem retinere, sed etiam illa vti, vt alibi probatum est: cum in dubio sit melior conditio possidentis: Ita Coniux, dubitans, si praemiserit sufficiens examẽ, & adhuc dubius maneat, poterit vti matrimonio, petendo, & reddendo. Ita Sotus, *lib. 4. de iust. quaest. 5. artic. vlt. in fine, & in 4. dist. 27. quaest. 1. artic. 3. versic. Immò verò, & disp. 32. quaest. vnica art. 5. ad finem versic. Dum verò.* Ledesma, *2. part. 4. quaest. 18. artic. 1. dub. 14. fol. 241. col. 2. in fine.* Veracruz, *part. 1. specul. art. 42. concl. sec. & 3. part. 18. concl. 5.* Henriquez *lib. 11. de matrim. cap. 6. num. 5. & 7.* Ludouicus Lopez, *part. 1. in sec. edit. cap. 245. & §. Sed si inquirat, & part. sec. de matrim. cap. 39. fol. 1056.* Bonacina, *de leg. disp. sec. quaest. 4. pun. 7. num. 20.* Suarez, *to. sec. de Relig. lib. 4. cap. 5. num. 16.* Emanuel Sà, *v. debitum coniugale numer. 7.* Bannez, *2. 2. quaest. 62. artic. 6. dub. 5. conclus. 4.* Coninch. *de Sacram. disp. 34. dub.*

10

Petrus de Lorca, *in 2.2. D. Thomae, disp.* 38. Diana, *part. 4. tract. 3. resolut. 15. vers. Sed licet.* Merolla, *to. 1. disp. 3. cap. 3. num.* 148. Sanchez, *to. 1. de matrim. lib. 2. disp.* 41. *num.* 47. & alii.

77 Amplias. Verum etiam sit, quando moraliter est impossibile, adhibita diligentia, posse vinci dubium: tunc enim potest Coniux dubitans, nulla adhibita diligentia, reddere, & petere: quia frustra ea diligentia adhiberetur. Sicut enim tenetur possessor bonae fidei in hoc casu eam praemittere, sed potest vti re, quam esse suam dubitat, vt benè inquiunt Sanchez, *num.* 47. Merolla, *num.* 153. & Diana, *loco citato in fine.*

Dubitatur Primò: An Coniux, dubitans de valore matrimonij, si ante adhibitam diligentiam petat debitum, teneatur alter reddere?

78 Affirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia in dubio melior est conditio possidentis: at in hoc dubio vterque possidet, cum (vt supponimus) bona fide contraxerunt: ergo, &c. Tum quia stat, petenti Coniugi illicitè, teneri alterum reddere, vt si contra votum castitatis petat: ergo etiam in casu nostro, quamuis valde illicitè petat debitum, tenebitur alter reddere. Ita Corduba, *in sum. quaest.* 45. *p.* 3. Henriquez, *lib.* 12. *de matrim. cap.* 6. *num.* 5. *in com. litter. T.* Bartholomeus Ledesma, *dub.* 20 *de matrim. concl.* 1. Petrus Ledesma, *de matrim. quaest.* 45. *artic.* 1. *in fine §. Ad hoc dubium respondetur,* & alii.

79 Secunda opinio negat: Nam in tali casu Coniux dubitans, non habet ius ad petendum debitum, donec adhibeat debitam diligentiam, ad veritatem assequendam. Ratio est: quia antè praemissam diligentiam, possessio in dubio, non confert ius vtendi re: ergo Coniux, tunc petens, petit id, ad quod nullum ius habet, & ad quod possessio non suffragatur: ergo alter non potest reddere. Probatur haec vltima consequentia: quia tota ratio, ob quam Coniux tenetur reddere, est, quia alter petit sibi debitum, ratione possessionis, nè periculo iniustitiae, debitum negando, exponatur. Cum ergo in hoc casu non petat sibi debitum, nec fauet ei possessio; negando, nulla fit iniustitia: & ex altera parte, reddendo, fit periculum fornicationis, tenetur non reddere ante adhibitam diligentiam. Adhibita autem diligentia, potest vterque reddere, & petere: quia iam possessio confert ius ad omnem vsum. Ita Sanchez, *lib.* 2. *de matrim. disp.* 41. *num.* 55. Merolla, *to.* 1. *disp.* 3. *cap.* 3. *dub.* 2. *coroll.* 12. *difficul.* 1. *num.* 161. Diana, *part.* 4. *tract.* 3. *resol.* 15. *versic. Rerum mihi,* & alii.

Dubitatur Secundò: An si Coniux, dubitans de valore matrimonij contrahendi, illud ineat, possit adhuc reddere, & petere debitum?

80 SI loquamur, quando alter solus Coniux dubia fide contraxit; Aliqui dicunt, hunc dubitantem non posse petere, nec reddere. Quorum ratio est: quia possessio mala fide incepta, non suffragatur: & ita claudicat matrimonium, ex parte habentis malam fidem: ergo nec ipse, nec alter possessor bonae fidei potest petere: & ita si possidens bona fide, petat, cum non postulet sibi debitum, non poterit alter reddere. Ita Sotus, 4. *dist.* 27. *quaest.* 1. *artic.* 3. *versic. Alia verò.* Lopez, 2. *part. instruct. de matrim. cap.* 39. & Vega, *to.* 3. *sum. cas.* 155. Addunt hi Auctores, has nuptias esse irritandas, quod etiam asserit Bartolomeus Ledesma, *de matrim. dub.* 20. *reg.* 2.

81 Alii verò meliùs dicunt: Coniugem, qui tali dubio contraxit, nullo modo posse debitum petere; teneri tamē reddere alteri, bona fide possidenti. Quorum ratio est: quia cum alter bona fide possideat, non debet iure suo spoliari, ob malam fidem alterius; dum non cōstat, matrimonium fuisse nullum. Ita Glossa, 34. *quaest.* 1. *in sum. v. vtraq; quaestio.* Innocent. *in cap. Dominicus numer. vnico.* ubi Io. Andre. *super versic. A modo.* Anchar. *num.* 5. *in fine versic. Sexto nota.* Panormit. *num.* 4. Alex. de Neuo, *num.* 5. Siluester, *v. matrimonium* 4. *quaest.* 9. *dic.* 3. Tabiena, *v. impedimentum impedimēt.* 10. *quaest.* 1. *num.* 2. Armilla, *v. matrimonium num.* 45. Henriquez, *lib.* 12. *de matrim. cap.* 6. *num.* 5. & 7. *in commento litt.* S. Sanchez, *lib.* 2. *de matrim. disp.* 42. *nu.* 2. Merolla, *to.* 1. *disp.* 3. *cap.* 3. *dub.* 2. *coroll.* 12. *diff.* 2. *num.* 164. Diana, *part.* 4. *tract.* 3. *Resol.* 15. *versic. Difficultas,* & alii.

82 Si verò loquamur, quando vterque Coniux mala fide contraxit, dubitans de impedimento, neutrum posse petere,

re, teneri tamen reddere, dicunt Ledesma, *de matrim. dub.* 20. *conclus.* 1. & Siluester, *v. matrimonium* 4. *quæst* 9 *dict.* 3. Dicit enim Siluester, contrahentem dubia fide, teneri reddere, maximè si alter Coniux ignoret: vnde idem videtur sentire, si ambo habent malam fidem.

83 Dicendum est tamen: Neutrum posse petere, nec reddere: quia neutri suffragatur possessio, mala fide incepta. Ita Henriquez. *lib.* 11. *de matrim. cap.* 11. *nu.* 5. *in fine, & cap.* 15. *num.* 13. *& lib.* 12. *cap.* 6. *num.* 5. Angles, *in floribus part.* 1. *de matrim. quæst* 11 *de impedim. ord. artic.* 3. *dub* 4. Sanchez, *lib.* 2. *de matrim. disp.* 42. *num.* 8. Coninch. *to.* 2. *de Sacram. disp.* 34. *dub.* 10 *num.* 102. Merolla, *to.* 1. *disp.* 3. *cap* 3. *dub.* 2. *diffic.* 2. *num.* 167. *versic. At omnino.* Diana, *par.* 4. *tract.* 3. *resol.* 15. & alii.

84 Limitat hanc sententiam Sanchez, *in d. disp.* 42. *num.* 8. Nisi huiusmodi Coniuges, arbitrio prudentis, rationes probabiles habeant, matrimonium valere: quamuis probabiliùs iudicent, matrimonium non tenere: quia in moralibus satis est opinionem probabilem amplecti, etiam relicta probabiliori.

85 Hanc limitationem non approbat Merolla, *in d. diffic.* 2. *num.* 168. Quia illud commune Axioma Doctorũ, Quod vnicuique licitum est, operari secundũ opinionem probabilem, etiam relicta probabiliori, est vniuersaliter verum, tantum de opinione probabili practica (vt dicunt etiam Doctores citati, *in cap.* 4. *num.* 25) non autem speculatiua, vt est in casu nostro.

86 Diana verò, *in* 4 *part. tract.* 3. *resol.* 15. *versic. Difficultas etiam, in fine.* vtramq; opinionem esse probabilem dicit, cum adsint etiam Doctores, qui dicunt, sufficere opinionem probabilem speculatiuam, vt *in d. cap.* 4. *num.* 26. videre poterit.

An qui ante pubertatem votum emiserit, etiam Religionis, dubitans postea si quando talè votum emiserit, An habuerit vsum rationis, teneatur adimplere votum? Dub. 15.

87 PRima opinio absolutè ait: Nunc teneri ad votum: sic Turrian. *in opusc. Theolog. opuscul.* 1. *dub.* 2. quia in dubiis tutior pars est eligenda.

88 Secunda opinio ait: Si vouens explẽuerit septemnium tempore voti emissi, præsumẽdus est in eo dubio plenus vsus rationis, ac proindè obligabit votum: Si autem non expleuerat, præsumitur defectus pleni vsus rationis, nisi de illo constet, ac ita non obligabit. Ratio huius opinionis est: quia in priori casu, possessio est pro vsu rationis: in posteriori vero, pro non vsu. Quoniam pro eo est possessio, pro quo est iuris præsumptio: sed in priori casu, ius præsumit vsum rationis, in secundo autem non, vt colligunt Doctores, *in cap. iuuenis, & cap. literas, & cap accessit de spons. impub.* Ita Suarez, *to.* 2. *de Relig. lib.* 4. *de voto, cap.* 6. *num.* 7. Sanchez, *lib* 4. *sum. cap.* 1. *num.* 14. *& lib.* 1. *de matrim. disp.* 9. *num.* 3. Merolla, *to.* 1. *disp.* 3. *cap.* 3. *nu.* 89. Vilalobos, *to.* 2. *sum. tract.* 34. *diffic* 7. *num.* 3. Diana, *part.* 3. *tract* 6. *resol* 50. *in fine.* Malderus, 2. 2. *tract.* 10. *cap.* 1. *dub.* 5. Faustus, *in tract. de Relig. lib.* 1. *quæst.* 26. & alii.

89 Tertia opinio ait: Puerum, dubitantẽ de rationis vsu, dum vouit, minimè teneri. Ratio est: quia in dubio melior est conditio possidentis, & hominem manere liberum, censentur manere iusta possessionem: non ergo tenetur ad votum implendum, in ea ætate emissum; nisi plenè constet fuisse doli capacem. Ita Sotus, *lib.* 7. *de iust. quæst.* 3. *artic.* 2. *dub.* 1. *versic, Sed est hic.* Ludouicus Beia, *par.* 1. *sum. cap.* 49. Bartholomeus Medina, *lib.* 1. *sum. cap.* 14. *§.* 7. *Zerola, in prax. Episcop. part.* 2. *v. votum.* Graffius, *lib.* 2. *decis. cap.* 13. *in fine.* Emanuel Sà, *v. dubium, & v. votum,* & alii. Et probabilem vocant Castrus Palaus. *to.* 1. *disp.* 3. *pun.* 11 *nu.* 4. Diana, *par* 4 *tract.* 3. *resol.* 11. *vers. Rerum contrariam.*

90 Sed si aliquis vult primam opinionẽ tenere, aduertere debet cum Suarez, *to.* 2. *de Relig.* *lib.* 4. *cap.* 6 *nu.* 7. quod, quando quis, ex vi circumstantiæ ætatis, votum, factum post septemnium, præsumatur validum, quia in ea ætate ius præsumit vsum rationis: nihilominùs, tot possunt esse incontrarium coniecturæ, vt præualeant contra præsumptionem ætatis. Immò licèt aliquando coniecturæ non sufficiant, ad formandum iudicium probabile, defectu vsus rationis, possunt tamen efficere rem dubiam, ita vt saltem æquiualeant præsumptioni ætatis; & tunc votum non obligabit.

Quid

Quid dicendum, quando dubitatur, An expleuerit septennium, nec ne?

91 Sanchez, *vbi supra*, existimat, in fauorem voti præsumendum, & sic obligare. Tum quia de voto constat, excusatio autem dubia est. Tum etiam, quia rarissimè, aut numquam ante septennium emittuntur vota; & ideò in hoc dubio ex communiter contingentibus præsumitur votum, post septennium emissum.

92 Alii vero, in hoc casu non obligare votum, dicunt: quia in dubio iudicandum est pro libertate; cum obligatio voti sit onerosa, ac strictè interpretanda, vt dicemus in materia de voto, & concedit ipse Sanchez, *lib. 2. de matrim. disp. 41. num. 33.* Tum etiam quia plenus vsus rationis non præsumitur, nisi expleto septennio: ergo cum non constet, An expletum sit, possessio est pro non pleno vsu rationis; & per consequens præsumitur votum inualidum, tamquam factum à non habente vsum plenum rationis. Ita Merolla, *to. 1. disp. 3. cap. 3. dub. 2. num. 91.* Diana, *part. 3. tract. 6. resol* 50. Malderus, *2. 2. trac. 10. cap. 5 dub. 1.* & alii.

93 Quando verò dubitatur An votum sit emissum ante pubertatem, aùt post minorem ætatem? potest Pater illud irritare. Ita Sancius, *in select. disp. 43. nu. 9.* Sanchez, *to 1. sum lib. 4. cap. 32. num. 4.* Diana, *par. 4 tract. 3 resol. 37.* & alii quos *in lib. 2 tract 5. cap. 9 dub. 14 num 116. citauimus.*

Dubitans, An votum, vel iuramentum emiserit, teneatur illud adimplere? Dub. 16.

94 Affirmatiuè respōdet prima opinio. Cuius ratio est: quia iure in dubiis, tutior pars est eligenda: nec iuuat possessio extra iustitiæ materiam. Ita Corduba, *sum quæst.* 147. Perez, *certam. 10. scholat. dub. 2. num. 124.* Vasquez, *1. 2. qu. 10. artic. 6. disp. 168. cap. in fine.* Azorius, *part. 1. lib. 2. cap. 19. quæst. 10. & lib. 11. cap. 15. quæst. 2.* Sayrus, *in Clau Reg lib. 1. cap. 13. num 36.* Salas, *1. 2. quæst. 21 articul. 8. disp. vnica sect. 17. num. 162. & sect. 25. nu. 252. & 253.* Turrianus, *2. 2. to. 3. disp. 64. num. 6. & 11.* Basilius Pontius, *lib. 10. de matrim. cap. 15 num. 2.* Pesantius, *in 1. 2. D. Thomæ quæst 19 num. 6. disp. 3.* Petrus Corneio, *in 1. 2. D. Thoma tract. 8. quæst. 19 dist. 4. dub. 2. num. 2. & dub. 3. num. 6* & alii.

95 Limitant hanc sentētiam Salas, & alii: Dummodò quod in adimpletione voti, non sit magna incommoditas.

96 Secunda opinio negat. Cuius ratio est: quia in dubiis, melior est conditio possidentis: non tantum in materia iustitiæ, sed etiam aliarum virtutum, *in dub 7. num. 30.* diximus: Sed in hoc dubio voluntas possidet suam libertatem, cum de vinculo voti dubitatur: ergo in hoc dubio pro libertate iudicādum est. Ita videtur tenere Glossa, *in cap. ex parte proxima ante verbum, ex parte de cl. sib.* & docent Medina, *lib. 1. sum. cap. 14. §. 7. fol. 90.* Emanuel Sà, *v. dubium num. 1. & v. votum in principio num. 2.* Ludouicus Lopez, *part. 1. cap. 45.* Henriquez, *lib. 8 de Eucharist. cap. 99 num. 5.* Graffius, *part. 1 decis. lib. 2. cap. 26. num. 7.* Aloysius Riccius, *par. 1. decis. Cur Archiep. Neapol. decis. 4 in fine.* Aluarez, *1. 2. quæst. 19. art. 6. disp. 79. num. 5.* Vilalobos, *tom. 1. sum. tract. 1. diffic. 21. num 2.* Sanchez, *lib. 1. de matrim. disp. 9 num. 11. & lib. 2. disp 41 nu. 32. & lib. 1. sum cap 10. num 11 & 36.* Sotus, *lib. 7 de iust. quæst. 3. articul. 2 docu ment. 2. versic. Sed est hic* Fagundez, *par. 2. de præcep. Eccles. lib. 2. cap. 1 numer. 10.* Filliucius, *to. 2. tract. 21. cap. 4 num. 165.* Merolla, *to. 1. disp. 3. cap. 3. num* 80. Rebel. *de oblig. iustitiæ part. 2. lib. 1. quæst. 2. sect. 2.* Suarez, *in 3 part. tom. 5 disp 40. sect 5. num. 14 & sect. 6. num. 8.* Coninch. *de Sacram. disp. 34. dub. 10. num. 86* Maldecus, *in 1. 2. D. Thomæ quæst. 19. artic. 5. disp. 87.* Faustus, *in thesau. Relig. lib. 1, quæst. 13. num 4.* Diana, *part. 2. tract. 17. resol. 45. & part. 4. tract. 3. resol. 10.* Layman, *in Theolog. moral. lib. 1. tract. 1. cap. 5. §. 4. num 31.* Reginaldus, *to. 2. lib 18. num. 176.* Auila, *de cens. part. 2. disp. 2 dub 5. concl. 2.* & alii.

97 Et ita dicendum est, quando quis est certus, quod promiserat, se aliquid facturum per verba, quæ possunt habere sensum ambiguum, sint nè iuratoria, nec nè? & dubius de intentione, & significatione, in qua illa dicere voluit: quia militat eadem ratio. Ita Caietanus, *2. 2. quæst. 89. artic. 7.* Couarr. *cap. quamuis pactum p. part. §. 2. num. 2. in fine.* Alciatus *rubric. de iurament. in fine.* Suarez, *to. 2. de Relig. tract. de iuram. lib. 2. cap. 33. nu. 8* Merolla, *to. 1. disp. 3. cap. 3. nu 80. in fine.*

98 Limitant aliqui hanc sententiam: Vt sit tantum verum, quando votum est affirma-

firmatiuum, de aliquo opere faciendo. Secùs verò si sit negatiuum de non faciendo; tunc enim (inquiunt) obligare votum in dubio. Ita Garzia, *to. 2. de benefic. part. 5. c. cap. 5. c. num. 16.* & alii.

99 Sed hanc limitationem non admittunt Diana, & Merolla, *num. 83.* quia ratio supra allegata æque militat; siue votum sit de aliqua operatione facienda, siue de abstinendo ab ea: nam voluntas possidet libertatem ad vtrumque: ergo, nisi certò constet de obligatione ad non faciendum, non potest voluntas spoliari libertate, quam possidet ad faciendum.

100 Quando verò quis est certus de voto, aut iuramento promissorio emisso; dubitat autem, An habuerit animum se obligandi: tunc interpretari potest, se non habuisse talem voluntatem: quia fauendum est libertati; ait Alphonsus de Leone, *in tract. de potest. confes. part. 2. Recoll. 12. conclus. 8. nu. 9.* & adducit pro se Rebellium, *part. p. lib. sec. quæst. 14.*

101 Attamen alii dicunt, Hunc teneri ad votum: quia in hoc casu possessio est pro animo se obligandi: quia verba promissionis id significant. Ita Sanchez, *lib. p. de matrim. disp. 9. num. 13.* Suarez, *to. 2. de Relig. lib. 4. de voto cap. 6. num. 3.* Nauarr. *lib. 3. consil. in p. edit. tit. de voto consi. 4. in fine, & in 2. consil. 13.* Merolla, *to. p. disp. 3. cap. 3. coroll. 3. num. 84. & seq.* Diana, *part. 4. tract. 3. resol. 10. versic. Notandum* qui dicit: In nullo loco sententiã Rebelli inueni, *v. part. 9. tract. 8. resol. 17.* loquens de iuramento.

An qui non æque dubitat, sed magis in eã partem inclinat, An votum emiserit, teneatur ad votum? Dub. 17.

102 PRima opinio absolutè affirmat. Ita Filliucius, *to. 2. tract. 22. cap. 4. num. 165.* & Rebellius, *de oblig. iust. part. 2. lib. p. quæst. 3. sect. 2. num. 10.* Vndè, secundum hanc opinionem, tenetur adimplere votum sub mortali.

103 Secunda opinio ait: Nunc non teneri voto integrè, sed ad partem, pro ratione huius maioris propensionis: quia illa maior inclinatio compensat sufficientem excessum possessionis, quam alter habet. Tum quia, sicut possidens bona fide, si præmissa diligentia, dubius maneat, magis tamen propẽdat in eam partem, quod res illa aliena sit; tenetur partem restituere, pro ratione illius maioris possessionis, vt dicunt Sanchez *disp. 41. num. 9.* & alii. Ita etiam erit in casu nostro. Sic Sanchez, *lib. 1. de matr. disp. 41. num. 34.* & probabilem vocat Diana, *part. 2. tract. 15. resol. 19. versic. Quid sentiam.*

104 Tertia opinio absolutè negat. Cuius ratio est: quia, licèt pro voto fortiores rationes vrgeant, ita vt homo, possidens libertatem, in eam partem magis inclinet; si tamen non sunt adeò efficaces, vt illius partis assensum generet; sed rem adhuc relinquant dubiam; certè alterius possessio huic inæqualitati præponderat. Ita Sanchez, se retractans, *in lib. p. sum. cap. 10. num. 36.* Garzia, *to. 2. de benef. part. 7. cap. 2. num. 14.* Bonacina, *de contract. disp. p. quæst. sect. p. un. sec. §. incidens num. 3.* Fernandez, *part. p. cap. 2. §. 2. num. 4.* Sotus, *lib. 7. de iust. quæst. 3. art. 2. versic. sed hic.* Siluester, *v. ieiunium qu. 5. dict. 1. in tract. p. part. cap. 45.* Lorca, *in 2. 2. D. Thomæ disp. 38. memb. 3.* Layman, *in Theolog. moral. lib. p. tract. p. cap. 5. §. 4. num. 31.* Merolla, *to. p. disp. 3. cap. 3. coroll. 2. num. 82.* Diana, *part. 2. tract. 15. resol. 9. & part. 3. tract. 6. resol. 5. & part. 4. tract. 3. resol. 12.* & dicit probabilem. Castrus Palaus, *to. 3. disp. 3. pun. 9. num. 2.*

An in dubio, Vtrum materia voti sit bona, vel mala, teneatur quis adimplere? Dub. 18.

105 AFfirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia ad valorem voti duo necessaria requiruntur: Primum, vt homo velit se obligare: Secundum est, vt Deus acceptet. Quando ergo quis est dubius de honestate materiæ, nõ est dubius de valore voti ex parte suæ voluntatis, sed est dubius ex parte Dei acceptantis: Cùm ergo homo de sua voluntate sit certus, tenetur procurare, vt de Diuina acceptatione certior fiat: tenetur ergo consulere Pontificẽ, vt in eo dubio, vel dispenset, vel interpretetur. Ita Suarez, *to. 2. de Relig. lib. 4. cap. 6. num. 12.* Filliucius, *tom. 2. tract. 26. cap. 3. num. 90.* Faustus, *in Thesaur. Relig. lib. p. quæst. 28.* & alii.

106 Negat verò secunda opinio. Cuius ratio est: quia, cum in hoc dubio aliquid operari, sit malum: quando verò sunt opiniones circa hanc bonitatem, vel malitiam, satis erit quamcunque

amplecti, etiam minùs probabilem. Ita Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 6. num. 6.* Sotus, *lib. 7. de iust. quæst. p. artic. 3.* Bonacina, *de voto disp. 4. quæst. sec. pun. 4. & sec. nu. 5.* & Castrus Palaus, *to. p. disp. 3. pu. 12. nu. 2.* & dicit probabilem Diana, *part. 4. tract. 3. resol. 13. in fine.* probabiliorem verò primam opinionem.

An certus de voto, dubius de qualitate, teneatur ad votum? Dub. 19.

107 PRima opinio ait: Obligari hunc vouentem ad id, quod tutius est. V. G. si quis vouerit Religionem, & dubitat, An vouerit Religionem in communi, vel hanc specialem? Vel vouerit, se ad nullam fœminam accessurum, dubitat, An intellexerit de copula illicita, vel etiam licita? &c. tunc tenetur ad Religionem in communi, vel castitatem, & cetera. Cuius ratio est: quia interpretatio voti fieri debet in sensu maximè pleno, & maximè obligatorio: vt colligitur, *ex cap. cum dilect. de donatione.* ibi *In contractibus plena, in testamentis plenior, in beneficijs quoque plenissima est interpretatio adhibenda:* vbi ex contextu constat, nomine beneficij, intelligi quidquid diuino cultui dicatur; ibi enim agitur de quadam eleemosyna Sanctæ Ecclesiæ. Ita de Religione D. Thomas, *in 4. dist. 34. quæst. artic. 3. quæst. p. ad 6.* & alii: & quò ad castitatem Nauarrus, *lib. consil. titul. 34. de voto in 1. edit. consil. 4. in fine in sec. consil. 13.* Torrecrem. *17. quæst. p. sum. artic. 4. ad 4. in fine num. 11.* Angelus, *v. votum, 3. num. 12.* & alii: & in alio exemplo Rodoriquez, *to. sec. sum. cap. 95. num. 6.* & alii.

108 Secunda opinio ait: In hoc casu fauendum esse libertati, vt teneatur vouens ad id, quod minus est: vt patet, *in cap. ex parte de censib.* vbi Glossa dicit: Fieri pro vouente bonam interpretationem. Tum quia, argumentum de toto ad partem validum est, *l. quæ de tota ff. de rei vend. l. heredes mei §. cum ita de sacros. consec. Tabul.* quod enim est ius de toto, quò ad totum; est de parte, quo ad partem: vt ex multis probat Euarardus, *in suis topic. de toto ad partem num. sec.* Sed quando voluntas dubia est de tota voti obligatione, quia scilicèt, dubitat, An votum emiserit? ad nihil tenetur, vt in numer. 96. diximus: ergo quando dubitat de parte obligationis, ad illam non tenebitur. Ita Angles, *in floribus par. p. de ieiun. quæst. vnica de abstinent. dubio articul. quidam secund. conclus. 3.* Sanchez, *lib. 2. de matrim. disp. 41. num. 33.* Suarez, *tom. sec. de Relig. lib. 4. de voto cap. 8. num. 6.* Bonacina, *de contract. disp. p. quæst. sec. pun. sec. 8. in eodem num. 5.* Merolla, *tom. p. disp. 3. cap. 3. num. 111.* Diana, *part. 3. tract. 6. resolut. 10. & part. 9. tract. 8. resol. 6. versic. Sed quia,* & alii.

109 Ex his deducitur Primò: Qui vouerit, quotidiè recitare Rosarium, dubitat autem postea, An per Rosarium intellexerit integrum Rosarium, vel tantum tertiam partem eius? potest eligere tertiam partē: quia etiam tertia pars, Rosarium Virginis appellatur: & obligatio cum sit odiosa strictè interpretanda est. Ita Suarez, *to. 2. de Relig. lib. 4. cap. 8. num. 5.* Diana, *part. 4. tract. 3. resolut. 10. versic. Ex his infertur, & part. 9. tract. 8. resol. 6. versic. Sed quia, & part. 3. tract. 6. resolut. 50.* & alii.

110 Secundò: Si quis certus est, se vouisse castitatem, aut paupertatem, aut temporalem, & est omninò immemor verborum voti; sed tantùm certus est, se alteram promisisse, ad solam temporalem, quæ minor est, tenetur. Secùs autem, si est memor verborum voti. V. G. Voueo castitatem: nam hæc verba perpetuitatem quamdam important. Ita Sanchez, *to. p. sum. lib. 4. cap. 11. num. 16.* Merolla, *to. p. disp. 3. cap. 3. num. 109.* Diana, *part. 2. tract. 6. resol. 10. & part. 4. tract. 3. resolut. 10. versic. Ex his infertur.* & alii.

111 Tertiò: Qui vouit Religionem, dubitat autem, Vtrum vouerit, se professurū; non tenetur ad professionem: quia in casu dubio, obligatio benignius interpretanda est. Ita Sanchez, *lib. 2. de matrim. disp. 41. num. 33.* Bonacina, *de voto, disp. 4. quæst. sec. pun. 5. num. 21.* Merolla, *to. p. disp. 3. cap. 3. num. 106.* Diana, *part. 3. tract. 6. resolut. 10. & part. 4. tract. 3. resolut. 10. versic. Ex his infertur* Suarez *to. 2. de Relig. lib. 4. cap. 8. num. 9.* & alii.

112 Quartò: Si quis certus est, se vouisse, dare mensuras frumenti; sed dubitat, An intellexerit de maioribus mensuris, vel minoribus? potest eligere minores ex vsitatis in eo loco: quia in obscuris minimum est sequendum: *Regul. in obscur. de reg. iur. in sexto* & expressè colligitur, *ex capit. ex parte,*

parte de cens. & *l. num. 15. ff. de leg. 3.* & docent Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 13. num. 8.* Rebell. *part p. de oblig. iust. lib. 2. quaest 14 num. 10.* Valentia, 2. 2. *disp. 6. quaest. 8. pu. 4. quaest. 7.* Molina, *to. 1. de iust. disp. 198.* Diana, *part. 3. tract. 5. resol. 50.* & *part. 4. tract. 3. resol. 48.* & *part. 9. tract. 8. resol. 6. versic. Sed quia.* Merolla, *to. p disp. 3. cap. 3. num. 109.* & alii. Nisi aliqua sit ratio, suadens verisimilius esse, mentem] vouentis praesumi, fuisse obligandi se ad maiorem mensuram. Ita Layman, *in Theolog. moral. sect. 5. tract. 9. cap. 11. num. 9.* Azorius, *lib. 11. cap. 20. quaest. 10.* Sanchez, Merolla, Diana, locis citatis. Vnde, promittentem Calicem Ecclesiae, nõ satisfacere ex minima materia, nempè aerea, vel stanea, aut lignea; sed teneri dare argenteum: non tamen necesse est, vt totus Calix sit argenteus; sed sufficit si sola superior cuppa sit argentea. Ita Merolla, *tom. p. disp. 3. cap. 3. num. 109.* Diana, *part. 3. tract. 6. resolut. 50.* & *part. 4. tract. 3. resolut. 48. versic. Infertur primo.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 13. numer. 13.* & alii.

An quando dubitatur, An puer habeat vsum rationis, debeat absolui?

Dub. 20.

113 Respondeo: Si Confessarius, (consideratis omnibus circumstantiis) de capacitate pueri, dubius manet, tunc absolui potest, sub conditione, saltem animo retenta. Immò in mortis articulo absolui debet talis, praesertim casu necessitatis: & in dubio, inclinandum est in fauorem animę: quia in dubiis fauendum est poenitenti, qui habet ius ad sacramentum, ratione confessionis. Ita Layman, *in Theolog. moral. lib. 5. tract. 6. cap. 5. num. 7.* Zambranus, *de cas. temp. mort. cap. 4. dub 3 num 4.* & *9.* Diana, *par. 4. tract. 3. resol. 53.* Vilalobos, *tom. p. sum. tract. 9 diffic. 28. num. 3.* & alii.

114 Si verò dubitatur, An pueri habeant vsum rationis? tũc si compleuerint septemnium, praesumendi sunt habere: Secùs antea: quia praesumptio praesumenda est ex communiter contingentibus: Non tamen puer tenetur confiteri, non comedere carnes, &c. si constet, ante septemnium habere vsum rationis. Ita Sancius, *in select. disp. 51. num. 31.* Castrus Palaus, *to. p. tract. 3. disp p. pun. 24. §. 2. nu. 3.* Alphonsus de Leone, *de offic.* & *potest. confes. to. p. Recollect. 17. num. 41.* Diana, *part. 4. tract. 3. resolut. 52.* & alii.

An quando dubitatur, An effectum sit à causa naturali, vel à Dęmone, censendum sit potius à causa naturali, an vero à Dęmone?

Dub. 21.

115 Prima opinio est Sanchez, *to. p. sum. lib. 2. cap. 40 num. 44.* asserentis: Si dubium sit, An effectus à causa naturali proueniat; eò quod non constet, An vires causae naturalis excedat, nec ne? censendum est potiùs eum à causa naturali prouenire: quia cum in numerę agentium naturalium viues nos latitent; non est, cur eo, quod virtus illa nobis dubia sit, effectum illum causę naturali negemus: nec absque necessitate confugiẽdum est ad occultam mali Angeli operationem. Tandem, quia D. Augustinus *in lib. 14. de Ciuit Dei cap. 24.* mirabilia, à quibusdam hominibus naturaliter facta refert: & inter alia, fuisse quemdam, qui prò libito ita à sensibus alienabatur, simillimusque mortuo iacebat, vt non solum vellicantes, & pungentes minimè sentiret, sed aliquando etiam igne vreretur admoto, sinè vllo doloris sensu, nec in eo vllus anhelitus inueniebatur: Atque alium refert, sudare solitum, quoties volebat: atque alias aures mouentes, vel singulas, vel ambas simul: quos effectus, ignari causarum naturalium, facilè Dęmoni tribuerent. Si autem constet, effectum illum vires causae naturalis excedere, existimo (nisi maxima operantis sanctitas, vel alia vrgentissima iudicia suadeant, effectum eum à Deo prouenire) censendum esse in dubio superstitiosum, & à Dęmone prouenire; etiam si, verba adhibita sint sacra: quia quotiescumque causa adhibita nequit effectum naturaliter producere, est superstitio, & ad tacitum cum Dęmone peccatum pertinet.

116 Secunda opinio est Lesii, *lib. 2. cap 44 dub. 6. num. 46.* asserentis: Non est licitũ, vti remedio superstitioso, aut de quo dubium est, An contineat tacitam Dęmonis inuocationem? hoc enim est, se exponere manifesto periculo superstitionis: nisi fortè id faciat, cum expressa voluntatis contrariae protestatione. Pari modo fas non est à Mago petere, vt maleficiũ dissoluat, si dubitat, An absq; nouo male-

mal eficio id posset; quia id, de quo dubiū est, an sine peccato fieri possit; sicut absolutè non est faciendum, ita nec absolutè ab alio petendum, vt faciat: secùs quando constat sine peccato fieri posse, & causa iusta petendi se subest.

117 Tertia opinio est Emanualis de Mourà, *opusc. p de ensal. incant. sect. 2. cap. 16. 17. & 18.* & Dianæ, *part. 4 tract. 3. resolut. 42.* asserentium: In concurrentibus talibus iudiciis, quibus intellectus prudenter dubitet, An Ensalmus operetur virtute Diuina, naturali, vel diabolica, fas sit eo vti, Secundò, vtrum fas sit vti Ensalmo dubio, saltem ad medendum, vel succurrendum graui necessitati? Tertiò: Vtrum in dubio, an demon sit auctor Ensalmi fas sit eo vti, saltem sub conditione, & protestatione, si demon non subest? & ad omnia hæc tria dubia, post eorum latam discussionem, negatiuè respondent.

An quando dubitatur, An Priuilegium sit reale, vel personale, iudicandum sit reale, an verò personale?

Dub. 22.

118 PRima opinio existimat in tali casu Priuilegium censendum esse Reale, Ita D. Antoninus, *1 part. titul. 19 cap. p. §. 2. in fine.* Rodoriquez, *to. p qq. Regul. quæst. 56 artic. 2.* Tiraquellus, *de prima genitur quæst. 4. num. 71.* & huic opinioni fauet Bartholus, *in leg final. num. 5 ff. de seruit leg.* quia ait: Quod vbi verba sunt dubia, vtrum referantur ad personam, vel ad rem? censetur relata ad rem vt sic resultet concessio realis.

119 Secunda opinio ait: In dubio Priuilegium præsumi personale. Cuius ratio est: quia Priuilegia sunt stricti iuris: & ideo in dubio potiùs interpretanda esse personalia, quam realia, vt restringatur concessio; quia reale Priuilegium, eò quod est durabilius, censetur maius, quam personale, quod non est ita durabile: ergo, quando est dubium, An Priuilegium sit reale, vel personale, restringendum est ad personale. Et confirmatur: nam præsumptio, respiciens personam, præfertur præsumptioni, respicienti dignitatem: quia præsumptio specialis, generalem cessare facit: nam generi, per speciem derogatur, *cap. gener. de regul iur. in 6.* ita Glossa, *23. quæst. 0. in principio.* Bartol. *consil. 189. num. 4.* Decius, *leg. in omnibus causis id. ff. de reg. iur.* Boer. *decis. 227. num. 17.* Anchar, *in cap. litter. de rescrip.* Tamb. *de rur. Abb. disput. 16. quæst. 1. num. 5.* Ricc. *collect. 3004.* Sanchez, *lib. 8. de matrim. disp. 27. numer. 4.* Menoch. *de arbit. lib. 2. cas. 472. num. 24.* & alii.

120 Tertia opinio distinguit, scilicèt: Si Priuilegium sit fauorabile, seu purum beneficium, iudicandum est Priuilegium reale. Cuius ratio est; quia beneficium Principis latè interpretandum est, *leg. vlt ff. de constit. Princ.* Tum quia beneficium, a Principe concessum, decet esse mansurum, *de reg. iur. in 6.* sic docent Baldus, *in leg. 3. ff. de constit. Princip. lectura p. num. 17.* Bartol. *l. vlt. ff. de seru. leg. num. 4.* Iason, *cons. 89. col. penult. lib. 3.* Barbatius, *cons. 44. num. 10. lib. 2.* Soccinus, *cons. 84. num. 12. lib. 3.* Barbosa, *l. quia tale ff. sol. matrim. num. 12.* Suarez, *lib. 8 de Relig. cap. 3. num. 18.* Basilius Pontius, *lib. 8. de matrim. cap. 18. §. p. num. 7.* Bonacina, *de leg. disp. p. quæst. 3. pun. p. num. 7.* Diana, *part. 4. tract. 3. resol. 51.* Merolla, *to. 3. disp. 6. cap. 2. num. 22.* & alii.

121 Si verò loquamur de Priuilegio odioso, quod scilicet sit contra ius commune, vel cedat in aliorum præiudicium, in dubio cēsendum erit personale: quia est strictè intelligendum: & ideò ita est interpretandum, vt potiùs temporale damnum inferat, quam perpetuum. Ita Roman. *in leg. maritum num. 35. & 36. ff. soluto matrimon.* Cagnol. *l. in omnibus caus. id num. 4. ff. de reg. iur.* Iason *consil. 27. col. fin. in princ. lib. 1.* Decius, *cons. 262. num. 7. ad finem.* Baldus, *ad finem*, Bartol. Basilius, Pontius, Suarez, Diana, Bonacina locis citatis. Hoc autem verum est, siuè dubium sit merè negatiuum, in quo, scilicèt, deficiunt rationes probabiles pro vtraque parte: siuè sit positiuum, in quò pro vtraque parte sint probabiles rationes. Ita Merolla, *to. 3. disp. 6. cap. 2. num. 22 in fine.* Quod si pro vtraque parte non sint rationes æque probabiles, sed probabilius sit Priuilegium esse reale; tunc Priuilegiarius ipse poterit in foro conscientię illud retinere vt reale: Et idem in foro exteriori iudicandum esset; quia illa maior probabilitas, videtur quædam moralis certitudo; si excessus probabilitatis certus sit. Tum etiam, quia maior probabilitas suo modo confert maius ius, quod in sententia ferenda pręferendum est: quia

in

in ea seruari debet iustitia distributiua, vt ait D. Thomas, 2. 2. *quæst. 63 articul. 4. ad 4.* Et in propriis terminis Suarez, *dict. cap. 3. num 19.* Merolla, *num 23.* Bonacina, *num. 7. versic. Dixi, per se loquendo*, & alii. Si tamen Priuilegiatus possidet Priuilegium vt reale; licèt postea oritur dubium, potest ius suum retinere, donec illud per Iudicem declaretur. Ita Bartol. *in leg. vltim ff. de seru. leg num. 3.* Baldus, *in leg. 3. de const. Princip. lect. 4. num. 17.* Suarez, *lib. 8 cap. 3. nu 14. versic. qua ad 19.* Bonacina, *de leg. disp. 1. quæst. 3 pun. 2. num. 7. in fine.* Merolla, *num. 24.* Castrus Palaus, *to. 1 tract. 3. disp. 4 pun. 2. §. 1. num. 6. & 8.* Gregorius Cabedus, *p. 1. decis 93. num 4.* Diana, *part. 4 tract. 3. resol. 31. versic. nota etiam:* & alii.

An quando dubitatur inter volentes contrahere matrimonium, An adsit aliquod impedimentum dirimens, quid faciendum sit? Dub. 23.

122 Emanuel Sà, *v. dispensatio*, ait: In dubio, An res egeat dispensatione; posse Episcopum (iuxtà quorumdam probabilem opinionem) declarare: non desiderari dispensationem: vel ad cautelam, dispensare.

123 Sanchez, verò *in to. 2. de matrim. lib. 8. disp. 6. num. 18.* & Merolla, *to. 1. disp. 3. cap. 3. num 134.* sic distinguunt: Si omninò res sit dubia, An interueniat impedimentum nec ne? nulla opus est dispésatione, aut declaratione Episcopi; nisi fortè per accidens id iudicaretur necessarium, ad tollendum scandalum. Ratio est: quia in hoc dubio, præsumptio, ac possessio est pro libertate ad contrahendum, quam habent homine iure naturæ, quia spoliari non debent, donec de impedimento constet.

124 Quando verò nô est omninò res dubia, sed præsumptio vrget pro impedimento, est necessaria dispensatio Pontificis, nec potest Episcopus. Vt si quis cû femina cocat; & dubitat, An semen inciderit intra vas? quia scilicèt dubitat, An semen effuderit? vel esto, effuderit, dubitat, An extra, vel intra vas, ac proindè contraxerit affinitatem cum sorore illius? in hoc dubio non poterit sororem illam, ex dispensatione Episcopi ducere: sed necessaria est dispensatio Pótificis. Quia cum in hoc dubio præ ponderet præsumptio, ex communiter accidentibus orta, quæ fortissima est, et probat Menoch. *de præsump. lib. 1. quæst. 18. num. 1.* nempè, quando est coitus cum fœmina intra vas, esse quoque intra seminationem, censendus est ille coiens, laborare impedimento dirimente; & per consequens, non posse contrahere matrimonium. At quando esset præsumptio, semen incidisse intra vas, aut si copula non esset intra, sed prope vas; tunc non esset in eo dubio dispensatio necessaria: quia cessat ratio assignata, & ex alia parte possessio est pro libertate ad contrahendum. Merolla, & Sanchez, locis citatis.

125 Denique, quando non esset merè dubium, An interueniat impedimentum, sed essent opiniones hinc indè probabiles, quibusdam asserentibus, id esse impedimentum, nec posse contrahi matrimonium absque dispensatione: aliis verò contrarium asserentibus; in tali casu posset absque dispensatione iniri matrimonium: quia in pari casu melior est conditio possidentis, *reg. in par. de reg. iur. in 6.* Cum igitur in hoc casu sit pro vtraque parte opinio probabilis, melior erit conditio possidentis libertatem, ad contrahendum. Et hoc verum existimant: Quamuis probabilior esset opinio, quæ dicit, adesse impedimentum; Quoniam illa maior probabilitas non potest sufficienter compésare excessum possessionis libertatis, ad contrahendum. Ita Sanchez, & Merolla.

An subditus, dubitans, An res, præcepta à Superiore, sit licita nec nè, teneatur ei obedire? Dub. 24.

126 Prima opinio ait: Nullum inferiorem, seù subditum (stante tali dubio) posse licitè obedire suo Superiori. Cuius ratio est: quia ad rectam operationem requiritur determinatum conscientiæ iudicium, quo operans credat licitum esse id, quod præcipitur: nam operari cum conscientia dubia, est intrinsecè malum. At perseuerante dubio, An res sit licita, nec ne? non potest hoc determinatum iudicium habere: ergo &c. Minor probatur, quia ad rectè operandum, oportet, operantem sequi opinionem, quam iudicat esse probabilem, asserentem, rem illam esse licitam: at verò dum subditus de hoc dubitat, non potest

potest illud iudicium habere; cum opinio stet cum dubio: hoc enim omnem assensum excludit: illa autem assensum determinatum petit, quamuis cum alterius partis formidine. Nec potest iudicare, esse opinionem probabilem, ex eo, quod ille Superior sit, & id præcipiat: non enim dignitas Superioris efficit opinionem probabilem: ergo stante eo dubio, non potest obedire, nec ad id deponendum, sufficiēs est præceptum Superioris. Tum quia, cum obedientia, debita à subdito suo Superiori, non sit vniuersalis, quò ad omnia, sed quò ad sola licita, & clausa inter limites potestatis illius Superioris ad præcipiendum, solum est possessio pro Superiore, dum præcipit licita, vel secundum limites suæ potestatis: in reliquis verò est possessio prò libertate subditi: ergo cum dubium est, An res præcepta sit licita, & clausa inter limites potestatis præcipientis? potiùs est possessio pro libertate subditi, vt obedire minime teneatur. Confirmatur, quia cum petitur ab aliquo res, quam dubitat, se debere, non debetur, donec sibi constet, et petenti incumbit onus probandi debiti: at cum dubitatur, An res præcepta sit licita? dubitatur consequenter, An sit debita ex superioris obedientia? Ita Adrianus, *quodlibet 2. part. 1. littera D.* Vasquez, *1.2. disp. 66. cap. 6. num.* 51. Nauarrus, *in cap. si quis, autem, de pœnit. dist. 7. num. 85.* & 114. Henriquez, *lib. 14. cap. 3. num. 3. in fine.* & alii.

128 Secunda opinio ait: Quando subditus dubius est, An res præcepta sit licita, nec ne? non solum licitè posse, verum etiā teneri obedire Superiori præcipienti. Cuius ratio est: quia operari cum dubio speculatiuo, non est peccatum; quoties ratio aliqua vrget ad contrarium iudicium practicum formandū: hæc autē ratio est possessio alterius, quæ in hoc dubio præ ponderat; vt probat Merolla, *to. 3. disp. 3. cap. dub. 1. num.* 6. At verò in casu dubii, An res sit licita, nec ne? est melior conditio Superioris, vt pote, qui in possessione suæ potestatis, præcipiendi subdito, existit: quo spoliandus non est, nisi vbi constiterit, eum limites suæ potestatis excedere, rem illicitam præcipiendo. Confirmatur, quia in hoc casu non est possessio pro subditi libertate, sed pro ipso Superiore: quia pro illo est reuera possessio, pro quo est iuris præsumptio: & in alterum, contra quem est ea possessio, transfertur onus probandæ exemptionis suæ vt probat Merolla, *to. 1. disp. 3. cap. 3. dub. 1. coroll. 6. num.* 19. At mandatum Superioris in dubio præsumitur iustum, nec limites suæ potestatis excedere, vt potè, cui subditus, vice Dei gubernandum, se tradidit, vt probatur, *cap. quid culpatur, 23. quæst. 1. in fine*, & docet Couarruuius, *reg. peccatum, p. part. num 5. ad finem*, & constat subdito in esse debitum obediendi: quare Superior habet ius, & possessionem præcipiendi: non solum quæ subditus nouit esse iusta, nec limites suæ potestatis excedentia; sed etiam ea, quæ non constat, esse iniusta, nec excedere limites potestatis: eum in eo dubio stet præsumptio pro præcepto. Tum quia potestas Superiorum est ad gubernandum subditos, ne errent: quæ gubernatio maximè in rebus dubiis est necessaria: Nec tenentur Superiores reddere subditis rationem eorum, quæ iubent. Ita Glossa, *in cap. dilecta, in fine de maior. & obed. & cap. ad aures. v. obedientia de temp. ordin. & cap. ex tenore v. mandato de sentent excommun. v. formid. dist.* 13. Innocent. *cap. sicut, el* 3. *num.* 1. *de iure iurand.* vbi Io Andr. *num.* 5. Hostiens, *num.* 3. Bald. *num* 8. Panormitan. *num.* 16. Alexand. de Neuo, *num.* 79. Belamera, *quæst.* 5. *numer.* 15. Henr. *num.* 3. Idem Hostiens, *in sum. titul de pœnit. §. quod de rapina, versic. quod si probabiliter dubitat.* Archidiac. *cap. denique num.* 2. & 14. *quæst.* 5. Paludanus, *in 4. dist.* 19. *quæst.* 4. *num. penult. & dist.* 36. *quæst.* 2. *artic. sec. post.* 4. *conclus.* D. Bonauentura, *in 3. dist.* 39 *artic.* 1. *quæst.* 3. *ad vlt.* Alex. *part.* 2. *quæst.* 120. *num.* 3. *artic.* 2. Maior, *in 4 dist.* 15 *quæst.* 4. *artic sec. conclus* 4. D. Antoninus, 3 *part. titul.* 16. *cap* p. §. 9. *versic.* 3. Sanchez, *lib.* 6. *sum. cap.* 3. *num.* 3. Rosella, *v. bellum num* 4. & *v. conscientia, num. penult.* & *v obedientia, num.* 14. Angelus, *v. Religiosus num.* 29 & *v. obedientia, num.* 6. & *v conscientia, num.* 2. *et v. bellum* 1. *quæst.* 9. *conclus.* 3. Siluester, *v. bellum p. quæst.* 9. *conclus.* 3. & *v. conscientia, quæst. vltim. & v. obedientia, quæst.* 2. & *v. Religio quæst.* 6. Tabiena, *v. bellum quæst.* 11. *num.* 14. & *v. conscientia quæst.* 3. *num.* 4. & *v. obedientia, quæst.* 11. *num.* 12. Armilla, *v. obedientia, num.* 4. & *v. bellum num.* 4. Caietanus, *sum. v. bellum, & in* 2.2. *quæst.* 169. *articul.* 1. *circa*

concl

concl. ad 4. dub. 2. Emanuel Rodoriquez, *to. 2. qq. regul. quæſt. 19. artic. 6.* Hieronymus Rodoriquez, *in compend. qq. regul. Reſol. 102. num. 5.* Merolla, *tom. p. diſp. 3. cap. 3. num. 306.* Sotus, *de ſecret. memb. 3. quæſt. 3. concluſ. 1.* Nauarr. *cap. ſi quis autem num. 114. de pœnit. diſt. 7. & cap. 23. num. 37.* Antonius Cucus, *lib. 3. inſtit. moral. tit. p. num. 124.* Cordub. *lib. 3. qq. quæſt. 6.* Bannez, *2. 2. quæſt. 40. art. p. dub. p.* Valentia, *1. 2. diſp. 2. quæſt. 14. pu. 4. quæ. 4. & in 2. 2. diſt. 3. quæſt. 16. pun. ſec. col. 5. & diſp. 7. quæſt. 3. pu. ſec. col. ſec. & diſp. 20. quæſt. 4. pun. 3. in fine.* Nauarr. *lib. ſec. de reſtit. cap. 3. in noua edit. par. ſec. dub. 12. à num. 252.* Petrus Ledeſma, *to. p. ſum. tra. 2. cap. 11. concluſ. 19.* Emanuel Sà, *v. bellum num. 1.* Sayrus, *in Clau. Reg. lib. p. cap. 13. num. 4.* Molina, *tom. p. de iuſt. diſp. 113. concl. 3.* Azorius, *par. 1. lib. ſec. cap. 9. quæſ. 9.* Toletus, *cap. 15. ſum. num. 6.* Medina, *lib. p. ſum. cap. 5.* Suarez, *to. 4. de Relig. lib. 4. cap. 15. num. 10.* & alii.

129 Ex his deducitur Primò: Vt ſubditus teneatur obedire Superiori, non eſt neceſſe, vt ipſe ſubditus ſciat id, quod præcipitur, eſſe bonum, & contentum intra limites poteſtatis Superioris: ſed ſatis eſt, vt ipſe non ſciat euidenter eſſe malum extra eos limites. Ita Innocent. Io. And. Bald. Panormit. Gabriel. Nauar. Toletus, Merolla, *num. 315.* Silueſter, *quæſt. vltim.* Sanchez, *num. 5.* Valentia, & alii alligati. Addunt Sanchez, Merolla, & Valentia: Euidens in præſenti eſſe, non quod ipſi ſoli ſubdito, ex paſſione, fortè tale videtur; ſed quod iudicio illorum prudentium, proborum, & peritorum iudicabitur, aut iudicari poteſt eſſe talem.

130 Secundò: Id quod dicit D. Thomas, *in 2. 2. quæſt. 104. artic. 5. ad 3. & quodlib. 10. artic. 10.* non teneri Religioſum obedire Superiori, præcipienti aliquod cõtra præceptum Regulæ, aut altioris Superioris: intelligendum eſt, quando Superior non poteſt in eo præcepto diſpẽſare: vel ſi poteſt, nulla eſt diſpenſandi cauſa: quia in his caſibus iniuſtè præcipit, ac ſuæ poteſtatis limites excedit. Sic dicunt Caietanus, *2. 2. quæſt. 104. artic. 5. circa ſolut. ad 3.* Silueſter, *v. Religio 6. qu. 6.* Nauarr. *cap. 23. ſum. num. 38.* Toletus, *cap. 16. ſum. num. 3.* Leſſius, *lib. ſec. cap. 41. dub. 9. num. 76.* Sanchez, *lib. 6. ſum. cap. 3. num. 8.* Merolla, *tom. p. diſp. 3. cap. 3. num. 317.* & alii. Dum autem non eſt certus ſubditus; An Superior poſſit diſpenſare, nec ne? tenetur obedire. Ita Angelus, *v. Religioſus, num. 29.* Silueſter, Sanchez, & Merolla.

131 Tertiò: Quando Subditus, infirmus, aut alio impedimento laborans, dubius eſt, An teneatur ieiunare, abſtinere à carnibus, Officium Diuinum perſoluere? &c. teneri eum, obedire Superiori, præcipienti, nè ieiunet; aut nè Officium Diuinum recitet, aut vt carnibus veſcatur: Quia tunc tantum eſt dubium ſpeculatiuum, An ſcilicèt, res ſit licita? in quo caſu obedire tenetur. Ita Sotus, *de ſecret. memb. 3. quæſt. 2. concluſ. 2.* Salas, *1. 2. quæſt. 21. tract. 8. diſp. vnica, ſect. 17. num. 151.* Sanchez, *lib. 6. ſum. cap. 3. num. 10.* Merolla, *to. p. diſp. 3. num. 320.* & alii.

132 Quartò: Id, quod dicunt Paludanus, *in 4. diſt. 19. quæſt. p. artic. p. num. 7.* & D. Antoninus, *3. part. titul. 16. cap. p. §. 7.* Religioſum, iuſſum à Prælato, admittere prælaturam Ordinis, aut audire confeſſiones; teneri obedire, quamuis eo munere ſe indignum, & carentem ſcientia ſufficienti reputet. Id enim intelligendum eſt, quando non euidẽter nouit defectum dignitatis, & ſcientiæ, ſed dubius eſt: quia in dubio obediendum eſt. Ita Nauarrus, *cap. 4. ſum. num. 9. & 14.* Silueſter, *v. confeſſio 3. quæſt. 3.* Medina, *lib. 1. ſum. cap. 5. in fine.* Suarez, *to. 4. in 3. par. diſp. 28. ſect. ſec. num. 7.* Sanchez, *d. cap. 3. num. 13.* Merolla, *d. cap. 3. num. 321.* & alii.

133 Quintò: Subditus tenetur obedire Superiori, quamuis dubium practicum habeat, nempè, An hic, & nunc liceat in hac re, de qua dubitat, an ſit licita, obedire? quia licèt, perſeuerante hoc dubio, peccet obediendo; eò quod contra dictamen conſcientiæ agat; tamen, accedente Superiori præcepto, tenetur dubium illud practicum, tamquam à cõſcientia erronea procedens, deponere; quia adeſt iuſta deponendi cauſa, nempè poſſeſſio Superioris: & vt id dubium tranſeat in ſolum ſpeculatiuum, An res ſit licita, nec ne? credendo, ob præceptum Superioris, non tantum licere in eo euentu obedire, ſed teneri. Ita Salas, *1. 2. quæſt. ſec. tract. 8. diſp. p. ſect. 26. nu. 268.* Molina, *to. p. de iuſt. tract. ſec. diſp. 113. verſic. Illud circa rem.* Sayrus, *in Clau. Reg. lib. p. cap. 13. num. 39.* Sanchez, *lib. 6. ſum. cap. 3. num. 21.* Merolla, *diſp. 3. cap. 3. num. 322.* & alii.

134 Communis ſententia, num. 128. relata,

ta, hucusque explicata, ac probata, quod scilicet in dubio teneatur subditus obedire, multipliciter limitatur. Primò limitatur ab aliquib', vt intelligatur quā subditus adhibuit debitā diligētiā, ad inquirēdū, An res præcepta sit licita, necne? consulendo viros peritos, & adhuc dubius manet: Secus verò si hanc diligentiam non præmiserit, commodè potens Ratio istius limitationis est: quia possidens rem aliquam, & dubitans, An sit sua? tenetur diligentiam adhibere, ad exequendam veritatem, vt tutus sit. Ita Hostiens, *in sum titul. de pœnit. §. quid de rapina, versic. Quod si probabiliter* Dubitat Alex. de Neuo, *cap. sicut 2 num. 98. de iure iurando* Rosella, *v. Bellum num. 4.* vbi Angelus, *num. 8. & verb. obedientia num. 6.* Siluester, *v. bellum 1. quæst. 9. conclus. 3.* Similiter, Coniux, dubius de valore matrimonii, tenetur eamdem apponere diligentiam: aliàs peccaret, petendo debitum, vt dicunt communiter Doctores.

135 Alii verò meliùs dicunt: Adhoc non teneri subditum. Quorum ratio est: quia (vt ait D. Thomas, *de veritat quæst. 17. art. 5 ad 4*) ad officium subditi non pertinet inquirere, & inuestigare, sit ne bonum, & expediens, quod præcipitur, sed rem præceptam exequi; dum ei non cōstat esse malam: & exāmen illud valdè repugnat perfectioni obedientiæ: etenim longe perfectiùs obediet subditus, si, vel sola Superioris auctoritate commotus, sibi persuadeat, bonum, & expediens id esse, quod iubetur facere; etiam si quare, & quomodò id bonum, & expediens sit, ipse non videat: Atque hæc est obedientia illa cæca, tantopere commēdata à Sanctis Patribus: in qua subditus, non suo iudicio nititur, sed iudicio, atque auctoritati Superioris sui. Ita Gabriel, *in 4 dist. 15. quæst. 4. art. 1. dub. 4. num. 281. & 266.* Valentia, *2. 2. disp. 7. quæst. 3. pun. sec. col. 2.* Sanchez, *tom. sec. sum. lib. 6. cap. 3. num. 19.* Merolla, *to p. disp. 3. cap. 3. num. 336.* & alii.

136 Limitatur Secundo: Nisi subditus certus sit, Superiorem præcipientem etiam dubitare, An res præcepta sit licita? tunc enim neque tenetur, neque licitè potest obedire, stante eo dubio: Quoniam tota ratio, ob quam tenetur subditus, & potest licitè obedire, est; quia aliter petit sibi debitum, ratione possessionis; ne in dubio ea spolietur. At verò cum Superior est dubius, An res, ab ipso præcepta, sit licita? nec petit sibi debitum, nec ei fauet possessio, vt potè quæ est præcipiendi ea sola, quæ licita esse credit: ergo subditus nec tenetur obedire, nec obediendo excusatur à peccato. Ita Bannes *2. 2. quæst. 40 artic. p. dub. 6. concl. 3.* Petrus Ledesma, *to. 2. sum. trac. 3. cap. 13. concl. 21.* Salas, *1. 2. quæst 21. trac. 8. disp. 1. sect. 26. num. 275.* Rodoriquez, *part. 1 sum. in 2. edit. cap. 126. conclus. 4.* Sanchez, *lib. 6. sum. cap. 3. num. 21.* Merolla, *to p. disp 3. cap. 3. num. 338.* & alii.

137 Similiter non tenetur subditus obedire, quamuis certus esset, rem præceptam esse licitam; si ipse certus esset etiā, Superiorem quoque dubitare, An res præcepta excedat limites suæ potestatis, quia adhuc non suffragatur Superiori possessio, persistendo eo dubio, vt potè, quæ est præcipiendi ea sola, quæ non excedūt limites suæ potestatis: posset tamen licitè subditus obedire, & perfectiùs faceret, cum res præcepta sit licita. Quod si Superior falsò crederet, aut dubitaret, rem à se præceptam esse illicitam, aùt supra suam potestatem: subditus autem nō dubitaret; sed sciret, rem esse licitam, & contentam intra limites potestatis Superioris, tenetur subditus obedire; quia in re illa obedientia est Superiori debita; licèt ex conscientia erronea putet ipse, non sibi deberi. Sicut si quis ex errore putet, rem à me possessam non esse suā, & malè petat, sibi reddi tamquam suam, teneor, sciens esse suā, reddere illi. Ita Sanchez, *to. 2. sum. lib. 6. cap. 3. num. 21.* Merolla, *to. p. disp. 3. cap. 3. num. 339.* Castrus Palaus, *to. p. disp. 3. pu. 13. num. 13.* Diana, *part. 4. tract. 3. resol. 9. in fine* & alii.

138 Limitatur Tertiò: Quando subdito dubitanti, An res præcepta sit licita, vel excedens limites potestatis Superioris, præciperetur res valdè difficilis, aut sibi nimis molesta exequi, vt longa abstinentia, aùt longa peregrinatio, vel aliud opus austerum: tunc enim non tenetur statim obedire, donec, re maturiùs discussa, constaret, eam licitam, & intra limites potestatis Superioris clausam esse. Quia tanta rei difficultas, vna cum dubio potestatis imperandi, præponderat possessioni Superioris, & fauet potiùs libertati subditi, quæ licèt communiter odiosa sit; tamen in hoc casu non est talis reputanda. Ita Sotus, *de teg. se-*

ret.

cret memb. 3. quæst. 2. concl. 1. versic. Respondetur, quod Prælatus. Lopez, *p. part. instruct. cap. 56. versicul Etiam ibi.* Reg. Tapia, *authent. ingressi, v. ipso ingressu, cap. 1. num. 49. C. de Sacr. Sanc. Eccles.* Sayrus, *in Clau. Reg. lib. p. cap. 13. num. 40. & lib. 12. cap. 19. num. 7 & 18.* Salas, *1. 2. qu. 2. tract. 8. disp. p. sect. 17. num. 154.* Sanch. *lib. 6. sum. cap. 3 num. 23.* Merolla, *tom. p. disp. 3. cap. 3. num. 340.* & alii.

139 Limitatur Quartò: Nisi subditus, obediendo, timeret sibi, vel tertiæ personæ aliquod magnum damnum in rebus, honore, vel fama, aut corpore. Vt si Superior interroget de proprio, aut tertii delicto, & est dubium, An iuridicè interroget? tunc enim in eam partem inclinandum est, in qua est minus damni, & periculi, & ea est amplectenda: ac proindè in prædicto casu non est obediendum in eo dubio: quia maius est periculum, & damnum illud imminens, quam semel non obedire: & hæc iuncta cum dubio illo, præponderant iuri Superioris. Tum quia in dubio fauendum est Reo, & ei, de cuius damno agitur: quia licèt subditus non sit in possessione suæ libertatis, est tamē in possessione suæ securitatis, seù iuris, quo potest se à rebus periculosis conseruare. Vndè non tenetur in ea se coniicere; nisi constet, Superiorem iustè præcipere. Ita Aragonius, *2. 2. quæst. 69. art. sec. versic. sed dubitabit aliquis. vbi* Bannez, *part. p. dub. sec.* Sotus, *de secret. mēb. 3. quæst. sec. conclus. sec.* Corduba, *lib. 3. qq. quæst. 8. versic. secunda pars* Medina, *1. 2. quæst. 19 artic. 6. versic. Ex his principiis.* Sayrus, *in Clau. Reg. lib. p. cap. 13. nu. 41.* Rodoriquez, *to. 3. qq. regul. quæst. 19. artic. 4. & 6.* Henriquez, *lib. 14. de irreg. cap. 3. num. 3. in comment. littera X.* Lessius, *lib. sec. de iust. cap. 4. dub. 9. num. 77. & cap. 3. dub. 3. num. 10.* Sanchez, *lib. 6. sum. cap. 3. numer. 24.* Merolla, *tom. p. disp. 3. cap. 3. numer. 341.* Diana, *part. 4. tract. tert. resolut. 9. versicul. sed ego*, & alii.

140 Quid dicendum, quando Superior præcipit aliquid sub conditione, de qua dubium est, An sit impleta, nec ne? Salas, *1. 2. tract. 8. disp. vnica, sect. 19 num. 177. in fine*, ait: Teneri subditum in eo casu obedire, ac exequi rem præceptam: quia dubium, An conditio impleta sit? est dubium facti, in quo sequenda est pars tutior: Hoc autem intelligit, quando subditus potest obedire absque magna incommoditate.

141 Alii verò meliùs dicunt: Non teneri subditum in hoc casu obedire: quia in dubio non est præsumendum, conditionem esse impletam: sed antè impletam conditionem, præceptum illud non obligat subditum, quia est conditionale: ergo non tenetur in eo casu obedire. Maior probatur: quia impletio conditionis est quid facti, ac proindè non præsumitur, nisi probetur, iuxta *l. in bello paragraph. facta, ff. de capt. & postlim. reuers.* Minor verò patet: quia nulla est possessio pro præcepto conditionali; nisi impleta conditione; cum antea constet, id non obligare, & petenti obligationem parendi, quasi conditio impleta sit, incumbit onus probandi eam; siuè conditio sit affirmatiua, siue negatiua, *l. eum qui nouissimus ff. ad Trebell.* & docent Soccinus, *iun. consil. 67 volum. 4. & sequ.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 11. titul. 16. num. 5.* Sanchez, *dict. cap. 3. num. 26* Merolla, *dict. cap. 3 num. 343.* Diana, *part. 4. tract. 3. resolut. 9. versic. nota hic.* & alii.

142 Nota, quod in his casibus, in quibus, ratione dubii, diximus, non teneri subditum obedire; idem censendum est, quando Prælatus præcipit sub pœna excommunicationis latæ sententiæ: quia excommunicatio non potest imponi, nisi prò inobedientia, quæ in his casibus non reperitur, cum præceptum non obliget. Ita Sanchez, *lib. 6. sum. cap. 3. num. 27.* Diana, *part. 4. tract. 3. resolut. 9. versic. nota hic etiam.* Merolla, *tom. p. disp. 3. cap. 3. num. 344.* Sotus, *de secret. memb. 3. quæstion. sec. immediat. ante 4. conclus.* & alii.

An Subditus, dubitans de legitima potestate Superioris, teneatur illi obedire, maximè si sit in possessione superioritatis? Dub. 25.

143 Prima opinio absolutè ait: Quando Subditus dubitat de legitima potestate Superioris, non tenetur obedire. Cuius ratio est: quia non potest esse obligatio in subdito, ad obediendum; nisi vbi certò constet, esse ius in Superiore ad præcipiendum. Ita Vasquez, *1. 2. quæstion. 19. articul. sexto disput. 63.*

cap.6.in fine. Salas, 1.2.*quaest.*21 *tract* 8. *disp.vnica sect.*8.*num* 78.& alii: Et probabilem vocat Diana, *part.4. tract.3 resolut* 8.

144 *Secunda opinio ait*: Aut Superior est in possessione praelaturę, aut non: Si primo modo, tenetur subditus obedire Si secundo modo, non tenetur. Ratio prioris est: quia non est idem dubitare vel opinari, subditum non teneri obedire: Sed stante priori dubio, vel opinione, tenetur obedire, vt numero centes. viges. octau. diximus: & vt non teneatur, necessarium est, vt saltem moraliter, certò constet, rem praeceptem esse illicitam, aùt excedere potestatem Superioris: Sic ergo in praesenti non est idem dubitare, aùt opinari, Superiorem non esse legitimè electum, vel confirmatum: & dubitare, aut opinari, non teneri tūc subditum illi obedire: quia cum in possessione praelationis sit (vt supponimus;) non potest ob solum dubium, vel opinionem spoliari legitima possessione, denegando ei obedientiam; donec certò constet, eum nō fuisse legitimè electum, vel confirmatum. Ratio posterioris est: quia cum Superiori non faueat possessio, standum est pro libertatis subditi possessione. Ita Sanchez, *to.2.sum lib.6. cap.3.num.29* Merolla, *to p.disp.3.cap.3. num* 346.& 347. & alii. & probabilem vocat Diana, *part.4.tract.3.Resol.*8.

An quando dubitatur, An lex obliget sub mortali, vel sub veniali, iudicanda sit sub mortali? Dub.26.

145 AFfirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia in dubio intelligendum est de meiori, *reg.in poenis de reg.iur.in 6. & l.si praeses ff de poenis.* Tum quia in dubiis pars tutior eligenda est, & à peccato fugiendum est, quasi à facie colubri; quando nos in dubio seruare debemus legem, ac si de mortali obligaret. Ita Layman, *in Theolog.moral.tract.4.cap.3.num* 6. Salas, *de leg.disp.10.sect.2.num.12. in fine.* Valentia, *to.2.disp.6.quaest.5.§.3,* Sayrus, *in Clau Reg.lib.3 cap.7.num.29* Alphonsus de Castro, *lib p.cap.5.docum.4. ad finem.* Toletus, *cap.10.sum.dub.vlt.* Medina, *C. de ieiun.quaest.*17.& alii.

146 *Secunda opinio ait*: Obligari tantū sub veniali. Cuius ratio est: quia in dubio melior est conditio possidentis suam libertatem: ergo quando dubitatur, Vtrum lex obliget sub mortali, vel tantummodò sub veniali? probabilior iudicari potest, obligare solum sub veniali, si adhibita sufficienti diligentia, sequatisque regulis premissis, dubium perseueret de grauitate obligationis: nam libertas conscientiae possidet. Tum ex *regulis iuris in 6 regul in obscuris, & cap in nob l.* Tum quia, sicut in poenis benignior pars accipienda est, ita etiam in culpa. Ita Nauarrus, *cap.23.sum.num.* 50. Diana, *part.p tract.10.resol* 25. Bonacina, *de leg.disp p quaest p. pun.7 §.4.nu.* 31. & alii. & videtur sentire Suarez, *lib. 3 cap.15.num* 10 *sub fine.*

147 Vndè etiam, quando in aliquo casu (facta sufficienti diligentia) non constet, An imposita sit lex, aùt praeceptum? sed res dubia manet: non tenetur sic dubitans, seruare legem, seù pręceptum: quia in hoc dubio est tota possessio pro libertate voluntatis. Tum quia nemo obligatur lege, nisi illi sit sufficienter proposita: Sed quando post sufficientem diligentiam manet quis dubius, An sit imposita lex, vel praeceptum? non censetur, illi sufficienter proposita: ergo, quamuis in genere, aùt speculatiuè maneat dubius, An sit lex, vel praeceptum? tamen in particulari, seù practicè est certus se non obligari tali lege. Ita Suarez, *tom. 5. in tertia part.disput.40. sect.5. numer.15.* Henriquez, *lib.8 de matrimon cap.45 .numero tertio in commentar.littera B* Sanchez, *lib secund.de matrimon disput.4. num.* 36. Coninchius, *de Sacrament. disput. 34 dub.10.num 86.* Merolla, *tom p.disp. 3 cap.3. num* 79. Bonacina, *de contract. disput pr. quaestion secund pun.29 paragrap.incidens.* Filliucius, *to sec. tract.21. cap 4 num.159.* & alii.

148 Et ita dicendum est, quando quis dubitat de iustitia alicuius tributi: quia tunc non tenetur illud soluere: quia melior est conditio possidentis. Ita contra Lesium, *lib.sec.cap.37.dub.8. num 6.* docent Molina, *tom.3. disp.674. num.6. & 7.* Aragonius, 2.2 *quaest 62.artic.* 3. Diana, *part.p.tract.10 resol.* 25.*in fine.* & alii.

An

An quando dubitatur, An lex Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, ac Irregularitatis, sit vsu recepta, possit quis existimare, non esse vsu recepta?

Dub. 27.

149 Negatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia antiqua libertatis possessio hunc minimè iuuat; cum certa sit lex, ea libertate priuans, ac proindè possessio stat pro lege, et præcepto: ergo, &c. Ita Sanchez, *to. 1. sum. lib. 1. cap. 10. num. 35.* Tiraquellus, *de retract. legnag. §. 1 gall 9. num. 211.* Salicetus, *l. eg. fundum in fine C. qui posteriores in pignore habetur.* Filliucius, *to. 2. tract. 21. cap. 4. num. 164.* Alphonsus de Leone, *de potest. confess. part. 1. recollect. 17. num. 35.* Medina, *1. 2. quæst. 69. artic 6. in fine, & in 3. propos.* Merolla, *to. 1 disp. 3. cap. 3. num. 130.* Bonacina, *de leg. disp. 2. quæst. 4. pun. 7. num. 21. in fine,* & alii.

150 Affirmat verò secunda opinio. Cuius ratio est: quia, cum sit lex pœnalis, & odiosa, benignior pars est amplectenda. Tum quia possessio stare videtur pro Subditis, suam libertatem possidentibus. Tum quia in hoc casu non constat de lege imposita, ac proindè non possidet: vbi enim dubium est, An aliquando fuerit vsu recepta? est dubium, An aliquando obligauerit? ergo, &c. Ita Azorius, *part 1. lib 2. cap 19. quæst. 11.* Salas, *1. 2. quæst. 21. tract 8. disp. vnica. sect. 18. num. 169.* Emanuel de Moura *opusc. 1 de ensalm. & incantat. sect. 1. cap. 5. num. 13.* Rebellius, *part. 2. lib. 1. de contract. in genere quæst. 2. sect. 1. num. 4. § secundo.* Diana, *part. 1. tract 10. resolut. 3. & part. 4. tract. 3. resol. 14.* Castrus Palaus, *to. 1. disp. 3. pun. 7. num. 4.* & alii. Et probabilem vocat Pharaonius, *tract. 1. sess. 2. cas. 12.*

151 Quid dicendum, quandò dubitatur, An excommunicationem contraxerit? in hoc variæ sunt opiniones. Nam Glossa, *in cap. final. consult. de irregul. & cap. vnico, ad finem de seruit.* Anton. *d. cap. Illud si.* Cardin. *in Clement. 1. quæst. 15 nu. 19. in fine, de sepult.* Marian. Soccin. Senior *cap. per tuas nu. 18 de sent excõmun.* Siluester, *v absolutio 2. num. 14. dub. 10.* Corduba, *lib 3. qq. quæst. 6 col. 1. versicul. Quarto probatur* & alii, dicunt: In hoc dubio censendum esse quempiam excõmunicatum. Panormitanus verò, *in cap. cum tu, in fine de testib. & attest.* vbi Felinus, *num. vltim.* Angelus, *v. dubium num. 2 in fine* Armilla, *v dubitatio num. 3.* Vgolinus, *de cen. tabul. 1 cap. 4. in princ. num. 11 & 14* Vega, *to. 2. sum. cap 15. cas.* & alii, dicunt: In vtroque foro censeri excommunicatum, quando non agitur ad pœnam, pro delicto infligendam; sed solum, vt se abstineat ab omnibus. quæ iure excõmunicatis interdicuntur,

153 Innocentius *cap cum tu, in fine de testib. & attestat.* vbi Hostiens. *num. 2. 10.* Andr. *in fine.* Cardin. *num. vnic oppofit. 1.* Henriquez, *num. 2.* Bellamera, *num. 2.* & alii, dicunt: Hunc censeri excommunicatum tantum in foro conscientiæ, nõ autem in foro externo. Quod in dubio sit amplectẽda in foro externo pars benignior, at in interno pars tutior.

154 Sayrus tamen, *in Clau Reg lib 1. cap. 13. num. 23. & 24.* Azorius, *part. 1 lib. 2. cap. 19. quæst. 10. in fine, & quæst. 11.* & alii sustinent: In dubio iuris hunc non censeri excommunicatum: secùs in dubio facti.

155 In vtroque dubio, & in vtroque foro, hunc censeri excommunicatum, ait Vasquez, *1. 2. quæst 19. artic. 6. disp 65. nu. 1. & disp. 66. toto cap. 1.* Et quamuis non loquatur expressè de excommunicatione, ait tamen non in sola Irregularitate, sed in omnibus casibus necessariò sequendum esse in vtroque foro partem tutiorem, in vtroque iuris, ac facti dubio. At pars tutior est, hunc tamquam excommunicatum se gerere.

156 Cæterum existimo cum aliis: Nec in dubio iuris, nec in dubio facti hunc cẽsendum excommunicatum: & per consequens, non tenetur quis abstinere ab excommunicatione; & sic semper potest se gerere, ac si non esset excommunicatus. Ratio est: quia in regula illa In dubio facti, extra materiam iustitiæ, tutior opinio est eligenda, habet locum, quando nulla potest considerare possessio ex parte opinionis, minus tutæ: non autẽ quando ex parte opinionis, & si minus tutæ, adest possessio: quoniam tunc cessat ista regula, & subintrat alia regula: In dubio potior est conditio possidentis siuè iustè, siuè iniustè, quæ ponitur à Iure consulto, *in leg. in sta ff. vti possidentis.* & docet Sanchez, *to. 1. lib. 1. cap 10 num. 11.* Sed in casu nostro, & si simus extra materiam iustitiæ, tamen est possessio apud dubitantem, communicandi cum fidelibus: igitur, non solum vbi est dubium

 iuris,

iuris, sed etiam vbi est dubium facti, potest quis segerere, ac si non esset excommunicatus, & continuare in sua possessione communicãdi cum aliis fidelibus. Ita Sanchez, *lib.1.sum. cap.10.num.*4. Layman, *in Theolog. moral. lib.1. tract.5. cap 5. §.4 num.*38. Bonacina, *disp.2. de calog. quæst.4 pu.7. num.*15. *& seq. & disp. 2. de cens. quæst 2 pun.6. §.2 num.*49 Diana, *part.4. tract.3 resolut.*35. *&* 66. Merolla, *to 1. disp.3 cap.3. num* 201. Alphonsus de Leone, *part.1. de off. & potest confess recoll.3. num* 41 *fol.*217. Petrus Correio, *in 1.2. D. Thomæ tract.*8 *quæst* 19. *disp* 4. *dub.*2. & alii, & probabilem existimat Filliucius, *to.2. tract.*13 *cap.6. quæst.* 11. *num.*130.

157 Ex hoc deducitur: Dubius de sua excommunicatione, si ministrat Sacramenta, non fit irregularis, si postea deprehendatur, non fuisse excommunicatus: etiam si putet, se esse excommunicatum: quia huiusmodi pœnæ non incurruntur per actum existimatum: sed per rem ipsam perfectam. Si autem postea deprehendatur, fuisse verè excommunicatus; videndum est, An ministrans cum tali dubio, peccauerit mortaliter contra censuram? Si enim excusetur à mortali peccato, etiam excusabitur à censura. Secùs si mortaliter peccauerit. Ita Mercerus, *de Sacram. in 3. par. quæst.* 21. *dub* 5 Diana, *part.5 tract 9. resol.*94.

An quando dubitatur, An censura sit lata, vel ferenda, sit tantum ferenda? Dub. 28.

158 Affirmatiuè respondent Doctores citandi. Ratio desumitur, *ex cap. Cleric. verb ne cleric. vel monaci, & cap. Relatum §. Adhoc de iur patron.* vbi clarè patet, esse tantum sententiæ ferendæ: quia tunc præsumendum est in fauorem tertii, cum sit dubio iuris: & possessiõ nõ stet pro excommunicatione, sed prò libertate subditi. Sic Glossa, *cap. imponit. de reg. iur in 6.* & probatur ex ipso textu: In pœnis benignior facienda est interpretatio. Tum quia, odia sunt restringenda. Ita Auila, *part.2 de cens. cap. 2. dub.2. versic. secundo regula in fine.* Sanchez, *lib.1 sum. cap.10. num.*16. Hurtad. *de cens. incommun. num.*22. Rebellius, *de obligat iustitiæ lib 1. quæst.6 nu.*36. Bonacina, *de cens. disp p quæst. p. pun. p. in fine.* Reginaldus, *lib. p. num.*158. Coninch. *de Sacram. disp.*13. *num.*22. Diana, *part* 4. *tract.3 resol.*16. Naldus, *verb. excommunicatio num.*6. Alphonsus de Leone, *par. 2 de cens. Recoll.2. num.*151 *fol.*24 & alii.

An quando dubitatur de dubio iuris, de Irregularitate suscipiendi ordines, antequam adhibuit diligentiam; si postea adhibuit, tamen remanet dubius, possit celebrare in susceptis? Dub. 29.

159 Aliqui volunt: Hunc non posse ministrare, donec omninò certus sit, se non contraxisse irregularitatem, vel aliam censuram. Quorum ratio est: quia possessio, mala fide incepta, non iuuat, vt melior sit eius conditio. Ita Azorius, *par. p. lib.2. cap* 19. *quæst* 10. Vasquez, *disp.* 65. *cap.3. & disp* 66 *cap.*1 Henriquez, *lib.* 14 *cap.3. nu.3 &* 4 *& cap.*14. *num.*3. Suarez, *to* 5. *in 3 part. disp.*40. *sect* 5. *num.*19. Salas, 1.2 *tom.1. tract.*8 *disp* 18. *num.*169. & alii.

160 Dicendum est tamen cum aliis: In dubio iuris, tam in foro externo, quam in foro conscientiæ, nemo irregularis censendus sit, vt patet, *ex cap. is, qui de seru. excommun in 6.* vbi ad incurrẽdam irregularitatem ob aliquod crimen, requiritur, vt in iure expressum sit: Cum autem ius dubium, & contrauersum est, satis apprehensum non est: ergo in dubio iuris non incurritur irregularitas, nec alia pœna, vel obligatio. Ita Sanch. *lib.1 sum cap* 10. *num* 46. Bonacina, *de cens. disp* 2. *quæst. p. pun* 5 *& disp* 2. *quæst.* 2. *pun* 6 §.2. *num.*49. Filliucius, *to.2 trac.* 11. *cap.*4. *num* 168. Layman, *in Theolog. moral. lib. p. tract. p. cap* 5. *num.*30. Merolla, *to. p. disp.3 cap.3 num.*248 & alii.

An quando dubitatur in Irregularitatibus, siuè sit dubium iuris, siuè fuit, post adhibitam diligentiam, poterit quis censeri, non esse irregularis? Dub.30.

161 Prima opinio ait: Hunc in vtroque foro, scilicèt tam in interno, quam in externo esse irregularem: siuè dubium sit facti, siuè iuris: nam id expressè deciditur, quando dubium est facti, *in cap. ad audientiam, & cap. significasti, el.2 & cap. penult. de homicidio*, quia in dubio pars

pars tutior est eligenda: quod principium, tamquam naturale, ac iure naturali obligans, supponitur ibi: atque, illi innitendo, deciditur, hunc esse irregularem. Sed simile animæ periculum militat, quando est dubium iuris; nisi hic sequatur partem tutiorem, reputans se irregularem, & abstinens ab ordinum vsu: ergo in vtroque dubio est censendus irregularis. Ita Vasquez, 1.2. *quæst. 19 articul. 6 disp. 65 toto cap 3. & disp. 66. cap. p.* Azorius, *part. p. lib. 2. cap. 19. qu.* 10.

162 Secunda opinio ait: Non solum in foro conscientiæ, seu pœnitentiali, esse tutiorem partem amplectendam, vt hic censeatur irregularis: sed etiam in foro quasi pœnitentiali, vbi non agitur ad pœnam propriè, sed solum, vt hic ab ordinum ministerio se abstineat: Secùs verò in foro contentioso, vbi purè agitur ad pœnam imponendam: v. g. ad priuationem beneficii: quia pœna in delicto dubio imponi nequit. Ita Panormitan. *in cap ad audientiam num. 2 de homicidio* vbi Soccinus Senior *quæst* 3 *in num.* 18. Felinus, *num.* 1. idem Panormitanus, *cap. significasti el il secundo num.* 4. *eodem titulo.* vbi Soccinus Senior, *num* 4. Ananius, *num.* 23. Rosella, *v. dubia nu. vnico* Angelus, *v. dubium num.* 2. vbi Siluester, *quæst* 4. *num.* 7. Tabiena, *quæst.* 2. *num* 3 Vega, *tom.* 2 *sum. cap.* 15 *cas.* 28. Maiolus, *lib.* 1. *de irregul. cap.* 2. *regul.* 7. & alii.

163 Tertia opinio ait: Hic in foro conscientiæ censetur irregularis, nō autem in foro externo: quia in foro externo nequit Iudex absque sufficienti probatione, qua redditur certum moraliter delictum, comdemnare. At in foro conscientiæ, pars tutior est amplectenda. Ita Cardinal. *in cap. ad audientiam num.* 77. Nauarrus, *cap.* 27. *num.* 193. & *part.* 4. *quæst.* 26. *art.* 2. *de irregul. paulo post principium, in 2. irregularit.* Philiarcus, *de offic. Sacerd. to. p. part. p. lib.* 4 *cap.* 6. *notab.* 2. & alii.

164 Quarta opinio ait: In dubio iuris, siuè facti neminem esse irregularem, etiā in foro conscientiæ: quia *in cap. ad audientiam, de homicidio,* vbi irregularitas videtur statui pro delicto dubio, videtur clarè loqui in foro externo, & verba diriguntur ad Iudicem: & sic videtur exigi sententia, aut declaratio Iudicis, vt ea irregularitas in dubio incurratur. Tum quia, *d. cap. ad audientiam*, procedit tantum, quando delictum est ita dubium, vt verisimile sit, id fuisse perpetratum: Sic enim videtur declarare, *cap. significasti il 2. ad finem de homicidio*, & docent Henriquez, *lib.* 14. *de irregular. cap.* 3 *num.* 3. & 4. & *cap.* 14. *num.* 3. Medina, *lib. p. sum. cap.* 11 *§.* 11. *in fine.* & alii. Et probabilem vocant Salas, 1.2. *to.* 1 *qu.* 21. *tract.* 8. *disp p sect.* 6. *num* 70. Rebell. *de oblig. iust. part.* 2. *lib. p. quæst.* 3. *sect.* 2. *num* 13. Suarez, *to.* 5. *in* 3 *par. disp.* 40 *sect.* 6. *num.* 10.

165 Quinta opinio, quæ magis mihi placet, ait Primò: In dubio iuris, vt quia non constat, Irregularitatem esse à iure statutam, pro aliquo delicto, tam in foro externo, quam in interno, nemo irregularis censendus sit. Probatur, *ex cap* 15. *qui de sentent. excommun. in* 6. vbi deciditur: Irregularitatem non incurri, nisi quando est expressa in iure: at quando ius est dubium, non dicitur esse expressa in iure: ergo in dubio iuris, non incurritur irregularitas, nec alia pœna, vel obligatio. Ita Couarruu. *in Clemēt. Si furiosus, part. p. num.* 3. *de homicidio.* Henriquez, *lib* 14. *de irregul. cap.* 3. *num.* 3. Sayrus, *in Clau. Reg. lib. p. cap.* 13. *num.* 23. & *de cens. lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 16. Suarez, *to.* 5. *in* 3. *part. disp* 40. *sect.* 5. *num.* 18. Valentia, 2.2. *disp.* 7. *quæst.* 19 *pun.* 2. Toletus *lib. p. sum. cap.* 53. *num.* 4. Auila, *de cens. part.* 7. *disp* 2. *dub.* 5. *conclus.* 5. Sanchez, *lib. p. sum. cap.* 10. *num.* 42. & 47. Rebell. *de oblig. iust. part.* 2. *lib. sect. num.* 13. Merolla, *to p. disp.* 3. *cap.* 3 *num.* 225. Layman, *in Theolog. moral. lib.* 1. *tract.* 1. *cap.* 4. *num.* 39. Diana, *part* 3 *tract.* 5 *resol* 72. & alii.

166 Secundò: In dubio facti, non debet censeri quis irregularis; excepta irregularitate, imposita pro homicidio: quia ad incurrendam hanc irregularitatem, tam in foro interiori, quam in foro exteriori sufficit homicidium dubium. Ratio prioris est: quia omnia iura clamant: In casu dubio, etiam quòd ad factum, neminem esse damnandum: vt patet, *ex regul. cum sunt, de reg. iur. in* 6. ibi. *cum sunt iura partim obscura, Reo fauendum est potius, quam actori.* Ratio posterioris est: quia ita expressè deciditur, *in cap. ad audientiam*, & *cap. significasti il.* 2. *de homicidio.* Hæc autem iura, nec de solo interiori foro, nec de solo exteriori, sed de vtroque intelligenda sunt. Ita Suarez, *to.* 5. *in* 3. *part. disp.* 40. *sect.* 6. Henriq. *lib.* 14. *de irregul. cap* 3 *num* 4. Sanchez, *lib.* 1. *sum. cap.* 10. *nu.* 48. Layman, *in Theolog.*

log.moral.lib.p.tract p.cap.5.§.4 num 39. Coninch *de Sacram.disp* 18 *dub.p. num.* 22. Salas, 1.3 *quæst.* 21 *tract.* 8. *disp p. sect.* 18. *num.* 168. Nauarrus, *in cap.si quis autem num.* 41. *de pœnit.dist* 7. Merolla, *to. p.disp.3.cap.3.num.*229. Diana, *part* 3. *tr.* 5. *cap.*72. Pharaonius, *tract p.sess.*2. *cas* 9. & alii.

Dubitatur: An id, quod diximus de dubio facti homicidij, dicendum sit de dubio facti mutilationis: ac proindè dubitans, An aliquem mutilauerit, sit censendus irregularis?

167 AFfirmat prima opinio: & probat, *ex Clement. si furiosus*, nam cum ibi deciditur: Occidentem, gratia vitãdæ propriæ mortis, non esse irregularẽ, & docent communiter Doctores: idem esse videtur de occidente, gratiâ vitandæ propriæ mutilationis: quod in hac materia mutilatio censetur mors: & ideò in iure, Mutilator, dicitur homicida, *cap. si quis absciderit dist.* 55. est enim mutilatio quædam partialis occisio, nempè membri. Ita Henriquez, *lib.*14. *de irregul cap.*3. *num* 4. Rosella, *v. homicidium* 4 *num.* 1. Angelus, *v. homicidium* 5 *nu.*3 Siluester, *v. homicidium*, 3 *quæst.* 4. & alii.

168 Negat verò meliùs secunda opinio: quia mutilatio non est propriè homicidium, sed impropriè, & secundum quid: cum ergo iura in solo dubio facti homicidii hanc irregularitatem statuerint, non est pœna adeò rigida, extendenda ad dubium facti mutilationis. Ita Sanchez, *lib p.sum.cap.*10. *nu.*49. Fillincius, *tract* 19 *cap* 2. *quæst* 7 *num* 47. Bonacina, *de cens.disp* 7 *quæst p pun* 5 *num.*4. Merolla, *to.p disp* 3. *cap* 3. *num* 252 Diana, *part.* , *tract* 5. *resol.*72. Pharaonius, *tract.* 1. *sess.*2. *cas.*8. & alii.

An qui causam dedit abortui, sed dubitãs, an fœtus sit animatus, censendus sit irregularis? Dub 30.

169 PRima opinio ait: Hunc esse irregularem: quia in tali casu, præbuit causam abortus; cum dubium est, An fœtus sit animatus? ac proindè est dubium, An sit verè homicida? quia hoc dubium est de facto. Ita Ioa. Andr. *cap sicut il.* 2. *num* 3 *de homicidio*, vbi Panormitanus, *num.* 7. Cardinal. *in fine.* Soccinus Senior, *cap. ad audientiam, quæst* 36. *num.* 217. Philiarcus, *de offic sacerd to p part p. lib.*4. *cap.* 11. *notab.p.* Nauarr. *cap.*27 *sum. num* 223. Sayrus, *in Clau.Reg.lib* 6 *cap.* 16. *num.*9. Sotus, *in* 4. *dist.* 29 *quæst.p.art.* 3. *conclus.*4. Sanchez, *to.p sum.lib.p.cap.* 10. *num* 43. Auila, *de cens.part* 7 *disp.*2. *dub.p conclus p.* Barbosa, *in collect. tom.*2. *lib.*5 *titul.*12 *cap.* 12. *num.*55. Merolla, *to. p disp.*3. *cap.*3. *num.*237. Alphonsus de Leone, *de offic. & potest. confessar.part.*2. *Recollect* 7. *num* 35 *in fine, & num.*48. & alii, & probabilem vocat Diana, *part* 4. *tract.*2. *resol.*16.

178 Secunda opinio ait: Si habita diligẽtia, verè remaneat dubium, non videri irregularem: quia non est censendus irregularis ex eo, quod irregularitas homicidio sit opposita; cum dubitetur, Nũ hic, & nunc commissum sit homicidium? neque etiam ex eo, quod in dubio homicidii aliquis debeat se habere tamquam irregularem: quia si benè perpendantur iura, id statuentia, aduertetur, ea non comprehendere, præsentem casum, cum omnia supponant subiectum, capax mortis: nam agunt, quando constat de morte, alicui illata; & dubium est, à quo ex variis concurrentibus sit illata: quo casu decernitur eos, de quibus dubitatur, habendos irregulares. In præsenti verò casu dubium versatur circa conditionem subiecti, An sit viueret, nec ne? Vnde dispositio iuris non intelligitur de nostro dubio: & proindè non satis constat, An in præsenti casu irregularitas iure sit illata, & perconsequens non est dicenda, incurri. Ita Prepositus *ad* 3. *part. D. Thomæ quæst.* 5. *de irregul. dub.*8 *num.*58. Emanuel de Moura, *opusc. de ensal & incantes sect* 3 *cap.p. num.*27. Farinacius, *in fragm.crim.part.*2. *nu.*444. & videtur probare Gomez, *de dilect. cap.* 3 *in rubric.de homicid. num* 3. *in fine*, & Baiardus, *in addit.ad Iul.Clar.quæst* 68. *num* 8. & probabilem vocat Diana, *par.* 4. *tract sec.resol.*16. & Alphonsus de Leone, *de offic. & potest. confess. Recollect.* 7. *num.* 48 *fol* 685.

An consulens homicidium, dubitans postea, si ex tali consilio mors sequatur, dicitur irregularis? Dub 31.

171 NEgatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia in hoc dubio potior est conditio possidentis suam immunitatem ab irregularitate: nam. Textus,

Textus, imponentes irregularitatem ob hoc consilium, qui sunt, *cap. si quis viduam, d. st. 50. cap. sec. de Cler pugn. in duello, & cap. sicut dignum, §. vltim de homicidio* loquuntur de consilio, cooperante ad homicidium: tacent autem, quando est dubia cooperatio: ergo in hoc dubio non est irregularis. Ita Henriquez, *lib. 13. de irregul. cap. 16. num. 3. in comment. littera D.*

171 Secunda opinio absolutè affirmat. Cuius ratio est: quia in dubio facti homicidii censetur quis irregularis: vt in num. 166 diximus: Hoc autem est dubium facti, cum solum sit dubium, An illud consilium concurrerit ad homicidium: ergo dicendum est consulentem hunc esse irregularem. Ita Couarr *in Clement. si furiosus 2. part §. 2. nu. p. vers. In eo vero dubio.* Sayrus, *de cens. lib. 7. cap. 3. num. sec.* Bonacina, *de cens disp. 7. quæst. p. pun. 5 num. 7. & 8.* Præpositus, *in 3. pa. quæst. 5. de irregul. dub. 8 num. 64.* Tabiena, *v. consilium num 5.* Petrus Correio, *in 3. part, tract. 5. disp p. dub. p.* Diana, *par. 4. tract. sec. resol 25.* & alii.

172 Tertia opinio, sic distinguit: Dupliciter intelligi potest dubium, An consilium concurrerit ad homicidium? Vno modo, quia dubium est, An alter, cui datum est consilium, reuera occiderit? Alio modo: quia licèt constet, homicidium fuisse perpetratum, tamen dubitatur, An consilium datum fuerit efficax, ita vt, eo consilio non adhibito, alter non perpetraret homicidium? Si loquamur de dubio; primo modo, dicendum est hunc non esse irregularem: Secùs verò de dubio secundo modo. Ratio est: quia in priori casu nulla est possessio, & præsumptio contra consulétem sed factum manet omninò dubium, ac proindè non erit irregularis: nam textus, irregularitatem in dubio facti statuentes, loquuntur in sola irregularitate homicidii; idest, quando dubium est, An aliquis occiderit, debere eum se reputare irregularem: nec extendendi sũt, cum contineant rigorem. At pœnæ Ecclesiasticæ, statutæ contra occidentes, non comprehendunt consulentes homicidium, nisi id exprimant, vt dicebimus in Tractatu de censuris. Et quamuis in aliis testibus, num. 171 alligatis, statuatur irregularitas ob hoc cõsilium: loquuntur tamen, quando certum est, fuisse commissum homicidium. In posteriori verò casu, cum stet præsumptio & possessio contra consulentem, dum consulens non probat oppositum, censetur factum certum, vt id consilium fuerit causa homicidii iam perpetrati: ac iuxta hanc præsumptionem, damnabitur tamquam irregularis in foro externo: & per consequens, idem quoque in foro conscientiæ dicendum est. Ita Sanchez, *to. p. sum. lib. p. cap. 10. num. 44.* Merolla, *to. p. disp. 3. cap. 3. dub. 2. corollar. 18. num. 151.* Auila, *de cens. part. 7. lib. 6. sect. sec. dub. sec. concl. 5.* & alii.

Iudex quid facere debet de pari dubio? Dub. 33.

174 Existente pari dubio iuris vtriusque partis, ita vt Iudex omninò sit pēdulus; teneri, possidenti fauere: nec ipsum posse cogere, vt partem restituat, quia ius retinendi habet possidens in hoc dubio. Ita Merolla, *to. p. disp. 3. cap. 3 dub. p. corollar. 4. num 27.* Diana, *part. 4. tract. 3. resol 40.* & alii.

175 Secundò: Si neuter possidet, tenetur Iudex inter vtrumque diuidere: quia æquale est vtrumq; ius: Si verò dubium sit inæquale, debet rem diuidere iuxta dubii proportionem. Ita Caietanus, *2. 2. quæst. 62 artic. 5. in col. ad 3* Sotus, *lib. 4. de iust. quæst. 7. artic. p. ad 3.* Molina, *to. 3. disp 723. num. 5.* Petrus Nauarrus, *lib. 4. de rest. cap. sec. in p. edit. dub. 8. num 62.* Aragonius, *2. 2. quæst. 62. artic. 5. in solut. ad 3. §. circa tertiam concl.* vbi Bannez, *dub. 6 circa p. concl. concl. sec.* Ledesma, *de matrim. quæst. 44. artic. 7 dub. sec. ad 3. primæ sent.* Lessius, *lib. sec. cap. 3. dub. 6. num. 10. & cap. 14 dub. 4. num 25. in fine.* Vasquez, *1. 2. disp. 66. cap. 7. num. 39* Sanchez, *lib. 2. de matrim. disp. 41. num. 16.* Diana, *part. 4 tract. 3. resol. 40.* Merolla, *to. p. disp. 3. cap. 3. dub. p. coroll. 4 num. 26.* & alii.

176 Tertiò: Si res sit indiuidua, vt equus, potest Iudex applicare cui voluerit: vt duobus æque dignis, petentibus beneficium, potest Episcopus eligere quem maluerit, quia indiuiduum est, docet Petrus Ledesma, *de matrimon. quæst. 45. artic p. dub. sec. in solut. ad 3. primæ sententiæ.*

177 Sed hoc bene reiiciunt alii: quia lex iustitiæ petit, vt in hoc dubio res illa fortè distribuatur, vel vni res, alteri verò dimidium extimationis conferatur. Vndè in hoc dubio neutro possidente, debet

debet Iudex in vtrumque diuidere. Si verò dubium sit inæquale, debet rem diuidere iuxta proportionem dubii. Et non est simile de beneficio, quia nullus illorum, cum neutrus sit, habet ius aliquod iustitiæ etiam distributiuæ, vt sibi conferatur: Sed hæc iustitia dictat, vt alteri illorum detur; in hoc casu autem vterque habet ius commutatiuæ iustitiæ, vt inter eos diuidatur. Ita Merolla, *tom. p disp. 3. cap. 3. dub p. coroll. 4. num.* 6. Sanchez, *lib. sec. de matrim disp.* 41. *num.* 16 Salas, *1. 2. tract.* 8. *disp unica, sect.* 23 *nu.* 140 Homobonus, *inconsult cas con-scient. part* 7. *cap.* 16. *vol. sec.* Diana *par.* 4. *tract.* 3 *resolut.* 40. Tuschus, *ver. medium concl.* 170 alii.

An si quis, in siluis constitutus, dubitet, An lex Ecclesiastica extet, de alicuius diei ieiunio, & neminem habet, ex quo colligere possit; teneatur ne ad ieiunium? Dub. 34.

178 NEgatiuè respondent Doctores citandi. Quorum ratio est: quia nulla lex aliquem ad sui obligationem obligat, si sufficienter ipsi proposita, & cognita non est: atque per ipsum non stat, quò minùs cognoscatur: nam in tali casu adest inuincibilis ignorantia iuris, quæ (omnium sententia) à peccato excusat: atque adeò si aliquis post diligentem inquisitionem, de lege, aut præcepto dubius manet; tunc legem, seù præceptum sufficienter sibi propositum, & cognitum non habet: ideoque inculpatè ignorat: ergo licèt abstractè, & speculatiuè dubium hereat de lege, siue præcepto; in particulari tamen, ac practicè certus est, se eo non obligari. Confirmatur, in dubio melior videri debet conditio possidentis; quamdiù autem inuincibiliter ignorans, vtrum lex lata sit? manes in naturali possessione liberę voluntatis tuæ: ergo in dubio non est adstringendus legis necessitate. Ita Suarez, *tom p in 3. part. disp* 40 *sect.* 5. *num.* 5. Henriquez, *lib.* 8 *cap.* 45 *num.* 4 *in comment. littera P.* Emanuel Sa, *v. dubium num.* 2. Sanchez, *lib sec. de matrim. disp.* 41. *num.* 36. *& lib.* 1. *sum. cap* 10 *num.* 12. Layman, *in Theolog. moral. lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 20. *num.* 4. & alii.

DE CONSCIENTIA Probabili. Cap. 4.

nem probabilem, possit retinere rem illam, relicta opinione probabiliori? Dub. 16

An liceat Confessario, aut alteri interrogato respondere iuxta opinionem probabilem aliorum Doctorum, prætermissa probabiliori; quamuis propria opinio? Dub. 17.

Quando nam Medicus poterit sequi opinionem probabilem, relicta tutiori? Dub. 18.

An Medicus possit dare formacum necessarium mulieri infirmæ prægnanti, periculo abortus fœtus animati, fundatus tamen ex assertione Mulieris de die conceptionis fœtus, & facto dierum circulo in opinione probabili, quod fœtus nondum sit animatus? Dub. 19.

An quando varietas opinionum versatur inter Superiorem, & Subditum, teneatur Subditus obedire? Dub. 20.

An in Iustitia alicuius administranda, vt in sententijs, inter partes ferendis, possit Iudex sequi opinionem probabilem, probabiliori relicta? Dub. 21.

An Aduocatus possit tam in Ciuilibus, quam in Criminalibus tueri causam in fauorem sui Clientis quamuis putet, aduersarium habere opinionem probabilem? Dub. 22.

An Coniux, qui bona fide contraxit matrimonium; si postea habet opinionem probabilem, matrimonium esse nullum possit petere, & reddere debitum? Dub. 23.

Quid est Conscientia probabilis?
Dub 1.

1 VT ait Bonacina, *de leg. disp. sec. quæstion 4. pu. 6. num sec.* Opinio probabilis est illa, quæ assentitur, & adhæret vni parti, sed cum timore, & formidine partis oppositæ, quia timet, partem oppositam esse veram.

2 Opinio alia est Probabilior, alia Probabilis. Opinio probabilior est illa, quę meliora habet fundamenta. Probabilis verò, idest minus probabilis, est illa, quę licèt non habeat fundamenta meliora; tamen fundamenta illius; non sunt sufficiēti probabilitate destituta. Sic communiter Doctores.

3 Vndè non potest, ex facto cuiuscumque, sumi probabilitas opinionis: quia certum est, quod factum personæ rudis, aut quæ non sit timoratæ conscientiæ, non potest fundare opinionem probabilem: cum possit præsumi: nisi aliundè opositum constet, quod peccet, aut ex ignorantia, aut ex malitia. Neque ex facto Doctoris, quantumuis pii, & timoratæ conscientiæ; licet colligi probabilis opinio: quia potest operari, vel ex aliqua dispensatione, vel ex inaduertentia, vel ex aliqua passione. Ita Bresserus, *lib. 3. de conscient. capit. 3. num 33.* Sanchius, *in select. disp 44. num. 71.* Emanuel Sà, *v. dubium num 3.* Castrus Palaus, *part. 1. disput. 2. pun. 1. num. 2.* Pasqualigus, *tom p. decis. moral decis. 365 num. 2.* & alii.

4 Nec est necesse, quod omnis operatio Viri docti sit bona. Si verò plures Religiosi aliquid operentur sine scrupulo, & alioquin sint probatæ vitæ, tunc sumi potest argumentum probabilis opinionis, censentis, illud ipsum esse licitum, dummodò quod ista operatio esset frequens, & veluti in consuetudine apud ipsos. Ratio est: quia non est præsumendum, quod tot Religiosæ personæ, & probatæ vitæ frequenter aliquid illicitum operentur: sed inferri debet, quod probabiliter censeat, esse licitum, quod agunt. Ita Pasqualigus, *num. 3.* Castrus Palaus, & alii. Immò hoc intendi potest etiam ad Viros sæculares, quando sunt timoratæ conscientiæ; & plures, & frequenter illud faciunt, tamquam licitum: quia non est verisimile, quod tot homines timoratæ conscientiæ velint, aliquid efficere illicitum, absque remorsu conscientiæ. Ita Pasqualigus, *num. 4.*

5 Quamuis Baldellus, *tom. 1. Theolog. moral lib. 4 disp. 11. cap 11. num 16. in fine,* Azorius, *part. 1. lib. 2. cap. 17 quæstion 4.* Vilalobos, *tom 1 sum tractat. 1 difficul. 4 num 6* Farinacius, *quæst. 14. repert. iudic. num 5.* & Mercantius, *in trib. sacra. tract 5 tit. 5 quæst. 5* dicant, quod (cæteris paribus) sit probabilior opinio Veterum, quam Recentiorum. Tamen Ioseph. Rocafull. *in prax. Theolog. moral. to. 2 pa. 3. lib. 3. cap 2. num 20.* & Pasqualigus, *tom 1. decis. moral. decis 365. num. 2,* dicunt, quod (cæteris paribus) probabilior est Recentiorum opinio, quam Veterū: quia probabilitas non habetur, nisi radicaliter, à ratione, in qua fundatur opinio: & in tantū ex principio extrinseco, seu ex auctoritate sit probabilis aliqua opinio, in quātū præsumitur, q auc-

toritas fundatur in ratione, à qua tota dependet. Dum autem concurrit auctoritas Veterum, & Recentiorum, debet præsumi, quod auctoritas Recentiorum fundetur in meliori ratione: quia Recentiores sciunt motiuum Veterum, & ea expendunt, & scientia semper magis in dies crescit: Veteres autem non habêt tantam notitiam, quantam habêt Recentiores: & ideò auctoritas Recentiorum præferenda est, vt fundata in meliori motiuo, & cognitione.

6 Neque dicit bene Layman, *in Theolog. moral lib. p. tract. p. cap. 3. num. 5. versicul. notandum secundo*. quod, dum quis minùs probabilem putat veram, debet cẽseri falsam magis probabilem; Quia (vt ait Pasqualigus, *in p. to. decis. moral decis. 365. num. 3.*) quando ex oppositis opinionibus, altera est probabilior, potest intellectus vtrique assentir. Ratio est: quia licèt opiniones sint oppositæ, non tamen assensus oppositi sunt: quia sunt in diuerso motiuo: & obiectum opinionis; seù assensus opinatiui non consideratur secundum se præcisè, sed vt stat sub motiuo; vndè coniunctum cum ipso, & tali motiuo, est obiectum vnius assensus, & generat opinionem probabilem: & vt coniunctum cum alio motiuo, generat alium assensum minus probabilem. Vndè se habet, ac si esset multiplex obiectum positiuum absque oppositione: quia eumdem esse formale motiuum non habent, & proindè potest vtrique parti, vt probabili, assentiri ex diuerso motiuo.

7 Quando concurrit opinio Theologorum, & Canonistarum, in rebus Theologicis; & quæ pertinent ad forum internum, seù ad conscientiam; præferẽdam esse, vt probabiliorem, opinionem Theologorum. In rebus autem Canonicis, & quæ pertinent ad forum externũ, præferendam esse opinionem Canonistarum. Et ita dic de rebus Ciuilibus respectu Iuristarum. Ratio est: quia vnicuique credendum est in propria professione: cum enim in ipsa censeatur peritior, quam qui ex alterius professione, ideò auctoritas cuiuscumque ipsorum in sua professione est maioris ponderis. Dummodò, quod nesciant vtriusque partis ponderare fundamenta. Quia quando potest ponderare fundamenta vtriusque partis, tunc licèt possit sequi auctoritatem, potest tamen stare proprio iudicio, & censere probabilem opinionem, quæ ipsi videtur habere meliora fundamenta. Vndè si Theologi versati sunt inter Canones, semper opinio ipsorum præferenda est. Ita Azorius, *part. p. lib. 2. cap. 17. quæstion. tert.* Vilalobos, *tom p. sum tract p. difficult. 4. num. 5.* Baldellus, *tom. p. Theolog. moral. lib. 4. disput. 11. cap. 11. num. 16.* Pasqualigus, *tom p. decis. moral. decis. 366. per totam*, & alii.

8 Non tamen in eligenda opinione, attendenda est multitudo Doctorum, qui eam tradunt; sed ad rationes: quia aliquando vnus plures superat in speculando: quia sicut opinio, est opinio, ob rationem, cui innititur, à qua habet suam probabilitatem: ita etiam ob eãdem rationem est eligenda, quia est eligenda, ratione suæ probabilitatis. Sic Panormitanus, *in cap. p. de constitut. versicul. secundo casu principali*, vbi Ioann. Andrea Marcantius, *de probat. conclus. 1143. num. 3. & 5.* Azorius, *part. p. lib. sec. cap. 16. quæstion. 5.* Nauarr. *cap. 27. sum. num. 289.* Sanchez, *lib. 2. de matrimon. disput. 44. num. sec.* Vilalobos, *tom p. sum. part p. difficult 4.* Sancius, *in select. disp. 29. num. 7. & disput. 44. num. 68.* Sayrus, *in Clau. Reg. lib. p. cap. 6. num. 8.* Vasquez, *1. 2. tom. 1. disput 62. cap. 4. num. 13.* Castrus Palaus, *part. p. tract. 1. disput. 2. dub. p. nu. 7.* Baldellus, *part. p. lib. 4. disput. 11. num. 7. & 8.* Pasqualigus, *tom. 1. decis. moral. decis. p. d num. 1.* & alii. Non nego tamen, quando eum, qui non potest iudicare de ratione, cui opinioni innitatur, an sit magis, vel minus probabilis, posse attendere ad multitudinem Doctorum, qui eam tradunt: aut quando contra pluritatem Doctorum non concurrit ratio valdè probabilis, posse illos sequi: quia tunc prævalet præsumptio in fauorem ipsorum: præsumitur enim, quod probabili ratione moueantur, ad ita tenendum. Sic Azorius, *part. p. lib secund. cap. 16. quæstion. 5. in fine.* Pasqualigus, *tom. 1. decis. moral. decis. 1. num. 4. & 5.* Castrus Palaus, *part. p. tractat. p. disp. sec. pun. p. num. 8.*

9 Neque peccat ille, qui absque examine, bona fide sequitur opinionem Doctoris, & postea reperit falsam: quia dum eligit talem opinionem, eligit vt traditam à Doctore, quem supponit nõ tradere, nisi quæ probabilia sũt, & moueri rationabiliter, ad docẽdũ, quę docet; vndè

vndè prudenter se habet in electione opinionis, quatenùs, loco rationis, vtitur auctoritate, quam supponit, fundatam in ratione, & ideò non peccat. Ita Abbas, *in cap. cappellanus, de fer.* Innocent. *in cap. per tuas 2. de simonia.* Moditius, *in §. prudentiam respons. dub 8. nu. sec.* Pasqualigus, *decis. moralib. decis. 10. num sec.* Sanchez, *lib. p. sum. cap. 9. nu. 8.*

10 Opinio probabilis dupplex est, nempè Speculatiua, & Practica. Speculatiua est, quæ nihil dictat de opere faciendo, vel non faciendo. Practica verò est, quæ dictat, an aliquid sit faciendum, vel non faciendum: aut an liceat, vel non liceat v. g. Si quis opinetur probabiliter, rem, quam ipse possidet, esse Petri; dicitur, habere opinionem probabilem speculatiuam. Si verò opinetur probabiliter, se teneri, rem illam restituere; seù non licere, sibi illam retinere, dicetur, habere opinionem probabilem practicam. Similiter, si quis habet opinionem probabilem, quod aqua ex niue sale resoluta, sit materia sufficiens Baptismi, illa erit opinio probabilis speculatiua. Si verò opinaretur probabiliter, sibi licitum esse, cum tali aqua ministrare Baptismum, habere opinionem probabilem practicam. Ita Merolla, *to. p. disp. 3. cap. 4. dub. p. num.* 11.

11 Iterum Opinio, alia est Tutior, alia minus tuta. Dicitur Tutior, non quia sit probabilior, sed quoniam, qui illam sequitur, non potest peccare: Vt si sint opiniones contrariæ, de restitutione facienda: ea, quæ dicit, restituendum aliquod esse, dicitur tutior, quia in facienda restitutione, non potest esse peccatū. Sic Merolla, *to. p. disp. 3. cap. 4. num* 2. Altera verò opinio, quæ dicit non esse restituendum, habet obiectum, quod potest esse peccatum: vt de facto est, respectu motiui, ratione cuius opposita opinio dicit, esse restituendum. Ita Pasqualigus, *decis. moral. decis. triges. secund. num.* 1.

12 Iterum dicitur Opinio Communis, & est illa, quæ simpliciter plures habet Auctores, qui eam, adhibita discussione, & perpensius vtriusque rationibus sequūtur. Vide Reginaldum, *lib. 1. num* 93. & 105. Bonacinam, *de leg. disp. sec. quæst. 2. pun. 9. num. p.* & 12. Merolla, *to p. disp. 3. cap. 4. dub. p.* Sanchez, *to. p. sum. lib. 6. cap. 9. d. num. p.* Nauarrum, *in Manual. cap. 27. num.* 289. & alios.

13 Vndè Opinio, est assensus vnius partis, cum formidine alterius. Ita Bonacina, *de leg. disp. sec. quæst. 4. pun. 6. nu* 7. Scientia verò, est cognitio certa saltem moraliter alicuius rei. Sic Bonacina, *d. pun. 6. num.* 7.

An licitum sit, operari secundum opinionem probabilem, relicta probabiliori?

Dub. 2.

14 NEgatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia quando quis non potest habere certitudinem, tenetur (quantum fieri potest) ad veritatem accedere: quod fit, eligendo opinionem probabilem. Tum quia, qui minus probabile magis probabili anteponit, claudit sibi viam, ad inueniendam veritatem: quia magis probabile, est magis certa via, ad veritatem inueniendam: est autem contra rationem, claudere sibi viam, ad veritatem inueniendam. Ita Henriquez, *quodlibet 4. quæst. 33.* Adrianus, *quodlibet sec. quæst. 3.* Gabriel, *in 4. dist. 15. quæst. 8. dub. 2. in 3. part. prob. p.* Maior, *in 4. quæst. p. prolog.* Gerson *tract. 36. artic. 10.* Siluester, *v. dubium quæst. 2.* vbi Angelus, *quæst. p.* Tabiena, *num 4.* D. Antoninus, *3. part. titul. 3. cap. 10. §. 10.* Nauarrus, *cap. 27. sum. num. 288.* & *cap. si quis de pœnit. d. num. 33.* Caietanus, *v. opinionis vsu.* Corduba, *lib. sec. quæst. 3.* Sotus, *3. de iust. quæst. 6. artic. 5.* Conradus, *tract. 7. de contract. quæst. vltim. conclus. p.* Panormitanus, *in cap. cappellanus de feriis.* Armilla, *v. opinio §. p.* Perez, *in Lauria Salmatic. certam. 10. num. 95.* Comitol. *lib. Resp. moral. quæst. 15.* & alii.

15 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia opinio, eo ipso, quod est probabilis, est conformis rationi, & existimationi prudentum: ergò non facit contra rationem, qui eam sequitur, neque temeritatis, aut imprudentiæ notam incurrit: Nam temerè, & imprudenter fieri dicitur, quod absque ratione, & causa probabili fit. Tum quia, sicut Opinio probabilis in speculatiuis est, quam absque erroris periculo amplecti licet; ita etiam in moralibus Opinio probabilis est, quam absque peccandi periculo sequi licitum est: non enim semper obligatur homo ad id, quod melius, & tutius est: sed sufficit, vt operetur id, quod conforme rationi est. Tum quia, esset onus intolerabile

& multis scrupulis expositum, si Opiniones probabiliores inuestigare teneremur. Ita Medina, 1.2.quaest.19.artic.3. Viguerius, quaest.19.artic 6. dub.p.concl.4. Martinez, to.p part.2.quaest.19.artic.6. Petrus Nauarr. lib.3 de restit.cap.2. dub.13.num.237. Sayrus, in Clau. Reg lib p cap 5.num.4 & 8. Lopez, part.p sum cap.120. Henriquez, lib.4.de irregul cap.3.nu.3. Ledesma, to.2 sum tract.8. cap.22 art.22.conclus. Lesius, lib.2 cap.29.dub.8.nu.68. Naldus, v. opinio versic. Et tandem. Emanuel Sà, v. dubium num.3. Rodoriq. in exposit. Bull Cruciatae §.9.num.5. Vasquez, 1.2.disp.62.cap 4. Valentia, 1.2 disp.2.quaest.14 pun.4.quaest.4. & seq. Salas, tr.8.disp.unica sect.6. num.66. Montesinus, disp.19.quaest.5. Lorca, disp.29.de actibus humanis memb.p. Granad. tract 2. controu.sec disp.4. Corneius, tract.8. disp.3. dub.6 Malderus, quaest.19.artic 5.disp.86 assers.3. Tannerus, disp sec quaest.4. dub.3.num.36 Aluarez, disp.80. Auersa, quaest.18 sect.18 conclus.sec. Azorius, par.p.lib.sec.cap 12.& 16. Mercad. tract.p. de contract.cap.5. Aragonius, 2.2.quaest.63. artic.3. Bannez, ibi quaest.10. artic. p. Salonius, de iust.& iure quaest 63.controu.2.conclus.4 Gutierez, lib.p quaest.canon.cap.13.num.23. Suarez, 3.part. to.5.disp.40.sect.5.num.6.& de poenit. disp.22.sect.9.num.6. Sanchez, lib.sec.de matrim disp.51.num.9 & lib.p sum.cap.9 nu.14 Layman, in theolog.moral.lib p.tract p. cap.5. num 6. Reginaldus, lib.13.num.90 Filliucius, to 2. tract.21. cap.4. quaest.4. Bonacina, de leg. disp sec.quaest.4.pun 9 Pontius, lib.10.de matrim.cap 15. nu.4. Emanuel Barbosa, in Resp.dect.ad ordi Relig. lusit.lib. .titul 64.num.10. Garzias, to. sec.de Benefic part.11. num. 361. Vilalobos, tom p sum tract.p.diffic 10. num sec. Sancius, in select.disp 42.num.12. Portella, in dub Regul.v opinio. num.3. Farinac. consil 60.num.9.& in addit littera E. Sanctarellus, part.p.quaest 44 nu.7.& quaest.59.num.4. Diana, part.p.tract 13 resol.p. Barbosa, in collect in cap.cappellanus, nu.6.de feriis. Coninch. disp. 34.de matrim. dub.10 num.84. Gordonus, lib.p. Theolog.moral.quaest.9 cap.6. num.33. Bresserus, lib.3.de conscient.cap.6.num 71. Baldellus, part.p.Theolog.moral.lib.4.disp.12 num.p Merolla, to.p.disp 3.cap.4 num.24 & tom.sec. disp.4 cap.8. num.24. Castrus Palaus, part.p.tract.p disp.sec.pun sec. nu. sec. Pasqualigus, to.p.decis.moral. decis.5. num.3. Alphonsus de Leone, de offic. & potest.confess.par.sec.Recoll.p. num.46.fol.7 & Recoll.5.num.127 fol.421. & alii.

16 Vndè Primò: Potest quis ex duabus opinionibus, aeque probabilibus, eligere quamlibet voluerit; etiamsi non se determinet, ad sentiendum alteram tantum. Ratio est: quia cum vtraque opinio probabilis sit, vtraque etiam est dubia mensura operādi secundum rectam rationem: Vndè, siuè secundum vnam, siuè secundum alteram quis operetur, semper operatur cum conformitate ad rectam rationem: atque adeò operatio semper est recta, & honesta. Ita Corneius, 1.2.quaest 19.tract.8.disp.3.dub.4. D. Antoninus, 1 part.tract 30 cap.10.§.10. Adrianus, in quaest.de Restitut.longe post medium §.Dicendum est ergo, & §. mihi videtur. Nauarr.cap.27.in Manual.num.284. Pasqualigus, to.p. decis.moral. decis.14.num.2. & alii.

17 Secundò: Licèt sequi opinionem probabilem, etiam si adest formido, quod non liceat. Ratio est: quia si excluderetur omnis formido, illa opinio non esset probabilis, sed certa: in hoc enim differt probabilitas à certitudine, quòd probabilitas admittit aliquam formidinem de opposito, quam omninò excludit certitudo. Vndè cum stet probabilitas simul cum formidine, stat etiam, quod, non obstante formidine, illa opinio sit sufficiens regula, ad honestè operandum, quia iam est secundum rectam rationem: recta enim ratio, licèt cum formidine, indicat, id licere: nam motiuum probabilitatis facit, quod intellectus determinatè assentiatur; licèt cū aliqua formidine: Alioquin, si deberet excludi omnis formido, rarò rectè operaremur: quia rarò habemus iudicium certum, absque illa formidine. Ita Gerson. de prapar. ad missam consid.3.alphab.37.littera S. Vasquez, 1.2. disp 62. cap.5. num. 26. vbi Salas, tract.8. disp p. sect.4. num 40. Sanchez, lib.p.sum.cap.9. num.18. Merolla, to p.disp 3.cap.4 dub.p.corollar.3.num.33. Baldellus, part.p Theolog.moral disp.10.num sec. Pasqualigus, to p.decis.moral decis.17.num sec. & alii.

18 Quod si alicui non constaret euidenter, quod aliqua Opinio sit probabilis, sed tantum de hoc haberet aliquā probabilitatem, existimāt Merolla, to.p.disp.3 cap.4 num 33.versic.Quod si Bresserus, lib 3.de conscient. cap.5. num 64. & Baldellus,

dellus, *num. 7.* in hoc casu non posse iuxta illam operari; si ex altera parte contraria adest opinio, euidenter probabilis. Secùs verò si nulla Opinio euidenter probabilis esset in oppositum.

Pasqualigus verò, *in p. to. decis. moral. decis. 18. num. 2.* ait: Vt possit quis secura conscientia operari, secundum opinionem probabilem, non est necesse, vt ipsi euidenter constet de probabilitate ipsius, nec vt aliquo alio modo sit certus de probabilitate: sed sufficit, si probabiliter iudicet, esse probabilem. Cuius ratio est: quia semper opinio, eo ipso quod probabilis est, conformatur rectæ rationi: ergo, quando agitur, de eligenda opinione, quam sequeris, potes dirigere hanc operationem electionis secundum opinionem probabilem: & proindè, vt eligas opinionem probabilem, sufficit, quod probabiliter iudices quod sit probabilis: nec opus erit, quod sis certus.

20 Tertiò: Dubius de probabilitate opinionis, non potest illam sequi: quia tūc non potest formare determinatum iudicium practicum, quod licèt operari secundum illam opinionem: sicut nec potest iudicare, quod illa opinio sit secundum rectam rationem. Vndè operaretur cum conscientia dubia, quod non licet. Ita Medina, 1. 2. *quæst. 19. artic. 6. § si quis agat.* Salas, *tract. 8. disp. p. sect. 5. num. 44.* Valentia, *disp. sec. quæst. 14. pu. 4. quæst. 4. versic. Quod si verò.* Sanchez, *lib. p. sum. cap. 9. num. 18. in fine.* Brafferus, *lib. 3. de conscient. cap. 5. num. 64.* & alii.

21 Quartò: Obligatio, sequendo opinionem, quæ fauet possessioni, non adest: quia, cum vtraque opinio sit probabilis, vtraque etiam est eligibilis, vt recta regula operandi: neque possessio fauet, vt teneatur eligere, quæ ipsi fauet: quia non obligamur, ad eam manutenēdam, nisi in virtute operationum, quæ sint regula operandi, & proindè possessio dependet ab opinione: non autem eligibilitas opinionis à possessione. Ita Sanchez, *lib. sec. de matrim. disp. 41. nu. 30.* Vilalobos, *to. p. sum. tract. p. diffic. 9.* Pasqualigus, *to. p. decis. moral. decis. 21. num. 1.*

(:†:)

Dubitatur Primò: An sequi possumus opinionem probabilem, & minus tutam, relicta probabiliori, & magis tuta?

22 NEgatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia in dubiis tutior pars est amplectenda, *cap. si quis, autem de pœnit. dist. 7. & cap. inuenies de sponsalibus.* Tum quia, quando quis sequitur opinionem minus tutam, præsertim si sit minus probabilis, se exponit periculo peccati, & vtitur regula dubia ad regulandam suam opinionem. Ita Adrianus, *quodlibet sec. articul. 1.* Alens. *part. sec. quæst. 112. memb. 8. cas. vlt.* Caietanus, *v. opinio.* vbi Armilla, & Angelus Almain, *tract. 3. moral. cap. 18.* Siluester, *v. dubium, quæst. sec.* D. Antoninus, *p. pa. titul. 3. cap. 10. § 10. regul. 4.* Antoninus Perez, *in laurea Salamat. certam. 10. nu. 15.* Conrad. *tract. 7. de controuer. quæst. 110. concl. p.* Comitol. *lib. p. resp. moral. qu. 15.* Gabriel, *in 4. dist. 15. quæst. 8. artic. 3. dub. 3. probat. 3. pro 1. conclus.* & alii, quos num. 14. citauimus.

23 Secunda opinio ait: Licere, sequi opinionem minus tutam, quando est magis probabilis. Secùs, quando est minus probabilis, aùt etiam æquè probabilis. Ita Medina, 1. 2. *quæst. 19. artic. 6.* Corduba, *lib. 2. qq. quæst. 3.*

24 Tertia opinio ait: Licitum esse, operari iuxtà opinionem probabilem, & minus tutam, etiamsi sit minus probabilis, relicta opinione tutiori. Cuius ratio est: quia in moralibus operationibus non est necesse, sequi quod optimum, & tutissimum est; sed sufficit, sequi bonum, ac tutum. Quod autem probabilis opinio tradit, id bonum, ac tutum est: ergo licitum est eam sequi, quamuis opposita opinio tutior: idest, quæ magis remota sit ab omni peccati specie, seù similitudine. Ita Vasquez, 1. 2. *disp. 62. cap. 4. num. 14.* Valentia, *disp. sec. quæst. 12. pun. 5. qu. p. & quæst. 14. pun. 2. quæst. 4.* Salas, *quæst. 21. tract. 7. disp. vnica, sect. 6. nu. 66.* Martinez, *quæst. 19. artic. 6.* Malderus, *quæst. 19. artic. 5. disp. 86. conclus. 3.* Aluarez, *disp. 80.* Lorca, *disp. 39. memb. 3.* Aragonius, 1. 2. *quæst. 63. artic. 4.* vbi Bannez, *quæst. 10. artic. p. dub. 3.* Salonius, *quæst. 63. artic. 4. controu. sec. concl. 4.* Corneius, *tract. 8. de conscient. disp. 3. dub. 5. & 6.* Vignerius, *quæst. 19. artic. 6. dub. 6. conclus. 4.* Tannerus, *disp. 2. quæst. 4. dub. 3. num. 36.* Auersa,

sa, qu. 18. sect. 17. conclus. secund. Nauarr. in manual. cap. 27. num. 286. & 288. Azorius, part. p. lib. sec. cap. 16. quæst. sec. Suarez, in 3. part. tom. 5. disp. 40. sect. 5. num. 6. Gutierez, lib. p. quæst. canon. cap. 13. num. 23. Henriquez, lib. 14. de irregul. cap. 7. n. 3. Lopez, part. p. cap. 110. Sayrus, in Claui Reg. lib. p. cap. 6. num. 4. & 16. Sanchez, lib. p. sum. cap. 9. num. 14. Merolla, to. p. disp. 3. cap. 4. numer. 14. Layman, in Theolog. moral. lib. p. tract. p. cap. 5. §. 2. numer. 7. Ledesma, to. sec. sum. tract. 8. cap. 22. Pontius, de matrim. lib. 10. cap. 15. num. 4. Diana, part. sec. tract. 13. resol. p. & part. 4. tr. 4. resolut. 4. Bressellus, lib. 3. de conscient. cap. 6. num. 73. Baldellus, tom. p. Theolog. moral. lib. 4. disp. 21. num. 7. Pasqualigus, to. p. decis. moral. decis. 32. num. 7. & alij.

Dubitatur Secundò: An doctrina tradita de sequenda opinione probabili, etiam relicta probabiliori, sit vniuersaliter vera non solum de opinione probabili practica, sed etiam de opinione probabili speculatiua?

25 PRima opinio negat. Cuius ratio est: quia, si quis rem aliquam inueniat, nescit verò cuius sit determinatè, sed tantum habet rationes, seu coniecturas probabiles, quod sit Petri: & ex alia parte, habet alias rationes, æquè probabiles, quod sit Pauli, non potest rem illam totam Petro, aut Paulo restituere, sed tenetur, eam inter illos diuidere, si est diuisibilis, vni rem, alteri dimidium æstimationis applicandum est, vt de conscientia dubia diximus. Ergo, non semper ex duabus opinionibus probabilibus speculatiuis, licitum est, alteram sequi, inferendo ex illa similem opinionem probabilem practicam, & iuxta illam operari. Antecedens verò probatur: quia cum ius vtriusque æquale sit, non est maior ratio, cur potius vni, quàm alteri res applicetur. Consequentia vero patet. Confirmatur, nam idem tenetur facere Iudex in foro externo, vt ex communi sententia patet: Sed idem in vtroque foro iudicandum est, quandò externum non innititur falsæ præsumptioni, nec damnat ad pœnam, Iudicis sententiam requirentem, vt ex communi opinione etiam patet. Tum quia, si contraria opinio esset vera, sequeretur, esse omnino arbitrio pœnitentis confiteri, vel non confiteri peccata dubia: Sed consequens est falsum, vt omnes concedunt: ergo, &c. Ita Granad. in 1. 2. tract. 12. disp. 4. num. 22. Gersonius, 2. part. tit. p. de Reg. moral. Nauarr. in cap. si quis num. 57. Suarez, lib. 5. de leg. cap. 18. numer. 20. Salas, 1. 2. tract. 8. disp. p. sect. 5. num. 58. & 60. Lessius, lib. 2. cap. 10. dub. 6. Victor. relat. de iure bell. quæ est posterior de Indis insulam. num. 27. Garzia, to. sec. de Benef. part. 7. cap. 9. num. 24. Becanus, 1. 2. tract. p. cap. 4. quæst. 9. num. 7. Merolla, tom. p. disp. 3. cap. 4. dub. 3. num. 96. Petrus Marchant. in Trib. sacram. to. p. tract. 5. titul. 5. quæst. 4. Ouidius, in part. sec. tract. 5. contr. 3. pun. p. num. 10. Ioseph. Roccafull. in prax. Theolog. moral. to. sec. part. 9. lib. 3. cap. 5. num. 41. & videtur inclinare Diana, part. 9. tract. 6. resolut. 21. Vndè, secundum hanc opinionem, doctrina supra tradita, de sequenda opinione probabili, etiam relicta probabiliori, non est vniuersaliter vera de opinione probabili speculatiua, sicut diximus de opinione probabili practica.

26 Secunda opinio, ait: Quod opinio quæ est speculatiuè probabilis, est talis etiam practicè: quia nulla opinio est speculatiuè probabilis, quæ etiam in praxi tutò amplecti non possit: nam probabilitas practica, est effectus speculatiuæ: & eo quis operatur bene, vel malè, quod speculatiuè iudicauit esse licitum, vel illicitum. Vndè, quando opinio est probabilis speculatiuè, est etiam probabilis practicè: nam quando intellectus potest iudicare, quod opinio speculatiuè probabilis potest applicari ad opus, secundum regulas rectæ rationis, est etiam practicè probabilis: quotiès autem est speculatiuè probabilis, potest intellectus hoc iudicare: quia opinio est secundum regulas rectæ rationis: tunc autem potest intellectus opinionem, secundum regulas rectæ rationis, applicare ad operationem, quando operatio secutura est conformis regulis rectæ rationis: nã tunc certum est, quod nullam offensam Dei continebit. Ita Sancius, in select. disp. 44. num. 61. & disp. 54. num. 11. Pasqualigus, to. p. decis. moral. decis. 362. num. 3. & 5. Serra, in part. sec. D. Thomæ, to. p. quæst. 19. artic. 6. dub. 4. Pellizarius, in Man. Regul. tom. p. tract. 4. cap. p. num. 1. 9. Ioa. Henriquez, in qq. Pract. sect. p. quæst. 4. & alii.

An quando fas est, sequi opinionem probabilem in vita, liceat etiam sequi illam in articulo mortis? Dub. 3.

47 IN tali articulo, posse sequi opinionem minus probabilem, relicta probabiliori, dicunt Sancius, *in select. disp. 19. num.* 8. Diana, *part. 2. tract. 13. resol. 9.* Pasqualigus, *to. 1. decis. moral. decis. 17. & num. 1.* Quorum ratio est; quia magis tenemur, fugere tempore mortis offensam Dei, quam quocumque alio tempore: undè si in alio tempore possumus sequi, absque periculo offensæ Dei, opinionem minus probabilem, poterimus etiam tempore mortis: quia sola obligatio, vitandi offensam Dei, potest facere, quod non possumus sequi. Tum quia militat eadem ratio tempore mortis, quæ militat reliquo tempore: ideò enim possumus sequi opinionem minus probabilem, quia est conformis regulis rectæ rationis: in hoc enim consistit probabilitas; & ideò, eam sequendo, honestè operamur; seu cum conformitate ad rectam rationem: hoc autem semper est licitum, cum ex genere suo dicat illum modum operandi, quo homo ordinatè se haberet respectu vltimi finis: vndè tempus mortis non potest excludere talem modum operandi.

Quæ nam opinio censenda sit, eligi ab illo Doctore, qui pluries refert, nec explicat quam sequatur? Dub 4.

28 IN hoc dubio dicendum est, approbare illam opinionem, quam refert vltimo loco: nisi aliud in contrarium dicat. Hoc autem deducitur ex eo, quod communiter Doctores solent vltimo loco referre opiniones, quas amplectuntur; & quia recensitis opinionibus, vltimo loco fertur de ipsis iudicium. Vndè quando iudicium non fertur explicitè, censetur ferri implicitè in sententiam vltimo loco. Ita Gloss. *in leg. qui filium. §. Sabinos, ff. de treb.* Decius, *in cap. 1. num. 2. & seq. de const.* Alex. *cons. 61 circa finem lib. 5* Medina, *in §. lex est dubia 125 num. 13.* Farinac. *in Repert judicial. quæst 14 num. 19.* Corata, *lib 1 de comm. un opin. tract 6. num 99.* Pasqualigus, *to. p decis. moral. decis. 6. num 1 et 2*

29 Limita hanc opinionem, cum Pasqualigo, *num. 3.* Nisi Doctor sit merus compilator: quia tunc non sustinet personam Doctoris, sed tantum Compilatoris: & ideò non refert iudicium de sententiis, quas colligit: sed relinquit examinandas lectori, & proindè non curat ponere vltimo loco, quæ ipsis placent. Quando verò est merus Compilator, dignoscitur ex eo, quod numquam, aùt rarò circa sentētias fert iudicium suum.

30 Prætereà aduertere opportet cum ipso Pasqualigo *num. 4.* quod quando Doctores, soliti iudicium suum ferre circa sententias, eas ita referunt, vt non declarent, quam sequantur, quamuis propendeant in eam, quam vltimo loco ponunt; valdè tamen dubii sunt, & potius volunt, vt alii iudicium ferant: nam si absolutè amplecterentur aliquam opinionem, apertè suam sententiam declararent: quod tamen non habet locum, quando suspicari potest, quod ob aliquem respectum iudicium suum non proferant. Vndè quando Doctor adhibet hanc particulam, *Tu cogita*, aut æquiualentem, non est censendus, approbasse opinionem vltimo loco relatam, vt vult Farinacius, *in Repert. iudicial. quæst. 14 num. 40.* sed quod velit, illam opinionem esse sequendam, quam tradit melioribus fundamentis firmatam.

An in administratione Sacramentorum, liceat sequi opinionem probabilem, & minus tutam, relicta probabiliori, & tutiori? Dub. 5.

31 NEgatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est; quia hoc distat inter Iudicium de iure; nimirum, quando dubitatur, An aliquid sit licitum, nec ne? & Iudicium de facto, idest, An res, hoc modo facta, valeat, nec ne? quod prius ordinem ad operandum dictat, atque ita omne malitiæ periculum, quod forsan, est in reipsa, tollit: Posterius autem dictat ordinem ad rem ipsam, nec periculum irritationis rei tollit; quia in priori casu excusatur, sequens opinionem probabilem; non autem in posteriori: quippe quantumuis opinio probabilis sit, non cessat periculum irritationis. Ita Scotus, *in 4. dist. 11. quæst. 6. § Hic breuiter.* Suarez, *tom. 4. in 3. part. disp. 26. sect. 6. nu. 5 & to. 3. in 3. part disp. 21 sect. 4. ad finem* Sotus, *lib. de instit. sacerd. lect. 2. de Euchar.* Valentia, *part. 3 disp. 6 quæst 4. pun. p.* Coninch *de sacra. quæst. 66. artic. 7. dub. 2. ad finem.* Illuins,

de

de sacram quæst. 60. artic. 8. quæst. 3 concl. 3. Salas, 1. 2. tract. 8. disp. 1 sect. 5. num. 56 Medina, 1. 2. quæst. 9. artic. 6. §. ad argumentum in contrarium. Henriquez, lib. II de sacram. cap. 9. num. 15. Diana, part. II tract. 15. resolut. 19. Sancius, in select. disp. 44 à num. 10. Bresserus, lib. 3 de conscient. cap. 9. & alii.

32 Affirmat verò secunda opinio. Cuius ratio est: quia sicut in qualibet alia materia licitum est, sequi opinionem probabilem, omissa probabiliori, ac tutiori, & ex illa deducere iudicium rectũ conscientiæ, ad operandum; ita etiam licitum est in materia Sacramentorum: non enim videtur maior ratio de vna, quam de alia. Quod enim dicitur in Sacramentorum administratione subesse periculum, vt si tutior pars non eligatur, fit irritum Sacramentum; non videtur sufficere, vt partem tutiorem necessariò debeamus eligere. Nam si ratio probabilis asserit, non fieri irritum Sacramentum, probabiliter etiam sequitur, eo modo rectè, & ritè administrari. Quarè non erit contra prudentiam, & religionem, ex hac opinione colligere iudicium singulare, quo credamus, licere nobis administrare eo modo Sacramentum. Confirmatur, nam quemadmodum licitum est vti opinione probabili, ne aliquid restituatur, quamuis periculum sit à parte rei, an res sit aliena: eodem modo licebit sequi opinionem probabilem in administratione Sacramentorum, & ex illa deducere iudicium conscientiæ ad rectè operandum; etiam si in re periculum sit efficiendi irritum Sacramentum. Confirmatur secundò, nam cum sunt variæ opiniones de obseruatione alicuius præcepti, non censetur transgressio, operari secundum opinionem probabilem, minus tutam, cum qua est periculum faciendi aliquod quod reipsa vetitum est. Ita Vasquez, 1. 2. disp 63 cap 2. Seyrus, in Clau. Reg. lib. 1. cap. 7. à num. 5. Salonius, 2. 2. quæst. 63. artic. 4. controu. 2 ad 2. Sanchez, lib. 1. sum. cap. 9. num. 33. Pharaonius, in sui promptuar. tract. 1 sess. 3. cas. 14. & alii, & probabilem vocat Salas, 1. 2. quæst. 21. tract. 8. disp. unica sect. 10 num. 96. Limitant hi Doctores hanc opinionem, vt vera sit tantum, considerata solum obligatione ex virtute religionis: nam aliquando potest Minister peccare contra charitatem proximi, eò quod, omisso remedio suæ salutis certo, applicat incertum.

33 Vt melius in hac dubitatione procedamus, sciendum est: Quod in administratione Sacramentorum possumus duo considerare: Alterum est reuerentia debita Sacramentis, ex virtute religionis: Alterum verò est obligatio charitatis, prouidendi proximo remedium per Sacramentum.

34 Vnde Primò: Quando sunt diuersæ opiniones de materia, & forma Sacramentorum, etiam si opinio aliqua probabilior sit, quam alia, semper obseruãda est consuetudo communis Ecclesiæ: & ea forma, & materia, quâ communiter vtitur Ecclesia, vtendum est: atque oppositum esset graue peccatum. Ita communiter Doctores.

35 Secundò: Præscindendo ab vsu, & cõsuetudine Ecclesiæ, peccat mortaliter Minister Sacramentorum, saltem contra charitatem, si sequatur opinionem probabilem, immò etiam probabiliorem minus tutam; cùm potest tutam eligere, & sequi in administratione Sacramentorum, dicunt communiter Doctores. Hoc autem verum est saltem de Sacramentis, quæ sunt necessaria ad salutem, necessitate medii, vt sunt Baptismus, & Pœnitentia. Quorum ratio est: quia obligatio charitatis, & misericordię hoc postulare videtur, vt si proximo possumus certum remedium, & sine vllo periculo adhibere, non adhibemus illud, quod forsan in re nullius erit momenti. Qui autem, administrans Sacramentum, partem minus tutam eligeret; etiam si ea pars probabilior esset, huic periculo proximum reipsa exponeret, vt forsan reipsa careret remedio: vel quia reipsa nullum esset illud Sacramentum: vel quia careret effectu gratiæ. Et hoc verum est, non solum quando Sacramentum administratur paruulis, sed etiam quando administratur adultis: quia ratio illa, in vtrisque militat.

Quænam opinio eligenda sit, illa, quæ est fauorabilis Sacramento, an illa, quæ est fauorabilis Suscipienti?

Dub. 6.

36 Eligendam esse opinionem fauorabilem suscipienti, ait Diana, part. 1. tract. 13 resolut. 13. quia Sacramenta instituta sunt in fauorem fidelium: & in hoc casu Sacramentum cedit iuri suo.

Vnde

37 Vnde Primò: Moribundus, qui petiit confessionem, potest absolui. Et ita dic de illo, qui signa pœnitentiæ ostendit, aliquo hoc testante. Ratio est: quia talis moribundus, eò quod ostendit, se dolere de peccatis cum signis contritionis; vel etiam petit Sacerdotem, à quo absoluatur, fatetur se peccasse; petitque, vt adstantes, tamquam suæ voluntatis interpretes, id Sacerdoti præsenti denuntient, ab eoque absolutionem pro se petant: casu quo; id per se facere non possit: ergo dum hi id faciunt, ipse per eos, tamquam per suos interpretes, præsenti Sacerdoti confiteatur. Ita Vasquez, *in 3. part tom. 4. quæst. 91 artic. 2 dub. 1 num 4 & 5. & in 2. part disp 62. cap. 7 num* 40. Ioan. del Cruz, *in direct. conscient. part sec. de Sacrament. pœnit. quæst. 3.* Maldonatus, *in sum. cas conscient. quæst. 19. artic.* 14 Valentia, *tom.* 4 *disp. 7 quæst. 11. pun. p.* Reginaldus, *tom. 1 lib. 8 part. 3. numer.* 28. Toletus, *lib. 3 cap* 8 *num. sec.* Emanuel Sa, *v. absolutionum.* 10. Henriquez, *lib.* 5 *cap sec num* 7 *& lib. 6. cap* 30 *num* 7. Naldus, *v. infirmus, num.* 8. Pontius, *lib. 4 de matrim. cap* 25 *num* 8. Suarez, *tom. 4 disp. 23. sect. p. §. de eo, qui confessionem petijt.* Coninch. *disp. 7. de Sacramen. dub. 10. num. 99.* Fagundez *præcep sec. lib. 3. cap. p. nu.* 16. Filliucius, *tom. p. tract. 7. cap. 5. num.* 122. Layman, *in Theolog. moral. lib. 5 tract. 6 cap.* 8 *num* 4 Megula, *part p. lib. p cap. 11. num.* 8. Molfesius, *tom. 1. sum. tract. 7. cap* 5. *nu.* 4. Thomas à Iesu, *in tribunal. conscient. cap* 11 § 10. Capiaulla, *tract. de Sacram. temp. pest. cap 3. quæst.* 10. Zambranus, *de cas. temp. mort cap 4. dub. 2. per totum.* Pharaonius, *de Sacram pœnit. tract. p sess.* 16. *cas* 16. Corduba, *in qq. lib. 3. quæst.* 39. Medina, *tract. p. de confess. quæst.* 39. Pitigianus, *in 4. to. sec. disp. 17 quæst unica, artic 6. conclus 4. & 5.* Siluius, *in addit. ad 3 part. D. Thomæ quæst. 9 artic. sec. qu. 5. num.* 176. Ludouicus à S. Ioan. *tom p. sum. tract. de pœnit. quæst 5 artic. 19. dub* 6. Corriolanus, *de cas. reseru part. p. trac. 9. diffic. 37. num.* 9. Bellochius, *in prax. Theolog. part p. quæst. sec num.* 112. Antonius de Litteratis, *part. 1. sum. cap.* 35. *num.* 7. Diana, *part p. tract. 13. resol. 13. & part. 3 tract. 3. resolut.* 4 Sanchez, *de matrim lib sec. disp. 36. num* 8. Salas, *t. 2 trac. 8 disp. vnica, sect 5. nu.* 56. Petrus Fay. *in 3 part. qu. 9. art. 1 disp* 2. & alii.

38 Secundò: Absolutio danda est ei, qui nutibus tantum quærit à Confessario absolutionem, dicunt Reginaldus, *de prudent. confess. cap. 1. par. 2. num.* 16 Regius, *in solut. cas.* 39. *num.* 4. Alphonsus de Leone, *de offic. & potest. confess. to p. Recollect* 6. *num.* 21. Pharaonius, *de Sacram. pœnit tract. p. sess.* 16. *cas* 15. Thomas de Iesu, *in trib. conscient. cap. 11 §.* 10. Regnitius, *in lucerna Paroch tit. de absol. q.* 97. Suarez, *to 4 disp. 23 sect. 1 n.* 5. Salas, *t 2. tr 8. d. confess. 5 n.* 56. Pitigian. *in 4. to 2. disp 17 q. vn. art. 8. concl.* 4 Ruard. *to. p. contra Lutherũ, art. 5. post initiũ.* Turrian *de pœnit. q 9 tr 2. disp. 30 dub.* 1. Megul. *p. p. lib* 1. *ca.* 11. *n* 8. Dian. *pa. 3. tr. 3 resol p* Fernãd *instru. docum.* 4. *n.* 31. Coninch *de Sacr. disp. 7. dub. 10. n.* 97 & alii.

39 Tertiò: Quando Confessarius, ex opinione probabili, absoluit moribundum, potest absolutionem præbere ei, sine conditione, dicunt Vasquez, *in 3. par. to. 4. quæst. 91. artic 2 dub 1. num.* 39. & Sancius, *in select. disp.* 44. *num.* 32. quia sequens opinionem probabilem, potest sine conditione absoluere pœnitentem, qui per signa petit absolui, & sic tacitè confitetur: nam ille, qui agens aliquam actionem, iudicat se non delinquere; absolutè potest illam exercere: nec opus erit, conditionem addere. Vndè quandò communiter dicunt Theologi, ministrandum esse Sacramentum sub conditione, quando dubitatur de valore Sacramenti: id intelligendum est in dubio proprio, non in opinionibus.

40 Ad sequendam verò opinionem probabilem, non requiri certum iudicium conscientiæ, quod dictat, licere operari secundum talem opinionem: sed sufficit, quod hoc iudicium probabile sit. Ratio est: quia iudicium conscientiæ, eo ipso, quod est probabile, est etiam prudens, atque conforme rectæ rationi: qui autem sequitur iudicium, conforme rectæ rationi, honestè operatur: quia operatur secundum dictamen rationis, & secundum iudicium practicum, quod est regula benè operandi. Ita Gerson. *trac. de præparat. ad missam consid 3. alphabet. 37. litt S* Corduba, *lib. 3 quæst. 5 propos.* 3. Sanchez, *lib. p sum. cap. 9. nu.* 18. Vasq. *1. 2 disp. 62. cap. 5. num.* 26. Salas, *tract* 8. *disp. vnica, sect. 4. num.* 4. Granad. *contro. 2. tr 12. disp. 3. sect* 3. Meroll. *to p disp. 3. cap. 4. dub. p. coroll. 3 nu.* 33. Bressetus, *lib 3. de consc. ca. 5. nu.* 57. Lorca, *disp.* 39. Pasqual. *decis. moral. decis.* 34. *num.* 3. & alii.

An in Sacramento Pœnitentiæ, quando agitur de iurisdictione Confessarii, possit ille, & Pœnitens vti in eius administratione, & receptione, opinione probabili, relicta probabiliori?

Dub. 7.

41 NEgatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia cum iurisdictio sit vnum ex essentialiter requisitis adhoc Sacramentum, debitè ministrandum: sicut non licet in aliis Sacramentis probabilibus tantum vti, relictis certis; sic multo minus hic licet: quia quis exponeret se periculo nil faciendi. Cum enim opinioni probabili subesse possit falsitas; ea solum quandoque, & rarissime, in casu multum rationabili, & necessitatis licet vti: cum nimirum ob bonam fidem, & rationes occurrentes supplere censeatur Ecclesia iurisdictionem, quæ fortè ratione falsitatis, in ista opinione deesse posset: Tunc autem tantum censetur Ecclesia supplere iurisdictionem, quando quis talis iurisdictione ex causa rationabili vtitur, & aliàs certa sinè incommodo non est ad manum: Nemini enim Ecclesia vult patrocinariis, quæ plane irrationabilia sunt, aut fraud., dolo, vel præsumptioni, & leuitati nituntur, siue quæ contra propria, vel expressa mandata planè volũtariè assumuntur: qualis est assumptio iurisdictionis probabilis tantum, relicta certa. Ita Petrus Merchantius, *in trib. Sacrament. tom. 1. tract. 2. tit. 3. quæst. 4.* Peregrinus, *in comment. ad constit. part. 1. cap. 5. littera C. & part. 3. quæst. 6.* Ouiedo, *in 1. 2. D. Thomæ tract. 5. cont. 3. pun. 4. à num. 33.* & alii.

42 Secunda opinio affirmatiuè respondet. Cuius ratio est: quia probabilis opinio confert Sacerdoti iurisdictionẽ; & sic nulli periculo penitens exponitur. Tum quia, supposita probabilitate opinionis, non est minus bonum, illam sequi, quam oppositum: & si quis non peccat, minus tutam sequendo, non minus tutè quam alius incedit, quo ad incurrendam culpam: quia non est dare magis, vel minus inter peccare, & non peccare: & cum vna opinio non sit magis tuta, quam alia, quo ad imputabilitatem ad culpam; consilium non habet locum, vt dictet, vnam esse magis sequendam, relicta altera. Et ita qui iuxta opinionem minus probabilem operatur, etiam contra rectam iudicium, & consilium non agit. Tum quia, opinio, eo ipso quod est probabilis, est conformis rationi prudentum: ergo non facit contra rationem, qui eam sequitur, neque temeritatis, aùt imprudentiæ notam incurrit: nam temerè, & imprudenter, fieri dicitur, quod absque ratione, & causa probabili fit. Ita Castrus Palaus, *tom. 1. oper. moral. disput. 2. pun. 5. numero nono.* Lesius, *lib. secund. cap. 29. dub. 8. num. 68.* Bonacina, *de leg. disput. secund. quæstion. 4. pun. 9. num. 19.* Malderus, *in 1. 2. D. Thomæ, quæstion. 19. articul. 5. disput. 86.* Sanchez, *tom. 1. sum. lib. 1. cap. 9. num. 35.* Laurentius Cutillus, *in addit. Mancini part. 1. dub. 3. fol. 310.* Sancius, *in select. disputat. 44. num. 3.* Summa Corona, *part. 4. de confess. cap. de ministro num. 52 dub. 5.* Diana, *part. 3. tract. 3. resolut. 3. versicul. Ex his infero, & part. 4. tract. 4. resolut. 4.* Granadus, *in 1. 2. D. Thomæ controuers. secund. tract. 11. disputat. 4. sect. 4. num. 38.* Henriquez, *lib. sec. de pœnit. cap. 4. num. 3.* Suarez, *tom. 4. in 3. part. disputat. 26. sect. 9. num. 7. & 8.* Serra, *in part. secund. D. Thomæ, to. sec. quæst. 19. articul. 6. dub. 4.* Fragosus, *de Regim. Reip. Chr. tom. sec. part. sec. lib. 8. disp. 19. §. p. num. 23.* & alii.

43 Et præter Doctores citatos tenent hanc opinionem Primò illi, qui dicunt approbatum ab vno Ordinario, posse vbique eligi in Confessarium, virtute Bullæ Cruciatæ. Quorum ratio est; quia si quis eligeret hãc opinionem, relinqueret Confessarium certum pro incerto: sed quia in tali casu opinio probabilis, ex consensu Ecclesiæ, confert iurisdictionem, ideò in praxi illam sequi posse, non esse dubitandum. Ita Bartholomeus à S. Fausto, *in Thesaur. Relig. lib. 4. quæstion. 50. numero secundo.* Molfesius, *tom. 1. sum. tractat. 11. cap. 15. num. 204.* Bonacina, *de leg. disput. 4. quæstion. sec. pun. 6. §. 3. num. 12.* Vilalobos, *tom. 1. sum. tractat. 27. claus. 9. §. sec. num. 6.* Ledesma, *tom. p. sum. tractat. de pœnit. cap. 13. conclus. sec. dub. 6.* Fernandez, *par. 3. cap. 9. § 17. sect. sec. num. 3.* Diana, *part. p. tractat. 11. resolut. 13. & part. 4. tractat. 4. resolut. 4. versicul. Hanc etiam.* Sanchez, *tom. p. sum. lib. 4. cap. 5. numer. 26.* Florenus, *de cas. reseruat. part. prim. cap. quart. paragrapho tertio, num. 22.* Sanctarellus,

ctarellus, *tractat. de iubileo cap 8. dub. 9.* & alii.

44 Secundò sunt illi Doctores, qui dicunt: Posse, simplicem Sacerdotem absoluere moribundum, præsente proprio Parocho. Sic Barbosa, *de potest Episcop. part. 2. alleg. 25. num. 51.* Coriolan. *de cas. reseruat. part. p sect. 2. artic. 16. nu. 7 & 8.* Ludouicus à S. Ioan. *part. p. sum. de pœnit. quæst. 6 artic. 6. dub. 4.* Ioa. Valerius *in diffic. vtriusque fori v. excommun. diffic. 23. num p.* Angles, *in floribus 4. to. 2. quæst de confess. artic. de minist. diffic. in articulo mortis.* Zerola, *in prax. de pœnit. cap. 15. num. 4.* Corradus, *de cas. reseruat. part p quæst 12.* Vilalobos, *to. p sum. trac. 27. clausu. p 6. sec. num 7.* Diana, *part. p. tr. 5. resol. 5. & part. 4. tract. 4. resol. 4. versic. Hinc etiam sententiam, & part 5. tract. 3. resol. 60.* & alii.

An Confessarius teneatur, sequi Pœnitentis opinionem, & eum, secundum suam opinionem absoluere?

Dub. 8.

45 PRima opinio ait: Quando est proprius Confessarius, v. g. Parochus pœnitentis, se, opinioni illius, contra propriam conferre potest: Secùs, si non sit proprius Confessor: Quia tunc peccabit. Cuius ratio est: quia prior, ex officii necessitate confessiones audit. Posterior verò voluntariè. Ita Contradus, *tract. 7. de contract. quæst. 100. conclus. 3.* D. Antoninus, *2. part. tit 17. cap. 20 § sec.* Angelus, *v confessio. 4. num. 13.* Siluester, *ibid. 3. quæst. 7.* & alii.

46 Secunda opinio ait: Quando agitur de damno tertii (vt in casu restitutionis) in hoc euentu, vera est distinctio primæ sententiæ. Vbi verò de damno tertii nõ agitur, dicit, vtrumque Confessarium debere, se opinioni Pœnitentis conformare. Ita Medina, *C. de confess. quæst. de confess. dimidiatæ iteranda versic sequitur iam.*

47 Tertia opinio absolutè ait: Vtrumque Confessarium id posse. Cuius ratio est: quia tunc Pœnitens, sequens opinionem probabilem, prudenter agit, idest, sine errore, quia hic, & nunc clare apparet, operatur: &, consequenter censetur benè dispositus: benè autem disposito, Confessor (siuè sit Parochus, siuè sit simplex Sacerdos) absolutionem conferre tenetur: aliàs illi grauem iniuriam infert, ex eo, quia Pœnitens de iure est absolutione dignus, quem gratis ipse tanto beneficio priuat. Ex quo fit, quod si interim Pœnitens sinè absolutione moritur, tunc Confessor, totalis causa damnationis illius esse censetur. Ita Azorius, *part p. lib sec. cap. 17. quæst. 10.* Sayrus, *in Clau. Reg lib. p. cap. 9. num. vltim.* Valentia, *2. 2 disp. 5. quæst. 7 pun. 4. in fine.* Suarez, *to. p. in 3. part disput 34. sect. 5.* Ledesma, *2. part. 4 quæstion. 8. artic. 4. dub. 6.* Nauarrus, *cap. 16. sum num. 4 & cap. si quis autem num. 7. de pœnit. dist. 7.* Sotus, *in 4 dist. 15 quæst. sec. artic. 5 ad 5.* Henriquez, *lib. 6. de pœnit. cap. 16. nu. 5. in com. ... litera Z.* Rodoriquez, *tom. p sum in 2 edit cap. 6. num. 11.* Vasquez, *1. 2 quæst. 19. artic. 6 disp. 62 cap 7. num 39. & 40.* Salonius, *2. 2. quæst. 62. artic sec controuers 4 paulo ante solutionem ad argumentum.* Vilalobos, *tom p. sum. tract 9. dub. 12. num. p.* Salas, *1. 2 quæst. 21. tract. 8 disput. contra. sect 9. à num 82.* Perez, *in Laurea Salamantina, cent. 10. cap. 13. num. 97.* Sanchez, *tom. p. sum. lib. p. cap 9. num. 29.* Fernandez, *part. 3. cap. 6. § 9. num. 25.* Coninchius, *de Sacrament. disp. 8 dub. 17. num. 235.* Montesinus, *1. 2 quæst. 5. dist 29. num 198.* Nugnus, *in addit. ad 3. part. quæst. 8. artic. 4. dub 4.* Siluius, *part. 3. quæst. 19 artic. sec. quæst. 4 cas. 2.* Diana, *part. p tract. 13. resolut. 11.* Merolla, *to p. disput 3. cap. 4. num 41.* Pontius, *de matrim. lib. 4. cap. 25. num. 8.* Siluester, *v confessio. 3. quæst. 7.* Castrus Palaus, *tom. p disput. sec par. 5. num. 3.* Tamborinus, *in opuscul lib. 3. cap. 9. § p. num. 1.* & alii.

Dubitatur: An non solum potest, sed etiam teneatur Confessarius in hoc casu absoluere Pœnitentem?

48 POlancus, *in director. confess. cap p. 5. de prudentia, confess.* ait: Proprium, & ordinarium teneri: Secùs verò, non proprium, seu delegatum.

49 Alii verò meliùs, dicunt: Vtrumque teneri absoluere, post quam confessionem audiuit: nam licèt ante confessionem auditam, Confessarius proprius, seu Parochus sit Minister necessarius, quia scilicèt teneretur, audire confessionem subditi; delegatus verò sit Minister voluntarius, qui non tenetur confessionem audire; tamen, audita

confessione, vterque tenetur ex ipsa Sacramenti institutione, & confessionis officio, Pœnitentem benè dispositum absoluere, & consequenter peccat non absoluendo. Ita Sanchez, *lib. 1. sum. cap. 9. num.* 28. Sotus, *de iust. dist.* 18. *quæst.* 3. *artic.* 5. Vasquez, 2. 2. *disp.* 62. *cap.* 7. Suarez, *to.* 4. *in* 3 *part. disp.* 32. *sect.* 5. Montesinus, 1. 2. *quæst.* 5. *disp.* 29. *num.* 198. Siluius, *in* 3. *part. quæst.* 9. *art.* 2. *quæst.* 4 *cas.* 2. Valentia, 2. 2. *disp.* 5. *quæst.* 7. *pu.* 4. Azorius, *part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 17. *qu.* 10. Coninch. *de sacram. disp.* 8 *dub.* 17. *nu* 235 Merolla *to.* 1. *disp.* 3. *cap.* 4. *num.* 45. & alii communiter.

50 Hæc est verò differentia inter Confessarium proprium, & delegatum; quia Confessarius proprius, idest, Parochus debet totiès, quotiès ad se recurrerit Pœnitens, eum absoluere, seque Pœnitentis opinioni probabili conformare. Delegatus verò, idest, non proprius, licet audita confessione, pro ea vice idem debeat: tamē potest eū monere, nè iterum redeat; nisi eam opinionem deponat. Ratio diuersitatis est, deducendo ex obligatione, quam habet Parochus pro suis ouibus audiendis, à qua non vrgetur delegatus. Obligamus autem Delegatum pro ea vice: quia quando Confessarius quicumque audit confessionem, ex suppositione, quod audiuit, obligatur sub mortali, conformare se opinioni probabili: quia tunc Pœnitens cum sit rectè dispositus, habet ius absolutionis; ne iterum cogatur, sua scelera alteri manifestare. Sic Tamborinus, 1. *opuscul lib.* 3. *cap.* 9. *§.* 1 *num.* 2.

51 Quale peccatum committit Confessarius, sic non absoluens? Sancius, *in select. disp.* 23 *num.* 54 Sanchez, *lib.* 1 *sum. cap.* 9 *num.* 24. & Diana, *part.* 1. *tract.* 13. *resolut.* 11. *versic. licet.* dicunt: Peccare mortaliter, si de mortalibus sit facta confessio: quia esset onus graue; obligare Pœnitentem, ad sua detegenda crimina alii Confessario absq; necessitate.

52 Montesinus verò, *in* 1. 2. *disp.* 29 *quæst.* 5 *num* 159. Salas, 1. 2. *quæst* 21. *articul.* 8. *sect* 9. *à num.* 82. Vasquez, 1. 2. *to.* 1. *disp.* 62 *cap* 7. *num* 40. Lugo, *dist.* 22. *sect* 2. *num.* 48 & alii dicunt: Solum peccare mortaliter Confessarium proprium, non autem Confessarium delegatum, idest, non proprium; si pœnitentem, habentem pro se opinionem probabilem, nolit absoluere: quia Confessarius non proprius, volendo audire pœnitentis peccata; nō vult cedere iuri suo, quo liber est, vt possit suam in operando opinionem sequi. Vndè, secundum hanc opinionem, Cōfessarius delegatus solum peccat venialiter.

53 Sed Suarez, *in* 4. *to.* 3. *part. disp.* 32 *sect.* 5. Merolla, *to.* 1. *disp.* 3. *cap.* 4. *num.* 47. & alii dicunt, esse quidem grauem obligationem, non tamen semper sub mortali. Quod autem grauis sit obligatio, videtur suadere ratio allata: ac grauiter iure optimo potest conqueri pœnitens, si ei benè disposito, audiatque eius confessionē, absolutio denegetur. Quod verò non semper sit mortale, probatur: quia, ratione paruitatis materiæ, culpa hæc potest esse venialis: vt si confessio esset ita breuis, aut de solis venialibus facta, quam, cogere pœnitentem, vt cum alio Confessario repetat, non esset graue onus, nec grauis iniuria. Et hanc sententiam docet etiam Tamborinus, 1. *Opuscul lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 1. *&* 3.

54 Etiamsi, Confessarius, falsam esse opinionem Pœnitentis, extimaret, si probabilis reputetur inter Doctores probatæ auctoritatis, dicunt contra Rodoriquez, Sotus, *dist* 18 *quæst.* 2 *artic.* 5. *in fine.* Nauarrus, *to.* 1. *consil in* 2. *edit. tit. de constit. num.* 27 Sanchez, *d. cap.* 9. *num.* 30. Valentia. 2. 2. *disp.* 5. *quæst.* 7 *pun. ult. in fine.* Bonacina, *de disp. de peccat. quæst.* 4 *pun* 9 *num* 8 Merolla, *d. cap.* 4. *num.* 47. *versic. idem dicendum est.* Diana, *loco citato* & alii. Quia, cum non teneatur Pœnitens consilio Confessarii potius, quam aliorum acquiescere, adhuc non deficit ei debita dispositio, vt absoluatur.

55 Tunc verò Confessarius potest, vel debet conformare se opinioni Pœnitentis probabili; quando opinio ex se est probabilis: siuè per rationes intrinsecas, siuè per auctoritatem extrinsecam Auctorum. Si verò opinio Pœnitentis nullam ex his probabilitatem habeat; sed solum ipsi Pœnitenti appareat probabilis v. g. appareat probabile, talem contractum non esse vsurarium: diligēs sit Confessarius in examine talis sententiæ, An forte sit probabilis, saltem extrinsecè, propter auctoritatem alicuius Auctoris? & si inuenerit esse talem, illi se conformaret: Secùs verò, si illa opinio Pœnitentis iam non erit nisi falsa, & erronea: vndè cum huiusmodi Pœnitente segereret, sicuti segereret cum culpa-

culpabiliter, vel inculpabiliter ignorāte. Ita Tamborinus, 1.opuscul.lib.3.cap.9.§.1.num.4.

56 Vndè Primò: Potest quis operari secundum alienam opinionem, licèt ex propriis principiis intrinsecis putat falsam; dummodò, quod non habeat euidentiam de falsitate alienæ opinionis: quia tunc non dicitur opinio, sed error. Ita Sancius, in select.disp.41.num.7. Pasqualigus, to.1.decis.moral.decis.31.num.5. & alii.

57 Secundò: Potest aliquis, contra propriam opinionem probabilem, sequi alienam probabiliorem, aut minus probabilem. Ratio est: quia, siuè aliena, sit opinio probabilior, siuè minus probabilis, semper habet suam probabilitatē: & ideò semper est mensura operandi, conformis rectæ rationi. Vndè, vt talis, potest assumi ad mensurandum operationem; & operatio sic mensurata, erit honesta: quia erit conformis rectæ rationi. Ita Azorius, part.1.cap.17. quæst.7. Medina, 1-2.quæst.19 artic.6 vbi Vasquez, disp.62. cap.4. num.19. Corneius, tract.8 disp.3. dub.3. qui tantum loquitur de probabili Malderus.disp.86.Lorca.disp.19. Coninchius.disp.34.de Sacr. dub.10.num 84. Lesius, lib.2.cap.14 dub.9.nu.79 Sayrus, in Clau Reg.cap.6 Sancius, in select.disp.14.num 8. & disp 7 & disp.44.num.31. Lopez, to.1. cap.320. & 287. Granad.1. tract 12.disp.4 sect.2 nu. 16. Valentia, tom.3.disp.3 quæst.7 pun 4. Sanchez, lib.1.sum cap.9.num.15 Baldellus, to.1.Theolog. moral.lib.4. disp.11. num.5. Villalobos, to 1.sum tract 1 diffic. 11.num 2 Merolla, to.1.disp.3.cap.4 dub.1.coroll.1.num.30 Portella, in dub.regul. v.opinio num 6 Auersa, 1.2.quæst.18 sect. 18.conclus 2. Pasqualigus, to.1.decis.moral decis.11.num.5. & alii.

58 Tertiò: Potest aliquis amplecti oppositas opiniones, vt probabiles: atq; adeò poterit modo vnam, modo alteram deducere ad praxim, & vtrique opinioni potest assentiri per principia intrinseca, seu ex vi rationum. Ratio est: quia assensus probabilis, non est assensus absolutus, cum non habeat absolutam cōditionem, sed tantum secundum quid; quatenus, scilicèt, dependet ex tali motiuo, quod facit, intellectum iudicare tali pacto. Vndè intellectus non coniungitur per assensum probabilem cum obiecto, adeoque; sed tantum ex parte: nempè, quatenùs obiectum stat sub tali motiuo, seu ratione, quæ potest generare oppositam opinionem. Ideo etiam intellectus potest stare cum opposito iudicio, seu cum iudicio deposito: quia huiusmodi iudicia non repugnant inter se, cum non sint iudicia, & assensus absoluti; sed tantum secundum quid, nempè, de obiecto, secundum quod coniungitur cum tali, vel tali motiuo: Et quia obiectum, vt coniungitur cum tali, vel tali motiuo, habet diuersas determinationes obiectiuas, eodem pacto se habet, ac si esset multiplex. Ita Layman, in Theolog. moral lib.p. tract.p. cap 5 num 5 Granada, 1.2.controuers.2. tract.12 disp.3 sect 3.num 19 Correius, 1.2.tract.8 disp.3 dub. conclus.2. Sanch. lib.1.sum cap 9.num.12. Merolla, tom.1. disp 3. cap.4. dub 1 num.9. Pasqualigus, to 1.decis.moral.decis.13.num.2. & alii.

Quæ nam Opinio præferenda est, concurrente rigida, & benigniori? Dub.9.

59 Notandum est Primò; Quod hæc difficultas procedit, quando vtraq; opinio est probabilis: nec altera habetur pro certo. Quod contingere potest, quando opiniones sunt contradictoriæ oppositæ: quia tunc, si vna est certa, altera est manifestè falsa.

60 His positis, Doctores citandi dicunt; Benignior est præferenda. Quorum ratio est: quia opinio rigorosa, est secundum rigorem iustitiæ: Benignior autem, est secundum charitatem; ita tamen, vt non excludat iustitiam: quia charitas est virtus generalior, in qua fundatur iustitia, quæ secundum ipsam mensurari debet. Ideò in amplectendis opinionibus, potius secundum charitatem procedēdum est, quam secundum rigorem iustitiæ; atque præferendæ, quæ sunt beniguiores: quia tunc agitur secundum charitatem, quæ dictat benigniùs agendum, quantum fieri potest, cum proximo. Præterea, cum quisque teneatur diligere proximum, sicut seipsum: & consequenter, alteri non facere, quod sibi non vellet fieri: sicut nollet adhibere secum rigorosam opinionem, relicta benigniori: ita respectu cæterorum debet opinio benignior præferri. Et hoc locum habet etiam respectu sui ipsius: ita vt possit quilibet, relicta opinione rigida,

gida, ſequi benigniorem; cum non minus charitas extendatur ad ſeipſum, quam ad alium: & proindè, quæ ratione charitatis habent locum, reſpectu aliorum; habent etiam locum, reſpectu ſui ipſius. Ita Moditius, *dub 7. §. prudentis reſponſ num.* 7 Farinacius, *in reſponſ iudicial. quæſt.* 14. *num.* 25. Nauarr. *in Manual cap.* 17. *nu* 187 Vilalobos, *to p ſum. tract p diffic.* 7. *num p.* Valgellus, *conſil. criminal.* 120 *nu* 12. Achil. de Graff *deciſ.* 12. *de priuileg. num.* 3 Cabal *in reſol crimin. caſ.* 300 *num* 145. Menoch. *lib ſec. præſumpt* 71 *num.* 25. Carthar. *deciſ criminal* 47. *num.* 14. Iaſon, *in leg ſeo poſt. num.* 40. *ff. ſi quis enius vacat non ierit.* Cancheran *deciſ. pro demones* 79 *num.* 58 *&* 59 *& deciſ* 80. *& num.* 8. Paſqualigus, *deciſ moral. deciſ.* 9. *num ſec.* & alii.

61 Vndè poteſt quis aliquando peccare contra charitatem; ſequendo opinionẽ rigidam, omiſſa benigniori: vt cum ex hoc ſequitur aliquod notabile incommodum proximi: cum enim charitas obliget, ad amandum proximum, ſicut nos ipſos; obligat etiam, ad habendam rationem commodi ipſius, non ſecus ac noſtri. Vndè, quando ſine notabi- cauſa, inferimus aliquod incommodũ, peccatur contra charitatem: quod contingere poſſit, ſi velimus ſequi opinionem rigoroſam, relicta benigniori: Vt ſi Confeſſarius nolit abſoluere Pœnitẽtem, vtendo opinione rigoroſa, & non benigniori. Ita Paſqualigus, *deciſ. moral. deciſ* 9. *num* 6.

An Opinio, ab aliis reprobata, poſſit vt probabilis amplecti? Dub. 18.

62 SAncius, *in ſelect. diſp.* 44 *de Sacramen. num.* 62 affirmat; quando non ſufficienter reprobatur: & argumenta, pro ipſa adducta, non benè ſoluuntur: quod extendit etiam ad doctrinam, quam quis affert; aut argumenti gratia, aut per exemplum, aut gratia diſputationis; licèt affirmet, nec ſibi, nec aliis placere: quia legens talem doctrinam, & probabilem iudicans, ſe habet, ac ille, qui primò aliquam opinionem ſuſcitat. Hoc autem maximè habere locum, aduertit; quando Doctores, talem doctrinam reprobantes, fatentur, argumenta in contrarium habere magnam vim; vel magno opere eſſe aduertendam: quia hoc modo loquendi indicant, argumẽta non poſſe ſufficienter ſolui.

63 Exiſtimat etiam veram hanc doctrinam Paſqualigus, *in deciſ. moral. deciſ.* 361. *num* 3. & probat: Quia, ſicut poteſt quis, nouas opiniones adinuenire, & eas benè fundare; ita etiam poteſt inuenire probabilitatem illius opinionis, quæ ab aliis, vt improbabilis refertur: aut excogitando nouas rationes, quibus probabilis appareat: aut penetrando, & explicando vim illarum, quæ ſolent in fauorem ipſius afferri, & ſoluere: ita vt ſolutiones, quæ ſolent afferri, non habeant locum: Quia enim intellectus noſter facilè decipitur, & veritas rerum abſcondita eſt: ideò ſepè contingit, quod accipiatur tanquam probabile, quod reuera non eſt tale: & è contra, tamquam improbabile, quod eſt probabile: Vndè nunc plures opiniones probabiles ſunt, quæ antea improbabiles cenſebantur. Vt quod Stuprum, quando Virgo conſenſerit, non ſit circumſtantia, neceſſariò aperienda in confeſſione.

64 Vt autem poſſit quis amplecti talem opinionem probabilem, non eſt neceſſè, quod cenſeatur talis etiam ab aliis, quibus cum iſdem motiuis proponitur: Sed ſufficit, ſi ſibi ipſi talis appareat, ait Paſqualigus, *deciſ* 361. *num* 4 quia fieri poteſt, quod cæteri non penetrent probabilitatem, & vim rationum eo modo, quo penetrat ipſe, quamuis ſint melioris ingenii: quia poſſunt habere intellectum, taliter diſpoſitum ratione doctrinæ, vt non poſſint illa motiua facere in quæſtionem. Quod in me ipſo expertus ſum, exiſtimans, aliquam opinionem omninò improbabilem, quando primò mihi propoſita fuit; quam poſtea, proceſſu temporis, probabilem iudicaui. Vt enim ſinè ſcrupulo operetur, ſufficit, ſi ipſe concipiat probabilitatem opinionis: quia non debet ſegerere ſecundum alienam, ſed ſecundum propriam conſcientiam.

An auctoritas vnius Doctoris probi, & docti reddat opinionem probabilem? Dub. 19.

65 AFfirmatiuè reſpondetur. Ratio eſt: quia opinio probabilis eſt illa, quę non leui nititur fundamento: Sed auctoritas Viri docti, & pii non eſt leue fundamentum. Si enim non eſt leuis momenti,

mati, vt aliquid Romæ accidisse credamus, quia id Vir asserit; cur non idem dicendum est in re morali dubia, quando id Vir pius, & in ea materia doctus asseruerit? Ita Angelus, *v. opinio, num. 1. & 2.* Valentia, *1. 2. disp 2 quæst. 14. pun. 4. quæst. 4.* Nauarrus, *cap. 27. sum. num. 288.* Sanchez, *to. p. sum. lib. p. cap. 9. num 7.* Bonacina, *de leg. disp. 1. quæst. 1. pun. 9. num. 5.* Diana, *part. 4. tract. 4. resolut. 30.* Merolla, *to. p. disp. 3. cap. 4. dub. 1. num. 4.* Filliucius, *tom. 2. tract. 21. cap. 4. num. 134.* & alii.

66 Limitant Primò hanc sententiam Azorius, *part 1 lib. 2 cap. 17 quæst. 4.* & Corduba, *lib. 2. qq. quæst. 3. in solut. ad 2. confirm.* Vt intelligatur tantum in Viro indocto, qui rationes vtriusque partis examinare, ac ponderare nescit; Secùs verò in Viro docto, qui id nouit.

67 Sed hanc limitationem benè reiiciũt Sanchez, *d. cap. 9. num. 8.* & Merolla, *dub. 1. num. 5.* Nam quamuis verum sit, eam esse differentiam inter doctum, & indoctum in opinionibus eligendis, quod ille, vt prudenter agat, rationes ponderare debeat; hic verò non: sed satis sit, si viri docti consilium sequatur: tamen potest Vir doctus in re dubia reputare, ex hominis docti, & pii sententia, reddi opinionem probabilem; cum huius auctoritas sæpè maioris sit põderis, etiam apud Virum doctum; quam aliqua verisimilis ratio, quæ ei ad probabilitatem sufficiat.

68 Limitat Secundò Laurentius Portella, *in dub. regul. v. opinio eligenda, num. 4.* Vt tantum vera sit hæc opinio, in casu nouo, numquam ab aliis disputato. Secùs, in casu à multis aliis ventilato, & pluribus rationibus in contrarium à Doctoribus munito: quia tunc non est acquiescendum dicto vnius Doctoris, Obstantibus aliis multis, & Doctoribus, & rationibus.

69 Sed hæc limitatio à multis Doctoribus non est admissa: sed absolutè dicũt: Opinio vnius doctoris, potest plurium opinioni, seù communi præferri. Quorum ratio est: quia cum homo debeat rationabiliter operari, debet moueri ad operandum, ratione. Fieri autem potest, quod sententia vnius, in ratione, cui innititur, præponderet sententiam multorum: & ideò habet maiorem vim, vt moueat intellectum, ad sic sentiendum: Quilibet autem debet operari, prout sentit esse operãdum. Vndè quãdo quis habet conscientiam erroneam, tenetur secundum ipsam operari: ex quo fit, quod si tenetur, sequi conscientiam erroneam; multò magis tenetur sequi opinionem singularem, quando in ipso generat conscientiam, quæ amplectenda sit ob validitatem rationis, cui innititur: quam licèt non semper generet, attamen, vt plurimum, ita satisfacit intellectui, vt iudicet esse probabilem. Ita Baldus, *in cap. nè inuitatis de constit.* Angelus, *v. opinio num. 2. vb.* Siluester, *quæst p.* Nauarr. *cap. 27 sum. nu. 88.* Emanuel Sà, *v. dubium num. 3.* Panormitanus, *in cap. Cappellanus, de feriis, & cap cum sint de decimis* Filliucius, *to. 2. tract. 21. cap. 4. num. 134.* Diana, *part. 4. tract. 4. resol 10. versic sed non desinam.* Moditius, *in §. principium placita, dub. 125. num. 5.* Baldellus, *to 1. Theolog moral. lib. 4. cap. 11. num. 8.* Vilalobos, *to. 1. sum. tract. 51 diffic. 7. num 6.* Antoninus Maria Corta, *tract. de commun. opin. l. 2. tit. 8. num 6.* Azoquidus, *lib. 3. de comm. opin. cap 8. num. 1* Roland. *cons 100. num. 49. vol. 2.* Raim. *iuri, constit. 406 num. 25.* Angelus, *cons. 170.* Turrecremata, *cons. 25. num. 37.* & alii.

70 Vt autem aliquis Doctor suam singularem opinionem probabilem reddat, debet esse talis, vt non moueatur, ad ita sentiendum ex aliquo affectu: & proindè, nec amore, nec odio; sed tantum amore veritatis, & secundum doctrinæ rationem. Vndè non debet scribere, specialiter, iùt in gratiam alicuius Principis, in fauorem partis, vt benè docent Bresserus, *lib de conscient. cap. 3 num 33.* Bal. Deb. *tit. n Theolog. moral lib 4. disp. 11 cap p num. 16.* Antoninus Maria Corat. *lib. p. de consc. opin. tit. 6. nu. 147.* Azoquid. *l. 3. de com. opin. cap. 15.* Barbos. *cons 6. nu. 4. lib. 4.* Modit. *in §. prudentum respons. dub. 20 num 7.* Pasqualigus, *decis. moral. decis. 371. num. 1.* & alii.

71 Non autem, vt opinio vnius Doctoris sit probabilis, requiritur, vt ab ipso tradatur, tamquam vera: sed satis est, si tradatur, tamquam probabilis, ait Pasqualigus, *in decis. moral. decis. 367. num. 2.* Cuius ratio est: quia illa opinio est probabilis, quę nititur aliquo modo rationi, ita vt prudenter censeatur esse secundum dictamen rectæ rationis: vt nihil adsit impositum, quod non possit dilui. Eo ipso autem, quod aliquis Do-

ctor tradit aliquam opinionem probabilem, censet esse huiusmodi; alioquin non traderet vt probabilem. Vndè, cum verè sit in se probabilis, cur nó erit cēsēda probabilis etiā ab alius? Immò, cū ipse possit operari secūdū illā opinionē, quia putat, pbabilē, cur nō poterit etiā teneri?

72 Et non solum in iis, quę sunt iuris humani, potest quis opinionem vnius communi præferre, vt dicunt Adrianus, *quodlibet 4. artic. 1. litt. N. Ex hac parte:* Corduba, *lib. 2. quæst. 3. in sol. ad 2. confirmat. primi argum.* Sed etiam quæ sunt iuris Diuini, dicunt Sanchez, *lib. 1. sum. cap. 9 num. 7. & 9* & Pasqualigus, *in decis. moral. decis. 3 num. 2.*

An quando Vir doctus, & prudens nullum probatum, & classicum Doctorem habeat ex parte sua, nihilominus ipse habet manifestas, firmasque rationes contra communem opinionem; An iste probabiliter sentire dicetur, si suam contra communem sequatur? Dub. 12.

73 Affirmatiuè respondetur. Ratio est: quia, sicut vnum Doctorem, probabilibus, et firmioribus fundamentis, rationibusque fundatum, sequi possumus, vt superiori dubitatione diximus: ita quilibet Vir, scientiis valdè præditus, potest suam tenere opinionem, fundatam in manifestis rationibus, & probabilibus fundamentis. Tum quia, si aliquis pollet ingenii acumine, & maturitate concilii, & rationes omnes contrariæ partis diligenter vidit, & expendit, easque iudicauerit minus sufficientes; non videtur imprudenter operari secūdum suam opinionem, qui in rebus moralibus, quæ certè non sunt, sed sub opinione, ipse etiam maturè iudicat. Negare enim non possumus, turbā Doctorum aliquādo amplecti opinionem absque delectu rationum; aut saltem non tam exactè rationibus ponderatis, contra quos deindè alius Doctor magnæ auctoritatis, opinionem aliquam, maturè excogitatam in scholis, introducere potest. Ita Azorius, *part. 1. lib. 2. cap. 17. quæst. 6.* Vasquez, *1. 2. disp. 62 cap. 4. in principio.* Merolla, *to. p. disp. 3. cap. 3. dub. sec nu. 75.* Mancinus, *pract. infirm. pract. 1. dub. 6 fol. 233.* Laurentius Cutillus, *in addit. Mancini pract. 10. dub. 6 fol. 317.* & alii.

An Discipulus tuta conscientia possit sententiam sui Magistri, seù Preceptoris sequi; ita vt, eam sequutus, probabiliter sentire censeatur? Dub. 13.

74 Affirmatiuè respondetur. Quia probabile est (teste Aristotele) quod omnibus, aut pluribus, aut cuique suæ artis perito credatur. Et Cicero 1. Offi. Officium est (inquit) quod ita factum est, vt eius facti probabilis ratio reddi possit. Et idem dicendum est de eo, qui operam nauat, in legendis auctoribus, vt doctrinam sibi comparent: qui, si quam legerit apud probatum quempiam Auctorē sententiam; probabiliter opinari, meritò creditur; & proindè, tum hic, tum Discipulus, suum magistrum sequutus, à temeritatis crimine liber est. Ita Siluester, *v. opinio, quæst. 1.* Azorius, *part. p. lib. sec. cap. 17 quæst. 4* Emanuel Sa, *v. dubium num 3.* Valentia, *1. 2 disp. sec quæst. 12. pun. 4.* Sanchez, *tom p. sum. lib. p. cap. 9. num. 10.* Vasquez, *1. 2. disp 62 cap. 8.* Salas *1. 2. quæst 21 disp. vnica, sect 7. num. 74.* Bonacina, *de leg. disp. sec. quæst. 4. pun 9. num. 1. in fine.* Panormitanus, *in cap. cappellanus, de ferijs* Imola, *cap per vestros sec. de Simonia.* Scaccia, *tract. de modo studendi docum 3. in fine* Cognol. *in probem ff. § final. num. 292.* Crauetta, *lib. p. cap p. num. 12.* Neuiz, *in Sylua. nupt. si l. 2. num. 27.* Vilalobos, *to. p sum. d ff. 6. nu. p.* Præseruus, *lib. 3. de conscient. cap. 1. num. 38.* Pasqualigus, *in decis. moral decis. 28. num. p.* Mancinus, *in pract. infirm. pract. 1. dub. 4. fol. 232.* Laurentius Cutillus, *in add. t. manci. pract. 10. dub. 6 fol. 316.*

75 Vndè Iudex, sequens opinionem sui Præceptoris in iudicando, si Præceptor sit celebris, excusatur à Sindicatu: etiam si opinio Præceptoris sit contra communem. Ita Panormitanus, *in cap. p nu. 25 de postulat prębend.* Corat. *lib. 3. de commun. opinion. tit. 12. num. 29. & 30.* Pasqualigus, *in decis. moral. decis. 28. num. 3.* & alij.

(* † *)

An

An Rudis possit sibi eligere Opinionem alicuius Doctoris probi ex multis Auctoribus, quos eligendo reperit, vt doctrinam sibi comparet, vt dicatur probabiliter, & tutè sentire in tali opinione? Dub. 14.

76 Maior, *in 4. sentent. quast. 2. prolog. conclus.* 5. ait: Huiusmodi homines indoctos, & illiteratos debere sequi semper opinionem, quam ipsi censent, apud peritos, & doctos in ea arte, esse magis communem: quod videtur intelligere, nisi opposita pars esset tutior. Quam sententiam secutus videtur Corduba, *in quastion. lib. 1. quastion. 3. in resolut. quastion. dict. 4.* vbi ait: Indoctum, & ignarum à peccato excusari, cum sequitur opinionem, quam bona fide putat, esse probabiliorem, vel tutiorem. Ratio huius sententiæ est: quia temerarius videtur imperitus homo, qui ex se nescit, fundamenta, ac rationes opinionum expenderel, si relinquat opionem, magis communem, quam videt, à pluribus probabiliorem existimari; & sequatur in sua operatione minus communem, & minus tutam.

77 Alij verò dicunt: Imperitum posse sibi eligere opinionem alicuius Doctoris probi, ex multis Auctoribus, quos eligendo reperit. Quorum ratio est: quia si ipse Doctor in suis opinionibus, illam sequi potest, & alijs eam sequendam proponere; etiam Imperitus, qui de illius Doctoris doctrina, & integritate bonam opinionem habet, satis prudenter, & secundum rectam rationem, eiusdem Doctoris opinionem sequi poterit, etiam si Doctor ille diceret ei, communiorem esse opinionem oppositam. Ita Henricus, *quodlibet. 4 quast.* 33. Conrad. *de contract. quast. vltim. concl. 2. in cas.* 2 Vasquez, 1. 2. *disp.* 62. *cap.* 8. Siluester, *v. opinio quast.* 1. Sayrus, *in Clau. Reg. lib.* 1. *cap.* 8. Merolla, *tom. 1. disp. 3. cap. 3. dub. 2. numer.* 80. Mancinus, *in pract. infirm. pract. 1. dub. 1. fol.* 231. Laurentius Cutillus, *in addit. pract. Mant. pract. 10. dub. 5. fol.* 37. & alij.

78 Licèt hæc opinio probabilior sit, tamen magna cautela, & prudentia opus est in hac re: si quidem (vt benè obseruat Salonius, 2. 2. *quast. 63. articul. 4. controuers. secund. conclus. quar. versicul. Vltimo obseruandum est.*) in rebus dubiis, maximè alicuius momenti, Confessoris, immò, & Doctoris, qui minus exercitati sunt; non posse tuta consciẽtia sequi quamcumque opinionem, quam probabilem putant: forsan enim legent in vno, vel altero Doctore opinionem, quæ poterit eis videri probabilis, quia ab illo Doctore asseritur; quæ tamen in scholis, & apud peritos iam non sit probabilis, sed deprehensa falsa: vt in multis experientia testatur: quapropter, isti, qui minus callent, tenentur in conscientia consulere doctos, ac in illa materia exercitatos, & quos timoratæ conscientiæ esse norunt, vt ab eis discant, quæ opinio sit probabilior, quæ probabilis, & quæ tuta conscientia tenenda sit: & qui aliter agunt, fidentes suis ingeniis, & summulis, non sunt tuti in conscientia; nec prudenter, & rationabiliter, maximè in rebus magni momenti, operari censentur. Ita Merolla, *tom. 1 disp. 3 cap. 4. dub. 2. num.* 81.

79 Vndè (vt ait Pasqualigus, *in decis. moral. decis. 24. num.* 5.) non possunt excusari à peccato illi Confessarii, qui cum sint parum docti, se exponunt in audiendis confessionibus personarum cuiuscumque generis, & numquam, vel libros consulunt, vel peritos; sed contenti sunt aliqua summula, vt potè Toleti, quam neque benè memoria retinent, cum illi solum studuerint, vt possent se examini exponere: quia enim passim occurrunt casus difficiles, quando audiunt confessiones personarum cuiuscumque generis, nequeunt eos benè resoluere in virtute propriæ doctrinæ; Vndè, cum se exponant, & nolint peritos, aut libros consulere, se exponunt voluntariè periculo peccandi.

80 Quando verò non adest tempus consulendi libros, aut peritos (vt si Confessarius debet absoluere confitentem in articulo mortis) tunc consulere potest, iuxta id, quod sibi probabile videtur: sufficit enim, quod tunc quisque resoluat, pro vt potest, & probabiliter iudicat resoluendum: Nemò enim ad impossibile tenetur, & quod tunc facit, rectè facit: quia operatur prudenter quantùm potest, secundum dictamen rectæ rationis. Ita Sanchez, *lib. p. sum. cap. 9. num.* 35. Valentia, *1. 2. disp. 2. quast.* 14.

14 *pun. 4 quæst. 4*. Granadus, *controuers. 3. artic. 12. disp. 4. sect. 2. num.* 4. Baldellus, *tom. p. Theolog. moral lib. 4. disput. 12. num.* 4. Bresserus, *lib. 3 de conscient. cap. 4 num.* 49. Pasqualigus, *in decis. moral decis. 24 num.* 3. & alij.

81 Vndè, quando Confessarius, aùt quinis alius cognoscat in electione opinionis se errasse, putando probabile, quod nullo modo est probabile, non per hoc debet existimari, se peccasse, cum nullo modo peccauerit; cum operatus sit secundum dictamen rationis, & conscientiæ, quod tunc habebat, & se determinauerit secùdum quod putabat, se posse determinare. Ita Pasqualigus, *in decis. moral. decis. 24 num.* 4.

An possint excusari, qui plures adeunt Doctores, donec vnum inueniant, qui respondeat in sui fauorem?

Dub. 15.

82 IN statu peccati esse dicunt Adrianus, *in 4. mater. de restitut. quæst. de prescrip. dub. vltim.* Nauarrus, *cap. 4. sum. num* 83. & Hostiens. *sum. cap.* 28. *addit. vlt. ad cap.* 7.

83 Alij vero excusant à peccato. Quorum ratio est: quia licet motiuum consulendi plures, sit inuenire respondentem sibi ad placitum, attamen intentio ipsius non fertur extra id, quod est licitum, & honestum: nec illud motiuum facit, quod quærat nisi quod honestum est: Dum enim consulunt Doctores, seù peritos, etiam si intendat reperire responsionem ad placitum, eam tamen intendit recipere, quatenus erit consilium operandi bene; alioquin non consuleret, quos putat peritos, sed quoscumque alios, aut neminem: & operaretur, prout liberet: & proindè intentio ipsius sistit intra spheram illius quod honesto modo amplecti potest: quia potest vnusquisque in operando sequi consilium prudentis, & periti viri. Hinc non aliud intendit, in huiusmodi inquisitione, quam cognoscere, quidquid in tali materia probabiliter dici potest: & videre, An apud Doctores reperiatur probabilis, quæ faueat voluntati ipsius: ideò enim consulunt peritos, & doctos, vt ab ipsis audiant doctrinam ipsorum, secundum quam putent, & consulent, licitum esse operari. Sicuti autem vnicuique licet sequi quamcumque opinionem probabilem; ita etiam licet, & habet ius inquirendi quamcumque probabilem in illa materia: & proindè videndæ, An reperiatur aliqua, quæ faueat proprio desiderio. Ita Zumel, 1. 2. *quæst.* 76 *articul.* 2 *disput.* 4. *in fine* Bonacina, *de leg. disp.* 2. *quæst.* 4 *pun* 9. *num* 10 Sanchez, *tom p. sum. lib.* 1. *cap* 9. *num.* 24. Pasqualigus, *in decis. moral. decis.* 33 *num.* 5. & 6. & alij.

84 Vndè fit (vt ait Pasqualigus, *in dict. decis.* 33. *num.* 8.) quod si reperiat malum consulentem, dummodò tamen bona fide accedat, & operetur secundum consilium minimè probabile, excusantur à peccato: quia operatur secundum consilium, quod probabile putat, & vt tale sibi proponitur. Vndè nihil ipsi imputari debet, etiam si postea cognoscat, se operaturum fuisse secundum consilium, minimè probabile.

An possessor alicuius rei, habens opinionem probabilem, possit retinere illam, relicta opinione probabiliori, quæ est magis tuta?

Dub. 16.

85 AFfirmatiuè respondetur. Ratio est: quia sequendo opinionem probabilem, prudenter operatur, ex eo quia hic, & nunc opinio probabilis errorem continere non appareat: ac proindè, qui illam sequitur, errare dici non potest. Tum quia ille imprudenter operari dicitur, qui absque ratione, & causa probabili operatur: ergo qui cum causa probabili aliquid agit, prudenter agit; & consequenter, cum peccato operari dici non potest: nec supponi debet, Deum (cuius iugum suaue est) tam strictissimo onere, in opinionibus magis probabilibus eligendis, præferuandis, ac sibi quisque suadendis, nos obligare moraliter velle; cum hoc sit ferè moraliter impossibile. Quod sanè verum est, modo tali opinioni minus probabili non sit aliquod decretum in contrarium, vel aliqua noua ratio obstans non insurgat; quæ nec talem opinionem sequens, soluere, nec ab alijs Doctoribus solui posse; supponat: tunc enim non prudenter, sed temerè opinionem magis probabilem relinquendo, operari diceretur. Ita Filliucius,

10 2.

to. 1. tract. 21. num. 126. & 128. Gutierez, *quæst. canon. lib. 1. cap. 13. num. 23.* Bannez, 2. 2. *quæst. 10. artic. 5 dub. 3. conclus. 4.* Salonius, 2. 2. *quæst. 21 tract. 8 disp. unica, sect. 5. num. 60.* Laurentius Cutillus, *in addit. Mancini, pract. 10. dub. 4 fol. 323.* & alii.

An licitum sit Confessario, vel alteri interrogato, respondere iuxta opinionem probabilem aliorum Doctorum, prætermissa probabiliori, quamuis sit propria opinio?

Dub. 17.

86 AFfirmatiuè respondetur. Ratio est: quia ipsemet Confessarius potest eam sequi: & dum eam sequitur, prudenter, & rationabiliter operatur: ergo non est dicendum, irrationabiliter agere, respondendo, vel consulendo iuxtà probabilem aliorum opinionem, omissa propria probabiliori. Vndè sequitur, posse Confessarium, vel alium Virum doctum, à quo consilium petitur, modo iuxtà vnam, modo iuxtà alterã opinionem consulere. Ita Vasquez, 1. 2. *disp. 62. cap. 9. num. 47.* Salas, 1. 2. *quæst. 21. tr. 8. disp. 1 sect. 6. num. 69.* Sanchez, *to. 1. sum. lib. 1. cap. 9 num. 19.* Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 1. cap. 6. num. 11.* Layman, *in Theolog. moral. lib. 1. tract. p. cap. 5 num. 5.* Filliucius, *to. 1. tract. 21 cap. 4. num. 149.* Reginaldus, *lib. 13. num. 97* Medina, *lib. sec. sum. cap. 3. in fine* Lopez. *part. 1 cap. 110.* Bonacina, *de leg. disput. sec. quæst. 4 pun. 9. num. 6.* Pasqualigus, *in decis. moral. decis. 15 num. 3.* Merolla, *to. p. disp. 3 cap. 4. nu. 34.* Diana, *part. secund. tractat. 13. resolut. 14.* & alij.

87 Limitant hanc sententiam Vasquez, 1. 2. *disp. 62. cap. 9. num. 47. & disp. 63. cap. 3. num. 14.* Salas, *vbi supra sect. 9. num. 85.* Filliucius, *dict. cap. 4. num. 149.* Turrianus, *opuscul. de conscient. dubia, disp. 4. dub. 9. versic. Tradita vero* Diana, *dict. tract. 13. resolut. 14 versic. Notandum est.* & alii: Vt tunc possit Vir doctus, relicta propria opinione, quam probabilem credit, iuxtà contrariam probabilem alterius Doctoris consulere, quando petentem consilium eximit ab aliqua obligatione, puta, à restitutionis obligatione. Secùs verò, quando ipsum condemnat, vel ad restituendum, vel ad aliquid aliud simile: nam consulens Doctorem circa aliquam obligationem, non de aliorum, sed de ipsiusmet opinione interrogat: atque ita ficta ipsius auctoritate, illum condemnat, qui si sciret, illã non esse suam opinionem, non restitueret.

88 Sed hanc limitationem reiicit Sanch. *vbi supra num. 21.* Nam si, iuxta aliorum opinionem, quam probabilem putat, potest petentem consilium excusare; non videtur ratio, cur non possit etiam condemnare? cum in vtroque Doctor rectè, & iuxtà opinionem, quam probabilem iudicat, consulere teneatur, & in vtroque petens consilium, de opinione eius interrogat. Adde quoque, eam posse dici eius opinionem, cum tamquam probabili illi assentiatur. Nec obstat (inquit) fore, vt alter opinionis excusantis cõscius, quã Doctor probabiliorẽ reputat, non restitueret: non idem accideret, si sciret, Doctorem reputare minus probabile, tutum tamen non obligari ad restituendum: sed nullus obligat Doctorem, vt hoc pœnitenti declaret. Neque hic decipit consulentem; cum ea opinio obligans non falsa, sed probabilis sit. Tandem, quia sæpè prudentia petit, ne explicetur opinio probabilior, excusans à restitutione, quando non excusat à peccato, ne in id peccatum incidendi occasio detur. Sæpè etiam opinio illa Doctoris excusans, est singularis, nec vulgaribus fundamẽtis innixa, quæ aliis etiam doctis eã ignorantibus videbitur improbabilis; ac forsitan scandalum generabit. Concedit autem Sanchez, si rogetur expressè consulens, An aliqua ratione à restitutione excusari valeat? teneri Doctorem, aut à consilio dando abstinere, aut declarare opinionem aliorum probabilem, excusantem.

89 Regulariter loquendo, verissimam putat limitationem Vasquez, & aliorum, num. 87. relatorum Merolla, *tom. 1. disput. 3. cap. 4. à num. 37.* Quia ideò Consiliarius interrogatur, vt respondeat secundum propriam opinionem: nam, fortè ob existimationem eius doctrinæ, & boni nominis, qui consilium petit, vult eius sententiam sequi in aliqua re agenda. Confirmatur; nam consulens Doctorem, non petit ab eo, An sit probabile, ipsum teneri, aut non teneri ad restitutionem? sed simpliciter, An teneatur, vel non teneatur restituere? Cum igitur (vt supponimus)

Doctor in ea sit opinione, vt non teneatur; licet probabilem existimet opinionem aliorum; dicentium, illum teneri restituere, non potest absque mendacio absolutè respondere, quod teneatur ad restitutionem, quia diceret contra mentem; & sic deciperet petentem consiliũ, qui non de aliorum, sed de ipsiusmet Doctoris opinione interrogat.

90 Nec valet dicere: Non esse mendacium, quia Doctor vtitur æquiuocatione: dicit enim, teneri restituere, id est probabile est teneri: nam æquiuocatio non est licita in hoc casu, cum sit perniciosa tertio, & petens consilium est rationabiliter inuitus. Neque est eadem ratio, quando è contrario Doctor ipse in ea esset opinione, quod petens consilium, teneatur restituere; tamen posset licitè æquiuocando respondere, illũ non teneri, hoc est, esse probabile non teneri: nam in eo casu consilium petens non est rationabiliter inuitus; immò præsumitur consentire, quia responsio est ei fauorabilis. Et ita etiam docet Filliucius, *to. 2. tract. 21. cap. 4. num. 149.*

91 Dixi (*regulariter loquendo, hoc esse verum*) nam per accidens, in aliquo casu particulari, posset Doctor, vtendo æquiuocatione, consilium præbere, contra propriam opinionem, iuxta probabilem opinionem aliorum: vt si propria opinio, excusans à restitutione, non excusaret à peccato, nè detur occasio petenti consilium, iterum incidendi in peccatum illud: vel si opinio illa Doctoris sit ita singularis, vt fortè scandalum generare posset, vt benedicebat Sanchez, vbi supra.

Quando nam Medicus poterit sequi opinionem probabilem, relicta tutiori, in adhibendis, & applicandis remedüs? Dub. 18.

92 Difficultas hoc non est, An, liceat Medico in curationibus sequi opinionem probabilem, quæ affirmat, posse ipsum licitè tali, ac tali modo, & medicamine curare: nam ex dictis dub. 3. nu. 15. patet, licere ipsi amplecti vtramuis opinionem probabilem, quamuis altera minus probabilis sit. Ratio autem est: quia, cum sint opiniones probabiles practicæ, possunt esse regula rectæ operationis. Sed difficultas est, quando sunt diuersæ opiniones speculatiuæ circa ipsa medicamenta, An, scilicet, salutifera sint, an noxia, vtrum Medicus possit sequi opinionem minus probabilem, relicta probabiliori?

93 Quando adest medicamentum certũ, non esse licitum, eo postposito, opinionibus vti, dicunt communiter. Quia, cum sequendo quamuis opinionem, adhuc maneat periculum in medicamento, non fideliter munus suum Medicus obit, electo eo periculo, medicamentum certum omittens: & ideò imprudenter agit, & consequenter mortaliter peccat in re graui. Ita Azorius, *par 1. lib. 2. cap. 17. quæst. 11.* Vasquez, 1. 2. *disp. 64. cap 4. num. 23* vbi Salas, *tract. 8. disp. 1. sect. 5. num 60.* Sanchez, *lib 1. sum cap. 9. num. 38.* Merolla, *to. 1. disp. 2. cap 4. num. 188* & alii.

94 Quando salus ægroti non est omninò desperata, nefas esse, præbere ægroto medicamentum dubium, An, scilicet, salutiferum, an potius noxium futurum sit? etiam quando certum ignoratur remedium: eo quod in dubiis tutior pars sit eligenda: tutior autem videtur, Deo, & omnipotentię ipsius relinquere ęgrotum, & periculo naturali constitutum; quam ipsum exponere nouo periculo medicamenti. Ita Innocent. *in cap. tua nos de homicidio.* Angelus, *v. medicus, nu. 2.* vbi Siluester, *quæst. 4.* Nauarr. *cap. 25. sum. num. 61.* Azorius, *part p. lib. 2. cap 17 quæst 11.* Sayrus, *in Clau. Reg. lib p. capit. 10 num 6.* Merolla, *to. 1. disp. 3 cap. 4. nu. 189* & alii communiter.

95 Vndè grauiter peccat Medicus, qui applicat ægrotis dubia medicamenta, vt vim illorum experiatur: quod si certum esset, medicamentum minimè nociturum; at dubitaret, an sit profuturũ; nõ solum potest, sed etiam tenetur Medicus, illud adhibere, quando aliud medicamentum certum non habet: quia prudentia id dictat: & sic benè saluti infirmi prospicitur. Ita Valentia, 1. 2. *disp. 3. quæst. 10. pu. 2. versic Altero modo.* Merolla, *to. 1. disp. 3. cap. 4. num. 189. in medio.* Quãdo autem est par, aut ferè par mortis periculum, siuè adhibeatur, siuè non, minimè licet, nisi adesset aliqua probabilitas, fortè vt prosit. Ita Salas, 1. 2. *tr. 8. disp. 1 sect. 14. num. 135.* Merolla, *dict. num. 189. in fine.*

Dubi-

Dubitatur Primò: An quando est dubium medicamentum futurum sit salutiferum, annocituum: nec adest remedium certius, & aliunde est mors ægroti certa, ac de ipsius salute desperatur, Vtrum liceat id medicamentum dubium adhibere?

96 NEgatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia, si non applicetur, id dubium remedium, mors infirmi subsecuta, non culpæ Medici, sed morbi violentiæ tribuitur: si verò applicetur, exponetur periculo vita infirmi, qui forsan, eo non applicato, ad sanitatem restitueretur, vel saltem diutiùs viueret. Ita Azorius, *part* 1. *lib.* 2. *cap.* 17. *quæst* 11 Salas, 1. 2 *quæst.* 21 *tract.* 8. *disp. vnica sect.* 14 *num.* 136. Vasquez, 1. 2 *quæst.* 19. *artic* 6 *disp.* 64 *cap* 4. *num.* 23 Rodoriquez, *part.* 1 *sum. cap.* 5. *concl.* 2. *num.* 2. Vega, *to p. sum. cap.* 5. *num.* 3. Sayrus, *in Clau. Reg. lib. p. cap* 10 *num* 6 Cordoba, *in sum. quæst.* 171 *dist* 3. Lopez, *part p. cap.* 63 § *sed quia si medicina* Abbas, §. *adultimum num* 4 Felinus, *num vnic.* Angelus, *v. medicus num* 2. vbi Syluester, *quæst.* 3. & alii: qui generaliter dicunt: Medicum peccare, si huiusmodi medicamenta dubia applicant.

97 Secunda opinio ait: In tali casu, licitum esse, id medicamentum dubium applicare. Cuius ratio est: cum enim, eo medicamento non applicato, nulla spes vitæ supersit (vt supponimus) ad summum id damni inferret, vt mors aliquantulum anticiperetur: at verò proficiendi expectatio, si res feliciter contingerit, magna est, condonabitur enim omninò vita illius, spe distituti. Et confirmatur, quia inter duo mala, quorum alterum necessario eligendum est, minus præferendum est, C. *an Duo mala*, 13 *dist.* At, multò minùs malum est, applicare id medicamentum dubium: nam eo non applicato, mors est certa: applicato autem, est salutis spes, quamuis dubia. Ita, Valentia, 2. 2. *disp* 3. *quæst.* 10. *pun.* 2. *sol. penult.* Sanchez, *lib* 1 *sum. cap* 9 *num* 39, Adrianus, *in* 4 *quæst. de correct. fratern. artic.* 3. § *Ex quo ad secundam partem*, & alii.

98 Tertia opinio distinguit, Dupliciter intelligi potest remedium dubium. Vno modo, vt dicatur dubium merè negatiuè: scilicet, pro neutra parte adsunt probabiles coniecturæ, seu rationes, An sit pro futurum, vel nociturum: vt si Medicus sumeret herbam, sibi incognitam, & cuius virtutem prorsus ignorat, ac illius succum præberet ægroto potandum: vel quamuis, virtutem talis medicamenti noscat, non tamen habet aliquã probabilitatem, quod tali infirmo in particulari possit salutem conferre. Alio modo dicitur remedium dubium quasi positiuè, quia, scilicet, pro vtraque parte sunt aliquæ coniecturæ, æquè probabiles. Si loquamur de remedio dubio, primo modo, probabiliorem existimant Doctores citandi primam sententiam: quia temerè, & imprudenter applicat Medicus remedium infirmo, cuius naturam, ac virtutem prorsus ignorat: vel de quo nulla est probabilitas, quod possit prodesse: nam exponit periculo vitam ægri, qui forsan, eo non applicato, saltem diutiùs viueret. Si verò loquamur de remedio dubio, secundo modo, certum illis Doctoribus citandis, videtur, posse Medicum illud adhibere, quia prudenter agit, cum habeat aliquas rationes probabiles, quod possit prodesse. Nec obstat, quod ex altera parte sit etiam probabilitas, quod id medicamẽtum nocere possit: quoniam id nocendi periculum medicum est, proficiendi autem expectatio magna, vt supra dictũ est. Ita Alphonsus de Leone, *de offi. & potest. confess. Recoll.* 2. *num.* 193. & 194. Merolla, *to.* 1. *disp.* 3. *cap.* 4. *num* 191. Diana, *part.* 5. *tract.* 3. *resol.* 112. quatenus ait, sufficit, vt medicamentum æque probabile sit pro futurum.

Dubitatur Secundò: Quando nullum medicamentum est certum, sed variæ inter Medicos opiniones versantur, circa medicamenta, illi morbo applicanda, & aliunde salus ægroti non est dsperata: An liceat medicamento vti iuxta opinionem, quam Medicus minus probabilem credit, relicta probabiliori?

99 AFfirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est; quia, quod ex probabili ratione fit, temeritate, ac imprudentia vacat: ergo, & culpa. Ita Azorius, *p.* 1. *lib* 2. *cap.* 7. *quæst.* 11. Aragonius, 2. 2. *quæst.* 63. *artic.* 4. *dub penult.* Salas, *d. disp.* 14. *num.* 156. Montesinos, 1. 2. *to.* 1 *disp* 19 *quæst.* 5. *num.* 214. Sancius, *in pract. disp.* 44. *num.* 36. & alii.

100 Secunda opinio ait: Peccare mortaliter

taliter Medicum, operando secundum opinionem, minus probabilem. Cuius ratio est: quia imprudenter agere videtur in re tanti momenti, salutem proximi in discrimen adducendo: relicta probabiliori, & tutiori sententia. Tum quia, tenetur ille fungi proprio officio, quantum potest cum minimo proximi damno, & periculo. Ita Sotus, *lib.3.de iust. quaest 6 artic 5.ad 4.* Salonius, *2.2.quaest. 63.artic.4.contro 2. ad 2.* Vasquez, *1.2. disp.64.cap.4.in fine.* Sanchez, *lib.1.sum. cap.9 num.41.* Beccanus, *1.2.tract 1.cap. 4 quaest 9 num.13.* Villalobos, *to p.sum. tract.1.diffic 1. num.6.* Bonacina, *de leg. disp.2.quaest 4 pun.4.num.22.* Diana, *pa. 1.tract.13 resol 7.& part.5 tract.3. resol. 132.* Alphonsus de Leone, *de potest. & offic.confess.Recoll.2.num.194.* Suarez, *in 3.part.to 4 disp.26 sect.6.& disp 21 sect.4. in fine.* Merolla, *to p.disp 3 cap.4.nu 196.* Pharaonius, *tract 1 sect.3 cas 3.* & alii.

101 Sed stando in hac opinione, An est contra iustitiam, an verò contra charitatem, adhibendo opinionem minus probabilem? Sanchez, *in lib.p cap.9.sum. num 41.* ait: Non esse contra obligationem iustitiae, ex Medici officio debitam, vti opinione illa minus probabili, sed contra debitam charitatem, proximo indigenti exhibendam, quae petit, vt certiori medio, quo possumus, ei subueniamus.

102 Hoc, quod dixit Sanchez, tantum existimat verum Merolla, *to.p disp.3 ca. 4.num 198;* quando Medicus non habet propriam opinionem circa medicamentum, morbo applicandum, an sit salutiferum, vel noxium, ita vt neutri parti contradictionis simpliciter adhaereat; sed solum iudicet, vtramque partem esse probabilem, ob diuersas aliorum Medicorum opiniones. Nam si ipse in ea esset opinione, vt existimaret, medicamentum noxium fore, peccaret contra iustitiam, praebendo id medicamentum, iuxta opinionem probabilem aliorum: Vt ait ipse Merolla, num.161 de Iudice, qui fert sententiam, secundum aliorum opinionem, relicta propria. Ratio est: quia eo ipso, quod infirmus vocat ad se potius hunc medicū, quā alios; tacitè vult ab eo curari secundum propriam opinionem, quia de illius scientia confidit: ergo iniuriam facit Medicus infirmo; si det illi medicamentum, quod existimat, fore noxium, quamuis opinionem aliorum Medicorum, dicentium, esse salutiferum, probabilem iudicet. Probatur consequentia: nam si, iuxta aliorum Medicorum opinionem, medicamentū praeberet, non tam ipse, quam alii dicerentur infirmum curare, sicut ait ipse Merolla, num. 162. de iudice, qui fert sententiam, secundum opinionem aliorum: & ad hanc opinionem videtur inclinare Diana, *part.5.tract.3.resolut.132 versic.Nota etiam.*

An Medicus possit dare pharmacum necessarium Mulieri infirmae praegnanti, cum periculo abortus foetus animati, fundatus tamen ex assertione Mulieris, de die conceptionis foetus, & facto dierū circulo in opinione probabili, quod foetus non dum sit animatus? Dub.19.

103 Notandum est prius, quod aliqui dicunt: Marem animari intra quadraginta dies: Foeminam verò intra octuaginta dies. Alii verò (sequendo Hypocratem, *lib. di not.foetus*) dicunt: Marem à die trigesima, vsque ad quadraginta quinque; Foeminam verò à die triginta quinque, vsque ad quinquaginta. Nunc autem Medicus, nè erret, supponit v. g. foetum esse marem, qui breuiori tempore animatur: sed, calculo iam facto, fundatur in opinione Hypocratis, qui vult, Marem animari in quadraginta quinque dies, contra primam opinionem illorum, qui dicunt: Marem animari in quadragesimo die. An (inquam) talis Medicus, cum huiusmodi periculo, quod scilicet foetus sit animatus iuxta primam opinionem, possit, in secunda opinione probabili fundatus; quod foetus non sit animatus, pharmacum infirmae praegnanti necessarium, cū periculo abortus foetus animati, tuta conscientia, & citra mortale tribuere?

104 Nauarrus, *in lib.2.de rest cap.3.diffic. 2.de indirecte occidente in noua edit. nu. 132.* negat, licere tunc abortum procurare: aitque, hanc esse omnium cōcordem sententiam. Cuius ratio est: quia multo magis à generatione distat semē, quam foetus iam ex semine conceptus; licet

licèt non dum animatus; atque tam illud, quam hic, suapte natura ad perfectum hominis generationem ordinatur. Si ergo illud effundere, nè in fine generationis natura frustretur, ita est intrinsicè malum, vt in nullo euentu liceat; à fortiori id asserendum erit de procurata fœtus expulsione. Tum, quia aliàs liceret fœminæ expertæ periculum mortis grauissimum sibi ex partu imminere, potionem sumere, quæ conceptionem impediat, abortiasue ante animationē. Similiter liceret fœminæ nuptæ, aut virgini fornicanti, idem efficere, quando nullo alio quæsito medio sibi consulere possent, nè crimine detecto, famæ, vitęque iacturam facerent. Nec refert, si dicas: In hoc euentu periculum ab extrinseco, vel culpa patientis prouenire. Tum quia nihil refert, quo damno præsentaneo consulatur, siue ab extrinseco, culpate nè, an inculpatę immineat. Sicut enim minus mihi fas est, amputare meū pedem, vt à morte incolumis euadam; quando si culpa mea, compedibus vinctus ab hoste teneor, vt interficiat; quā si morbo cogar.

105 Alij verò dicunt: Id fieri potesse; quia, cum ius prolis non sit certum de sua vita rationali, præualet vita pregnantis, vtpotè, nobilioris viuentis: & sic illa conseruanda, non autem hæc, cum certo illius vitæ nobilioris periculo: Quod quidem procedit, non solum de pharmacis, indirectè abortum inducentibus, vt est sectione venæ pragnantis, medicina, balneum, &c. sed etiam de pharmacis, directè embrionem ex vtero expellentibus, quando aliud medium inueniri non potest, & alioquin vita pregnantis omnino desperaretur, nisi tale medium assumatur: Quia, quando occurrunt duo mala, minus eligendum est, *cap duo mala*, 13. cum autem concurrat periculum mortis prægnantis, iam infallibilis, & etiā concomitanter corruptio ebrionis, etiam infallibilis, simul cum morte matris; sequitur, quod minus malum fit, vnum, è duobus periculis euitare, quam neutrum illorum: præsertim cum hic, & nunc non occidatur viuens vita rationali, nè embrio, æternæ damnationis periculo exponatur; cum iam supponimus, nondum esse animatum anima rationali. Nec obstat, quod non sunt facienda mala, vt indè eueniant bona: ac proindè, quod non debeat offendi fœtus, vt saluetur mater; cum non sit contra legem naturæ, dispositionem, ac finem, quam in fœtus generationem intendit impendere: Nam Respondent: Illud assumptum, nimirum, quod non sunt facienda mala, vt indè eueniāt bona, intelligi debere, cum malum ex nullo rationabili fine cohonestari potest; ita vt remaneat formaliter malū: nō autem de malo, quod, aliqua rationabili causa concurrente, cohonestatur, vt accidit in casu nostro, nimirum, ad euitandum maius malum, eo quod remanet materialiter tantum, & non formaliter malum. Quod clariùs in hoc casu exemplificari potest: nam contra legem naturæ etiam est, sibi scindere membrum, cum natura sicut indiuidui, ita etiam membrorum cōseruationem præcipiat: & tamen, si quis morsum alterius animalis venenosi patiatur, ita vt nullum aliud remedium restet, nisi quod membrum morsum abscindatur; illud, citrà vllum mortale, sibi obtruncare potest: non alia ratione, nisi illud, quod erat priùs formaliter malum, nempè, sibi obtruncare membrum; si postea ex illa rationabili causa, nimirum, conseruationis proprii indiuidui, licitum, & non peccaminosum, & materialiter tantum malum: ergo ita etiam dicendum est in hoc casu; præsertim, quia embrio pars mortis etiam reputatur; *cap. si quid; de consecrat. d. 3. & l. § 2 ff ventre inspiciendo*. Tum quia, cum concurrunt duo pręcepta eiusdem rationis, illud seruādum, quo seruato, minora incommoda sequātur, ac si alterum seruetur: cum autem de iuræ naturæ sit, fœtum non offendere; de iuræ naturæ est etiam de duobus malis eligere minus, & alioquin minora incommoda sequantur, si fœtus expellatur: quia sic saluatur vita matris, quam si retineatur; quia tunc cum fœtu etiam vita matris periclitatur; fit, quod hoc naturæ præceptum de minori malo eligendo potiùs, quam alterum eiusdem naturæ præceptum defectu minimè expellendo, seù non offendendo, natura ipsa dictante, obseruari debeat. Ita Henriquez, *lib. 11. de matrim. cap. 16. num. 8.* Graffius, *part. 1 decis. lib. 2. cap. 83. num. 24.* Palatios, *in 4. dist. 33. disp. 1. in fine*. Emanuel Sà, *v. homicidium, in initio* Vega, *to. 1. sum. cap. 5. cas. 3. in fine* Sanchez, *lib. 9 de matrim. disp. 20. num. 9.* Filliucius *tract. 29 num. 102.* Azorius, *part. 3. lib. 1.*

cap.

cap.4.quest.1. Laurentius Cutillus, *in addit. Mancini pract. p.append dub.12 fol.* 374 Layman, *in Theolog. moral lib.5 sect. 3 tract.3.part.3.cap.4.num.4.* Homobonus, *de cas reseru.part.5.cap.4* & alii.

Dubitatur Primò: Quando probabiliter creditur, fœtum esse animatum, an liceat Pragnanti, medicinis vti, & Medicos eas illi applicare, cum abortus periculo, quoties mater periclitatur, & hæ, ad salutem necessaria sunt?

106 Absolutè negant aliqui Doctores: etiam si medicinæ directè ad salutem matris tendant, propter quas abortiantur, quam si per accidens, & præter intentionem sequitur abortus. Ita Ioannes de Neapol. *quodlib.16.* D. Antoninus, *3.part tit.7.cap.2.§.2.* Siluester, *v medicus quæst.4.dict.2* Pontius, *de matrim. lib.10.cap.13.num 6* Vasquez, *opuscul.de rest.cap.2.§.1.dub.7.num 28. & part.5.§.1.dub.6 num.23.* & alii. Alii verò, quos refert Cordub. *lib.1. qq quæst. 38 dub.3.* opinantur: Nefas esse, Medico, aut Obstretrici eas applicare, licere ipsi pręgnanti ipsis vti.

107 Alii verò dicunt: Si mater in aliqua infirmitate, post fœtus animationem, periculosè laboraret, & nullum aliud remedium sit; possunt pręberi medicamēta, directè tendentia in curationem: vt, sectio venę, balnea, & pharmaca ad purgationem ventris: quia mater habet ius ad talia medicamenta, licèt indirectè, & per accidens ex illis sequatur mors fœtus. Ita Sanchez, *lib 9. de matrim. disp. 20 num.14.* Rutilius Benzonius, *tract. de fuga lib.3 quæst. . dub.2 §.2. licitum est.* Aragonius, *2.2 quæst 40.artic.1. dub.1. conclus.2.* Emanuel Sà, *v.homicidium in principio.* Diana, *part.3 tract.5. resol 11. versic. Notandum est.* & alii.

108 Difficultas est, quando medicamenta æquè tendunt ad salutem matris, & ad mortem fœtus; vbi salus infirmæ omninò desperata est, & fœtus etiam periret, An (inquam) in tali casu, liceat supra dicta medicamenta præbere? Respondeo, quod Lopez, *part.1 cap.67.§. sed in casu dubio.* Rodoriquez, *par.1.sum. cap.5.concl.3.num.3.* Vega, *to.1 sum.cap. 5. casu 3.* & Corduba, *sum. quæstio.173. dict.2.* & alii negant, licitum esse Prægnanti eis vti, ad vitam propriam tuendam necessariis, Medicoque ea applicare.

109 Sanchez verò, *lib 9.cap.20. num.18.* Io. del Cruz, *in direct.part 1.præcep.5.qu. 1.dub.7 concl.3 & 4.* Vilalobos, *to.2 sum. tract.12.dub 13 num.2.* & Diana, *part.3. tract.5.resol.11.vers. Et hanc sententiam,* dicunt: Licere. Quorum ratio est: quia potiùs ius habet mater, ad vitam propriam, quam fœtus ipse: Cur ergo, vbi medicina æque tendit ad matris salutē, ac ad abortus necem, præferenda est fœtus incolumitas vitę matris, vt propter illam, cum huius dispendio, applicanda non sit?

Dubitatur Secundò: An liceat procurare abortum, ad euitandum periculum vitę, & infamię alicuius puellę prægnantis?

110 Negatiuè respondent Doctores citandi. Quorum ratio est: quia non sunt facienda mala, vt veniant bona, & nullo bono fine honestari potest abortus. Ita Turrianus, *in 2.2 D.Thomę disp.4.quęst.8.dub.4 num.58.* Sanch. *lib.9.de matrim.disp.20.num.10.* Siluius, *2.2.D.Thomę quęst.64 artic.7. quęritur 4.concl 3.* Fincilius, *de cas reseru. part.2. cas.5. versic Abortus, §.1 num 3.* Azorius *part.3.lib.1 cap 4.quęst.1.* Zennardus, *in direct. confess par.1 de Sacram matrim.ca. 41 quęst.17* Bellochius, *tract.29 cap.6. num.103.* Filliucius, *to.2. tract.29.cap.6. num 103.* & alii.

111 Alii verò (quos tacito nomine referunt Zumel, & Azorius) dicunt: In tali casu, licitum esse procurare abortum: quia cum fœtus non sit animatus, nulli fit iniuria, si procuretur remedium, nè concipiatur. Tum quia, sicut Sayrus, Layman, Homobonus, & alii, in num. 105. citati, dicunt probabiliter, quando aliquid non suppetit remedium pro salute infirmæ mortis, potest quis licitè procurare abortum, si fœtus non dum erit animatus: ita etiam licitum erit in hoc casu.

112 Negat hanc consequentiā Sanchez, *lib.9.de matrim.disp.20.num.10* & adducit disparitatem rationis: Quia in hoc casu fœtus non est aggressor, periculūque non est præsentaneum, sed distans, illique aliis quęsitis coloribus, mediisq; adhibi-

adhibitis occurri potest: In casu autem, num. 105. relato, fœtus inuadit, & quasi aggreditur, causaque est materni obitus, periculum quoque est præsentaneum, ac iudicio Medicorum alia via euitari nequit.

113 Sed hoc quod dicit Sanchez, impugnat Pontius, *lib. 10. de matrimon. cap. 13 num. 2.* vbi sic ait. Si licet euacuatio fœtus, non dum animati, ad uitandam mortem matris, & restituendam sanitatem; liceret etiam procurare abortum, non dum animatum, cum ad famam, & statum conseruandum opus erit: Casus enim sese offerre potest adeò præmens, vt nullo alio modo possit Mulier eripi, nisi abortu fœtus, non dum animati; quod tamen Sanchez, non vult admittere, sed nullo conuenienti assignato discrimine. Ita Pontius. Vndè, vel negandum, in vtroque casu licitum esse procurare abortum, vt negat Pontius: vel concedendum, in vtroque casu licere. Et hoc vltimum docet etiam Torreblanca, *de magia. lib. 2. cap. 43. num. 10.* vbi, secundum hanc opinionem, apertè docet, licere procurationem abortus, ad tuendam vitam, vel honorem puellæ prægnantis. Quam opinionem non admittit celebris auctor. P. Anton Diana, *in par. 3. tract. 5. resol. 11. vers. Sed illud impugnat. in fine*, Quid dicendum de hac opinione? Tu cogita.

An quando varietas opinionum versatur inter Superiorem, & Subditum, teneatur Subditus obedire?

Dub. 20.

114 PRima opinio ait: Subditum non teneri obedire, quotiès opinio aliqua probabilis asseruerit, ipsum non teneri parere, siuè illicitum esse, quod præcipitur. Cuius ratio est: quia nullus potest licitè agere id, de quo non potest iudicare, dum agit, quod ipsum licet: sed impossibile est, aliquem iudicare, quod sibi licèt agere contra suam propriam opinionem de bono, vel malo: ergo, &c. Minor probatur: quia sic simul haberet contradictoria iudicia, vt verbi gratia iudicaret, quod operari, A, sit malum, si quidem hanc tenet opinionem: & etiam iudicaret, quod operari, A, non sit malum; nam iudicaret, quod sibi licet propter mandatum Superioris. Ita Adrianus, *quodlib. 2. pu. 3. litt. A* Castrus Palaus, *to. 1. oper. moral. disp. 2. pu. 6. num. 5.* Sancius, *in select. disp. 33. per totã.* Petr. Ledes. *tract. de statib. c. 4.*

115 Secunda opinio ait: Subditum, non solum posse, sed etiam teneri, contra propriam opinionem, obedire Superiori, præcipienti etiam partem minus tutam, quando Superior, præcepto suo, sequitur opinionem probabilem, dicẽtem id, quod præcipit esse licitum. Cuius ratio est: quia vnusquisq; possit, sola auctoritate aliorum ductus, formare sibi iudicium singulare, rectè operandi, contra propriam opinionem vniuersalem, vt superiùs dictum est. Potest etiam idem efficere, quando aliquid præcipit Superior, quem scit, sequi opinionem probabilem, quod possit ipse licitè obedire. Si autem potest, ergo tenetur obedire: nam præceptum Superioris, cum potest licitè, obseruari debet necessariò. Ita Azorius, *part. p. lib. 2. cap. 17. qu. 9.* Salas, *1. 2. tract. 8. disp. unica sect. 8. nu. 76.* Antonius Perez, *in Laurea Salmat. certam. 10. scholast. num. 15.* Maiderus, *1. 2. quæst. 19. artic. 5. disp. 86. § dico quarto* Sayrus, *in Clau. Reg. lib. p. cap. 12. num. 6.* Sanchez, *to. 2. sum. lib. 6. cap. 3. nu. 7.* Turrianus, *2. 2. disp. 50. dub. 5. num. 9.* Vasqu. *1. 2. to. p. disp. 62. num. 32.* Lessius, *lib. 2. cap. 11. dub. 9. à num. 76.* Rosella, *v. conscientia. num. penult.* vbi Angelus, *num. 2.* Silvester, *quæst. vlt.* Tabiena, *quæst. 2. nu. 4.* Diana, *part. p. tract. 13. resolut. 10. & part. 4. tract. 4. resolut. 31.* Villalobos, *to. p. sum. tract. p. dub. 11. num. 12.* Pharaonius, *tract. p. sess. 4. cap. 18.* & alii.

116 Etiam si Subditus probabiliter, aut etiam probabiliùs iudicaret, rem præceptam esse malam, adhuc teneri ipsum obedire, ait Sanchez, *d. lib. 6. cap. 3. num. 6.* quia Superior, tamquam possidens, habet ius præcipiendi, quidquid non cõstat certè, seù euidenter, esse malum. At verò Subditus, opinans probabiliter, vel probabiliùs, adesse malum, adhuc non habet euidentiam, seù certitudinem de malitia reipceptę: ergo tenetur obedire.

117 Limitant aliqui hanc opinionem, vt locum habeat, quando certò constat de potestate, & iurisdictione Superioris: nã si de illa dubitatur, vel essẽt diuersę opiniones; tunc potest Subditus, sequi probabilem opinionem, quæ dicit, eum non esse legitimũ Superiorẽ, & ita se non teneri obedire præcepto illius. Ita Vasqu. *1. 2. qu. 19. art. 6. disp. 6. c. 6. in fine.* Sancius,

in select.disp.33.num.31 Lorca, 1.2.*tom.* 2.*disp* 26.*parag. Aduerte prætereà*. Lessius, *lib.*2.*cap* 41.*dub* 9 *num*.77. *in fine*. Salas, 1.2.*tract*.8.*disp vnica,sect*.8.*nu* 76.&probabilem vocat Diana, *part*.4.*tract*.4.*resol*.31 *in fine*. Sed quid dicendum de hoc diximus, *in cap*.3 *dub*.25 *à num*.143.

An in iustitia alijs administranda (vt in sententijs interpartes ferendis) possit Iudex sequi opinionem probabilem, probabiliori relicta?
Dub.21.

118 PRima opinio ait: Posse Iudicem, in sententijs ferendis, sequi opinionem probabilem, relicta probabiliori, etiam contra propriam. Cuius ratio est: quia tunc Iudex non temere, nec imprudenter agit, vt potè, qui ratione probabili ducitur: nam eo ipso, quod opinio est probabilis, est conformis rectæ rationi, & consequenter tuta conscientia eam sequi potest in iudicio. Nec obstat, quod altera opinio sit probabilior, & per consequens, conformior rectæ rationi: quia sicut in medijs, ordinatis ad salutem, nemò tenetur eligere quod melius, & securius est: vt v.g. nemò tenetur eligere virginitatem, aut ingredi Religionem; quamuis virginitas, & Religio melior, & perfectior sit, quam status matrimonialis: sed satis est seruare mandata, & eligere, quod tutum, & securum est: Ita in exequendis sententijs Doctorum, non tenemur eligere probabiliorem, sed satis est eligere eam, quam probabilem, & conformem rectæ rationi iudicamus. Ita Aragonius, 2.2 *quæst*.63 *artic*.4. Medina, 1.2 *quæst*.19.*artic*.6. *dub penult. ad vltim.* Salonius, 2.2.*quæst*.63 *articul*.6 *controu*.2.*conclus*.4 Petrus Ledesma, *tom*.2.*sum. tract*.8.*cap*.22 *post* 11 *conclus. diffic*.2. Sayrus, *in Clau. Reg. lib*.1. *cap*.11. *à num*.4. Salas, 1.2.*quæst*.21.*artic* 8. *disput. vnica, sect*.12.*num*.114. Aluarez, 1 2.*disput*.80. *num*.12. vbi Martinez, *quæstion*.19 *artic*. 6. *conclus*.2. Lorca, *disput*. 39. *memb*.2. Mart. Delrio, *disp mag lib*.5. *quæstion*.1. *§ Quotiescumque*. Sancius, *in select. disp*. 44 *num* 50. Morla, *in opuscul iuris par*. 1.*titul*.2.*quæstion* 2 & alij. Et probabilem vocant Bonacina, *de leg. disp*.2.*quæstione quarta pun non. num. decim tert.* Sanchez, *dict.cap*.10.*num*.47. Diana, *part. tract*.13 *resolut*.3. & Pharaonius *tract*.1 *sess*.3 *cas*.6.

119 Secunda opinio ait: Teneri Iudicem sententiam ferre, iuxta opinionem probabiliorem, relicta probabili. Cuius ratio est; quia hic agitur de iure suo, cuique reddendo secundum merita causæ: & cum ipse à Republica, Iudex constitutus sit, hoc ipso iudicio ipsius committitur, vt causam illam dirimat, pro vt ei meliùs, & magis consentaneū rationi videbitur. Item videtur acceptio personarum, cum non secundum causæ merita deiudicet: sicuti acceptor personarum est, qui digniori posposito, confert beneficium minus digno. Ita Sotus, *lib*.3 *de iustit. quæstion 6 articul*.5. *ad* 4. Valentia, 1.2. *disput*.5 *quæ* 7. *pun*.4 *dub tert.* Layman, *in Theolog. moral. lib*.1.*tractat*.1.*cap*.5.*paragrapho* 3. *num*.16. Malderus, 1.2.*quæstion*.19.*articul*.5.*disput*.86. *circa finem*. Tannerus, 2.2 *disput*.4 *quæstion* 4.*dub*.6. *num*.128. Vilalobos, *tom p sum tractat*.1. *difficult*. 15 *num*.6. Bannez, 1. 2. *tractat. p cap* 9. *num* 47. Azorius, *part*.1. *lib*.2. *cap*.17. *quæstion. vltim.* Suarez, *tract*.21.*cap*.4. *num* 144. Portella, *in addit. ad dub. Regul v. opinio eligenda num*.12. Sanchez, *tom* 1 *sum lib.p. cap*.9. *num* 47. Vasquez, 1.2.*quæstion*.19. *articul*.6 *disput*.64. *cap*. 7.*num*.5. Caietanus, *v. opinio*. Rodoriquez, *part*.1.*sum. cap* 6 *num*.1. *conclus*.1. & alij.

120 Limitant hanc sententiam Vasquez, *cap* 2 *num* 6. & Sanchez, *dict numer*.47. Nisi Iudex inferior esset, & opinio, quam minùs probabilem iudicat, esset magis praxi recepta: & crederet forè, vt minus prudens à iudice superiori, ad quem appellatur, notaretur, eiusque sententia reuocaretur, si lata esset iuxta sententiam, quam probabiliorem existimat: tunc enim potest, sententiam minus probabilem sequi: quia non tenetur cum tanta sui honoris iactura, & tā modico fructu officiū Iudicis exercere.

121 Ad rationes primæ sententiæ Respōdetur, quia Iudex, relinquēdo suam opinionem probabiliorem, non exercet munus Iudicis, ad quod exercendum, est à Republica constitutus, ac proindè suo munere rectè non fungitur: nam Rex Titium V.G. constituit Iudicē atq; vult, vt Titius, secundum suam scientiam, causas dirimat: & non constituit Iudicem Semproniū: & partes se subijciūt iudicio con-

Titij, & non Sempronij, ac proinde Titius contra suā opinionē probabiliorem iudicans ex mente Sempronij, decipit litigantes, & Rempub. ac peccat grauiter.

121 Item quia partes non contenderēt coram Titium, si scirent, eum velle, sibi esse liberū sequi probabilē opinionē relicta probabiliori; neque esset vlla necessitas corā illo allegādi rationes vtriusque partis in qbus allegationibus aduocati contendunt, suas opiniones ostēdere esse probabiliores, si Iudex non teneretur, sequi probabiliorem opinionem: Hoc autem est contra praxim: ergo eam tenetur sequi in iudicando, & malè faceret, si relicta probabiliori, sequeretur probabilem: Nec valet paritas de Virginitate, &c. quia nō sum factus à Deo vt sim Virgo, vel religiosus; sum autem factus Iudex à Republica, vt iudicem, non ad meum placitum; sed iustè, scilicet, adhęrendo sentētiæ, quam video esse magis iustitiæ conformem.

122 Et in rebus propriis non ago imprudenter, sequendo opinionē probabilem: quia sum dominus meαrū rerum: at in alienis, sine partium consensu, non possum sequi probabilem, relicta probabiliori, qa partes, & Respublica id nolūt: volūt enim, vt decidam, secundum Iustitiam probabilioris sententię.

123 Quid dicendum, quando opiniones sunt æquè probabiles? An Iudex possit eligere, quam voluerit? Bannez, 2. 2. *qu.* 63. *artic.* 4. *dub.* 1. *ad* 2. & Suarez, *opuscul. de fide, spe, & charit. tract. de char. disp.* 11 *sect.* 6 *num.* 4. dicunt: Quandō opiniones sunt eque probabiles non dari Iudici electionem, sed teneri eum, litigantes componere. Vndè si res, de qua litigatur, sit diuisibilis, debet illam diuidere inter partes: si verò fuerit indiuisibilis, debet diuidere partem fructuum. Hanc opinionem optimè, & eruditè defendit Candidus Philotheus, *in suo opusculo de opinionum prax. quęst.* 6. vbi multos auctores pro hac opinione citat.

124 Alij verò dicunt, posse Iudicem eligere, quam maluerit opinionem, & secundum eam iudicare: immò, cessante scandalo, nunc secundum vnam, nunc secundum aliam opinionem iudicare: quia, ex vi officij sui, & iustitiæ distributiuæ, non magis vni; quam alteri id iudicij fauorabilis bonum debet, sed vterque iudicio illo dignus est. Sicut ergo inter duos, æquè dignos, beneficio datur optio: ita in sententijs ferendis. Nec obstat, non esse diuidend. in quando æquales essent, ex parte facti, probationes: Quia hæ se tenent ex parte causæ, & sunt propria media, quibus ea decidenda est. At opinionum diuersitas se ex parte Iudicis tenet, qui communi bono prospicere, & eligere opinionem, & secundum quam iudicet, debet. Si verò adesset scandalum, peccaret quidem, modo eligendo vnam, modo alteram: non tamen tenetur ad restitutionem. Ita Ioa. Valerius, *in different. vtriusq. fori opinio diff.* 3. *num.* 1. Diana, *part. p. tract.* 13. *resol.* 3. *versic. Hinc etiam.* Filliucius, *to.* 2. *tract.* 21. *cap.* 4. *num.* 144. Valentia, *t.* 2. *disp.* 5. *quęst.* 7 *pun.* 4. Rodoriquez, *pa.* 1. *sum. cap.* 6. *concl.* 1. Sanchez, *to.* 1. *sum. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 45. Glossa, *in cap. per venerabilem, v. fautore de elect. & elect.* Pharaonius, *tract.* 1. *sess.* 3 *casu* 6. & alij.

12 Ex his opinionibus prima est verior, quam sequitur prędictus Philotheus, & auctores ab eo citati: quia non facit ad bonum publicum, vt liberum sit Iudici, nunc sequendo vnam opinionem, tradere sententiā in fauorē vnius partis: nunc vero, sequendo contrariam opinionem, iudicare pro illa contra id, quod prius iudicauerat: sed in dicto casu debet remanere dubius, & decidere in dubio pro possidente, vel pro reo: vel si nullus est possidēs, diuidere bona, aut ex opinionibus æquè probabilibus sequi tutiorem, ad animæ salutem.

An aduocatus, possit, tam in Ciuilibus, quam in Criminalibus tueri causam in fauorem sui Clientis, quando putat, Aduersarium habere opinionem probabilem? Quod est quærere: An, quando Aduocatus est in opinione, quod suus Cliēs teneatur ad aliquam restitutionem, possit illum defendere, sequendo opinionem probabilem aliorum, qui dicunt, illū non teneri ad restitutionem? Dub. 12.

125 CErtum, & clarum est Primò apud omnes, Non posse Aduocatum, causam manifestè iniustam tueri. Secundò, posse licitè patrocinari, quotiescumque, post sufficientem diligentiam adhibitam, iustitia causæ apparet dubia, aut in iure ipso, aut in facto, ita vt non facilè appareat, quæ nam pars iustior sit: quia ius vtriusque æquale est. E tunc cense-

censetur iustitia causæ dubia iniure, ita vt Aduocatus possit patrocinari, quando sunt variæ, & contrariæ de ea re opiniones. Ita Salas, 1.2. *quæst.* 21 *artic* 8. *disp. vnica. sect.* 11. *num.* 101. D. Antonin. 2. *par. tit.* 1. *cap.* 19. *§. vlt. circa medium.* Siluester, *v. Aduocatus quæst.* 10. Sotus, *lib.* 5. *de iust. quæst.* 8 *artic.* 3. Nauar. *cap.* 25. *sum num.* 28. Salonius 2.2 *quæst.* 71 *art.* 3. *controu.* 2. vbi Aragonius, *artic.* 3. Bannez, *art.* 4. Sayrus, *in Clau. Reg. lib.* 1. *cap.* 11. Vasquez, 1.2. *disp.* 64. *cap.* 1. Toletus, *lib.* 5 *sum. cap* 60. Merolla, *to* 1. *disp.* 3. *cap.* 4. *num.* 49. Diana, *part.* 1. *tract.* 13. *resolut.* 6. Malderus, 1.2 *quæst.* 19 *tract* 5 *disput.* 86. *asser.* 8. *in fine.* Lorca, 1.2. *disp.* 39 *notab.* 2. & alij.

Difficultas est: An hoc verum sit tãtum, quando causa ex vtraque parte habet Auctores æquè graues, & rationes æquales? An verò idem dicendum sit, quando maior est probabilitas alterius partis: vt quando Aduocatus causam Clientis, minus probabilem, iudicat?

116 Prima opinio existimat: Tunc esse veram vniuersaliter hanc sententiam, quotiès æquè pendet dubitatio in vtramque partem: quia res vel facto, vel iure in dubio est, seù quotiès vtraque pars est æquè probabilis. Si verò Aduocatus intelligit, maiorem esse probabilitatem alterius partis, vel propter probationes, vel propter fundamenta iuris, censet Sotus loco citando, distinctione opus esse: Aut enim agitur de causa sãguinis, vel mortis, aut honoris: & in his casibus, inquit, non licere patrocinari contra probabiliorem opinionem, pro obtinenda sententia contra vitam, aut honorem alterius: quia, in dubijs (inquit) melior est conditio possidentis, cum etiam in dubio nemo sit condemnandus. Idem dicit Sotus, quando ageretur contra aliquem, vt omnium suorum bonorum possessione priuetur. Ita Sotus, *lib.* 5. *de iust. quæst* 8. *artic.* 3. Gutierez, *qq pract. tom.* 1. *lib.* 1. *quæst.* 27. Toletus, *lib.* 5 *sum. cap.* 60. Malderus, *de iust. tract.* 6 *cap.* 3. *dub.* 9. Martinez, 1.2. *to.* 1. *quæst.* 19. *artic* 6. *dub.* 6 *concl.* 3. Aragonius, Bãnez, & Salonius, locis citatis, & alij.

117 Secunda opinio ait: Aduocatum, nõ solum posse causam cõtra Reum defendere, quando vtraque pars est probabilis; sed etiam quandò vna probabilior altera: Et hoc non solum in rebus minoris momenti, sed etiam in causa sanguinis, & honoris; dummodò non decipiat Clientem suum, certiùs illi promittendo sententiam, quam debeat: sed admoneat illum, partem eius non esse ita probabilem, sicut oppositam. Cuius ratio est: quia officium Aduocati non est ita rem defendere, tradẽdo vni id, quod petitur, & alteri auferendo; id enim Iudicis est: sed illius tantum munus est, proponere sincere fundamenta iuris, & facti, ac rationes, quæ causæ sui Clientis fauere possunt, vt Iudex ea videat, & expendat, atque optimè consideratis, sententiam ferat, & causam definiat: quia forsan accidere potest, vt quæ Aduocato videbatur minus probabilis opinio, Iudici appareat probabilior, & secundum illam sentẽtiam pronunciet. Idem confirmari videtur ex communi consuetudine bonorum, etiam, & piorum Aduocatorum, qui neque à doctis, & piis Confessarius ob id damnantur. Ita Valentia, *to* 3. *disp.* 5. *quæst.* 15. *pun* 4 Vasqu. 1.2 *disp* 64. *cap.* 1. Sayrus. *in Clau Reg. lib.* 1 *cap.* 11. *num.* 17. Lessius, *lib.* 2. *cap.* 31. *dub.* 9. Azorius, *part* 1. *cap.* 170. *quæst vlt* Salas, 1.2. *quæst.* 21. *tract.* 8 *disp.* 1 *sect.* 11. *nu.* 104 *& seq.* Sanchez, *lib.* 1. *sum. cap.* 9. *num.* 53. Turrianus, 2.2. *to.* 2 *quæst.* 71. *artic.* 3. Lorca, 1.2. *to* 2 *disp* 39 *memb.* 2. Vilalob. *to.* 1 *sum. tract* 1. *diff.* 14. *num* 5. Merolla, *to* 1. *disp.* 3. *cap.* 4. *num* 53. Diana, *part.* 1. *tract.* 13. *resolut* 4. Bonacina, *de leg. disp.* 1. *quæst.* 4. *pun.* 9. *num* 16. Pharaonius, *tract.* 1. *sess.* 3. *cas.* 10 & alij.

128 Limitant hanc sententiam Salonius, *controu.* 2. Merolla, *num.* 55. Sanchez, Sayrus, & alii: Nisi opinio illa, cui Aduocatus fauet, esset communi praxi reprobata: vel ita parum probabilis, vt in eam rarò, aut numquam Iudices inclinent. Tunc enim peccaret contra iustitiam, & consequenter ad restitutionem teneretur Aduocatus, illam tuens. Et in hoc casu, non solum restituere teneretur damna, subsecuta ei, contra quem causam defendit: sed etiam suo Clienti, si ipsum non admonuit, de illa parua probabilitate causæ; & Cliens, cognito causæ periculo, non esset litigaturus, vt dicunt Siluester, *v. Aduocatus quæst.* 10. Merolla, *d. num.* 55. *in fine.*

An

An Coniux, qui bona fide contraxit matrimonium, si postea habeat opinionem probabilem, matrimonium esse nullum, possit petere, & reddere debitum? Dub. 23.

129 PRima opinio ait: Credentem probabiliter non esse matrimonium, non posse petere, nec reddere debitum. Cuius ratio est: quia dum aliquis opinatur rem, quam bona fide cœpit possidere, alienam esse, non potest illam retinere: ergo, quandò quis habet opinionem probabilem, nullum esse matrimonium, non potest eo matrimonio vti. Confirmatur: nam hic, qui habet opinionem probabilē, nullum esse matrimonium, consequenter assentitur, hanc non esse suam: ergo dum accedit ad illam, assentitur, se fornicari, quia fornicatio est accessus ad eam, quam aliquis credit non esse suam. Ita D. Antoninus, *3 part. titul. 1. cap 9. versic secundo nota.* Siluester, *v. matrim. 4. quæst 9. dict.* 3. Rodoriquez, *part. 1. sum. in 2. edit. cap.* 243. *num. 6* & alij. Idem videtur apertè tenere Sotus, *4 dist. 27. quæst. 1. artic. 3. versic. Tunc ergo* & Marcus Antonius Cucus, *lib. 5. inst. moral. tit. 12. num. 232.*

130 Pro resolutione huius Quæstionis: Dupliciter posse contingere, Coniugē, qui bona fide contraxit, postea probabiliter opinari, matrimonium esse nullum. Vno modo, vt habeat opinionem probabilem tantum de nullitate matrimonij, non autem de valore ipsius. Alio modo, vt habeat opinionem probabilem vtriusque partis.

131 Prima conclusio (*vt dicunt Doctores citandi*) est. Quando Coniux habet opinionem probabilem tantum de nullitate matrimonij, non potest petere debitum: Tenetur tamē reddere, donec saltem moraliter certus fit de nullitate illius. Ratio est: quia si hic dubitaret de validitate matrimonij, non posset petere debitum, vt *in cap. 3. dub. 14 nu. 76* diximus: ergo multominus, quando probabiliter opinatur, matrimonium esse nullum. Et quamuis ibi diximus: Dubitātem de valore matrimonij, post adhibitam diligentiam, posse petere debitum: contrarium tamen dicendum est de hoc, qui probabiliter opinatur, matrimonium esse nullum: quia dubitanti suffragatur possessio: non autem fauet habenti assensum opinatiuum de nullitate matrimonij. Secunda pars probatur: quia, vt possim alium sua possessione spoliare, oportet, (saltem meo aliter) me esse certum, rem non esse illius (vt communiter Doctores docent) vt licita sit compensatio, requiri certitudinem in vtente illa. Sic D. Thomas, *4 dist* 41. *quæst unica, artic. 5 quæst. 1 ad 3.* Paludanus, *in 4. dist 6 quæst 2 artic 2. num. 14.* Angelus, *v. matrimonium 3. impedim. 4 num* 8 Henriquez, *lib. 12. de matr. cap 6 num. 7* Petrus Ledesma, *de matr. quæst* 45 *artic. 1 dub. 2. insolut. ad 3 primæ sentētiæ.* Gutierez, *de matr cap. 50 nu. 4.* Sanchez, *lib. 1 de matrim. disp 44. num. 3.* Merolla, *d. disp. 3. cap. 4. num 2. 7.* & alij. Etiam si Coniux probabiliùs opinaretur, matrimonium esse nullum, ait Sanchez. Hoc autem intelligendum est (ait Merolla, num. 229.) nisi illa maior probabilitas esset tanta, quæ faceret certitudinem moralem, idest, vt omnem formidinem ex parte subiecti excludat.

132 Secunda conclusio: Quando Coniux habet opinionem probabilem nullitatis matrimonij, & similiter probabilem opinionem de valore ipsius, potest reddere, & petere debitum. Ratio est: quia licitum est, amplecti opinionē probabilem valoris matrimonij, quamuis probabilius sit, matrimonium esse nullum, iuxta illud, quod dicit Sanchez, *lib. 1. sum. cap. 4 num. 14* vbi tenet: Licitum esse inconscientia, sequi opinionem probabilem, relicta probabiliori: de qua re nos etiam egimus supra. Ita Martinus, Ledesma, *2. part quæst. 54 artic. 4.* Petrus Ledesma, *artic. 1. ad finem, insolut. ad vlt.* Gutierez, *loco citato.* Sanchez, *d disp 44. num. 4.* Merolla, *d cap. 4. num. 2 o.* & alij. Etiam si probabiliùs crederet, non valere matrimonium, ait Sanchez.

DE CONSCIENTIA Scrupulosa. Cap. 5.

QVid est Conscientia scrupulosa? Dub. 1.
An liceat operari cum Conscientia scrupulosa? Dub. 2.
Vndè nàm Scrupuli nascantur? Dub. 3.
Quibus modis curentur Scrupuli? Dub. 4.

Quid est Conscientia scrupulosa? Dub. 1.

1 VT ait Bonacina, *de leg. disp. 2. quæst. 4. pun. 6 num. 2.* Conscientia scrupulosa,

pulosa; est illa, quæ vni parti adhæret, cum formidine partis contrariæ: orta ex leui motiuo, & minus sufficienti fundamento. Et hæc nascitur ex quadam animi pusillanimitate, timens, vbi non est timendum.

2 Scrupulus verò, est suspitio quædam leuis, orta ex leuibus fundamentis, & rationibus, qua quis putat, aliquid esse peccatum, quod re ipsa non est. Sic Bonacina, *d. pun 6. num.* 3.

An liceat operari cum Conscientia scrupulosa? Dub. 2.

3 PRima opinio ait: Ad licitè operandum, deponendum esse scrupulum. Cuius ratio est: quia ad licitam operationem, est necessitas assensus intellectus, saltem probabilis honestatis, operans: At vrgente scrupulo, deficit hic assensus: ergo nisi deponatur, illicitum erit operari. Ita Lopez, *part. p. cap. 3. versicul. Ex quo sequitur in fine.* Rodoriquez, *part sec. cap.* 51 *num* 3. *in fine.*

4 Communis verò opinio, & verissima aliorum, est: Licitum esse, operari cum Conscientia scrupulosa, an aliquid sit peccatum, quamuis scrupulus non deponatur, sed maneat in mente: atque adeò huiusmodi conscientiam scrupulosam non obstare iudicio, requisito ad licitam operationem. Ratio est: quia si per quodcumque argumentum, quod facit nos formidare de eo, quod probabiliter iudicamus, abstinendum esse ab opere, de quo probabiliter iudicamus, ardua sanè esset ad cœlum via: cum humanum ingenium non ita res assequatur, vt de contraria falsitate nihil omninò formidet. Tum quia, ad rectè operandum, sufficit iudicium, probabiliter dictans, aliquid licere: vt probauimus, *in cap. antecedente, dub. sec num.* 15. At quantumuis perseueret scrupulus in mente, non amittitur prædictum iudicium: cum enim scrupulus ex leui fundamento procedat, non potest practicam, ac moralem certitudinem in operando tollere: non enim scrupulus dicit assensum, sed tantum simplicem apprehensionem intellectus, vt probat Merolla, *in p. to. disp* 3. *cap. p dub. p. num.* 20. *&* *cap.* 3. *dub.* 3. *num.* 379 Præterea, quia licet non sciatur, eum esse scrupulum, sed probabiliter tantum credatur: eo ipso, quod est probabile, esse scrupulum; est quoq; probabile, eũ carere fundamento: ergo eo non deposito, sed adhuc vrgente, licitum est, operari contra illum. Ita Sanchez, *lib. p. sum cap.* 10. *nu.* 80. Reginaldus, *to p. lib.* 3 *nu.* 114. Emanuel Sà, *v. dubium ad finem.* Nauarr *cap. si quis autem num.* 64. *&* 65. *& de pœnit. d.* 7 *& in sum. prælud.* 9. *num* 9. Beccanus 2.2 *tract. p. cap.* 4. *num.* 4 Bonacina, *de leg. disp.* 2. *quæst.* 4. *pun.* 8. *num.* 5. Merolla, *to.* 1. *disp* 3. *cap.* 3. *dub.* 3. *nu.* 379. Medina, *lib.* 2. *sum. cap.* 17. D. Antoninus, *part. p. tit* 3. *cap.* 10 § 10. Fillincius, *to. sec. tract.* 21. *cap.* 4. *num.* 176. & alij.

Vndè nam Scrupuli nascantur? Dub. 3.

5 EX multis causis suam trahunt originem. Primò, ex malenchonia, per quã homo timidus efficitur; timetque, vbi timendum non est. Secundò, ex ignorantia, perquam homo discernere nequit verum à falso. Tertiò, ex Diaboli suggestione, cuius proprium est, laqueos, & angustias in animam inducere. Quartò, ex nimia maceratione, & afflictione corporis, vt ex ieiunio, & vigilijs, quæ ita cerebrum exiccant, & mentem conturbant, scrupulosq; occasionaliter pariunt. Quintò, ex frequenti consuetudine, seù familiaritate, & conuersione cũ scrupulosis. Sextò, ex superbia. Ita Nauarrus, *in manual. cap.* 27. *num* 202. Siluester, *v. scrupulus* D. Antoninus, *p. p. tit.* 3. *cap.* 10. *§.* 10. Reginaldus, *lib.* 13. *nu.* 118. Azorius, *par. p lib. sec cap.* 20. *quæst.* 5 Bonacina, *de leg. disp. sec. qu.* 4. *pun.* 8. *num.* 2. Sayrus, *in Clau Reg. lib p cap.* 13. *num. p.* Molfesius, *to. p sum. tract.* 8. *cap.* 3. *num.* 7. Emanuel Rodoriquez, *to* 3. *qq regul qu.* 66. *artic. sec.* Hieronymus Rodoriquez, *in comp. qq. regul. resolu* 132. *num. secund.* & alij.

Quibus remedijs curentur Scrupuli? Dub. 4.

6 MVltis. Primum remedium est: vt quando scrupulus oritur ex causa naturali, talis causa auferatur: quia sublata causa, tollitur effectus. Vndè si scrupulus oriatur ex malenchonia, præstanda est industria Medicorum contra atram, & flauam bilem, ex quibus interdum scrupuli oriuntur. Si vero ex nimia maceratione; prodest, vt vigilias, absti-

abstinentias, & meditationes minuere. Ita Bonacina, *de leg.disp.2 quæst.4.pun.8 num.3.versic.Primum.* Merolla, *tom.1. disp 3.cap.3.dub.3.num.385.* & alij communiter

7 Secundum remedium est: vt ad Deum per proprias, & alienas præces, cum humilitate, fiducia, & deuotione recurratur. Quod videtur confirmari ex illo Psalmi 52. *Deum non inuocauerunt, illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor,* idest, Quia Deum non inuocauerunt, timoribus, & scrupulis conscientiæ vexati sunt. Ita Reginaldus, *lib.2. num.109* Merolla, *d cap.4.dub.3.num.385.* Bonacina, *d.num.3.* & alij.

8 Tertium remedium est: vt dubia Scrupulosi explicentur in meliorem partem: & Dubia in meliorem partem accipienda sunt, vt patet, *ex cap.ex tote, de reg. iur.* & in re dubia, benigniorem interpretationem sequi nō minus iustum est, quam tutum, *l proximè, ff de his, quæ in testam.delem.* & docent Azorius, *part.1. lib.2.cap.20.quæst.7.in fine.* Sanchez, *lib. 1.sum.cap.10.num.84.* Bonacina, *vbi supra,* & alij.

9 Quartum remedium est: vt Confessarius consulat pœnitenti, nè confiteantur peccata, quæ dubitat esse mortalia: nec permittat ipsum aperire, quæ dubitat, in alijs confessionibus fuisse manifestata; si Confessarius sciat, pœnitentem mediocrem diligentiam adhibuisse, ad integrè confitendum. Immò Confessarius, vllis scrupulosorum precibus, quātumuis importunis, acquiescat, vt eum admittat ad confitenda, de quibus ipsi scrupuloso dubium superuenit, an ea confessus fuerit; quando mediocri diligentia, eum confessum esse constat. Ita Sanchez, *num.85.* Henriquez, *lib.5.de pœnit.cap.3.num.4.* Emanuel Sà, *v. confessio.* Bonacina, *num.3.versic. Quartum est.* Merolla, *num.383.* Nauarrus, *cap.si quis autem nu 77. de pœnit. dict 7.* & alij. Et licèt pœnitens dubitet, Confessarium bene percepisse, aut bonum dedisse cōsilium: tunc credere debet, Confessarium satis percepisse, bonumque consilium dedisse, dicunt Reginaldus, *lib.2. num.11* Beccanus, *num.5* Bonacina, & Sanchez, *locis citatis,* & alij.

Et non solum in confessione, sed etiā extra confessionem, debet Confessarius, non admittere pœnitentem scrupulosum, ad aperiendos scrupulos, quos pœnitens vellet extra cōfessionem aperire, gratia consilij capiendi: alioquin scrupulis numquam imponeretur finis. Ita Bonacina, vbi supra. Immò, si opus fuerit, verbis ad id oppositis, & accomodatis exterreat. Ita Merolla, *num.381* Sanchez, & Azorius, locis citatis.

10 Quintum remedium est: vt Confessarius pœnitenti, qui scrupulis vexatur, præcipiat, nè credat aliquid esse mortale, seù se mortaliter peccasse, seù se consensum peccato præbuisse; nisi hoc ipsi omninò constet: nam scrupulosus, qui se nouit scrupulosum, rationabilem habet causam opinandi, illos esse scrupulos, licitum autem est sequi opinionem probabilem. Ita Layman, *in Theolog. moral.lib.1.tract.1. cap 6.num.3. versic.2. numquam.* Vasquez, *1.2.disp.67. cap.2. num 8.* Sanchez, *to.1.lib.1.cap.10. num. 82.* Bonacina, *de leg disp.2. quæst.4.pun. 8.nu.3.versic Quintum remedium.* Azorius. *part.1.lib.2.cap.20 quæst vlt.* Merolla, *to.1.disp 3 cap.3.dub 3. nu 380.* & alij. Immò potest Confessarius consulere scrupuloso, nè credat aliquid esse mortale, aùt se mortaliter peccasse, nisi hoc ipsi ita constet, vt hoc valeat asserere cum iuramento. Ita Sayrus, *in Clau. Reg. lib.1.cap.14.num.2.* Vasquez, *d cap.2 in fine.* Sanchez, *num 82. & 85* Beccanus, *1.2.tract.1.cap.2 quæst.10. num 4.* Bonacina, *versic. Addo aliquem,* & alij.

11 Sextum remedium est: vt Scrupulosus stet dictis Confessarij, vel Superioris, vel alterius Viri docti, iudicio cuius, id iudicare est, vndè refert Gersonius, *par. 2.tract.de præpar ad missam alphabet.37. littera S.* Quidam S.Bernardi discipulus, qui adeò scrupulis præmebatur, vt Sacrum facere, non auderet: sacrificauit tandem, obedire volens S.Bernardo, sibi dictanti: Vadè, & mea fide confisus, sacrifica. Quod postquam fecit, à scrupulis deinceps liber, & solutus pœnitùs euasit. Ita Bonacina, *num.3.versic.Sextum vt scrupulosus.* Merolla, *num 379. circa finem.* D.Antoninus, § 10.*reg.5.* Valentia, *to 2.disp.2.quæst.14.quæst.4 in fine.* Nauarrus, *lib.5. consil. de pœnit. & remiss.edit.2.* Layman, *in Theolog.moral. lib.1 tract 1.cap.4.nu.2. versic.7.persuadeat,* & alij.

Et non solùm Scrupulosus potest deponere scrupulos, consilio confessarij, aùt alterius Viri docti: verum etiam alia probabili ratione, dicunt Emanuel

Sà,

*Sd, v dubium num.*4. Merolla, *num.*385. *circa finem* & alij. Et non solum opinionem probabilem, sequi possunt scrupulosi: sed etiam minus tutam, ait Merolla, *num.*385. *versic. Quinto confert.*

12 Septimum remedium est: vt Scrupulosus sæpè faciat contra scrupulos, vt illis occasionem eripiat: secūda est enim via, quæ scrupulis in animam aditus patet. Vndè, si quis in terram expuendo, dubitet peccatum contrahi; debet, data opera, sæpius expuere, vt scrupulos vincat, superet, & contemnat. Ita Gersonius, *part.*2. *tract. de prępar. admiss. conf.*6. D. Antoninus, *p. par. tract.*3. *cap.*10. § 10. Corduba, *lib.*3. *qq. quęst.*5 *propos.*4. Siluester, *v. scrupulus quęst.*3. Layman, *in Theolog. moral. lib.*1. *tract.*1. *cap.* 6. *nu.*2. Bonacina, *num* 3 *versic. Septimum est.* & alij. Immò aliqui addunt: Confessarium debere pœnitētem, de obligatione, qua tenetur spernere scrupulos, admonere, quotiès videlicèt, pęnitens grauè damnum ex scrupulis, & anxietatibus patitur. Ita Sayrus, *in Clau. Reg. lib.* 1. *cap.*14. Sanchez, *num.*83. Vasquez, 1. 2. *disp.*2. *quęst.*14. *pun.* 4. *quæst. vlt.* Reginaldus, *lib* 2 *num.*114. Bonacina, *num.*4. Hieronymus Rodoriquez, & Emanuel Rodoriquez, *locis citatis*, & alij.

13 Octauum remedium est: Vt cum primum animo scrupulus exoritur, prudenti aliqua ratione reijciat, nec cogitare foueat: Cum enim in apprehensione consistat, quanto diutiùs in vtramque partem, adhibitis orationibus, vertitur, tanto magis animo imprimitur, & confirmatur; vt maiori deindè opera opus sit, ad repellendum. Quamobrem expedit, Scrupulosum negotijs insistere, nè scrupulis vacandi tempus suppetat. Ita Caietanus, *v. scrupulosum medicina.* Layman, *num.*2. *versic.*5. *cum*. Bonacina, *num.*4. *versic. octauum remedium.* Emanuel Rodoriquez, *to* 3. *qq. regul quæst.*66. *artic.*2. Hieronymus Rodoriquez, *in comp. qq. regul. Resol.*12. *à num.*3. & alij.



DE SCANDALO
TRACTATVS V.
CAP. VNIC.

Quid est Scandalum? Dub. 1.

Quotuplex est Scandalum? Dub. 2.

Quando nam Scandalum sit speciale peccatum? Dub. 3.

Quando nam Scãdalum actiuum sit peccatum mortale? Dub. 4.

An petens corpus à Fœmina parata, teneatur, vltra suum fornicationis peccatũ, circũstantiã scandali exprimere? Dub. 5.

An Fœmina, conspectui Viri se offerens, à quo se turpiter amari nouit, peccet mortaliter peccato scandali, quãdo nullatenus eam ad sui amorem prouocare intendit? Dub. 6.

An liceat offerre famulis vxori, & filijs occasiones delinquendi, aut prætermittere, vt deprehensi puniantur? Dub. 7.

An qui pudenda, absque iusta causa ostẽdit, vel cooperiat veste deaformà, & tenui, vt ab alijs conspiciatur, peccet mortaliter? Dub. 8.

An debeamus prætermittere aliquod præceptum, ad euitandũ Scandalũ? Dub. 9.

An Mulier, fucans faciem, secundum consuetudinem patriæ, peccet mortaliter? Dub. 10.

An licitum sit Fœminis vti vestibus Virorum? Dub. 11.

An laici interesentes comedijs, peccent mortaliter? Dub. 12.

An peccet mortaliter, qui alteri res indifferẽtes vẽdit, aut comedat, vel indifferentia exibet, quibus ei constat, illam ad peccandum mortaliter abusurum? Dub. 13.

An famuli possint sternere equum, herum comitari, & expectare; si certò sciant ipsum ad fornicandum abire? Dub. 14.

An liceat famulis cibos condere, lectum sternere concubinæ heri, sine peccato? Dub. 15.

An licitum sit famulis adducere concubinam in domum heri, vel alium locum, in quo peccaturus esset? Dub. 16.

An licitũ sit sine peccato scandali, cõsulere, trahere minus malum ei, qui paratus non erat, illud efficeret? Dub. 17.

An liceat domum meretrici, vel vsurario locare? Dub. 18.

An Tabernarij, & Caupones peccent mortaliter, si vinum vendant libere volenti in ea quantitate, ita vt probabiliter credant, & experti sint fore, vt inebrietur? Dub. 19.

An deponẽtes pecunias apud Vsurarium, peccent? Dub. 20.

An possit quis licitè conferre munera Concubinæ, vt pro eo, in graui necessitate constituto, apud Iudicem intercedat? Dub. 21.

Quid est Scandalum? Dub. 1.

1 VT ait Layman, in *Theolog. moral. lib. 2. tract. 3. cap. 13 num. 1.* Scandalum, est dictum, vel factum minus rectũ præbens alteri occasionem spiritualis ruinæ.

Quotuplex est scandalum? Dub. 2.

2 DVplex est scandalum: Actiuum vnũ, alterum Passiuum. Ita Diana *par. 5. tract. 7. resolut. p.* Bonacina, *de leg. disp. 2. quæst. 4. pun. sec. § vnico num. p.* Sanch. *lib. 1. sum. cap. 6 nu. 1.* & alii communiter.

3 Scandalum Actiuum, est dictum, vel factum inordinatum, dans proximo sufficientem occasionem ruinæ. Ita Bonacina, *de leg. disp. 2. qu. 4. pu. 1. § vnic. n. 2.*

4 Duobus modis contingere potest scandalum Actiuum: vno per se: Alio per accidens: Per se duobus modis contingere:

tingere potest: Primò, quando expressa intentione expetitur peccatum alterius. Secundò, quandò, licèt non adsit expressa intentio, opus ipsum, vel verbum tale est, vt natura sua, aut ex circumstantijs sufficiat inducere alium ad peccandum: Per accidens verò, cum nec intentio operantis, neque conditio operis eò tendit, vt alter ruat: sed ex praua dispositione peccantis oritur, vt indè sumat occasionem, vbi non erat, quod verbo tenus scandalum est; verè enim non est scãdalũ, & solet nõ appellari scãdalũ absolutè, nisi quod est per se. Ex quo sequitur, posse esse scandalum actiuum, sine passiuo; quando quis (quantum est ex se) præbet occasionem ruinæ: sed ille, cui præbetur, pro sua integritate non labitur. Et potest esse scandalum passiuum, sinè actiuo, quando aliquis ex sua malitia labitur, sumens occasionem, vndè sumi non poterat. Et potest esse scandalum actiuum, & passiuum simul, quando oppositio offendiculi sufficiens est, & effectum sortitur. Quando autem est scandalum passiuum, sinè actiuo, dicitur scandalum acceptum: quandò autem est actiuum vel cum passiuo, vel sinè illo, dicitur scandalum datum. Ita Layman, *in Theolog. moral. lib. sec. tract. 3. cap. 23. num. sec.* Diana, *part. 5. tract. 7. resolut. p. versic. scandalum actiuum.*

5 Scandalum passiuum, est ipsa proximi spiritualis ruina, seù peccatum illud, in quo, occasione accepta ab alterius dicto, vel facto, labitur. Ita Sanchez, *lib. p. sum. cap. 6. num. 1.*

Quando nam Scandalum sit speciale peccatum? Dub. 3.

6 PRima opinio ait: Quoties probabiliter putandum est forè, vt dictum vel factum vnius occasionem ruinæ alteri præbeat, quamuis præter scandalizantis intentionem id accidat. Cuius ratio est: quia sicut in omni alia materia morali, in qua peccatum, ex damno illato, speciem sortiatur, non est opus intentione directa, illud inferendi: vt in furto, vsura, sacrilegio fornicatione in Ecclesia: sed satis est, vt indirectè, quam illud prævisum non vitatur. Ita Petrus à Soto, *lib. 9. de confess.* Nauarrus, *cap. 6. sum. num. 19. & cap. consideret §. Animaduertere num. 5. & de pœnit. dist. 5.* Valentia, *2. 2. disp. 3. quæst. 18. pun. sec.* Siluester, *o scandalum quæst. sec.* & alij.

7 Secunda opinio distinguit, scilicet: Si opere malo detur occasio peccati, præter scandalizantis intentionem, non est speciale scandali peccatum: Secùs si opere bono, habenti mali speciem. Cuius ratio est: quia in priori casu, peccatum illud aliundè malitiam specificam habet. Vt si est furtum, furti; si fornicatio, fornicationis. In posteriori autem, minimè: nam si eam ad specialem scandali malitiam non reducamus, nullam habebit. Ita Caietanus, *in sum. v. scandalum, & in 2. 2. quæst. 43. articul. 4.* Bannez, *2. 2. artic. 4. dub. p.* Couarruuias, *reg. peccatum part. p. initio num. 4.* Henriquez, *lib. 5. de pœnitent. cap. 6. num. 3. in comment. littera O.* & alij.

6 Tertia opinio ait: Tunc speciale scandali peccatum contingere, quando occasionem ruinæ eo affectu, & animo quis præbet, vt alter in peccatum incidat. Quare, sinè consilio, siuè suasione, siuè exemplo quis alium ad peccatum inducat, non eo fine, vt in peccatum incidat, sed alio quocumque; non est speciale scandali peccatum, sed scandalum, generaliter acceptum: & reducitur ad eam peccati speciem, ad quod inducit. Ratio est: quia speciale peccatum speciali fine indiget, & oppositione speciali virtuti. At quando ruina proximi non intenditur, non est specialis finis, nec speciali virtuti opponitur: sed diuersi sunt fines, diuersæque virtutes, iuxta vitiorum diuersitatem, ad quæ est inductio. Ita D. Thomas, *2. 2. quæst. 43. articul. 3. & ad 4. dist. 38. quæst. sec. & artic. sec. quæst. sec.* Filliucius, *to. sec. tract. 28. num. 225.* Sanchez, *lib. 1. sum. cap. 6. num. 3.* Azorius, *part. sec. lib. 3. cap. 16. quæst. sec. & 4.* Vasquez, *1. 2. quæst. 73. articul. 8. disp. 102. cap. 4. num. 7.* Bonacina, *de leg. disput. sec. quæstion. 4. pun. sec. paragraph. vnico num. 13.* Beccanus, *2. 2. cap. 17. quæstion. sec.* Paludanus, *in 4. dist. 38. quæstion. 6. articul. sec. conclus. sec.* vbi Durandus, *quæstion. 2. artic. 2.* Tamborinus, *1. opuscul. lib. sec. cap. p. §. 1. 7.* & alij.

9 Vndè Primò: Inducens alium ad peccatum, non intendens ruinam proximi, neq; cũ eo cõmittẽs peccatũ, nõ est reus duorũ peccatorum; sed vnius. Ratio est: quia inducens alterum ad peccatũ, elicit actus, eidẽ virtuti oppositos, per ordinẽ ad peccatũ alterius, q idẽ virtuti versatur. Tũ q a moraliter putatur vna transgressio,

grosso. Tum quia, inducens alterum ad peccatum non videtur grauius peccare, quam peccet, qui actualiter committit ipsum peccatum; non enim magis cooperatur peccato, quam qui committit ipsum peccatum: ergo videtur reus illius tantummodò peccati, quod committitur ab eo, quem ad peccatum inducit. Ita supracitati Doctores.

10 Secundò: Qui alium inducit ad peccatum, intendens ipsius nocumentum spirituale, peccat duplici peccato: Primò peccato speciali scandali. Secundò, eo peccato, quod ab altero committitur: Nam qui est causa peccati, est reus illius peccati, cuius est causa; cum ipsius inductio aduersatur eidem virtuti, & perfectioni, cui opponitur peccatum, ad quod inducit. Vndè, qui suo consilio inducit ad furtum, reus est peccati inductionis, & furti. Ita Vasquez, 1. 2. *disp.* 102. *cap.* 4. Sanchez, *lib. p. sum. cap.* 6. *num.* 3. *& cap.* 9. *num* 8. Azorius, *part. p. lib.* 42 *cap.* 7. *quæst. p.* Bonacina, *de leg. disp. sec. quæst.* 4. *pun. sec.* § *vnico num.* 8. Tamborinus, 1. *opuscul. lib. sec. cap. p.* § 19. & alij.

11 Vndè, Inducens alium ad peccatum, non solum tenetur aperire in Confessione, se fuisse occasionem alterius peccati: sed etiam tenetur aperire speciem peccati. Ratio est: quia licèt omnia scandala sint cõtra charitatem, tamen inter illa est diuersitas specifica pro diuersitate damni illati. Vndè, si Antonius est causa, vt Franciscus furetur, differt specie a scandalo actiuo, quo illud mouet ad homicidium, propter diuersitatem specificam homicidij, & furti. Ita Coninchius, *disp.* 2 2. *dub.* 4. *num.* 19. Lorca, 2. 2. *sect.* 3. *disp.* 56. *num.* 6. Azorius, *part. p. lib.* 12. *cap.* 16. *quæst. sec.* Tamborinus, 1. *opuscul. lib. sec. cap. p.* § 1. *num.* 100. Hurtad. de Mendoz, 2. 2. *disp.* 179. *sect.* 8. § 61. Diana, *part* 3. *tract.* 4. *resol.* 114. *& part.* 5. *tract.* 7. *resolut. sec.* Layman, *in Theolog. moral. lib. sec. tract.* 3. *cap.* 13. *num.* 6. Bonacina, *de leg. disp. sec. quæst.* 4. *pun. sec.* § *vnico num.* 44. Sancius, *tom. sec. tract.* 28. *cap.* 6. *num.* 126. & alij.

12 Habens verò votum castitatis, si induceret alios ad peccandum turpiter, non debet suum tale votum explicare. V. G. Petrus Sacerdos, vel Religiosus, consilium dat, vel inducit Paulum, & Antonium, nullo modo adstrictos, ad illicitum congressum; non debet Sacerdos ille, qui eam inductionem fatetur, explicare se esse Sacerdotem. Ratio est, quia votum non videtur se extendere, nisi ad obligandum vouentem, ne ipse in sua persona delectationes venereas admittat: non verò, ne alios ad easdem inducat: propriam enim, suamque castitatem promisit, non alienam. Ita Tamborinus, 1. *Opuscul. lib. sec. cap.* 7. *paragr.* 9. *num.* 32.

13 Tenetur tamen pœnitens exprimere numerum personarum, quas ad tale peccatum traxit, vel probabiliter trahere potuit: quia obiectum non est circumstantia actus, sed constituit actum in suo esse indiuisibili. Ita Fillincius, *tom. sec. tract.* 28. *cap.* 6. *num.* 126. Siluius, 2. 2. *quæst.* 43. *artic.* 3. *conclus.* 2. Nauarrus, *in manual. cap.* 6. *num.* 10. Azorius, *part. p. lib.* 12. *cap.* 16. *quæst. sec. &* 4. Bonacina, *de leg. disp. sec. quæst.* 4. *pun. sec.* § *vnic. num.* 41. Sanchez, *lib. p. sum. cap.* 6. *num.* 6. Palaus, *tom. p. tractat.* 6. *disp.* 6. *pun.* 4. *num.* 12. Molfesius, *tom. p. sum. tract.* 8. *cap.* 10. *num.* Alphonsus de Leone, *de offic. & potest. confess. to. p. Recoll.* 2. *num.* 9. *&* 10. Diana, *part.* 5. *tract.* 9. *resolut.* Layman, *in Theolog. moral. lib. sec. tract.* 3. *cap.* 13. *num.* 5. Tamborinus, 1. *opuscul. lib. sec. cap.* 7. § *p. num.* 106. & alij.

14 Tertiò: Qui alium suo prauo exemplo induxit ad furtum, vel homicidium, vel ad aliud delictum, cum damno proximi, non tenetur ad restitutionem: Sicut, nec irregularitatem incurrit, qui suo exemplo alterum pertrahit ad rixã, & indè consequentem hominis cędem; Secùs, dicendum est, si iussio, aut suasio efficax antecedit. Ratio prioris est: quia obligatio restituendi, consurgit ex violatione iustitiæ; qui autem inducit alium suo prauo exemplo ad furtum, vel homicidium, &c. directè non violat legem iustitiæ, sicut qui instruit suo consilio. Ratio posterioris est: quia qui iubet, suadet, vel materialiter cooperatur alteri ad furandum, alioquin non furaretur; is non solum contra charitatem peccat, peccato scandali, aduersus eum, cui iubet, suadet, & cooperaretur: sed etiam contra iustitiam aduersus eum, cui furto damnum infertur. Ita Medina, *lib. p. de contract. capit. secund.* Salonius, 2. 2. *quæstion.* 62. *articul. secund. controuers. secund.* Sotus, *lib.* 4. *de iustit. quæstion.* 6. *articul.* 3. *ad p.* Sanchez, *lib. p. sum. cap.* 6. *num. quint. & tom. prim. consilio. lib. prim. cap. tert. dubio primo, numer.* 12. Layman,

in Theolog.moral.to.1.lib.2.tract.3.cap.12. num.6 versic.3. qui autem. Valentia, *to.3. disp.5.quæst.6.pun.5.* Bonacina, *de leg. disp.1.quæst.4 pun.2 §.vnic.nu.40. & de restit.disp.p.quæst.2.pun.11.num.14.* Martinus Ledesma, *2.4.quæst.18.artic.2.dub.7.* Aragonius, *2.2. quæst. 62. artic. sec.* & alij.

15 Etiam si aliquid faciat, intendens suo malo exemplo alium inducere ad furtũ, vel homicidium. Ratio est quia illa intentio est actus internus, & non influit in opus externum: obligatio autem restituendi, consurgit ex opere externo iniusto: ergo, &c. Ita Bonacina, *de restit. disp.p.quæst.sec.pun.11.nu.16. versic. Addo non teneri*, & alij. Qui hanc doctrinam extendunt etiam ad Episcopos, quorum prauo exemplo alij inducuntur ad furta, aut homicidia, vel damna, alijs inferenda. Quia Episcopis non est impositum onus conseruandi bona, & facultates subditorum; sed illos pascendi bono exemplo, verbis, & Sacramentis: & ita Sanchez, *lib.p.sum cap.6.num.5.* Salas, *de leg.disp.14.sect.2.num.17.versic.Non audeo.* vbi docet non peccare contra iustitiam.

16 Et ita dicendum est de Iudice, qui suo prauo exemplo alium induxit, ad furandum: quia iudex solum tenetur ex officio impedire, aut coercere, damnum volentes inferre, illosque ad satisfaciendum cogere: at cum non sit pastor, minimè ex officio bonum exemplum præbere tenetur, impedireque nè alij prauo suo exemplo ad damna inferenda incitentur. Ita Sanchez, *lib.p.sum.cap.6.nu.5.circa medium.*

17 Non tamen semper peccatum scandali committitur, quando quis coram alijs peccat: sed tunc solum, quando probabile periculum est, alterum quoq; ad peccandum commouendi: sæpè enim euenire solet, peccantem coram alijs tam prauis moribus, & mala fama laborare: vel aspicientes tam prudentes, & in uirtute constantes esse, vt nemo eorum prauo peccantis exemplo moueatur. Item fieri solet, vt præsentes, per se ipsos maximè ad peccandum parati, & instructi sint, ideoque exemplo alterius ad aliorum peccatum nihil conferat. Ita Bonacina, *de leg.disp.sec. quæst.4.pun.sec.§ vnico num.43.* Layman, *in Theolog.moral.lib.sec.tract.3.cap.12.num.6.versic.sec.non semper.* Bannez, *2.2.qu.43.artic.2.ad.finem.* Vasquez, *disp.102. cap.4.* Nauarrus, *cap.consideret de pœnit. §.Animaduertere num.9.* Azorius, *part.p.lib.12.cap.16 quæst.7.* Sanchez, *to.p.sum.lib.p.cap.6.num.7.* Diana, *part.5.tract.7. resol.3.* Salas, *to.p.in 1.2.tract.7.disp.9.sect.4.num.84.* Alphonsus de Leone, *de offic. & potest.confess.to.p.Recollect.14.num.24.* Palaus, *to.p.tract.6.disp.6.pun.sec.num.4.* Sancius, *in select.disp.46.num.11.* & alij.

Quando nam Scandalum actiuum sit peccatum mortale, ac proindè necessariò confitendum? Dub.4.

18 CLarum est apud omnes, quod scandalum, siuè fit ex expressa ruinæ intentione, siuè absque illa, ex genere suo peccatum mortale est; quotiès quis illud impedire tenetur, abstinendo ab opere, ex quo alter ruinæ mortalis occasionem accipit, & non abstineat. Ratio est: quia esse alteri voluntariam ruinæ spiritualis causam, est omninò contra charitatem, & illum eius actum, quo alteri benefacere tenetur.

19 Sed descendendo ad particularia: Si sit scandalum formale, quo ruina proximi intenditur: Vasquez, *in 1.2.quæst.73 artic.8 disp.101.cap.7 num.23. & 24.* ait: Esse semper mortale, etiam si sola in uenialí ruina proximi intendatur: quia ruina illa præferenda est, cuicumque damno temporali: qui autem malum graue corporale infert, grauiter peccat.

20 Alij verò meliùs dicunt: Qui alterum inducit ad peccatum veniale, intentione, vt venialiter peccet; seù intendens ipsius ruinam venialem, peccat venialiter. Quorum ratio est: quia tunc leue proximi damnum desideratur ad quantitatem culpæ desiderandam, non est conferendum culpæ venialis damnum cum damno temporali: hoc enim, quantumcumque sit, exceditur ab illo, quãtumuis minimo, vt poté superioris ordinis damno. Et ideò damnum culpæ venialis, quod in ordine spiritualium est leue, non constituit culpam mortalem. Ita D.Thomas, *1.2.quæst.1.artic.4.* Azorius, *part.p.lib.4.cap.10.quæst.3.* Nauarrus, *cap.14.num.29.* D.Antoninus, *2.pa. tit.7.cap.4 § 4.* Caietanus, *in sum.v.scandalum* vbi Rosella, *num.3.* Angelus, *num.sec.* Siluester, *quæst.sec.* Tabiena, *quæst.4.* Armilla, *num.p.* Couarr. *regula peccatum par.p.initio,num.4.* Sanchez, *tom.p.sum.*

sum.lib p.cap.6.num.10. Reginaldus, lib. 14.nu.27. Bonacina, de leg.disp.sec.quest. 4 pun.sec.§ unico num.10 Molfesius, to. p.sum.tract 8.cap 10.num.42. & alij.

21 Limitant hãc sententiam D. Thomas, Rosella, Angelus, Siluester, & Tabiena, locis citatis: Nisi per actum peccati mortalis intenderet scandalizans, inducere alterum ad veniale: tunc enim (dicunt) id scandalum esse mortale.

22 Hæc verò limitatio nõ caret difficultate: quia huius scandali culpæ quantitas ex solo proximi damno pẽsanda est: cum ergo id sit leue, & veniale, nil conferet id medio mortali scandalizãtis intentum esse. Sicut si per fornicationem intenderet quis, rem minimam furari; quamuis fornicatio ex se sit mortalis; furtum tamen intentum veniale est. Et, ideò hanc limitationem in eo solo casu, veram intelligit Sanchez, d.nu.10. quando scandilizans, ita ordinato effectu illam venialem proximi ruinam intenderet, vt in ea constitueret vltimum finẽ, illi peccatum mortale postponens: & tunc ea circumstantia esset necessario fatenda: Secùs, quando ex leuitate, & facilitate quadam.

23 Quando scandalum est generale, tunc si dictum, vel factum, quo quis proximũ scandalizat, est mortale, scandalum erit mortale. Similiter, si opus de se non sit malum, sed mali speciem habens, & aduertitur forè occasionem ruinæ mortalis proximo, vel fuit grauis culpa, id non aduertere. Si verò opus sit veniale, vel in bono habenti mali speciem ad fuit leuis consideratio, erit veniale. Vndè, eũ, qui graue delictum committit coram alijs, quos indè prouidet accepturos occasionem ruinæ tantumodo venialis, peccare, tantummodo venialiter ratione scandali: nec teneri, hanc circumstantiam in confessione aperire; licet teneatur, graue delictum, à se commissum manifestare. Ita Sanchez, num.11. Bonacina, & alij.

24 Sed hoc intelligendum est regulariter. Nam, sicut non est mortale, quando peccatum mortale fit à talibus personis, & coram talibus, vt verisimile sit, forè vt non incitentur: ita peccatum veniale potest effici mortale ratione scãdali, quando à tali persona, & coram talibus fit; vt meritò existimandum sit, astantes inducendos esse ad mortale: Vt si à persona valdè Religiosa verbum turpè veniale publicè diceretur: vel si quis ioco verbum amatorium coniugatæ diceret coram viro Zelotypo, ex quo probabilis timor rixæ grauis esset: quia tunc peccatum veniale potest, ratione scandali, in mortale transire. Ita D.Thomas, 1.2.quæst.88 art 5 in corpore. Suarez, to 5. in 3.part.disp.18.sect.3.nu.17. Toletus, lib.3.sum.cap.2.num.3 in fine. Philiarcus, de offic. Sacerd.to.p.part.2. lib.3.cap.p versic.peccatum ex se veniale, Sanchez, lib p.sum.cap.6 num.11. & alij.

An petens corpus à fœmina parata, teneatur, vltra suum fornicationis peccatum, hanc circumstantiam scandali generalis, seù inductionis ad peccatum, fateri?

Dub. 5.

25 AFfirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia reipsa cooperatus est peccato alterius; qui autem cooperatur peccato graui alterius, grauiter peccat, nõ solum peccato proprio, sed etiam alieno, quod imputatur ipsi cooperanti. Ita Sanchez, lib.p.sum. cap 6.num.14. Bonacina, de Sacram.disp. 5 quæst.4 sect.2 pun.2.§.3 diffic 3 num.19 & disp.sec.de leg.quæst.4 pun.sec. §.vnico num.21.

26 Negat verò secunda opinio. Cuius ratio est: quia in tali casu reuera non datur scandalum, nec propria moralis inductio est: nam voluntas ex se, & sua sponte iam exposita erat: ergo, &c. Vndè (secundum hanc opinionem) sufficit dicere in cõfessione: Peccatum fornicationis commisi, si est libera. Ita Azorius, part.2.lib.12.cap.16 quæst.5. Henriquez, lib.5.cap 6.num 7 Salonius, 2.2 quæst.62 artic.sec controu sec pag 617. Alcozer, ca. 20 fol 74. Rodoriquez, part p. sum. in 2. edit. cap 213. artic. 6 Ludouicus Lopez, part p.cap.23. Ledesma, to.sec.sum de pœnit.cap.19.dub.7. Valentia, 2 2.disp 5 quæst. 18.pun sec.ad finem in sol ad 5 Molfesius, to.p.sum tract.8 cap 10.num.49.in fine. Sotus, lib.6 de iust.quæst.p art.5. Suarez, to.4.in 3 part.disp.22 sect.4.num.18. Diana, part p.tract.7 resol.34. Coninch de Sacram.disp.7.dub.4 num.13. & alij.

(:†:)

An

An si Fœmina conspectui Viri se offerat, à quo se turpiter amari nouit, peccet mortaliter, peccato scandali; quando nullatenus eam ad sui amorem prouocare intendit: sed ducta ex aliqua vanitate, se obtulit aspectui illius, à quo se turpiter amari cognoscit?
Dub. 6.

27 PRima opinio ait: Peccare mortaliter, quando nulla necessitate ducitur, sed vt suæ voluptati satisfaciat; indifferenter hàc, & illùc discurrendo: Secùs, quando ob causam necessariam, inuisendi vicinas, nè minus vrbana habeatur, eundi ad Ecclesiam, &c. quia tenetur quis spirituali proximi saluti consulere, nisi ex aliqua causa excusetur. Ita D. Antoninus, 2. *part. tit.* 7. *cap.* 4. §. 4. *ad finem.* Siluester, *v. scandalum quæst. sec.* Nauarrus, *cap.* 24. *sum. num.* 37. Cordub. *quæst.* 5. *sum. fol.* 40. Medina, 1. 2. *cap.* 7. *artic.* 6. *ad* 3. Azorius, *part. sec. lib.* 12. *cap. vlt. quæst.* 12. Zumel, *quæst.* 74. *art.* 8. *disp.* 4. & alij.

28 Secunda opinio distinguit: Propter scandalum futurum, nõ debet talis Fœmina domi manere, sed exire potest, vel ad audiendam missam, quando non est in præcepto: vel etiam alterius recreationis gratia: sed si sciat, quod proximus peccat ex fragilitate, puta, ex magna ratione amoris erga illam, vel quid simile; tunc tenetur mulier, se occultare, & nec etiam ex vtilitate domo exire, si aliter proximi scandalum sedare non potest. Ita Turrianus, *in* 2. 2. *to. p. disp.* 96. *dub. sec.* Megala, *part. p. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 9. Beccanus, 2. 2. *to.* 1. *cap.* 27. *quæst.* 6. *num.* 4. & alij.

29 Tertia opinio absolutè ait: Non peccare mortaliter. Cuius ratio est: quia licèt ita faciendo, det occasionem amasio, ad concupiscendam: at ista occasio potiùs prouenit ex ipsius amasij malitia, quam à muliere data, quæ iure suo, & libertate, sibi concessa, vtitur: & iste effectus prouenit per accidens, licèt sit præuisus, non tamen est intentus, & ideò non debet ad culpam imputari. Ita Vhatannius, *in suo propt. to* 1. *sess.* 7. *cas.* 9. Filliucius, *to.* 2. *tract.* 28. *cap.* 10. *nu.* 237. Sanchez. *lib. p. sum. cap.* 6. *num.* 17. Caietanus 2. 2. *quæst.* 154. *artic.* 4. *ad finem, & quæst.* 169. *artic. sec. ad* 5. *dubium.* Armilla, *v. ornatus, num* 3. *& v. scandalum, num.* 3. Bonacina, *de leg. disp. sec. quæst.* 4. *pun. sec.* §. *vnico, num.* 17. *& de matrim. quæst.* 4. *pun.* 9. *num.* 17. Diana, *part. sec. tract.* 13. *resol.* 30. & alij. Et ita dicendum est de Fœmina exeunte de sua domo, quando videt se lasciuè concupiscendam ab amasio: vt diximus, *in lib. sec. tract.* 7. *cap.* 9. *dub.* 24. *num.* 8.

30 Nota: Licitum est aliquando pingere imaginem concubinæ amasio, vrgente grauissima necessitate: dicunt Alphonsus de Leone, *de offic. & potest. confess. to. p. Recoll.* 14. *num.* 24. & 36. Sanchez, *to. p. sum lib. p. cap.* 7. *nu.* 40. Palaus, *to. p. tract.* 6. *disp.* 6. *cap.* 13. *num.* 6. & Diana, *part.* 5. *tract.* 7. *resol.* 9. contra Azorium, *part. sec. lib.* 12. *cap. vlt. quæst.* 9. Bonacinam, *disp.* 2. *quæst.* 4. *pun. sec.* §. *vnico num.* 19. quia hæc actio de se indifferens est, & bono vsui deseruire potest, ac proindè ex aliqua graui causa honestari. Secùs autem, si hoc faciat absque graui necessitate Pictor: Grauis autem necessitas non est omissio lucri ex tali pictura: sed metus mortis, vel vulneris.

An liceat offerre famulis, filijs, & vxori, occasionem dilinquendi, quò permittere, vt deprehensi puniantur?
Dub. 7.

31 REspondeo Primò: Licitum est Viro, suspicanti adulterium Vxoris, illam obseruare, cum testibus idoneis, vt eam possit de adulterio conuincere. Ratio est: quia id non est eius peccato conuincere, sed vti eius malicia ad proprium commodum. Tum quia, aliud est rogare, vel iubere malum, quod numquam licèt ob aliquod maius bonum. Ita D. Thomas, *in* 4. *dist.* 35. *quæst. vnica, artic.* 3. *ad* 4. Sotus, *in* 4. *dist.* 36. *quæst. vn. artic.* 3. *in fin.* Petrus Ledesma, *de matr. quæst.* 62. *artic.* 3. *notab. p.* Sanchez, *lib.* 10. *de matrim. disp.* 7. *num.* 52. Bonacina, *de leg. disp. sec. quæst.* 4. *pun. sec.* §. *vnico num.* 35. Vega, *to. p. sum. cap.* 120. *cas. p.* Diana, *part.* 3. *tract.* 5. *resol.* 18. & alij.

32 Non tamẽ potest maritus pacisci cum vxore, vt amasio, ipsam ad adulterium sollicitanti, consensum fictè præbeat, vt amasius deprehendatur, & percutiatur: quia hæc est actio intrinsecè mala, & cẽsetur inductio, & cooperatio ad peccatũ amasij. Ita Sanchez, *lib.* 10. *de matr. disp.* 7. *num.* 54. Molina, *tract.* 2. *disp.* 99. *num.* 18. Bonacina, *de leg. disp. sec. quæst.* 4. *pun.* 2. §. *vnico num.* 34. & alij. Et hoc in foro con-

conscientiæ; quia in foro exteriori aliqui dicunt culpam vacare, ducti *ex leg. si quis seruo vigesimo codice de furtis, & ex leg. 8 tit. 14 part. 7* vbi habetur: seruo requisito ab aliquo, de furto committēdo, ipsoque nuntiante Domino, & de consensu eius portante res aliquas domum, persuadentia, vt hic in furto deprehenderetur; dari, contrà persuadentem, actionem furti. Ita Paulus, *ea leg. si quis, notab.* 1. vbi Iacobinus de S. Georgio, Io Lupus, *cap. per vestras, de donat. inter virum, & vxorem in principio* §. 29 *num.* 10. & alij.

33 Secundò: Excusantur Parentes, vel Heri, qui filijs, & famulis non auferunt occasionem furandi, vt de ipsorum fidelitate experimentum capiant, ipsosque in futurum, à furto patrando, auertant. Ratio est: quia id non est formaliter cooperari ad peccatum, & occasionem peccati ministrando, illud permittere: non quod permittens intendat, malum peccati fieri, sed potius graue aliquod malum impedire. Ita Corduba, *sum. quæst.* 5. *coroll.* 4. *in fine.* Nauarr. *lib.* 3 *de rest. ca.* 4. *pu.* 1. *dub. vlt. in nouis edit. num.* 104. Emanuel Sà, *v. peccatum num.* 7. Sanchez, *lib.* 10 *de matrim. disp.* 12 *num.* 52 *in medio.* Bonacina, *de leg. disp. sec. quæst.* 4. *pun. sec.* §. *vnico num.* 31. Layman, *in Theolog. moral. lib. sec. tract.* 3. *cap.* 12 *num.* 5. *vers.* 3. *resoluens*, & alij.

34 An liceat eo fine offerre occasionem filijs, aut famulis, vt furentur? Affirmat Nauarrus, numero præcedenti allegatus, *d. dub. vlt. nu.* 104. Negant verò alij: quia hæc nō videtur permissio, nec actio indifferens: sed potiùs videtur opus intrinsecè malum, & cooperatio ad peccatum. Ita Emanuel Sà, *v. peccatum nu.* 7. Sanchez, *num.* 53. Bonacina, & alij.

35 Vndè Custodes nemorum, quando se abscondunt, quo illud euntes ingrediātur liberè, soluantque pœnam, peccant mortaliter. Excusantur tamen à culpa, quando eo fine se abscondunt, vt semel deprehensi, caueant in futurum, illud redire: quia iuxta de causa exercent actionem, ex se indifferentem. Ita Medina, *cap. rest. quæst.* 12. Nauarrus, *cap.* 17 *sum. num.* 123. Valentia, 2. 2. *disp.* 5. *quæ* 6 *pun.* 5 *dub.* 7. Vega, *tom.* 2. *sum. cap.* 120. *cas.* 1. Corduba, *quæst.* 66. *sum. dict.* 2 Bonacina, *de leg. disp. sec. quæst.* 4. *pun. sec.* §. *vnico num.* 28. Sanchez, *lib.* 10. *de matr. disp.* 12 *num.* 52, & alij.

An qui pudenda absque iusta causa ostendit, vel cooperiat veste diafana, & tenui, vt ab alijs conspiciatur, peccet mortaliter? Dub. 8.

36 QVando hoc faciunt absq; iusta causa peccant mortaliter. Ratio est: quia tunc fœminæ præbent occasionem ruinæ. Excusantur tamen, vtentes veste ita tenui, vt pectora, & mammillæ solum conspiciantur, quando faciunt iuxta cōsuetudinem patriæ, & absque praua intentione: quia pars illa videtur honesta, & fœminæ videntur habere ius, accommodandi se consuetudini, iam receptæ, quam non facile constat trahere ad peccatum. Esset tamen peccatum mortale, introducere huiusmodi nouitatem, quia insolita magis mouent, & excitant. Ita Bonacina, *de leg. disp.* 2. *quæst.* 4 *pun.* 2. *num.* 36. *& de matrim. quæst.* 4. *pun.* 9. *nu.* 23. Azorius, *part. sec. lib.* 12. *cap.* 8 *quæst.* 13. Nauarrus, *cap.* 23. *sum. nu.* 18. Lessius *lib.* 4 *cap.* 4. *dub.* 14. Pharnonius, *tract. p. sess.* 11. *cas.* 7. Siluester, *v. ornatus, quæst.* 7. Rosella, *eodem verbo num.* 14. Caietan. 2. 2. *quæst.* 169. *art.* 2. Layman, *in Theolog. moral. lib. sec. tr.* 3. *cap.* 13. *num.* 11 *quæst.* 13. Suarez, *disp.* 10 *sect.* 3, *num.* 10. Granadus, *to. p. lib.* 6. *quæst.* 16 *cap.* 5. §. *sec. nu.* 15. Diana, *part.* 9. *tract.* 9. *resol.* 31. *versic. Non defuerunt*, & alij.

An debeamus prætermittere aliquod præceptum, ad euitandum scandalum? Dub. 9.

37 AFfirmatiuè respōdet prima opinio. Ita Suarez, *disp.* 10 *sect.* 3. *num.* 9 Valentia, *to.* 3. *disp.* 3. *quæst.* 18. *pun.* 4. Emanuel Sà, *v. auditio missæ num.* 3. Gordonus, *to. p. lib.* 6. *quæst.* 16 *cap.* 5. §. *p.* Lorca, *in* 2. 2. *quæst.* 43 *art.* 8. *nu.* 10. Tanner. *to.* 3. *disp. sec. q.* 6. *dub.* 9. *n.* 120. Mend. 2. 2. *dis.* 173 *sect.* 20. §. 156. Banez, 2. 2. *q.* 43 *ar.* 8 *concl.* 2. Pharaon. *tract.* 1. *sess.* 11. *cas.* 23. & alij. Et probabile vocat Diana, *pa.* 5. *tr.* 7 *resol.* 31.

38 Secunda opinio negat. Cuius ratio est: quia vnusquisque tenetur, magis habere curam propriæ, quam alienæ salutis: & consequenter, magis vitare proprium peccatum, quam alienum, si vtrumque vitari non potest: ergo præceptum, quod mihi impositum est, ad uitandum proprium peccatum, potius seruare debeo, quam præceptum, quod mihi impositum est, ad vitādum peccatum alienum. At præceptum, de vitando scandalo

dalo proximi, solum mihi impositum est, ad vitandum peccatum alienum: ergo non est seruandum, quando occurrit aliud præceptum, quod mihi impositum est, ad vitandum peccatum proprium. Tum quia, ex charitate ordinata, tenetur vnusquisque, magis diligere suam propriam salutem spiritualē, quam salutem, siuè corporalem, siuè spiritualem alterius: sed in casu proposito, omittendo, vel differendo illud opus, peccaretur mortaliter: ergo propter nullum scandalum omittēdum est: quia ex hoc scandalo nihil aliud sequi potest, quam peccatum mortale proximi, qui scandalizatur: non tenemur autem nos peccare mortaliter, ad vitandum alterius peccatum. Ita Vasquez, *opuscul. de scandalo artic.* 8. *dub.* 1. *num* 4 Beccanus, 2.2 *to* 1. *cap.* 27. *quæst.* 5 *nu.* 2. Turrianus, 2.2. *to.* 1. *disp* 96. *dub.* 1. Pontius, *lib* 5. *de matrim. cap.* 18. § 2. *num.* 7. Palaus, *tom p. tract.* 6. *pun.* 16 *num.* 3. Diana, *part.* 5. *tract.* 7 *resolut.* 21. & alij.

Dubitatur: An bona temporalia sint dimittenda propter scandalum?

39 LOrca, *in* 2.2. *quæst.* 43 *art* 8. *num.* 11 ait: Bona spiritualia, & cōmoda tēporalia quę nō sunt necessaria ad salutē, nec debita ex pręcepto, nō sunt omninò omittenda, propter scandalum pusillorum: debent tamen intermitti, & differri, donec pusillis reddatur sufficiens ratio rectitudinis, vt vitetur eorū scandalum. Differenda est, probatur: quoniam, lege charitatis, tenemur, quantum possumus, impedire peccatum proximi, quod non ex malitia, sed ex ignorantia, aut infirmitate inculpabili oritur. At verò reddita ratione, qua sufficienter vitari potest scandalum, si adhuc perseuerat, non iam ex ignorantia, vel infirmitate, sed ex malitia, aut ignorantia culpabili scandalizatur, & ideò eius scandalum contemni potest. Sed verum est, quod Caietanus aduertit, scandalum pusillorum perseuerare posse adhuc, post quam reddita est ratio facti; vel quia rationem non capiunt ob mentis tarditatem, vel ob consuetudinem diu firmatam: in hoc casu, docet Caietanus, omittendam esse actionem, ex qua scādalum accipiunt, vel differendam, donec, ad saniorem mentē veniunt. Quod solum est verum, si actio omitti potest sinè iactura nostræ vtilitatis: si enim magna vtilitas temporalis, vel spiritualis interueniat, contemni potest scādalum pusillorum, post quam sufficienter admoniti sunt. Ita Lorca. & præter eum docent Palaus, *to.* 1. *tract.* 6. *disp.* 6. *pu.* 17. Valentia, *to.* 3. *disp* 3. *quæst.* 18 *pun.* 4. Hurtad. 2... *disp.* 173. *sect.* 23. § 277. *& sequ.* Suarez, *disp* 10. *sect.* 3. *num.* 10. Gordonus, *to. p. lib* 6 *quæst.* 16. *cap.* 6. *num.* 15. & alij.

An Mulier, fucans faciem, secundum consuetudinem patriæ, peccet mortaliter? Dub. 10.

40 NEgatiuè respondetur, si hoc faciat ob rationabilem causam. Si verò hoc faciat absque causa rationabili, venialiter peccat, peccato vanitatis, & leuitatis: quia ornatus non est ex se malus, sed indifferens, nec repugnat charitati Dei, vel proximi: Peccat mortaliter verò, si hoc faciat ex fine mortaliter malo, vt per se patet. Excusantur etiam plerumque mulieres à mendacio, quæ scititijs fucis, & capillaturis vtūtur, ad maiorem pulcritudinem conciliandam: quia non faciunt animo simulandi, cum plerumque sciant, non esse colorem motiuum, aut capillaturam naturalem. Ita Nauarrus, *cap* 16 *sum. nu.* 14 *& cap.* 23 *num* 20. Emanuel Sà, *v. ornatus num p.* Graffius, *part. p. decis lib.* 2. *cap.* 77. *num.* 5. Beia, *in* 1 *&* 3. *casu definito feria* 5. *die* 26. *Maij*, vbi agit de vendentibus fucum. Lesius, *lib.* 4 *cap.* 4. *dub.* 14. *num.* 111. Bonacina, *de matrim quæst.* 4. *pu.* 9 *n.* 25. Azorius, *pa. sec. lib.* 11. *cap* 18. *quæst.* 13 Layman, *in Theolog. moral lib. sec. tract.* 3 *cap.* 13. *num.* 11. *versic. Est circumstantia.* Caietanus, 2.2. *qu.* 169. *artic.* 1. & alij.

41 Vndè Primò: Non peccat mortaliter fœmina, vtens alienis capillis, aut vestibus prætiosis, & odoriferis; quando hoc facit, sinè intentione, incitandi alios ad libidinem. Ita Bonacina, *num.* 26. Azorius, Lesius, & alij.

42 Secundò: Fœmina, ornans se secundum consuetudinem patriæ, si sciat ex hoc ornatu, lasciuè ab aliquo amari, non peccat se ornando, vel domo exeundo; si videlicèt ornat se, vt placeat marito, vel vt procedat iuxta consuetudinem patriæ: Etiam si videat, se ab aliquo turpiter amandam: quia quando effectus sequi-

sequitur per accidens, etiam si prænisus sit, non est virtualiter intentus: nam virtualiter intentum, in causa intenditur; causa autem per accidens non est simpliciter causa, neque continet effectum, vt in ea dicatur volitum. Ita Azorius, *pal 2. lib. 12. cap. 18. quæst. 11.* Caietanus, 2. 2. *quæst. 169. artic. 2. ad 5. dubium* Sanchez, *to. 1 sum lib. 1. cap. 6. num. 17.* Bonacina, *de leg. disp. 2. quæst. 4 pun. 1 § unico num. 26. & de matr. quæst 4. pun 9. nu. 17* Lorca, 1. 2. *to. 2. quæst. 73 artic. 8* Diana, *part. 1. tract. 15 resol. 0 & part. 5. tract. 7 resol. 31.* Palaus, *to. 1. tract. 6 disp. 6. pun. 7. num. 4* Hurtad. 2. 2. *disp 173. sect. 31 § 504* Layman, *in Theolog moral. lib. 2 tract. 3. cap. 13. num* 10. & alij.

43 Etiam si Mulier vult facere hoc cum peccato veniali ostentationis hominibus, non tamen contrahit malitiam scandali: quia alienum peccatum non ei imputetur, quando sequitur ex suo facto, cuius substantiam illa non tenetur vitare lege charitatis; vt constat ex proposito exemplo: Fœmina enim nõ tenetur abstinere tunc à substantia ornatus iuxta consuetudinem suæ Patriæ, vt pono: ergo peccatum alienum, occasionatum ex illa substantia, non potest imputari fœminæ: quia illa non tenebatur vitare hanc occasionem: quod verò fœmina peccauerit prauo fine ostentationes, nihil refert scandali passiui, quia illud non fuit ornatum ex prauo fine, sed ex operis substantia. Vndè nullum peccatum fœminæ fuit causa alterius ruinæ. Ita Salas, 1. 2. *to. 2. tract. 13. disp. 5. num. 132.* Zumel, 1. 2. *quæst. 73. artic 8. dub. 2. concl. 3.* Hurtad. 2. 2. *disp. 173 sect. 24* § 299. Diana, *p. 5. tr. 7. resol. 31. vers. sed nõ desinã*, & alij.

An licitum sit Fœminis vti vestibus virorum? Dub. 11.

44 SI Mulier vtitur veste virili, & è conuerso, non peccant, si hoc faciunt ex causa iusta: vt v. g. ad sui occultationem. Si verò hoc faciunt ex leuitate, peccatum veniale erit, si adsit scandalum: Erit tamen mortale si sit intentio, & periculum laxiuiæ, aut aliquod notabile scandalum. Ita Layman, *in Theolog. moral lib. 2. tract. 3. cap 13. nu 11. vers. Denique verò* Caietanus, 2. 2. *quæst. 169. art. 2. ad 3. dubium in fine.* Nauarr. *cap. 14. sum. n. 37.* Siluius, *in 2. 2. D. Thom. q. 169. art. 2. ad 3.* Diana, *p. 5. tr. 7. resol. 31.* & alij.

An qui intersunt comedijs, peccent mortaliter? Dub. 12.

45 COmitolus, *in respons. moral. lib. 5. q. 11 ait:* Esse peccatum mortale: quia est res valdè periculosa.

46 Alij verò dicunt, si audiatur ob solam curiositatem, absque periculo probabili lapsus, non erit peccatum mortale; etiã si res turpes repræsententur, & modus repræsentantis sit turpis. Si verò comediæ turpia repræsentent, erit peccatum mortale; illis interesse cum delectatione rerum narratarum, vel cum periculo delectationis, vel alterius peccati grauis. Si verò delectatio sistat in repræsentatione ipsa, & non procedat ad rem præsentatam, & absit periculum consensus in actus ipsos, non est peccatum mortale: vndè peccant solum venialiter. Ita Barbosa, *de iure Eccles. lib. 1 cap. 40 nu. 59 & 60.* Bonacina, *de matr. quæst. 4. pun. 9. nu. 22.* Sanchez, *lib. 9. de matr. disp. 46. nu. 41.* Alphonsus de Mendoza, *quæst. 9. positiua, num. 11.* Salas, *in 1. 2. to. 2. tract. 13. disp. 6 sect. 24 num. 165* Lorca, 1. 2. *to. 2. disp 28. de peccat. memb. 3 § Ex dictis, in fine.* Rodoriquez, *par. 3. sum. cap. 71 nu. 1.* Diana, *pa. 2. tr. 17. resol. 35 et pa. 5 tract. 13. resol 81.* Paul. Squilla, *de oblig. cler pa 2. n. 45.* & alij.

47 Et non solum hęc opinio est vera quò ad sæculares, verum etiam quò ad Clericos: quia, secluso scandalo, vel alio periculo peccati, non peccant mortaliter: quia hodie cessat scandalum, cum sit frequentissimum, Clericos comedijs interesse; neque ob id sæculares ad peccatũ mouentur, nam eodem modo adirent comedijs, licet clerici abessent. Nec obstat prohibitio, *cap. cler. secũdò de vita, & honest. cler. & cap. nõ oportet. 2. de cõsec. dist. 5. & cap. pręter dist. 51.* quia si credamus Innocẽt. *d. ca. cler. n. 1.* est tãtũ de honestate, vel (quod verius credo) cũ Caiet. *sum. v. cleric. peccata ad finẽ.* nõ obligare sub mortali, cessãtibus scãdalo, & cõtẽptu. Ita Sãch. *d. disp 46. n. 41.* D. Anton. 2. *pa tit. 3. c. 7. § 1.* Alcoz de Lud. *ca. 54* Bonac. Diana, Salas, Rodoriq. *locis citatis*, & alij.

Dubitatur: An peccẽt mortaliter sęculares, & Clerici ex alio capite, quia videlicẽt soluẽdo mercedẽ, positiuè sunt causa, vt Histriones viuãt in statu peccati mortalis, vt potè multorum Criminum occasio?

48 HIeronym. Florẽtius, *in suo comedicrisi, concl. 7 per tota.* & Hurtad. *vol. de spe,*

de spe, et char. disp. 173. sect. 18 §. 367. dicũt: Peccare mortaliter eos omnes, qui pecuniam dant Histrionibus, pro prætio audiendi comedias: quia, qui dat pecuniam Histrionibus, illas alit, & conseruat in statu peccati mortalis, in quo multi sunt scandalo: ergo peccãt mortaliter qui illis dant pecuniam.

49 Quod si dicas: Nullum in singulari esse causam, vt Histrio alatur: quia quamuis ego comediam non audiam, illam audient alij.

50 Respondet Hurtadus, quod nõ committit hoc peccatum, auditis vna, aut altera comedia. At, qui plures audiunt, non possunt hoc excusari, quia multis comediis repetitis, accipit comedus quantitatem pecuniæ, sufficientem, ad custodiendam materiam grauem: & quidem singulorum pecuniæ per se grauiter concurrunt ad histrionem alendum ad eius opulentiam, & luxuriam, sine quibus ille non ageret histrionem: ergo nullus potest dicere, suam pecuniam non esse causam per se, vt histrio perseueraret in officio. Deindè possunt considerari duo genera spectatorum. Primum est eorum, qui confluunt in theatrum primi: & alterum, qui postremi. Primi, omnes mortaliter peccant, audita etiam vna comedia tantum: quia ipsi sunt motiuum, vt hic, & nunc fabula agatur. Comedus enim sine sufficienti adiutorio non aget fabulam: hoc autem sufficiens adiutorium conflant primi, quando enim sunt satis multi, propter illos solos, agetur fabula, quamuis nullus adsit alius: ergo omnes illi, qui sunt causa per se illius actionis, peccant mortaliter. Tandem probat, singulos peccare, etiam si postremi adueniant: quia histrio, conspicatus auditorium integrum, illo mouetur ad agendam fabulam hic, & nunc, quam vult agere propter omnes illos, qui pecuniam soluerũt, pro illa audienda: quia omnes illi collectiuè accepti, sunt obiectum adequatum illius actionis, quæ tunc propter omnes exercetur: diuisiuè autem accepti sunt omnes illi obiectum partiale illius actionis, & non obiectum per accidens, sed per se. Singulorum enim pecuniam per se amat Comedus, ita vt fabulam sit acturus, nè, vel semiargentum teneatur restituere. Immò ipse moram trahit in comedia accipienda, quia vult aliorum, quos sperat aduenturos, pecuniam, propter quam vult etiam agere comediam: Itaque viso integro auditorio, vult propter integram illius pecuniã fabulã agere, cuius voluntatis obiectum formale est pecunia integri auditorij: & quamuis eam esset acturus coram, concione minus frequenti, tamen illam ageret per aliam voluntatem: ea autem voluntas, per quam hic, & nunc eam agit, pendet per se ab hac integra concione. Item singulorum per se iuuat ad sumptus histrionicos: ergo, &c. Hæc omnia Hurtadus: & ita etiam Diana, *part. 5. tract. 13 resol.* 81. vbi ait: Omnes spectatores comediarum nostri tẽporis, peccare mortaliter, quia ex eorũ stipendijs aluntur tam pessimi homines, vt sunt Comedi.

51 Turrianus verò, *in 1. part. sum. cap.* 28 *dub.* 8. & Baldellus, *disp. Theolog. to. p. lib.* 3. *disp.* 18. *n.* 11. ex parte negatiuam sentẽtiã docẽt, qui dicunt: Vniuersaliter peccare mortaliter oẽs illos, qui sciẽtes turpitudinẽ, & obscenitatẽ Comediæ, primi ad illam cõfluunt, quia reuera per ipsos est, vt comedia detur. Postquam verò sufficiens numerus iam confluxit, & externo peccato histrionum, iam est data sufficiens causa, non videtur ex hoc capite damnandus, si quis alius accedat: quia non ampliùs eos fouet in peccato, neque eorum peccato dat causam, cum hoc vtramque sufficienter sit præstitum iam ab alijs.

Dubitatur Secundò: An Magistratus permittendo recitationem Comediarum turpium, peccent mortaliter?

52 HVrtadus, *vol. 2, de spe, & charit. disp.* 173. *sect. 9. §.* 377. affirmat. Cuius ratio est quia (vt ait D. Thomas, *in 4. dist.* 33. *quæst. 2. art. 2.*) malum publicum non potest permitti, nisi vt per illud vitetur aliud, quod sinè illo vitari non potest: sed Comediæ sunt malum publicum, per quod nullum aliud deteriùs vitatur; sed potius multa accrescunt de nouo: ergo Comediarum permissio, est per se illicita: furta enim, detractiones, rixæ, lasciuiæ, &c. potiùs ex permissione Comediarum multiplicantur, quàm vitantur, vt experientia miserabilis docet.

53 Baldellus verò, *in disp. Theol. to. 1. lib.* 3. *dis.* 18. *n.* 12. negat, si pro aliquo tẽpore ad uitãdã in publico maiorẽ licẽtiã histriones, & histrionũ spectatores nõ putãt: q[uod] a permis-

permiſſio, quæ ſolum fit non puniendo, non autem approbando, licita eſt ſi fiat ex cauſa, etiamſi alioqui ſit de re illicita. Peccant tamen mortaliter magiſtratus, & Principes, ſi illas fieri mandant: quia non poteſt aliquis licitè mandare, quod alius non poteſt licitè ſequi. Et ita peccant, ſi præſtant auctoritatem, eaſque probant, vel aliter hiſtriones in peccato foueant. Et ita videtur docere Diana, *part. 5. tract. 13 reſolut. 82.*

An peccet mortaliter, qui alteri res indifferentes vendit, aut commodat, vel miniſteria indifferentia exhibet, quibus, ei conſtat, illum ad peccandum mortaliter abuſurum?
Dub. 13.

54 TRia ſunt certa apud Doctores. Primum eſt: Miniſtrantem, quantumuis indifferentia eis abuſurum, ea intẽtione, vt alter pronam ſuam volũtatem exequatur, eiuſdem culpæ fore participem: vt ait D. Thomas, 2. 2. *quæſt. 169. artic. 2 ad 4.*

55 Secundum: Peccare mortaliter eum, qui, etiam abſque prædicta intentione, ea obſequia alteri præſtat, quæ non ex ſola illius intẽtione, ſed ex natura ſua ad peccatum mortale ordinantur. Qualia ſunt, inuitare mulierem, vt cum alio fornicetur: percutere aliquem, vel iacere tela, aut aliter in bello iniuſto pugnare. Hæc enim non ſunt miniſteria indifferentia, ſed ſuaprè natura mala, quia nulli bono vſui deſeruire poſſunt: vt ait Merolla, *to. p. diſp. 2. cap. 4. dub. 10. num. 49.*

56 Tertium: Nullo modo peccare eum, qui res, vel miniſteria ex ſe æquè indifferentia bono, & malo vſui exhibet, ignorans inuincibiliter prauam voluntatem alterius. Dixi (*miniſtrare æquè indifferentia*) etiam ſi, ex ſe, aliquo modo ad malum determinantur, tunc ea exhibens, iuſtam cauſam, præſumendi malum, haberet: & ideò, vt à peccato excuſetur, diſcuſſione, & cauſa excuſante opus eſt. Sic Merolla, *dict. dub. 10. num. 230.*

(: † :)

Sed controuerſia eſt inter Doctores, quandores, vt miniſteria indifferentia ſunt bono, & malo vſui, & ea vendens, commodans, aut miniſtrans, ſcit, alterum fore abuſurum; non tamen ea intentione hæc præſtat, vt alter abutatur?

57 PRima opinio ait: Hunc vendentem, commodantem, aut miniſtrantem non excuſari à peccato: quia ad alterius peccatum concurrit, miniſtrando materiam, ac peccandi inſtrumenta. Ita D. Antoninus, 2. *part. titul. p. cap. 23. §. 13.* Gabriel, *in 4. diſt. 15. quæſt. 13. articul. . dub. 4.* Medina, *C. de reſtitut qu. 31. §. Tertiò redditur,* & videtur apertè tenere Siluester, *v. Anſ. num. 3. 4 & 5.*

58 Secunda opinio diſtinguit: Vel res, ex ſe, ad prauum vſum deſtinantur: vt ſi infidelibus vendantur idola, veſtes Sacerdotales ſuperſtitioſe, aut eis fabricentur templa, & tunc, has miniſtrare, aut vendere illis, eſt illicitum. Vel res ſunt, ex ſe, indifferentes bono, & malo vſui: vt, agnus idolo immolandus, rami, & alia, quibus idoli templum ad eius cultum ornandum eſt: & tunc has vendere, aut miniſtrare, illis licitum eſt. Cuius ratio eſt: quia cum res prioris generis malo vſui deſtinentur, videntur cum eo prauo vſu eam connexionem habere, ac proindè illas miniſtrans, ex neceſſaria conſequentia cenſetur, velle eum malum vſum. At verò cum res poſterioris generis ad bonum, & malum vſum indifferentes ſint, neque ex praui vſus intentione miniſtrentur, non cenſetur illas miniſtrans, velle illum malum vſum, neque ad illum cooperari. Ita Caietanus, 2. 2. *quæſt. 10 artic. 4. ad finem* vbi Aragonius, *ad finem.* Bannez, *quæſt. 10. articul. 4. ad finem, & quæſt 77 artic. 4. dub. p.* Nauarrus, *lib. 5. conſil. in prima edit. de Iudæis, conſ. 2. à num. 9. & in ſec. conſ. ſec. à num. 9.* Azorius, *part. p. lib 8. cap. 22. quæſt. 6. & cap 24. quæſt. 14.* Salonius, 2. 2. *quæſt. 77 artic. 4. controu. 6.* Rodoriquez, *part. 2 ſum. cap 76. num. 13.* & alij. Et loquens de rebus proprij generis, eas non licere vendere, tenet Molina, *to 2. de iuſtit. diſp. 340. verſic. Quando aliquid.* Et agentes de rebus poſterioris generis, tenẽt, licitũ eſſe vendere Leſius, *lib. 2 de iuſt. cap. 13. dub. 3. nu. 31 in fine.* & Aluarez, 1. 2. *diſp. 136. num. 10.*

59 Tertia opinio ait: Licitum eſſe quæcumq;

cumq; indifferentia vẽdere, vel cõmodare, aut ministeria indifferentia exhibere; quamuis constet, alterum abusurum, dummodò desit intentio, cooperandi ad malum vsum alterius, & adsit rationabilis causa proportionata excusans: Illicitum vero esse, deficiente tali causa. Ratio istius opinionis est: quia cum hæ res non sint per se malæ, sed indifferentes, & sola circumstantia peccati proximi vitandi, vitiet earum ministratione: tunc solum erit mala, quando ministrãs tenetur, peccatum illud impedire: sed hoc pendet ex causa rationabili, cogente, aut non cogente: quia nemo tenetur cum graui suo detrimento, peccatum alterius impedire: quare tunc censetur, adesse moralis impotentia peccati illius vitandi: quando verò potest quis, absq; graui detrimento, peccatum proximi impedire, ad id tenetur, saltem ex charitate: ergo, quoties adest iusta causa detrimenti proprij vitandi, licitum erit, peccatum illud proximi permittere; ministrando res indifferentes: deficiente verò iusta causa, numquam licebit. Ita Valentia, 2.2. *disp.* 1 *quæst.* 10. *pun.* 5 *in fine*. Sanchez, *lib. p. sum. cap* 7. *nu.* 13. Vgolinus, *de potest Episcop cap.* 22 §. 2. Suarez, *tract de chari disp.* 10. *sect.* 4. Reginaldus, *to sec lib.* 25 *cap.* 15 *num* 264. Salas, *de emp dub* 47 *num sec.* 10 del Cruz, *in direct conscient part p precep* 7. *quæst.* 3. *dub.* 12. *concl sec* Diana, *par p. tract.* 8 *resolut.* 41. Merolla, *to p. disp. sec. cap* 4. *nu.* 259. & alij.

Dubitatur: An ministrans hæc indifferentia illis abusuro, potens absque suo detrimento non ministrare, excusetur à peccato, si sciat alium ministraturum, ipso non ministrante?

60 Affirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia ea indifferẽtium ministratio, in tantum est peccatum, in quantum non euitat ministrans peccatum abusuri illis, quod vitare poterat, & tenebatur. At in casu nostro, non ministrando, non vitat peccatum alterius: quia (vt supponimus) alius est ministraturus: Nec est eadem ratio (inquiunt Doctores citandi) de cooperante ad delictum, per actionem intrinsicè malam; non enim excusatur, quamuis alter adiuuaret, aut ille absque adiutorio faceret: nam actio illa ex se est mala, eò quod in effectum influat, & ideò nulla ratione excusari potest: At in casu nostro actio ex se est indifferens, & solum est mala, quando peccatum alterius impediri poterat, quod hic non contingit. Hanc opinionem videtur tenere Caietanus, 2.2. *quæst.* 147 *artic* 4. *ad finem*, vbi ait: Non peccare inuitantem, ad cęnandum secum, qui transgressurus erat ieiunium, alibi cœnando. Et ita Doctores, *l. tract.* 3. *cap.* 15. *deuit & peccat. dub.* 4 *num* 40 & Petrus Ledesma, *to p. sum. tract.* 27. *cap.* 2 *dub.* 4. Rodoriquez, *part p. sum. in* 2. *edit. cap.* 23. *num.* 8. Lesius *lib.* 4 *cap.* 2. *dub.* 4. *num.* 24. & alij, quos, *in d. tract.* 3. *cap.* 16 *nu* 147 citauimus. Dum excusant Caupones, porrigentes cœnã, transgredientibus ieiunium, quando alibi inueniretur cœna.

61 Secunda opinio negat. Cuius ratio est: quia, si proximus, v.g. alibi non esset fracturus ieiunium, & tu, nulla causa intercedente, cœnam subministrares; ferè omnes Doctores conueniunt, te peccaturum: quia, aliquo modo concurris peccato alterius: At si alibi proximus sit fracturus ieiunium, non immutat tuum concursum, qui in subministratione cœnæ consistit: ergo eodem modo concurris. Ita Suarez, *de charit. disp.* 10 *sect.* 3. *num. sec. & sect.* 4. *num.* 5. Palaus, *to p tract.* 6 *disp.* 6. *pun.* 10. *num* 4. & probabilem vocat Diana, *part.* 5. *tract.* 7 *resol.* 38.

62 Tertia opinio distinguit. Aut res indifferens, sit ita proximè ad peccatum ordinata, vt per se mala sit meritò censenda, quamuis in aliquo casu possit esse licita, vt dicunt Sanchez, *num.* 7. & alij suppeditans non excusatur à culpa, quamuis certò sciat, alium paratum ad peccandum, & inuenturum alium, qui materiam suppeditet, vt nemo excusaret admouentem scalam, vel humeris substentantem, quando quis vult furari aut hominem interficere, aut fornicari. Quamuis hæ actiones, ex se indifferentes sint, & in aliquo casu, maxima excusandi causa licitè, nec deesset qui iuuaret. Ratio istius opinionis est: quia tales actiones ita proximè peccato accedunt & ad illud ordinantur; vt, ex se, malæ dici meritò queant, nisi causa aliqua vrgenti excusantur. Si vero illa sit omninò ex se indifferens, ac remotè se habeat ad peccatum, vt vendere agnum infideli,

deli, quem scio, velle ad immolandum idolo; fucos mulieri, quos scio velle ad alliciendum iuuenes ad turpe sui amorem, tunc probabile censeo, vendentem excusari à culpa, si certò sciat, ipso non vendente, alterum venditurum, quamuis nulla alia causa excusans concurrat: quod probant rationes, pro parte affirmatiua adductæ. Vel certè est satis probabile, id non fore culpam mortalem: atque, re benè perpensa, ita probabilius iudico, sed fore culpam venialem. Ita Sanchez, *lib. 1 sum. cap. 7. num. 16.* Bonacina, *de peccat. disp. 2. quæst. 4. punt 2. §. vnico num. 35.* Merolla, *to. 1. disp. 2. cap 4 dub. 10. à num. 264.* & dicit esse probabilem Diana, *par. 5. tract. 7 resol. 38.*

63 Vndè vendentem ornamenta, fucos, &c. quibus Mulier iam parata abutetur, excusari posse à mortali, si ipso non vendente, alter vèderet, & si hoc faciat iuxta de causa. Ita Diana, *part. 5. tract. 7. resolut. 38. in fine.*

An Famuli possint sternere equum, herum comitari, & expectare, quamuis certò sciant ipsum ad fornicandum abire? Dub. 14.

63 AFfirmatiuè respondetur. Ratio est: quia hæc ministeria, ex se sunt indifferentia, & exibentur à famulis, vrgente necessitate, obsequendi hero, rem indifferentem præcipienti. Ita Angles, *in florib. part. 1. quæst. 7. de ieiun. diffic. 5.* Nauarr. *lib 5. consil. tit. de pœnit. & remiss. in 1. edit cons. 6. in fine, & in 2. cons. 5. in fine.* Rodoriquez, *part. 1 sum. in 2. edit. cap. 205 num. 2.* Sanchez, *lib 1 sum. cap. 7. num. 22.* Merolla, *to 1 disp. 2. cap 4 dub. 10. num. 273.* & alij. Et dicit esse probabilem Diana, *part. 5. tract. 7. resolut. 38.*

64 Hinc infertur, huiusmodi ministeria non licere ijs, qui famuli non sunt, nisi alia iusta causa excusans adsit; cùm hi, necessitate obsequij debiti, non adstringantur. Ita Merolla, *num. 174.* Sanchez, *num. 22.* & alij.

65 Addunt etiam Merolla, *num. 274.* & Sanchez, *d. num. 2.* communem obsequij rationem neque famulos excusare, quãdo herus ille peccatum vitaret, famulo non sternente equum, aut non comitãte; tunc enim maior causa desideratur, qualis esset, non posse commodè id obsequium domino denegare, & fore molestum, ac noxium famulo, ob id herum deserere, aliumque quærere, eo, vel maximè, quod rarò herum inueniet, qui similia, aut peiora ministeria non petat.

An liceat famulis, cibos condere, ac admensam ministrare, lectum sternere concubinæ heri, sinè peccato? Dub. 15.

66 AFfirmatiuè respondetur. Ratio est: quia hæc omnia ministeria sunt ex se indifferentia, & valdè remotè se habent ad peccatum, & ideò sola necessitas obsequij hero præstandi has actiones excusat. Ita Petr. Ledesma, *to 2. in sum. tr. 27. cap. 9. in fine* Emanuel Sà, *v. peccatum num. 9.* Sanchez, *lib. 1 sum. cap. 7. num. 24* Merolla, *to p. disp. 2. cap. 4 dub. 10. coroll. 2 num. 277.* & alij. Similiter, licitum esse ornare heram meretricem, tradunt Nauarrus, *cap. 20 sum. num. 16.* Azorius, *pa. 2. lib. 12. cap. vlt. quæst. 8* Rodoriquez, *par. 2. sum. cap. 76 num. 14.* Sanchez, *d num. 6* Merolla, *d. num 277.* Layman, *in Theolog. moral lib. sec. tract 3. cap 13. numer. 5. versic. fas est famulo.* Diana, *part. 3. tract. 5. resol. 36. versic. Ex dictis*, & alij.

67 At verò in non famulis, aliqua iusta causa desideraretur (vt in simili casu diximus, in num. 64) Quia, quamuis hæ actiones ex se indifferentes sint, tamen hic, & nunc deseruiunt prauæ intentioni abutentis: & ideò aliqua iusta causa desideratur in non famulis, vt excusentur à peccato Sic Merolla, & Sanchez.

68 Licebit famulis iussu heri portare aliqua munuscula, aut exculenta ad Concubinam; cum hæc sint indifferentia: & licèt causa desideretur, propter intentionem herj eis ad turpem amorem fouendum abutentis: cum tamen nõ proximè, sed remotè se ad peccatum habeant, existimo communem famulatus rationem sufficere, ad hæc excusanda. Ita Sanchez, *num. 29.* Merolla, *num. 277* & alij. Et ob eamdem rationem non peccant famuli, aperientes iussu heri ianuam domus Concubinę, aut docentes, vbi herus sit. Sic docent Sanchez, *numero trigesimo.* Merolla, *num. 277. in fine.* Rodoriquez, *part 1. sum. in 2. edit. cap. 205 num. 3.* Azorius, *par p lib. 12. cap. vlt. quæst. 8.* Layman, *in Theolog. moral. lib. sec. tract. 3. cap. 13. num. 5. versic. fas est famulo* Diana, *par. 3. tract. 5. resol. 36 vers. Idem deducitur.*

69 Si verò herus ascendere velit per fenestram,

cumq; indifferentia vẽdere, vel cõmodare, aut ministeria indifferentia exhibere; quamuis constet, alterum abusurum, dummodò desit intentio, cooperandi ad malum vsum alterius, & adsit rationabilis causa proportionata excusans: Illicitum vero esse, deficiente tali causa. Ratio istius opinionis est: quia cum hæ res non sint per se malæ, sed indifferentes, & sola circumstantia peccati proximi vitand, vitiet earum ministratione: tunc solum erit mala, quando ministrãs tenetur, peccatum illud impedire: sed hoc pendet ex causa rationabili, cogente, aut non cogente: quia nemo tenetur cum graui suo detrimento, peccatum alterius impedire: quare tunc censetur, adesse moralis impotentia peccati illius vitandi: quando verò potest quis, absq; graui detrimento, peccatum proximi impedire, ad id tenetur, saltem ex charitate: ergo, quoties adest iusta causa detrimenti proprij vitandi, licitum erit, peccatum illud proximi permittere; ministrando res indifferentes: deficiente verò iusta causa, numquam licebit. Ita Valentia, 2.2. *disp.* 1 *quæst.* 10. *pun.* 5 *in fine.* Sanchez, *lib.p.sum.cap* 7. *nu.*13. Vgolinus, *de potest Episcop cap.*22 §. 2. Suarez, *tract de chari disp.*10. *sect.* 4. Reginaldus, *to sec lib.*25 *cap.*15 *num* 264. Salas, *de emp dub* 47 *num sec.* Io del Cruz, *in direct conscient. part p precep* 7. *quæst.* 3. *dub.* 12. *concl sec* Diana, *par p. tract.* 8 *resolut.*41. Merolla, *to p. disp. sec. cap* 4. *nu.* 259. & alij.

Dubitatur: An ministrans hæc indifferentia illis abusuro, potens absque suo detrimento non ministrare, excusetur à peccato, si sciat alium ministraturum, ipso non ministrante?

60 AFfirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia ea indifferẽtium ministratio, in tantum est peccatum, inquantum non euitat ministrans peccatum abusuri illis, quod vitare poterat, & tenebatur. At in casu nostro, non ministrando, non vitat peccatum alterius: quia (vt supponimus) alius est ministraturus: Nec est eadem ratio (inquiunt Doctores citandi) de cooperante ad delictum, per actionem intrinsicè malam; non enim excusatur, quamuis alter adiuuaret, aut ille absque adiutorio faceret: nam actio illa ex se est mala, eò quod in effectum influat, & ideò nulla ratione excusari potest: At in casu nostro actio ex se est indifferens, & solum est mala, quando peccatum alterius impediri poterat, quod hic non contingit. Hanc opinionem videtur tenere Caietanus, 2.2. *quæst.*147 *artic* 4. *ad finem*, vbi ait: Non peccare inuitantem, ad cœnandum secum, qui transgressurus erat ieiunium, alibi cœnando. Et ita Doctores, *l.* *tract.*3 *cap.*15. *de uit & peccat. dub.*4 *num* 40 & Petrus Ledesma, *to p. sum. tract.*27. *cap.*2 *dub.*4. Rodoriquez, *part p. sum. in* 2 *edit. cap.*23 *num.*8. Lesius *lib.* 4 *cap.*2. *dub.*4. *num.*24. & alij, quos, *in d. tract.*3. *cap.*16 *nu* 147 citauimus. Dum excusant Caupones, porrigentes cœnã, transgredientibus ieiunium, quando alibi inueniretur cœna.

61 Secunda opinio negat. Cuius ratio est: quia, si proximus, v.g. alibi non esset fracturus ieiunium, & tu, nulla causa intercedente, cœnam subministrares; ferè omnes Doctores conueniunt, te peccaturum: quia, aliquo modo concurris peccato alterius: At si alibi proximus sit fracturus ieiunium, non immutat tuum concursum, qui in subministratione cœnæ consistit: ergo eodem modo concurris. Ita Suarez, *de charit. disp.*10 *sect.*3. *num. sec. & sect.*4 *num.*5. Palaus, *to p tract.*6 *disp* 6. *pun.*10. *num* 4. & probabilem vocat Diana, *part.*5 *tract.* 7 *resol.*38.

62 Tertia opinio distinguit. Aut res indifferens, sit ita proximè ad peccatum ordinata, vt per se mala sit meritò censenda, quamuis in aliquo casu possit esse licita, vt dicunt Sanchez, *num.*7. & alij suppeditans non excusatur à culpa, quamuis certò sciat, alium paratum ad peccandum, & inuenturum alium, qui materiam suppeditet, vt nemo excusaret admouentem scalam, vel humeris substentantem, quando quis vult furari aut hominem interficere, aut fornicari. Quamuis hæ actiones, ex se indifferentes sint, & in aliquo casu, maxima excusandi causa licitè, nec deesset qui iuuaret. Ratio istius opinionis est: quia tales actiones ita proximè peccato accedunt & ad illud ordinantur; vt, ex se, malæ dici meritò queant, nisi causa aliqua vrgenti excusantur. Si vero illa fit omninò ex se indifferens, ac remotè se habeat ad peccatum, vt vendere agnum infideli,

deli, quem scio, velle ad immolandum idolo; fucos mulieri, quos scio velle ad alliciendum iuuenes ad turpẽ sui amorem, tunc probabile censeo, vendentem excusari à culpa, si certò sciat, ipso non vendente, alterum vendíturum, quamuis nulla alia causa excusans concurrat: quod probant rationes, pro parte affirmatiua adductæ. Vel certè est satis probabile, id non forè culpam mortalem: atque, re benè perpensa, ita probabilius iudico, sed fore culpam venialem. Ita Sanchez, *lib 1.sum.cap.7.num.16.* Bonacina, *de peccat.disp.1. quæst.4. punt 2. §. vnico num.35.* Merolla, *to.1.disp.2 cap 4 dub.10.à num.264.* & dicit esse probabilem Diana, *par.5.tract.7.resol 38.*

63 Vndè vendentem ornamenta, fucos, &c. quibus Mulier iam parata abuteretur, excusari posse à mortali, si ipso non vendente, alter vẽderet, & si hoc faciat iuxta de causa. Ita Diana, *part.5.tract.7.resolut.38.in fine.*

An Famuli possint sternere equum, hærum comitari, & expectare, quamuis certò sciant ipsum ad fornicandum abire? Dub.14.

63 Affirmatiuè respondetur. Ratio est: quia hæc ministeria, ex se sunt indifferentia, & exibentur à famulis, vrgente necessitate, obsequendi hero, rem in differentem præcipienti. Ita Angles, *in florib.part.1.quæst.7.de ieiun. diffic.5.* Nauarr. *lib 5.consil.tit de pœnit.& remiss. in 1.edit cons.6.in fine, & in 2.cons.5 in fine.* Rodoriquez, *part.1 sum.in 2.edit.cap.205 num.2.* Sanchez, *lib 1 sum.cap.7. nu.22.* Merolla, *to 1 disp.2.cap 4 dub.10.nu.273.* & alij Et dicit esse probabilem Diana, *part.5.tract.7.resolut.38.*

64 Hinc infertur, huiusmodi ministeria non licere ijs, qui famuli non sunt, nisi alia iusta causa excusans adsit; cum hi, necessitate obsequij debiti, non adstringantur. Ita Merolla, *num.274.* Sanchez, *num.22.* & alij.

65 Addunt etiam Merolla, *num.274.* & Sanchez, *d.num.2.* communem obsequij rationem neque famulos excusare, quãdo hærus ille peccatum vitaret, famulo non sternente equum, aut non comitãte; tunc enim maior causa desideratur, qualis esset, non posse commodè id obsequium domino denegare, & fore molestum, ac noxium famulo, ob id hærum deserere, aliumque quærere, eo, vel maximè, quod rarò hærum inueniet, qui similia, aut peiora ministeria non petat.

An liceat famulis, cibos condere, ac admensam ministrare, lectum sternere concubinæ hæri, sinè peccato? Dub.15.

66 Affirmatiuè respondetur. Ratio est: quia hæc omnia ministeria sunt ex se indifferentia, & valdè remote se habent ad peccatum, & ideò sola necessitas obsequij hero prestandi has actiones excusat. Ita Petr.Ledesma, *to 2.in sum.tr.27.cap.9.in fine* Emanuel Sà, *v peccatum num.9.* Sanchez, *lib.1 sum.cap.7.num.24* Merolla, *to p.disp.2.cap.4 dub.10.coroll.2 num.277.* & alij. Similiter, licitum esse ornare hæram meretricem, tradunt Nauarrus, *cap.20 sum.num.16.* Azorius, *pa.2.lib.12.cap.vlt.quæst.8* Rodoriquez, *par.2.sum.cap.76 num.14.* Sanchez, *d num.6* Merolla, *d.num 277.* Layman, *in Theolog.moral lib.sec.tract 3.cap 13.numer.5. versic.fas est famulo.* Diana, *part.3.tract.5.resol.36.versic.Ex dictis*, & alij.

67 At verò in non famulis, aliqua iusta causa desideraretur (vt in simili casu diximus, in num.64) Quia, quamuis hæ actiones ex se indifferentes sint, tamen hic, & nunc deseruiunt prauæ intentioni abutentis: & ideò aliqua iusta causa desideratur in non famulis, vt excusentur à peccato Sic Merolla, & Sanchez.

68 Licebit famulis iussu heri portare aliqua munuscula, aut exculenta ad Concubinam; cum hæc sint indifferentia: & licèt causa desideretur, propter intentionem hærieis ad turpem amorem fouendum abutentis: cum tamen nõ proximè, sed remotè se ad peccatum habeant, existimo communem famulatus rationem sufficere, adhæc excusanda. Ita Sanchez, *num.29.* Merolla, *num.277* & alij. Et ob eamdem rationem non peccant famuli, aperientes iussu hæri ianuam domus Concubinę, aut docentes, vbi hærus sit. Sic docent Sanchez, *numero trigesimo.* Merolla, *num. 277 in fine.* Rodoriquez, *part 1.sum. in 2. edit. cap.205 num.3.* Azorius, *par p lib.12.cap.vlt.quæst.8.* Layman, *in Theolog. moral. lib.sec tract.3.cap.13.num.5.versic fas est famulo* Diana, *par.3.tract 5. resol.36 vers. Idem deducitur.*

69 Si verò hærus ascendere velit per fenestram,

nostram, ad rem habendam cum fœmina, non liceret famulo, (ob communem rationem famulatus) pedem hæri sustinere, vt ascendere possit: aut scalam admouere, eamque tenere; aut humeris sustinere; sed requiritur aliqua alia grauior causa in famulo, vt hæc ministeria præstare possit, vt vitatio alicuius magni damni, quod ex non præstatione talis ministerij famulo immineret. Ratio est: quia, cum omnia hæc ministeria valdè proximè peccato accedant, ea non excusat communis ratio famulatus. Ita Alphonsus de Leone, *de offic. & potest. confess. to.1. Recollect.14. num.64.* Merolla, *d. cap.4 num.278.* Diana, *part.5. tract. 7. resolut.28.* Palaus, *to.1 tract 6. disp.6. pu. 11 num.5.* Et probabilem vocat Hurrad. *in 2. 2 disput.173. sect.30. §.399. iuncto §.397.*

An licitum sit famulis adducere Concubinam in domo hæri, vel in alio loco, in quo peccaturus est? Dub.16.

70 LAyman, *in Theolog. moral. lib.2. trac. 3 cap 13. num.5 versic. fas est famulis.* & Angles, *in florib. par. p. quæst 7. de ieiun. diffic.5.* existimant: Id non esse licitum, quia est intrinsicè malum.

71 Azorius verò, *in part.2. lib.12. cap. vlt. quæst 8.* & Castrus Palaus, *tom 1. tract 6. disp 6 pun.11. num.5.* absolutè dicunt: Posse famulum imminente graui, & proportionato damno, Concubinam portare in domum hæri.

72 Hoc verum existimant alij, quando famuli nullum internuntium hæri deferunt, sed tantum illam comitantur, quia tunc, cum conuentum sit inter hærum & illam, vt ipsa veniat ad domum hæri, illam in tali casu comitari, vt, non secùs, ac si hærum famulus comitaretur abeuntem ad peccandum cum aliqua fœmina, quod licere patet. Addunt tamen, quod quando non esset simplex comitatus, sed actiuè concursu physico famuli Concubinam deferrent: vt in curru, Sella, &c. non sufficere, ad eos excusandos à peccato communis ratio famulatus: quia hoc ministerium proximè accedit ad peccatum; & ideò damnum aliquod notabile famuli exigatur, vt sibi licitum sit. Ita Sanchez, *lib.1 sum. cap.7. num.15.* Merolla, *to.1. disp.2. cap.4. nu.280.* Alphonsus de Leone, *de offic. & potest. confess. to.p. Recollect.14. nu.6.* Vidè etiam Dianã, *part.3. tract.5. resol.36. & tract.6. resol.11. & par.5. tr.7. resol 9.*

73 Attamen Hurtadus, *in 2.2. disput.173. sect 10. §.397* putat: Debere famulum vtrâque actionem omittere in dictis casibus: quia comitari Concubinam, est illi opem ferre: quia fœminæ non audet solæ incedere: Si autem illa alioquin esset itura, illam comitari, non est peccatum: quia ex eo comitatu nulla accipitur occasio ruinæ, sed se habet omninò per accidens.

Quid dicendum sit de famulis, deferentibus scripta, vel internuntia ad hæri Concubinam?

74 MArtinus Ledesma, *2 part.4. quæst.17 artic.3 versic. præterea, dubitatur.* Petrus Ledesma, *to 2 sum. tract.17. cap. 9. ad finem* Rodoriquez, *in addit. ad Bull. Cruciat. §.9. nu.135.* & alij dicunt: Nullo modo esse licitum, tamquam intrinsicè malum: eò quod sint causæ morales, & instrumenta proxima fornicationis, & ideò communiter, hi Lenones appellantur.

75 Alij verò excusant à peccato famulos, qui, ratione famulatus, hæc internuntia, aut scripta deferunt, in quibus hærus petit à Concubina, vt ea nocte ad se veniat; quamuis, sciant, velle, vt veniat ad fornicandum. Quorum ratio est: quia hæc rem indifferentem continent; cum non ad fornicationem, sed ad aduentum inducant, & ex sola praua hæri intentione ad malum ordinantur. Ita Nauarrus, *lib.5. consil. tit. de pœnit. in 1 edit. cons.6 in fine.* Azorius, *part.2 lib.12 cap. vlt. quæst 8.* & videtur tenere Rodoriquez, *part.1 sum. in 2 edit. cap.205 num. 3.* quamuis ipse in dicto loco citato, nitatur defendere, se non tenuisse contrarium in Summa.

76 Vt distinctè in hac re procedamus, distinguendi sunt varij casus. Primus est: Quando scripta, vel internuntia nil omninò continent, ad concubinatum conducentia, sed sola verba vrbanitatis: *Vt: Certiorem me fac de tua salute, & an aliqua re indigeas,* & id constet famulos; in hoc casu, existimant Sanchez, *lib.1 trac. 7. num.26 circa medium.* Merolla, *tom.1. disp.2. cap.4. num.283.* & alij, posse licitè, famulos hæc scripta, vel internuntia deferre, & ad hoc sufficere communem rationem famulatus, absque alia causa.

Quorum

Quorum ratio eſt : quia hæc miniſteria ſunt valdè indifferẽtia, & remotè ſe habent ad peccatum; ſicut de munuſculis diximus num 66

78 Secundus caſus eſt: Quando ſcripta, vel internuntia nihil turpe continent, ſed in eis petit hærus à Concubina, vt ad ſe veniat tali hora, vel in talem locũ; in hoc caſu putant Sanchez, *d. cap.7. num.26.* Merolla, *d.cap.4.num* 284. Molfeſius, *to.1. ſum.tract.8 cap 10. num.*60 Diana, *part.3.tract.6.reſol.*46. & alij, poſſe licitè, famulos ea ſcripta, vel internuntia deferre: quia rem indifferentem continent; cum non ad fornicandum, ſed tãtum ad aduentum inducat, & ex ſola praua heri intentione, ad malum ordinantur.

79 Addunt tamen Sanchez, & Merolla: Non ſufficere ad hoc communem rationem famulatus, ſed aliam iuſtam, & vrgentem cauſam deſiderari, qualis eſſet, non poſſe commodè, id obſequium domino denegari, quia forte ipſum male tractabit, aut à domo expellet, & difficilè alium hærum æquè ſibi opportunũ inueniet. Quorum ratio eſt: quia, cum hæc miniſteria, quamuis indifferentia, valdè peccato accedant, non excuſabit communis ratio famulatus, ſed vrgentior cauſa deſideratur,

80 Et ita dicendum eſt de famulis, quos hærus mittit, fœminã inſequuturos, vt videant vbi habitet; vel id inquirant, & poſtea illum certiorem faciant. Hæ enim actiones ad bonum, & malum ſunt ex ſe indifferentes, ac ex ſola praua heri intentione ad malum ordinantur: & eò maior cauſa excuſans neceſſaria eſt, ſi fœmina, quam inſequuntur, ſit honeſta. Ita Sanchez, *num.*27. Merolla, *num.* 284. *in fine*.

81 Tertius caſus eſt: Quandò internuntia continent verba turpia, & tunc certum eſt in nullo caſu licitum eſſe famulo, hæc internuntia deferre, dicunt Rebellius, *part.1. lib.2. quæſt.14. ſect.7 num.*53. Merolla, *d.cap.4.num* 285. Sanchez, *d. cap.7.num.*25. *&* 26. Diana, *part 3. tract. 5. reſol* 36. *& tract.6 reſol.*46. & alij: quia hoc eſt intrinſicè, & ex obiecto malum; cum ad fornicationem directè prouocẽt ea verba. Quare nulla ratione excuſari poſſunt famuli, qui iuſſu heri quærũt illã fœminam, cum qua peccet, & ab ipſa hoc petunt, illamque inducunt, vt ad hunc finem heri domum adeat. Quia id eſt intrinſicè malum, & peccato heri directè cooperari, ac periculo peccandi fœminam exponere, & vt exponatur, eam inducere.

82 Quartus eſt: Quando famulus non defert internuntium, quod vulgò dicitur (*Ambaſciata*) ſed tantum aliquod ſcriptum, ſeù litteras heri ad aliquam mulierem: Et tunc ſi famulo non conſtet, quid ſcripta contineant, neque eſt ratio amoris turpis ſuſpicandi, eò quod perſonæ ſuſpectæ non ſint; certum eſt, id eſſe licitum famulo, ob ſolam communem rationem famulatus: quia in dubio non eſt ſumenda præſumptio prò deteriori parte. Sic Merolla, *num.*286. & alij.

83 Quintus caſus eſt: Quando famulo, litteras deferenti, conſtat, in eis contineri verba, aut ſigna turpia, vel amatoria, in hoc, putant Alphonſus de Leone, *de offic. & poteſt.confeſſ.tom.1. Recoll.*14. *num* 63. Rebellius, *part.1.lib.2.quæſt.*14 *num* 53 *in fine*. Bonacina, *de matr.quæſt.4.punt* 14. *num.6.* Layman, *in Theolog. moral.lib.2.tract.3.cap.13 num.5.* Sanch. *lib.1.ſum cap.7 num.*26. & alij, id nullo euentu licitum eſſe. Quorum ratio eſt: quia huiuſmodi verba ſunt intrinſicè mala, niſi inter coniugatos, aut ſponſos de futuro. Et idem dicit de famulis, ſcribentibus tantum huiuſmodi litteras, quamuis non deferentibus, Sanchez: quia idem comparandi modus in vtroq; miniſterio inuenitur.

84 Hanc verò ſententiam non approbat Merolla, *to.1.diſp.2.cap.4.dub.10.coroll.5.num.*287 *verſic. Hæc tamen*: nam contra ſecũdum, quod dicit Sanchez, de famulis, ſcribentibus tantum litteras, verba turpia continentes, quod ſit ita intrinſicè malum, vt in nullo prorſus euẽtu licitum eſſe poſſit, obſtat doctrina eiuſdem Sanchez, *lib.9. de matrim. diſp.*46 *num* 34 vbi expreſsè docet: Proferre, vel ſcribere verba turpia, non eſſe intrinſicè malum, ſed indifferẽs, ac proindè eorum honeſtatem, vel maliciam pendere ex circumſtantijs adhibitis, ac fine proferentis, vel ſcribentis. Et rationem huius optimè reddit: quia, cum verba, vel ſcriptura ſint conceptus ſigna, in tantum erunt praua, vel honeſta, in quantum conceptus ſunt praui; vel honeſti. At rei turpis conceptus indifferens eſt: poteſt enim bonum finem, puta, ipſius malitiæ moralis inueſtigationem; & malum, vt veneris fornicem

ſpecta-

spectare. Si igitur scribere verba turpia non est ex se intrinsicè malum; sequitur, posse dari causam, in quo licitum sit famulo scribere hæri litteras, verba turpia continentes, vt si aliàs immineret ei periculum mortis, vel alterius grauis nocumenti.

85 Quantum verò ad primum dictum eiusdem Auctoris, & aliorum, de famulis deferentibus litteras, in quibus sciũt, contineri verba turpia, ad peccatum prouocantia, sententia ipsorum habet quidem maximam probabilitatem, ait Merolla, *num* 188. quia deferre tales litteras, idem videtur, ac si deferrent internuntiam de rebus turpibus, quod in nullo casu esset licitum, tamquam intrinsicè malum. Nihilominus etiam opposita opinio non est omninò improbabilis: videtur enim dispar ratio de internuntio, & de litteris: nam famulus, qui internuntium de rebus turpibus defert Concubinæ hæri, directè, ac proximè censetur peccato hæri cooperari, tamquam instrumentum, quo mediante, hærus inducit mulierem illam ad peccandum secum: ideò est omninò intrinsicè malum, ac proindè in nullo euentu licitum. At verò deferre tantum litteras ita materialiter, non videtur directa cooperatio ad peccatum, tamquam proximum instrumentum, sed magis remotè se habet: & ideò non est improbabile, saltem in aliquo casu extremæ necessitatis, vt ad euadendam mortem, sibi comminatam, posse licitè famulum eiusmodi litteras deferre. Sic Merolla.

An licitum sit sinè peccato scandali, consulere minus malum ei, qui paratus non erat illud efficere? Dub. 17.

86 NEgatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia inducere aliquem ad peccatum iussu, vel suasione, per se est malum, & numquam licitum est. Si autem alicui, habenti determinatum propositum, faciendi maius peccatum, v. g. Vxoricidium; vt ab eo vertatur, suades, facere minus peccatum, puta, adulterium, inducis hominem, quantum in se est, in peccatum, ideoque Auctor huius peccati eris. Tum quia, non sunt facienda mala, vt veniant bona: & sic, non licet assumere prauum medium, ad obtinendum bonum finem: nec licet furari, vt des eleemosynam, &c. sed quãdo suades facere minus peccatum inducis hominem, quantum in se est, hic, & nunc, in peccatum: ergo, &c. Ita Valentia, *to.3. disp.5. quæst.* 21. *pun.*4. Emanuel Sà, *v. peccatum num.* 8. Caietanus, 2.2. *quæst.*78. *artic.*4. *notab.* 3. Azorius, *par.* 2. *lib.* 12. *cap.*16. *quæst.*8. Couarruu. *in* 4. *decret. part.*1. *cap.*4. *num. vlt.* Gabriel, *in* 4. *dist.*15. *quæst.*11. *artic.*3. *dub.* 14. Palaus, *to.*1. *tract.*6. *disp.*6. *pun.*6. *num.*9. Hurtad. 2.2. *disp.*173. *sect.* 10. §.110. Layman, *in Theolog. moral. lib.*2. *tract.* 3. *cap.*13. *num.* 7. & alij.

87 Affirmat verò secunda opinio. Cuius ratio est: quia in moralibus, res sunt accipiendæ, secundum communem existimationem, adhuc etiam licitum videtur suadere minus malum ei, qui antea non erat paratus, illud committere, neque de illo cogitabat: vt si aliquis dissuadeat alteri adulterium, & cum nihil ab eo obtineri possit, non erit peccatum, proponere ei fornicationem, tamquam minus malum, ad expellendam libidinẽ, quam alio modo suadere non potest. Hoc autem probatur ratione, superiùs allata: quia licitum est, suadere alicui, vt minus peccatum committat, non signando materiam: ex hoc autem consilio sequitur, vt qui habet propositum adulterij, eligat fornicationem: ergo licitum erat, fornicationem proponere, tamquam minus malum. Ita Vasquez, *opuscul. de scandal. quæst.* 43. *artic.*1. *dub.* 1. *num.*9. Innocent. *cap. super* 40. *in fine de vsur.* vbi Hostiens, *ad finem.* Io. Andr. *nu.* 2. *ad finem.* Panormit. *in fine.* Cardinal. *in fine.* Adrianus, *quodlibet.*1. *artic.*3. *ad* 8. *& quodlib.*9. *artic.*3. *ad* 3. *in fine, &* 4. *trac. de rest. quæst.* 1. §.2. *dubitatur versic.* *Ex quo infero.* Angelus, *v. matrimonium* 3. *impedim.*5. *in fine*, *& v. vsura*, 2. *num.* 2. Siluester, *v. vsura*, 7. *quæst.*1. *in fine.* Caietan. *in sum. v. tyrannis*, *& in* 2.2. *quæst.* 95. *artic.*8. *ad finem*, *& in opuscul. to.*1. *tr.* 31. *septendecim responsionum respons.* 13. *in solut. ad* 3. *dubium.* Armilla, *v. tyrannus, num. vnico ad finem.* Io. Medina, *de restit. quæst.*7. *ad* 1. Sotus, *lib.*4. *de iustit. quæst.*7. *artic.*3. *ad finem operis versic. verumtamen*, *& lib.*6. *quæst.* 1. *artic.*5. *col.*4. *versic. his non obstantibus.* Nauarrus, *cap.* 14. *sum. num.*40. *versic.*13. *& cap.* 17. *num.* 263. *& cap.* 24. *num.* 11. *in fine.* Veracruz, *part.*1. *specul. artic.*25. *dub. vlt.* Corduba, *quæst.*5. *sum. coroll.*8. Bartholomeus Medina,

dina,1.2.*quæſt.96.artic.4.ad finem* Petrus Nauarrus,*lib 3.de reſtit.cap.4.vbi de iuſſione, & conſilio notab.4.in noua edit.num.* 23. Gutierez, *4.canon.lib 2 cap.23.num.* 41. Matrienz,*lib 5.recopil titul.1.rubric. Gloſſ.1.num.*153. Henriquez, *lib.4 de pœnit.cap.27.num 9.* Molina,*to 2 de iuſt.tr. 2.diſp.335. § hac tamen concluſione.* Salonius, 2.2.*quęſt 62.artic.7 controuerſ 7 & quęſt.78.artic.4 controuerſ.1.colun.4.* Aragonius, 2.2.*quęſt 62.artic.7. concl.2.* Graffius,*part.1 deciſ lib 2.cap 127. num.* 21. Ludouicus Lopez. *part.1.cap.58.col. 2.§ licet inducere.* Rodoriquez, *part.1. ſum 2.edit.cap 12.num.9* Vega,*to.1.ſum. cap.9.caſ.vnico.*Sanchez,*lib.7.de matrim. diſp 11.num.15* Siluius, 2.2. *D. Thomę quęſt.43. artic 4. quęſt.2. concluſ.2.* Rebellius,*part.1 lib.1. quęſt 14.ſect 7. num.* 54 Beccanus, 2.2.*cap.17 quęſt 4.num 2.* Molfeſius, *to 1.ſum.tract.8.cap.11 memb.* 7 Barboſa,*in collect.to.4.pu 1.direct. C. duo mala diſt.13.num* 11. Diana, *part.3. tract 5.reſolut.37 & part.5.tract 7 reſol.* 28.Turrianus,2.2.*to.1 diſp 95.dub.5.verſ. mihi autem.* Pontius, *lib.5 de matrim.ca.* 18.§.5.*nu.* 6.Bonacina, *de leg diſp ſec q. 4.pun ſec.§.vnico num.* 9 & alij.

88 Adunt aliqui contra Aragonium, 2.2. *quæſt.79.artic.4.colum.8 § 7.ſed dubitat aliquis*, in hoc euentu non tantum licet conſulere, ſed etiam inducere, ad minus malum patrandum: quod probant rationes, numero præcedenti allegatę: conſilium enim; quædam inductio eſt: nec inducitur tunc verè ad malum, ſed ad electionem illam minoris mali, quæ bona eſt. Ita Caietanus,*in ſum.v.tyrannis. Et opuſcul to.1.tract.31.ſeptendecim reſponſionum reſponſ.13.dub.3.* Sotus,*lib. 6 de iuſtit quęſt.1 artic.5.colum.3 verſic. tertio ad hominẽ.* Sanchez, *lib.7 de matr. diſp.11. num.16.* Innocentius, Angelus, Silueſter, Nauarrus, Armilla, Gutierez, numero præcedenti allegati.

89 Hinc infertur: Inducentem in hoc caſu ad minus damnum, alicui inferendum, quo maius eiuſdem caueat, minimè teneri reſtituere. Ratio eſt: quia non tenetur ratione iniuſtæ acceptationis: quia non delinquit in eo conſilio, dando, nec inducendo. Tum quia hic, valdè vtiliter agit negotium Domini. Ita Adrianus, *in 4. tractat de reſtitut. quęſtion.1.paragrap.ſec.dubitatur, verſicul Ex quo infero.* Ioa. Medina, *de reſtit. quęſt.7.ad 1.* Sotus, *lib.4.de iuſtit.quęſt. 7. articul. 3.ad finem corporis verſic. verumtamen* Aragonius, 2.2.*quęſtion.62. artic.7 colum 15.in ſolut.ad* 20.vbi Salonius, *controuerſ.7.* Carbon, *de reſtitut. quęſtion.69. concluſ 5.* Graffius, *part.1. deciſ lib.ſec.cap.127.num* 11 Sanchez, *lib. 7.de matrim.diſp.11.num.*17. & alij.

90 Limitant hanc ſententiam Nauarrus, *lib.3.de reſtitut.cap.4 vbi de iuſſione, & conſilio notab. 4. in noua edit. num* 23. & Carbon, *de reſtitut.quęſt 69 poſt.3.concl.* Tunc liceat conſulere alicui minus malum, & ad illud inducere, quando ille vtrumque facere decreuerat: Secùs, ſi de maiori malo perpetrando tãtum excogitaret: non enim minus ei conſulere liceret: quia id eſſet ſimpliciter, ad malum inducere, ac determinare.

91 At prædicta limitatio non eſt admittenda, ait Sanchez, *dict.diſput.*11. *num.* 20.*in medio*: ſed licitum eſt, illi id minus malum proponere, ac conſulere: quia id ſolum eſt hortari, nè maius illud malum perpetret, propoſita materia minoris mali. Confirmatur: quia proponens id minus malum, non determinat illum ad malum, ſed trahit à maiori malo, propoſita minoris materia, ad quod malacius voluntas ſe determinat.

92 Limitant ſecundò Layman, *in Theolog.moral lib.ſec.tractat.3.cap.13. num.* 7. & Diana, *part 3.tractat.5.reſolut.* 37. Dummodò, quod in tali ſuaſione, nullum damnum, ſiuè corporale, ſiuè ſpirituale tertiæ perſonæ inferantur. V. G. Volenti adulterium committere, ſuadere non licet, vt cum tertia perſona fornicetur: vel, Volenti Petro furari 100. aureos, ſuadere, vt furetur 50. Franciſco.

An liceat locare domum Meretrici, & Vſurario? Dub. 18.

93 PRima opinio ait: Id non eſſe indifferenter licitum, niſi tantum, quando domus eſt in eo loco, in quo Reſpublica Meretrices permittit. Cuius ratio eſt: quia hic locus videtur miniſtrare materiam ad abuſum contra caſtitatem & iuſtitiam, & conſequenter abſque aliqua iuſta, & vrgenti cauſa id fieri non poteſt. Ita Nauarrus, *in manual cap* 17. *num.* 195. Et de Vſurario videtur conſentire, id non eſſe licitum, quod expreſſe etiam tenet Lopez,*par.1.inſtruct.moral.cap.*201.

94 Secunda opinio distinguit, scilicèt: Si domus possit alijs locari, non posse locari Meretrici: quia ego, sinè incommodo vllo, possum impedire actiones turpes, meæ domi exercendas, esto alibi Mulier prædicta illas sit exercitatura. Si verò domum alteri locari non possum, licitè eam loco. Ita Hurtad. *in 2.2. disp. 173. sect.10 §.394.* qui aduertit etiam propter solum lucrum locationis, non esse locandam, si prudenter existimatur, fœminam alibi non esse perditè victurã; tunc enim domus locatio excusatur à graui damno proportionato, & non minori.

95 Tertia opinio ait: Licitum esse, locare domum Meretrici publicæ, etiam si nulla alia iusta, & vrgens causa adesset. Et ita dicit de Vsurario, etiam publico, dummodo non sit alienigena, propter prohibitionem, *cap. 1. de vsur. in 6.* Ratio istius opinionis est: quia vtitur iure suo; nullus autem peccat, vtendo iure suo. Tum quia, non censetur cooperari peccato illorum: nam locus se habet extrinsecè, & remotè ad peccatum; cum ex loco non soleat sumi occasio peccandi. Tum quia, est dispar ratio de materia, & loco: nam materia intrinsicè pertinet ad peccatum, & proximè se habet ad illud, ac proindè maximè sumitur ex illa peccati occasio: & ideò aliqua iusta causa, & vrgens necessaria est, vt illa, quamuis ex se sit indifferens, licitè ministraretur: Locus verò omninò extrinsicè se habet ad peccatum, nec ex eò propriè sumunt homines occasionem peccandi, licèt peccando, loco abutantur: Sicut etiam abutuntur verè, cibis, & alijs, ad vitam necessarijs, quæ tamen illis dare absque alia causa vrgenti, licitum est. Adde, quod domus non ei prauo vsui potissimum deseruit, sicut nec cibi, & alia, ad vitam necessaria. Ita Valentia, *to 3. disp.5 quæst.20. pu.5 & quæst. 21. pun.4.* Azorius, *part.2. lib.12. cap.18. q.3.* Lesius, *lib. cap 24. dub.7. num.40.* Rebellius, *lib.4. quæst.17. num.8.* Bonacina, *de matrim quæst 4. pun.14. num.5. & de peccat. disp.2. quæst.4. pun.2. §. vnico num. 23.* Sanchez, *lib.1. sum cap.7. num.10.* Merolla, *to.1. disp.2. cap.4 dub.10. coroll.4 nu. 293.* Salonius, *2.2 quæst.77 articul.4 controu.6 post 4. conclus. coroll.3.* Vasqu. *opuscul. de scandal. quæst.4. artic 8. dub 5. n. 48.* Salas, *1.2. to.2. tract.13. disp.5. sect.15. num.131.* Siluius, *2.2. quæst.77. articul.4 quæritur 1. concl.5.* Diana, *part.1. tract.8. resolut.41. versic. Idem licebit, & part.3. tract.6. resol.45. & part.5. tract.7. resol.26.* Suarez, *de charit. disp.10. sect 4. per totum* Lorca, *2.2 quæst.10. artic.9. à num.5.* Coninch. *de act ib super disp.18. dub.13.* Faustus, *in specul. confess disp.6. quæst. 101.* Palaus, *lib. 6. disput. 6. punt.12. num.1.* & alij.

96 Limitant hanc sententiam Salonius, *2.2. quæst.77. num.4. controu.6. post.4. conclus.* Valentia, Merolla, *num 293.* Bonacina, & alij: Nisi accideret, vt ob loci circumstantiam aliquis peccatum committeret, quod minimè perpetraret, eò loco sibi non concesso: tunc enim teneretur quis non locare domum Meretrici, vel Vsurario, si absque suo detrimento posset. Et ita dicunt Sanchez, & Bonacina, quando in ea domo, ratione situs, aut alia, esset specialis aptitudo, ad ea peccata committenda: quia tunc videretur locans adiuuare: & ideò causa aliqua iusta excusans requiritur: quamuis Diana, *in part 3. tract.6. resolut.45.* & Salonius negant, quando adest iusta causa.

97 Limitat Secundò idem Salonius, *dict. controu.6. paulo ante solut. ad argumentũ* & alij: nisi vicina Meretricis, domum conducentis, plurimum fœminis honestis vicinis noceret; tunc enim necessaria esset aliqua iusta causa, locantem excusans: hæc autem erit, si non posset commodè alijs locare, vt dicunt Merolla, *num.294.* & Sanchez, *loco citato.*

98 Limitat Tertio Nauarrus, *cap.17. sum. num.195. § respondimus*, vbi dicit: Non licere tibi, domum locare meretricibus cariùs, quam locretur honestis, eò quod magis lucrentur: quia videris, esse particeps lucri obuentionis ex peccato.

99 Sed hanc limitationem non admittit Diana, *part 5. tract 7. resolut.26. versicul. nota tamen*: quia talis locatio non est, neque contra castitatem, neque contra iustitiam. Non contra castitatem: quia, sicut locare domum, & recipere prętium locationis, etiam si sit prætium, ex turpitudine acquisitum, non est contra castitatem, neque etiam est recipere maius prætium, quia non ob turpitudinem, sed ob domum locatam recipitur. Item hæc difficultas, inueniendi domos accomodatas, potius retardat à meretricio, quam compellit: Quod verò non sit contra iustitiam, indè constat, quia

quia ex habitatione Meretricis, & Vsurarij, domus vilescit; & consequenter minoris postea conducenda est: & ratione huius damni, poteris pluris locare Meretrici, quam fœminæ honestæ.

100 Vndè sequitur: Licitum esse, commodare cubiculum alicui, petenti ad fornicandum, quando absq; graui detrimento proprio proportionato denegare nequit: quia commodare cubiculum ex obiecto, non est intrinsicè malũ, sed indifferens: & ex sola praua abutentis intentione, ad malum ordinatur. Ita Diana, *par. 3. tr. 6. resol* 45. & Merolla, *to. 1. disp. 2. cap. 4. dub.* 10 *corol. 4. nu.* 295. Dixi (*graui detrimento*) cum enim accõmodari cubiculum, sit actio proxima, & quędam commoditas, data ad peccandum, non leuis, sed certa causa grauis excusare debebit.

An Tabernarij, & Caupones peccent mortaliter, si vinum vendant bibere volenti in ea quantitate, ita vt probabiliter credant, experti sint, forè, vt inebrietur? Dub. 19.

101 SI absq; eorũ graui detrimẽto proportionato illi, ebrietatis damno vitare non possent, affirmatiuè respondetur. Secùs verò, si nullum notabile detrimentum eis obueniat ex non venditione. Ratio prioris est: quia ea venditio vini, non est ex se, seù ex obiecto mala, sed indifferens: ergo, ad euitandum aliquod proprium notabile detrimentum, licita erit. Ratio posterioris est: quia vnusquisque tenetur impedire peccatum proximi, quando absque suo graui detrimento potest. Et ordinariè, credo, teneri Tabernarios, & Caupones abstinere ab hac vini venditione: quia lucrum, quod eis regulariter cessat ex non venditione, non est tanti momenti: at ebrietas est maximum damnum corporis, & animæ, & scandalosum, ac sæpè occasionem afferens iniustè cõcedi alijs. Ita Caietanus, *in opuscul to. 1. tract. vltim. respons.* 13. *dub.* 4. Valentia, 2. 2. *disp.* 5. *q.* 21 *pun.* 4. *versic. Vndè argumenta.* Rodoriquez, *par. 2. sum. cap.* 76. *num.* 15. Sanch. *lib. 1. sum. cap. 7. nu.* 33. Merolla, *to. 1 disp. 2. cap. 4. num.* 296. Emanuel Sà, *v. ebrietas, num. vnic.* Bonacina, *de leg. disp. 2. quæst. 4. pun. 2. §. vnico num.* 31.

Quid dicendum sit de Tabernarijs, & alijs vendentibus, aut ministrantibus cibos in die ieiunij, diximus *in l. 1. trac. 3. cap. 16. dub. 19. à num.* 140.

An deponentes pecunias suas apud Vsurarium, peccent, scientes, forè illi materiam vsuræ exercendæ? Dub. 20.

102 PRima opinio ait: peccare mortaliter hos, deponentes, quando aliundè pecuniæ de futuræ erant, ad vsuras exercendas, vel ad exercendas in tanta quantitate. Cuius ratio est: quia ea depositio videtur quasi collatio instrumẽti, ad irrogandam iniuriam tertio, sicut est traditio gladij parato, ad homicidiũ perpetrandum. Ita D. Thomas, 2. 2. *quæst.* 78. *artic. 4. ad* 3. Sotus, *lib. 6. de iustit. quæst.* 1. *artic. 6. ad finem.* Nauarrus, *cap. 14. sum. num.* 40. Azorius, *part. 3. lib. 12. cap. vltim. quæst.* 2. Lesius, *lib 2. de iust. cap. 20. dub.* 21. *num.* 184. Salonius, 2. 2. *quæst* 78. *artic.* 4. *controu.* 4.

103 Secunda opinio negat. Cuius ratio est: quia ea traditio pecuniæ est causa multum remota ab vsura, cum vltra pecunias, desideretur voluntas dantis ad vsuram, & accipientis. Ita Caietanus, 2. 2. *quæst.* 4. vbi Bannez, *in principio dub.* 4. *& quæst.* 77 *artic. 4. dub. 1. ad* 2. Aragonius, *quæst. 62. artic.* 5. *in solut. ad vltim.* Salonius, *quæst. 62. artic.* 5 *controuer. 2. ad vltimum.* & probabilem vocat Palaus, *to. 1. tract. 6. disp. 6. pun.* 13. *num.* 1. & videtur inclinare Diana, *part.* 5 *tract. 7. resolut.* 11. *versic. non desinam.*

104 Tertia opinio distinguit: Si deponant pecunias, ex vrgente causa, excusantur à peccato: & per consequens, erit vera secunda opinio. Si verò, nulla causa vrgente, eas pecunias deponant, non excusantur à peccato: & per consequens erit vera prima opinio. Ratio est: quia, quamuis ea depositio pecuniæ sit ex se indifferens, tamen, quia alter vult ea abuti, ad vsuras exercendas, tenetur deponens, eum abusum, ac peccatum vitare, quotiès commodè potest. Secùs autem quandò commodè non potest. Ita Molina, *to. 2 de iust. disp.* 331. *versic. de eo, qui apud vsurarium.* Valentia, 2. 2. *disp. 5. quæst.* 16. *pun. vlt. in fine.* Rebellius *de iust. par. 2. lib. 8. quæst. 16. sect.* 4. *nu.* 10. Sanchez, *lib. 1 sum. cap* 7. *num.* 36 Merolla, *to. 1. disp. 2. cap 4. dub. 10. coroll. 6. num.* 302. Palaus, *to 1. trac 6. disp. 6. pu. 13. nu.* 1. & alij.

An teneatur ad restitutionem ille, qui absque causa vrgente deponat eas pecunias apud Vsurarium?

105 Affirmatiuè respondet prima opinio. Cujus ratio est: quia ea depositio est quasi collatio instrumenti, ad irrogandam iniuriam tertio; & per consequens, eas pecunias deponens, tenetur ad restitutionem damni, quod per iniuriam euenit tertio: sicut tenetur is, qui deponit gladium apud paratum, alium occidere. Ita Salonius, 2.2. *quæst. 62. artic. 5. controu. 4.* Pontius, *de matr. lib. 9. cap. 18. § 4. nu. 23.* Sotus, *lib. 6 de iust. q. 1. artic. 3. in fine.* Nauarr. *cap. 14. sum. nu. 30. illat.* 12. & alij. Et probabilem vocat Bannez, *dub. 4.* & dicit esse verā D. Thomas, *quæst. 3. de malo artic. 14. ad* 18.

106 Secunda opinio negat. Cuius ratio est: quia non peccat contra iustitiam, cum non sit causa efficiens damni, accipientium vsuras: nam in eorum potestate erat non accipere, vel vsuras non soluere: at volenti non fit iniuria. Quare, est dispar ratio de tradente gladio, parato ad occidendum: hic enim tenetur ad restitutionem damni, quod prouenit heredibus occisi, nam occisus non voluntariè, sed inuitus eam iniuriam patitur. Ita Molina, *to. 2. de iust. trac. 2. disp. 331.* Hurtad. 2.2. *disp. 171. sect. 14. §. 181.* Bannez, 2.2. *quæst. 78. artic. 4. dub. 4.* Merolla, *to. 1. disp. 2. cap. 4. dub. 10. coroll. 6. nu. 303.* Diana, *par. 5. tract. 7. resol. 11.* Palaus, *to. 1. tract. 6. disp. 6. pu. 12. nu. 1.* Rebellius, *par. 2. de iust. lib. 8. quæst. 16. sect. 4. nu. 20.* Sanchez, *lib. 1. sum. cap. 7. nu. 36.* & alij.

Dubitatur: An licitum sit vendere vinum Tabernarijs, si sciam, illud postea reuendere, aqua mistum?

107 Molfesius, *in 1. to. sum. tract. 8. cap. 10. nu. 6.* ait: Si quis venderet vinum suum Tabernariis iusto prætio, & Tabernarij postea corruperint illud vinum cum aqua, vel alio vino inferioris conditionis; excusatur venditor. Secùs, si nomine ipsius Domini, Tabernarij vēderent vinum, & sciente domino, illud corrupissent: Secùs, si Domino vini id non constet, quamuis timeatur talis admistio: nam rarò quis inueniet Tabernarios, de quibus id timeri non possit: & satis est, vt Dominus vini directè non cooperetur malitiæ Tabernariorum, & quod iustè negotiationem suam faciat.

108 Iuxtà id, quod dicit Molfesius, placent ea, quæ dicunt Merolla, *to. 1. disp. 2. cap. 4. dub. 10. coroll. 6. à nu. 304.* & Diana, *pa. 5. tract. 7. resolut. 39.* vbi simul dicunt: Si Venditores norunt Tabernarios, diuersis fraudibus, forè, vinum plus iusto pretio venditutos, vt minuēdo mensuram, admiscendo illi aquam, &c. si enim absque graui damno possunt illis non vendere, tenentur sub mortali abstinere; quia absque iusta causa præbent alteri occasionem peccandi, cum iniuria tertij. Secùs verò si non vendendo illis, aliquod graue damnum paterētur, vt quia non inueniunt alios emptores, de quibus prædictæ fraudes timere nō possunt.

109 Quod si hi non vendunt vinum Tabernarijs, sed tradunt vinum illis mercede conductis, vt nomine ipsorum illud vendant: tunc existimat Sanch. *lib. 1. sum. cap. 7. num. 37.* nullo modo excusari posse à peccato, sed teneri non tradere: quia tunc ipsi tradentes reuera vendūt, ac injustitiam per Tabernarios, tamquā per suos ministros, censentur committere: & consequenter tenentur ad restitutionem damni, quod emptoribus obuenit. Addit tamen Sanchez, si hi, tradentes, ignorent inuincibiliter, vsuros esse fraudibus, excusari quidem à peccato, vinum tradendo; teneri tamen restituere, in quantum facti sunt locupletiores, reponentes aliquem iusti prætij excessum, instar possessorum bonæ fidei.

110 Diana verò, & Merolla, locis citandis, & alij existimant: In hunc casum posse excusari à peccato, tradentes eò modo vinum, si supponamus duo: Primum est, adesse iustam causam tradendi: vt quia alias paterentur graue damnum. Secundum, quod tradant vinum illud, vendēdum prætio iusto. Nec refert, quod hi tradentes, preuideant, Tabernarios vsuros esse fraudibus, vt vendendo plus iusto prætio, vel minuendo mensuras: hoc enim non debet ipsis tradētibus, ad culpam imputari: quia traditio illa vini nō est ex obiecto malo, sed indifferens: ergo, quamuis tradentes sciant, Tabernarios ex eo vino sumere occasionem, fraudandi emptores, non propter hoc tenentur non tradere, si ex non traditione graue damnum paterentur. Sicut diximus de eo, qui deponit pecuniā apud Vsurarium. Verumtamen est, quod sic tradentes vinum, non possent participa re

pa re

pare de illo excessu pretij, vltra supremum, quod Tabernarij vendiderunt, sed deberent tantum, à Tabernarijs recipere pretium vini vendentes. Ita Diana, *par.3 tract.6 resol.44.* Merolla. *d. nu.305.* Valentia, *tom 3.disp.5.q.41.post. vlt in fine* Rebellius, *par.2.lib.2.q 16.sec. 4 num 24.* & alij.

An possit quis licitè conferre munera Concubinæ Iudicis, vt pro eo, in graui necessitate constituto, apud Iudicem intercedat? Dub.11.

SVpponimus petitionem illius esse iustam: quia quando est iniusta, id fieri non potest apud Iudicem.

111 Prima opinio absolute negat. Cuius ratio est: quia directè petitur à Concubina, non res indifferens, quā Concubina posset benè, & malè præstare: sed quā licitè hic, & nunc præstare nequit: quia inuisere illum iudicem, vel illi scribere, aut internuntium mittere, est mortale, attentis circumstantijs, tunc concurrētibus: nam est, amorem turpem fouere, & virtute illius id Concubina à Iudice petit, & exponit se, & iudicem fornicandi periculo. Item, quia hic, conferens munera, turpi Concubinæ amore vtitur, eoque ius suum tueri vult. Ita Sanchez, *lib.1.sum cap.7 num.38.* Pharaon. *tract. 1.seß.11 cas.20.* & alij recentiores.

112 Sed hanc sententiam, sic absolutè dictam, non approbant Moisessius, *to.1 sum. tract 8.cap. 1.nu.62.* & Merolla, *to 1.disp. 2.cap.4.d nu.308.* Diana, *par.3.tr.6.resol. 44.* Palaus, *to 1.tract 6.disp.6.pu.15 nu.2* & alij: quia quando aliqua actio non est ex obiecto mala, sed indifferens, solum est mala ex circumstantijs, hic, & nunc concurrentibus, licitè exerceri potest, quando adest aliqua vrgens necessitas, vt est periculum mortis, vel alterius grauis nocumenti. At in casu nostro, ipsa intercessio Concubinæ apud Iudicem, siuè adeundo illum, vel ei scribendo, aut internuntium mittendo, non est ex obiecto mala, sed indifferens, & tantum est mala ex circumstantijs, tunc concurrentibus, vt concedit idem Sanchez. & clarè patet: nam si illa Mulier nō esset cōcubina dicti Iudicis, eadem omnino intercessio esset secundum substantiam. Sicut quamuis illicitum mihi sit, reddere gladium Domino, petenti illum, tempore furoris, vel ad interficiendum aliquem: nihilominus, ad euitandam mortem, quæ mihi, ex non redditione immineret, licitum est, vt Merolla, *nu.166.* ait: & hoc non alia ratione, nisi, quia illa gladij restitutio, non est ex ob ecto, seu secundum substantiam, mala, sed tātum ex ea circumstātia, tunc cōcurrente, quod Domi us est furiosus, vel vult illum ad aliquem occidendum. Secundò, quia ipsamet Concubina, ad euadēdam mortem, sibi iniustè comminatam, posset licitè adire eum Iudicem, petendo ab eo auxilium. Et hoc nemo negabit: quia illa Iudicis aditio, & auxilij petitio, non est actio ex obiecto mala, sed indifferens ex se: ergo etiam in casu nostro, licitum erit alteri, petere à Concubina Iudicis, vt apud illum, pro se, existente in periculo mortis, vel alia graui necessitate, intercedat: quia non petit rem, ex obiecto malam, sed indifferentem, vt probatum est.

112 Ex his deducitur Primò contra Sanchez, quod potest quis petere à Meretrice Iudicis intercessionem in causa iusta apud ipsum Iudicem. Ratio est: quia, quod ego peto, est actio indifferens, quę à Iudice, & ab eius pellice potest fieri bene, & male: neque mea petitio est mala in re, aut specie: Vndè tota ratio scādali oritur ex malitia Iudicis, & Meretricis: quam actionem ego non teneor vitare cum graui damno Ita Hurtad. *in 2. 2.disp.173 seß.1 §.143.* & Diana, *part.3. tract.7.resolut 20.*

113 Secundò: Licitum esse Fœminæ, Iudicem adire, & causam apud illum agere; quamuis prudēter timeat, illum eius pulcritudine pelliciendum, & laturam sententiam iustam ex affectu se insinuādi in eius fœminæ consuetudinem. Et ita dicendum est de fœmina, eam non peccare, quando se ægram curandam exponit Medico, quamuis prudenter timeat, illum accepturum scandalum. Et ita dicendum est de Viro, qui possit, à fœmina curari, quando non potest sinè graui incommodo id relinquere. Ita Diana.

FASCI-



FASCICVLVS FLORVM,

EX VIRIDARIO

SACRAE THEOLOGIAE MORALIS SELECTORVM.

Liber secundus, Tractatus primus, Caput primum. De Primo Decalogi Præcepto.



Quid est Præceptum? Dub.1.

1 VT dicunt Molfesius, *to.1.tract.10 ca.1 num.1.* & Reginaldus, *lib.16.nu.1.* Preceptum est motio Superioris imperatoria, ad aliquid agendum, vel fugiendum ex necessitate.

2 Præcepta Decalogi decem sunt, & diuiduntur in duas Tabulas. Prima versatur circa honorem Diuinum immediatè vt sunt tria prima præcepta: Secunda, in vtilitatem proximi, vt sunt septem posteriora. Ita D. Thomas, *2.2.quæst.122.* Sotus, *de iust.lib.2.quæst.3.* Sayrus, *in Clau. Reg.lib.4.cap.1.num.6.* Venerus, *lib.4.cap.1.num.2.* & alij communiter.

Quid est Adoratio? Dub.2.

3 VT dicunt D. Thomas, *2.2.quæst.84. artic.1.* Bonacina, *de præcep.disp.3. quæst.1 pun.1.num.1.* & alij Adoratio, est exhibitio reuerentiæ, propter excellentiam illius, cui exhibetur.

4 Nota, quod non est idem Honor, & Adoratio: nam Adoratio est actus præstantior honore, seù cultu ciuili: & omnis, qui adorat, honorat; non autem omnis, qui honorat, adorat.

Quotuplex est Adoratio? Dub.3.

5 TRiplex est Adoratio, Latriæ, Duliæ, & Hyperduliæ. Sic D. Thomas, *2.2. quæst 84.* Venerus, *lib.3.cap.1.num.5.*

Quid est adoratio Latriæ? Dub.4.

6 VT dicunt Venerus, *lib.3.cap.1. num 6.* & alij, est quædam reuerentia, & honor, quæ immediatè intuitur in Deum.

7 Adoratio Latriç in tribus modis consistit. Primò, in actu intellectus, considerantis Dei magnitudinem, & bonitatem eumque auctorem, & creatorem om-

omnium, absque dependentia ab alio; & omnes dependere ab ipso, tamquam à prima causa fieri, moueri, & sustentari. Secundò, in actu voluntatis, quo subijcimur Deo cognito, vt omnipotenti. Tertiò, in actu exteriori, quo exteriùs Deo, vel flexis genibus, aut detecto capite, fundimus præces. Ita Scotus, *in 3. dist. 9. quæst. 1. §. de primo sciendum* D. Thomas, 2. 2. *quæst.* 84. *art.* 1 *ad* 1. *& artic.* 2. *& 3. in corpore.* Suarez, *part 3. to. 3 disp. 51. sect. 2. & to. 1. de leg. tract. 1. lib. 1. cap. 1.* Valentia, *to. 3. disp. 6. quæst. 1. pun.* 1. Lessius, *lib. 2. cap. 38. dub. 1. num.* 4. Layman, *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 10. cap. 2 à num.* 3. & alij.

Quid est Adoratio Duliæ?
Dub. 5.

8 Est quædam reuerentia, quæ propter Deum debetur Angelis, & Sanctis canonizatis. Ita Concil. Trident. *sess. 25. decret. de inuocat. & reliqui: Sanctorum,* & Venerus, *lib. 3. cap. 1. num.* 8.

9 Adoratio Sanctorum est de fide, vt latissimè contra hæreticos probant Bellarminus, *lib. 1. de Sanctis à cap. 1. vsque ad 4.* Azorius, *part. 1. lib. 9. cap. 8. à quæst. 1. vsq; ad 4. & cap. 10. à quæst. 6. vsque ad 9.* Valentia, *2. 2. disp. 6. quæst. 11. toto pu. 6.* Suarez, *to. 1. in 3 part. quæst. 25. artic. 6. disp. 55* Vasquez, *de adorat. immag. lib. 3. disp. 3. à num. 78.* Sanchez, *lib. 2. cap. 43. num. 1.* & alij communiter.

10 Intelliguntur autem, nomine Reliquiarum, ipsa Sanctorum corpora, & quælibet corporum particulæ, siuè ossium, siuè carnium, capilli, vngues, dentes, cineres, aut pulueres, in quæ conuersa sunt, & alia, quibus tempore vitæ vsi sunt, & vela, panni, & alia, quæ ad eorum corpora, vel ossa admouentur, vel quæ ipsa tetigere, & ad ipsa pertineant. Sic Azorius, *lib. 9. cap. 8. quæst. 1.* Sanchez, *lib. 2. sum. cap. 43. num. 2.* & alij.

11 Viri Sancti, qui non dum in numero Sanctorum relati sunt, non possunt publicè adorari: quia in *cap. final. de relig. & venerat. Sanct.* prohibetur, cultum publicum deferre Sanctis, non dum à Papa relatis in cœtum aliorum Sanctorum: Possunt tamen huiusmodi Sancti cultu priuato adorari: quia *in d. cap. final.* prohibetur, solum huiusmodi Sanctos publicè adorare: ergo à contrario sensu, videtur licitum, Sanctos viros, qui non dum in numero Sanctorum relati sunt, priuatim colere, & adorare. Ita Sanchez, *lib. 2 sum. cap. 43. num. 3* Bonacina, *de præcep. disp. 3. quæst. 1. pun. 2. num. 2.* Azorius, *cap. 8 quæst. 8.* & alij.

12 Vndè Primo: Non licere aliquem defunctum, non dum canonizatum, colere cultu sacro, & publico, sinè facultate Sedis Apostolicæ: vt constat ex prohibitione Alexand III. *cap. de relig. & venerat. Sanctorum.* & ex concil. general. Lateranens: sub Innocent III. *cap. 3 relat. in cap. 2. de relig. & venerat. Sanct.* & docent Canonistæ, *in cap. 1. de relig.* vbi Innocent. *num* 3. Hostiens. *num.* 2. Panormitanus, *num. 3. notab.* 21. Bonacina, *de præcep. disp. 3. quæst. 1. pun. 2. num. 2.* Ioan. Alberghin. *de venerat. Sanct. cap. 33. num.* 10. & alij.

13 Secundò: Immaginē Sancti, non dum canonizati, posse in domibus nostris depingi, retineri, & coli: hic enim cultus est priuatus: non tamen licet, eam in templo, vel in altari inter imagines aliorum Sanctorum reponere, cum hoc pertineat ad cultum publicum: nisi fortè causa ornatus in templo cum alijs immaginibus constituatur. Neque licet, hominis nō canonizati imaginem cum radijs, luminibus, seù laureolis pingere, & adorandam in templo proponere: Hoc enim est testimonium Ecclesiæ de gloria illius, & publicus cultus, ac expresse prohibetur in Bulla Vrbani VIII. & dicunt Bonacina, *loco citato*, Io. Alberghin. *num* 1. *versic. sexto.* & alij.

14 Tertiò: Non licet priuatim, aut publicè in Latinijs, aut diuino Officio inuocare Sanctum, non dum canonizatū: quia Litaniæ, & diuinum Officium sunt cultus, qui Sanctis exhibetur, tamquam institutus ab Ecclesia, nomine totius Ecclesiæ. Et ita dicendum est de Sacrificio Missæ. Sic Suarez, *in 3. part. disp. 55. sect. 2.* Sanchez, *num.* 11. Io. Alberghin. *num.* 13 Bonacina, & alij.

15 Quartò: Pedes, & manus Sancti, non dum canonizati, licet osculari, ipsorum capillos, aut vestes accipere: siuè alij videant, siuè non, modo scandalum desit: quia hic cultus priuatus est: & sicut hæc erga viuentes, quos Sanctus existimamus, fecimus; ita licitè videntur erga mortuos. Ita Sanchez, *lib. 2 sum. cap. 43. num.* 7. Bonacina, Azorius, locis citatis.

16 Quintò: Non licet in honorem eius hominis non canonizati, templum vel altare

altare ædificare: quandoquidem hic est cultus publicus, institutus pro eò, qui auctoritate, vel facultate Pontificis colitur. Ita Sanchez, *num.* 7. Io. Alberghinus, *num.* 13. & alij: licebit tamen in die natalis Sancti, non dum Sanctorum numero ab Ecclesia connumerati, prætermissis operibus seruilibus, operam dare spiritualibus in ipsius memoriam, aut ieiunare, aut ei votum efficere: hic enim cultus priuatus est; quamuis alij sciant: non tamen licebit instituere publicum festum diem, aut publicum ieiunium, vel votum publicum: quia hic censetur cultus publicus. Ita Sanchez, Bonacina, Io. Alberghinus relati.

17 Sextò: Reliquias hominis non canonizati, non licet in templo proponere adorandas: quia est cultus solemnis, & publicus, qui sinè Pontificis facultate nulli est deferendus. Licebit tamen, eas Reliqueas priuatim colere, eò quod iste cultus publicus, & solemnis non fit, vt ex multis exemplis probat Bellarminus. Neque licet publicè ad sepulturam hominum mortuorum, cum fama santitatis, non tamen canonizatorum, vel beatificatorum, cœreos, vel lampades accendere, nec tabellas, Imagines, ex cęra, aut argento, &c. tam pictas, quam exculptas appendere: & hoc ex Constitutione Vrbani VIII. & dicit Alberghin. *num.* 16. contra Molfesium, & alios.

Quid est adoratio Hyperduliæ? Dub. 6.

18 VT ait Venerus, *lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 9. Est quædam reuerentia, quę propter Deum, Virgini Mariæ debetur, excellentiori ratione, quam alijs Sanctis. Sicut ipsa præcellit Sanctos, & Angelos: sic debetur ei adoratio Hyperduliæ, quæ est excellentior adoratione Duliæ.

DE PRIMO DECALOGI Præcepto. Cap. 2.

QVid est Fides? Dub. 1.
An Fides sit necessaria ad salutem? Dub. 2.
An homo teneatur aliquando Fidem exteriùs confiteri? Dub. 3.
An liceat de rebus Fidei disputare? Dub. 4
Quot sunt species Infidelitatis? Dub. 5.
Quid est Spes? Dub. 6.

Quid est Fides? Dub. 1.

1 FIdes (secundum Apostolum) est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium. Vide Bordonum, *cap.* 1. *num.* 1. Layman, *in Theolog. moral. lib.* 2. *tract.* 1. *cap.* 1. *nu.* 2. & alios.

An Fides sit necessaria ad salutem? Dub. 2.

2 REspondeo Primò: Fides habitualis, est necessaria ad salutem. Ratio est: quia sinè fide impossibile est placere Deo *ad Hebreos* 11. Fides verò, accepta pro actu credendi, est, omnibus vsum rationis habentibus, necessaria, necessitate medij ad primam, & ad secundam salutem, non solum implicitè, verum etiam explicitè, quò ad aliquos articulos. Ratio est: quia in Tridentino, *sess.* 6. *cap.* 8. dicitur: Sinè fide nulli vmquam contingisse iustificationem: ergo fides necessaria est, necessitate medij, ad iustificationem: Nam illud dicitur necessitate medij ad iustificationem, sinè qua non contingit iustificatio. Ita Sanchez, *lib.* 2. *sum. cap. sec. num.* 3. Reginaldus, *lib.* 17. *nu.* 14. Beccanus, *cap.* 12. *quęst.* 1. *num.* 5. Bonacina, *de pręcep. disp.* 3. *quęst. sec. num.* 5. & alij.

3 Secundò: Fides actualis necessaria est, non solum necessitate medij, verum etiam necessitate præcepti. Quod sit necessaria, necessitate medij, patet ex dictis. Quod sit necessaria, necessitate præcepti, patet: quia, quæ sunt necessaria necessitate medij; sunt etiam necessaria necessitate præcepti: & quilibet etiam tenetur assumere medium, sibi necessarium ad salutem.

Dubitatur Primò: Quos nam articulos, homo teneatur explicitè credere necessitate medij?

4 REspondeo Primò: Deum esse, & Remuneratorem esse. Ratio est: quia qui tendit in finem, debet illum præcognoscere: sed finis est visio Dei remuneratoris: ergo debet præcognosci existentia Dei remuneratoris: ergo debemus credere, Deum esse, & Remuneratorem esse: & ita ex ratione probatur ante aduentum, vt dicunt etiam Doctores citandi. Secundò: Mysterium Trinitatis. Ratio est: quia sinè cognitione Trini-

Trinitatis, non potest cognosci Christus, qui est Vnigenitus Patris, conceptus virtute Spiritus Sancti: Sed cognitio explicita Christi necessaria est, necessitate medij: ergo eadem necessitate necessaria est cognitio explicita Sanctissimę Trinitatis. Tertiò: Mysterium Christi. Ratio est: quia Christus est fundamentum nostræ salutis, cum per ipsum saluati, & liberati sumus. Non autem necessariò credendos esse, necessitate medij, omnes articulos, qui ad Christi pertinent: sed eos, qui sunt fundamenta nostræ salutis: vt, Christum esse verum Deum, & verum hominem, mortuum esse, ac resurrexisse pro totius humani generis salute, &c. Ita Beccanus, 2. 2. *quæst.* 1. *articul.* 8. *dub. vltim. conclus.* 3 Malderus, 2. 2 *quæst.* 2. *articul.* 5. *sub fine*, *& artic.* 7. *proposit.* 8. Valentia, 2. 2. *quæst.* 2. *pun.* 4. Turrianus, 2. 2. *disput.* 17. *dub.* 8 Reginaldus, *lib.* 17 *num.* 18. Bonacina, *de præcep. disput.* 3. *quæstion. sec. pu. sec. num.* 6. Beccanus, 2. 2. *cap.* 12. *quæstion. sec. & quæst.* 3. *num.* 2. & alij.

Dubitatur Secundò: Quos nam articulos teneamur ex pręcepto explicitè credere?

5 RElspondetur Primò: Eos, quibus alios docendi, eosque ab errore auertendi cura incumbit, teneri explicitè noscere, & credere, non solum articulos Fidei, contentos in Symbolo; verum etiam alios, iuxta suum gradum, seu statum, & officium. Vndè Episcopus tenetur plura noscere, quam simplex Sacerdos: & Concionator debet clariùs cognoscere plures articulos, quam alij fideles. Sic D. Thomas, 2. 2. *quæst.* 2 *art.* 6. vbi Valentia, *pun.* 6. Malderus, Beccanus, 2. 2 *de fide, cap.* 12. *num.* 11. Bonacina, *de pręcep. disp.* 2. *quæstion.* 2. *punt.* 2. *nu.* 13. Sanch. *lib.* 2 *sum. cap.* 3. *nu.* 2. & alij.

6 Secundò: Singuli homines, postquam peruenerunt ad vsum rationis, tenentur scire ea, quæ continentur in Symbolo Apostolorum. Ratio est: quia hæc sunt præcipua nostræ fidei rudimenta. Præterea, tenentur explicitè credere, ex præcepto Diuino, præcepta Decalogi. Et eodem præcepto tenentur illa cognoscere, quo tenentur illa adimplere; nam præceptũ, obligans ad aliquid prę̄standum, obligat etiam ad illius medium necessarium, quod est cognitio. Rursus, tenentur explicitè credere, pertinentia ad substantiam Sacramentorum, quę tenentur suscipere, aut quę volunt suscipere. Item tenentur scire pręcepta Ecclesię. Orationem Deo faciendam esse pro necessitate corporis, & animę, estare obligationem subueniendi proximo indigenti, & similia.

Dubitatur Tertiò: An homines teneantur prædictos articulos, vel præcepta memoriter tenere?

7 PRęciso aliquo particulari pręcepto, non teneri sub mortali scire memoriter, aut eo ordine, vel iisdem verbis, quibus proponuntur: sed sufficere, vt sciant illa, quò ad substantiam, & significationem; ita vt, si de illis interrogentur, rectè respondeant, & illa debito tẽpore seruent, dicunt Sanchez, *lib.* 2. *sum. cap.* 3. *num.* 18. Azorius, *lib.* 8. *cap.* 6. *quęst. vltim. ad finem* Malderus, 2. 2. *quęst.* 2. *artic.* 7. *aßert. vltim. in respons. ad argum. primę sententię.* Beccanus, *cap.* 11. *num.* 14. Reginaldus, *lib.* 17. *num.* 18 Bonacina, *de pręcep. disput.* 3. *quęstion.* 2. *pun.* 2. *num.* 14 Diana, *part.* 4 *tract.* 16. *resolut.* 14. Suarez, *tract. de fide disp.* 13. *sect.* 5 *nu.* 8. & alij. Quorum ratio est: quia scire leges, non est verba eorum tenere, sed vim, ac potestatem; *l. scire leges de leg.* Sufficit etiam, si ea, necessaria sunt ex pręcepto, sciant, quatenus fert ipsorum hominum capacitas Quod dictum sit ob rudes aliquos, qui ob ingenij tarditatem vix possunt aliquid percipere: nullus enim tenetur ad impossibile: quamquam isti rudes non sunt excusandi, si ea ignorauerint, quę ad salutem necessaria sunt, necessitate medij: nullus enim saluari potest sinè eo, quod necessarium est ad salutẽ, necessitate medij. Existimo enim, sufficere, vt isti rudes semel assensum explicitè prębuerint articulis, ad salutem necessarijs, dum sibi proponebantur à Confessario, vel ab alio: nam dicuntur nosse articulos fidei, quantum fert ipsorum captus, illisque sensum prębuisse.

Dubitatur Quartò: An ignorantia vincibilis pręceptorum humanorum, sit specie ale peccatum?

8 AFfirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia, qui ex ignorãtia vincibili iuris humani, incidit in aliq peccatũ cõtra illud, nõ solũ peccat cõtra præceptũ, aut virtutẽ, cui opponitur illud

illud peccatum, sed etiam contra virtutem studiositatis: ergo in peccato ipsius sunt duæ malitiæ, specie distinctæ, & consequenter illa ignorantia vincibilis erit speciale peccatum. Consequentia patet: quia iuxta numerum virtutum moralium, quorum rectitudinis tolluntur peccando, multiplicantur malitiæ oppositæ, seu rationes formales peccatorum. Antecedens verò probatur: nam qui ex negligentia omittit scire id, quod scire tenetur; vndecumque proueniat hæc obligatio; peccat contra virtutem studiositatis. Ita Almain, *tract. 1. moral cap. 5. proposit. 1.* Cordub, *in quæstionar. quæst. 6. & quæst. 21. in fine.* Rodoriquez, *part. 1. sum. cap. 13. concl. 7.*

9 Secunda opinio ait: Ignorantiam vincibilem præceptorum humanorum, non esse speciale peccatum; sed multiplex, & multiplici præcepto, & virtuti oppositum, scilicet, illi præcepto, cuius est transgressio, aut transgressionis periculum ex illa ignorantia, & illi virtuti, ad quam obseruatio illius præcepti pertinet. Vt vincibilis ignorantia præcepti ieiunij, est peccatum, præcepto ieiunij, & virtuti abstinentiæ oppositum. Et idem dicendum est de ignorantia vincibili diei ieiunij. Ex quo fit, ignorantiam vincibilem, tam, iuris humani, quam facti, non esse speciale peccatum, distinctum ab eo, quod ex eo sequitur. Exempli gratia, si ignorat aliquis vincibiliter præceptum, obligans ad ieiunandum hodie: quamuis peccet, non solum non ieiunando, sed etiam ignorando; non tamen committit duo peccata: neque vnum, habens duas malitias; sed vnum, habens tantum vnam malitiam intemperantiæ. Ratio istius opinionis est: quia cognitio præceptorum humanorum, præcipitur non propter se, sed in ordine ad opus; idest, ad eorum obseruationẽ: vnusquisque, ideò tenetur scire præceptum ieiunij, & dies, quando obligant, quia tenetur ieiunare: quia illa scientia præcepti ieiunij, non est debita propter se, aut peculiari aliquo præcepto, ex motiuo specialis virtutis, obligante primò ad habendum eam; sed solum est debita, quasi consequenter, hoc est, propter actum, ad quem ordinatur immediatè, idest, propter ieiunium, & ex præcepto obligante, primò ad eum actum, & consequenter, ad ipsam, tamquam ad medium, necessarium ad executionem actus, & sic ex motiuo eiusdem virtutis, nempè temperantiæ, quo ieiunium est in præcepto. Sicut, quamuis sit præceptum diuinum naturale de contritione habenda, antequam quis ministret Sacramentum: nihilominus, si quis non contritus illud administret, non committit duo peccata mortalia, alterum omissionis contritionis, alterum sacrilegæ administrationis Sacramenti. Ratio est eadem: quia tunc obligatio, ad habendam contritionem, non oritur ex præcepto contritionis, sed ab eodem præcepto, quo tenemur sanctè ministrare Sacramenta. Ita Vasquez, *1. 2. disp. 119. cap. 2.* Sanchez, *lib. 1. sum. cap. 17. num. 11.* Aluarez, *1. 2. disput. 162. num. secund. & tert.* Filliucius, *tom. secund. tractat 21 cap. decim. num. 365.* Layman, *in Theolog. moral liber. 1. tractat. sec. cap. 4. num. 10.* Curiel, *1. 2. quæst. 76 artic. 2. dub. 2.* qui tamen hoc intelligit de ignorantia vincibili facti, vel iuris particularis. Secùs, verò ait *in §. 4.* de ignorantia iuris communis. Merolla, *tom. 1. disput. 1. cap. 2 dub. 10. difficul. 1. num. 679.* qui ait: Sed ratio à nobis inducta, etiam de ignorantia iuris communis, probat.

10 Ex his deducitur: Eum, qui ex negligentia, moraliter culpabili, non curat scire præcepta Ecclesiastica, & dies, quãdo obligant, v. g. præceptum audiendi missam, & dies festiuos, præceptum ieiunandi, & vigilias, in quibus ieiunare quis tenetur, obligari ad hanc negligẽtiam, seu ignorantiam confitendam, quamuis actu ea præcepta non transgrediantur. Ratio est: quia in illa præcepta delinquit, non curando eorum scientiam acquirere, ad quam tenebatur, & ob id, periculo illo transgrediendi, se exposuit. Sicut qui culpabiliter exponit se periculo admittendi aliquod peccatum mortale, tenetur illud periculum peccati confiteri, quamuis de facto id non commiserit. Ita Azorius, *part. prima, libro primo capit. decimo secundo, quæstione quinta.* Zumel, *1. 2. quæstione septuagesima sexta, articulo secundo disputatione secunda post. tertium dictum in solution. ad secundum.* Sanchez, *libro primo sum capit. decimo septimo, numero decimo secundo.* Aluarez, *1. 2. disp. 162. numero quarto.* Merolla, *tom prim. disputatione prima capit secundo dubio vigesimo, difficult. prima, numero 683.* & alij.

Quod

11 Quod si de facto, huiusmodi vincibiliter ignorans, Ecclesiæ præcepta, ea transgressus fuerit, omittendo missam diebus festis, vel non ieiunando in vigilijs, non dicetur committere duo peccata mortalia, videlicèt vnum, quia sic ignorando, exposuit se periculo, omittendi missam, vel nō ieiunandi, alterum omissionis missæ, vel fractionis ieiunij, sed vnum tantum peccatum violationis ieiunij, vel omissionis missæ admittit, quare sufficiet, dicere in confessione: Omisi missam in die festo, & non ieiunaui in vigilia. Ratio est: quia illa obligatia, adhibendi diligentiam, ad sciendum huiusmodi præcepta, & dies, quando obligant, & per consequens non exponendi se periculo, omittendi missam, & non ieiunandi, non oritur per se ex aliquo alio speciali præcepto, quo præcipitur, esse ieiunandum in vigilijs, & esse audiendum missam diebus festis: quia illud non exponere se periculo, præcepti violandi, vel adhibere eam diligentiam, non præcipitur propter se, sed quasi cōsequēter, & tamquam medium, ad obseruationem præcepti: & per consequens, si quis exponat se periculo violādi præcepti, non adhibendo diligentiam debitam, non committit peccatum, distinctum ab ipsa actuali transgressione præcepti: sed comparatur ad illam, tamquā peccatum internum, ad externum, in quo consumatur: nam eo ipso, quod culpabiliter vult ignorare præceptum, vel exponeret se periculo violandi præceptum, consequenter, virtualiter habet voluntatem transgrediendi præceptum: vult enim illam trangressionem in causa: quare si de facto non seruat præceptum, sufficiet dicere in confessione: Non adiui missam, vel non ieiunaui: quia simul explicata manet voluntas illa, violandi hæc præcepta. Ita Vasquez, 1. 2. *disput.* 119. *cap secund.* Curiel, *quæst. septuages. sexta, articulo secundo, dubio secundo, paragrapho secundo, & paragrapho tertio, versiculo secundo sequitur.* Merolla, *dict. cap. secundo, num.* 684. & alij Doctores, *numero decimo citati.*

(·†·)

Dubitatur Quintò: An ignorantia vincibilis præceptorum Decalogi, sit speciale peccatum?

12 Affirmatiuè respondet prima opinio Cuius ratio est: quia ignorantia ista vincibilis, opponitur duobus præceptis, habentibus distincta motiua: ergo habet duas malitias, specie distinctas. Consequentia patet: quoniam, ex distinctione præceptorum, habentium distincta motiua, benè colligitur distinctio specifica peccatorū, quæ eis opponūtur. Antecedēs, pbatur: qa præceptū, quo prohibetur ista ignorantia vincibilis, seù quatenus est occasio incidendi in illud peccatū, habet pro motiuo honestatem, cui opponitur illud peccatū, v. g. honestaté iustitiæ, vel castitatis: habet etiā pro motiuo honestaté, cui opponitur negligentia addiscendi, hoc est, tantum diligentia in addiscendo, vt neque committatur excessus, neque defectus: ergo huiusmodi ignorātia vincibilis, habet duas malitias distinctas. Ita Curiel, 1. 2. *quæst. 76. dub.* 2. *§.* 4. Vndè, secundum hanc opinionem: Qui, propter ignorantiam vincibilem Decalogi, furatur, aut fornicatur, committit peccatum, quod non solū habet malitiā, quæ consistit in transgressione illorū pceptorū decalogi, oppositā virtuti iustitiæ; vel castitatis; sed etiā malitiā negligētiæ addiscēdi huiusmodi præcepta, oppositā virtuti studiositatis.

13 Secunda opinio ait: Ignorantiam vincibilem præceptorum naturalium, seù Decalogi, non esse speciale peccatum, sed simplex, & multiplici præcepto, cuius est transgressio, aut transgressionis periculum, siuè ignorantia, & illi virtuti, ad quam obseruatio illius præcepti pertinet, sicut diximus in superiori dubitatione, de ignorantia præceptorum humanorum. Exempligratia, ignorantia culpabilis præcepti de nō fornicādo, nō est speciale peccatū, oppositū distinctæ virtuti, ac diuersæ à virtute castitatis cui fornicatio opponitur. Ratio istius opinionis est: quia scientia, seù cognitio horū præceptorū, non præcipitur propter se peculiari præcepto, & motiuo peculiaris virtutis; sed in ordine ad opus, idest, ad eorū obseruationē, & cōsequēter præcipitur eodē præcepto, quo prohibita est fornicatio, & ex motiuo eiusdem virtutis, nempè temperātiæ, seù castitatis. Ita Azorius *lib. 1. cap. 12. quæst. 5.*

Lorca, *de peccat. disp. 31. in fine*. Vasquez, 1. 2. *disp.* 119. *cap. sec. & 3.* vbi Aluarez, *disp.* 162. Filliucius, *to. sec. tract.* 21. *cap* 10. *num.* 365 Sanchez, *lib. p sum. cap.* 17 *num.* 9. Merolla, *to. p. disp. p. cap.* 3. *num.* 689. *vers. mihi tamen.*

14 Vnde sequitur: Ille, qui ex ignorantia culpabili, negligit scire pręceptum non fornicandi, non committit duo peccata mortalia, si de facto fornicetur: vnum negligentiæ, sciendi eiusmodi præceptum: & alterum fornicationis: Sed vnum tantum fornicationis peccatum admittere; & ideò sufficiet tantum dicere in confessione: *Fornicatus sum*. Ratio est: quia (vt diximus) scientia illa præcepti de non fornicando, non erat debita propter se, sed in ordine ad obseruationem ipsius præcepti: & per consequens, non pręcipiebatur ex motiuo alterius specialis virtutis, sed ex motiuo eiusdem virtutis, quo prohibita est fornicatio: sicut diximus in num. 9. in eius exemplo; qui non contritus ministrat Sacramētum. Quod si huiusmodi ignorans præceptum non fornicandi, de facto non fornicetur, tenetur adhuc eam culpabilem ignorantiam, ac negligentiam confiteri: quia non curando illius præcepti scientiam acquirere, ad quam tenebatur, in illud deliquit: quoniam, periculo transgrediendi illud, se exposuit; & consequenter voluit in causa transgressionem illius. Sufficit autem dicere in confessione: *Habui voluntatem fornicandi*. Sic Merolla, *to. p. disp. p. cap. sec dub.* 20 *diffic. sec. num.* 691.

Dubitatur Sextò: An ignorantia vincibilis Mysteriorum, seu Articulorum fidei, sit speciale peccatum?

15 Affirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia scientia mysteriorum fidei, non præcipitur solum per accidens, seù consequenter, in ordine ad opus, sed propter se: & ideò peculiari præcepto tenemur, habere scientiam horum mysteriorum, & diligētiam necessariam adhibere, ad acquirendam eam. Ita Vasquez, 1. 2. *disp.* 119. *cap.* 3. vbi Coninch *quæst.* 76. *art.* 2. *dub.* 2. §. 4 Lorca, *de peccat. disp.* 31 *in fine*. Tānerus, *disp.* 4. *quæst.* 9. *dub.* 2. *num.* 12. Sanchez, *lib.* 1. *sum. cap.* 17. *num.* 11. Filliucius, *to.* 2. *tract.* 21. *cap.* 10. *num* 365. Diana, *part.* 3. *tract.* 4 *resol.* 18. & alij. Ex quo infert Cutiel Ignorantiam vincibilem articulorum fidei, habere, non solum malitiam peccati, cuius periculo quis se exponit, v. g. omissionis actus fidei, tempore, quo obligat præceptum credendi: aut asserendi aliquid contra fidem; sed etiam illam distinctam specie, quæ consistit in negligentia addiscendi articulos, & opponitur virtuti studiositatis.

16 Secunda opinio ait: Neque ignorantiam vincibilem mysteriorum fidei esse speciale peccatum: quare eodem modo phylosophandum existimat de hac ignorantia, ac de ignorantia vincibili præceptorum Decalogi, & humanorum, de quo supra dictum est. Cuius ratio est: tum quia nulla potest sufficiens ratio diuersitatis assignari inter hanc ignorantiam, & illam: tum etiam, quia eadem argumenta, quæ adducuntur ad probādum, ignorantiam pręceptorum humanorum, & Decalogi, non esse speciale peccatum, militant etiam in ignorantia mysteriorum fidei. Sicut enim, quia adest præceptum Ecclesiæ de ieiunando, consequenter tenemur scire huiusmodi præceptum, & dies, in quibus ieiunare debemus: nam aliàs non possemus illud seruare. Eodem modo, quia, post legem Euangelicam, adest præceptum Diuinū, de credendo quędam mysteria reuelata; per consequens tenemur scire, tum præceptum hoc, tum etiam mysteria, quæ credere debemus. Ergo, sicut qui ex ignorantia vincibili præcepti ieiunij, vel dierum, in quibus ieiunandum est, non ieiunat, non committit duo peccata (vt superius diximus) ea ratione, quia obligatio, adhibēdi diligētiam, ad sciendum eiusmodi præceptum, & dies, quando obligat, non oritur ex aliquo alio speciali præcepto; sed ex eodem præcepto, quo præcipitur, esse ieiunandum tali, & tali die, ita qui ex ignorantia vincibili præcepti de credendo, vel mysteriorum credendorum, aliquid sentit contra fidem, non committit duo peccata, sed vnum tantum: eadem ratione, quia, scilicèt, obligatio sciendi huiusmodi mysteria fidei, & præceptum ipsum diuinū de credendo, non oritur ex aliquo alio speciali præcepto, sed ex eodem præcepto diuino, quod pręcipit, talia mysteria esse credenda. Et hoc confirmari potest, quia ante promulgatum Euangelium, nulla erat obligatio sciendi hęc myste-

mysteria, non alia ratione, nisi quia non erat aliqua obligatio, ea credendi: ergo scientia horum mysteriorum non præcipitur propter se, vt dicebat prior opinio; sed tantum in ordine ad operationem, nempè, ad credendum. Ita Merolla, *to. 1 disp. 1. cap. 2. dub 20. diffic. 3. num. 697.*

17 Ex his infertur Primò (vt ait Merolla, *num 698.*) Ignorantiam vincibilem mysteriorum fidei, nō esse speciale peccatum, distinctum ab eo, quod ex ea sequitur, v. g. licet vincibiliter ignorans hæc mysteria, peccet, non solum sentiendo aliquid contra illa, aut non assentiendo illis, quando tenetur: verum etiam ignorando ea: non tamen committit duo peccata, neque vnum, habens duas malitias; sed vnum, habens tantum vnā malitiam, quæ non est propriè hæresis, sed infidelitas.

18 Secundò infertur: Ignorantem vincibiliter mysteria fidei, quamuis, de facto, nihil contra ea sentiat, neque adsit tempus, quo quis tenetur ea credere, teneri hanc ignorantiam confiteri: quia non curando eorum scientiam acquirere, ad quæ tenebatur, exposuit se periculo, sentiendi aliquid contra fidem, aut omittendi assentiri illis, occurrēte tempore, quo ad id obligatur: & consequēter mortaliter peccauit. Hoc autē peccatum non est distinctum ob eo, quod committitur, sentiendo actu ignoranter aliquid contra hæc mysteria: sed comparatur ad hoc, tamquam peccatum internum ad externum, in quo consummatur. Ita videtur tenere apertè Azorius, *part 1 lib 1 cap. 12. quæst. 5.* Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 2. cap 9. num* 31. Aluarez, *1. 2. disp. 16. num. 3.* qui omnes, nulla facta distinctione, eodem modo loquuntur de ignorantia horum mysteriorum, & aliorum præceptorum, tam Decalogi, quam Ecclesiæ: & in proprijs terminis Merolla, *to. 1. disp. 1. cap. 2. dub. 20. diffic. 3. num. 699.*

19 Notandum est verò hic cum Merolla, *d diff. 3. num 670.* Esse differentiam inter Ignorantiam vincibilem præceptorum Decalogi, vel Ecclesiæ, & Ignorantiam mysteriorum fidei: nam in illis, est necessarium explicare in confessione, cuius præcepti fuerit ignorantia: Secùs verò in ignorantia mysteriorum fidei. Ratio diuersitatis est: quia diuersitate præceptorum Decalogi, vel Ecclesiæ, diuersæ species consurgunt ignorantiæ: eò quod ita vincibiliter ignorans exponit se periculo, committendi peccata, specie diuersa, secundum præceptorum diuersitatem. At verò ignorans vincibiliter mysteria fidei, non se exponit periculo, committendi diuersa specie peccata, iuxta diuersitatem mysteriorum: sed semper peccatum est eiusdem speciei, cuiuscumque mysterij sit ignorantia: quia opponitur eidem præcepto, ac virtuti fidei. Sicut, qui negauit aliquem articulum fidei, ac proindè cōmisit peccatum hæresis, non tenetur explicare in confessione articulum, quem negauit: quia omnes hæreses sunt eiusdem speciei, cum opponantur eidem præcepto, ac virtuti. Supponimus autem hic, circumstantias, non mutantes speciem, nō esse necessariò confitendas, etiam si notabiliter aggrauent.

20 Vndè ignorantem vincibiliter plures articulos fidei, non committere plura peccata, specie distincta: secus verò si ignoret plura præcepta Decalogi, vel Ecclesiæ: propter rationem, numero præcedenti assignatam.

Dubitatur: An ignorans vincibiliter plures articulos fidei, plura peccata, saltem numero distincta, admittat?

21 MErolla, *in 1 to. disp. 1. cap 2. dub 20. diffic. 3. num. 701* ait: Ignorantem vincibiliter plures fidei articulos, censeri, plura numero peccata committere, explicanda in confessione. Cuius ratio est: quia ignorans vincibiliter articulos fidei, ideò peccat, quia exponit se periculo, negandi illos, vel non assentiendi illis, quando tenetur: ergo, si ignoret vincibiliter plures articulos, plura numero peccata committet. Probatur cōsequentia: nam qui negat plures articulos fidei, plura numero peccata censetur admittere, explicanda in confessione: ergo, & qui culpabiliter se exponit periculo, negandi plures articulos. Sicut non solum committit plura numero peccata, qui plures homines occidit, verum etiā, qui se exponit periculo, occidendi plures: quia censetur, velle in causa plura numero homicidia. Vndè supponit Merolla, posse in eodem numero actu physico peccaminoso, reperiri distinctione nume-

numericam moralem malitiarum, vt docet, *in disp. 2 cap. 7. dub. 5. num. 3.*

22 Suarez verò, *in tract. de fide, disp. 15. sect. 1 num. 7.* ait: Peccatum hoc ignorantiæ, non multiplicari numero, ob multiplicationem materiæ, circa quam versatur, nempè articulorum fidei: quia peccatum hoc est contra preceptum fidei: eodem enim præcepto fidei, quo tenemur assentiri articulis fidei, & eos non negare; tenemur etiam habere scientiam illorum, seù non ignorare illos propter rationem, num. 16. assignatam. At preceptum fidei est vnum, & tota illa materia, per modum vnius præcipitur; & ideo ignorantia etiam est vna, quæ potest esse grauior, vel minus grauis, iuxtà extensionem materiæ. Adhibet exemplum, in præcepto recitandi Horas Canonicas: peccatum enim ommissionis illarum, non multiplicatur numero, iuxta multiplicationem Horarum; sed vnũ tantum numero est (vt communiter dicunt) propter rationem assignatam: ergo, ita dicendum est in præsenti. Vndè Suarez supponit, non posse in eodem numero, actu physico, reperiri multiplicationem numericam peccatorum, seù malitiarum moralium, vt docent, *in to. 4. in 3. part. disp. 22. sect. 5. num. 33.* & hanc opinionem probabilem vocat Diana, *pa. 8. tract. 4. resolut. 165. versic. sed difficultas in fine.*

Dubitatur Septimò; An cum ignorantia vincibili, possit esse peccatum heresis?

23 Quidam affirmant: Hunc verè hæreticum esse: ac proindè, si hæresim ex ea ignorantia proferant, subijci excommunicationi, ac alijs hæreticorum pœnis. Ita Sotus, *in 4 dist. 22. quæst. 2. artic. 3. post 5. conclus.* Palatios, *in 3 dist. 25. disp. 2.* Lopez, *part. 2. cap. 20. titul. de reseruat. Papæ in bull. cœnę.* Sayrus, *de cens. lib. 3. cap. 4. nu. 5.* Toletus, *lib. 1. sum. cap. 19.* & alij. Loquuntur autem Sotus, Sayrus, & Toletus, quando est ignorantia crassa, quamuis Sayrus non satis sibi constet. Probant hi Doctores, quia peccatum hæresis consummatur, & consistit in errore intellectus, sicut peccatum homicidij in occisione hominis, posita autem hominis occisione cum quacũque ratione voluntarij, etiam indirectè, & interpretatiuè ex ignorantia culpabili, seù vincibili, est eadem species homicidij: ergo, posito eodẽ errore in intellectu, erit peccatum hæresis, si adsit saltem voluntarium interpretatiuum. Minor probatur, quia vt dicunt Medina, *1. 2. quæst. 76. artic. 2.* Azorius, *part. 1. lib. 1. cap. 14. quæst. 8. & 10.* Merolla, *to. 1 disp. 1. cap 2. dub. 18. nu. 661.* Sanchez, *lib. 1. sum. cap. 17. num. 14.* & alij: peccata, ex ignorantia vincibili commissa, sunt eiusdem speciei moralis cum peccatis, scienter admissis.

24 Alij verò dicunt: Nullum errorem contra fidem ex ignorãtia vincibili, etiã crassa, esse hæresim. Ita Canus, *lib. 12. de locis Theolog. cap. 9. versic illud deindè.* Castrus, *lib. 1. de iusta hæretic. pun. cap. 9. & lib. 2. cap. 8.* Nauarrus, *in sum. prælud. 1. num. 17.* Corduba, *in qq. lib. 1. quæst. 17.* Azorius, *part. 1. lib. 1. cap. 14. quæst. 9.* Vasquez, *1. 2. disp. 116. cap. 2.* Henriquez, *lib. 13. de excom. cap. 17. num. 3. in comm. litter. Z.* Rodoriquez, *1. 2. disp. 130. num. 2.* Petrus Nauarrus, *lib. 2. de restitut. cap. 4. dub. 8. & in 1. edit. num. 197. & 208.* Toletus, sibi contrarius, *lib. 4. sum. cap. 3. num. 7.* Bannez, *2. 2. quæst. 11. artic. 2. coroll. 2.* vbi Aragonius, *artic. 1.* Zumel, *1. 2. quæst. 76. artic. 4. disp. 1. paulo ante 5. conclus.* Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 2. cap. 9. num. 34.* Curiel, *1. 2. quæst. 76. artic. 4. dub. 2. §. 3.* Sanchez, *lib. 2. sum. cap. 7. num. 20.* Suarez, *tr. de fide disp. 19. sect. 3. num. 8.* Merolla, *to. 1 disp. 1. cap. 2. dub. 12. num. 177.* & alij. Quorum ratio est: quia de ratione hæresis est, vt quis erret in fide, sciens se credere, & operari contra communem sensum Ecclesię: sed qui habet crassam ignorantiam, circa communem sensũ Ecclesię, non errat; sciens, se credere, & opinari contra communem sensum Ecclesię: ergo non est hęreticus. Deindè, quando quis ignorat, se sentire contra suum Magistrum, non censetur, esse pertinax, aut derogare auctoritati Magistri: ergo, &c.

25 Alij tamen dicunt: Non solum ignorantiam crassam, & supinam, sed etiam affectatam, excusare ab hęresi. Sic Palaus, *to. 1. tract. 4. disp. 3. pun. 2. num. 3.* Pesantius, *2. 2. quæst. 11. art. 1. disp. 1. conclus. 1.* Riccialus, *tract. de iure personar. &c. lib. 5. cap. 7. num. 13.* Ledesma, *to. 2. sum. cap. 6. concl. 4. diffic. 2.* Diana, *part. 4. trac. 7. resol. 36. versic. Tertia opinio,* & alij. Quorum ratio est: quia, est dispar ratio inter heresim, & alia peccata: quia de ratio-

ratione hæresis est pertinacia: at nemo in rebus fidei est pertinax, nisi sciat, & aduertat, se sentire contra Ecclesiam: quare, qui hoc ignorat, pertinax non est, & consequenter, nec hæreticus: at verò pertinax non est ratione aliorum peccatorum, ac propterea, cum committuntur alia peccata, non est necesse, quod peccans aduertat se delinquere contra legem Dei; sed satis est; si aduertat, vel possit, ac debeat aduertere.

26 Duobus modis accidere potest ignorantia affectata, ait Diana: Primò, ex tedio addiscendi tantum, vt si quis vult aliquid ignorare, quia tędet illum discere: & hoc modo, error in rebus fidei non est hæresis, quia qui sic errat, non offendit auctoritatem Ecclesię, tamquam pertinax, & incredulus, licet offendat Deũ, tamquam culpabiliter ignorans: ergo ipsius peccatum non est hæresis, aut pertinacia, sed ignorantia. Secundò, potest contingere affectata ignorantia ex falsa opinione contra Ecclesiam, quia quis putat parui momenti esse ea, quæ in Ecclesia creduntur, & proponuntur: & hoc modo est hæreticus: quia ex illa falsa opinione affectaret ignorantiam.

27 Impugnat vltimam opinionem Franciscus Bordonus, *de Hæresi, & Hæreticis, cap 9. num.* 48. quia tertia opinio supponit actualem, & claram cognitionem articulorum fidei, qui negantur ab hæretico formali, quod tamen falsum est: quia sufficit confusa, quæ oritur ex dubitatione, vel suspitione, an aliquid sit de fide: si quidem, si ego dubito, An de fide sit definitum, quod anima rationalis sit immortalis, & non curo venire in illius cognitionem; sed firmiter teneo, esse mortalem, contra definitum in sacris litteris, certè sum formaliter hæreticus: quia (in omnium sententia) peccat eodem genere peccati, quo peccaret, si notitiam certam haberet illud, quod dicit, esse peccatum contra fidem; si quidem habet prauum affectum ad peccatum: & se exponẽdo periculo peccat mortaliter. Ita Bordonus, qui non excusat à peccato hæresis, ignorantiam crassam, & affectatam.

28 Nota, quod supradicta intelligenda sunt in foro interiori: nam in foro externo, & iudiciali, errans in fide, si alleget ex ignorantia errasse, non creditur, si error commissus sit in his, quæ quis ex officio scire tenetur, vel quæ passim, & communiter illius qualitatis sunt. Vnde Sacerdos, & alij Viri docti, errantes in articulis fidei, & præceptis Decalogi, ex malitia præsumitur errare, & non ex ignorantia. Ita Sousa, *in aphor. Inquisit. lib. 1. cap. 12. num.* 14. Palaus, *to. 1. tract. 4. pun. 2. num.* 5. Diana, *part. 4. tract. 7. resolut. 26. versic. notandum est*, & alij.

Dubitatur Octauo: Ad quam speciem peccati pertineat error contra fidem, ignorantia vincibili, seu crassa commissus?

29 Valentia, *2. 2. disp. 1. quæst. 11. punt. 1. diffic. 4. in solut. ad primum.* Torres de Trinit. *quęst 32. art. 4. in 4. part. Comment. in fine.* Sanchez, *lib. 2. sum. cap. 7. num.* 24. & alij, dicunt: Peccatum illud licèt non sit propriè, ac formaliter hæresis, reduci tamen ad illam: Sicut cætera peccata, ex ignorantia commissa, reducuntur ad eam speciem, cuius essent, si scienter committerentur, quando ignorantia culpabilis est.

30 Impugnat hanc opinionem Vasquez, *1. 2. disp. 126. cap. 3. num.* 9. dicens: Non posse rectè collocari peccata reductiuè sub specie; sed quodlibet debere habere suam speciem directè, & per se. Quare dicit ipse: Peccatum illud esse contra fidem diuinam, si erret in his, quæ ex pręcepto fidei scire debet, quamuis non sit peccatum infidelitatis. Si verò erret in his, quæ non tenetur scire, esse peccatũ, hoc est, cõtra virtutem studiositatis, quæ moderatur affectum, sciendi, vt sobriè sciamus: nam studiositas est pars temperantiæ: vt ait D. Thomas, *2. 2. quæst. 166. artic. 2.*

31 Hæ duæ sententiæ, inter se, non sunt repugnantes, ait Merolla, *to. 1. disp. 1. cap. 2. dub. 13. num.* 192. Nam Auctores primę, cum dicunt, peccatum hoc redduci ad hæresim, nolunt intelligere, illud non habere propriam speciem per se, & directè; sed eò modo loquuntur, quia, cum species huius peccati nomine careat, & videatur quædam participatio hæresis, & veluti hæresis imperfecta; ideò benè dicunt, peccatum hoc redduci ad hęresim, sicut idem Sanchez, *to. 1. de matrim. lib. 1. disp. 2. num* 7 dixerat, peccatum luxuriæ cum alterius spõsa de futuro, redduci ad adulterium; cum tamen habet propriam speciem (ibi probat idem Sanchez) necessariò exprimendam in confes-

confessione, quæ potest appellari adulterium imperfectum: quemadmodum etiam Concil. Trident. *sess.* 15. *cap.* 4. Attritionem appellat imperfectam contritionem: cum certum sit, esse speciem diuersam à contritione.

32 Non tamen, ait Merolla, *in num.* 192. ei placuit, quod dicit idem Sanchez, *lib.* 2. *sum. cap.* 7. *num.* 24 quem postea sequutus est Filliucius, *to* 2 *tract.* 22. *cap.* 6. *num.* 170. & prius dixerat Salas, 1. 2. *tract.* 13. *disp.* 7 *sect.* 7. *num.* 49. nempè: Peccatum hoc reduci ad hæresim; sicut cętera peccata, ex ignorantia culpabili commissa, reducuntur ad eam speciem, cuius essent, si scienter committerentur. Hoc (inquam) non mihi probatur, ait Merolla; nam peccata illa, ex ignorātia culpabili admissa, sunt omnino eiusdē speciei, cum peccatis scienter admissis: & hac ratione, circumstantia ignorantię in illis, non est necessariò explicanda in cōfessione, vt ipsemet Sanchez concedit, *lib.* 1. *sum. cap* 17 *num* 14. & 23. Secùs verò est de errore, circà res fidei, ex ignorantia etiam crassa admisso: hic enim est omninò distinctę speciei ab errore contra fidem scienter admisso. Quod probatur ratione, quam idem Autor adducit, *d. lib* 2. *cap* 7 *num.* 20 Nam in alijs peccatis (vt in homicidio, furto, &c.) vt vere talia peccata sint, non requiritur scientia, tamquam circumstātia, ex parte obiecti petita, sed sola ratione generica; ne peccata, tamquam inuoluntaria, à culpa excusentur. Et ideò cum ignorantia culpabilis non tollat rationem voluntarij, sunt verè talia peccata, vbi ex tali ignorantia committuntur. At verò in peccato heresis, petitur scientia determinationis, seù sensus Ecclesię, tamquam circumstantia, ex parte obiecti se tenens: quia absque illa, non est pertinacia, quæ est de ratione heresis: & ideò, illa ablata per ignorantiam crassam; quāuis maneat sufficiens voluntarium ad culpam, non tamen, vt vera sit heresis. Et hinc prouenit, vt in peccato erroris contra fidem, explicanda sit circumstātia ignorantię, quia variat speciem peccati. Et ita, pręter Merollam, docet Suarez, *tract. de fide, disp.* 18. *sect.* 3. *num.* 24.

(∴†∴)

An homo teneatur, aliquando Fidem exteriùs confiteri? Dub. 3.

33 Antequam ad dubium respondeo; sciendum est Primò: Quod preceptum duplex est: Vnum affirmatiuum. Alterum negatiuum. Affirmatiuum est illud, quo præcipitur aliqua actio facienda. Negatiuum, vero est illud, quo aliqua actio prohibetur.

34 His positis, respondeo: Homo tenetur aliquando, ex præcepto affirmatiuo, fidem exteriùs confiteri. Hæc propositio patet, tam ex Mattheo 10. *Qui me confessus fuerit, & ego eum, &c. & qui negauerit coram hominibus, negabo eum corā Patre meo.* Tum Luc. 9 *Qui me erubuerit, sic filius hominis erubescet.* Tum etiam, *ad Romanos* 10 *Ore confessio fit ad salutem.* Igitur ad salutem necessaria est confessio fidei: consequenter homo tenetur, aliquando fidem exteriùs confiteri: cum teneatur ad ea præstanda, quæ necessaria sunt ad salutem. Ita D. Thomas, 2. 2 *quæst.* 3 *artic.* 2. Valentia, 1. 2. *disp.* 1. *quæst.* 2. *pun.* 2. Sanchez, *lib.* 2. *cap.* 4 *num.* 1. Malderus, 2. 2. *quæst.* 3. *art.* 2. *memb.* 2. Reginaldus, *lib.* 17. *num.* 20. Bonacina, *de præcep. disp.* 3. *quæst.* 2. *pun.* 3. *num.* 2. & communiter Doctores.

Dubitatur verò: Quando nam homo teneatur, fidem exterius confiteri?

35 Primò: Tenetur homo, fidem exteriùs confiteri, quando eam confitendo, magnus honos, Deo debitus, subtraheretur, aut Deus magna iniuria afficeretur: nam, iure naturæ dictāte, non est Deo subtrahendus honos, nec Deus iniuria afficiendus est: sed (quantum fieri potest) curandum est, ne vlla iniuria Deo irrogetur. Ita D. Thomas, 2. 2. *quæst.* 3. *artic.* 2. vbi Malderus, *memb.* 2. Reginaldus, *lib* 17 *num.* 20. Bonacina, *de prę cep. disp.* 3. *quęst.* 2 *pun.* 3 *num.* 1. & alij.

36 Non tamen tenetur homo (vt ait Valentia, 1. 2. *disp.* 1. *quęst.* 3. *pun.* 2.) ad fidei confessionem, quotiès simpliciter subtrahitur aliquis honos, abstinendo à cōfessione fidei: nam alioquin actus confessionis fidei, semper esset debitus ex præcepto: cum actus confessionis fidei semper in Dei honorem redundet: sed tenetur, quoties alioquin Deus magna iniuria afficeretur, vel quotiès impediretur magnus honos Dei, qui ex fidei confes-

confessione Deo prouenire potuisset. Vnde Lorca, *in 2.2.q.3.artic.sec. disp. 24. memb.sec. num sec.* ait: Tunc esse obligationem, confitendi fidem, ex directa obligatione precepti fidei, quoties honos Dei periclitatur circa fidei veritatem: quia fides catholica alioquin putaretur falsa, vel indigna. aut quando proximus periculum subit circa fidem, ob defectũ doctrinæ, vel admonitionis.

37 Secundò. Tenetur quando alioquin impediretur magna vtilitas proximi, aut illi graue scandalum prę̨beretur circa fidem: nam ipsum lumen naturę sufficienter indicat, bono proximi consulendum esse, & grauem ipsius ruinam penitus esse præcauendum. Ita Bannez, *2.2.q.sec.artic.*8. Bonacina, *de pręcep.disp.* 3.*q.sec.pun.*3.*num.*3.*in fine.* Valentia, *to.* 3.*disput.*1.*q* 3 *pun.sec.* Malderus, 2.2.*q.*3. *articul.sec. memb.sec.* Siluester, *v. fides, num.*8. Toletus, *lib.*3.*cap.*17.*num.secund.* Sanchez, *lib.sec.cap.*4 *num.sec.* & alij.

38 Ex supradictis deducitur Primò: Quãdo quis priuata auctoritate interrogatur, An sit Christianus, vel catholicus? non tenetur, ex præcepto affirmatiuo fidei, respondere, se Christianum, vel catholicum esse: sed potest reticere, etiam si astantes ex reticentia conijciãt, ipsum non esse Christianum. dicunt Sãchez, *lib.*2.*sum.cap.*4 *num* 6. Reginaldus *lib.*17. *num.*25. Bonacina, *de praeceptis disp.*3 *quaest.sec.pun.*3 *num.*4. Beccanus, *cap.*9.*quæst.*4 *num.*3. Azorius, *part.p.lib.* 8.*cap.*27. *quaest p.* & alij. Quorum ratio est: quia non subtrahitur magnus honos Dei, nec proximi vtilitas impeditur, nec graue scandalum sequitur, vt suppono: Non tamen potest dicere, se christianum non esse.

39 Neque peccat contra confessionem fidei, quando quis non respondet, se esse christianum; quando nomen Christi vsurpatur, non ad significãdam religionem; sed ad iudicandum vitium alicuius nationis, vel ad significandam rationem, seu factionem: Vt experientia cernimus apud Indos, apud quos nomen Christianorum vsurpatur, ad ostendendam nationem Hyspaniarum, quam Indi odio persequuntur. Vndè si quis apud Iudæos, vel apud Indos interrogatur, An sit Christianus? non peccat contra preceptum affirmatiuum confessionis fidei, negando: hoc enim nihil aliud est, quam negare, se tali vitio affectum esse; aut talis factionis virum esse, aut esse militem exercitu catholicorum. Immò neque peccat contra præceptum negatiuum, dicendo, se non esse christianum: neque peccat mortaliter, sed venialiter in tali euentu: quia non dicitur mentiri in re graui. Ita Aragonius, 2.2. *quæst.*3.*artic. sec.concl.*3. Bannez, *ibidem dub.*1.*concl.* 4. Azorius, *lib.*8.*cap.*6. Sanchez, *lib sec. cap.*4.*sum.num.*8. Bonacina, *d.pu* 3.*nu.* 5. Rodericuez, *part p.sum.cap.*119.*num.* 3. Reginaldus, *lib.*17.*num.*33. & alij.

40 Secundò: Ille, qui de sua fide interrogatur priuata auctoritate, tenetur, fidem exteriùs confiteri, quotiès fides alioquin putaretur falsa: vel quoties, non confitendo fidem, proximus magnum pateretur scandalum. Quamuis homo non tenetur semper fidem confiteri, dum priuata auctoritate interrogatur, vt supradiximus; nihilominùs tenetur fidem confiteri, quoties non confitendo fidem, magnus honos, Deo debitus, subtraheretur: aut quoties proximus magnum scandalum pateretur. Vndè, si Vir grauis interrogatur de fide coram hæreticis, & catholicis, fidem cõfiteri tenetur, ad vitandum graue scandalum. Ita D. Thomas, 2.2.*quæst.*3 *art. sec.in corpore articuli.* Valentia, *loco citato part.sec. versic secundo ex huiusmodi.* Bonacina, *d.pun.*3.*num.*6 & alij. Interrogatus verò de sua fide ab eo, qui publica potestate fungitur, aut à Iudice; tenetur, ex præcepto affirmatiuo, fidem confiteri, etiam si ex fidei confessione mors impendat ipsi confitenti. Ita Malderus, *quæst.*3. *artic sec. memb.sec asser sec.* Bonacina, *num.*7. Azorius, & alij.

41 Non tamen peccat contra preceptum affirmatiuum confessionis fidei ille, qui ob periculum mortis, vel ob aliam grauem, & iustam causam non gestat signũ, quod gestare iubetur à Tyranno, ad distinguendos Catholicos ab alijs, vt chatholicos occidat, dicunt Malderus, 2.2. *quæst.*3. *artic sec. memb.*3. *propos.*3. & 4 Beccanus, 2.2. *de fide cap.*9.*q.*5.*num.*39. Bonac. *de precep.disp.*3 *q sec.pu.*3.*n.*8. Rodoriq. *pa p sum.cap.*119.*n.*5. Valent *vbi supra pu.sec.dub.vlt.* Sanch *lib.sec. cap.*4. *sum.n.*29. & alij. Quorum ratio est: quia, præceptum Tyranni, vtpotè iniquum, & iniustum nõ obligat. Tum quia, fides nõ contẽnitur, nec magnus honos Dei subtrahitur ab eo, qui huiusmodi signũ, distinguẽs fideles ab infidelib', pterrnittit,

 Tertiò:

altare ædificare: quandoquidem hic est cultus publicus, institutus pro eò, qui auctoritate, vel facultate Pontificis colitur. Ita Sanchez, *num.* 7. Io. Alberghinus, *num.* 13. & alij: licebit tamen in die natalis Sancti, non dum Sanctorum numero ab Ecclesia connumerati, prætermissis operibus seruilibus, operam dare spiritualibus in ipsius memoriam, aut ieiuuare, aut ei votum efficere: hic enim cultus priuatus est; quamuis alij sciant: non tamen licebit instituere publicum festum diem, aut publicum ieiunium, vel votum publicum: quia hic censetur cultus publicus. Ita Sanchez, Bonacina, Io. Alberghinus relati.

17 Sextò: Reliquias hominis non canonizati, non licet in templo proponere adorandas: quia est cultus solemnis, & publicus, qui sinè Pontificis facultate nulli est deferendus. Licebit tamen, eas Reliqueas priuatim colere, eò quod iste cultus publicus, & solemnis non sit, vt ex multis exemplis probat Bellarminus. Neque licet publicè ad sepulturam hominum mortuorum, cum fama santitatis, non tamen canonizatorum, vel beatificatorum, cœreos, vel lampades accendere, nec tabellas, Imagines, ex cęra, aut argento, &c. tam pictas, quam exculptas appendere: & hoc ex Constitutione Vrbani VIII. & dicit Alberghin. *num.* 16. contra Molfesium, & alios.

Quid est adoratio Hyperduliæ? Dub. 6.

18 Vt ait Venerus, *lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 9. Est quædam reuerentia, quę propter Deum, Virgini Mariæ debetur, excellentiori ratione, quam alijs Sanctis. Sicut ipsa præcellit Sanctos, & Angelos: sic debetur ei adoratio Hyperduliæ, quæ est excellentior adoratione Duliæ.

DE PRIMO DECALOGI Præcepto. Cap. 2.

Quid est Fides? Dub. 1.
An Fides sit necessaria ad salutem? Dub. 2.
An homo teneatur aliquando Fidem exteriùs confiteri? Dub. 3.
An liceat de rebus Fidei disputare? Dub. 4
Quot sunt species Infidelitatis? Dub. 5.
Quid est Spes? Dub. 6.

Quid est Fides? Dub. 1.

1 Fides (secundum Apostolum) est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium. Vide Bordonum, *cap.* 1. *num.* 2. Layman, *in Theolog. moral lib.* 2. *tract.* 1. *cap.* 1. *nu.* 2. & alios.

An Fides sit necessaria ad salutem? Dub. 2.

2 Respondeo Primò: Fides habitualis, est necessaria ad salutem. Ratio est: quia sinè fide impossibile est placere Deo *ad Hebreos* 11. Fides verò, accepta pro actu credendi, est, omnibus vsum rationis habentibus, necessaria, necessitate medij ad primam, & ad secundam salutem, non solum implicitè, verum etiam explicitè, quò ad aliquos articulos. Ratio est: quia in Tridentino, *sess.* 6. *cap.* 8. dicitur: Sinè fide nulli vmquam contingisse iustificationem: ergo fides necessaria est, necessitate medij, ad iustificationem: Nam illud dicitur necessitate medij ad iustificationem, sinè qua non contingit iustificatio. Ita Sanchez, *lib.* 2. *sum. cap. sec. num.* 3. Reginaldus, *lib.* 17. *nu.* 14. Beccanus, *cap.* 12. *quæst.* 1. *num.* 5. Bonacina, *de præcep. disp.* 3. *quæst. sec. num.* 5. & alij.

3 Secundò: Fides actualis necessaria est, non solum necessitate medij, verum etiam necessitate præcepti. Quod sit necessaria, necessitate medij, patet ex dictis. Quod sit necessaria, necessitate præcepti, patet: quia, quæ sunt necessaria necessitate medij; sunt etiam necessaria necessitate præcepti: & quilibet etiam tenetur assumere medium, sibi necessarium ad salutem.

Dubitatur Primò: Quosnam articulos, homo teneatur explicitè credere necessitate medij?

4 Respondeo Primò: Deum esse, & Remuneratorem esse. Ratio est: quia qui tendit in finem, debet illum præcognoscere: sed finis est visio Dei remuneratoris: ergo debet præcognosci existentia Dei remuneratoris: ergo debemus credere, Deum esse, & Remuneratorem esse: & ita ex ratione probatur ante aduentum, vt dicunt etiam Doctores citandi. Secundò: Mysterium Trinitatis. Ratio est: quia sinè cognitione Trini-

Trinitatis, non potest cognosci Christus, qui est Vnigenitus Patris, conceptus virtute Spiritus Sancti; Sed cognitio explicita Christi necessaria est, necessitate medij: ergo eadem necessitate necessaria est cognitio explicita Sanctissimæ Trinitatis. Tertiò: Mysterium Christi. Ratio est: quia Christus est fundamentum nostræ salutis, cum per ipsum saluati, & liberati sumus. Non autem necessariò credendos esse, necessitate medij, omnes articulos, qui ad Christi pertinent: sed eos, qui sunt fundamenta nostræ salutis: vt, Christum esse verum Deum, & verum hominem, mortuum esse, ac resurrexisse pro totius humani generis salute, &c. Ita Beccanus, 2. 2. *quæst.* 1. *articul.* 8. *dub. vltim. conclus.* 3 Malderus, 2. 2. *quæst.* 2. *articul.* 5. *sub fine, & artic.* 7. *proposit.* 8. Valentia, 2. 2. *quæst.* 2. *pun.* 4. Turrianus, 2. 2. *disput.* 17. *dub.* 8 Reginaldus, *lib* 17 *num.* 18. Bonacina, *de præcep. disput.* 3. *quæstion sec. pu sec. num.* 6. Beccanus, 2. 2. *cap.* 12. *quæstion sec. & quæst.* 3. *num.* 2. & alij.

Dubitatur Secundò: Quos nam articulos teneamur ex præcepto explicitè credere?

5 RESpondetur Primò: Eos, quibus alios docendi, eosque ab errore auertendi cura incumbit, teneri explicitè noscere, & credere, non solum articulos Fidei, contentos in Symbolo; verum etiam alios, iuxta suum gradum, seu statum, & officium. Vndè Episcopus tenetur plura noscere, quam simplex Sacerdos; & Concionator debet clariùs cognoscere plures articulos, quam alij fideles. Sic D. Thomas, 2. 2. *quæst.* 2. *art.* 6. vbi Valentia, *pun.* 6. Malderus, Beccanus, 2. 2. *de fide, cap.* 12. *num.* 11. Bonacina, *de præcep. disp.* 2. *quæstion.* 2. *punt.* 2. *nu.* 13. Sanch. *lib.* 2 *sum. cap.* 3. *nu.* 2. & alij.

6 Secundò: Singuli homines, postquam peruenerunt ad vsum rationis, tenentur scire ea, quæ continentur in Symbolo Apostolorum. Ratio est: quia hæc sunt præcipua nostræ fidei rudimenta. Præterea, tenentur explicitè credere, ex præcepto Diuino, præcepta Decalogi. Et eodem præcepto tenentur illa cognoscere, quo tenentur illa adimplere; nam præceptū, obligans ad aliquid præstādum, obligat etiam ad illius medium necessarium, quod est cognitio. Rursus, tenentur explicitè credere, pertinentia ad substantiam Sacramentorum, quę tenentur suscipere, aut quę volunt suscipere. Item tenentur scire præcepta Ecclesię. Orationem Deo faciendam esse pro necessitate corporis, & animę, e[s]tare obligationem subueniendi proximo indigenti, & similia.

Dubitatur Tertiò: An homines teneantur prædictos articulos, vel præcepta memoriter tenere?

7 PRæciso aliquo particulari præcepto, non teneri sub mortali scire memoriter, aut eo ordine, vel ijsdem verbis, quibus proponuntur: sed sufficere, vt sciant illa, quò ad substantiam, & significationem; ita vt, si de illis interrogentur, rectè respondeant, & illa debito tēpore seruent, dicunt Sanchez, *lib.* 2. *sum. cap.* 3. *num.* 18. Azorius, *lib.* 8. *cap* 6. *quęst. vltim ad finem* Malderus, 2. 2. *quęst.* 2. *artic.* 7. *aßert. vlti m. in respons. ad argum. primę sententię.* Beccanus, *cap.* 11. *num.* 14. Reginaldus, *lib.* 17. *num.* 8 Bonacina, *de pręcep disput.* 3. *quęstion.* 2. *pun.* 2. *num.* 14 Diana, *part.* 4 *tract.* 16. *resolut.* 14. Suarez, *tract. de fide disp.* 13. *sect.* 5 *nu.* 8. & alij. Quorum ratio est: quia scire leges, non est verba eorum tenere, sed vim, ac potestatem; *l. scire leges de leg.* Sufficit etiam, si ea, necessaria sunt ex præcepto, sciant, quatenus fert ipsorum hominum capacitas Quod dictum sit ob rudes aliquos, qui ob ingenij tarditatem vix possunt aliquid percipere: nullus enim tenetur ad impossibile: quamquam isti rudes non sunt excusandi, si ea ignorauerint, quę ad salutem necessaria sunt, necessitate medij: nullus enim saluari potest sinè eo, quod necessarium est ad salutē, necessitate medij. Existimo enim, sufficere, vt isti rudes semel assensum explicitè præbuerint articulis, ad salutem necessarijs, dum sibi proponebantur à Confessario, vel ab alio: nam dicuntur nosse articulos fidei, quantum fert ipsorum captus, illisque sensum prębuisse.

Dubitatur Quartò: An ignorantia vincibilis pręceptorum humanorum, sit specialе peccatum?

8 AFfirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia, qui ex ignorātia vincibili iuris humani, incidit in aliquod peccatū cōtra illud, nō solū peccat cōtra præceptū, aut virtutē, cui opponitur

illud peccatum, sed etiam contra virtutem studiositatis: ergo in peccato ipsius sunt duæ malitiæ, specie distinctæ, & cõsequenter illa ignorantia vincibilis erit speciale peccatum. Consequentia patet: quia juxta numerum virtutum moralium, quorum rectitudinis tolluntur peccando, multiplicantur malitiæ oppositæ, seu rationes formales peccatorum. Antecedens verò probatur: nam qui ex negligentia omittit scire id, quod scire tenetur; vndecumque proueniat hæc obligatio; peccat contra virtutem studiositatis. Ita Almain, *tract. 1. moral. cap. 5. proposit. 1.* Corduba, *in quæstionar. quæst. 6. & quæst. 21. in fine.* Rodoriquez, *part. 1. sum. cap. 13. concl. 7.*

9 Secunda opinio ait: Ignorantiam vincibilem præceptorum humanorum, non esse speciale peccatum; sed multiplex, & multiplici præcepto, & virtuti oppositum, scilicet, illi præcepto, cuius est transgressio, aut transgressionis periculum ex illa ignorantia, & illi virtuti, ad quam obseruatio illius præcepti pertinet. Vt vincibilis ignorantia præcepti ieiunij, est peccatum, præcepto ieiunij, & virtuti abstinentiæ oppositum. Et idem dicendum est de ignorantia vincibili diei ieiunij. Ex quo fit, ignorantiam vincibilem, tam iuris humani, quam facti, non esse speciale peccatum, distinctum ab eo, quod ex eo sequitur. Exempli gratia, si ignorat aliquis vincibiliter præceptum, obligans ad ieiunandum hodie: quamuis peccet, non solum non ieiunando, sed etiam ignorando; non tamen committit duo peccata: neque vnum, habens duas malitias; sed vnum, habens tantum vnam malitiam intemperantiæ. Ratio istius opinionis est: quia cognitio præceptorum humanorum, præcipitur non propter se, sed in ordine ad opus; idest, ad eorum obseruationẽ: vnusquisque, ideò tenetur scire præceptum ieiunij, & dies, quando obligant, quia tenetur ieiunare: quia illa scientia præcepti ieiunij, non est debita propter se, aut peculiari aliquo præcepto, ex motiuo specialis virtutis, obligante primò ad habendum eam; sed solum est debita, quasi consequenter, hoc est, propter actum, ad quem ordinatur immediatè, idest, propter ieiunium, & ex præcepto obligante, primò ad eum actum, & consequenter, ad ipsam, tamquam ad medium, necessarium ad executionem actus, & sic ex motiuo eiusdem virtutis, nempè temperantiæ, quo ieiunium est in præcepto. Sicut, quamuis sit præceptum diuinum naturale de contritione habenda, antequam quis ministret Sacramentum: nihilominus, si quis non contritus illud administret, non committit duo peccata mortalia, alterum omissionis contritionis, alterum sacrilegæ administrationis Sacramenti. Ratio est eadem: quia tunc obligatio, ad habendam contritionem, non oritur ex præcepto contritionis, sed ab eodem præcepto, quo tenemur sanctè ministrare Sacramenta. Ita Vasquez, 1. 2. *disp. 119. cap. 2.* Sanchez, *lib. 1. sum. cap. 17. num. 11.* Aluarez, 1. 2. *disput. 162. num. secund. & tert.* Filliucius, *tom. secund. tractat. 21. cap. decim. num. 365.* Layman, *in Theolog. moral. liber. 1. tractat. sec. cap. 4. num. 10.* Curiel, 1. 2. *quæst. 76. artic. 2. dub. 2.* qui tamen hoc intelligit de ignorantia vincibili facti, vel iuris particularis. Secùs verò ait *in* §. 4. de ignorantia iuris communis. Merolla, *tom. 1. disput. 1. cap. 2. dub. 10. difficul. 1. num. 679.* qui ait: Sed ratio à nobis inducta, etiam de ignorantia iuris communis, probat.

10 Ex his deducitur: Eum, qui ex negligentia, moraliter culpabili, non curat scire præcepta Ecclesiastica, & dies, quãdo obligant, v. g. præceptum audiendi missam, & dies festiuos, præceptum ieiunandi, & vigilias, in quibus ieiunare quis tenetur, obligari ad hanc negligẽtiam, seu ignorantiam confitendam, quamuis actu ea præcepta non transgrediantur. Ratio est: quia in illa præcepta delinquit, non curando eorum scientiam acquirere, ad quam tenebatur, & ob id, periculo illo transgrediendi, se exposuit. Sicut qui culpabiliter exponit se periculo admittendi aliquod peccatum mortale, tenetur illud periculum peccati confiteri, quamuis de facto id non commiserit. Ita Azorius, *part. prima, libro primo capit. decimo secundo, quæstione quinta.* Zumel, 1. 2. *quæstione septuagesima sexta, articulo secundo disputatione secunda post. tertiũ dictum in solution. ad secundum.* Sanchez, *libro primo sum. capit. decimo septimo, numero decimo secundo.* Aluarez, 1. 2. *disp. 162. numero quarto.* Merolla, *tom. prim. disputatione prima capit. secundo dubio vigesimo, difficult. prima, numero 683.* & alij.

Quod

11 Quod si de facto, huiusmodi vincibiliter ignorans, Ecclesiæ præcepta, ea transgressus fuerit, omittendo missam diebus festis, vel non ieiunando in vigilijs, non dicetur committere duo peccata mortalia, videlicet vnum, quia sic ignorando, exposuit se periculo omittendi missam, vel nō ieiunandi, alterum omissionis missæ, vel fractionis ieiunij, sed vnum tantum peccatum violationis ieiunij, vel omissionis missæ admittit, quare sufficiet dicere in confessione: Omisi missam in die festo, & non ieiunaui in vigilia. Ratio est: quia illa obligatio adhibendi diligentiam, ad sciendum huiusmodi præcepta, & dies, quando obligant, & per consequens non exponendi se periculo, omittendi missam, & non ieiunandi, non oritur per se ex aliquo alio speciali præcepto, quo præcipitur, esse ieiunandum in vigilijs, & esse audiendum missam diebus festis: ea illud non exponere se periculo, præcepti violandi, vel adhibere eam diligentiam, non præcipitur propter se, sed quasi cōsequēter, & tamquam medium, ad obseruationem præcepti: & per consequens, si quis exponat se periculo violādi præcepti, non adhibendo diligentiam debitam, non committit peccatum, distinctum ab ipsa actuali transgressione præcepti: sed comparatur ad illam, tamquā peccatum internum, ad externum, in quo consumatur: nam eo ipso, quod culpabiliter vult ignorare præceptum, vel exponeret, se periculo violandi præceptum, consequenter, virtualiter habet voluntatem transgrediendi præceptum: vult enim illam trangressionem in causa: quare si de facto non seruat præceptum, sufficiet dicere in confessione: Non adiui missam, vel non ieiunaui: quia simul explicata manet voluntas illa, violandi hæc præcepta. Ita Vasquez, 1. 2. *disput.* 119. *cap. secund.* Curiel, *quæst. septuages. sexta, articulo secundo, dubio secundo, paragrapho secundo, & paragrapho tertio, versiculo secundo sequitur.* Merolla, *dict. cap. secundo, num.* 684. & alij Doctores, *numero decimo citati.*

(*.*.*)

Dubitatur Quintò: An ignorantia vincibilis præceptorum Decalogi, sit speciale peccatum?

12 Affirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia ignorantia ista vincibilis, opponitur duobus præceptis, habentibus distincta motiua: ergo habet duas malitias, specie distinctas. Consequentia patet: quoniam, ex distinctione præceptorum, habentium distincta motiua, benè colligitur distinctio specifica peccatorū, quę eis opponūtur. Antecedēs pbatur: qa pręceptū, quo prohibetur ista ignorantia vincibilis, seù quatenus est occasio incidendi in illud peccatū, habet pro motiuo honestatem, cui opponitur illud peccatū, v. g. honestatē iustitiæ, vel castitatis: habet etiā pro motiuo honestatē, cui opponitur negligentia addiscendi, hoc est, tantum diligentia in addiscendo, vt neque committatur excessus, neque defectus: ergo huiusmodi ignotātia vincibilis, habet duas malitias distinctas. Ita Curiel, 1. 2. *quæst.* 76. *dub.* 2. *§.* 4. Vndè, secundum hanc opinionem: Qui, propter ignorantiam vincibilem Decalogi, furatur, aut fornicatur, committit peccatum, quod non solū habet malitiā, quæ consistit in transgressione illorū pceptorū decalogi, oppositā virtuti iustitię; vel castitatis; sed etiā malitiā negligētię addiscēdi huiusmodi pręcepta, oppositā virtuti studiositatis.

13 Secunda opinio ait: Ignorantiam vincibilem præceptorum naturalium, seù Decalogi, non esse speciale peccatum, sed simplex, & multiplici præcepto, cuius est transgressio, aut transgressionis periculum, siuè ignorantia, & illi virtuti, ad quam obseruatio illius præcepti pertinet, sicut diximus in superiori dubitatione, de ignorantia præceptorum humanorum. Exempli gratia, ignorantia culpabilis pręcepti de nō fornicādo, nō est speciale peccatū, oppositū distinctę virtuti, ac diuersæ à virtute castitatis cui fornicatio opponitur. Ratio istius opinionis est: quia scientia, seù cognitio horū pręceptorū, non pręcipitur propter se peculiari pręcepto, & motiuo peculiaris virtutis; sed in ordine ad opus, idest, ad eorū obseruationē, & cōsequēter pręcipitur eodē præcepto, quo prohibita est fornicatio, & ex motiuo eiusdem virtutis, nempè temperātię, seù castitatis. Ita Azorius *lib.* 1. *cap.* 11. *quæst.* 5.

Lorca, *de peccat. disp. 31. in fine.* Vasquez, 1. 2. *disp. 119. cap. sec. & 3.* vbi Aluarez, *disp.* 162. Filliucius, *to. sec. tract. 21. cap.* 10. *num.* 365 Sanchez, *lib. p. sum. cap.* 17 *num.* 9. Merolla, *to. p. disp. p. cap.* 3. *num.* 689. *vers. mihi tamen.*

14 Vnde sequitur: Ille, qui ex ignorantia culpabili, negligit scire preceptum non fornicandi, non committit duo peccata mortalia, si de facto fornicetur: vnum negligentiæ, sciendi eiusmodi præceptum: & alterum fornicationis: Sed vnum tantum fornicationis peccatum admittere; & ideò sufficiet tantum dicere in confessione: *Fornicatus sum.* Ratio est: quia (vt diximus) scientia illa præcepti de non fornicando, non erat debita propter se, sed in ordine ad obseruationem ipsius præcepti: & per consequens, non precipiebatur ex motiuo alterius specialis virtutis, sed ex motiuo eiusdem virtutis, quo prohibita est fornicatio: sicut diximus in num. 9. in eius exemplo, qui non contritus ministrat Sacramētum. Quod si huiusmodi ignorans præceptum non fornicandi, de facto non fornicetur, tenetur adhuc eam culpabilem ignorantiam, ac negligentiam confiteri: quia non curando illius præcepti scientiam acquirere, ad quam tenebatur, in illud deliquit: quoniam, periculo transgrediendi illud, se exposuit; & consequenter voluit in causa transgressionem illius. Sufficit autem dicere in confessione: *Habui voluntatem fornicandi.* Sic Merolla, *to. p. disp. p. cap. sec dub.* 20 *diffic. sec. num.* 691.

Dubitatur Sextò: An ignorantia vincibilis Mysteriorum, seu Articulorum fidei, sit speciale peccatum?

15 Affirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia scientia mysteriorum fidei, non præcipitur solum per accidens, seù consequenter, in ordine ad opus, sed propter se: & ideò peculiari præcepto tenemur, habere scientiam horum mysteriorum, & diligētiam necessariam adhibere, ad acquirendam eam. Ita Vasquez, 1. 2. *disp.* 119. *cap.* 3. vbi Coninch *quæst.* 76. *art.* 2. *dub.* 2. §. 4 Lorca, *de peccat. disp.* 31 *in fine.* Tānerus, *disp.* 4. *quæst.* 9. *dub.* 1. *num.* 12. Sanchez, *lib.* 1. *sum. cap.* 17. *num.* 11. Filliucius, *to.* 2. *tract.* 21. *cap.* 10. *num.* 365. Diana, *part.* 3. *tract.* 4 *resol.* 18. & alij. Ex quo infert Cutiel: Ignorantiam vincibilem articulorum fidei, habere, non solum malitiam peccati, cuius periculo quis se exponit, v.g. omissionis actus fidei, tempore, quo obligat præceptum credendi: aut asserendi aliquid contra fidem; sed etiam illam distinctam specie, quæ consistit in negligentia addiscendi articulos, & opponitur virtuti studiositatis.

16 Secunda opinio ait: Neque ignorantiam vincibilem mysteriorum fidei esse speciale peccatum: quare eodem modo phylosophandum existimat de hac ignorantia, ac de ignorantia vincibili præceptorum Decalogi, & humanorum, de quo supra dictum est. Cuius ratio est: tùm quia nulla potest sufficiens ratio diuersitatis assignari inter hanc ignorantiam, & illam: tum etiam, quia eadem argumenta, quæ adducuntur ad probādum, ignorantiam preceptorum humanorum, & Decalogi, non esse speciale peccatum, militant etiam in ignorantia mysteriorum fidei. Sicut enim, quia adest præceptum Ecclesiæ de ieiunando, consequenter tenemur scire huiusmodi præceptum, & dies, in quibus ieiunare debemus: nam aliàs non possemus illud seruare. Eodem modo, quia, post legem Euangelicam, adest præceptum Diuinū, de credendo quædam mysteria reuelata; per consequens tenemur scire, tum præceptum hoc, tum etiam mysteria, quæ credere debemus. Ergo, sicut qui ex ignorantia vincibili præcepti ieiunij, vel dierum, in quibus ieiunandum est, non ieiunat, non committit duo peccata (vt superius diximus) ea ratione, quia obligatio, adhibēdi diligētiam, ad sciendum eiusmodi præceptum, & dies, quando obligat, non oritur ex aliquo alio speciali præcepto; sed ex eodem præcepto, quo præcipitur, esse ieiunandum tali, & tali die, ita qui ex ignorantia vincibili præcepti de credendo, vel mysteriorum credendorum, aliquid sentit contra fidem, non committit duo peccata, sed vnum tantum: eadem ratione, quia, scilicèt, obligatio sciendi huiusmodi mysteria fidei, & præceptum ipsum diuinū de credendo, non oritur ex aliquo alio speciali præcepto, sed ex eodem præcepto diuino, quod præcipit, talia mysteria esse credenda. Et hoc confirmari potest, quia ante promulgatum Euangelium, nulla erat obligatio sciendi hæc myste-

mysteria, non alia ratione, nisi quia non erat aliqua obligatio, ea credendi: ergo scientia horum mysteriorum non præcipitur propter se, vt dicebat prior opinio; sed tantum in ordine ad operationem, nempè, ad credendum. Ita Merolla, *to. 1 disp. 1 cap. 2 dub* 20. *diffic. 3. num.* 697.

17 Ex his infertur Primò (vt ait Merolla, *num* 698.) Ignorantiam vincibilem mysteriorum fidei, nõ esse speciale peccatum, distinctum ab eo, quod ex ea sequitur, v. g. licet vincibiliter ignorans hæc mysteria, peccet, non solum sentiẽdo aliquid contra illa, aut non assentiẽdo illis, quando tenetur: verum etiam ignorando ea: non tamen committit duo peccata, neque vnum, habens duas malitias; sed vnum, habens tantum vnã malitiam, quæ non est propriè hæresis, sed infidelitas.

18 Secundò infertur: Ignorantem vincibiliter mysteria fidei, quamuis, de facto, nihil contra ea sentiat, neque adsit tempus, quo quis tenetur ea credere, teneri hanc ignorantiam confiteri: quia non curando eorum scientiam acquirere, ad quæ tenebatur, exposuit se periculo, sentiendi aliquid contra fidem, aut omittendi assentiri illis, occurrẽte tempore, quo ad id obligatur: & consequẽter mortaliter peccauit. Hoc autẽ peccatum non est distinctum ob eo, quod committitur, sentiendo actu ignoranter aliquid contra hæc mysteria: sed comparatur ad hoc, tamquam peccatum internum ad externum, in quo consummatur. Ita videtur tenere apertè Azorius, *part. 1 lib. 1 cap. 12. quæst.* 5. Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 2. cap. 9. num.* 31. Aluarez, *1. 2. disp.* 162. *num.* 3. qui omnes, nulla facta distinctione, eodem modo loquuntur de ignorantia horum mysteriorum, & aliorum præceptorum, tam Decalogi, quam Ecclesiæ: & in proprijs terminis Merolla, *to. 1. disp. 1. cap. 2. dub.* 20. *diffic.* 3. *num.* 699.

19 Notandum est verò hic cum Merolla, *d. diff. 3. num.* 670. Esse differentiam inter Ignorantiam vincibilem preceptorum Decalogi, vel Ecclesiæ, & Ignorantiam mysteriorum fidei: nam in illis, est necessarium explicare in confessione, cuius præcepti fuerit ignorantia: Secùs verò in ignorantia mysteriorum fidei. Ratio diuersitatis est: quia diuersitate preceptorum Decalogi, vel Ecclesiæ, diuersæ species consurgunt ignorantiæ: eò quod ita vincibiliter ignorans exponit se periculo, admittendi peccata, specie diuersa, secundum præceptorum diuersitatem. At verò ignorans vincibiliter mysteria fidei, non se exponit periculo, committendi diuersa specie peccata, iuxta diuersitatem mysteriorum: sed semper peccatum est eiusdem speciei, cuiuscumque mysterij sit ignorantia: quia opponitur eidem præcepto, ac virtuti fidei. Sicut, qui negauit aliquem articulum fidei, ac proindè cõmisit peccatum hæresis, non tenetur explicare in confessione articulum, quem negauit: quia omnes hæreses sunt eiusdem speciei, cum opponantur eidem præcepto, ac virtuti. Supponimus autem hic, circumstantias, non mutantes speciem, nõ esse necessariò confitendas, etiam si notabiliter aggrauent.

20 Vndè ignorantem vincibiliter plures articulos fidei, non committere plura peccata, specie distincta: secus verò si ignoret plura præcepta Decalogi, vel Ecclesiæ: propter rationem, numero præcedenti assignatam.

Dubitatur: An ignorans vincibiliter plures articulos fidei, plura peccata, saltem numero distincta, admittat?

21 MErolla, *in 1 to. disp. 1. cap 2. dub* 20. *diffic. 3. num.* 702 ait: Ignorantem vincibiliter plures fidei articulos, censeri, plura numero peccata committere, explicanda in confessione. Cuius ratio est: quia ignorans vincibiliter articulos fidei, ideò peccat, quia exponit se periculo, negandi illos, vel non assentiendi illis, quando tenetur: ergo, si ignoret vincibiliter plures articulos, plura numero peccata committet. Probatur cõsequentia: nam qui negat plures articulo fidei, plura numero peccata censetur admittere, explicanda in confessione: ergo, & qui culpabiliter se exponit periculo, negandi plures articulos. Sicut non solum committit plura numero peccata, qui plures homines occidit, verum etiã, qui se exponit periculo, occidendi plures: quia censetur, velle in causa plura numero homicidia. Vndè supponit Merolla, posse in eodem numero actu physico peccaminoso, reperiri distinctionẽ nume-

numericam moralem malitiarum, vt docet, *in disp. 2 cap. 7. dub. 5. num. 3.*

22 Suarez verò, *in tract. de fide, disp. 15. sect. 1. num. 7.* ait: Peccatum hoc ignorantiæ, non multiplicari numero, ob multiplicationem materiæ, circa quam versatur, nempè articulorum fidei: quia peccatum hoc est contra preceptum fidei; eodem enim præcepto fidei, quo tenemur assentiri articulis fidei, & eos non negare; tenemur etiam habere scientiam illorum, seù non ignorare illos propter rationem, num. 16. assignatam. At preceptum fidei est vnum, & tota illa materia, per modum vnius præcipitur; & ideo ignorantia etiam est vna, quæ potest esse grauior, vel minus grauis, iuxtà extensionem materiæ. Adhibet exemplum, in præcepto recitandi Horas Canonicas: peccatum enim ommissionis illarum, non multiplicatur numero, iuxta multiplicationem Horarum; sed vnũ tantum numero est (vt communiter dicunt) propter rationem assignatam: ergo, ita dicendum est in præsenti. Vndè Suarez supponit, non posse in eodem numero, actu physico, reperiri multiplicationem numericam peccatorum, seù malitiarum moralium, vt docent, *in to. 4. in 3. part. disp. 22. sect. 5. num. 33.* & hanc opinionem probabilem vocat Diana, *pa. 3. tract. 4. resolut. 165 versic sed difficultas in fine.*

Dubitatur Septimò: An cum ignorantia vincibili, possit esse peccatum hęresis?

23 Qvidam affirmant: Hunc verè hæreticum esse: ac proindè, si hæresim ex ea ignorantia proferant, subijci excommunicationi, ac alijs hæreticorum pœnis. Ita Sotus, *in 4 dist. 22. quæst. 2. artic. 3. post 5. conclus.* Palatios, *in 3 dist. 25. disp. 1.* Lopez, *part. 2. cap. 20. titul de reseruat. Papa in bull. cœnę.* Sayrus, *de cens lib. 3. cap. 4. nu. 5.* Toletus, *lib. 1. sum. cap. 19.* & alij. Loquuntur autem Sotus, Sayrus, & Toletus, quando est ignorantia crassa, quamuis Sayrus non satis sibi constet. Probant hi Doctores, quia peccatum hæresis consummatur, & consistit in errore intellectus, sicut peccatum homicidij in occisione hominis, posita autem hominis occisione cum quacũque ratione voluntarij, etiam indirectè, & interpretatiuè ex ignorantia culpabili, seù vincibili, est eadem species homicidij: ergo, posito eodẽ errore in intellectu, erit peccatum hæresis, si adsit saltem voluntarium interpretatiuum. Minor probatur, quia vt dicunt Medina, *1. 2. quæst. 76. artic. 2.* Azorius, *part. 1. lib. 1. cap. 14. quęst. 8. & 10.* Merolla, *to. 1 disp. 1. cap 2. dub. 18. nu. 661.* Sanchez, *lib. 1. sum. cap. 17. num. 14.* & alij: peccata, ex ignorantia vincibili commissa, sunt eiusdem speciei moralis cum peccatis, scienter admissis.

24 Alij verò dicunt: Nullum errorem contra fidem ex ignorãtia vincibili, etiã crassa, esse hæresim. Ita Canus, *lib. 12. de locis Theolog. cap. 9. versic illud deindè.* Castrus, *lib. 1. de iusta. hęretic. pun cap. 9. & lib. 2. cap. 8.* Nauarrus, *in sum. prælud. 1. num. 17.* Corduba, *in qq. lib. 1. quæst. 17.* Azorius, *part. 1. lib. 1. cap. 14. quæst. 9.* Vasquez, *1. 2 disp. 126. cap. 2.* Henriquez, *lib. 13. de excom cap. 17. num. 3 incomm. litter. Z.* Rodoriquez, *1. 2. disp. 130. num. 2.* Petrus Nauarrus, *lib. 2. de restitut. cap. 4. dub. 8 & in 1. edit. num. 197. & 208.* Toletus, sibi contrarius, *lib. 4. sum. cap. 3. num. 7.* Bannez, *2. 2. quæst. 11. artic. 2. corell. 2.* vbi Aragonius, *artic. 1.* Zumel, *1. 2. quæst 76. artic. 4. disp. 1. paulo ante 5. conclus.* Sayrus, *in Clau. Reg lib. 2. cap. 9. num. 34.* Curiel, *1. 2. quæst. 76. artic. 4. dub. 2. §. 3.* Sanchez, *lib. 2. sum. cap. 7. num. 20.* Suarez, *tr. de fide disp. 19. sect. 3. num. 8.* Merolla, *to. 1 disp. 1. cap. 2. dub. 12. num. 177.* & alij. Quorum ratio est: quia de ratione hæresis est, vt quis erret in fide, sciens se credere, & operari contra communem sensum Ecclesię: sed qui habet crassam ignorantiam, circa communem sensũm Ecclesię, non errat; sciens, se credere, & opinari contra communem sensum Ecclesię: ergo non est hęreticus. Deindè, quando quis ignorat, se sentire contra suum Magistrum, non censetur, esse pertinax, aut derogare auctoritati Magistri: ergo, &c.

25 Alij tamen dicunt: Non solum ignorantiam crassam, & supinam, sed etiam affectatam, excusare ab hęresi. Sic Palaus, *to. 1. tract. 4. disp. 3. pun. 2. num. 3.* Pesantius, *2. 2. quæst. 11. art 1 disp. 1. conclus. 1.* Riccialus, *tract. de iure personar. & c. lib. 5. cap. 7. num. 13.* Ledesma, *to. 2. sum. cap. 6. concl. 4. diffic. 2.* Diana, *part. 4. trac. 7. resol. 36. versic. Tertia opinio,* & alij. Quorum ratio est: quia, est dispar ratio inter hęresim, & alia peccata: quia de ratio-

ratione hæresis est pertinacia: at nemo in rebus fidei est pertinax, nisi sciat, & aduertat, se sentire contra Ecclesiam: quare, qui hoc ignorat, pertinax non est, & consequenter, nec hæreticus: at verò pertinax non est ratione aliorum peccatorum, ac propterea, cum committuntur alia peccata, non est necesse, quod peccans aduertat se delinquere contra legem Dei; sed satis est, si aduertat, vel possit, ac debeat aduertere.

26 Duobus modis accidere potest ignorantia affectata, ait Diana: Primò, ex tedio addiscendi tantum, vt si quis vult aliquid ignorare, quia tędet illum discere: & hoc modo, error in rebus fidei non est hæresis, quia qui sic errat, non offendit auctoritatem Ecclesiæ, tanquam pertinax, & incredulus, licet offendat Deū, tamquam culpabiliter ignorans: ergo ipsius peccatum non est hæresis, aut pertinacia, sed ignorantia. Secundò, potest contingere affectata ignorantia ex falsa opinione contra Ecclesiam, quia quis putat parui momenti esse ea, quæ in Ecclesia creduntur, & proponuntur: & hoc modo est hæreticus: quia ex illa falsa opinione affectaret ignorantiam.

27 Impugnat vltimam opinionem Franciscus Bordonus, *de Hæresi, & Hæreticis, cap. 9. num.* 48. quia tertia opinio supponit actualem, & claram cognitionem articulorum fidei, qui negantur ab hæretico formali, quod tamen falsum est: quia sufficit confusa, quæ oritur ex dubitatione, vel suspitione, an aliquid sit de fide: siquidem, si ego dubito, An de fide sit definitum, quod anima rationalis sit immortalis, & non curo venire in illius cognitionem; sed firmiter teneo, esse mortalem, contra definitum in sacris litteris, certè sum formaliter hæreticus: quia (in omnium sententia) peccat eodem genere peccati, quo peccaret, si notitiam certam haberet illud, quod dicit, esse peccatum contra fidem; si quidem habet prauum affectum ad peccatum: & se exponēdo periculo peccat mortaliter. Ita Bordonus, qui non excusat à peccato hæresis, ignorantiam crassam, & affectatam.

28 Nota, quod supradicta intelligenda sunt in foro interiori: nam in foro externo, & iudiciali, errans in fide, si allegēt ex ignorantia errasse, non creditur, si error commissus sit in his, quæ quis ex officio scire tenetur, vel quæ passim, & communiter illius qualitatis sunt. Vnde Sacerdos, & alij Viri docti, errantes in articulis fidei, & præceptis Decalogi, ex malitia præsumitur errare, & non ex ignorantia. Ita Sousa, *in aphor. Inquisit. lib. 1. cap. 12. num.* 14. Palaus, *to. 1. tract. 4. pun. 2. num.* 5. Diana, *part. 4. tract. 7. resolut. 16. versic. notandum est*, & alij.

Dubitatur Octauo: Ad quam speciem peccati pertineat error contra fidem, ignorantia vincibili, seu crassa commissus?

29 VAlentia, 2. 2. *disp. 1. quæst. 11. punt. 1. diffic. 4. in solut. ad primum.* Torres de Trinit. *quæst. 32. art. 4. in 4. part. Comment. in fine.* Sanchez, *lib. 2. sum. cap. 7. num.* 24. & alij, dicunt: Peccatum illud, licèt non sit propriè, ac formaliter hæresis, reduci tamen ad illam: Sicut cætera peccata, ex ignorantia commissa, reducuntur ad eam speciem, cuius essent, si scienter committerentur, quando ignorantia culpabilis est.

30 Impugnat hanc opinionem Vasquez, 1. 2. *disp. 126. cap. 3. num. 9.* dicens: Non posse rectè collocari peccata reductiuè sub specie; sed quodlibet debere habere suam speciem directè, & per se. Quare dicit ipse: Peccatum illud esse contra fidem diuinam, si erret in his, quæ ex præcepto fidei scire debet, quamuis non sit peccatum infidelitatis. Si verò erret in his, quæ non tenetur scire, esse peccatū, hoc est, cōtra virtutem studiositatis, quæ moderatur affectum, sciendi, vt sobriè sciamus: nam studiositas est pars temperantiæ: vt ait D. Thomas, 2. 2. *quæst. 166. artic.* 2.

31 Hæ duæ sententiæ, inter se, non sunt repugnantes, ait Merolla, *to. 1. disp. 1. cap. 2. dub. 13. num.* 192. Nam Auctores primę, cum dicunt, peccatum hoc redduci ad hæresim, nolunt intelligere, illud non habere propriam speciem per se, & directè; sed eò modo loquuntur, quia, cum species huius peccati nomine careat, & videatur quædam participatio hæresis, & veluti hæresis imperfecta; ideò benè dicunt, peccatum hoc redduci ad hæresim, sicut idem Sanchez, *to. 1. de matrim. lib. 1. disp. 2. num.* 7 dixerat, peccatum luxuriæ cum alterius spōsa de futuro, redduci ad adulterium; cum tamen habet propriam speciem (ibi probat idem Sanchez) necessariò exprimendam in confes-

confessione Deo prouenire potuisset. Vndè Lorca, *in 2.2. q. 3. artic. sec. disp. 24. memb. sec. num sec.* ait: Tunc esse obligationem, confitendi fidem, ex directa obligatione præcepti fidei, quoties honos Dei periclitatur circà fidei veritatem: quia fides catholica alioquin putaretur falsa, vel indigna. aut quando proximus periculum subit circa fidem, ob defectũ doctrinæ, vel admonitionis.

37 Secundò. Tenetur quando alioquin impediretur magna vtilitas proximi; aut illi graue scandalum præberetur circa fidem: nam ipsum lumen naturę sufficienter indicat, bono proximi consulendum esse, & grauem ipsius ruinam pœnitus esse præcauendum. Ita Bannez, *2.2. q. sec. artic.* 8. Bonacina, *de pręcep. disp. 3. q. sec. pun. 3. num. 3. in fine.* Valentia, *to. 3. disput. 1. q. 3. pun. sec.* Malderus, *2.2. q. 3. articul. sec. memb. sec.* Siluester, *v. fides, num.* 8. Toletus, *lib. 3. cap. 17. num. secund.* Sanchez, *lib. sec. cap. 4. num. sec.* & alij.

38 Ex supradictis deducitur Primò: Quãdo quis priuata auctoritate interrogatur, An sit Christianus, vel catholicus? non tenetur, ex præcepto affirmatiuo fidei, respondere, se Christianum, vel catholicum esse: sed potest reticere, etiam si astantes ex reticentia conijciãt, ipsum non esse Christianum, dicunt Sãchez, *lib. 2. sum. cap. 4. num.* 6. Reginaldus *lib. 17. num.* 25. Bonacina, *de praeceptis disp. 3. quaest. sec. pun. 3. num.* 4. Beccanus, *cap. 9. quęst. 4. num.* 3. Azorius, *part. p. lib. 8. cap. 27. quaest. p.* & alij. Quorum ratio est: quia non subtrahitur magnus honos Dei, nec proximi vtilitas impeditur, nec graue scandalum sequitur, vt suppono: Non tamen potest dicere, se christianum non esse.

39 Neque peccat contra confessionem fidei, quando quis non respondet, se esse christianum; quando nomen Christi vsurpatur, non ad significãdam religionem; sed ad iudicandum vitium alicuius nationis, vel ad significandam rationem, seu factionem: Vt experientia cernimus apud Indos, apud quos nomen Christianorum vsurpatur, ad ostendendam nationem Hyspaniarum, quam Indi odio persequuntur. Vndè si quis apud Iudæos, vel apud Indos interrogatur, An sit Christianus? non peccat contra pręceptum affirmatiuum confessionis fidei, negando: hoc enim nihil aliud est, quam negare, se tali vitio affectum esse; aut talis factionis virum esse, aut esse militem exercitu catholicorum. Immò neque peccat contra præceptum negatiuum, dicendo, se non esse christianum: neque peccat mortaliter, sed venialiter in tali euentu: quia non dicitur mentiri in re graui. Ita Aragonius, *2.2. quaest. 3. artic. sec. concl.* 3. Bannez, *ibidem dub. 1. concl.* 4. Azorius, *lib. 8. cap. 6.* Sanchez, *lib. sec. cap. 4. sum. num.* 8. Bonacina, *d. pu. 3. nu.* 5. Rodericuez, *part p. sum. cap. 119. num.* 3. Reginaldus, *lib. 17. num. 25.* & alij.

40 Secundò: Ille, qui de sua fide interrogatur priuata auctoritate, tenetur, fidem exteriùs confiteri, quotiès fides alioquin putaretur falsa: vel quoties, non confitendo fidem, proximus magnum pateretur scandalum. Quamuis homo non tenetur semper fidem confiteri, dum priuata auctoritate interrogatur, vt supradiximus; nihilominùs tenetur fidem confiteri, quoties non confitendo fidem, magnus honos, Deo debitus, subtraheretur: aut quoties proximus magnum scandalum pateretur. Vndè, si Vir grauis interrogatur de fide coram hæreticis, & catholicis, fidem cõfiteri tenetur, ad vitandum graue scandalum. Ita D. Thomas, *2.2. quaest. 3. artic. sec. in corpore articuli.* Valentia, *loco citato part. sec. versic secundo ex huiusmodi.* Bonacina, *d. pun. 3. num. 6* & alij. Interrogatus verò de sua fide ab eo, qui publica potestate fungitur, aut à Iudice; tenetur, ex præcepto affirmatiuo, fidem confiteri, etiam si ex fidei confessione mors impendat ipsi confitenti. Ita Malderus, *quaest. 3. artic. sec. memb. sec. asser sec.* Bonacina, *num.* 7. Azorius, & alij.

41 Non tamen peccat contra pręceptum affirmatiuum confessionis fidei ille, qui ob periculum mortis, vel ob aliam grauem, & iustam causam non gestat signũ, quod gestare iubetur à Tyranno, ad distinguendos Catholicos ab alijs, vt chatholicos occidat, dicunt Malderus, *2.2. quaest. 3. artic sec. memb. 3. propos. 3. & 4.* Beccanus, *2.2. de fide cap. 9. q. 5. num. 39.* Bonac. *de pręcep. disp. 3. q. sec. pu. 3. n.* 8. Rodoriq. *pa p. sum. cap. 119. n.* 5. Valent. *vbi supra pu. sec. dub. vlt.* Sanch. *lib. sec. cap. 4. sum. n.* 29. & alij. Quorum ratio est: quia, præceptũ Tyranni, vtpotè iniquum, & iniustum nõ obligat. Tum quia, fides nõ contẽnitur, nec magnus honos Dei subtrahitur ab eo, qui huiusmodi signũ, distinguẽs fideles ab infidelib. pr[illegible]

42 Tertiò: Pastores, tempore persecutionis, fugientes à suis Ecclesijs cum periculo, vt existimatio fidei minuatur, aut fides deseratur à subditis, peccant mortaliter contra præceptum affirmatiuum confessionis fidei: tenentur enim ex officio consulere subditis, in necessarijs ad fidem. Ita Malderus, *quæst. 3. articul. sec. memb. sec. sub fine*. Beccanus, *cap. 9. quæst. 4. num. 11*. Reginaldus, *lib. 17. num. 26*. Bannez, 2.2. *quæst. 33. artic. 3. dub. 4*. Sanchez, Bonacina, & alij.

43 Non tamen peccat cõtra preceptum affirmatiuum Clericus, qui, metu mortis, omittit habitum clericalem: vel non recitat Diuinum Officium in locis hæreticorum: aut dicit, se non interfuisse Sacro, aut non fecisse Sacrum: Etiã si interrogetur, ad agnoscendum, quænam sit ipsius fides, dicunt Sanchez, *lib. sec. sum. cap. 4. num. 11. & 12*. Bonacina, *num. 10*. Caietanus, 2.2. *quæst. 3. artic. 3. dub. 1*. Azorius, *part. 1. lib. 8. cap. 27. quæst. sec.* & alij. Quorum ratio est: quia non est fidem negare. Tum quia, preceptum, recitandi Diuinum Officium, vel deferendi vestes clericales, non obligat cum tanto periculo.

44 Ex præcepto verò negatiuo, tenetur homo, abstinere à dictis, vel factis, quibus fides negatur. Ratio est: quia præceptum negatiuũ obligat semper, & ad semper: sed præceptum de non neganda fide, est negatiuum: ergo semper obligat, abstinere à dictis, vel factis, quibus fides negati videtur. Ita communiter Doctores. Non tamẽ præceptum, de confitenda fide, obligat semper, ad respondendum infideli, interroganti, An aliquis sit Christianus? sed obligat, quando dissimulatio fidei cederet in iniuriam fidei; aut nocumentum proximorum. Ita Bannez, 2.2. *quæst. 3. artic. sec.* Tannerus, *disput. 1. quæst. 7. dub. 5. num. 120*. Coninchius, *tract. de fide, disp. 15. num. 109*. Diana, *part. 3. tract. 5. resol. 49 circa finem*, & alij.

45 Vndè Primò: Peccat mortaliter, contra præceptum fidei negatiuum, qui dicit, se non esse christianum, dum christiani nomen accipitur, ad significandam Christi Religionem. Et ita peccat contra præceptum negatiuum, qui dicit, se Turcam, vel hæreticum esse: nam Christi catholicam fidem negare videtur. Ita Azorius, *part. 1. lib. 8. cap. 27. q. 1*. Malderus, 2.2. *quæst. sec. memb. sec.* Aragonius, 2.2. *quæst. 3. art. sec. dub. vlt.* Bannez, *de fide cap. 9. quæst. 3. num. 7*. Bonacina, *num. 18*. Sanchez, *d. cap. 4. num. 9*. Reginaldus, *lib. 17. num. 23*. & alij.

46 Secundò: Peccat contra præceptum negatiuum fidei, qui sacrificat Idolis: aut Imagines falsorum Deorum ad collum appensas gestat: aut osculatur sepulcrum Mahumetti, aliasque ceremonias, seù actiones religiosas facit falsæ Religionis, ex sua natura protestatiuas. Dixi: *Protestatiuas falsæ Religionis ex sua natura*. quia si actiones, & signa sint, ex sua natura indifferentia, non est peccatum mortale, contra præceptum fidei, illis vti, circa scandalum, & circa animum significandæ falsæ Religionis.

47 Vnde sequitur Primò: Illos non peccare mortaliter, qui iusta de causa, & metu mortis, gestant galerum, vel aliud genus vestium, quo Hebrei absque peccato vtuntur, dicunt Azorius, *cap. 17. quæst. 4*. Malderus, *quæst. 9. artic. sec. ad finem*. Bannez, 2.2. *quæst. 3. articul. sec. dub. sec.* Sanchez, *d. cap. 4. num. 19*. Reginaldus, *lib. 17. num. 28. & 32*. Bonacina, *de precepta disp. 3. quæst. sec. pun. 3. num. 11*. & alij.

48 Secundò: Non facit contra præceptum negatiuum ille, qui in concionibus, vel ceremonijs hæreticorum interest, animo confutandi, aut notandi ipsorum ceremonias. Ita Sanchez, *num. 26*. Bonacina *num. 21*. & alij.

49 Tertiò: Licitum est, instante necessitate, vsurpare vestes, & signa infidelium, instituta ad vsum & ceremonias falsæ legis, dicunt Azorius, *part. 1. lib. 8. cap. 27. quæst. 4*. Sanchez, *lib. sec. sum. cap. 4. num. 20*. Duccalius, *q. 21. n. 2*. Dicastillo, *tract. de fide, quæst. 2. nu. 56*. Coninchius, *de fide, disp. 15. dub. 3. num. 73*. Hurtadus, *disp. 83. sect. 4. §. 34*. Diana, *part. 5. tract. 7. resol. 34*. & probabilem dicunt Palaus, *tom. 1. tract. 4. disp. 1. pun. 17. num. 7*. quamuis cõtrarium, dicit esse probabiliorem. Quorum ratio est: quia vsurpatio illius vestis, habet vsus naturales, & politicos, independentes à significatione cultus illiciti: ergo, vrgente graui necessitate, possumus licitè illa vestem vsurpare.

50 Quartò: Non peccare mortaliter illum contra præceptum negatiuum, qui se negat esse Sacerdotem, vel Clericum: quia non dicitur negare fidem, cum etiã laici fideles esse possint. Secùs autem dicendũ est de eo, qui ab Heretico interrogatus, An sit Papista, negat, se Papistam esse:

esse: nomen enim Papistæ accipitur pro Religione christiana. Ita Sãch. *n.* 10 Azorius, *quæst.* 1. Bonacina, *num.* 25. Valentia, & alij.

An liceat de rebus Fidei disputare? Dub. 4.

51 AFfirmatiuè respondetur, quando adest iusta causa, & sunt Viri docti. Non autem possunt illi, quibus disputatio interdicitur. Ratio est: quia licet exercere actionem honestam, ob vtilitatem, & honestum finem: talis autem est disputatio de rebus fidei, quæ ob honestam vtilitatem, & honestum finem assumitur à doctis Viris, ait Aragonius, 2. 2. *quæst.* 10 *artic.* 7. vbi Bannez, Malderus, *proposit.* 2. Azorius, *par.* 1. *lib.* 8 *cap.* 26 Sanchez, *lib.* 2. *sum. cap.* 6. Bonacina, *de præcept. disp.* 3 *quæst.* 1 *pun* 4. *num.* 1. Valentia, *to.* 3 *disp* 1. *quæst.* 10. *pun.* 3. & alij. Vndè non licet Viris indoctis, disputare de fide, ob periculum, cui se exponerẽt, multos errores proferendi, vt communiter Doctores dicunt: quia, id sub excommunicationis pœna interdicitur, C. 2. §. *Inhibemus, de hæret in* 6.

Dubitatur: An laicus doctus possit disputare cum hæretico?

52 NEgatiuè respondet prima opinio. Ratio istius opinionis deducitur, *ex cap. inhibemus, de hæreticis in* 6. vbi prohibetur expresse, Laicos sub excommunicatione disputare de fide catholica: licèt Laicus sit doctus, tamen adhuc obligatur, & includitur sub dicta prohibitione: quia cessare priuatiuè in singulari fine legis, non cessat in singulari eius vis. Ita Sanchez, *to.* 1. *sum. lib.* 2 *cap.* 6. *num.* 5. Suarez, *de fide, disp.* 20. *sect* 1. *num.* 10. Azorius, *part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 26. *quæst.* 1. Vilalobos, *to.* 1 *sum. disp.* 7. §. 4. Aragonius, 2. 2 *quæst.* 10. *artic.* 7. *notab.* 2. Valentia 2. 2. *disp.* 1. *quæst* 10. *pu.* 4. *vers.* 2. *concl.* Castro, *lib.* 1. *de iusta hæret. punit. cap* 19. Rosella, *v. infideles, in fine.* Nauarrus, *lib.* 5 *consil. tit. de hæret. in* 1. *edit. consil.* 17. *num.* 2. *in* 2. *consil.* 24. *num.* 2 & alij.

53 Limitant Primò Sanchez, *num.* 5. Valentia, Bonacina, Bannez, & alij: Modo alicui sit per contrarium cõsuetudinem abrogatam, vt patet ex dictis de legibus: aut modo non adsit necessitas, disputãdi. Vndè si hæreticus aliquem peruertat, nec adsit vir doctus Ecclesiasticus, qui peruersionem impediat, poterit, & tenebitur laicus, disputationem suscipere contra hæreticum, ad impediendam peruersionem: Præceptum enim Ecclesiæ non obligat contra ius naturæ: in tali enim casu, Laicus tenetur, iure naturæ, disputationem suscipere, ad præcauendam alterius ruinam spiritualem.

54 Limitant Secundò D. Thomas, 2. 2. *quæst.* 10. *articul* 7. Valentia, *pun.* 4. Malderus, *proposit.* 2. Bonacina, *num.* 3. Reginaldus, Aragonius, & alij: Quod illud Decretum intelligitur de disputatione formali, quæ, scilicèt, suscipitur, ad persuadendam veritatem: siuè disputatio sit inter catholicos, siuè inter catholicum, & turchas.

55 Secunda opinio absolutè affirmat: Cuius ratio est: quia, talis prohibitio facta est à lege, nè periculum creetur disputanti, aut audienti: & nullum alium finem, nec proximum, nec remotum, proposuit sibi ea lex: sed cessante fine legis in particulari, cessat eius obligatio, vt alibi satis probatum est: ergo Laicus doctus potest disputare cum hæretico. Ita Bannez, 2. 2. *quæst.* 10. *num.* 7. Ledesma, *to.* 2. *sum tract.* 1 *cap* 5 *conclus.* 13. & Hurtad. 2. 2. *disp.* 74. *sect.* 3 §. 24. & probabilem vocat Diana, *part.* 5 *tract.* 13 *resol.* 22. Vilalobos, & Sanchez.

Quid est Spes? Dub. 6.

56 VT ait Bonacina, *de præcep. disput.* 3. *quæst.* 3. *pun.* 1 *num.* 10 spes, est virtus Theologica, & supernaturalis, qua speramus Beatitudinem, diuino auxilio obtinendam.

Quo tempore obligat præceptum Spei?

57 BEccanus, 2. 2. *to.* 3. *cap.* 17. *quæst.* 7 *num.* 2. Azorius, *part.* 1 *lib* 9 *cap. sec. quæst.* 6. Valentia, *tom.* 3. *disp sec. quæst.* 4. *pun.* 2. & alij, putant: Hoc præceptum obligari in triplici casu: non autem obligat pro omni tempore. Primò, quando quis Deum orat: tenetur enim orare, cum spe impetrandi. Secundò, quando pœnitentiam agit: nam actus pœnitentiæ non potest esse sine spe vitæ. Tertiò, quando contingit grauis tentatio de disperatione: tunc enim tenetur ad-

adhibere remedium, vel exercendo actû spei, qui desperationi contrarius est: vel orando Deum, vt auertat periculum desperationis, cum spe obtinendi.

58 Hanc opinionem non approbant Sãchez, *lib. 1. cap. 33. num. 3.* & Hurtad. *in 2. 2. disp. 118. sect. 2. §. 21.* quia in dictis casibus, nullum adest præceptum directè ex obiecto, & obligatione spei: sed à lege pœnitentiæ, orationis, &c. ergo in ipsis nõ admittitur speciale præceptum in spem.

59 Lorca verò, *in 2. 2. sect. 2. disp. 18. num. 10.* Aragonius, *2. 2. quæst. 22. artic. 1.* Petrus Ledesma, *in 2. to sum. tract. 2. cap. 4. conclus. 3.* & Bannez, *2. 2. quæst. 22. artic. 1. dub. 1.* dicunt: Hoc præceptum obligare, cum primum rationis vsum assequaris. Vndè infert Bannez: Quod si homo in tali casu non se conuertat ad Deum, committere tria peccata: Vnum, contra fidem: Alterum, contra spem: & Tertium, contra charitatem: quæ sententia (vt ait Bannez) dura est, & parum probabilis.

60 Sed Suarez, *disp. 2. de spe, sect. 1. num. 3.* & alij putant: Nullum esse tempus determinatum, in quo huiusmodi præceptum obliget: sed prudentis arbitrio mensurandum esse, nec permittendum, longo tempore differri.

61 Hurtadus tamen, *in 2. 2. disp. 118. sect. 2. § 9.* & Diana, *part. 5. tract. 14. resol. 106.* dicunt: Præceptum spei obligare directè, & per se loquendo, qui, adulta iam ætate, recipit Sacramentum aliquod, cũ sufficienti cognitione de Deo, & vitæ æternæ. Si quis infidelis baptismo tingatur, hic tenetur sperare vitam æternã, si illi occurrat eius obligatio, etiam potest velle baptismum ex amore Dei, vt confertur ab Ecclesia. Tum autem per accidens potest esse immemor huius legis, aut obligationis: at per se tunc obligat lex, quia cum longa mora non possit licitè trahi, tunc est opportuna occasio, legem seruandi, quando initiatur eius vita in Christianam pietatem. Neque verò ea obligatio oritur ex solo Baptismo, sed ex ipso spei obiecto. Item, quando quis puer baptizatus est, post vsum rationis recipit pœnitentiam, aut confirmationem; tunc tenetur per se legi spei, nisi prius ei satisfecerit. Secundum tempus est, cum imminet mors: tunc enim tenemur efficaciter amare Beatitudinem: quia tunc est opportunissima occasio, cum simus illi, aut inferno vicini.

62 Attamen Palaus, *in 1. tom. tract. 5. disp. vnica, punt. 4. num. 4.* ait: Regulariter huic præcepto positiuo omnes satisfacere. Primò: Satisfaciunt, cum de peccatis dolent: quia vix, aut numquam omittunt actum formalem spei, quo eriguntur (vt dixit Concil. *sess. 6. cap. 6.*) ad peccata detestanda, nouamque vitam inchoandam. Secundò: Huic obligationi faciunt satis, cum propositum habẽt, numquam peccandi mortaliter: hoc enim propositum, & si aliquoties ex Dei amore perfecto procedat, sæpè illum gignunt ex amore imperfecto: considerãt enim æternam beatitudinem, quam peccatis amittunt: & ex illius consideratione, in spem vitæ æternæ, vt sibi cõuenientis, eriguntur, & peccata detestantur.

63 Aduertit tamen Granad. *in 2. 2. contr. 2. tract. 4. disp. 1. num. 2.* duo. Vnum est: Hoc præceptum, cum sit supernaturale, debere impleri, efficiẽdo actum spei supernaturalem: Verùm, quoniam certò non constat homini, quando eliceat actû supernaturalem, excusabitur ab obligatione huius præcepti, si ipse sibi proponat obiectum supernaturale spei, & conetur efficere illum actum: quamuis enim in re ipsa non euaderet talis actus supernaturalis, id non tribueretur vitio, sed ignorantiæ inuincibili; quia nescit certo, quod actum supernaturalem eliceat. Alterum est: Licet obligemur sperare, sufficienter tamen satisfieri præcepto, si quis ob motiuum charitatis speraret: quamuis numquam eliceret actum, ob proprium motiuum virtutis spei. Patet hoc: quia virtus charitatis sperare potest, quidquid sperat virtus spei: ergo nobiliori modo erigit voluntatem ad beatitudinem; ac proindè excellentiùs præstat id, ad quod necessarius est actus spei. Qui verò charitatem non haberet, aut non se experiretur promptum, ad sperandum ex charitate, tenetur sperare ob motiuum spei: ergo, &c.

(:+:)

DE

DE CHARITATE Cap. 3.

Quid est Charitas? Dub. 1.

1 VT ait Bonacina, *de præcep. disp. 3. q. 4. pun. 1. num. 1.* Charitas, est virtus supernaturalis, omnium virtutum excellentissima, qua Deus super omnia diligitur.

2 Præcepta charitatis duo sunt: de Deo diligendo, & Proximo. Præceptum dilectionis Dei, primum, ac maximum est: & diuiditur, in Negatiuum, & Affirmatiuum. Præceptum negatiuum charitatis, seu dilectionis Dei semper obligat. Præceptum verò affirmatiuum obligat, dum consurgunt tentationes ad odium Dei, & est periculum, illis consentiendi. Illud dicitur præceptum negatiuum, quo tenemur diligere Deum.

3 Secundum: Præceptum charitatis, est simile primo: *diliges proximum tuum sicut te ipsum.* Matthæ. 22. Luc. Deutero. 6. & Ioann. 12. *Mandatum nouum do vobis.* Sic Layman, *in Theolog. moral. lib. 2. tract. 2. cap. 2. num. 7.* Bonacina, *de præcep. disp. 2. quæst. 4. pun. 3. num. 1.* qui dicit esse de fide: & docent communiter Doctores. Potest autem aliquis odio habere, quod peccatum sit: quia in hoc nihil aliud est, quam odio habere peccatum in ipso, iuxta illud Psalmi 18 *Iniquos odio habui.* Sic D. Thomas, 2. 2. *quæst. 25. num. 6.* vbi Malderus, & Bannez, *artic. 9.* Reginaldus, *lib. 4 num. 295. & lib. 17. num. 114.* Bonacina, *de præcep. disp. 3 quæst. 4. pun. 3. num. 1.* & alij.

An qui non vult alloqui, vel salutare eum, cum quo familiaritatem dissoluit, peccet mortaliter? Dub. 2.

4 NEgatiuè respondetur: nisi in tribus casibus. Primò: Quandò vrget præceptum necessitatis, vt dicunt D. Thomas, *artic. 9. in corpore*, & communiter Doctores. Secundò: Ad euitandū scan-

scandalum aliorum: & Tertiò, ratione iustitiæ: vt inter Patrem, & filium: Maritum, & Vxorem: Subditum, & Prælatum, & Iudicem. Potest tamen Pater, in pœnam peccati filiorum, illos expellere ad tempus. Ratio est: quia alloquutio, & conuersatio non sunt de generalibus signis dilectionis, quæ omnibus hominibus debentur, nisi coniunctis. Tum quia, solutio anticipata nulli debetur, nisi quibusdam personis, dignitate præcellentibus, honoris causa. Tum quia, resalutatio, & responsio omnibus hominibus debita est, virtute affabilitatis, presertim conciuibus. Tum quia, ammissio alloquutionis, & salutationis, etiã quando debita est, non est regulariter peccatum mortale: nam opponitur affabilitati, quæ non est tantæ obligationis: nisi forte ex circumstantijs personæ, & alijs cederet in magnam iniuriam, vel propter scandalum, quod raro fit, & prudentis arbitrio discerni opportet. Ita Layman, *in Theolog. moral. lib. 2. tract. 3. cap 4. num. 2.* Lorca, *2. 2. quæst. 25 art. 6. sect. 3 disp. 35. memb. 3. num. 28.* Malderus *2. 2. quæst. 25 artic. 9.* Azorius, *part. 2 lib. 12. cap. 4. à quæst. 5.* Coninch. *de fide, spe, & charit. disp. 24. dub. 6. à num. 89.* Valentia, *to. 3. disp 3 quæst. 3 pun. 2* Bannez, *2. 2. quæst. 25. artic 9. dub. 3.* Nauarrus, *cap. 14 sum. num. 15.* Fernandez, *part. 1 cap. 3. § 7. num. 2. artic. 3. dub. 1.* Tannerus, *2. 2. disp. 2. quæst. 3. dub. 1. num. 12.* Siluius, *2. 2. quæst. 25. artic. 9 conclus 2.* Reginaldus, *to. 2. lib. 17. cap. 12. sect. 2. à num. 123.* Filliucius, *to. 2 tract 28. cap. 1. num. 19.* Vilalobos, *to. 2 sum tract. 3. diffic. 6. num 4.* Homobonus, *de examen Ecclesi. part. 1 tr. 6. cap. 25. quæst. 114.* Diana, *part. 2. tract. 15. resol. 62. & part. 5 tract. 13. resol. 89.* & alij. Vide, *in lib 1 tract. 3. cap. 18. à num. 10. vsque ad num. 20.*

Quando nam præceptum charitatis obliget, ad dandam eleemosynam, diximus, *in lib. 1 tract. 3. cap. 5 num. 6.*

Quid est Correctio fraterna? Dub. 3.

5 VT ait Layman, *in Theolog. moral. lib. 2 tract. 3. cap. 7. num. 1.* Correctio fraterna, est actus misericordiæ spiritualis, quo per conuenientem sermonem proximum à malo peccati, ad bonum honestatis conuertere nititur.

Quotuplex est Correctio? Dub. 4.

6 DVpplex est: Vna Iudicialis: Altera Fraterna Iudicialis est, quæ prouenit à potestate publica in ordine ad bonum commune. Correctio verò fraterna potest fieri à priuata auctoritate, & ordinatur ad bonum eius, qui corripitur, & propriè, & per se respicit bonum ipsius delinquentis, cuius spirituali necessitati per hanc correctionem subuenitur.

An Correctio fraterna est de præcepto? Dub. 5.

7 AFfirmatiuè respondetur. Ratio est: quia, cum ex præcepto charitatis, aut misericordiæ teneamur subuenire, miseriam illius spiritualem tollere, vel impedire: ita peccatum est summa miseria spiritualis, & correctio est interdum necessaria ad illud impedimentum: quare tunc correctio ex graui precepto, tam naturali, quam diuino adhiberi debet. Ita Franciscus de Castillo, *in 3. sent. to. 2. disp. 6. de correct. fraterna.* Bonacina, *de precept. disp. 3. quæst. 4 punt. 7. num 1.* Layman, *in Theolog. moral. lib. 2 tract. 3. cap 7 num. 2.* Hieronymus Rodoriquez, *in comp. qq. regul. Resol. 36 num. 1.* Medina, *to. 1. ordin. iudic. quæst. 9. artic. 1.* Diana, *part. 7. tract. 3. resolut. 3.* & alij.

Dubitatur Primò: An hoc preceptum obliget sub mortali?

8 AFfirmatiuè respondetur, per se loquendo. Ratio est: quia, sicut preceptum eleemosynæ obligat sub mortali, quando proximus est in extrema, vel graui necessitate: ita dicendum est de præcepto Correctionis fraternę, cum sit in graui necessitate spirituali. Ita Valentia, *to 3. disp. 3. quæst. 10. punt. 7.* Trullench *to. 1. decalog. lib. 1. cap. 5. dub. 13. num 2.* Diana, *part. 7. tract. 3. resolut. 4.* Coninch. *disp. 28. dub. 2. num. 14.* Franciscus de Castillo, *in 3. part. sent. to. 2. disp. 6. de correct. fratern. quæst. 5. num. 2.* & alij.

9 Dixi (*per se loquendo*): quia per accidens, ratione paruitatis materię, vel imperfectione actus, potest fieri venialis: vt quando quis in præparatione animi desiderat salutem proximi, & paratus est subsidium conferre, quando viderit esse necessarium: sed ex quadam tepiditate,

te, & inaduertentia, retardatur à correctione, aut non satis prospicit articulum necessitatis. Ita Diuallius, in 2. 2. D. Thomæ de charit quæst 9. artic. 1. ad 3. Diana, part. 5. tract. 5. resolut 66. & part. 7 tract. 3. resolut 4. in fine. & alij.

Dubitatur Secundò: Quando nam omissio Correctionis fraternæ, sit peccatum mortale?

10 NOn semper teneri proximum corripere; dicunt Doctores citandi. Quorum ratio est: quia præceptum Correctionis est affirmatiuum, quo præcipitur aliqua actio facienda: sed præcepta affirmatiua non obligant semper, & ad semper, sed pro aliquo tempore: ergo præceptum Correctionis non semper obligat: ergo non semper tenemur proximum corripere: sed quoties sequentes conditiones occurrunt. Prima: quando vides proximum actu peccare, aut mortaliter scis eum peccasse, & adhuc versari in periculo labendi. Secunda: quando probabiliter speras correctionem profuturam, & proximum ex ea emendandum. Tertia: quando ad emendationem proximi necesse est, vt illum corripias: quod contingit, quando verisimiliter iudicas fore, vt ille, neque ex se ipso, seù sinè auxilio monitoris à peccato caueat, neque ab alio corripiatur. Quarta: quando correctio illa sine graui sui incommodo fieri potest. Vide de his omnibus inferiùs dicendis [illegible] Palaus, to. 1. tract. 6. disp. 9. puncto 1. num. 9. Trullench. to. 1. lib. 1. cap. 3. dub. 13. num. [illegible], part. [illegible] sec. cap. 2. num. 6. Diana 3 part. 4. tract. 1. resolut. 158. Granad. in 2. 2. D. Thomæ contr. 3. tract. 12. disp. p. num. 6. 7. Hieronymus Rodriquez, in comp. qq. regul. resolut 3. num. [illegible] & alij.

11 Vide etiam Granadus loco citato: Hoc præceptum fraternæ correctionis amplè [illegible] esse, nè facilè credendum, timoratos præsertim Viros, peccare lethaliter, illud violando, præsertim si Prælati non sint: non solum, quia ita sentiunt graues Doctores, sed etiam quia præcepta charitatis minus rigorosa esse solent, & præsertim illud eleemosynæ spiritualis, cuius finis, cùm sit subleuare miseriam spiritualem proximi, scilicèt, culpam in qua ipse liberè est, & à qua liberè exire potest; non ita propriè censetur pati spiritualem necessitatem, sicut nec propriè pateretur corporalem, qui posset facilè sibi ipsi succurrere; quò autem necessitas proximi minor est, eò minus tenemur illam subleuare.

12 Ex his deducitur: Quamuis præceptum Correctionis fraternæ per se obliget ad peccatum mortale; tamen ratione circumstantiarum, & conditionum, quæ necessariæ sunt ad correctionem, existimo, paucos in eius transgressione peccare mortaliter. Vndè sæpiùs, excusantur fideles à peccato mortali, non adhibendo correctionem. Ita Diana, pa. 4 tract. 4 resolut. 128 & par. 7. tract. 3. resolut. 61. Laiman, in Theolog. moral. lib. sec. tract. 3. cap. 7 num. 3. Palaus, to. p. trac. 6 disp. 9. pu. 6 num. 2. & sec. Coninch. de charit. disp. 28. dub 6. num. 126. Valentia, to. 3. disp. 3. quæst. 10. pun. sec. Reginaldus, to. 1. lib 4. cap. 25. num 136 Ioseph de Augustino, in sua breui notitia, & c in 5 præcep. Decalog. num. 29 Trullench. to. 1. Decalog lib p. cap. 5 dub. 4. num. 7. Marchāt. de præfect. confess. to. 1. lib sec. par. sec. trac. 6. dub. 10. resolut. 118 Granad. in 2. 2. D. Thomæ contro. 3. tract. 12 disp p. num. 6. 7. & 8. & alij.

An tenemur sub veniali, corripere peccata venialia? Dub. 6.

13 AFfirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia vnusquisque tenetur proximum, sicut seipsum, diligere, volendo efficaciter, proximo ea, quæ tenetur velle sibi: sed tenetur quis sub peccato veniali velle in effectu, & procurare sibi immunitatem à quouis peccato veniali: ergo etiam proximo. Ita Turrianus, 2. 2. to. 1. disp. 6. dub. sec. Valentia, to 3. disp. 3. q. 10. pun. sec. in fine. Sotus, de tegend. secret. q. sec. conclus. 3. Lorca, 2. 2. disp. 41 num. 9. Palaus, tom 1. tract. 6. disp. 3 pun. 1 num. 3. Suarez, de charit. disp. 8. sect. sec. num 6. Petrus Hurtadus, vol. 2. disp. 6. sect. 8. Gaspar Hurtadus, disp. 6. de corrig. diff. 5. & alij.

14 Negat verò secunda opinio. Cuius ratio est: quia per peccatum veniale Frater non est perditus: ergo correctio fraterna, quæ ad lucrandum fratrem ordinatur, ex illo Matthei 18. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum: in peccatis venialibus locum habere non potest. Tum quia, esset graue iugum, hanc obligationem hominibus imponere, cum omnes

naldus, *to. 1. lib. 4. cap. 25. num 332.* Vilalobos, *tom. 2. sum. tract. 4. diff sec. num. 4.* Turrianus, *2. 2. to. 1. disp 86. dub sec.* Layman, *in Theolog. moral lib sec tract. 3. cap. 7. n sec.* Trullench. *to. 1. decalog lib. 1. cap. 5. dub. 14. n. 3.* Coninch *disp. 28. dub. 3. n. 117.* Gasp. Hurtad. *disp. 6. de correc. diff. 4.* & alij.

An qui certò non scit peccatum fratris, teneatur illum corripere? Dub. 8.

21 NEgatiuè respondetur. Quia correctio fraterna non obligat, nisi eum, qui peccatum fratris nouit: & non tenetur ille, qui priuata persona est, indagare, & inquirere aliorum peccata, ad eum finem, vt corripiat, vt dicunt D. Thomas, *in 2. 2. quæst. 33. artic. 2. ad 4.* Caietanus, *in sum. v. correctio fraterna*, vbi Siluester, *num. 3.* & alij. Tum quia, scientia peccati alieni, non est aliqua scientia iuris communis, quam omnes acquirere tenentur: sed cuiusdam particularis facti; ad quam id circò procurandam, non nisi ij tenentur, quibus peculiariter incūbit ex officio cura aliorum, vt neque ad indagandam necessitatem corporalem proximi. Ita Suarez. *disp. 8. num. 1.* Franciscus de Castillo, *in 3 sent. to. sec. disp. 6. de correct. quæst. 4. num. 3.* Sanchez, *to. 2. consil. lib. 6. cap. sec. dub. 1. nu. 3. & 4.* Diana, *part 7. tract. 3. resol. 6.* Valentia, *to. 3. disp. 3. q. 10. pu sec.* Lorca, *2. 2. disp. 44. n. 4.* Hurtad. *to. sec. tr. 17. disp. 16 sect. 1. n. 9.* Bonacina, *de leg. disp. 3. q. 4. pu. 7. n. 6* & alij.

An teneamur corrigere proximum, peccantem ex ignorantia? Dub. 9.

22 PRima opinio ait; Vel peccat ex ignorantia Vincibili, Vel ex ignorantia Inuincibili: Si primo modo, tenemur corrigere, dum adest spes emendationis. Ratio est; quia ipsius lapsus est in periculo, & adest spes emendationis, vt suppono: ergo tenemur corrigere. Si verò proximus peccat secundo modo, adhuc distinguendum est: Vel tenemur ex officio admonere, vel non tenemur ex officio: Si primo modo, debemus corrigere, quamuis peccet ex ignorantia inuincibili: nam ex charitatis, & ex iustitiæ vinculo tenemur, ritè fungi munere nostro; modo adsit spes fructus, & emendationis: Si verò secundo modo, non tenemur admonere proximum, ex ignorantia inuincibili peccantem: quia proximus, faciens aliquid ex ignorantia iuris, vel facti, non peccat, & perconsequens solus ipsius non exponitur periculo, & cōsequenter præceptū correctio nis non obligat: Modò, ex ignorātia illius, non oriatur damnum tertij, vel ipsius ignorantis, aut scandalum, vel irreuerentia Dei, aut Religionis. Ita Bonacina, *de prcecep. disp. 3. q. 4. pu. 7. nu. 10.* Nauar. *cap. 24. nu. 17.* Reginald. *lib. 4. cap. 25 nu. 334.* Vilalobos, *tract. 4. diff. 4. num 6.* Bannez, *dub. 3. q. 33 art. 5.* Graffius, *pa. 1. decis. lib. sec. cap 68. & 69.* & alij.

23 Hanc opinionem non admittit Lorca, *in 2. 2. D Thoma q. 33. art. 5 sect. 3. disp. 41. nu. 14.* qui ait: Ea, quę natura sua, peccata sunt, licèt propter ignorantiam cuiuscumq; iuris, vel facti excusetur à culpa, materiam esse correctionis. Hac sententia in primis indubitatè est de Prælatis, & ijs, quibus quocumq; titulo inest obligatio docendi, & instruendi alios, in quibus comprehenditur Confessarius, qui huius generis ignorantias tenetur amouere à pœnitentibus, vt refert communis sententia, *in tract. de confessione.* De his verò, & omnibus vniuersim probatur Primò: quia ignorantia ipsa malum est, & miseria, quam vera charitas expellere tenetur. Secundò: quia actus ipse deficiens est, & malus in se ipso: & quamuis excusetur ignorantia, aliquod malum materialiter inducit. Cæterum hæc obligatio arctior est illis, quibus ex officio incumbit docere; & arctior erit, & omnino irrefragabilis, si ex peccato, vel alio facto, quod ignoranter fit, oriatur aliquod nocumētū spirituale ipsius, qui peccat, vel alterius, vel Republicæ.

24 Limitant hanc sententiem ipse Lorca: Vt solum sit præceptū, corripiēdi ignorantē, quādo ex correctione eius vtilitas speratur, & non pōt timeri aliud genus dāni ipsius, aut alterius, puta scādalū: vel quia, ꝙ ignorāter fit, nihilominus faciet, postquā nouerit esse peccatū: quaniā incōmodū ignorātię, & materialis peccati, quod à culpa excusatur, minoris momēti est, quā quodcūq; aliud certū nocumētū animę, aut corporis. Et ideò Innocēt. III. *in cap. quia circa de cōsanguinit* præcipit: Vt qui bona fide cōtraxerit matrimoniū in gradu prohibito, nec admoneretur erroris, nec separeretur, quia id sine magno scādalo fieri non potest. Si verò ex illa ignorantia, vltra actum ipsum, oritur aliquod detrimentū, & ex admonitione timeri etiam possit; eligēdū est, ꝙ prudentis arbitrio minus apparuerit.

25 Diana verò, *in 7. part. tract. 3. resol. 18.* putat, adhibendam esse correctionem, quando quis peccat ex ignorantia inuincibili juris, tam naturalis, quam positiui, si speretur fructus: *Secùs*, si non speretur fructus: & Probat primam partem, quia hæc ignorantia est graue malum proximi; quod cuique prudens vellet, à se auerti; & quod etiam quisque, quantum potest, tenetur dixere scitu necessaria, ad rectè viuendum: cognitio autem talis iuris est necessaria, ad rectè viuendum: ergo, &c. Tum quia, hanc ignorantiam consequuntur grauia mala: Primò, peccata mortalia, quæ multum dedecent naturam humanam, maximè quando sunt contra ius naturæ. Secundò, periculum, nè talis tandem etiam formaliter peccet, quando hæc ignorantia incipiet esse vincibilis: nam propter assuetudinem, liberè eiusmodi actus committendi, postquam incipiet doctorum malitiã dubitare, difficiliter ab ijs obtinebit: atque ita, vel ex effectu circa tales actus, aut quia fortè pudebit, ab illis dicere veritatem, atque ita non suam fateri ignorantiam, perseuerabit antiqua inscitia, & consuetudo cum graui animæ damno: Tertiò: quia sæpè est periculum scandali; facilè enim contingit talem similia facere coram alijs, qui eius exemplo, vt similia faciant, pertrahentur. Quartò: quia honor Dei obligat me, vt quantum commodè possum, vitem etiam peccata mortalia, tam in me, quam in alijs. Probat secundam partem: quia, quando non speratur fructus, ne quidem teneor corripere peccatem formaliter, quia correctio esset inutilis. Non tamen fructus huius correctionis non esse spectandum ex sola emendatione eius, qui corripitur, sed quandoque etiam in alijs rebus. Ita Diana.

26 Ex his deducitur Primò: Si aliquis cõfiteatur, se cognouisse consanguineam vxoris suæ (quamuis secundum aliquos) non potest petere debitum: Confessarius tamen meliùs faceret, relinquendo illum in sua bona fide, qua putat, sibi licere petere debitum (nisi fortè possit cum ea dispensare, vt licitè debitum petat.) Ratio est: quia si aperiat illi veritatem, postea formaliter peccabit, petendo debitum: & communiter, non est verisimile futurum, & ideò abstineat à petendo debitum: quamdiu autem manet in bona fide, solum peccat materialiter, sinè vllo periculo scandali.

27 Secundò: Si aliquis disponsasset sibi aliquam, cuius consanguineam occultè cognouisset, pœnitùs ignorans, id esse impedimentum dirimens, & iam iam instantes nuptiæ non possent sinè graui scandalo differri; potest enim confessarius eam relinquere in bona fide: quia hic crederet, illud nullum præstare impedimentum his nuptijs. Ita Valentia, *quæst. 10. pun. 2. §. certum est.* Etiam si nuptiæ crederentur differendæ, aut omninò impediendæ, si tamen id non posset fieri sinè graui multorum offensione, & suspitione causæ, ob quam differantur, videtur potius tacendam veritatem ob grauia incommoda, quæ possunt alias sequi, v. g. odia grauia, turbationes familiarum, &c. quæ magis vitandæ sunt, quam illa peccata materialia. Et ita Diana, *part. 7. tract. . resol. 19. versic. Idem videtur Sanchez. lib. 2. de matrim. disp. 38. num. 6.* qui addit, *in num. 7.* Confessarium, non solum posse, sed etiam teneri tacere, nè sequantur inconuenientia dicta, præbeatque peccandi ansam his, qui in bono statu sunt. Et ita Adrianus, *4. de confess. quæst. 5. dub. 7.* Io. Medina, & alij. Vndè Valentia ait, *in §. Propter ehius,* rarò accidere, vt qui ex inuincibili ignorantiã contraxerunt inualidè, sint monendi: Excipè tamen casum, quo Confessarius facilè posset impetrare actualem dispensationem, vt sponsi possint interse contrahere: aut ij, qui ob occultum impedimentum inualidè cõtraxerunt, possent iterum secretò contrahere: & omninò crederet, se id sinè turbis posse efficere.

An Correctio statim facienda sit, vel differri possit ad aliud tempus?

Dub. 10.

28 Si tunc temporis fructus non speratur, differri potest in aliud tempus. Ratio est: quia finis correctionis, est emendatio, & præceptum correctionis obligat, dum ex ea fructus speratur: ergo si tunc temporis fructus non speratur, in aliud tempus oportunum, in quo fructus speratur, differri potest correctio. Ita Bonacina, *de præcep. disput. 3. q. 4. pun. 7. num. 9.* Diana, *part. 7. tract. 3. resol. 30.* Duuallius, *in 2. 2. D. Thomę tract. de correction. quæstion. 9. articul. 3.* Trullench. *tom. 1. lib. 1. cap. 5. dub. decim. quar. num. 8.*

num. 8. Vilalobos, to. p. sum. tract. 4. diff. 3. num. 5. Palaus, to. p. tract. 6. disp. 3. puno 8. num. 6. Filliucius, to. sec. tract. 18. cap. 4. num 116. Nauarrus, cap. 14. num. 12. in 3. condit. & num. 13. & alij.

An facienda sit Correctio, dum dubitatur, An sit profutura? Dub. 14.

29 CAietanus, in verbo correctio affirmat, non vrgere praeceptum hoc, nisi ad minimum probabiliter credamus, profuturam esse correctionem.

30 Alij verò dicunt: Vel solum dubitatur, correctionem esse profuturam: vel dubitatur, non solum profuturam, verū etiam obfuturam, seu allaturam damnum spirituale. Si probabiliter dubitatur, correctionem, non solum profuturam, verum etiam obfuturam, seu allaturam damnum spirituale; non teneremur, correctionem facere, vt si ratio notabiliter dubitetur, & verisimiliter credatur, peccatorem prolapsurum esse in aliquam blasphemiam, vel commissurū aliud delictum. Ratio est: quia correctio dirigitur ad emendationem, & vtilitatem, non ad destructionem, & ruinā: ergo non est obligatio corrigendi, dum probabiliter timetur damnum, & ruina spiritualis proximi. Ita Reginaldus, lib. 4 cap. 15. num. 331. Valentia, tom 3. disp. 3. quaest. 10. pun. sec. Bonacina, de precept. disp. 3. quaest. 4. pun. 7 num. 7. Diana, part. 3. tract. 5 resolut 93 & part. 4 tract. 3. resol. 72. & part. 7 tract. 3. resolut. 23. Lorca, 2. 2. disp. 44. Nauarrus, cap. 24. num. 12 Vilalobos, to. p. sum. tract. 4. diffic. 3. num. 4. & alij.

31 Amplia: Non solum, quando adest probabilis opinio, verum etiam, dum aequale dubium est, verum mea correctio profutura sit, vel obfutura: probabiliter enim sustinere potest, correctionem tunc temporis adhibendam non esse: quia fieri potest, vt mea correctio sit causa scandali, cum fieri possit, vt delinquens audita mea correctione, prolabatur in aliquod peccatum, efficiendo me iniurijs, aut aliud peccatum perpetrando. Ita Franciscus de Castillo, in 3. sent. to. sec. disp. 6. de correct. quaest. 4. num. 7. & 8. Bonacina, d. pun. 7. num. 7. Gaspar Hurtad. disp. 6. de correct. frat. diff. 7. & alij.

32 Limitant aliqui, Modo corripiendus in extrema salutis spiritualis necessitate non existat. Vndè si peccator aliquis, in statu peccati mortalis, migraturus sit ex hac vita; & dubium sit, An correctione adhibita emendandus sit, vel minus, vnum peccatum lapsurus? correctio adhibenda est. Ita Bonacina, de precep. disp. 3. quaest. 4. pun. 7. num. 7. vers. praedicta tamen. Turrianus, 2. 2. tom 1. disp. 87. dub. 7. Malderus, 2. 2. quaest. 43. artic. 3. Bannez, 2. 2. quaest. 33. art. 3. dub. 4. concl. 1. Duuallius, 2. 2. tract. de correct. quaest. 9. artic. 4. Filliucius, to. sec. tract. 38. cap. 6. num. 135. Diana, part. 4 tract. 3 resol. 72. & alij.

33 Limitat Secūdò Bonacina: Modo peccatum delinquentis non vrgeat in damnum commune, vel in detrimentum innocentis: tunc enim admonendus est innocens, vel Respublica, vt sibi consulat, & prospiciat, quamuis ex tali admonitione ruina delinquentis malitiae ipsius adscribenda; & imputanda est: nec delinquens debet innocenti ob propriā culpam proferri.

34 Ex supradictis, tollendi sunt scrupuli ab illis, qui volunt corripere aliquos, per plateas ciuitatis blasphemātes: nam in tali casu non tenemur ad praeceptum correctionis, cum nesciant naturam, & conditionem talium personarum. Et ideò (vt dicunt Tannerus, 2. 2. disp. sec. quaest. 5. dub. 4. num 86. & Diana, part. 3. tract. 5. resol. 93. in fine) maior est obligatio in tali casu praecepti negatiui, de non nocendo proximo, quam affirmatiui, de commodando.

35 Tenetur tamen illum corripere (ait Coninchius, disp. 28. dub. 6. num. 107.) qui coram alijs Viro honesto grauiter detrahit: modo hac ratione impedire, nè alij ipsi credant: quantum uis credamus, ipsum ideò grauius peccaturum.

Dubitatur: An vt praeceptum correctionis obliget, opus est, vt adsit probabilis spes emendationis?

36 AFfirmatiuè respondetur: quia, quotiès correctio non speratur profutura, non tenemur corrigere, cū ad opus inutile mō teneamur. Vndè non est corrigendus proximus, quando correctio creditur futura perniciosa. Praeterea, nō est corrigendus frater, dum ira feruet: sed expectandum est, donec iram deposuerit: nam corectio adhibetur, tamquam medium ad emendationem fratris consequendam: non est autem obligatio assumendi medium, dum spes

obtinendi finem non adest. Ita Bonacina, *de præcep. disp 3. q. 4 pun. 7. num. 6. vers. Tertia est.* Diana, *part. 7. tract. 3. resolut. 21.* Reginaldus, *lib. 4. cap. 25.* Vilalobos, *to. sec. sum. tract. 4. diff. 5. num. p.* Bannez, *2. 2. q. 33. artic. sec. dub. 4.* Trullench. *to. p. decalog. lib. p. cap. 5. dub. 14. num. 6.* Hurtadus, *vol. sec. disp. 168. sect. sec.* & alij.

37 Non tamen requiri necessariò, fructum ex correctione statim sperari, dicunt Suarez, *de charit. disp. 8. sect. 3. num. 4.* Sancius, *in select. disp. 6. num. 9. §. Aduertendum.* Sanchez, *lib. 4. de matrim. disp 38. num. 5.* Sotus, *de secret. memb. sec. q. 4. part. 5. conclus. ante paulo ante solutionem ad 1.* Siluester, *v. correctio q. 5.* Nauarrus, *lib. sec. de restit. cap. 4 part. sec. dub. vlt. in edit. n. 136.* & alij. Sed sufficit, si decursu temporis speretur: quare si persona sit talis, qua cum possis in correctione progredi, & speres per tertiam correctionē fore emendandum; debes primam, & secundam apponere: quia erant iam illæ correctiones necessariæ.

An præceptum Correctionis obliget cum periculo vitæ, vel magni nostri damni, vel incommodi? Dub. 12.

38 NEgatiuè respondent Henriquez, *lib. 3. cap. 27. num. 4. littera I. in commento.* Nauarrus, *cap. 24. num 12.* Trullench. *to. 1 lib. 1. cap. 5. dub. 14. nu. 9.* Sanchez *to. sec. consil. lib. 6. cap. sec. dub 3. nu. 7.* Diana, *part. 7 tract. 3. resolut. 26.* & alii. Quorum ratio est: quia vna ex conditionibus, necessariis ad correctionem fraternam, est; vt nobis, qui eam adhibemus, non immineat periculum vitæ, famæ, aut alterius incommodi: si enim immineat, cum nos ipsos debeamus magis diligere, quam proximos, certum est, nos non teneri, eam adhibere.

39 Limitant hanc sententiam supra citati Doctores: Primò, Nisi sit casus necessitatis extremę specialis, vt potè, quando proximus est in peccato mortali, & nullum aliud est tempus, in quo possit adhiberi; cum (ex hypotesi) sit iam moriturus; & nemo est, qui potest corripere, præter nos: tunc ad eam cum iusto periculo tenemur: hoc enim ordo charitatis necessario postulat. Quando verò alii supponunt, qui possunt corrigere, vel speratur opportuniùs tempus, nemo in tali necessitate, cum periculo vitę, aut fortunarum tenetur.

40 Limitant Secundò: Nisi immineret nobis ex eius correctione leue damnum: quia tunc tenemur ad præceptum correctionis.

Dubitatur: An in extrema necessitate proxime teneamur illum corripere cum proprio vitę periculo?

41 SI necessitas spiritualis est simpliciter extrema, & vltima, vt quando scilicèt, proximus est in periculo, finiendi vitam in peccato mortali; tunc tenemur cum proprio vitæ periculo correctionē facere, cum aliquo detrimento boni tēporalis, vt dicunt communiter Doctores. Si verò necessitas spiritualis non est extrema, quamuis grauis sit, aut grauissima, secundum quod existēs in peccato mortali est minus reparabilis, nihilominus habet tempus pœnitendi; non tenemur tunc exponere vitam, neque corripere proximum, cum graui periculo omittendi honorem, aut statum nostrum; sed poterimus differre in aliud tempus; aut omninò dimittere. Ita Duuallus, *2. 2. tract. de correct. q. 9. articul. 4.* Miranda, *to. p. ordin. iudic. q. 9 art. 6. concl. 1.* Malderus, *2. 2 q. 33 artic. 2.* Bannez, *2. 2. q. 33. artic. 3. dub. 4. concl. 3.* Vilalobos, *to. 1. tract. 4. diff. 5. num. 5.* Nauarr. *in manual. cap 27. num. 13.* Aragonius, *2. 2. q. 33. artic. sec. dub. vltim. concl. 4.* Hieronymus Rodoriquez, *in comp. qq. regul. resol. 36 num. 7.* & alii.

42 Et multo magis tenentur Prælati, & alij Superiores, in extrema necessitate proximi, cum periculo vitę, correctionē adhibere, ait Palaus, *to. 1. tract. 6. disp. 1. pun. 9. num. 4.*

An teneatur quis corrigere, non solum Subditos, sed etiam Superiores, & Prælatos? Dub. 13.

43 QVò ad Subditos, affirmatiuè respōdetur. Et hoc cum magna prudentia, & humilitate, & potius obsecrando, quam increpando: aliàs nullius effectus erit. Item secretò, & non publicè, ex decreto Innocentii III. *in cap. cum ex iuncto, de Arectitijs.* Deindè captari debent tēpora, in quibus creduntur magis esse dispositi. Generaliter in hac correctione summa prudentia opus est. Ita Bonacina, *de præcep. disp. 3. q. 4 pun. 7 nu. 5.* Franciscus de Castillo, *in 3. sentent. to. 2. disp. 6.*

2. *disp. 6. de correct. quæst. 6. num.* 8. Malderus, *in* 2.2. *quæst.* 33. *artic.* 4. Caietanus, *in* 2.2. *quæst.* 33. *artic.* 4. Trullench. *tom. p. lib. p. cap.* 5. *dub.* 14. *num.* 3. Filliucius, *to. sec. tract.* 18. *cap.* 5. *num.* 125. & 126. Vilalobos, *to. sec. sum tract.* 4. *diffic.* 7. *num.* 4. Diana, *part* 7. *tract.* 3. *resolut.* 25. Reginaldus, *to. p. lib.* 4. *cap.* 45. *num.* 330. Aragonius, 2.2. *quæst.* 33. *artic.* 4. Lorca, 2.2. *disp.* 45. *nu.* 4. & alij. Vndè in correctione Prælatorum tria requiruntur. Primò, vt non quilibet temerè hanc correctionem vsurpet. Secundò, vt corrigatur Prælatus cum magna reuerentia, & humilitate. Et Tertiò, vt numquam publicè corrigatur.

44 Non tamen Prælatus tenetur, vitam suam emẽdare, vt possit peccatum corrigere, quando ob peccatum ineptus efficitur ad correctionem. Ratio est: nam quando alterum meo malo exemplo, vel auctoritate, non induxi ad peccandum; tunc non mihi, sed ipsius malitiæ imputandum est, si nolit se emendare, nisi ego emendem. Nec enim teneor, quamuis modo, alterius emendationem procurare, sed sufficit quod medijs opportunis vtar, eum ad emendationem adhærendo, quando hoc opportunum est, & adest spes fructus; præsertim cum ille, respectu meæ correctionis in particulari non sit in magna necessitate, cum alijs modis, si velit, possit facile iuuari: & cum multorum bonorum exemplo, & vitiorum reprehensionibus, factis à Concionatoribus, non iuuetur, vix poterit esse probabilis spes, quod mea correctione emendaretur, si ego me prius emendarem. Ita Coninchius, *de charit. disp.* 28. *dub.* 7. *à num.* 137. Bannez, 2.2. *quæst.* 33. *artic.* 6. *concl. p.* Lorca, *ibidem disp.* 42. *num.* 12. Malderus, *quæst.* 33. *artic.* 5. *concl.* 3. Hieronymus Rodriquez, *in comp. qq. regul. resol.* 36. *num sec.* & alij.

45 Possunt etiam Iudices, in peccato mortali existentes, exercere correctionem iudicialem in alios: cum enim eorum actus sint omninò prophani, & humani, peculiarem quamdam sanctitatẽ in ministro non exigunt. Ita Diana, *par.* 7. *tract.* 3. *resol.* 17. Turrianus, 2.2. *to. sec. disp.* 4. *dub.* 3. *num.* 9. & alij.

46 Et quamuis D. Thomas, *in* 4. *dist.* 19. *quæst. sec. artic. sec.* Paludanus, *ibidem quæst.* 3. *artic.* 3. Siluester, *v. correctio q. vlt.* & alij, putant: Iudicem Ecclesiasticum, qui est in peccato mortali, non posse sine suo nouo peccato, actum iudicialem in alium peccatorem exercere. At contraria sententia tenenda est. Ratio est: quia si ita esset, vt Iudices, peccatores iudicando, peccarent, seù exercendo actum iustitiæ; quilibet peccator, exercendo actus alicuius virtutis, similiter peccaret: non est enim maior ratio vnius actus, quam alterius: hoc autem est durissimum, sic enim peccator nullum bonũ exercere posset, & tãtũ ab eo distaret steffer, vt ad bona opera exercitari deberet, quinimò ab ijs deberet deterreri, & auocari, non minus quam à malis operibus: quia exercendo ipsa bona opera (supposito, quod sit in peccato) denuo peccat, quod est absurdum. Ita Duuallius, 2.2. *de charit. quæst.* 9. *artic.* 4. Diana, *part.* 7. *tract. tert. resol.* 17. Gaspar Hurtad. *disp.* 6. *de correct. diff.* 10. Lorca, 2.2. *disp.* 42. *num.* 12. Turrianus, 2.2. *to. sec. disp.* 4. *dub. tert. num.* 9. & alij.

47 Quò verò ad Superiores: Prælati, & Magistratus, tenentur, aliquando sub peccato mortali, corrigere peccata mortalia ex iustitia, modo stipendium, vel quasi stipendium accipiant: & non solum peccant contra charitatem, sed etiã cõtra aliam virtutem, specie distinctam, dicunt Bannez, *quæst.* 22. *artic. tert. dub.* 1. *concl. sec.* Valentia, *disp. tert. quæst.* 10. *pu. tert.* Suarez, *disp.* 8. *sect.* 4. *num.* 5. Hurtad. *de fide, vol. sec. disp.* 162. *sect.* 4. §. 49. & alij. Quorum ratio est: quia Magistratus sæculares pecuniam accipiunt, pro exercendo munere; Prælati verò stipendium, iurisdictionem, & alia commoda temporalia. Qui verò non accipiunt publicum salarium pro suo officio, non tenẽtur ex iustitia: quia obligat ratione dati, & accepti. Vndè secundum hanc opinionem, teneri Prælatos, & Magistratus aperire in confessione munus suum Sacerdoti, illud ignoranti, quando in correctione peccarunt.

48 Lorca verò, *in* 2.2. *D. Thomæ quæst.* 22. *artic.* 5. *sect. tert. disp.* 42. *num.* 4. ait: Correctio fraterna non est actus iustitiæ, sed charitatis: nam Prælatus, debito sui muneris, non solum tenetur, exhibere subditis iustitiam, sed etiam charitatem: Vndè sequitur: circumstantiam hanc, quod Prælatus sit, qui corrigere negligit, non mutare speciem: videtur autem intra eamdem speciem notabiliter agrauare: & ita etiam Diana, *par.* 7. *tract. tert. resol.*

resolution. 9. versicul. Ex quo.

49 Neque peccant contra iustitiam Confessarij, qui non accipiunt publicum stipendium, quia non est inter illos, & pœnitentes datum, & acceptum pro correctione: At si Confessarius in confessione eam omittat, quæ prudenter necessaria censentur, peccant contra religionem, eos obligantem, ad Sacramenta dignè administranda, ait Diana, *part. 7. tract. 3. resol. 9.*

50 Concionatores verò, & alij, qui nec stipendium publicum accipiunt, nec administrant Sacramenta, non obligantur nisi ex charitate ad correctionem fraternam: nec peccant contra duas virtutes: quia nec Iustitia, nec Religio, nec fidelitas eis imponunt obligationem. Sic Diana, vbi supra.

51 Parentes verò, Domini, & Magistri, tenentur corrigere filios, & cæteros ex sua familia speciali titulo: quia ad Parentes spectat, filios bonis moribus imbuere: ergo, & à peccato terrere. Ita Hurtadus, *vol. secundisp. 162. sect. sec. 9.* 161. Villalobos, *to. secsum. tract. 4. diff. 6. num.* 5. & alij.

An Concionatores teneantur corrigere publica peccata, quamuis non multum fident de correctione? Dub. 14.

52 AFfirmatiuè respondet Hurtad. *in 2. 2. vol. sec. disp. 162. sect. 7. §.* 58. Cuius ratio est: quia licèt hic, aut ille non recipiat; at terreri tenetur ex officio, & multi concipiunt animo timorem Dei: & quamuis reuelaretur Concionatori, nullum omninò iri conuersum; tamen tenetur publico suo muneri publicè satisfacere, & agere partes Dei.

53 Non tamen peccant Concionatores, si in peccato corrigunt: quia supradictæ actiones non sunt annexæ ordinibus sacris ex institutione Christi: nec sunt ita sacræ, quin à peccatore effici possint. Ita Suarez, *de charit. disp. 8. sect. 4. nu. 6.* Torres, *2. 2 quæst. 33 artic. 6. disp.* 88. Diana, *part. 7 tract. 3. resol.* 14. Villalobos, *to. sec. sum. tract. 4. diff. 8. num. sec.* & alij.

Quo ordine facienda sit Correctio fraterna? Dub. 15.

54 REspondetur: eo faciendam ordine quem Christus Dominus in Euangelio præscripsit: hic autem ordo à Christo præscriptus fuit: Primò, vt delinquens secretò moneatur. *Corripe eum inter te & ipsum solum*, inquit Christus Matth. 18. modo delictum sit occultum. Secundò, coram testibus corrigatur, si priuata, & secreta monitio non profuit. *Si te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum, vel duos testes, vt in ore duorum, vel trium stet omne verbum.* Tertiò, vt Prælato denuntietur, quoties Correctio (obseruatis primis duobus modis) non profuit. *Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ*, inquit Christus. Vide Bonacinam, *de præcept. disp. 3. quæst. 4. pun. 7. num.* 13. Dianam, *part. 7. tract. 3. resolut.* 35. & alios.

Dubitatur Primò: *An supradictus ordo, in Correctione adhibendus, seruari debeat sub peccato?*

55 NEgatiuè respondet prima opinio. Ita D. Bonauentura, *in ca. 17. Lucæ.* Bernardus de Arreuallo, *de correctione fraterna, per totum.* Salmeron, *tract. 21.* Hurtadus, *vol. sec. in 2. 2. disp. 163. sect. 5. §.* 207. & alij.

56 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia est communis ferè omnium Doctorum, paucissimis exceptis, qui probabili ratione contrarium asserunt: quamquam nec illos, credo, generaliter contrarium velle asserere; siuè nos nũquam obligari, ad eum ordinem seruandum; sed fortè solum voluerunt, non ita sæpè occurrere omnes circumstantias necessarias, vt obligemur, eam seruare. Tum quia hæc videtur etiam communis sententia Patrum: vt patet ex D. Augustino, *sermon. 16. de verbis Domini*, vbi hunc ordinem explicat Chrisost. *homil* 61. D. Gregorius, *lib. 4 Regist. epist.* 36. vbi ait. Et nos quidem seruamus, quod veritas præcipit, dicens: Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te, & ipsum solum, idem dicunt cæteri; & Coninchius, *disp. 28. de charit. dub. 8. num.* 138. qui alias rationes adducit Palaus, *to. p. tract. 6. disp. 3. pun. 8. num.* 4. Suarez, *de Relig. to. 4. lib. 10 cap. 7. num.* 10. Beccanus, *de fide spe, & charitate cap. 21. dub. 4. num.* 30. Villalobos, *tom. 1. sum. tract. 4. diffic. 9.* Granadus, *2. 2. controu. 3. de charit. tract. 11. disp. 1. num. sec.* Turrianus, *to. sec. in 2. 2. disp. 89. dub. sec. conclus. sec. & tert.* Tannerus, *to. 3. disp. sec. quæst. 5. dub. 5. num.* 96. Filliucius, *to. sec. tract.* 28.

28 *cap. 7. num. 147.* Lorca, *in 2.2. disput. 3. sect. 3. num. 26.* Trullench. *to. 1. lib. 1. disp. 5. dub. 16. num. 1.* Franciscus de Castillo, *in 3. sent. tom. 2. disp. 6. de correct. quæst. 7. num. 3.* Diana, *part 5 tract. 13. resol 42. & part 7. tract. 3. resol 36* & alij.

57 Non tamen talis ordo correctionis semper sit seruandus sub præcepto, dicunt Diana, *part 5. tract 13. resolut* 41. Bannez & alij: quia in aliquibus casibus non erit seruandus Primò, quando peccatum proximi est publicum: tunc enim, non opus est præmittere secretam correctionem, sed potest publicè corripi. Secundò, quando peccatum proximi, tamensi occultum sit, vergit in detrimentum aliorum; & non videtur efficaciter, ac tempestiuè occurri posse per priuatam monitionem: vt si aliquis moliatur clàm proditionem, vel incendium Ciuitatis: aut si occultè inficiat alios hæresi: tunc enim immediatè ad Superiorem recurrendum est, vt efficaciter ac tempestiuè impediat eiusmodi malò. Tertiò, quando quis prudenter indicat qualecumque tandem sit peccatum proximi se nihil effecturum, seruando ordinem correctionis: melius fore, si relicta secreta monitione, vel inductione testium, immediatè procedatur ad Superiorem, vt is opportunum adhibeat remedium. Quartò, quando proximus propter maiorem profectum spiritualē paratus est, & paratum se esse profitetur, vt ipsius imperfectiones, & peccata, tamensi occulta, manifestentur Superiori, & ab eo corrigantur, nulla præmissa secreta monitione.

Dubitatur Secundò: An Correctio, non solùm in foro conscientiæ, sed etiam in foro externo facienda sit?

58 PEtrus de Lorca, *in 2.2. disp. 47. num.* 28. affirmat, ex illis verbis, *cap. qualiter.* vbi sic ait: Sicut accusationem, legitima debet præcedere inscriptio: sic & denuntiationem, charitatiua monitio; & inquisitionem, clamosa insinuatio. Sicut ergo inscriptio (hoc est, libellus, quo accusatio scripta contineatur, cum subscriptione accusantis) ablata probatione, requiritur ad accusationem, & tantum, vt aliter admittenda non sit: & sic vt Iudex procedat via inquisitionis, necessaria est infamia, & aliter, iniustè procedit: Ita etiam videtur, admonitionem præexigi ad denuntiationem, nam eodē modo Decretalis de tribus his loquitur. Alias rationes apud eum inuenies. Et ita docet Octauianus Spatarus, *in pract. de modo corrigendi Regul tract. 5. cap. 1 num. 4. & cap. 3 num. 4*

50 Nota etiam cum Palao, *tom 1 tract. 6. disp. 3. pun. 16.* Diana, *part 7. tract . resol.* 58 Duuallio, *in 2.2. tract. de correct. quæs. 9 artic. 5* & Lorca, *vbi supra*, quod si Prælato, vel Iudici constaret, iniuriam fieri Reo, eo quod denuntiatur, vel accusatur, non præmissa admonitione quando debita est; & tenetur, quantum potest, commodè denuntiationem, & accusationem impedire; & conari, vt Euangelicus ordo seruetur. Siquidem Iudex alia via, quam per sententiam suā iuridicam, posse æque bene impediri peccatum, & vitari illius incommoda, tenetur ex vi charitatis, quantum fieri potest, illam denuntiationem, & accusationem impedire: quamuis si nolit accusator, aut delator desistere, nec possit prouidere Iudex, vt euangelicæ correctionis ordo seruetur, non peccat, admittendo denuntiationem, & accusationem: eius quippe est, se vt Iudicem gerere, nec adeò esse sollicitum, an secreta admonitio, quæ est ex lege charitatis, præmissa fuerit.

An ordo circa adhibitionem testium sit seruandus, quo ad peccatum, vni tantum notum? Dub. 16.

60 TVrrianus, *in 2.2. to. 1. disp 89 dub. 4.* affirmat.

61 Diana verò, *in part 7 tract. 3. resol. 37.* Franciscus de Castillo, *in 3. sent. to 2. disp. 6. de correct quæst 8 nu 9.* & alij negant. Quorum ratio est: quia peccatum, quod est materia præcepti correctionis fraternæ, debet esse publicum, vel simpliciter, vel secundùm quid: sed quod vni tantum notum est, non est adhuc secundùm quid publicum: ergo, &c. Confirmatur Primò: quia ego solus vidi, fœminam virginem deflorari; teneor tacere: immò, & si narraui, teneor restituere famam, & quærere modum, qualiter eam absque infamia mea, vel sua, restituam: sed totum hoc non est verum, si ad corrigendum fraternè feminam peccantem, teneor, post admonitionem, adhibere testes; quia tunc diffamaretur apud illum: ergo, &c. Confirmatur Secundò:

cundò: quia Christus in prædicto ordine loquitur, non de correctione secreta, quæ per hoc differt ab illa, quod respiciat peccata, aliquo modo publica, & quæ differri possint ad Ecclesiam, & ab ea puniri: ergo peccatum, vni tantum notum, non est præceptum de adhibitione testium.

An qui corripuit, adhibitis testibus, teneatur adhuc gradatim alios testes adhibere, vel possit statim Prælato denuntiare, si repetitione testium speret, forè, vt delinquens ad meliorem trahatur frugem? Dub. 17.

62 MAlderus, *in 2.2. quæst.33. artic.8. dub.3.* Bonacina, *de præcep. disp.3. quæst.4 pun. vlt. num.14.* Nauarr. *lib.2. de restit. cap.4. num.264.* Diana, *part.7. trac.3. resol.38.* & alij dicunt: Posse testes gradatim adhiberi; non tamen tenetur. Quod possit: ratio est, quia nulla sufficienti ratione probatur, non posse; cum hac ratione speret resipiscentiam, & famæ delinquentis prospiciat. Quod verò non tenetur, probatur: quia sufficienter charitatis ordinem seruauit, iuxta præceptum Euangelij. Tum quia, non tenetur, tantum incommodum subire, cum frequenter magis onerosum sit, testes sæpiùs adhibere, quam delinquentem Prælato vnica vice denuntiare.

63 Quando nō operatur fructus ex Correctione, non sunt adhibendi testes, sed poterit recurrere ad Prælatum. Ratio est: quia nullus obligatur ad opus inutile: sed testium aduocatio esset inutilis, vt suppono: ergo non sunt aduocandi testes: ergo prius Prælato fieri potest denuntiatio. Ita Diana, *part.7. tract.3. resolut.43.* Suarez, *disp.8 de charit. sect.6. num.17.* Filliucius, *tom.2. tract.28. cap.7. nu.115.* Bonacina, *de præcep. disp.3. quæst.4 pun.7. num.15.* Trullench *to.1. lib.1. ca.5. dub.16. num.2.* Hieronymus Rodoriq. *in comp. qq. regul. resolut.36. num 4.* & alij.

An in Religione sit licitum reuelare Prælato, vt Patri, peccatum occultum fratris, absque præuia correctione? Dub. 18.

64 AFfirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia fructus vberior spiritualis illius fratris meritò præponderat iacturæ illius famæ. Ita Hurtadus, *vol.2. disp.163. à sect.5.* Turrianus, *to. 1. in 2.2. disp.89. dub.4.* Sanchez, *lib.6 sum cap.18. num.46.* Suarez, *tract. de charit. disp 8 sect.6. num.12.* & alij. Et hoc quando Superior, cui, tamquam patri, reuelatur peccatum occultum fratris, est vir prudens, & discretus: Secùs autem, si sit vir imprudens violentus, vel subditis non benè affectus: quia in tali casu talis denuntiatio non est facienda: aliter facientes, peccant.

65 Secunda opinio negat. Cuius ratio est: quia Christus in Matthe. 18. præcipit: vt correctio præmittatur, antequā peccatum fratris Superiori denuntietur: ergo hoc faciendum est. Deindè, frater debet corrigi, quantum fieri potest, cum minima iactura suæ famæ: quia idipsum exigit charitas, vt frater, suo quam minimo damno, corrigatur: neque ad vllam infamationem coram altero procedatur, si absq; hoc satis corrigi possit: neque fas est, solum propter maius bonum spirituale, alicuius famā, aut fortunas eiusdem lędere. Vndè patet responsio ad argumentum contrarium. Ita Tannerus, *2.2. disp.2. quæst.5. num.106.* Emanuel Rodoriquez *de ordin. iudicario, cap.9. num.5.* Hieronymus Rodoriquez, *in comp. qq. regul. resolut.36. num.5 versic Oppositam sententiam.* Ioã. de Iesù, *lib. de visit. tract.1. cap.9. num.1. & 9.* Lorca, *2.2 sect 3. disp.47. num.9.* Io. del Cruz. *in direct. conscient. part.1. præcep.5. artic.2. dub.5. concl.1.* Beccanus, *2.2. cap.21. dub.4.* Miranda, *de ordin. iudiciario to.1. quæst.11. artic.4.* Sayrus, *in Clau. Reg. lib.11. cap.4 num.10 & seq.* Fagundez, *to.2. decalog. lib.8. cap.7. num.15* Palaus, *to.1. tract.6. disp.3 pun.9. num.2.* Trullench. *to.1. lib.1. cap.5 dub.1. num.3.* Diana, *part.3. tract 2. resolut.37. & part.7. tract.3 resolut.45.* & alij.

66 Limitant hanc sententiam aliqui: Vt nō procedat in aliqua Religione, in qua adest statutum, vt qui nouerit peccatū Socij, immediatè denuntiet Prælato, nō præmissa correctione fraterna: nam in tali casu, huiusmodi Religiosi cedunt iuri suo, videlicèt, quod secum ordo fraternæ correctionis præmittatur: vt faciunt Religiosi Societatis Iesù. Ita Suarez, *tract. de fide disp 8. sect.6. num.12. & 17.* Coninchius, *de act. superior. disp.28. dub.11. num 121.* Layman, *in Theolog. moral. lib.3 sect.5 tract.3. pun.2. cap.4. nu.5.* Valentia, *2.2. quæst.10. pun.5.* Sanctarellus,

fessus, *super decalog.lib.2.cap.69.nu.*11. Sancius, *in select. disp* 46. *num.*28. Peregrinus, *in constit Cler.Regul.part.*3 *cap.*9 *littera P* §. *sec. conclus.*4. Rodoriquez, *in exercit spirit. tom.*3.*tract.*8.*cap.*6. Silnius, 2.2.*q.*33.*artic.*7 *concl.*3. Malder. 2.2. *q.*33 *artic* 8. §. *Arguitur secundo,* & alij.

67 Sed hanc limitationem non admittunt aliqui. Quorum ratio est: quia damnant hoc statutum, tamquam impium statutum Religionis, decernens vitia occulta, immediatè deferenda superiori: cum sit contra præceptum Christi, Mattheo 18.iubentis: correctionem fraternam denuntiationi peccati occulti præmitti. Nec potest dici, hoc præcepto ligari Religiosos, cum sit generale omnibus fidelibus, & institutum, ad cauendum infamiæ proximi, & bona fama maximè sit religiosis necessaria, & potissimum apud Prælatos, qui malam subditi opinionem concipientes, plus poterunt ei nocere. Cum ergo id non liceret manifestare cuidam priuato, qui posset sua auctoritate prodesse ad huius correctionem, nisi præmissa huius correctione: vel quando huius correctionis vtilitas desperaretur: ita etiam non licebit, manifestare Superiori. Ita Philiarcus, *de offic.Sacerd.to.*1.*part.sec.lib.*4.*cap.*14. Lorca, 2.2.*quæst.*33 *artic.*8.*sect.*3.*disp.*47 *num.*22.*& sequ.* Ledesma, *to.sec.sum. tract.*4.*cap.*4. *conclus.*14. §. *digo secundo.* Hieronymus Rodoriquez, *in comp qq regul.resol.*36 *nu.*5 *in fine.* Portella, *in add. ad dub.regul.v.correct frater.n.*5. & alij.

Dubitatur Primò: An in Religione sit licitum, reuelare Prelato, vt patri, peccatum occultum fratris, absque preuia correctione, quando melius sit, per ipsum Prelatum correctum iri?

68 Affirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia, sicut Medicus corporalis prudenter vtitur acerbiori medicina, quamuis non sit valdè necessaria, si tamen est valdè vtilis: ita etiam, si correctio per Prælatum non sit necessaria simpliciter, si tamen est valdè vtilis, & efficacior secreta correctione; poteris, hac omissa, delictum ad Prælatum deferre. Ita Suarez, *disp.*8.*de correct.sect.*6 *num* 17.*& to.*4.*de Relig.lib.*10.*cap.*9.*&* Palaus, *to.*1.*tract.*6. *disp.*3.*pun.*4. *num.*3. Trullench *to.*1 *lib.*1.*cap.*5.*dub.*16. *num.*2. & alij. Et tamquam probabilem admittit hanc opinionem Diana, *in part* 3 *tr.*3. *resolut.* 46. Concurrentibus tamen duabus conditionibus. Prima: vt delatio fiat ei, non tamquam iudici, sed tamquam Patri. Secunda: vt Prelatus sit prudens, discretus, & spiritualis, zelo, & dilectione suarum ouium ornatus, & taciturnus: & insuper, sit spes maioris vtilitatis fratris in futurum, emendati per Prælatum, quam per priuatum.

69 Secunda opinio negat. Cuius ratio est: quia Christus illum primum gradũ correctionis expressè tradidit, & præcepit vniuersis, & sine exceptione: ergo nullum, sinè temeritate, excipere possumus, nisi exceptio oriatur ex ipsa natura rei: quia nimirum admonitio secreta non speratur profutura: & qui, aut omninò excludunt, aut aliter restringunt; gratis, & contra Christi decretum opinantur. Ita Lorca, 2.2.*disp.*47.*num.*9. Sotus, *memb.sec. quæst.*4.*conclus.*3. *dub.*3. Paludanus, *q.*4. Abbulens *q.*84.& alij.

Sed stando in prima opinione huius dubitationis, scilicèt, quod sit licitum absque preuia correctione deferre delicta fratrum Prelato, vt patri: Queritur Secundò, quid possit facere Prelatus, cum subdito, sic delato?

70 Ludouicus Caspensis, *in casu Theologico to.sec.tract* 17. *disp.*6.*sect.*3. *nu.*35. ait: Non posse Prelatum procedere iudicialiter, & delinquentem punire, & dicũt communiter Doctores: esset enim contra ius, peccatum secreto manifestatum ad correctionem per pœnitentiam, euulgare: In delicto verò graui, precipue si probari potest; benè potest Prelatus procedere ad pœnitentiam aliquam secretam, que magis sit correctiua, & preseruatiua delicti, quam punitiua, vt docet Sotus, *de teg.secr. memb.*2. *q.*4. Similiter poterit Prelatus subditum à loco vel ministerio aliquo remouere; quãdo munus ex solo nutu Superioris pendet, & põt fieri, sine forma illius, attentis prudenter omnibus circũstantiis. Similiter poterit Prelatus cũ suis Consultoribus agere ea de re, quando id iudicatur necessariũ, ad remediũ adhibendũ, & corã illis loquẽdo monere, & corrigere secreto ipsũ delictũ: qa in hac manifestatione vtilitatẽ spiritualẽ delinquẽtis respicit, vt

vt tradit Turrianus, *disp.89. dub.4.* Immò, & designare subdito delinquenti socium fidelem, qui eius actiones exploret, & referat Superiori, vt tradit Bannez, 2.2. *quæst.33. articul. 3. dub.1.* Hoc enim spectat ad officium Prælati, qui tenetur, vitam subditorum inquirere : quia eius curæ commissi sunt, & pro eis rationem est rediturus. Deindè, si ei moraliter constet de delicto subditi, saltem per delationem vnius testis, omni exceptione maioris; poterit grauiter subditum reprehendere, etiam coram duobus, vel tribus testibus, & pœnitentiam aliquam iniungere, etiam sub excommunicatione, ipso facto incurrenda præcipere, nè talem locum suspectum adeat : vel nè cum tali persona loquatur : hæc enim omnia, tradit Castrus Palaus, *tract.6. de charit. disp.3. pun.12.* non excedunt paternam correctionem, & semiplena probatio delicti sufficiens est, de illa præstanda : vt etiam notauit Suarez, *de Relig. lib 10 cap.10. & 12.* Deindè addit : si delictum sit in damnum Communitatis, vel tertij, via denuntiationis paternæ, nequit ei remedium sufficiens adhiberi; posse Prælatum, præcipere delatori, vt relicta denuntiatione paterna, ad iudicialem trãseat : posse etiam creare fiscalem, qui denuntiatoris officium sumat : & facta per illum denuntiatione, examinare delatorem tamquam testem, qui veritatem tenetur fateri : & facta hæc testificatione, procedere ad examinandum delinquentem. Quod est valdè notandum, pro modo procedendi Prælatorum in delictis, quæ vergunt in dãnum, & perniciem Communitatis. Ita Ludouicus Caspensis, & Diana, *par.7. tr. 4. resolut.46.*

Dubitatur Tertiò : An aliquando Prælatus possit ex denuntiatione paterna, procedere ad iudicialem?

71 Affirmatiuè respondet prima opinio; quando est spes, vt per processum iudicialem corrigatur quoque delinquens, & aliàs, crimen non esset omninò occultum, sed probabile iudicium. Ita Filliucius, *to. sec. tract. 28 cap. 8. num.164.* Sanchez, *to.2. consil. lib.6. cap.2 dub.11. num 8.* Trullenchius, *to.1. lib.1. cap.5 dub.16 num.8.* & alij.

72 Secunda opinio negat : quia, tunc nullam habet notitiam, qua, vt Iudex, possit inchoare iudicium (supponimus enim, non præcedere infamiam) rursus, nec est qui iudicialiter accuset, vel denuntiet : nullo ergo modo habet vim procedendi, nisi ille, qui denuntiauit, vt patri, velit denuntiare, vt Iudici. Ita P. Lugo, *de iust. to.2. disp 37 sect.7. num.82.* Suarez, & alij : & sic obseruatur in nostra Religione : vt ex verbis, *cap.10.* Constitutionum patet.

73 Limitant hanc sententiam aliqui: Dũmodò quod delictum non sit in graue damnum Reipublicæ, vel alterius Innocentis : quia, si est in damnum Reipublicæ, vel Innocentis, potest Prælatus, ex denuntiatione paterna procedere ad iudicialem. Et ita dic, quando per viam paternam Prælatus non cõsequitur subditi emendationem, & speret eam consequi per viam iudiciariam. Ita Diana, *part.7. tract. 3. resolut.47.* & Vilalobos, *to. 2. sum tract.4 diff.14 num.5. & 6.* qui ait, in tali casu, Denuntiator adhibendus est, tamquam testis.

Dubitatur Quartò : An Prælatus regularis possit inquirere peccata occulta subditorum, vt illa corrigat fraternè, & quid de subditis?

74 D. Thomas, *in 2.2. quæst.33. artic. sec. ad 4.* & alij dicunt : Prælatos, aliosque Superiores teneri, non solum corrigere peccata, quæ casu vident, à subditis fieri, vel alijs facta cognoscunt; sed etiam inquirere in vitam subditorum, vt videant, si quæ in ijs fortè corrigenda sunt : nisi enim hoc facerent, subditi falaciter impunè peccarent, cum facilè ipsis esset cauere, nè in conspectu prælati peccarent; & faciliter sibi persuaderent, alios per se sinè superioris inquisitione ipsos non delaturos : atque ita, cum maximo boni communis (quod Superior tenetur conseruare) detrimẽto, omnia scaterent peccatis, & vigor disciplinæ omnia dissolueret.

75 Quamuis hæc sit obligatio prælatorum, tamen (vt benè obseruat Lorca, *in 2.2. D. Thomæ, quæst.33. articul.6. disp. 45. sect.3. num.11.*) prudentiæ moderamine temperanda est, nè sit nimia sollicitudo, & intempestiua inquisitio. Vndè prouenit, vt Prælatus ipse, tamquam inquietus, & suspiciosus, odio habeatur, & detractores foueat : excessus enim

enim sollicitudinis in hac parte, non solum inutilis, sed molestus, & odibilis subditis esse solet: quare prudenter D. Benedictus, *in regul. cap. 64. de Abbat.* inquit: Non sit turbulentus, & anxius, non sit nimius, non sit zelotypus, & nimis suspiciosus, &c.

76 Et licèt (vt dictum est) Superior Religionis possit, & teneatur inquirere peccata subditorum; tamen illicitum erit subdito, inquirere vitam fratrum, vt illos fraterne corrigat. Vndè Lorca benè ait: Non solum non tenemur quærere peccatores, & peccata, quæ corripiamus; sed talis inquisitio vitiosa est, & reprehensibilis: quia generat scandala, & occasionem præbet odijs, & dissentionibus: nam homines molestè ferunt, acta sua scrutari ab alijs: & natura sua, inquisitio hęc iniuriam infert proximis; aduersatur enim homini, & bonę existimationi, quam de se haberi omnes cupiũt: quare, numquam ex charitate, sed ex ambitione, & sollicitudine vana, & inepta oritur. Ita Lorca, & Layman, *in Theolog. moral. lib. sec. tract. 3. cap. 7. num. sec.* Coninchius, *de actib. supernatur d. 28 dub. 5. num. 71.* Ledesma, *to. sec. sum. tract. 4. cap. 4 conclus. 11.* Malderus, *2. 2. q. 33 artic. 4 assers. 1.* Reginaldus, *to. 2. lib. 4 cap. 25. num. 336.* Tannerus, *2. 2. disp. sec. quęst. 5. dub. 4. num. 79.* Vilalobos, *to. sec. sum. tract. 4. disp. 6 num. 3.* Bannez, *2. 2. quęst. 33 artic. 3. dub. 3.* Spatarius, *de prax. canonica, tract. 4. cap sec. num 1.* Turrianus, *2. 2. disp. 89. dub. 5.* Diana, *par. 3 trac. sec. resol. 42.* & alij.

77 Vndè etiam, quando Prælatus præcipit, vt sibi dicatur, quod quis sciuerit corrigendum, intelligendum est præceptum dare, saluo ordine fraternę correctionis, siuè præceptum fiet communiter ad omnes (idest per constitutionē) siuè ad aliquem specialiter. Si verò Prælatus expresse præciperet contra hunc ordinem; & ipse peccaret præcipiens; & ei obediens. Ita Lorca, *in 2. 2. disput. 47. num. 9.*

(: † :)

An inter Religiosos, peccata occulta carnalia sint denuntianda Prælato, vt Iudici absque præuia correctione? Dub. 19.

78 PRima opinio ait: Peccatum fornicationis inter Religiosos, debet computari inter crimina excepta: atque adeò ante præmissam monitionem, quamuis sit occultum, debet denuntiari Prælato, tamquam iudici; dummodo sit in via, & periculo diuulgationis. Cuius ratio est: quia hoc peccatum est contra bonum commune totius Religionis. Quando verò peccata vergunt in perniciem publicam, vel in damnum Communitatis (vt omnes fatentur) debent denuntiari Prælato, tamquam iudici, ante præmissam monitionem: Ergo, idem ob eadem rationem necessariò fatendum est de hoc peccato, quando est periculum publicationis, eò, vel maximè, quia in hoc peccato, regulariter loquendo, parua, aut ferè nulla est spes emendationis per monitiones secretas. Ita Caspensis, *in cura theolog. to. sec. tractat. 27. disput. 6. sect. 4. num. 39.* Miranda, *in ordin. iudiciar. tom. p. quęst. 11. articul. sec. conclus. sec.* Ioseph à S. Maria, *in trib. Relig. tractat. sec. cap. 3 § sec.* Diana, *part. 3. tractat. sec. resolut. 69. & part. 7. tractat. 3. resolut. 62.* & alij.

79 Secunda opinio negat. Ita Rodoriquez, *de ordin. iudiciar. cap 7. num. 5.* Spatarius, *in prax. corrig. regul. tr. 3. cap. n. 9.*

80 Tertia opinio ait: Peccata fornicationis in Religione, puto, vergere in damnum totius Religionis, vbi timetur publicatio: Secùs, vbi est adeò secretum, & cum tali personâ, vt verisimiliter credatur, numquam detegi: & consequenter, quando timetur publicatio; tunc debetur denuntiare Prælato. Secùs, quando est adeò secreta, & cum tali persona, ita vt vniuersaliter credatur, numquam detegi. Ita Zacharias à Saluo, *in direct. iudicial. cap. 12.* Ioan. Valerius, *in differ. vtriusque fori verb. inquisitio. diff. 1. num. 6.* & Thomas à Iesu, *lib. de visit. Relig. tract. 1 cap 12 num. 6.*

81 Nota: quod stando in prima opinione, quando fornicatio committeretur semel, vel bis; tunc dici non deberet, vergere in perniciem publicam: Et ita in casu fortiori, in crimine nefando, dicunt Pitigian. *in prax. crimin. regul cap. 11. in addit littera A. in fine.*

An Guardianus, seù alius Superior alicuius Conuentus peccet, manifestando Prouintiali, seù Generali delictum occultum, si ipse potest, absq; tali manifestatione, fratrem emendare? Dub. 20.

82 Videtur in hac dubitatione affirmatiuè respondendum, nè Prouintialis ignotum delictum fratris, exponat illum alijs similibus, vel grauioribus committendis.

83 Palaus verò, *in 1. to tract. 6. disp. 3. pun. 11. num. 6.* ait: Ille ex affirmatiua sententia ostium aperiretur, manifestandi pluribus delictum commissum. Probabilius existimo non licere Prouintialem monerẽ: nam si solum ob maiorem securitatẽ à recidiuio, & non ob necessitatem, quæ apparet, licet monere: etiam licebit monere quemlibet Superiorem immediatum, quem delinquens habeat, & Prouintialem sequentẽ, cum tunc securior erit delinquens à recidiuio, quod quidem non est concedendum.

84 Vndè peccat Superior immediatus Conuentus, si quando potest, se solo delinquentem à reincidentia præcauere, delictum Prouintiali manifestat: quia absque illa manifestatione, poterat lucrari proximum. Ita Trullench *to. 1. lib. 1. cap. 5. dub. 16. num. 1.* & Diana, *part. 7. tract. 3. resol* 48.

An si Frater sit emendatus, possit quis illum Prælato, vt patri, denuntiare, vt sic securior sit, nè in posterum labatur? Dub. 21.

85 Affirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia talis denuntiatio valet, ad præcauendum à recidiuio, & nihil ei obest, cum Prælatus aduersus illum non possit ad punitionẽ procedere. Ita Riccardus, *in 4 dist. 19. artic. 3. quæst. 3.* Graffius, *to. 1. decis. lib. 2. cap. 68. num.* 18. Angelus, *v. denuntiatio num.* 10 & alij.

86 Secunda opinio negat. Cuius ratio est: quia, sicut grauius est diffamari apud grauem, & honestum Virum, quam apud alium: ita apud Prælatum: quisq; enim magni facit bonam existimationẽ apud suum Prælatum. Igitur, minimè debet lædi fama proximi apud Prelatum, quando id ad finem correctionis non est necessarium, cum scilicet, iam est emendatus per secretam admonitionem. Ita Valentia, *to. 3. disp. 3 quæst. 10 pun. 5.* Diana, *part 7. tract. 3. resolut. 49.* Palaus, *disp. 5. pun. 12. num.* 12. Aragonius, *2. 2. to. 1. q. 33 artic 7 ad finem.* Vilalobos, *to. 2. sum. tract. 4 diff 22. num 4.* Sotus, *de ratione tegend. secret. memb. 6. quæst. sec.* & alij.

87 Limitant hanc sententiam Bonacina, *de precep. disp. 3 quæst. 4. punt. 7. num. 16.* Filliucius, *to sec. tract* 28 *cap* 8. *num.* 157. Palaus, *vbi supra.* Ledesma, *to sec. sum. tract 4 conclus. 24. diffic. 5.* & alij: Modo frater non existat in probabili periculo relabendi, vt si notabiliter negligens sit, in præcauendis eiusdem peccati occasionibus; tunc enim potest iterum corripi, seruato correctionis ordine: vel si aliter fructus non speretur, poterit Prelato statim denuntiari.

Quid est Virtus? Dub. 22.

88 Vt ait Molfesius, *in 1. to. sum. tract* 1. *cap.* 10. *num.* 1. Virtus, est habitus, reddens nos promptos, ad benè operãdum recta ratione efficienda.

Quid est Prudentia? Dub. 23.

89 Vt dicunt Lesius, *lib 1. cap. 1.* & Molfesius, *to. 1. sum. cap* 11. *num. 4.* Prudẽtia, est rerum appetendarum, & fugiẽdarum scientia: seù recta ratio.

90 Tres sunt actus Prudentiæ. Benè consulere: Rectè iudicare: & Præcipere executionem. Bona consulere est, quando mens, proposito honestatis fine, accuratè examinat secundum omnes circumstantias, quæ actiones ad finem illum, tamquam media, magis, minusue inseruiunt. Ita Layman, *in Theolog. moral. lib. 3 sect. 1. de prudentia.*

91 Rectum iudicium est, mentis conclusio, siuè sententia, de particulari opere honesto agendo, aut turpi fugiendo; requiritur bonam consultationem, & antecedit voluntas electionem. Sic Layman, *in Theolog. moral. lib. 3 sect 1. de prudentia num. 3*

92 Præcipere executionem, precipuus prudentie actus est, voluntatis exercitium dirigens, per quem actum intellectus, à voluntate antea motus, practicè iudicat, ac veluti imperat, hic, & nunc executioni mandandum esse, quod in con-

consilio mentis decretam, & à voluntate acceptum fuerat Layman, vbi supra.

93 Prudentia, alia est Monastica, & alia Gubernatrix. Monastica est, qua quis sibi præcipit quod in actionibus singulis decens, ac honestum sit. Gubernatiua subdiuiditur, in Aeconomicam, quæ totius familiæ honestam institutionẽ tuetur: & in Ciuilem seù iuris prudentiam, quæ bonum commune Ciuitatis, seù Reipublicæ spectat.

94 Hæc iterum duplex est, vna veluti Architettoria, seù principium gerens, per quam leges cum auctoritate decernuntur ab ijs, qui Reipublicæ præsunt. Altera Ministerialis, quæ in particularibus negotijs, ac litibus publicis, quod rectum, & iustum est, ob Reipublicæ commodum, definit.

95 Iterum Prudentia, alia est Prudentia Perfecta, ac simpliciter dicta: alia vero Imperfecta, & secundum quid.

96 Prudentia Perfecta, & simpliciter dicta, est q̃ præposito vero fine totius vitæ humanæ, delíberat, iudicat, & præcipit, quid ad eum finem accomodare agendum sit.

97 Prudentia Imperfecta, ac secundum quid est, quæ præposito fine spirituali consentaneè, ad illum finem deliberat iudicat, & præcipit: quando dicitur prudens Medicus, prudens Nauta, prudens Mercator, qui tamen potest esse malus homo: qui actus, est simpliciter prudens, idem & bonus homo.

Quid est Iustitia? Dub. 24.

98 VT ait Molfesius, *tract. 1. cap. 11. num. 4.* Iustitia, est habitus, seù constans, & perpetua voluntas, reddens vnicuiq; quod suum est.

De Iustitia latiùs dicebimus in secundo Tomo, in septimo Decalogi præcepto.

Quid est Fortitudo? Dub. 25.

99 FOrtitudo est virtus, qua homo, labores, & mortis pericula constanter suscipit, & præfert. Sic Molfesius, *to. 1. sum. tract. 1 cap 11. num. 21.*

100 Fortitudo duobus modis accipitur. Primò, pro animi firmitate, & constantia adherentis honestati virtutis, non obstantibus quisbuslibet contrariis. Quomodo est generalis conditio cuiusque virtutis, saltem in gradu perfecto, & heroico considerate. Secundò accipitur fortitudo pro speciali virtute moderati animi timore ac fiducia.

Quid est Temperantia? Dub. 26.

101 VT ait Lesius, *lib 4. cap. 1.* Temperãtia, est virtus, coercens concupiscentiam omnium rerum illicitarum.

De hac satis diximus, *in lib. 1. tract. 3 cap. 8 9. 10. 11. & seq.*

An non correspondere Inspirationibus diuinis, sit saltem peccatum veniale? Dub. 27.

102 TOletus, *in lib. 3 sum. cap. sec. num. 6.* docet esse peccatum veniale, non correspondere inspirationibus diuinis, nec operari aliquod bonum, cum possit quis operari, licèt non obligetur ex præcepto.

103 Sancius verò, *in select. disp. 7. num. 4.* Tannerus, *in 1. 2. disp. 4. quæst. 10. dub. 4. num. 70.* & Diana, *part. 3. tract. 4. resolut. 52.* dicunt, nullum esse peccatum, vocationibus diuinis, ad consilia exhortãtibus, non respondere: cum enim consilia sequi non sit sub prçcepto, sed sub consilio, & nõ operari iuxtà consilium, nullum peccatum sit (vt admittunt omnes) nec etiam non respondere vocationi, ducenti ad consilium, peccatum veniale erit.

104 Vndè, quoties obsistitur ab hominibus inspirationibus, ad sequendum cõsilia; vt quod efficiantur Religiosi; quod abstineant à curis sæcularibus; quod sint contenti, quibus tegantur, nè sedulò quærant alimenta superflua, nè nimium solliciti sint de salute corporis, vt orent mentaliter; quod dignitates non apperant, &c. tunc non est necesse huiusmodi defectus non responsionis confiteri: cum peccatum minimè sit deserere consilia euangelij. Ita Sancius, & Diana. Immò quandò offertur occasio frangendi præceptum, non est distinctum peccatum à crimine transgressi præcepti. Ita Sancius.

(......)

DE SCHISMATE
Cap. 4.

Quid est Schisma? Dub. 1.
Quot modis committi potest Schisma? Dub. 2.
An Schisma sit peccatum mortale? Dub. 3.
Quibus pœnis Schismaticus afficitur? Dub. 4.
An Schismaticus incurrat irregularitatem? Dub. 4.

Quid est Schisma? Dub. 1.

1 VT ait Bonacina, *de præcep. disp. 3. qu. 4 pun. vltim. §. 5. num. 1.* Schisma, est voluntaria, & pertinax subtractio, & separatio ab obedientia vniuersalis Ecclesiæ, vel Summi Pontificis, qui principatus in Ecclesia locum tenet.

Quot modis committi potest Schisma? Dub. 2.

2 TRibus modis, vt obseruat Lorca, *in 2. 2. D. Thomæ quæst. 40. artic. 1 sect. 3* generatim potest Schisma committi: Vno modo, per separationem à membris, & non à capite: vt si Hispani in spiritualibus, & actionibus Religionis Christianæ nollent communicare cum Italis: qui modus Schismatis rarus est. Altero, recedendo à solo capite, & non à membris: qui modus faciliùs contingere potest. Tertiò, recedendo simul à capite, & à membris: qui euenit, dum is, qui se separat ab obedientia Pontificis, se etiam separat à communicatione eorum, qui eum, vt verum Pontificē sequuntur. Rursus autem à Summo Pōtifice potest contingere adhuc tripliciter. Primò, negando obedientiam verò Pontifici. Secundò, instituendo, & sequendo Pseudo Pōtificem. Tertiò, exercendo actus Pontificiæ potestatis, sine auctoritate Pontificis. Ex his omnibus modis committitur peccatum schismatis, & fere omnes in diuersis canonibus iuris tamquam schismata reprobātur. Nam in Bulla cœnæ, damnantur vt schismatici, qui se subtrahunt ab obedientia Romani Pontificis, *& in cap. licet de elect.* damnatur Pontifex intrusus; & qui ei adhæret, *& cap. nec licuit, dist. 27. & cap. de liguribus 24. quæst. 1.* censentur schismatici, qui Synodos cōgregant, sine Romani Pontificis auctoritate, *& in cap. non furem. 7. quæst. 1.* qui inuadit Episcopatum. De Schismate, in quo aliquis se separat à sola vnitate mēbrorum, nulla fit mentio in iure: quia (vt ait Diana, *in part 4. tract. 7. resolut. 29.*) hoc genus Schismatis numquam solet accidere.

3 Ex his deducitur Primò: Religiosus, qui se subtrahit ab obedientia sui Prælati: & Ciuis, qui Principem suum denegat, non est schismaticus: quia non se subtrahit ab obedientia vniuersalis Ecclesiæ, vel Summi Pontificis. Sic Reginaldus, *lib. 17. nu. 112.* Sanchez, *lib. 2. sum. cap. 36. num. 6* Bonacina, *de præcep. disp. 3. quæst. 4. pun. vltim. §. 5. num. sec* & alij.

4 Secundò: Ille, qui recedit ab obediētia Episcopi, vel particularis Ecclesiæ, seù Diœcesis, non est propriè Schismaticus: quia schisma est rebellis diuisio, & separatio ab Ecclesia vniuersali, vel ab ipsius capite. Ita Vgolinus, *de censur. Papæ reser. part sec. cap. 1 num. 3* Reginaldus, *lib. 17. num. 112.* Azorius, *part. 1 lib 8 cap 20. quæst. 4.* Sanchez, *lib sec sum. cap. 36 num. 6.* Duardus, *in Bull. cœnæ lib. 2. quæst. 56. num 5.* Bonacina, *de præcept. disp. 3 quæst. 4 pun vltim. § 5. nu sec.* Lorca, *2. 2 quæst. 39. artic. 4. disp. 48 num. 11.* & alij.

5 Tertiò: Ille non censetur schismaticus, qui ob offensam, quam à Summo Pontifice passus est, non vult ipsius præceptis morem gerere; dicunt Bonacina, *dict. num. sec.* Reginaldus, *num. 259.* & alij. quia hic non dicitur rebellis Summo Pontifici, vt Pontifex est, sed animo vindictæ, vel ex prauo in personam Sūmi Pontificis affectu, retrahit se ab ipsius subiectione: quamuis recognoscat ipsum, tamquam Christi Vicarium, & Principem vniuersalis Ecclesiæ; vt suppono.

6 Quartò: Eum non appellari schismaticum, qui rem à Summo Pontifice præscriptam non vult adimplere, quia sibi grauis, vel incommoda est: hic enim nō recedit ab obedientia Summi Pontificis, vt Summus Pontifex est, vel vt caput Ecclesiæ; cum ipsum adhuc recognoscat, tamquam superiorem, vt dicunt Reginaldus, *lib 9 num. 16.* Caietanus, *2. 2. q. 39 artic. 1. dub. sec.* vbi Bannez, *in fine.* Sanchez, *lib. sec. cap. 36 num. 2.* Bonacina, *de præcep. disp. 3. quæst. 4. punt. vltim. § 5. num. sec.* Valentia, *propos. 3.* Vgolinus, Azorius, Duardus, *locis citatis*, & alij.

Dummo-

Dummodò quod non præstet aliquod opus, quo indirectè ostendat, se à Summo Pontifice subtrahere: quia hic est schismaticus. Sic Bonacina, *num. sec. versic sextò cum. circa finem.*

7 Quintò: Non censetur Schismaticus Subditus iurisdictioni temporali Summi Pontificis, si nolit ipsi subijci, tamquam ipsius loci dominio, sed alteri Principi subiectionem, & obedientiam præstare intendat: hic enim non est rebellis Summi Pontificis, vt est caput Ecclesiæ: sed vt est illius loci princeps. Schisma autem est rebellio formaliter in Papam, vt Papa est, seu quatenus est supremus Christi Vicarius. Ita *Sanchez*, *num* 4. Azorius, *quæst.* 4. Bonacina, *locis citatis*, Vgolinus, *num.* 4. & alij.

8 Sextò: Illum esse schismaticum, qui contempto Summo Pontifice, facit, aut facere intendit Synodos generales: hic enim facto subtrahit se à subiectione Summi Pontificis. Ita Caietanus *v. schisma.* Valentia, 2.2 *disp* 3. *quæst.* 15. *pun.* 1. *post.* 3. *proportionem.* Sanchez, *lib. sec. sum. cap.* 36 *num.* 5. *Suarez, to.* 5. *in* 3 *par disp.* 21. *sect. sec. num.* 13. Reginaldus, *lib* 9 *nu.* 259. Bannez, 2.2. *quæst.* 39 *artic* 1. *dub.* 1. *ad* 3. *argum.* Vgolinus, *de cens. Pap. reser. part. sec. cap.* 1. *versic. Nec non schismaticos* §. 1. *num.* 1. *versic. tertio.* Bonacina, *de præcep. disp.* 3. *quæst.* 4. *pun. vltim* §. 5. *nu.* 2 & alij.

9 Septimò: Qui recedit à Summo Pontifice: aut auocat alios à subiectione Summi Pontificis, vt Summus Pontifex est: aut qui non vult cum aliquibus communicare, hac solum de causa, quia sunt subditi Papæ, vt Papa est; schismaticus est: quia hic facit aliquid, intentione subtrahendi se à Sede Apostolica, & facto ipso est reus schismatis. Ita Reginaldus, *lib.* 9. *num.* 259. Bonacina, *de præcep. disp.* 3. *quæst.* 4. *punt. vltim* §. 5. *num. sec. versic. nono illum esse*, & alij.

An Schisma sit peccatum mortale?
Dub. 3.

10 Affirmatiuè respondetur. Ratio est: quia aduersatur charitati, cuius proprium est, vnire, & conciliare. Tum quia, grauissimis pœnis punitur, vt patebit ex dicendis. Ita Valentia, 2.2. *disp.* 3. *quæst.* 15 *pun.* 1 *propos. sec & pun sec in principio.* Bonacina, *de præcept disp.* 3. *q.* 4. *pun. vltim.* §. 5. *num.* 3. Sanchez, *lib. sec. sum. cap.* 36. *num* 9. Reginaldus, *lib.* 17. *num.* 113. & alij communiter.

11 Non tamen Schisma potest esse peccatum veniale, ratione paruitatis materiæ. Ratio est: quia schisma consistit formaliter in diuisione, & rebellatione ab vnitate vniuersalis Ecclesiæ, aut capitis: rebellio autem, & diuisio ab huiusmodi vnitate, in quauis materia reperiatur, grauissimam continet inordinationem. Ita Sanchez, *num.* 9. Bonacina, *num.* 4. Valentia, *pun.* 2. *in principio.* Caietanus, & alij. Ratione inaduertentiæ, vel indeliberationis, potest fieri venialis schisma, ait Bonacina.

Quibus pœnis Schismaticus afficitur?
Dub. 4.

12 Menochius, *de præsump.* 6. *num.* 24. & Palaus, *to.* 1. *tract.* 6. *disp.* 4 *punt.* 6. *num.* 19. dicunt: Schismatici sunt de hæresi vehementer suspecti: & ideò, si hæc doctrina esset sequenda, illorum abiuratio deberet esse de vehementi.

13 Verum hæc opinio Palai, ita generaliter prolata, non placuit Dianæ, *part.* 4. *tract.* 7. *resolut.* 19. Et ideo ait cum Sousa, *in amphror. Inquisit. lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 13. Si schismatici non hæretici regulariter de hæresi leuiter tantum sunt suspecti: pro temporis tamen diuturnitate, qua in schismate perseuerarunt, vehementem suspicionem incurrere possunt, quam obuiare tenentur. Ita Sousa, & ante illum Duardus, *in Bull. cœna. lib.* 2. *can.* 1. *quæst.* 156. *num.* 12. & Pegna, *in direct part. . comment.* 73. Igitur supradicti, ex consideratione diuturnitatis temporis, circumstantiarum, & personarum aliquando, vel leuiter, vel vt vehementer de hæresi suspecti abiurabunt; & si errorem habuerint in intellectu, abiurabunt, vt hæretici de formali, ait Diana.

14 Supradicti verò, non solum suspitionem hæresis leuem, vel vehementem, vt dictum est, abiurare debent: sed etiam schisma: forma verò schismaticorum abiurationis debet esse, vt obseruant Sanctarellus, *tract. de hæres. cap.* 43 *dub.* 1 *num.* 16. & alij pœnes ipsum, iuxta dispositionem, *cap. quoties cordis.* 1 *quæst.* 7

15 Quò ad alias pœnas, Palaus, *to.* 1. *tract.* 6. *disp.* 4 *pun.* 6 *num.* 20 ait: Supradictos, posse puniri pœna pecuniaria, exilio, carcere, triremibus: & si pertinaces existunt, tradendos esse Curiæ sæculari: & omnia

omnia docet Sousa, *in aphror. inquisit. lib 3. cap. 27. num. 7.*

16 Item puniuntur supradicti Primò, pena amissionis iurisdictionis. Secundò, pœna excommunicationis latæ sententiæ, vt patet in prima Bulla cœnæ Domini. Tertiò, pœna inhabilitatis, ad beneficia Ecclesiastica acquirenda, etiam post schismatis pœnitentiam. Quartò, priuationis ipso iure beneficiorũ, ante schisma adeptorum. Vide Sanchez, *lib. 2 sum. cap 36 à num* 10. Scortiam, *in Bull. Pontif. Epis. 72. theor. 181. & seq.* & Duardum, *in Bull cœna lib. sec. can 1. quæst. 57. nu.* 13. qui alias pœnas referunt ex Bulla Pauli IV.

An Schismaticus incurrat irregularitatem? Dub. 5.

17 AFfirmatiuè respõdet prima opinio. Sic Mailus, *lib 5 de irregul. cap 46. num. 4.* Speculator, *tit. de dispos § iuxta, num. 17.* Reginaldus, *sum v schisma, versic vltimo* Azorius, *part. 1. lib. 8. cap. 20 quæst 8.* & alij: probant, *& cap primo. de schisma & cap quia diligentia de elect. & ex cap qui contra 24. quæst. 1.*

18 Secunda opinio negat. Quorum ratio est: quia dicti textus de irregularitate minimè loquuntur: & non est ponenda irregularitas, nisi in iure expressè habeatur: in iure autem nulla habetur irregularitas contra schismaticos: nam *in cap quia diligentia de electione*, nihil afferitur de irregularitate, sed solum de inhabilitate ad beneficia, *& cap primo de schismate*, nullam irregularitatem imponit; sed solas Ordinum collationes, à schismaticis factas, irritas reddit, quò ad vsum ordinũ in recipiente sciẽter, *& cap. qui contra* 24. nullam irregularitatem imponit, sed alias pœnas à Iudice infligendas: ergo, &c. Ita Suarez, *de cens disp 43 sect sec. num 7.* Sayrus, *de cens. lib. 7 cap. 12. num. 16 versic. 3 iuncto.* Bonacina. *de præcep. disp. 3 quæst 4. punt. vltim § 5. num. 12. & in bull cœnæ disp. 1. quæst sec pun 5. num. 3.* Diana, *part. 4. tr. 7. resol. 29. versic notandum.* Sanchez, *lib. sec sum. cap 26 num* 20. Bordonus, *cap. 7 de schismate num* 30. & alij.

19 In vno casu tamen, Schismaticos esse irregulares, dicunt Sayrus, Diana, Bonacina, & cõmuniter, scilicèt, quãdo nimiũ schisma esset publicũ: Sed in tali casu, essent irregulares irregularitate generali, quæ ex quauis criminis notorij digni depositione oritur; quæ cessat, ablata infamia per contrariam pœnitẽtiam.

DE SVPERSTITIONE Cap. 5.

QVid est Superstitio? Dub. 1.
Quotuplex est Superstitio? Dub. 2.
An qui peccatum Heresis, vel Superstitionis commisit, teneatur explicare inconfessione qualitatem superstitionis, vel heresis? Dub. 3.

Quid est Superstitio? Dub. 1.

1 VT ait Io. Alberchin *de superst cap. 18 num sec.* Superstitio, est indebitus cultus, seù vana Religio, qua nimirum exhibetur cultus diuinus falso Numini, seù creaturæ, cui non debetur: vel Deo vero, cui debetur, at modo indebito, quo exhiberi non debet.

Quotuplex est Superstitio? Dub. 2.

2 SVperstitio in duobus modis diuiditur. Primò, ratione rei cultæ, quatenus creatura colitur cultu Dei: Hæc sub se continet tres species: Idolatriam, Diuinationem, & Superstitiosam obseruantiam, ad quam reduci potest Magia. Sic Bonacina, *de præcep. disp. 3. quæst 5. pun. 1 num. 1.*

3 Secundò: Dicitur Superstitio modi indebiti colendi Deum, quatenus Deus colitur modo indebito. Et hæc superstitio duplex est: Prima dicitur Cultus falsus: vt accidit, quando quis vult Deũ colere ceremonijs Iudæorum, quibus significatur Christus venturus: aut quãdo quis diuino officio admiscet aliena, tamquam diuini officij partem: aut quãdo fidem nostram falsis miraculis contendit confirmare: aut quando falsa miracula prædicat: aut formam, vel materiam Sacramentorum mutat: aut falsas reliquias proponit adorandas: & hic cultus, ex suo genere, peccatum mortale est. Ita Lessius, *lib. sec. cap 43. num. 4* Sanchez, *lib sec. sum. cap. 37 num. 5. & 7.* Nauarrus, *in manual. cap. 12. num. 87.* Valentia, *2. 2. disp. 6. quæst. 9. pun. vnico, & q. 10. pun. 2.* Suarez, *to. sec de Relig lib. 4. cap. 13. num. 16. & lib sec. de superst. cap. sec. num. 18.* Bonacina, *de præcep. disp 3. quæst. 5.*

4 Secunda dicitur cultus superfluus: & hæc contingit, quando, præter Ecclesiæ vsum, ponitur Religio in ijs rebus, aut circumstantijs, in quibus non est ponenda: vt in numero, colore, situ, &c. Vndè qui putat tot candelas adhibēdas esse, & non plures: aut debere potius esse albi, quam flaui coloris: aut debere potius in hac parte poni, quam in alia; cōmittit peccatum superflui cultus. Idem dicendum est, quando variantur ceremoniæ, ab Ecclesia præscriptæ: vt si quis varias ceremonias in Missa ponit, relictis ijs, quas Ecclesia instituit: vt si dicat bis alleluia, vbi semel tantum dicēdum est: vt si dicat Gloria, vel Credo, vbi hæc non sunt dicenda: aut si faciat signum Crucis, vbi faciendum non est. Hæc tamen variatio (vt plurimum) non est plus quam veniale peccatum: Dummodò quod non sit magna inuersio in ceremonijs magni momenti, ex præcepto, vel consuetudine debitis: quia tunc erit peccatum mortale. Sic Lesius, *lib. sec cap. 43 dub. 1 num. 5.* Suarez, *lib. sec. de superstit cap. sec num sec.* Nauarrus, *cap. 11. num. 24.* Bonacina, *de præcep. disp. 3. quæst. 5. pun. 1. num. 4.* & alij.

An qui peccatum Hæresis, vel Superstitionis commisit, teneatur explicare in confessione qualitatem Superstitionis, vel hæresis? Dub. 3.

5 SOtus, *in 4 sent. dist. 18. quæst. sec. artic. 4. conclus. 6.* Reginaldus, *to 1. lib. 6. cap. 4. num. 114.* & Diana, *part. 1. tract. 7. resolut 46.* negant. Quorum ratio est: quia cum diuersitas specifica peccatorum, fuerit tantum in genere naturæ, tunc quia malitia moralis in illis, est eiusdem speciei, nihil est opus, diuersitatem declarare: Vt si verbi gratia; quis peccauerit indiuinando, vel pro labendo in hæresim, satis est si dicat: Toties peccaui peccato diuinationis: neque necesse est addere, semel per chyromansiam, iterum per hydromansiam, ac demum per negromansiam. Item toties lapsus sum in hæresim: nec necesse est dicere, semel lapsus sum in hæresim lutheranam; iterum in Caluinam, &c. quia in talibus non est diuersitas specifica moralis, sed tantum physica.

DE IDOLATRIA
Cap. 6.

QVid est Idolatria? Dub. 1.
Quot modis tribui potest cultus creaturæ? Dub. 2.
An si Sacerdos hostiam non consecratam exponat, sit reus Idolatriæ? Dub. 3.
An qui ficto animo colet Idolum, metu mortis, peccet, & committet Idolatriā? Dub. 4.

Quid est Idolatria? Dub. 1.

1 VT ait Bordonus, *cap. 17. de superstit. num secund.* Idolatria est cultus creaturæ tributus, ac si esset creator, & Deus.

2 Idolatria est prima, & præcipua species Superstitionis: & generaliter, quilibet honor diuinus, creaturę attributus, Idolatria est. Et dicitur Idolatria, ab idolo, quod est effigies alicuius falsi Numinis, ad differentiam imaginis Dei, Sanctorum, & Angelorum, quæ numquam appellatur Idolum ab Ecclesiasticis Scripturalibus. Ita Azorius, *part. 1. lib. 9. cap. 11. quæstion. sec.* & Layman, *in Theolog. moral. libr. quart tractat. decim. capit. secund numero primo.* Bonacina, *de præcep d sp 3. quæst. 5. pu sec. n. 1.* & alij.

3 Idolatria, est grauissimum mortale peccatum; quia honor, Deo debitus, subtrahitur, & datur creaturæ, idolis, & Dæmonibus, qui cultu, & honore omnino indigni sunt. Ita communiter.

Quot modis tribuere potest cultus creaturæ? Dub. 2.

4 TRibus modis, asserunt Suarius, *de Relig. lib. 2. de superstit. cap. 6.* & Io. Alberghin. *cap. 10. sect. 1 à num sec.* Primò: quando ex infidelitate mentio procedit: & est error circa Deorum multitudinem, credendo in creatura diuinitatem resilire, obquā diuino honore digna sit: & Idolatria hæreticalis tunc est, seu mista hæresi, vel cum hæresi. Secundò: Idolatria potest esse sine propria mentis infidelitate, cum affectu tamen, & voluntate tribuendi creaturæ honorem, Deo debitum: vt si quis, credens, dęmonem non esse Deum, velit illi exhibere sacrificium, aut aliquid simile, animo ipsum honorandi, vt eum sibi

propitium habeat: & hic cultus reddit operantem, vehementer de hæresi suspectum. Tertiò: Idolatria committi potest sine errore intellectus, & sine affectu colendi creaturam: sed solum exhibetur signum externum adorationis, Deo debitæ, cum exteriori significatione adorandi creaturam, sine intẽtione cultus: & hoc accidere solet, cum aduitandam mortem, adoratur Idolum: quod grauissimum est peccatum, neque vllo metu, vel timore excusari potest, quia est intrinsicè malum: & in his omnes conueniunt: quandoquidem non sola fides est de necessitate salutis, sed etiam fidei confessio, concurrentibus circumstantijs. Ita communiter Doctores.

5 Nota etiam cum Suario, *num* 17. & Ioa Alberchino, *num* 5. Casualiter, seù cooperando aliqualiter ad idolatriam, potest etiam eius malitiam participare ex illo principio, quod exhibẽs causam, vel cooperationem alicui precepto, particeps est illius malitiæ: si ergo Tyrannus, qui seipsum, vt Deum, adorare facit, quia alios ad idolatriam inducit; & quia diuinos honores affectat, Idolatriæ maculam contrahit. Item qui alteri consulit idolatriam, etiam si ipse idolum non colat. Idemque est de quocumque, cooperante ad idolatriam.

An si Sacerdos hostiam non consecratam exponat, sit reus idolatriæ?
Dub. 3.

6 Affirmatiuè respondetur. Ratio est: quia talis Sacerdos abutitur Sacramento altaris, sacratissimoque missę sacrificio: estque etiam in causa, vt Christi fideles, hostiam non consecratam adorantes, in idolatriam, saltem materialiter, incidant. Ita Graffius *part. 1. decis. lib. 3. cap. 15. de celebrat. missar num.* 6 *&* 7. Io. Alberchin *cap.* 18 *sect.* 1. *num.* 6. & alij.

7 Vndè Sacerdos, qui missam celebrando, hostiam non consecratam sumit, de quo est certus, *in cap. de homicid. de celebrat. missar* est de hæresi suspectus; posseque ab Inquisitoribus interrogari, quid sentiat de Sacramento altaris? & etiam puniri. Ita Lucerna Inquisit. *v. Sacerdos celebrans.* vbi Pegna, *in annotatio* Decianus, *in tractat. criminal. lib.* 5. *cap.* 16. *num* 43. & alij.

8 Immò si Sacerdos non consecrat panem, aut vinum, eo quod sit in peccato mortali: & ideò, habens ante se hostiam nõ consecratam, extrahit è tabernaculo particulam consecratam, & verba consecrationis proferat, non super hostiam, quam eleuando ostendit populo, sed super eamdem particulam cõsecratam, potest per inquisitores contra illos procedere. Ita determinauit Congregatio Sancti Officij Mediolanensi, 30. Aprilis 16 7. vt docent Aloysius Bartola, *in aphorism. littera S. versicul Sacerdos paragrap.* 12. Lucerna Inquisit. *v. sacerdot.* & Diana, *part.* 4. *tract.* 4. *resolut.* 12.

Dubitatur: An liceat Sacerdoti ministrare hostiam non consecratam pro consecrata, ad euitandum scandalum, peccatori occulto?

9 Lvdouicus à S. Ioan. *to.* 1. *sum. tract. de eucharist quæst.* 7 *articul* 8. *dub.* 4. & Villalobos, *to.* 1. *sum. tract.* 7. *diff.* 38 *num.* 7. dicunt: Hostiam non consecratam, pro consecrata posse ministrari peccatori occulto, scienti, & petenti sibi dari, propter vitandam infamiam; dummodo proponatur hostia consecrata adoranda, & à tergo post illam non consecrata, ita vt non videatur, nec adoretur; & hoc efficiatur ex consensu peccatoris, nè (ex conscientia erronea) adoret non consecratam pro consecrata.

10 Dicendum est tamen cum Palao, *oper. moral. to.* 1 *tract. sec. disput. sec. pun.* 13. *nu.* 8. & Diana, *part.* 3. *tractat* 6. *resolut.* 83. *versicul Non desunt* Hoc, non licere. Ratio est: quia ministrans hostiam non consecratam, velut consecratam, & si à tergo alterius consecratæ illam ponat, ponit equidem adorandum distinctum indiuiduum hostiæ non consecratę: & adest periculum manifestum idolatrię, cum circumstantes possint, si velint, distincto actu adorationis, adorare quamlibet hostiam, quę communicantibus porrigitur: Nec est in ministri potestate vitare aliorum adorationem hostię non consecratę, quam ipse proponit velut consecratam: ergo, &c.

An

An qui ficto animo coleret Idolum metu mortis, peccet, & committeret idolatriam? Dub. 4.

11 CAietanus, ait: Qui solo actu externo committit Idolatriam, est excõmunicatus.

12 Alij verò meliùs, licet hic non committat Idolatriam internam, committit tamen externam, quæ intrinsicè mala est; & opere externo impedit honorem diuinum rei creatæ. Vndè peccat mortaliter: non tamen incidit in excommunicationem Bullę cœnę Domini, latam contra hęreticos: quia illa excommunicatio fertur contra hęreticos credentes, non verò contra idolatras solum externos: quamquam in foro exteriori pręsumitur excommunicatus, quia forum externum pręsumit ex animo coluisse. Ita Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 3 cap. 5. & lib. 4. cap. 1. num. 11.* Sanchez, *lib. sec. sum cap. 37. num* 21. Valentia, 2. 2. *disp. 6. quęst. 11. pun. sec.* Lesius, *lib. sec. cap. 43. dub. sec. num. 11.* Suarez, *to. 1. de Relig. lib. 2. de superst. cap. 6 num. 20. 21. & 22.* Bonacina, *de pręcep. disp. 3. quæst. 5 pun. sec. num. 5* Toletus, *lib. 4 sum cap. 13.* Tabiena, *v. Apostasia quęst. 3. & v. heresis quęst. 2.* Siluester, *v. hęresis quęst. 6.* Nauarr. *cap. 11 sum. num. 27.* & alij.

13 Nota si quis Diabolum, per Crucifixum alloquentem, putans esse Christum, adoret, non committit idolatriam: nam in tali casu ille actus, quo Crucifixus adoraretur, reuera non solum ex intentione sua, sed etiam ex natura sua esset actus licitus; tenderet enim in Christum Redemptorem Crucifixum, & in personam certam, qualis est Christus; non in Diabolum, ibi latitantem, atque loquẽtem. Ita Fagundez, *in 1. pręcep Decalog. lib. 1. cap 33. num. 3.* & Io. Alberchin. *cap. 18. sect. 1. num. 7.*

DE DIVINATIONE
Cap. 7.

QVid est Diuinatio? Dub. 1.
Quot modis fieri potest Diuinatio? Dub. 2.
Quot modis contingit Diuinatio cum expressa dęmonis inuocatione? Dub. 3.
Quando nam Diuinatio contingit cum tacita solum dęmonis inuocatione? Dub. 4.
Quotuplex est Diuitio per sortes? Dub. 5
An Diuinatio sit peccatum mortale? Dub. 6.

Quid est Diuinatio? Dub. 1.

1 VT ait Bonacina, *de præcep disp. 3. q. 5 pun 3 num. 1.* Diuinatio, est prædictio, seu prænuntiatio rerum occultarum, quę humano modo cognosci non possunt, facta ope Dęmonis.

Quot modis fieri potest Diuinatio? Dub. 2.

2 DVobus modis fieri potest: Vno, per expressam Dęmonis inuocationẽm: & Altero, per tacitam Dęmonis inuocationem, quoties diuinator intendit inuocare dęmonem, & cum eo pactum inire: aut quando diuinator, sciens, dęmonem per aliquod signum manifestare latentia, vtitur tali signo, vt sibi latentia manifestentur. Tunc verò fit Diuinatio per tacitam dęmonis inuocationem, quoties quis medijs vanis, quibus se immiscet dęmõ, procurat cognitionem rerum latentium, quę vim humanam superat. Ita Sanchez, *lib. sec. sum. cap. 38. num. 13.* Suarez, *to. 1. de Relig. lib. 2. de superstit.* Azorius. *part. 1. lib. 9 cap. 13.* Lesius, *lib sec cap. 43. dub. 5.* Bonacina, *de præcep. disp. 3. quęst. 5 pun. 2. num. 4.* Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 4 cap. 5.* Valentia, 2. 2. *disput. 6. quæstion. 22. punt. sec. & 4.* & alij.

4 Vndè tunc expressum cum dęmone pactum est, quando expressis verbis à Sortilego fit cum dęmone: verbi gratia, facies, & faciam: idest, inuocabis me, & dabis cultum, & ego auxiliabor tibi. Item pones talia signa: aut hoc, vel illud facies. & ego ad positionem illorum, aut cum hoc, vel illud feceris, fauebo tibi, & hoc, vel illud pro te efficiam. Expressè item inuocatur dæmon, virtute huius pacti, non solum quando expressis verbis auxilium ab illo requiritur, ipseque interpellatur; verum etiam quando ille, qui sciens, dęmonem per aliena signa inuocari, & occulta docere, ea signa vsurpat, & facit, vt rem aliquam ab illo edoceatur. Ita Ioa. Alberchinus, *cap. 18. sect sec. num. sec.* Fagundez, *de pręcep. Decalog lib. 1. cap. 35 num. 4* Sanchez, *lib. secund. sum. capit. 38. numer.* & alij.

5 Tacitè autem, explicitè dæmon inuocatur, cum quis cognitionem, aut effectum alicuius rei, soli Deo reseruatum, medijs varijs, & indebitis procurat: nam quamuis per illius intentionem non sit, dæmonem tunc inuocare; tamen, eo ipso, quod hæc media vana tentat, quibus libentissimè dæmon se permiscet, vult à dæmone, vanorum inuentore, edoceri, & ab ipso consequi, quod sperat; præsertim, vigore pacti expressi, habiti cum primo instituente. Ita Caietanus, 2.2. q. 95. artic. sec. Ioa. Allench Suarez, & alij communiter.

6 Iterum Diuinationes, seù Sortilegia, alia sunt Hæreticalia, alia non Hæreticalia. Sic Pegna, *in direct. part. sec. coment.* 67. Io. Allerch *cap* 18 *sect. sec. num.* 1. Farinac. *de heres. q.* 181. §. 2. *num.* 1. & alij. Sacrilegium hæreticale primò, est quando exercetur cum abusu Sacramentorum, vel Sacramentalium: vel cum eo adhibeatur Euangelium, Symbolum, Pater noster, vel aliquis Psalmus Domini, seù aliæ orationes, vel verba Scripturę sacrę Ita Io. Allerch. *nu.* 2. & alij.

Dubitatur: An Inquisitores possint punire Sortilegum, qui in sortilegio miscuit hostiam non consecratam, quando super ea est celebrata Missa?

7 Negat prima opinio: quia tale sortilegium non est hæreticale. Ita Vbertus Locatus, *in prax inquisit.* Ghirland. *de sortileg. q.* 10. *num.* 16 & 17. Torreblancha, *de mag. lib.* 3. *cap.* 8 *nu.* 18. Farinac. *q.* 10 *num* 83. Raphael del Torre, *in* 2.2. *D. Thomę to* 2 *q.* 96. *artic.* 4. *disp. sec. tit. de qualificat. superst.*

8 Secunda opinio ait: Si talis bene sentit de prȩsentia Corporis Dominici, & transubstantiatione; & non prębuit hãc hostiam, populo adorandam; sed verè aliam, quam eleuauit, & consecrauit, hanc verò accessoriè tantum super altare ad magicos effectus posuit; erit tantum suspectus de heresi. Si verò illa alia credidit, tunc aperte foret hereticus. Si verò, reuera non credidit, ista vim aliquam habere effectum magicum; non erit suspectus de heresi, sed extra ordinem puniendus. Hęc ita, si de hac eius intentione constet: nam quandiu non constet, mihi quidem videtur, de heresi maximè suspectus. Sic ait Antonius Delrius, *in disqu. magi. lib.* 5. *sect.* 15. §. *dico quinto.*

9 Tertia opinio ait: Dictum sortilegiũ hereticale esse. Ratio est: quia in dicto maleficio Sortilegus miscuit rem sacrã, scilicèt, celebrationem Missę super hostiam, licèt non consecratam: igitur erit hoc sacrilegium hereticale; non propter hostiam minimè consecratam, sed propter missam super eam celebratam. Ita Scaccia, *de iudic. &c. lib* 1. *cap.* 12 *sect.* 34. Sousa, *in aphoris. Inquisit. lib.* 1. *cap.* 57 *num.* 11. Emanuel Moura, *de incantes. opuscul.* 1 *sect.* 3. *cap* 5 *num.* 29. Diana, *part.* 4 *tract.* 7. *resol.* 10 *versic. sed ego puto.* Io. Alberch. *de sortil. cap.* 18. *sect. sec.* §. 1. *num.* 9. & alij.

10 Secundò: Diuinatio hereticalis, vel Sortilegium hereticale committi dicitur, quotiescumque Dęmon inuocatur, ad reuelandum, vel fauendum ea, quę ipse facere, & scire non potest, sed soli Deo sunt reseruata. Ita Farinacius, *de heres. q.* 181. §. 1. *num.* 5. Delrius, *de disqu. magic. lib.* 5 *sect.* 15. *per totum.* Io. Alberchin. *de diuinat. cap.* 15 *sect.* 5 *num.* 3.

Dubitatur: An sit Sortilegium, sapiens heresim, inuocare dęmonem, ad tentandam Mulierem?

11 Prima opinio ait: Simplicem inuocationem dęmonis, sinè cultu, seù honore, aut mistura rerum, vel verborum sacrorum, non esse sortilegium hereticale; maximè si efficiatur verbis imperatiuis, & non deprȩcatiuis, ad discẽdum, & obtinendum ea, quæ dæmon viribus naturalibus potest scire, & præbere: vt tentare pudicitiã mulieris: ad inueniendũ thesaurũ: ad discendum, An partus futurus (in vtero tamen formatus) sit nasciturus masculus, vel fœmina: ad discendum dictum, vel factum præteritum: ad impediendum, ne ignis filum, vel aliam rem proiectam comburat: ad transportandum hominem, vel aliam rem de loco, ad locum: ad ligandos spõsas: ad inferendas ęgritudines: ad faciẽdum apparere corpus mortuum, viuum per aliquod tempus: ad illuminandum cæcum, non à natura, sed ab impedimẽto, quod ipse possit subtrahere: ad habendam scientiam per purgationem phantasmatum, & facilitatem sensuum: ad inducenda nubila, tempestates, & similia, quæ inuenies apud Torreblancam,

cam, *de mag. lib. 3. cap. 8. per totum.* & dicunt Scaccia, *de iudic. lib. 1. cap. 12. num. 39.* Riccius, *in prax. to. 1. resolut. 424. nu. 11.* Binsfeldius, *de malef. leg. 4. quæst. sec. conclus. 2.* Pegna, *in direct. inquisit. part. sec. cap. 68.* Ioseph Sesse, *to. 4. decis. 463. num. 23.* Olrad. *cons.* 210. Afflict. *in constit. Regul. part. 1. rubric. 1. num. 17.* Genuens. *in prax. Episcop. cap. 18. num. 11.* Locatus, *in prax. inquisit. versic. Apostasia. num. 13.* & alij communiter.

12 Secunda opinio contrarium docet: quia ridicula est illa distinctio, quam communiter asserunt Aduersarij, nempè, per modum deprecationis inuocationem dæmonis esse sacrilegium hereticale: Secus autem si efficiatur per modum imperij: Nam tu, quis es, qui potes imperatiuè inuocare illum, de quo loquendo Spiritus sanctus apud Iob, asseruit, non esse potestatem in terra, quę comparetur ei? Deindè, cum tibi sit interdictum omne cum dæmone commercium, vt notat Delrius, *in disquisit. magi. lib. 5. sect. 15. § dito 5.* quomodo igitur potes eum inuocare etiam imperatiuè? & ideo Raphael del Torre, *in 2. 2. D. Thomę, quęst. 95. artic. 4. disp. 1. assert. 4.* docet, pertinere ad societatem dæmoniacam exigere à dæmone, sponte occurrente consilium, fauorem, aut quoduis officij genus, siuè exactio fiat deprecando, siuè imperando. Ita Diana, *part. 4. tract. 7. resolut. 10. versic. His tamē* Simaca, *tit. 13. num. 17.* Homobonus, *in exam. Ecclesi. part. 1. tract. 7. cap. 3. quæst. 26.* Farinacius, *tract. de hæres. quęst. 181. §. 1. num. 88.* Bartholomeus Spina, *Apoleg. 4. contra Poncinibium.* Zemardus, *in direct. Theolog. part. 3. cap. 64.*

13 Tertiò: Diuinatio, seù Sortilegium hæreticale, committitur, quando fit à sortilegis, & maleficis, habentibus pactum expressum cum Dæmone: quia, respectu operantis, est hæreticale; etiam si tale non esset, ratione operis, et quia à dæmone peteretur res, suam facultatem naturalem non excedens. Ita Delrius, *disquisit. magici lib. 5. sect. 15. per totum.* & Ioa. Alberchin. *de diuinat. cap. 18. sect. 2. num. 4.*

14 Iterum: Sortilegia hæreticalia, alia sapiunt manifestam hæresim, alia autem non. Quæ nam sunt, quæ sapiunt de heresi, & quæ non, vide Simachan. *de chatolic. instit. tit. 61. rubric. de sortileg. num. 3.* Sousam, *in aphorism. lib. 1. cap. 57.* Farinacium, *de hæres. quæst. 81. §. 1. num. sec.* Alberchinum, *de diuinat. cap. 18. sect. sec. num. 6.* & alij.

Quot modis Diuinatio contingat cum expressa Dęmonis inuocatione? Dub. 3.

15 Respondetur, multis modis: Primò, per apparitionem, factam in figuris vel assumptis corporibus: & dicitur Prestigium, cum dæmon præstigiosis quibusdam apparitionibus se sensibus hominum ingerit, ad occulta pronuntianda. Ita D. Thomas, *2. 2. quæst. 95. art. sec.*

16 Præstigium, est diuinatio, quæ promanat ex præstigijs dæmonum apparitionibus, occulta homines docentium. Ita Torre, *de Relig. to. 2. quęst. 95. artic. 3. disp. vnica. tit. de præstig.*

17 Duobus modis apparere solent Dæmones, ad reuelanda occulta, dicunt Raphael della Torre, *vbi supra*, & Ioan. Alberchin. *sect. 2. §. 2. num. 1.* Primò, in corpore assumpto: siuè corpus illud antè assumptionem præexistat; siuè ab ipsis productum, applicando actiua passiuis; siuè efformando illud ex aere; siuè immutando sensus, ac si ab obiectis mouerentur. Secundò, efformando voces, nullo efformato corpore.

18 Secunda Diuinatio est per somnia, & dicitur diuinatio somniorum: & est illa, quę prouenit à dęmonibus, occulta in somnis homines edocentibus. Ita Sousa, *lib. 1. cap. 40. num. 1.* Bonacina, *de pręcep. disp. 3. quęst. 5. pun. 3. num. 5.* Ioa. Alberchin. *de var. diuinat. cap. 18. sect. sec. § 3. num. 3.* & alij.

19 Obserua, à pluribus causis somnia proficisci, vt communiter Doctores dicunt cum D. Thoma, *2. 2. quęst. 95. artic. 6.* Nam aliquando proficiscuntur ab internis humoribus, motum aliquē phantasię causantibus; ex quo somnia, illis humoribus conformia, consurgunt: præterea, qui cōstat frigidis humoribus, solet ea somniare, quæ in aqua, vel niue solent euenire, & similia. Ideò Medici solent ab infirmo somnia inquirere, vt humorem prædominantem explorent. Aliquando somnia proficiscuntur à corpore circumstante, à quo immaginatio excitatur. Aliquando ab aere, aut à cęlo, taliter imprimente. Aliquando à cogitatione præcedente. Aliquando ab Angelo bono, aliquando à malo. Cum igitur

igitur multę sũt somniorum causę, maximè cauendum est, nè somnijs, à dęmone immissis, aut etiam prouenientibus à præuia cogitatione, certa fides adhibeatur; quia dęmon aliquando per somnia decipere, & illaqueare solet. Adhibere verò fidem somnis, quæ sũt à Deo, vel à causa naturali, non erit illicitum; cum nil superstitionis contineat, ait Bonacina, *de pracep.disp.3.quæst.5.punt.3. num.6.in fine.*

20 Duas Regulas assignant Valentia, 2.2. *disp.6.q.12 pun.3.ad finem.* Suarez, *lib.sec. de superst.cap.13.* Lessius, *lib.sec.cap.43. dub 8.num.51.* Bonacina, *de pracep disp. 3 q.5 pun.3.num 7.* Sayrus, *in Clau.Reg. lib.17.num.173.* & alij, quibus possumus cognoscere, somnia esse à Deo, & ab Angelo Lucis, aut à Dæmone. Prima: quando somnium impellit ad malum, vel ad aliquod indiscretum, signum est, somnium esse à Dæmone. Quandò verò ad bonum inuitat, credi potest esse à Deo: illud tamen bonum, ad quod somnium inuitat, est cum humilitate, & timore præstandum: quia dæmon Angelum Lucis, aliquando induit, vt facilius homines decipiat. Secunda est: quando homo per somnium remanet turbato animo, minus prompto, & disposito ad opus bonum, signum est somnium esse à Dæmone. Quandò verò lætiori, & aptiori existit animo in Deum, & in bonum, credibile est, esse à Deo. Si verò dubitatur, An sit à Deo, vel à dæmone? præsumi potest esse à dæmone, ait Delrius, *lib.4. cap.3. q.6.* Sanchez, *num 52.* Filliucius, *num.124.* & alij: quia cum Deus immittit somnium, simul etiam cognitionem imittit, à se immissum fuisse.

21 Procedunt etiam somnia à dæmonibus, inuocatis per sacrificia, orationes, & cultum, vt contingit aliquando in lamijs, seù strigibus, quæ non semper realiter feruntur de loco, ad locum: sed media vntione, corpore correptæ, in eodem loco manentes per somnia ea omnia eis repręsentantur, quæ postea se vidisse norunt. Ita Suarez, *tom.1.de Relig. lib sec de superst.cap 16 num.13. & sequ.* Pegna, *part.sec.directorij 68.* Delrius, *disquis.magicarum lib 5 sect.16. num 4. & 5.* Sousa, *lib.1.cap.40.nu sec.* Io. Alberch. *de vari.diuinat.cap.18.sect sec § 3.num.3* & alij.

22 Ex somnijs, à Dæmone procuratis, sciri non possunt futura contingentia, aut libera, vel pręsentia, vel pręterita occultè: & huiusmodi diuinatio suspicionem societatis cum dęmonibus includit, & pactum, dicunt Raphael della Torre, *to.sec disp.5. q.6.* & Alberchinus, *de varr.diuinat.cap.18 sect.sec. §.4.nu.3.*

23 Ex his deducitur: Nõ licere fidem pręstare somnijs, à dęmone immissis, vel prouocatis. Licere verò fidem adhibere somnijs, quæ à Deo proficiscuntur: aut etiam somnijs, quæ à causa naturali proueniunt, posse aliquando fidem pręberi, quò ad ea, quæ per ipsa cognosci possunt; non verò quò ad alia, ad quæ naturaliter nõ se extendunt. Ita Suarez, bonacina, Valentia, & alij.

24 Tertio: Fit per fictas mortuorum suscitationes, vel locutiones; & dicitur Necromansia. Et est diuinatio, quæ fit per cadauera mortuorum. Ita Antonius de Licteratis, *part.sec.cap.52.num.5.*

25 Tribus modis Necromansia exerceri solet, dicunt Sousa, in Aphrorism. *inquisit.lib.1.cap.41.* & Ioa. Alberghinus, *de necrom. cap 18 sect.sec § 4 num. 1.* Primò, cum quis certa verborum forma, certis carminibus, descriptisque circulis, figuris, aut caracteribus, à dæmone immediatè, vel mediatè acceptis, fereque semper adhibito sanguine, mortuos suscitare conatur, ex eisque multa occultissima, vel etiam futura cognoscere: & ita Pererius, *de magia, cap.11.* Raphael della Torre, *to.2.de vitijs oppositis Relig. q.95 artic.3.disp.3.* Delrius, *disquis.mag. lib sec q.26.sect.1.& sequ.* & alij. Secundò, Necromansia exercetur, cum quis defunctorum animas, & pręcipue eorũ mortuorum, qui flagitiose vixerunt, aut violenta morte obierunt præfatis ceremonijs, euocare contendit, vt occulta manifestent. Ita Torre, *loco citato.* Sousa, *num.3.* & Alberchinus. Tertiò, cum quis, ex descriptis figuris, lineis, & signis in mortuorum corporibus; vel ex certo cadauerum contactu, vult occulta indagare. Ita Sousa, *num.4.* Alberch. *num.3.* & alij.

26 Quartò: Fit Diuinatio per Pythones: quando per homines viuos, sicut in areptitijs patet. D.Thomas, 2.2. *q.95.art.3.* Et est ea, qua dęmon occulta prędicit per homines viuos. Adhoc Diuinationis genus pertinet Diuinatio oraculorum, nimirum, responsiones, datæ à dęmone certis in locis, ministerio ho-

minum

minimum vitiorum. Ita Delrius, *lib. 1. disquis. magic. cap. sec. quæst. 6. sect. 1.* Sousa, *lib. 1. cap. 42. num. 3.* & Alberghinus, *de varijs diuinat. special. cap. 18. sect. sec. §. 3.* qui ait cum Sousa, *num. 5.* In Arepticijs rarò interuenit pactum: in Oraculis verò datur pactum expressum, & communicatio cum dæmonibus.

27 Quintò; Diuinatio, est Geomansia: & dicitur diuinatio externa, & est superstitio diuinatoria, qua dæmonum industria occulta manifestantur, ex signis factis in corpore terrestri. Ita Ioa. Alberghinus, *d. §. 2. num. 6.* Delrius, *lib. 4. cap. 2. quæst. 7. sect. 3. versic. quinta species.*

28 Ad Geomansiam spectat, vt ait Ciuallus, *de superst. pun. 1. cap. 4.* cum diuinatores, à dæmone edocti, certa signa, puncta, & figuras, vel in terra, vel in puluere, vel in papyro, vel in quocumque alio corpore, è terrena substantia compacto, inscribunt: & post illorum inscriptionem, mutationemque, & transpositionem prædiuinant, quod animo intendunt. Spectat etiam ad eamdem Geomansiam Diuinatio, quæ fit per specula, per ensem leuigatum, cristallum, aut aliquem lapidem politum. Ita Alberghin. §. 2. & Sousa, *lib. 1. cap. 43. num. sec.* Responsa, quæ à dæmonibus dantur per Geomansiam, ad occulta aliqua manifestanda, semper subsequuntur ad aliquem cultum, dæmonibus exhibitum, includentem pactum, vel illud supponentem, ait Sousa, *d. cap. 43. num. 4.*

29 Sextò: Fit per aquam, & dicitur Hydromansia, ab Hydro; quod est aqua: quando Diuinatio fit per figuras apparentes in aquis: Et est superstitio diuinatoria, qua, dæmonum industria, occulta manifestantur per aquam, vel in aqua. Ita Alberghinus, *d. §. 2. num. 7.* Delrius, *lib. 4. cap. sec. quæst. 6. sect. 3.* Sousa, *cap. 44. num. 1.*

30 Hydromansiæ vsus, contemplatur in aqua motus illius, & in peluim, vel in quodcumque aliud vas, aqua plenum, picem, ceram, vel resinam liquefactam infundit: & ex figuris, quæ ibi fiunt, & apparent, cum prolatione certorum verborum, futura vaticinantur ex pacto dæmonis: Fit etiam Hydromansia, vtendo vase, aquæ pleno, vel puella virgine, iniectis in aquam paleis, pronuntiatisque determinatis verbis; & tunc puero, vel puellæ in dicto vase repræsentantur figuræ, ex quibus cognoscitur, quod quisque scire vult. Ita Delrius, *dic. quæst. 6. sect. 4.* Alberghinus, *vbi supra.* Huiusmodi Diuinatio sæpè cum cultu dæmonum, & pacto exerceri solet, ait Alberghinus.

31 Septimò: Fit per Aerem: & dicitur Aëromansia: & est superstitio diuinatoria, quæ ante dæmonum per aerem occulta prædicit. Ita Delrius, *lib. 4. cap. sec. quæst. 6. sect. 4. versic. septimo.* Alberghin. *cap. 18. sect. sec. §. 3. num. 9.* Et per hanc Diuinationem Vani, & diuinatores obseruant aeris mutationem, & sonitum arborum, flabellationem venti per angulos domorum, per portas, per ianuas, & ex his futurum prænuntiant. Ita Fagundez, *1. præcep. Decalog. lib. 1. capit. 29. num. 1.* Alberghinus, *d. §. 3. num. 9. versic. per hanc.*

32 Ottauo: Fit per Ignem: & dicitur Pyromansia, à Pyros, voce græca, quæ ignem significat: si per ignem fiat Diuinatio, vel dæmonis responsio.

33 Pyromāsia, est superstitio diuinatiua, arte dæmonum, occulta manifestans in igne. Sic Delrius, *lib. 4. cap. sec. quæst. 7. sect. p.* Sousa, *lib. 1. cap. 46.* Alberghinus, *d. §. sec. num. 10.*

34 Vsus huius diuinationis est; cum diuinatores, hac arte vtentes, considerant ignem, flammas, fumum: An conglobatim flammæ ab igne emittantur? an splendide? an celeriter? an tenues, vel crassæ sint? quem colorem efficiant? quem sonitum edant in modum pyramidum? Sic Alberghinus, & Fagundez, locis citatis.

35 In hac Pyromansia, aliquando fiunt apparitiones (vt dicunt Alberghinus, & Fagundez) in igne: vel audiuntur voces: Aliquando verò, ex sola figura flāmæ, modo dicto, aditis etiam certis caracteribus, & verbis coniectatio fit: Et in primo modo semper, aut saltem regulariter datur expressa dæmonum inuocatio cum cultu. In secundo verò, vt plurimum inuenitur pactum implicitum. Plura exempla huius Diuinationis inuenire potes apud Delrium.

36 Nono: Fit per exta animalium: & dicitur Auruspicium: & est Diuinatio superstitiosa, qua dæmonum arte, ex animalibus, in aris dæmonum immolatis, occulta cognoscuntur. Ita D. Thomas, *2. 2. quæst. 95. artic. 3.* Bonacina, *de præcep. disp. 1. quæst. 5. pun. 3. num. 5.* Delrius, *lib. 4. cap. sec. quæst. 7. sect. 1.* Alberghinus, *de var.*

var. diuinat. special. cap. 18. *sect. sec. num.* 12. & alij.

37 Auguria, & cognitionem futurorum euentuum, & prænotionem liberorum effectuum, a voluntate hominum pendentium, captare per mortuorum animalium exta, & interiora, omninò est illicitum, & Diabolicum pactum: quandoquidem, cum hæc ex natura sua nihil significent; nulla ex illis cognitio de rebus futuris, aut præteritis sumi potest, præterquam de aliquibus effectibus naturalibus pluuiæ, ventorum, &c. nam, cum aer, & constellationes cœli in his animalibus imprimere possint: nihil obstat, quod ex illorum ilijs sic, vel sic calidis, aut fallentibus, mutatio aliqua, aut varietas in tempore cognosci possit ab aliquibus curiosis obseruatoribus. Ita Fagnndez, *lib. 1 præcep. 1. cap.* 39 *num.* 23. Alberghinus, *de var diuinat. speciet. cap.* 18 *sect.* 2 § 3 *num.* 13.

Quando nam Diuinatio contingat cum tacita solum dæmonis inuocatione? Dub. 4.

38 TVnc contingit Diuinatio, cum tacita dæmonis inuocatione, quoties ad diuinandum adhibentur ea, quæ talem virtutem non habent. Et Primò, quando quis vult diuinare per taxillos, aut chartas, aut per id, quod primo loco occurrerit aperienti librum. Et dicitur Sortilegium.

39 Hæc vero diuinatio per sortes, triplex est: Diuisoria, qua cognoscitur quid cuique sit tribuendum, siuè bonum, siuè malum: vt in electionibus, præmijs pœnis, &c. Consultoria, qua quæritur in aliqua re voluntas Dei. Diuinatoria demum, qua per sortes quæritur cognitio futurorum, ex tacito dæmonis pacto. Ita D. Thomas, 2. 2 *quæst.* 95. *artic.* 8. Sanchez. *lib. sec sum. cap.* 38. *à num.* 6 Bonacina, *de præcep. disp.* 3. *q* 5. *pun.* 3. *num.* 13. Bordonus, *cap* 20. *de diuinat. num.* 9. & alij.

40 Hæc sors Diuisoria est licita, quando adsunt debitæ conditiones. Ratio est: quia sors diuisoria nihil aliud est, quam contractus fortunæ, in quo partes equalem subeunt conditionem acquirendi, aut perdendi. Ita Bordonus, *cap.* 20. *de diuinatione num.* 9. *versic. sors diuisoria*, & alij.

41 Conditiones, quæ requirũtur ad sortem Diuisoriam: Prima est, vt fiat in casibus, in quibus non prohibetur: vt ad sedandas lites, maximè sæculares, vt inter hæredes, legatarios, &c. quia in his nullo iure prohibetur. Ita Lesius, *lib.* 2. *cap* 34. *dub.* 9 *num.* 58 qui addit etiam ad litem beneficiariam, quando lis alia ratione commodius dirimi non potest. Et ita Bonacina, *de præcep disp* 3. *q.* 5. *pun.* 3. *num* 12. Secunda conditio est: vt non violetur iustitia, sed illæsum seruetur ius partium. Ideò non licet mittere sortes inter dignum, & indignum: quia fieri pôt, vt sors cadat in fauorē indigni, & violet ius digni. Tertia est: vt non fiat cum irreuerentia rerum sacrarum: ideò non licet adhibere librum Euangeliorum, in mittendis sortibus: quia fieret irreuerentia rei sacræ: quam non existimat peccaminosam mortaliter Bonacina, *d pun.* 3 *num.* 3. *vers tertia est*: nisi adsit magna irreuerentia. Ita Suarez, *cap.* 12. *num.* 16, Sanchez, *num.* 69. Quarta: vt non expectemus ab astris, aut ex ope dæmonis, sortem feliciter euenturam. Quinta: vt non fiat in electionibus Ecclesiasticis, v. g. ad beneficium, & alia ministeria Ecclesiastica: quia hoc prohibetur, *cap. Ecclesia, de sortileg.* ita Bordonus, *cap.* 20. *de diuinat. num* 9 *versic. sors diuisoria.*

42 Sortes Consultoriæ rarò sunt licitæ: quia Deus non vult, suam voluntatem sortibus indagari, sed Ecclesiæ, & Sanctorum doctrina, ac petito à viris prudentibus consilio. Et ideò sub anathemate interdicuntur, *cap. sortes quæst.* 5. Possunt verò esse licite, quatuor conditionibus concurrentibus. Prima est: necessitas: aliâs enim, esset Dei tentatio. Hanc autem necessitatem explicant Siluester, & Margarita, statim allegandi; vt sit necessitas spiritualis, aut temporalis, personæ, vel etiam rerum, ad magnum damnum vitandum. Secunda est: vt debita reuerentia ad Deum mittantur sortes. Tertia est: vt seruetur modus proportionatus, nè scilicèt, Sanctorum reliquiæ, aut Diuina Oracula conuertantur ad sæcularia: idest (vt explicant Siluester, & Margarita confessorum) ad tẽporalia lucra: secùs, ad damnum vitandum. Quarta est: vt sit circa debitam materiam, nempè, vt non sit circa electiones Ecclesiasticas: quia est id specialiter interdictum, vt supra diximus. Ita D. Thomas, 2. 2. *quæst.* 95. *artic.* 8. Siluester,

stes, v. *superstitio quæst* 4. Margarita *confessorum in* 1. *præcepto fol.* 58. Armilla, *v. sors num.* 2. vbi Tabiena, *quæst* 5. *nu.* 6. Azorius, *part.* 1. *lib.* 9. *cap.* 21. *in fine*. Sanchez, *lib.* 2. *sum. cap.* 38. *num.* 85. Bonacina, *de præcep. disp.* 3. *quæst.* 5. *punt.* 3. *num.* 14. & alij.

43 Sortes Diuinatoriæ sunt illicitæ, & superstitiosæ: quia sortium moderatio, & directio, vel expectatur à Deo, vel à Casu, vel à Dæmone. Si à Dæmone, certum est, hoc esse superstitiosum, & continet dæmonis inuocationem. Si à Casu, perspicuum est, casum non posse in sortes influere, & per eas aliquid demonstrare; cùm nihil influere possit in futurum euentum, nullamque cum eo connexionem habeat. Si verò expectetur à Deo, non constat, Deum illas directurum, vel moderaturum, ad manifestanda occulta: cum Deus hoc non prommiserit, & euentus aliter sæpissimè ostendit, quam per sortes contingant. Ita communiter.

44 Secundò: tunc contingit Diuinatio cum tacita Dæmonis inuocatione, quoties quis vult diuinare, ex obseruatione vocis, vel cantus, aut garritu auium: & dicitur Augurium. Et dicitur prænuntiatio futuri, ex garritu auium, vocibus animalium, & sternutatione hominum, vt crociatio Corui malum est signum. Ita Bordonus, *cap.* 20. *de diuinatione num.* 10.

45 Excusari potest aliqua coniectura, desumpta ex motibus, aut vocibus, aut garritu animalium: sicut enim hæc in ipsis fiunt propter Celorum influxum: ita fieri potest, vt idem influxus in complexione hominis producatur: & consequenter indè colligatur aliqua coniectura alicuius effectus, vt rixæ, belli, &c. quamquam hæc coniectura non est firma, sed valde leuis, & tenuis; cum homo vtatur libero arbitrio. Ita Bonacina, *de præcep disp.* 3. *quæst.* 5. *pun.* 3. *num.* 11. *versic. secundo.* Valentia, 2. 2. *disp* 6. *quæst.* 12. *pun.* 3. Sanchez, *lib.* 2. *sum. cap.* 38. *num.* 38. Caietanus, 2. 2. *quæst.* 95. *art.* 7. & alij.

46 Tertiò: Tunc contingit Diuinatio, cũ tacita dæmonis inuocatione, quoties ex volatu item Auium, aut quorumuis animalium motu, pronuntiantur aliqui futuri euentus. Et dicitur Auspicium; ex auium volatu, aut aliorum animalium motu alicubi, bonum, vel malum. Ita Bordonus, *cap.* 20 *de diuinatione num.* 11.

47 Quartò: Si ex vocibus hominum, casu, & præter intentionem prolatis, fit diuinatio: & dicitur, Omen. Vndè Omen bonum, vel malum cognoscitur, ex prolatis per aliquem verbis casu, seu de repente. Sic Bordonus, *cap.* 20. *de diuinatione num.* 12.

48 Quintò: Fit ex signis, & lineis in manu: & dicitur Chyromansia, quæ est cognitio futurorum, per lineamenta manuum, & faciei hominis. Ita Bordonus, *d. cap.* 20. *num.* 13.

49 Ex Physiognomia, capitis, vel ex manuum lineis, bonam, vel malam fortunam coniectare prosperos, vel aduersos hominis euentus, videlicèt, futurum diuitem, vel pauperem: Religiosum, vel sæcularem: Sacerdotem, vel laicum (vt faciunt physiognomia, & Chiromansia Astrologicæ) vanum, & superstitiosum est. Ratio est: quia illa signa, causa esse non possunt illorum effectuum, neque in illis signis tales effectus prædici possunt, nisi ex doctrina dæmonis, includẽte pactum implicitum: & ideo Chiromãsiam damnat Sixtus V. in Bulla contra Astrologos: & in Indice librorum prohibitorum interdicuntur omnes libri hanc docentes.

50 Vnde Primò, diabolica diuinatio, & vana superstitio est, ex figura, & delineatione manuum euentus futuros iudicare: quia in huiusmodi lineis filij communiter referunt parentes; sicut et in vultu plerumque, & in reliquis corporis partibus: & tamen videmus, sæpè filios, qui habent easdem lineas cum parentibus, non eamdem fortunam parentum habere. Tum quia, huiusmodi lineamẽta manuum, ad diuersas ætates hominũ, referri possunt: vel corporis macie, vel pinguedine, vel vario, & assiduo manuũ, motu, ut lignarij, &c. Ita Io. Albergh. *de physognom cap.* 18. *sect.* 2. § 6. *n* 2. Fagund. *lib.* 1. *præcep.* 1. *decalog. cap.* 39 *num.* 3.

51 Secundò: Non licere interrogare Aegyptianam de bona, vel mala fortuna; nisi causa ioci, & ob curiositatem, absq; periculo ei fidẽ adhibendi, interrogaretur. Vndè si fiet causa ioci, peccat venialiter, aut curiositatis, vel risus, vt cõmuniter fieri consueuit. Secùs, si fiet animo credendi, aut cũ scãdalo: quia tunc erit peccatũ mortale. Ita Sanch. *lib* 2 *sum ca.* 38. *n.* 48 Bonac. *n* 11. *vers. ex quo.* Nauarr. *c.* 11 *sum. n.* 31. Filliuc. *tr.* 24. *c* 5 *q.* 11. *n* 135 Palaus, *tract.* 17. *disp.* 1. *pun.* 9. *nu.* 4 & alij.

omnia docet Sousa, *in aphror. inquisit. lib. 3. cap. 27. num. 7.*

16 Item puniuntur supradicti Primò, pœna amissionis iurisdictionis. Secundò, pœna excommunicationis latæ sententiæ, vt patet in prima Bulla cœnæ Domini. Tertiò, pœna inhabilitatis, ad beneficia Ecclesiastica acquirenda, etiam post schismatis pœnitentiam. Quartò, priuationis ipso iure beneficiorũ, ante schisma adeptorum. Vide Sanchez, *lib. 2 sum. cap. 36 à num.* 10. Scortiam, *in Bull. Pontif. Epis. 72. theor. 181. & seq.* & Duardum, *in Bull. cœna lib. sec. can. 1. quæst. 57. num. 13.* qui alias pœnas referunt ex Bulla Pauli IV.

An Schismaticus incurrat irregularitatem? Dub. 5.

17 Affirmatiuè respõdet prima opinio. Sic Mailus, *lib. 5 de irregul. cap. 46. num. 4.* Speculator, *tit. de dispos. § iuxta, num. 17.* Reginaldus, *sum. v schisma, versic. vltimo* Azorius, *part. 1. lib. 8. cap. 20 quæst.* 8. & alij: probatur, *& cap. primo de schisma & cap. quia diligentia de elect. & ex cap. qui contra 24. quæst. 1.*

18 Secunda opinio negat. Quorum ratio est: quia dicti textus de irregularitate minimè loquuntur: & non est ponenda irregularitas, nisi in iure expressè habeatur: in iure autem nulla habetur irregularitas contra schismaticos: nam *in cap. quia diligentia de electione*, nihil asseritur de irregularitate, sed solum de inhabilitate ad beneficia, *& cap. primo de schismate*, nullam irregularitatem imponit; sed solas Ordinum collationes, à schismaticis factas, irritas reddit, quò ad vsum ordinũ in recipiente sciẽter, *& cap. qui contra* 24. nullam irregularitatem imponit, sed alias pœnas à Iudice infligendas: ergo, &c. Ita Suarez, *de cens. disp. 43 sect. sec. num.* 7. Sayrus, *de cens. lib. 7 cap. 12 num. 16 versic. 3 iuncto.* Bonacina, *de præcep. disp. 3 quæst. 4. punt. vltim. § 5. num. 12. & in bull. cœna disp. 1. quæst. sec. pun. 5. num. 3.* Diana, *part. 4. tr. 7. resol. 29. versic. notandum.* Sanchez, *lib. sec. sum. cap. 26 num.* 20. Bordonus, *cap. 7 de schismate num.* 30. & alij.

19 In vno casu tamen, Schismaticos esse irregulares, dicunt Sayrus, Diana, Bonacina, & cõmuniter, scilicèt, quãdo nimiũ schisma esset publicũ: Sed in tali casu, essent irregulares irregularitate generali, quæ ex quauis criminis notorij digni depositione oritur; quæ cessat, ablata infamia per contrariam pœnitẽtiam.

DE SVPERSTITIONE Cap. 5.

Quid est Superstitio? Dub. 1.
Quotuplex est Superstitio? Dub. 2.
An qui peccatum Heresis, vel Superstitionis commisit, teneatur explicare in confessione qualitatem superstitionis, vel heresis? Dub. 3.

Quid est Superstitio? Dub. 1.

1 Vt ait Io. Alberchin. *de superst. cap. 18. num. sec.* Superstitio, est indebitus cultus, seù vana Religio, qua nimirum exhibetur cultus diuinus falso Numini, seù creaturæ, cui non debetur: vel Deo vero, cui debetur, at modo indebito, quo exhiberi non debet.

Quotuplex est Superstitio? Dub. 2.

2 Superstitio in duobus modis diuiditur. Primò, ratione rei cultæ, quatenus creatura colitur cultu Dei: Hæc sub se continet tres species: Idolatriam, Diuinationem, & Superstitiosam obseruantiam, ad quam reduci potest Magia. Sic Bonacina, *de præcep. disp. 3. quæst. 5. pun. 1 num. 1.*

3 Secundò: Dicitur Superstitio modi indebiti colendi Deum, quatenus Deus colitur modo indebito. Et hæc superstitio duplex est: Prima dicitur Cultus falsus: vt accidit, quando quis vult Deũ colere ceremonijs Iudæorum, quibus significatur Christus venturus: aut quãdo quis diuino officio admiscet aliena, tamquam diuini officij partem: aut quãdo fidem nostram falsis miraculis contendit confirmare: aut quando falsa miracula prædicat: aut formam, vel materiam Sacramentorum mutat: aut falsas reliquias proponit adorandas: & hic cultus, ex suo genere, peccatum mortale est. Ita Lessius, *lib. sec. cap. 43 num. 4* Sanchez, *lib. sec. sum. cap. 37 num. 5. & 7.* Nauarrus, *in manual. cap. 12. num. 87.* Valentia, *2. 2. disp. 6. quæst. 9. pun. vnico, & q. 10. pun. 2.* Suarez, *to. sec. de Relig. lib. 4. cap. 13. num. 16. & lib. sec. de superst. cap. sec. num. 18.* Bonacina, *de præcep. disp. 3. quæst. 5.*

4 Secunda dicitur cultus superfluus: & hæc contingit, quando, præter Ecclesię vsum, ponitur Religio in ijs rebus, aut circumstantijs, in quibus non est ponenda: vt in numero, colore, situ, &c. Vndè qui putat tot candelas adhibēdas esse, & non plures: aut debere potius esse albi, quam flaui coloris: aut debere potius in hac parte poni, quam in alia; cōmittit peccatum superflui cultus. Idem dicendum est, quando variantur ceremoniæ, ab Ecclesia præscriptæ: vt si quis varias ceremonias in Missa ponit, relictis iis, quas Ecclesia instituit: vt si dicat bis alleluia, vbi semel tantum dicēdum est: vt si dicat Gloria, vel Credo, vbi hæc non sunt dicenda: aut si faciat signum Crucis, vbi faciendum non est. Hæc tamen variatio (vt plurimum) non est plus quam veniale peccatum: *Dummodò* quod non sit magna inuersio in ceremonijs magni momenti, ex præcepto, vel consuetudine debitis: quia tunc erit peccatum mortale. Sic Lesius, *lib. sec cap.* 43 *dub.* 1 *num.* 5. Suarez, *lib sec. de superstit cap. sec num sec.* Nauarrus, *cap.* 11. *num.* 24. Bonacina, *de pręcep. disp.* 3. *quęst.* 5. *pun.* 1. *num.* 4. & alij.

An qui peccatum Hæresis, vel Superstitionis commisit, teneatur explicare in confessione qualitatem Superstitionis, vel hæresis? Dub. 3.

5 Sotus, *in* 4 *sent. dist.* 18 *quęst. sec. artic.* 4 *conclus.* 6. Reginaldus, *to* 1 *lib.* 6. *cap.* 4 *num.* 114. & *Diana*, *part.* 1. *tract.* 7. *resolut* 46. negant. Quorum ratio est: quia cum diuersitas specifica peccatorum, fuerit tantum in genere naturæ, tunc quia malitia moralis in illis, est eiusdem speciei, nihil est opus, diuersitatem declarare: Vt si verbi gratia; quis peccauerit indiuinando, vel pro labendo in hæresim, satis est si dicat: Toties peccaui peccato diuinationis: neque necesse est addere, semel per chyromansiam, iterum per hydromansiam, ac demum per negromansiam. Item toties lapsus sum in hęresim: nec necesse est dicere, semel lapsus sum in hæresim lutheranam; iterum in Caluinam, &c. quia in talibus non est diuersitas specifica moralis, sed tantum physica.

DE IDOLATRIA
Cap. 6.

Qvid est Idolatria? Dub. 1.
Quot modis tribui potest cultus creaturę? Dub. 2.
An si Sacerdos hostiam non consecratam exponat, sit reus Idolatrię? Dub. 3.
An qui ficto animo colet Idolum, metu mortis, pecaet, & committet Idolatriā? Dub. 4.

Quid est Idolatria? Dub. 1.

1 VT ait Bordonus, *cap.* 17. *de superstit num secund.* Idolatria est cultus creaturæ tributus, ac si esset creator, & Deus.

2 Idolatria est prima, & præcipua species Superstitionis: & generaliter, quilibet honor diuinus, creaturę attributus, Idolatria est. Et dicitur Idolatria, ab idolo, quod est effigies alicuius falsi Numinis, ad differentiam imaginis Dei, Sanctorum, & Angelorum, quæ numquam appellatur Idolum ab Ecclesiasticis Scripturalibus. Ita Azorius, *part.* 1. *lib.* 9 *cap.* 11. *quæstion. sec.* & Layman, *in Theolog. moral. libr. quart tractat. decim. capit. secund numero primo.* Bonacina, *de pręcep d sp* 3. *quęst.* 5. *pu sec. n.* 1. & alij.

3 Idolatria, est grauissimum mortale peccatum; quia honor, Deo debitus, subtrahitur, & datur creaturæ, idolis, & Dæmonibus, qui cultu, & honore omnino indigni sunt. Ita communiter.

Quot modis tribuere potest cultus creaturæ? Dub. 2.

4 TRibus modis, asserunt Suarius, *de Relig lib.* 2. *de superstit. cap.* 6. & Io. Alberghin. *cap.* 10. *sect.* 1 *à num sec.* Primò: quando ex infidelitate mentio procedit: & est error circa Deorum multitudinem, credendo in creatura diuinitatem resilire, obquā diuino honore digna sit: & Idolatria hæreticalis tunc est, seù mista hæresi, vel cum hæresi. Secundò: Idolatria potest esse sine propria mentis infidelitate, cum affectu tamen, & voluntate tribuendi creaturę honorem, Deo debitum: vt si quis, credens, dęmonem non esse Deum, velit illi exhibere sacrificium, aut aliquid simile, animo ipsum honorandi, vt eum sibi

propitium habeat: & hic cultus reddit operantem, vehementer de hæresi suspectum. Tertiò: Idolatria committi potest sine errore intellectus, & sine affectu colendi creaturam: sed solum exhibetur signum externum adorationis, Deo debitæ, cum exteriori significatione adorandi creaturam, sine intentione cultus: & hoc accidere solet, cum aduitandam mortem, adoratur Idolum: quod grauissimum est peccatum, neque vllo metu, vel timore excusari potest, quia est intrinsicè malum: & in his omnes conueniunt: quandoquidem non sola fides est de necessitate salutis, sed etiam fidei confessio, concurrentibus circumstantijs. Ita communiter Doctores.

5 Nota etiam cum Suario, *num* 17. & Ioa Alberchino, *num* 3. Casualiter, seù cooperando aliqualiter ad idolatriam, potest etiam eius malitiam participare ex illo principio, quod exhibes causam, vel cooperationem alicui precepto, particeps est illius malitiæ: si ergo Tyrannus, qui se ipsum vt Deum, adorare facit, quia alios ad idolatriam inducit; & quia diuinos honores affectat, Idolatriæ maculam contrahit. Item qui alteri consulit idolatriam, etiam si ipse idolum non colat. Idemque est de quocumque, cooperante ad idolatriam.

An si Sacerdos hostiam non consecratam exponat, sit reus idolatriæ?

Dub. 3.

6 Affirmatiuè respondetur. Ratio est: quia talis Sacerdos abutitur Sacramento altaris, sacratissimoque missę sacrificio: estque etiam in causa, vt Christi fideles, hostiam non consecratam adorantes, in idolatriam, saltem materialiter, incidant. Ita Graffius *part. 1. decis. lib. 3. cap. 15. de celebrat. missar num 6 & 7.* Io. Alberchin *cap. 18 sect. 1. num. 6.* & alij.

7 Vndè Sacerdos, qui missam celebrando, hostiam non consecratam sumit, de quo est certus, *in cap. de homicid. de celebrat. missar* est de hæresi suspectus; posseque ab Inquisitoribus interrogari; quid sentiat de Sacramento altaris? & etiam puniri. Ita Lucerna Inquisit. *v. Sacerdos celebrans.* vbi Pegna, *in annotatio* Decianus, *in tractat. criminal. lib. 5. cap. 16. num 43.* & alij.

8 Immò si Sacerdos non consecrat panem, aut vinum, eò quod sit in peccato mortali: & ideò, habens ante se hostiam nō consecratam, extrahit è tabernaculo particulam consecratam, & verba consecrationis proferat, non super hostiam, quam eleuando ostendit populo, sed super eamdem particulam cōsecratam, potest per inquisitores contra illos procedere. Ita determinauit Congregatio Sancti Officij Mediolanensi, 30. Aprilis, 1627. vt docent Aloysius Bartiola, *in aphoris. littera S. versicul Sacerdos, paragrap. 12.* Lucerna Inquisit. *v. Sacerdot.* & Diana, *part. 4. tract. 4. resolut. 1.*

Dubitatur? An liceat Sacerdoti ministrare hostiam non consecratam pro consecrata, ad euitandum scandalum, peccatori occulto?

9 Ludouicus à S. Ioan. *to. 1. sum, tract. de eucharist. quæst. 7 articul 8. dub. 4.* & Villalobos, *to. 1. sum. tract. 7. diff. 38 num. 7.* dicunt: Hostiam non consecratam, pro consecrata posse ministrari peccatori occulto, scienti, & petenti sibi dari, propter vitandam infamiam; dummodo proponatur hostia consecrata adoranda, & à tergo post illam non consecrata, ita vt non videatur, nec adoretur; & hoc efficiatur ex consensu peccatoris, nè (ex conscientia erronea) adoret non consecratam pro consecrata.

10 Dicendum est tamen cum Palao, *oper. moral. to. 1. tract. sec. disput. sec. pun. 13. nu. 8.* & Diana, *part. 3. tractat 6. resolut. 83. versicul Non desunt.* Hoc, non licere. Ratio est: quia ministrans hostiam non consecratam, velut consecratam, & si à tergo alterius consecratæ illam ponat, ponit equidem adorandum distinctum indiuiduum hostiæ non consecratę: & adest periculum manifestum idolatrię, cum circumstantes possint, si velint, distincto actu adorationis, adorare quamlibet hostiam, quę communicantibus porrigitur: Nec est in ministri potestate vitare aliorum adorationem hostię non consecratę, quam ipse proponit velut consecratam: ergo, &c.

An

An qui ficto animo coleret Idolum metu mortis, peccet, & committeret idolatriam? Dub. 4.

11 CAietanus, ait: Qui solo actu externo committit Idolatriam, est excõmunicatus.

12 Alij verò meliùs, licet hic non committat Idolatriam internam, committit tamen externam, quæ intrinsicè mala est; & opere externo impedit honorem diuinum rei creatæ. Vndè peccat mortaliter: non tamen incidit in excommunicationem Bullę cœnę Domini, latam contra hęreticos: quia illa excommunicatio fertur contra hęreticos credentes, non verò contra idolatras solum externos: quamquam in foro exteriori pręsumitur excommunicatus, quia forum externum pręsumit ex animo coluisse. Ita Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 7 cap. 5. & lib. 4. cap. 4. num. 11.* Sanchez, *lib. secund. sum cap. 37. num.* 21. Valentia, 2. 2. *disp. 6. quęst. 11. pun. sec.* Lesius, *lib. sec. cap. 43. dub. sec. num.* 11. Suarez, *to. 1. de Relig. lib. 2. de superst. cap. 6 num.* 20. 21. & 21. Bonacina, *de pręcep. disp. 3. quæst. 5 pun. sec. num. 5* Toletus, *lib. 4 sum. cap. 13.* Tabiena, *v. Apostasia quęst. 3. & v. hęresis quęst. 2.* Siluester, *v. hęresis. quęst. 6.* Nauarr. *cap. 11 sum. num. 27.* & alij.

13 Nota si quis Diabolum, per Crucifixũ alloquentem, putans esse Christum, adoret, non committit idolatriam: nam in tali casu ille actus, quo Crucifixus adoraretur, reuera non solum ex intentione sua, sed etiam ex natura sua esset actus licitus; tenderet enim in Christum Redemptorem Crucifixum, & in personam certam, qualis est Christus; non in Diabolum, ibi latitantem, atque loquẽtem. Ita Fagundez, *in 1. pręcep. Decalog. lib. 1. cap. 33. num. 3.* & Io. Alberchin. *cap. 18. sect. 1. num. 7.*

DE DIVINATIONE Cap. 7.

QVid est Diuinatio? Dub. 1.
Quot modis fieri potest Diuinatio? Dub. 2.
Quot modis contingit Diuinatio cum expressa demonis inuocatione? Dub. 3.
Quando nam Diuinatio contingit cum tacita solum dęmonis inuocatione? Dub. 4.
Quotuplex est Diuitio per sortes? Dub. 5
An Diuinatio sit peccatum mortale? Dub. 6.

Quid est Diuinatio? Dub. 1.

1 VT ait Bonacina, *de pręcep. disp. 3. q. 5 pun 3 num. 1.* Diuinatio, est prædictio, seu prænuntiatio rerum occultarum, quę humano modo cognosci non possunt, facta ope Dęmonis.

Quot modis fieri potest Diuinatio? Dub. 2.

2 DVobus modis fieri potest: Vno, per expressam Dęmonis inuocationẽ: & Altero, per tacitam Dęmonis inuocationem, quoties diuinator intendit inuocare dęmonem, & cum eo pactum inire: aut quando diuinator, sciens, dęmonem per aliquod signum manifestare latentia, vtitur tali signo, vt sibi latentia manifestentur. Tunc verò fit Diuinatio per tacitam dęmonis inuocationem, quoties quis medijs vanis, quibus se immiscet dęmõ, procurat cognitionem rerum latentium, quę vim humanam superat. Ita Sanchez, *lib. sec. sum. cap. 38. num. 13.* Suarez, *to. 1. de Relig. lib. 2. de superstit.* Azorius. *part. 1. lib. 9 cap. 13.* Lesius, *lib. sec cap. 43. dub. 5* Bonacina, *de pręcep. disp. 3. quęst. 5 pun. 3. num. 4.* Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 4 cap. 5* Valentia, 2. 2. *disput. 6. quæstion. 2. punt. sec.* & 4. & alij.

4 Vndè tunc expressum cum dęmone pactum est, quando expressis verbis à Sortilego fit cum dęmone: verbi gratia, facies, & faciam: idest, inuocabis me, & dabis cultum, & ego auxiliabor tibi. Item pones talia signa: aut hoc, vel illud facies. & ego ad positionem illorum, aut cum hoc, vel illud feceris, fauebo tibi, & hoc, vel illud pro te efficiam. Expresè item inuocatur dæmon, virtute huius pacti, non solum quando expressis verbis auxilium ab illo requiritur, ipseque interpellatur; verum etiam quando ille, qui sciens, dęmonem per aliena signa inuocari, & occulta docere, ea signa vsurpat, & facit, vt rem aliquam ab illo edoceatur. Ita Ioa. Alberchinus, *cap. 18. sect. sec. num. sec.* Fagundez, *de pręcep. Decalog. lib. 1. cap. 35 num. 4* Sanchez, *lib. secund. sum. cap. it. 38. numer.* & alij.

5 Tacitè autem, explicitè dæmon inuocatur, cumquis cognitionem, aut effectum alicuius rei, soli Deo reseruatum, medijs varijs, & indebitis procurat: nam quamuis per illius intentionem non sit, dæmonem tunc inuocare; tamen, eo ipso, quod hæc media vana tentat, quibus libentissimè dæmon se permiscet, vult à dæmone, vanorum inuentore, edoceri, & ab ipso consequi, quod sperat; præsertim, vigore pacti expressi, habiti cum primo instituente. Ita Caietanus, 2.2. q. 95. artic. sec. Io. Allench Suarez, & alij communiter.

6 Iterum Diuinationes, seù Sortilegia, alia sunt Hæreticalia, alia non Hæreticalia. Sic Pegna, *in direct. part. sec. coment. 67.* Io. Allerch *cap 28 sect. sec. num. 1.* Farinac. *de heres. q. 181. §. 1. num. 2.* & alij. Sacrilegium hæreticale primò, est quando exercetur cum abusu Sacramentorum, vel Sacramentalium: vel cum eo adhibeatur Euangelium, Symbolum, Paternoster, vel aliquis Psalmus Domini, seù aliæ orationes, vel verba Scripturę sacrę Ita Io. Allerch. *nu. 2.* & alij.

Dubitatur: An Inquisitores possint punire Sortilegum, qui in sortilegio miscuit hostiam non consecratam, quando super ea est celebrata Missa?

7 NEgat prima opinio: quia tale sortilegium non est hæreticale. Ita Vbertus Locatus, *in prax inquisit.* Ghirland. *de sortileg. q. 10. num. 16 & 17.* Torreblancha, *de mag. lib. 3. cap. 8. nu. 28.* Farinac. *q. 70 num 83.* Raphael del Torre, *in 2.2. D. Thomę to 2. q. 96. artic. 4. disp. sec. tit. de qualificat. superst.*

8 Secunda opinio ait: Si talis bene sentit de pręsentia Corporis Dominici, & transubstantiatione; & non prębuit hãc hostiam, populo adorandam; sed verè aliam, quam eleuauit, & consecrauit, hanc verò accessoriè tantum super altare ad magicos effectus posuit; erit tantum suspectus de heresi. Si verò illa alia credidit, tunc aperte foret hereticus. Si verò, reuera non credidit, ista vim aliquam habere effectum magicum; non erit suspectus de heresi, sed extra ordinem puniendus. Hęc ita, si de hac eius intentione constet: nam quandiu non constet, mihi quidem videtur, de heresi maximè suspectus. Sic ait Antonius Delrius, *in disqu. magi. lib. 5. sect. 15. §. dico quinto.*

9 Tertia opinio ait: Dictum sortilegiũ hereticale esse. Ratio est: quia in dicto maleficio Sortilegus miscuit rem sacrã, scilicèt, celebrationem Missę super hostiam, licèt non consecratam: igitur erit hoc sacrilegium hereticale; non propter hostiam minimè consecratam, sed propter missam supeream celebratam. Ita Scaccia, *de iudic. &c. lib 1. cap. 12 sect. 34.* Sousa, *in aphoris. Inquisit. lib. 1. cap. 57. num. 11.* Emanuel Moura, *de incantes. opuscul. 1 sect 3. cap 5 num. 29.* Diana, *part. 4 tract. 7. resol. 10 versic. sed ego puto.* Io. Alberch. *de sortil. cap. 18. sect. sec. §. 1. num. 9.* & alij.

10 Secundò: Diuinatio hereticalis, vel Sortilegium hereticale committi dicitur, quotiescumque Dęmon inuocatur, ad reuelandum, vel fauendum ea, quę ipse facere, & scire non potèst, sed soli Deo sunt reseruata. Ita Farinacius, *de heres. q. 181. §. 1. num. 3.* Delrius, *de disqu. magic. lib. 5 sect. 15. per totum.* Io. Albercchio. *de diuinat. cap. 15. sect. 5. num. 3.*

Dubitatur: An sit Sortilegium, sapiens heresim, inuocare dęmonem, ad tentandam Mulierem?

11 PRima opinio ait: Simplicem inuocationem dęmonis, sinè cultu, sed honore, aut mistura rerum, vel verborum sacrorum, non esse sortilegium hereticale; maxmè si efficiatur verbis imperatiuis, & non deprecatiuis, ad discẽdum, & obtinendum ea, quæ dæmon viribus naturalibus potest scire, & præbere: vt tentare pudicitiã mulieris: ad inueniendũ thesaurũ: ad discendum, An partus futurus (in vtero tamen formatus) sit nasciturus masculus, vel fœmina: ad discendum dictum, vel factum præteritum: ad impediendum, ne ignis filum, vel aliam rem proiectam comburat: ad transportandum hominem, vel aliam rem de loco, ad locum: ad ligandos spõsas: ad inferendas ęgritudines: ad faciẽdum apparere corpus mortuum, viuum per aliquod tempus: ad illuminandum cæcum, non à natura, sed ab impedimẽto, quod ipse possit subtrahere: ad habendam scientiam per purgarionem phantasmatum, & facilitatem sensuum: ad inducenda nubila, tempestates, & similia, quæ inuenies apud Torreblancam,

cant, *de mag. lib. 3. cap. 8. per totum* & dicunt Scaccia, *de iudic. lib. 1. cap. 12. num. 39* Riccius, *in prax. to. 1. resolut. 424. nu. 11.* Binsfeldius, *de malef. leg. 4. quæst. sec. conclus. 2.* Pegna, *in direct. inquisit. part. sec. cap. 68.* Ioseph Sesse, *to. 4. decis. 463. num. 13.* Olrad. *cons. 110.* Afflict. *in constit. Regul. part. 1. rubric. 1. num. 17.* Genuens. *in prax. Episcop. cap. 18. num. 11.* Locatus, *in prax. inquisit. versic. Apostasia, num. 13.* & alij communiter.

12 Secunda opinio contrarium docet: quia ridicula est illa distinctio, quam communiter asserunt Aduersarij, nempè, per modum deprecationis inuocationem dæmonis esse sacrilegium hereticale: Secus autem si efficiatur per modum imperij: Nam tu, quis es, qui potes imperatiuè inuocare illum, de quo loquendo Spiritus sanctus apud Iob, asseruit, non esse potestatem in terra, quę comparetur ei? Deindè, cum tibi sit interdictum omne cum dæmone commercium, vt notat Delrius, *in disquisit. magi. lib. 5. sect. 15. §. dico 5.* quomodo igitur potes eum inuocare etiam imperatiuè? & ideo Raphael del Torre, *in 2. 2. D. Thomę, quæst. 95. artic. 4. disp. 1. assert. 4.* docet, pertinere ad societatem dæmoniacam exigere à dæmone, sponte occurrente consilium, fauorem, aut quoduis officij genus, siuè exactio fiat deprecando, siuè imperando. Ita Diana, *part. 4. tract. 7. resolut. 10. versic. His tamen* Simaca, *tit. 33. num. 17.* Homobonus, *in exam. Eccles. part. 1. tract. 7. cap. 3. quæst. 26.* Farinacius, *tract. de hæres. quæst. 181. §. 2. num. 88.* Bartholomeus Spina, *Apolog. 4. contra Ponzinibium.* Zenardus, *in direct. Theolog. part. 3. cap. 64.*

13 Tertiò: Diuinatio, seù Sortilegium hæreticale, committitur, quando fit à sortilegis, & maleficis, habentibus pactum expressum cum Dæmone: quia, respectu operantis, est hæreticale; etiam si tale non esset, ratione operis, et quia à dæmone peteretur res, suam facultatem naturalem non excedens. Ita Delrius, *disquisit. magici lib. 5. sect. 15. per totum.* & Ioa. Alberchin. *de diuinat. cap. 18. sect. 2. num. 4.*

14 Iterum: Sortilegia hæreticalia, alia sapiunt manifestam hæresim, alia autem non. Quæ nam sunt, quæ sapiunt de heresi, & quæ non, vide Simachan. *de catholic. instit. tit. 61. rubric. de sortileg. num. 9.* Sousam, *in aphorism. lib. 1. cap. 37.* Farinacium, *de hæres. quæst. 181. §. 1. num. sec.* Alberchinum, *de diuinat. cap. 18. sect. sec. num. 6.* & alij.

Quot modis Diuinatio contingat cum expressa Dęmonis inuocatione? Dub. 3.

15 Respondetur, multis modis: Primò, per apparitionem, factam in figuris vel assumptis corporibus: & dicitur Prestigium, cum dæmon præstigiosis quibusdam apparitionibus se sensibus hominum ingerit, ad occulta pronuntianda. Ita D. Thomas, *2. 2. quæst. 95. art. sec.*

16 Præstigium, est diuinatio, quæ promanat ex præstigijs dæmonum apparitionibus, occulta homines docentium. Ita Torre, *de Relig. to. 1. quæst. 95. artic. 3. disp. vnica, tit. de præstig.*

17 Duobus modis apparere solent Dæmones, ad reuelanda occulta, dicunt Raphael della Torre, *vbi supra*, & Ioan. Alberchin. *sect. 2. §. 2. num. 1.* Primò, in corpore assumpto: siuè corpus illud antè assumptionem præexistat, siuè ab ipsis producto, applicando actiua passiuis; siuè efformando illud ex aere; siuè immutando sensus, ac si ab obiectis moueretur. Secundò, efformando voces, nullo efformato corpore.

18 Secunda Diuinatio est per somnia, & dicitur diuinatio somniorum: & est illa, quę prouenit à dęmonibus, occulta in somnis homines edocentibus. Ita Sousa, *lib. 1. cap. 40. num. 1.* Bonacina, *de precep. disp. 3. quæst. 5. pun. 3. num. 5.* Ioa. Alberchin. *de var. diuinat. cap. 18. sect. sec. § 3. num. 3.* & alij.

19 Obserua, à pluribus causis somnia proficisci, vt communiter Doctores dicunt cum D. Thoma, *2. 2. quæst. 95. artic. 6.* Nam aliquando proficiscuntur ab internis humoribus, motum aliquē phantasię causantibus; ex quo somnia, illis humoribus conformia, consurgunt: & pręterea, qui cōstat frigidis humoribus, solet ea somniare, quæ in aqua, vel niue solent euenire, & similia. Ideò Medici solent ab infirmo somnia inquirere, vt humorem prædominantem explorent. Aliquando somnia proficiscuntur à corpore circumstante, à quo immaginatio excitatur. Aliquando ab aere, aut à cœlo, taliter imprimente. Aliquando à cogitatione præcedente. Aliquando ab Angelo bono, aliquando à malo. Cum

igitur

igitur multę sũt somniorum causę, maximè cauendum est, nè somnijs, à dęmone immissis, aut etiam prouenientibus à præuia cogitatione, certa fides adhibeatur; quia dęmon aliquando per somnia decipere, & illaqueare solet. Adhibere verò fidem somnis, quæ sũt à Deo, vel à causa naturali, non erit illicitum; cum nil superstitionis contineat, ait Bonacina, *de præcep. disp. 3. quęst. 5. punt. 3. num. 6. in fine.*

20 Duas Regulas assignant Valentia, 2. 2. *disp. 6 q. 12 pun. 3. ad finem.* Suarez, *lib. sec. de superst. cap. 13.* Lesius, *lib. sec. cap. 43. dub 8. num. 51.* Bonacina, *de præcep. disp. 3. q. 5. pun. 3. num* 7. Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 17. num. 173.* & alij, quibus possumus cognoscere, somnia esse à Deo, & ab Angelo Lucis, aut à Dæmone. Prima: quando somnium impellit ad malum, vel ad aliquod indiscretum, signum est, somnium esse à Dæmone. Quandò verò ad bonum inuitat, credi potest esse à Deo: illud tamen bonum, ad quod somnium inuitat, est cum humilitate, & timore præstandum: quia dæmon Angelum Lucis, aliquando induit, vt facilius homines decipiat. Secunda est: quando homo per somnium remanet turbato animo, minus prompto, & disposito ad opus bonum, signum est somnium esse à Dæmone. Quandò verò lætiori, & aptiori existit animo in Deum, & in bonum, credibile est, esse à Deo. Si verò dubitatur, An sit à Deo, vel à dæmone? præsumi potest esse à dæmone, ait Delrius, *lib. 4. cap. 3. q. 6.* Sanchez, *num* 52. Filliucius, *num. 124.* & alij: quia cum Deus immittit somnium, simul etiam cognitionem imittit, à se immissum fuisse.

21 Procedunt etiam somnia à dæmonibus, inuocatis per sacrificia, orationes, & cultum, vt contingit aliquandò in lamijs, seù strigibus, quæ non semper realiter feruntur de loco, ad locum: sed media vntione, corpore correptæ, in eodem loco manentes per somnia ea omnia eis repręsentantur, quæ postea se vidisse norunt. Ita Suarez, *tom. 1. de Relig. lib sec de superst. cap 16 num. 13. & sequ.* Pegna, *part. sec. directorij* 68. Delrius, *disquis. magicarum lib 5 sect. 16. num* 4. & 5. Sousa, *lib. 1. cap. 40. nu sec.* Io. Alberch. *de vari. diuinat. cap. 18. sect sec § 3. num.* 3 & alij.

22 Ex somnijs, à Dæmone procuratis, sciri non possunt futura contingentia, aut libera, vel pręsentia, vel pręterita, occultè: & huiusmodi diuinatio suspicionem societatis cum dęmonibus includit, & pactum, dicunt Raphael della Torre, *to. sec disp. 5. q. 6.* & Alberchinus, *de varr. diuinat. cap. 18. sect. sec* §. 4. *nu.* 3.

23 Ex his deducitur: Nõ licere fidem pręstare somnijs, à dęmone immissis, vel prouocatis. Licere verò fidem adhibere somnijs, quæ à Deo proficiscuntur: aut etiam somnijs, quæ à causa naturali proueniunt, posse aliquando fidem pręberi, quò ad ea, quæ per ipsa cognosci possunt; non verò quò ad alia, ad quæ naturaliter nõ se extendunt. Ita Suarez, bonacina, Valentia, & alij.

24 Tertio: Fit per fictas mortuorum suscitationes, vel locutiones; & dicitur Necromansia. Et est diuinatio, quæ fit per cadauera mortuorum. Ita Antonius de Lictcratis, *part. sec. cap. 52. num. 5.*

25 Tribus modis Necromansia exerceri solet, dicunt Sousa, in Aphorism. *inquisit. lib. 1. cap. 41.* & Ioa. Alberghinus, *de necrom. cap 18 sect. sec* § 4. *num.* 1. Primò, cum quis certa verborum forma, certis carminibus, descriptisque circulis, figuris, aut caracteribus, à dæmone immediatè, vel mediatè acceptis, fereque semper adhibito sanguine, mortuos suscitare conatur, ex eisque multa occultissima, vel etiam futura cognoscere: & ita Pererius, *de magia, cap. 11.* Raphael della Torre, *to. 2. de vitijs oppositis Relig. q. 95. artic. 3. disp. 3.* Delrius, *disquis. mag. lib sec q. 26. sect. 1. & sequ.* & alij. Secundò, Necromansia exercetur, cum quis defunctorum animas, & præcipue eorũ mortuorum, qui flagitiose vixerunt, aut violenta morte obierunt præfatis ceremonijs, euocare contendit, vt occulta manifestent. Ita Torre, *loco citato.* Sousa, *num. 3.* & Alberchinus. Tertiò, cum quis, ex descriptis figuris, lineis, & signis in mortuorum corporibus; vel ex certo cadauerum contactu, vult occulta indagare. Ita Sousa, *num. 4.* Alberch. *num. 3.* & alij.

26 Quartò: Fit Diuinatio per Pythones: quando per homines viuos, sicut in areptitijs patet. D. Thomas, 2. 2. *q. 95. art.* 3. Et est ea, qua dęmon occulta predicit per homines viuos. Ad hoc Diuinationis genus pertinet Diuinatio oraculorum, nimirum, responsiones, datæ à dęmone certis in locis, ministerio hominum

minum vitiorum. Ita Delrius, *lib. 4. disquis. magic. cap. sec. quæst. 6. sect.* 1. Sousa, *lib. 1. cap. 42. num.* 3. & Alberghinus, *de varijs diuinat. specieb. cap. 18. sect. sec. §.* 2. qui ait cum Sousa, *num.* 5. In Areptitijs rarò interuenit pactum: in Oraculis verò datur pactum expressum, & communicatio cum dæmonibus.

27 Quintò, Diuinatio, est Geomansia: & dicitur diuinatio externa, & est superstitio diuinatoria, qua dæmonum industria occulta manifestantur, ex signis factis in corpore terrestri. Ita Ioa. Alberghinus, *d. §. 2. num.* 6. Delrius, *lib. 4. cap.* 2. *quæst. 7. sect. 3. versic. quinta specie.*

28 Ad Geomansiam spectat, vt ait Ciualluz, *de superst. pun. 1. cap.* 4. cum diuinatores, à dæmone edocti, certa signa, puncta, & figuras, vel in terra, vel in puluere, vel in papyro, vel in quocumque alio corpore, è terrena substantia compacto, inscribunt: & post illorum inscriptionem, mutationemque, & transpositionem prædiuinant, quod animo infedunt. Spectat etiam ad eamdem Geomansiam Diuinatio, quæ fit per specula, per ensem leuigatum, cristallum, aut aliquem lapidem politum. Ita Alberghin. §. 2. & Sousa, *lib. 1. cap. 43. num. sec.* Responsa, quæ à dæmonibus dantur per Geomansiam, ad occulta aliqua manifestanda, semper subsequuntur ad aliquem cultum, dæmonibus exhibitum, includentem pactum, vel illud supponentem, ait Sousa, *d. cap. 43. num.* 4.

29 Sextò: Fit per aquam, & dicitur Hydromansia, ab Hydro; quod est aqua: quando Diuinatio fit per figuras apparentes in aquis: Et est superstitio diuinatoria, qua, dæmonum industria, occulta manifestantur per aquam, vel in aqua. Ita Alberghinus, *d. §. 2. num.* 7. Delrius, *lib. 4. cap. sec. quæst. 6. sect.* 3. Sousa, *cap. 44. num.* 1.

30 Hydromansiæ vsus, contemplatur in aqua motus illius, & in peluim, vel in quodcumque aliud vas, aqua plenum, picem, ceram, vel resinam liquefactam infundit: & ex figuris, quæ ibi fiunt, & apparent, cum prolatione certorum verborum, futura vaticinantur ex pacto dæmonis: Fit etiam Hydromansia, vtendo vase, aquæ pleno, vel puella virgine, iniectis in aquam paleis, pronuntiatisque determinatis verbis; & tunc puero, vel puellæ in dicto vase repræsentantur figuræ, ex quibus cognoscitur, quod quisque scire vult. Ita Delrius, *dic. quæst.* 6. *sect.* 4. Alberghinus, *vbi supra.* Huiusmodi Diuinatio sæpè cum cultu dæmonum, & pacto exerceri solet, ait Alberghinus.

31 Septimò: Fit per Aerem: & dicitur Aeromansia: & est superstitio diuinatoria, quæ ante dæmonum per aerem occulta prædicit. Ita Delrius, *lib. 4. cap. sec. quæst. 6. sect. 4. versic. septimo.* Alberghin. *cap. 18. sect. sec. §. 3. num.* 9. Et per hanc Diuinationem Vani, & diuinatores obseruant aeris mutationem, & sonitum arborum, flabellationem venti per angulos domorum, per portas, per ianuas, & ex his futurum prænuntiant. Ita Fagundez, 1. *præcep. Decalog. lib. 1. capit.* 79. *num.* 1. Alberghinus, *d. §. 3. num. 9. versic. per hanc.*

32 Octauo: Fit per Ignem: & dicitur Pyromansia, à Pyros, voce græca, quæ ignem significat: si per ignem fiat Diuinatio, vel dæmonis responsio.

33 Pyromãsia, est superstitio diuinatiua, arte dæmonum, occulta manifestans in igne. Sic Delrius, *lib. 4. cap. sec. quæst. 7. sect.* 9. Sousa, *lib. 1. cap.* 46. Alberghinus, *d. §. sec. num.* 10.

34 Vsus huius diuinationis est; cum diuinatores, hac arte vtentes, considerant ignem, flammas, fumum: An conglobatim flammæ ab igne emittantur? an splendidè? an celeriter? an tenues, vel crassæ sint? quem colorem efficiant? quem sonitum edant in modum pyramidum? Sic Alberghinus, & Fagundez, locis citatis.

35 In hac Pyromansia, aliquando fiunt apparitiones (vt dicunt Alberghinus, & Fagundez) in igne: vel audiuntur voces: Aliquando verò, ex sola figura flammæ, modo dicto, additis etiam certis caracteribus, & verbis coniectatio fit: Et in primo modo semper, aut saltem regulariter datur expressa dæmonum inuocatio cum cultu. In secundo verò, vt plurimum interuenitur pactum implicitum. Plura exempla huius Diuinationis inuenire potes apud Delrium.

36 Nono: Fit per exta animalium: & dicitur Aruspicum: & est Diuinatio superstitiosa, qua dæmonum arte, ex animalibus, in aris dæmonum immolatis, occulta cognoscuntur. Ita D. Thomas, 2. 2. *quæst. 95. artic.* 3. Bonacina, *de præcep. disp. 3. quæst. 5. pun. 3. num.* 5. Delrius, *lib. 4. cap. sec. quæst. 7. sect.* 1. Alberghinus, *de var.*

stes, & superstitio quæst 4. Margarita confessorum in 1. præcepto fol. 58. Armilla, v. sors num. 1. vbi Tabiena, quæst 5. nu. 6. Aluarius, part 1. lib. 9. cap. 21. in fine. Sanchez, lib. 2. sum. cap. 38. num. 85. Bonacina, de præcep. disp. 3. quæst 5. punt 3. num. 14. & alij.

43 Sortes Diuinatoriæ sunt illicitæ, & superstitiosæ: quia sortium moderatio, & directio, vel expectatur à Deo, vel à Casu, vel à Dæmone. Si à Dæmone, certum est, hoc esse superstitiosum, & continet dæmonis inuocationem. Si à Casu, perspicuum est, casum non posse in sortes influere, & per eas aliquid demonstrare; cum nihil influere possit in futurum euentum, nullamque cum eo connexionem habeat. Si verò expectetur à Deo, non constat, Deum illas directurum, vel moderaturum, ad manifestanda occulta: cum Deus hoc non prommiserit, & euentus aliter sæpissimè ostendit, quam per sortes contingant. Ita communiter.

44 Secundò: tunc contingit Diuinatio cum tacita Dæmonis inuocatione, quoties quis vult diuinare, ex obseruatione vocis, vel cantus, aut garritu auium: & dicitur Augurium. Et dicitur prænuntiatio futuri, ex garritu auium, vocibus animalium, & sternutatione hominum, vt crociatio Corui malum est signum. Ita Bordonus, cap. 20. de diuinatione num. 10.

45 Excusari potest aliqua coniectura, desumpta ex motibus, aut vocibus, aut garritu animalium: sicut enim hæc in ipsis fiunt propter Celorum influxum: ita fieri potest, vt idem influxus in complexione hominis producatur: & consequenter indè colligatur aliqua coniectura alicuius effectus, vt rixæ, belli, &c. quamquam hæc coniectura non est firma, sed valde leuis, & tenuis; cum homo vtatur libero arbitrio. Ita Bonacina, de præcep disp. 3. quæst. 5 pun. 3 num. 11. versic. secundo. Valentia, 2. 2. disp 6. quæst. 12. pun. 3. Sanchez, lib. 2. sum. cap. 38. num. 38. Caietanus, 2. 2. quæst. 95 art. 7. & alij.

46 Tertiò: Tunc contingit Diuinatio, cũ tacita dæmonis inuocatione, quoties ex volatu item Auium, aut quorumuis animalium motu, pronuntiantur aliqui futuri euentus. Et dicitur Auspicium; ex auium volatu, aut aliorum animalium motu alicubi, bonum, vel malum. Ita Bordonus, cap. 20 de diuinatione num. 11.

47 Quartò: Si ex vocibus hominum, casu, & præter intentionem prolatis, fit diuinatio: & dicitur, Omen. Vndè Omen bonum, vel malum cognoscitur, ex prolatis per aliquem verbis casu, seu de repente. Sic Bordonus, cap. 20. de diuinatione num 12.

48 Quintò: Fit ex signis, & lineis in manu: & dicitur Chyromansia, quæ est cognitio futurorum, per lineamenta manuum, & faciei hominis. Ita Bordonus, d. cap. 20. num. 13.

49 Ex Physiognomia, capitis, vel ex manuum lineis, bonam, vel malam fortunam coniectare prosperos, vel aduersos hominis euentus, videlicèt, futurum diuitem, vel pauperem: Religiosum, vel sæcularem: Sacerdotem, vel laicum (vt faciunt physiognomia, & Chiromansia Astrologicæ) vanum, & superstitiosum est. Ratio est: quia illa signa, causa esse non possunt illorum effectuum, neque in illis signis tales effectus prędici possunt, nisi ex doctrina dæmonis, includẽte pactum implicitum: & ideo Chiromãsiam damnat Sixtus V. in Bulla contra Astrologos: & in Indice librorum prohibitorum interdicuntur omnes libri hanc docentes.

50 Vnde Primò, diabolica diuinatio, & vana superstitio est, ex figura, & delineatione manuum euentus futuros iudicare: quia in huiusmodi lineis filij communiter referunt parentes; sicut et in vultu plerumque, & in reliquis corporis partibus: & tamen videmus, sæpè filios, qui habent easdem lineas cum parentibus, non eamdem fortunam parentum habere. Tum quia, huiusmodi lineamẽta manuum, ad diuersas ętates hominũ, referri possunt: vel corporis macie, vel pinguedine, vel vario, & assiduo manuũ, motu, ut lignarij, &c. Ita Io. Albergh. de physognom cap. 18. sect. 2. §. 6. n. 2. Fagund. lib. 1. præcep. 1. decalog. cap. 39 num. 3.

51 Secundò: Non licere interrogare Aegyptianam de bona, vel mala fortuna; nisi causa ioci, & ob curiositatem, absq; periculo ei fidè adhibendi, interrogaretur. Vndè si fiet causa ioci, peccat venialiter, aut curiositatis, vel risus, vt cõmuniter fieri consueuit. Secùs, si fiet animo credendi, aut cũ scãdalo: quia tunc erit peccatũ mortale. Ita Sanch. lib 2 sum ca. 38. n. 48 Bonac. n 11. vers. ex quo. Nauarr. c. 11 sum. n. 31. Filliuc. tr. 24. c 5. q. 11. n 135 Palaus, tract. 17. disp. 1. pun. 9. nu. 4 & alij.

52 Mulieres ægyptianę (*vulgo Zingarę*) à nullo Iudice soleat puniri, ait Bordonus, *cap.*18 *num.*56. quia cum risu,& ioco magis recipiuntur earum annuntiationes benè, vel malè venturę, quam serio; cum nullus illis credat; & ab omnibus habeantur, vti latrunculę potius, quam prenuntiatrices futurorum euentuum. Quod si in huiusmodi arte misceant sortilegia, vel assertiuè prenuntient secreta cordium, & alia, pendentia à libero arbitrio, puniendę sunt de arte Chiromansię,& habere pactum cum demone, diuinandi.

53 Vnde Ferdinandus de Corduba, *in didasal cap.*50. *per totum*, ait: Carolum Quintum in Germania, & Ferdinandum Regem in Hyspania iussisse, hanc gentē ab ipsis Regnis abire. Et Domini Inquisitores punire possunt dictas Egyptianas mulieres, vulgò (*Zingarę*) queannuntiant bonam fortunam. Et ita Viladegio, *in polit cap.*50 § 20.*num.*50 *Diana*, *part.*4. *tract.*8 *resolut* 128. & Alberghinus, *cap* 18.*sect.*2 §.6.*num.*3.

54 Excusari tamen potest aliqua coniectura, desumpta ex Physiognomia naturali, idest, partium corporis dispositione, v.g. ex lineis manuum,&c. ex qua dispositione aliqualem sumimus cognitionem ingenij, inclinationem animi, & bonę, vel prauę valitudinis: non tamen indè colligere possumus, hominem futurum diuitem, aut pauperem, aut futurum in gratia Dei, quia hęc aliundè pendent. Ita Sanchez, *lib sec.sum cap.*3. *num* 44. Azorius, *cap.*16. Delrius, *lib.*4. *cap.*3 *quęst.*4. Conacina, *de pręcep. disp.*3. *quęst.*5. *punt.*1. *num.*11. Lesius, *dub.* 7. *num.*4 Alberghinus, *cap* 18.*sect sec.* § 6. *num.* 3.

55 Sextò: Fit per tacitam Demonis inuocationem, quoties quis vult diuinare ex situ, motu, & positione astrorum, & Planetarum: & dicitur Astrologia Iudiciaria, in his in quibus est prohibita.

56 Astrologia, est scientia, quę versatur circa motus cœli, stellarum, ortus, & occasus solis. Ita Venerus, *lib* 4 *cap.*34. *num.*5. Diuiditur, in Naturalem,& Iudiciarium.

57 Astrologia Naturalis, est scientia, quę ex Planetarum ortu, occasu, & oppositione, vel coniunctione, futuram serenitatem, vel pluuias coniectat, vel alia, quę naturaliter contingunt.

58 Astrologia Naturalis, per quam, ex intuitu, vel contemplatione astrorum cōijcimus effectus naturales, in quos cœlum influit, est licita. Excusatur etiam Astrologia, qua ex intuitu cœlorum diuinamus inclinationes hominis: quamuis hęc Astrologia sit valdè incerta; quia Astrologi difficilè scire possunt pūctum cœli, in quo natiuitatis alicuius contingit. Vnde Martinus Bonacina, *de pręcep. disp.*3. *quęst.*5. *pun.*3. *num.* 10. ait: Multas ob causas inclinationes impediri posse: & consequenter Astrologos nō posse hæc, tamquam certa enuntiare, præsertim si damni periculum interueniat. Vide etiam Suarez, *lib.*2. *de superst. cap.*11 *num.*5. Reginaldum, *lib.*17 *num.* 171. Alberghinum, *cap.*18.*sect sec.* §.5. *n.*2. Filliuc. *tract.* 24. *cap.*4 *nu.*79.& alios.

59 Astrologia Iudiciaria est illa, quæ ex Astrorum, & stellarum oppositione, & natiuitate hominis, prophetizat futuros hominis euentus, & declarat præterita, pręsentia & futura: & hæc, si ei credatur, numquam est licita, nec caret superstitione: quia dicti euentus pendent à libero hominis arbitrio, & non à necessitate stellarum. Ita Venerus, *lib.*4.*cap.* 34.*num.*17.

60 Vndè Astrologia Iudiciaria, per quam ex aspectu cœlorum conijcimus euentus fortuitos, pendentes à libero hominis arbitrio: v.g. matrimonium ineundum esse cum persona talis conditionis: aut tali tempore euenturam infirmitatem, bella; &c. certum est, huiusmodi Astrologiam omninò superstitiosam esse; quoties certius, & cum maiori firmitate prædicit tales effectus, quam ex astris cognosci possint: cum enim tales effectus pendeāt à libero hominis arbitrio, non possunt ex aspectu cœlorum cognosci: alioquin, liberum hominis arbitrium tolleretur. Vide Valentiam, 2.2 *disp* 6.*quęst* 12.*pun.*4. Lesium, *lib.*2. *cap.*43 *dub.*6. Delrium, *lib.*4 *cap.*2. Bonacinam, & alios.

61 Prædicere ex astris inclinationem futuram nascentis pueri, non est per se malum, nec vniuersaliter prohibitum, dicunt Alberghin. *cap.*18 *sect.*7.§.5.*num* 5. Suarez, *lib* 2. *de superst. cap.*11. *nu.*12. Filliuc. *tr* 24. *cap* 4.*n.*84.& alij Quod non sit per se malū, patet ex eo: quia inclinatio naturalis procedit à causis naturalibus: celū enim,& influētiæ, magnā vim habēt in corpora: ergo ex illis licebit conijcere futu-

futuram inclinationem. Quod neque sit vniuersaliter prohibitum, probatur: quia, nullo iure positiuo damnatum est, hoc ipso quod naturales tãtum effectus ex causis naturalibus prædicunt. Neque in Bulla Sixti V. videtur omnino esse prohibitum huiusmodi iudicium. Ratio est: quia si solum excipiat iudicia, pertinentia ad agriculturam, nauigationem, & rem medicam: tamen quo ad id, quod non est per se malum, non est prohibitum. Et confirmatur ex verbis Bullæ; Aut facientes iudicia, & natiuitates hominum, quibus de futuris contingentibus, successibus, &c. aliquid affirmare audeant: ergo restringit prædictionem natiuitatum ad futuros effectus contingentes. Qui igitur tantum coniectat temperamentum, & inclinationem, non agit contra Bullam.

62 Posse tamen contra Astrologos Iudiciarios Inquisitores animaduertere, vt patet ex constitut. Sixti V. quia eorum modus, pronuntiandi futura, est Reipublicæ valdè periculosus, & ex positus multis superstitionibus; & præsumitur, ex occulta societate cum dæmone pendere. Nec tales Astrologi excusantur, licet protestentur, se id non affirmare certò: id enim videntur facere, ad fraudes tegendas, & statutas pœnas vitandas. Ita Diana, *part. 4. tract. 7. resolut. 7.* Peyrinus, *de priuileg. minim. to. sec. consti. 9. Pauli 5. §. 2. num. 23.* Alphonsus de Leone, *de offic. & potest. confess. par. 1. Recollect. 2. num. 15. cas. 30.* Sousa, *in aphorism. Inquisit. lib. 1. cap. 48. num. 15.* Scorcia, *in bull. pontific. epit. 1. 40. theor. 361.* & alij.

63 Prædictio verò ex Astris futurorum, quæ ex sola voluntate Dei pendet, erronea est, & temeraria: verbi gratia, prædicere, talem futurum Cardinalem, Põtificem, &c. vel de vita, & morte Pontificis: quasi hæc, non à solo Deo, sed ab Astris etiam dependeant. Ita Alexander de Angelis, *lib. quant.* contra Astrologos, *cap. 47. per totum.* Ioann. Alberghinus, *cap. 28. section. secund. paragr. 5. num. secund.* qui addit etiam Constitut. Vrbani VIII. incipit, *Scrutabilis*, edita Kalendis Aprilis 1631.

(. . .)

An Diuinatio sit peccatum mortale? Dub. 6.

64 Affirmatiuè respondent communiter Doctores: siue fiat cum expressa, siuè cum tacita Dæmonis inuocatione. Quorum ratio est: quia per Diuinationem innuitur consortium, & societas cum dæmone, perpetuo Dei hoste: nam homo per diuinationem subijcit se disciplinæ Diaboli, vt ab ipso occulta doceatur: ipsumque tacitè honorat, fidem ipsius documentis præbendo, eique futurorum prænotionem, quæ Deo conuenit, tribuendo. Et ita Doctores citandi.

Dubitatur: *An datur paruitas materiæ, quando Diuinatio serio fit?*

65 Negatiuè respondetur. Et hoc, non solum de peccato Diuinationis superstitiosæ; verum etiam, in qua est solum pactum tacitum cum dæmone: ea enim non potest, ex materiæ paruitate, excusari à mortali. Ratio est: quia vsurpatio cognitionis, Deo reseruatæ, est ex se valdè grauis, abstrahendo à quauis materia. Ita Sanchez, *lib. sec. sum. cap. 38. num. 18.* Martinus Delrius, *lib. 4. desq. magic. cap. sec. quæst. 4.* Merolla, *to. 1. disp. sec. cap. 4. num. 112.* Bonacina, *de præcep. disp. 3. quæst. 5. pun. 3. num. 16. vers. Ob id existimo.* Valentia, *2. 2. disp. 6. quæst. 12. pun. 3.* & alij communiter.

66 Excusatur tamen Diuinatio à mortali ob inuincibilem ignorantiam, vel ob aliam causam. Sed hoc caute dicendum est; quia, respectu fidelium, vix puto dari posse ignorantiam inuincibilem in Diuinatione, facta cum expressa dæmonis inuocatione. Ita Valentia, *pu. 4.* Sanchez, *num. 17.* Reginaldus, *lib. 17. num. 170.* Bonacina, & alij.

67 Si verò Diuinatio fiet causa ioci, excusatur à mortali: quia non serio quæritur cognitio, nec adest animus superstitiosus, indigandi latentia; sed iocosè, & vane fit, sine affectione cognitionis, Deo propriæ: & est potius quædam vanitas, quam superstitio. Ita Suarez, *cap. 9. num. 11.* Valentia, *pun. sec.* Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 4. cap. 5. ad finem.* Bonacina, *de precept. disp. 3. quæst. 5. punt. 3. num. 17.* Delrius, *lib. 4. cap. sec. quæst. 3.* Reginaldus, *lib. 17. num. 170.* Sanchez, *num. 10. & 20.* & alij.

Dubitatur Secundò: An Diuinatio, cum tacita Dęmonis inuocatione, habeat malitiam eiusdem speciei, quam habet Diuinatio, facta cum expressa dęmonis inuocatione?

68 Affirmatiuè respondent Reginaldus, *to. 1. lib. 6. cap. 4. num. 114.* Diana, *part. 1. tract. 7. resol. 46.* Alberghinus, *cap. 18. sect. sec. §. 4.* Sanchez, *lib. sec. sum. cap. 38. num. 14.* Suarez, *lib. sec. de superst. cap. 14. num. 10.* Lesius, *cap. 43. dub. 5.* Bonacina, *de præcep. disp. 3. quæst. 5. pun. 3. nu. 19.* & alij: quia taciti, & expressi eadem est ratio: & differunt tantum inter se, sicut completum, perfectum, & imperfectum, in eadem specie. Et multo magis Diuinatio erit eiusdem speciei, siuè fiat per aerem, siuè per aquam, siuè per ignem, siuè per astra, siuè per somnia: quia, quamuis modo fiat, continet priuationem eiusdem perfectionis, eamdemque habet cum recta ratione oppositionem. Vndè sufficit, vt in confessione dicat: Toties peccaui peccato Diuinationis: & non est necesse addere, semel per Pyromansiam, iterum per Hydromansiam, ac demum per Necromansiam.

69 Et quamuis supracitati Doctores dicant, Diuinationem habere malitiam eiusdem speciei; tamen in confessione debet explicari, An superstitio fuerit cũ tacitá, vel cum expressa dæmonis inuocatione. Ratio est: quia Diuinatio, cum expressa dæmonis inuocatione, coniunctam habet aliquando hæresim, aut adorationem Dæmonis, aliaq; peccata, quæ omnia explicanda sunt in confessione. Ita Bonacina, *de præcept. disp. 3. quæst. 5. pun. 3. num. 20.* Reginaldus, *lib. 17. num. 170.* Sanchez, *lib. sec. sum. cap. 38. num. 14. & 26.* Filliucius, *tract. 24. cap. 3. quæst. 10. num. 72.* & alij.

DE VANA OBSERVATIONE. Cap. 8.

Quid est vana Obseruatio? Dub. 1.

1 Vana Obseruatio, est superstitio, qua media inutilia adhibentur, ad præstandum, vel omittendum aliquid, ad quod illa media, nec à Deo, nec à natura virtutem vllam habent. Ita Bonacina, *de præcep. disp. 3. quæst. 5. pun. 4. nu. 1.*

Quot sunt species vanæ Obseruationis? Dub. 2.

2 Sex sunt. Prima, vocatur Ars notoria. Secunda, Obseruatio sanitatis. Tertia, Obseruatio futurorum euentuum. Quarta, Obseruatio reliquiarum, & breuium. Quinta, Magia. Et Sexta, Maleficium? Ita Bordonus, *cap. 18. de sortileg. num. 4.*

Quid est Ars Notoria? Dub. 3.

3 Est superstitio, qua quis credit, se consequuturum scientiam, absque labore, per quædam ieiunia, orationes, inspectiones figurarum, prolationes verborum ignotorum, & alia similia vana, & inefficacia. Ita Bonacina, *de præcep. disp. 3. quæst. 5. pun. 4. num. 5.*

4 Cur dicatur Ars notoria, Auctores nõ dicunt, vt ait Suarez, *lib. sec. de superst. cap. 15. num. 4.* & refert Alberghinus, *de acto notorio cap. 18. sect. 1. §. 1. num. 1.*

5 Appellatur etiam hæc Ars notoria, *Clauicula Salomonis*: ad similitudinem scientiæ, quæ Salomoni indita est: & per hanc artem, fine vllo labore, sinè præceptore, aut studio, omnium diuinarum, humanarumque rerum cognitio, breuissimo temporis spacio, pollicetur. Vide Alberghinum, *in d. §. 1. num. 1.* Delrium, *lib. sec. magicarum disquis. quæst. 24. & lib. 3. part. posteriori q. 1. 2. 3. & 4.*

Acqui-

6 Acquisita semel scientia, ope dæmonis, erit licitum ea vti: modo conseruatio, aut vsus illius scientiæ non pendeat à dæmone: quia cognitio, seù sciētia ex se bona est, & quamuis male parta sit, iam id malæ acquisitionis peccatum transijt: nec inde aliquod vitium scientia naturalis, ac virtus naturalis, cognita contraxit. Ita Victoria, *de magia, q.* 4. *num* 15. Valentia, 2. 2. *disp.* 6 *q.* 13. *pun* 2. *colum* 5 *versic. quarto neque.* Delrius, *lib. sec. disquis. magic quæst.* 4. *littera F. vers. Pactum tacitum* Suarez, *to.* 1. *de Relig. lib. sec. de superst. cap.* 15. *num.* 14. *in fine.* Sanchez, *lib sec sum. cap.* 41. *num. sec & cap.* 42. *num.* 10 Bonacina, *de præcep disp.* 3 *quæst.* 1 *pun.* 4 *num* 6. Bordonus, *cap.* 18 *de sortileg. num* 6 & alij.

7 Differt hæc vana Obseruantia, à Magia, à Superstitione, & à Diuinatione, in eo, quod in Diuinatione procuratur cognitio transiens alicuius occulti effectus; quæ tota nititur auctori, & testimonio dæmonis reuelantis. At per Magicam superstitionem huius Artis procuratur cognitio scientifica, permanēs. Ita Palaus, *tom.* 3. *tract.* 17. *disp.* 1. *pun* 10. *num.* 6.

8 Ad hanc Artem notoriā Magicam reducitur etiam, *Ars Paulina*, de qua Alberghinus, *d. sect.* 3. *§.* 1. *num.* 4. quia fingunt à Deo traditam, D. Paulo in extasi constituto, & Apostolum posteris tradidisse.

9 Et non solum ad hanc speciem Magię spectat Ars notoria propria; sed etiam omnis Ars, addiscendi scientiam opè dæmonis, quocumque modo intendatur: vt si quis studendo, & faciendo, quod in se est, ad scientiam acquirendam, simul vteretur vanis obseruantijs, quibus speraret, vel vim memoriæ acquirere, vel facilitatem, & acumen ingenij, vel organa sensuum melius disposita, & similia, quæ virtute naturalium obseruantiarum fieri non possunt. Ita Alberghinus, *d. §.* 1. *num.* 5. & Suarez, *lib. sec. de superst. cap.* 15 *num.* 7.

10 Hæc superstitio, ex suo genere peccatum mortale est: quia cōtinet tacitam cum dæmone societatem, cui tribuitur id, quod est proprium Dei: proprium enim Dei est, & non dæmonis, infundere scientiam. Ita Sanchez, *lib. sec. sum. cap.* 40 *num.* 12. Reginaldus, *lib.* 17. *num.* 182. Bonacina, *de præcept. disp.* 3. *quæst.* 1. *pun.* 4. *num.* 5. Delrius, *lib.* 3. *quæst.* 4. *sect.* 2. & alij.

Quid est Obseruantia sanitatum? Dub. 4.

1 VT ait Bonacina, *de præcep. disp.* 3. *q.* 5. *pun.* 4. *num.* 7 Obseruantia sanitatum, est superstitio, qua adhibentur aliqua inania, & inutilia ad sanandos morbos hominum, vel animalium.

11 Vndè, tunc contingit hæc superstitiosa Obseruantia, quoties, ad curandos morbos, adhibentur verba, signa, ceremoniæ, vel etiam res naturales, quibus aliqua vana media adiunguntur, tamquam necessaria: cum enim hæc non sint veræ causæ horum effectuum, & ad hos producendos non habeant virtutē, signum est, continere pactum, initum cum Dæmone, & sapere superstitionis peccatum.

13 Ex his deducitur Primò: Superstitiosos esse effectus, ad quos aliqua circumstantia vana, & inutilis adhibetur, tamquam necessaria: v.g. cum certo numero crucium, vel in tali corporis positione, vel tali hora, &c. Ita Bonacina, *nu.* 8. & alij.

14 Secundò: Superstitiosos esse illos effectus, qui fiunt his concurrentibus cōditionibus: Prima est: quando effectus superat actiuitatem causæ naturalis applicatæ: vt constabit, exemplo curandi infirmos vulneratos in loco distanti. Secunda: quando effectus fit sinè motu locali: vt si quis faciat mensam, aut flumē statim apparere. Et Tertia, quando effectus statim euanescit, & non permanet. Ita Delrius, *lib sec. q.* 5. Sanchez, *lib.* 2 *sum. cap.* 40. *num.* 43 Bonacina, *pu.* 4 *num.* 8. & alij.

15 Tertiò: Superstitionem committi, dū in publicis supplicationibus imago alicujus Sācti projicitur in flumē, vt pluat: aut dum putat tot orationes prodesse, & non pauciores; aut candelam debere esse tantæ longitudinis, & non minoris; aut Missam non prodesse, nisi tot candelæ, vel talis coloris adhibeantur. Ita Delrius, *lib.* 4. *quæst.* 7. & 8. Bonacina, *de præcep. disp.* 3. *quæst.* 5. *pun.* 4. *num.* 13. Sanchez, *lib. sec. cap.* 40. *nu.* 34. 35. & alij.

16 Quartò: Superstitionem nō committi, dum in curationibus morborum, aut in herbis colligendis, adhibeantur aliquę orationes: modò aliqua vana, & inutilia non admisceantur: & modo non ponatur spes in re vera vana, vt in litteris, vel in syllabis: sed in Deum. Ita Azorius, *part.* 1.

part. 1. lib 9 cap. 26. quæst. 7. Sanchez, *lib. sec. sum. cap. 40. num. 13.* & alij

17 Quintò: Damnandum esse modum curandi infirmos vulneratos, existentes in loco distanti, applicato remedio vittis, aut gladio, aut lignis, sanguine infectis Bonacina, *num. 17*

18 Sextò: Vana, & superstitiosa Obseruantia est, verba aliqua, vel signa sacra vsurpare, vel secum deferre cum vanis, & superstitiosis circumstantijs, aut ligaturis, quas Ecclesiæ Catholicæ vsus non commendat. Licitum tamen est, & piũ, Sanctorum Reliquias, Cereos Agni Dei effigies, Euangelium S. Ioannis, Psalmũ Dauidis, & similia Sacræ Scripturæ testimonia, secum gestare, collo appensa: modo nullam habeant vanam, & superstitiosam circumstantiam: v.g. vt sic, vel sic sint scripta verba sacra in illis contenta, in carta pergaminea, non papyrica: vel inclusa in theca talis formæ, &c. Ita Delrius, *lib. 1. cap. 4. quæst. 4.* Alberghinus, *cap. 18 sect. 3 §. 3. num 1.* Sanchez, *lib. sec. sum. cap 40. num. 26.* Fagundez, *lib. 1. de præcep Decalog. cap. 37. num 12.* Suarez, *to 1. de Relig lib. 2. de superst cap. 15. num. 11.* & alij.

19 Quatuor conditiones numerantur, vt gestatio Breuium, sit licita, & pia, atq; superstitionis expers: Prima est, quod ibi descripta nomina sint cognita, intelligibilia, & Sancta. Secunda conditio est, quod in his Breuibus nullus adsit character, aut signa, præter signum crucis, vel aliud pium: nulla imago, præter Christi, aut Sancti alicuius noti. Tertia conditio est, quod in his nihil falsi, aut vani, aut ad inuocationem dæmonum apponendum est. Quarta conditio est, quod nulla spes cõstitui debeat in modo scribendi, vel ligandi, neque in materia, in qua describuntur.

20 Vndè superstitiosum est, & pactum cum Dæmone supponit, vt ea gestantes, non possint interfici, summergi, suspẽdi, &c. Et si hæc credant, virtute propria illorum characterum, & nominum Dæmonum, consequi posse; tunc non caret hæresis suspectione. Ita Pegna, in com. ad Ambroscinum, *de vigmate tract. de hæresi q. 4. num 49. versic. certum diligenter.* Alberghinus, *cap. 18. sect. 3 §. 3. nu. 3.* Immò est superstitio hæreticalis, portare chartam, appensam ad collum, cum nominibus (*Gibeth*) & alijs incognitis: quia nomen illud *Gibeth*, est nomen Dæmonis, vt ait Io. Laurentius de Anna, *lib. 2. de natura dæmon cap 61.* & delatio illa ad collum, signum est reuerentiæ, & cuiusdam adorationis, Dæmoni exhibitę, sicuti signum reuerentię, & deuotionis est erga sanctos, eorum reliquias ad collum gestare. Ita Alberghinus, *cap. 18. sect. 2 §. 3 num 3.* Carena, *de modo procedendi in caus. s. officij tit. 12. § 8. nu. 40.*

21 Ita est superstitiosum portare Cartulam, quam non nulli pro doloribus viscerum gestare solent, in qua est scriptum nomen *Pater*, & statim, *Baltasar*: nomen, *Filius*, & statim *Gaspar*: & nomen *Spiritus Sancti*, & illico aliud nomẽ *simile*: & ob id, prędicta Cartula, tamquam superstitiosa, tollenda est, sub peccato mortali, dicunt Almas, *in method. carat animi part. 7. cap 3. § 1. versic quæcumque autem cartulas*, Carena, *tit. 12. § 30 num 110.* & Alberghinus, *cap. 18 sect. 3. § 3 num. 8.*

Quid est Magia? Dub. 5.

22 MAgia, est potestas faciendi mirabilia, quę videntur superare ordinem naturę. Ita Bordonus, *cap. 18. de sortileg. num. 10.* Aut, est potestas, vel scientia, qua mira quidem, & insolita fiunt, vi tamen creata. Ita Reginaldus, *lib. 17. num. 149.*

Quotuplex est Magia? Dub. 6.

24 DVplex est Magia: Vna Naturalis: & altera Superstitiosa.

Magia Naturalis, est ratio efficiendi mira opera, per applicationem naturalium agentium, sine ministerio Dęmonis. Ita Layman, *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 10. cap. 4 num. 1.*

Magia Superstitiosa, est ratio quędam, seù facultas, efficiendi mira opera, ope, ministerio Dęmonis per signa, ab ipso instituta. Ita Layman, *loco citato.*

24 Ex genere suo Magia superstitiosa, peccatum mortale est, ob inuocationẽ, & societatem Dęmonum: & numquam fit veniale, ratione paruitatis materię: quia inuocatio Dęmonis ex se talem malitiam inducit, siuè coniugatur cum re parua, siuè cum magna, & ex qualitate mirabilitatis satis magna dicitur. Ignorantia verò pacti, & bona fides excusat.

excusat. Ita Sanchez, *lib. sec. sum. cap.* 40 *num.* 13. Lesius, *lib. sec. cap.* 44. *dub.* 4. Bonacina, *de precep. disp.* 3. *q.* 5. *pun.* 5. *num.* 4. Farinac. *q.* 181. *num.* 36. Bordonus, *cap.* 18. *de sortileg. num.* 13. & alij.

Quis nam fuit primus Inuentor artis Magicę? Dub 7.

25 ZOroaster fuit primus, qui fuit filius Cam: iste Cam fuit filius Noę, & risit, videndo pudenda Patris, & didicit opera diaboli, i. maleficia, & incantationes, ad nocēdū hominibus: Iste Zoroaster, qui magicam artem primū reperijt, fuit Rex Bactrianorum in Perside, & fuit 800. annos ante Troiana tempora, & à Dæmonibus didicit hanc pestiferam artem. Ita D. Augustinus, *de Ciuit. Dei*, Vincentius, *in specul. historiar.* vbi plures allegat. Polydorus Virgilius, *lib.* 1. *cap.* 22. Plinius, *lib.* 30. Venerus, *lib.* 6. *cap.* 33. *num.* 1.

An exercentes Artem Magicam, reputentur heretici? Dub. 8.

26 EXercentes Artem Magicam, non solum sortilegi hæreticales reputantur, verum etiam, vt hæretici habendi sunt, dicunt Repertor. Inquisitorum, *v. heresis, rubric. sapere heresim manifestam versic. ex prædictis apparet.* Vbertus Locatus, *in iudic. Inquisit. v. Apostasia, nu.* 5. *versic. Et similiter etiam.* Farinacius, *de heresi quæst.* 181. *num.* 36. vbi affirmat, quod Magia, quæ naturalis non est, hæresim in se contineat, cum non nisi Dæmonum auxilio, & cum eis inito pacto exerceri valeat.

27 Sed hæc doctrina (ait Alberghinus, *de magia cap.* 18. *sect.* 3. *§.* 4. *num.* 4.) est intelligenda, non ratione magicæ superstitionis, sed circumstantiarum: vt cum pactum habent expressum huiusmodi Magi, addi etiam solet expressa Idolatria, per sacrificium, aut alium similem cultum, Dæmoni exhibitum: immo, ait Alberghinus, in hæresim frequenter incidunt, qui hoc modo Dæmoni mancipantur: vel non credunt, ipsum esse Deo subiectum, & ab ipso in suis operibus pendere, vel non credunt, ipsum esse damnatum: vel certè nihil firmiter credunt, & tamquam Athæi sunt: sæpè enim directam Apostasiam committunt à Religione Christiana, nam Christo renuntiant, & eius Sacramentis. Et in hoc sensu videtur etiam loqui Repertorium. Inquisit. dicens: Sed Dæmones inuocantes, & eisdem sacrificantes, magiam artem in hoc superstectantes, & exercentes, sunt vt hæretici ab Ecclesia Dei habendi, & vitandi. Ita Alberghinus. Vide etiam Suarez, *lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 11.

Quid est Obseruantia euentuum? Dub. 9.

28 OBseruantia euentuum (vt ait Bonacina, *de præcep. disp.* 3. *q.* 5. 4. *num.* 21.) est genus superstitionis, quo ex cōsideratione alicuius euentus conijcitur, quod futurum sit.

29 Vt si quis, domo exiens, pedem offendat in lapidem, concipit, quid aduersum sibi futurum: Si occurrat Virgo, putat, illum diem sibi futurum inutilem: Si obuiam habeat meretricem, diem fertilem, & iucundum sperat: Cōcipere huiusmodi futura, non sunt diuinationes, quia in diuinatione quærunt media, ad præsciendum: sunt tamen obseruationes: quia in obseruatione casu occurrunt absque eo, quod quærantur: in Diuinatione quęritur cognitio rei: in Obseruatione directio operantium, ad aliquid agendum, vel fugiendum. Vide Bordonum, *cap.* 18. *de sortileg. num.* 8.

30 Obseruantia euētuum, ex genere suo, peccatum mortale est. Excusatur tamen sæpiùs à mortali, ratione ignorantiæ, aut ratione bonę fidei: quia nihil mali in his continetur, quod ab hominibus apprehendatur. Ita Lesius, *lib.* 2. *cap.* 44. *dub.* 4. Nauarrus, *cap* 11. *sum. nu* 24. Sanchez, *lib.* 2. *cap.* 40. *num.* 14. *& seq.* Bordonus, *cap.* 18. *num.* 8. *in fine.* qui ait: in his veniale committitur peccatum, nisi quis firmiter illis adhereat.

Quid est Maleficium? Dub. 10.

31 MAleficium (vt ait Toletus, *lib.* 4. *sum. cap* 16.) est ars nocendi alijs, ope, & potestate Dæmonis.

32 Hæc ars habuit principium post Noe, dicunt Malleus, Maleficior. *part.* 2 *quæst.* 1 *cap.* 4. & Venerus, *lib* 6. *cap.* 33. *num.* 6. quia ante Noè non fuerunt Malefici, Quorum ratio est: quia ex recenti recordation creationis, hoc peccatum, neque fuit inuentum, neque commissam:

sum: sed post Noe creuit malitia hominum, & Diabolus introduxit hoc genus peccati in mundum.

33 Maleficium, ex genere suo, peccatum mortale est: quia in Maleficiis communicat maleficus cum Dæmone. Tum quia, Maleficium quodcumque importat graue nocumentum in persona maleficata, vel ratione personæ, vel ratione honoris, aut ratione bonorum fortunę. Ita Bordonus, *cap 19. num. 3.* & alij communiter.

34 Inter maleficos, & maleficas, quædam mulierculæ inueniuntur, quæ varijs nominibus appellantur: nunc *Magę*: nunc *Lamię*: quandoque *Striges*, *Maleficę*, *Veneficę*, *Sagę*: nominantur Hyspanicè, *Bruxas*; & nostro vulgari vocabulo, *donni di fuora*.

35 Maga (quæ vulgo dicitur (*Magara*)) dicitur illa, quę sumptis aliquibus rebus animatis, vel inanimatis, vel factis figuris ex cera, dicẽdo, vel nõ dicẽdo aliqua verba, applicat tales res ad mortẽ, vel ad odiũ alicuius hominis, vel ad sanitatẽ, vel infirmitatem alicuius hominis, vel mulieris: ex his artibus facit homines infirmare, vel violenter amare aliquam mulierem. Ita Isidor. *lib. 8 orig. cap. 9.* Venerus, *lib. 6 cap 34. num. 3.*

36 Striges, siue Strigon, denominationem sumpserunt ab animale huius nominis: est enim Auis nocturna, à sono vocis sic dicta: nam quando volat, stridet, & infantium corpora inuadit noctu, suffocat, & illorum sanguinem exugit: Vndè quia huiusmodi nefariæ mulieres noctu versantur, & in veneficiis suis clamant, & infantium sanguinem sugunt: inde Striges appellantur. Ita Albertinus, *de agnoscend catholic. assertionib. q. 24. num. 2.* Fagundez, *lib. 1. in primo præcep. Decalog cap. 41. num. 4.* Alberghinus, *cap 18 sect. 2 § 9. num. 1.*

37 Lamiæ, quandoque etiam dicuntur ab animale, sic dicto: & dicitur Lamia, quasi lanea, à laniando pueros, quia pueros iugulat, rapit, & illorum sanguinẽ exugit: & quia hæ nefariæ mulieres, de quibus hic agimus, noctu dicuntur domos ingredi, puerosque occidere, ideò Lamiæ appellantur. Ita Alberghinus, & Albertinus, locis citatis.

38 Sagæ verò à Sagacitate, siuè (vt ait Cicero, *lib. 2 de diuinatione*) à sagiendo vocitantur: præterea, quod multa scire velint, & ob id se Dæmonum artibus immisceant. Ita Alberghinus, & Fagundez, locis citatis.

39 Professio autem harum Strigarum (vt dicunt Malleus, *malefis. par. 2. cap. 2.* & Alberghinus, *cap 18 sect. 3. § 9. nu. 2.*) duplex est: vna Solemnis: & altera Priuata, quæ seorsim Dæmoni quacumque hora fieri potest. Solemnis verò hoc ferè modo fieri solet: Maleficiæ enim in certam quamdam congregationem, statuto die, proficiscuntur; & Dæmonem in assumpta hominis effigie vident: Qui, dum super seruãda sibi fidelitate, eas cum temporalium prosperitate, & longitudine vitæ, hortatur; aliæ mulieres maleficæ, quæ adsunt, illam nouitiam, contentam esse, fidem Catholicam, & cultum Diuinum, Beatissimamque Virginem Mariam, ac Sacramenta Ecclesiæ abrogare: tunc ipse dæmon manum extendit; & versa vice, illa nouitia, stipulata manu, seruare illa nefaria promittit; deindè Homagium petit, quod continet, vt in anima, & corpore illi æternaliter adhæreat, & totis viribus, alios quoscumque vtriusque sexus sibi associare hortatur.

Dubitatur: An Lamiæ, seù Striges à Dæmonibus ad loca distantia ferantur?

40 SVarez, *lib. 2. de superst. cap 16. num. 5.* ait: Dubium esse non debet, quin possit Dæmon, mulieres has verè, & realiter deferre in loca distantissima, breuissimo tempore: quia hic effectus non excedit virtutem naturalem Dæmonũ, vt constat: posse Dæmones has fœminas verè introducere in domos, vsque ad interiores partes earum. Addit etiam Suarez, *in num. 24.* quod verè Striges aliquando per aera differuntur ad loca distantia: & ibi cum alijs congregantur ex varijs, ac distantissimis locis: multaque turpia, & sacrilega in illis locis cum alijs similibus, & cum ipsis Dæmonibus, fortasse in forma visibili, & humana committunt, & est sententia communis Theologorum, & Iuristarum.

41 Vnde Striges duobus modis faciunt, quando se, vel alios equis portant in longinquas vias, Primò: Lędendo potentias ipsorum hominum, fingendo in phantasia, quod illi homines equitent, & vident tales Prouintias, tam vehemẽti apprehensione, & cum tanta rerum, & locorum circumstantia, vt euigilati postea

postea intelligentibus dicant, se vidisse mare Constantinopolitanum, & alia loca. Secundò: Diabolus verè, & realiter fingit corpus equi nigri: & monet itinerantem, vt se non signet signo crucis, nec nominet Iesum, aut Mariam, nec dicat Angelicam Salutationem: & tunc fert illud corpus per diuersas mundi partes: De quo plura sunt exempla à D. Gregorio, & grauissimis Scriptoribus narrata Mall. Maleficior. *part. sec. q. p. pun. 3.* D. Bonauentura, *in 3. sent. dist. 19. q. 3.* D. Thomas, 2. 2. *q. 6. artic. 5. tit. de superstit. & p. p. q. 8. tit. de miracul. & q. 16. artic. 5. & 6. tit. de dæmonibus*, & refert Venerus, *lib. 6. cap. 33. num. 8.* Non tamen hi equi, sunt veri equi, nec habent veram substantiam illorũ: sed Diabolus se fingit in figuram equi, licet vere non sit equus. Ita Malleus, *malefic. pun. sec. quæst. p. numer. 3.*

42 Vnguentum, quo vnguntur Malefici, vt per aerea elabantur, est confectum ex carnibus, & membris puerorum, interemptorum ab eis ante baptismum, cum quo aliquo ligno vnguntur, secundum instructionem Dæmonis: & hoc vncti feruntur, siuè noctu, siuè diu per aera. Sed non intelligas, quod hoc vnguentum in se habeat hanc naturalem virtutem; sed quod feruntur potestate Dæmonis, & actiuitate eius, permittente sibi Deo. Ita D. Thomas, *p. 1. quæst. 90. per totum 3. artic. & 3. sent. dist. 19. de potest. dæmonis super effectus corporales.* Venerus, *lib. 6. cap. 33. num. 21.* Alberghinus, *cap. 18. sect. 3. §. 9. num. 6.* Delrius, *lib. sec. disquisit. magic. quæst. 16.*

Quot sunt genera Maleficij? Dub. 11.

43 Qvinque sunt. Primum genus est eorum, quæ fiunt ad inuestiganda, quæ latent, & quæ procul absunt, secreta hominum longe distantium. Secundum est eorum, quæ fiunt ad morbos, & ad alia quæuis mala in bonis fortunæ inducenda: & huic secundo generi propriè conuenit definitio illata, nu. 31. Tertium est eorum, quæ fiunt ad sanitatem procurandam. Quartum est eorum, quæ fiunt ad magicas, & superstitiosas operationes. Et Quintum est eorum, quæ fiunt ad alios effectus, communi omnium iudicio impossibiles. Vide Sayrum, *in Clau. Reg. lib. 4. cap. 6.* Bonacinam, *de præcept. numero tertio*, & alios.

44 Maleficia, quibus vtitur Dæmon contra Viros, & Mulieres in actibus venereis, septem sunt: Primò, mouent mentes hominum ad illicitum amorem. Secundò, impediunt herbis, & maleficijs vim generatiuam. Tertiò, auferunt membra virilia hominis, vel concludũt vas mulieris. Quartò, mutant homines arte magica in bestias, licet non immutent eorum naturam, & substantiam. Quintò, destruunt vim generatiuam, quò ad gemellos. Sextò, procurant abortum. Et Septimò, offerunt dæmonibus infantes, & eos lædunt, & occidunt. Vide Malleum, *malef. part. 1. quæstion. 6.* & Venerum, *lib. 6. cap. 33. numer. viges. quinto.*

An licitum sit, maleficos, etiam aliàs paratos, adhibere, ad maleficium faciendum, pro re graui, & bono publico? Dub. 12.

45 Affirmatiuè respondent Arcolus, 4. *d. 34. quæst. sec.* & Angelus, *v. superstitio num. 13.* Quorum ratio est: quia id non est ad malum inducere, sed vti malitia, parati ad illud perpetrandum; cogente, obtinendæ salutis, necessitate. Sicut licet petere mutuum ab Vsurario parato: & iuramentum ab infideli, parato, per falsos deos iurare; quando ad vtrumque necessitas cogit.

46 Attamen hæc sententia est omninò falsa. Quia id solum licet à parato petere, quod ipse licite potest præstare, & sua malitia eligit modum illicitum: & ex alia parte petentis interest, vt suæ necessitati consulat: tunc enim, non est petere peccatum, nec ad illud cooperari; sed petere rem licitam, quam aliter sua malitia illicite præstat: Vt contingit in petente mutuum ab vsurario parato; & iuramentum ab infideli, parato, ad iurandum per falsos Deos. At Maleficus ob nullum bonum finem potest maleficiũ maleficio soluere. Et ratio diuersitatis inter vtrũq; est: quia petens ab aliquo opus aliquod, est causa moralis

ſis illius operis; quamuis alter ſit paratiſſimus: quare petens mutuum ab vſurario parato, non excuſatur eo quod nõ ſit cauſa moralis illius mutui; ſed quia mutuum de ſe eſt bonum, & ex ſola mutuantis culpa malè fit. Quando ergo opus à parato nequit licitè pręſtari, illud petens, eſt cauſa malitię inſeparabilis ab eo opere, ac proindè peccat. Vndè certum eſt, nullatenus id licere. Ita Albertus Magnus, *in 4. diſt. 34. artic. 9.* vbi Sotus, *quæſt. vnica, artic. 3. colum. 5. verſic eſt tantum citra dubium.* Palatios, *diſp. 1. poſt. 5 concluſ.* Caietanus, *v. maleficium, ad finem: & in opuſcul. to ſec. tract. 12. de maleſic quæſt. vnica.* Abulens. *cap. 19. Matth quæſt 90. in ſolut. ad 3.* Caſtro, *lib. 1 de iuſt. hæret. punition cap. 15 colum. 7.* Ledeſma, *2. part 4 quæſt 60. artic ſec. ad finem.* Viguerius, *lib inſtitut cap 16. § 7. verſic 9. impedimento 11.* Angles, *in floribus part p. vbi de matrim quæſt. 8. artic. ſec dub ſec.* Toletus, *lib 4. ſum cap. 16. num 9.* Bannez, *2. 2. quæſt. 78. artic. 4. dub. ſec in ſolut. ad 4.* Petrus Ledeſma, *de matrim. quæſt. 58. artic ſec dub ſec.* Henriqu. *lib 5. de pœnit. cap. 6 in fine, & lib. 12. de matrim cap 8 in fine.* Philiarcus, *de offic. ſacerdot to. p par ſec. lib 3. cap 51. ad finem.* Delrius, *lib. 6 diſquiſit. magicar. cap ſec. ſect. p. quæſt ſec pagin. 7. dict. 3.* Bartholomeus Ledeſma, *de matrim dub. 49. concl. 5.* Ludouicus Lopez, *2 part. inſtruction. vbi de matrim cap. 5 i. colum. 7 verſic prætereà quæritur.* Rodoriquez, *to. p ſum in ſec. edit. cap. 7. concluſ. 11 num 11. & cap. 235 num 3. concluſ 3.* Llamas, *in method. curat 3 part. cap 8. § 13 in fine.* Graffius, *part. p decif. lib ſec cap. 6. num. 10.* Vega, *to. ſec. ſum. cap. 34 caſ. 110.* Roſella, *v. impedimentum, impedim. 15 nu 19* vbi Tabena, *impedim 12. quæſt 9. num. 10.* Silueſter, *v maleficium, quæſt 8.* vbi Armilla, *num. ſec.* Nauarrus, *cap. 11 ſum nu. 19.* Couarru. *cap. quamuis pactum p. p. §. nu. 10* Sanchez, *lib ſec ſum cap 41. num. 5. & lib. 7 de matrim. diſp 95. num. 7.* Suarez, *lib. ſec. cap. 18. de ſuperſt. num. 3* Leſius, *lib. ſec. cap. 44. dub 6. nu. 35.* Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 4. cap. 6. num 26.* Bonacina, *de præcep. diſp. 3, quæſt. 5. pun. 5. num. 5.* Bordonus, *cap. 19. de ſortileg. num. 6.* & alij communiter.

An liceat petere diſſolutionem maleficij, per aliud maleficium?

Dub. 13.

47 PRima opinio ait: Licitum eſſe, petere à malefico abſolute, vt maleficium ſoluat; quamuis conſtet petenti, fore vt medio illicito vtatur. Cuius ratio eſt: quia fere omnes fatentur, licitum eſſe ex cauſa iuſta petere mutuum ab vſurario, & iuramentum ab infideli; quamuis petenti conſtet fore, vt ille peccet, exigendo mutui vſuras; & hic iurando per falſos *Deos*. Atque eam huius rationem tradunt, quia tunc petit quiſpiam rem, quam alius licitè pręſtare poteſt, atque neceſſitatem petendi habet: & ideò non cenſetur, inducere ad malum, nec moralem peccandi occaſionem prębere: & alter ſua ſola malitia peccat. Quę ratio omnino eodem modo procedit in pręſenti caſu, cum ſimiliter poſſit, res illa à malefico licitè pręſtari; nec petatur modus illicitus: & vrgeat neceſſitas obtinẽdę ſalutis, ad eam maleficij diſſolutionem petendam. Ita Sanchez, *lib 7. de matrim diſp. 95. num. 12 & lib ſec. ſum. cap. 41 num. 13* Mazuchell. *diſp ſec. de caſib mediol. num 112.*

48 Secunda opinio, quę magis mihi placet, negat. Cuius ratio eſt: quia huiuſmodi acceptatio magis cadit ſupra medium, deſtruendi maleficium, quam ſupra diſſolutionẽ maleficij, ſi quidẽ ſpecificatur à cauſa deſtructiua maleficij, quę cõſiſtit in conſtructione noui maleficij, corrumpentis actus maleficij: acceptat enim cauſam in ordine ad effectum: ſed nullatenus poteſt acceptari maleficium, neque reſpectu alicuius boni, quia non ſunt facienda mala: neque malo conſentiendum eſt, vt indè eueniat bonum: ergo huiuſmodi acceptatio peccaminoſa eſt. Tum quia, maleficus quamuis paratus, tamen maleficium nouum facere non vult, niſi per acceptationem, petentis diſſolutionem maleficij: ergo, poſita acceptatione, petens per ſuum conſenſum, directè influit in nouum maleficium Conſtat ergo, acceptantem cooperari maleficio alterius. Ita Bordonus, *cap. 19. de ſortileg. num. 9.* Caietanus, *in ſuis opuſcul. tom ſecund. tractat. 12 de malefi. quæſtion. vn. in fine corporis* Delrius, *lib. 6. diſquiſ. mag cap. 2. ſect p. q ſec. pag. 8. d. 4.* & alij.

Neque

49 Neque maleficiatus potest consentire in medicinam vanam, & superstitiosam, ad recuperandam sanitatem, destructione prioris maleficij: quia, id cōsentire in maleficium, seù actum superstitiosum, de se malum: cuiusmodi est medicina vana, quę de se operari non potest, sed tantum ex pacto demonis taciti; cui acquiescere peccatum est graue. Ita Bordonus, *cap. 19. de sortileg. num. 11.* Sanchez, *lib. sec. sum. cap. 41. num. 15. & lib. 7. de matrim. disp. 45. num. 12.* Suarez, *tom. 1. de Relig. lib. sec. de superstit. cap. 18.*

50 Si verò petens dubius sit, An medio licito dissoluturus sit, an illicito? rogari potest maleficum, vt illud tollat: quia petit rem, quam licitè ei præstare potest: quod si modo illicito maleficium dissoluat, id illi soli imputandum est; cum ex propria malitia eligit medium illicitum, relicto licito, quo benè vti poterat: Vndè, petens dissolutionem maleficij, non cooperatur illius peccato: quia petit rem licitam, quam licitè præstare potest, & illius malitia petenti nocere non debet. Ita Bonacina, *de præcep. disp. 3. quæst. 5. pun. 5. num. 8.* Sanchez, *lib. sec. sum. cap. 41. num. 13. & lib. 7. de matrim. disp. 41. num. 13.* Bordonus, *cap. 19. de sortileg. num. 8.* Alberghinus, *cap. 18. sect. 3. §. 7. num. 5.* & alij.

51 Non tamen erit licitum Iudicibus, cogere maleficos vi, vel pęnis publicis, auctoritate iustitiæ, vel priuatis à quolibet particulari homine inflictis, vt maleficia maleficijs tollant: quia minæ, & pœnæ, non possunt separare malitiam intrinsecam ab eo actu: quando quidem intrinsicè malum est, quod malefici opē dæmonis postulent, illumque ad maleficia tollenda inuocent. Ita Alberghinus, *cap. 18. sect. 3. §. 7.* Sanchez, *lib. 7. de matrim. disp. 95. num. 9.* Suarez, *tom. 1. de relig. lib. 2. de superstit. cap. 18. num. 7.* Fagundez, *lib. 1. in 1. decaleg. præcept. cap. 42. num. 7.* & alij.

52 Nota: si Magus operam secundum artem suam præstitit, ac mercedem accepit; licet, paciscendo peccauit tamen, in foro consciētiæ ad restitutionem reidatæ non obligari. Ita Rodoriquez, *par. 1. sum. cap. 7. conclus. 4.* Petrus Nauarrus, *lib. sec. de restit. cap. sec. punt. 1. num. 117.* Sanchez, *lib. sec. sum. cap. 38. num. 06.* Layman, *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 10. cap. 4. num. 8.* & alij. Etiam si res ab ipso postulata, non euenerit: dummodò is artis magicæ peritus, operam, & diligentiam adhibuerit: cum ea petitio extimabilis sit; dicunt Sanchez, & Layman.

DE BLASPHEMIA.

Cap. 9.

Quid est Blasphemia? Dub. 1.

1 Blasphemia, est iniuriosa loquutio contra Deum, vel Sanctos eius, calore iracundiæ facta. Ita Molfesius, *to. 1. sum. tract. 8. cap. 8. num. 261.*

Quotuplex est Blasphemia? Dub. 2.

2 Blasphemia duplex est: Simplex, & Hæreticalis. Blasphemia simplex, seù non hæreticalis dicitur illa, quæ non formaliter, nec virtute continet falsitatem quasi speculatiuam, contra fidei veritatem: vt sunt omnes blasphemiæ, quę proferuntur per modum optandi, imperandi, aut imprecandi. Item, quæ fiunt nominando aliquid, quod in Deo verè reperitur, tamen per modum contumeliæ, & irrisionis. Ita Diana, *part. 4. tract. 7. resolut. 4. versic. Blasphemia autem.*

3 Blasphemia hæreticalis dicitur illa, quæ hæresim, seù falsitatem contra fidem formaliter, seù virtualiter continet, & significat: Huiusmodi est omnis blasphemia enuntiatiua: siue affir-

affirmando, siue negando aliquid de Deo, quod fides docet, vel etiam tribuendo creaturæ, id, quod secundum soli Deo conuenit, vel de his etiam dubitationem aliquam ostendendo. Item, ad blasphemiam hæreticalem pertinent nomina quędam conuicij, Deo attributa: vt si quis eum nominet iniustum, &c. nam licèt expresè id non affirmetur enuntiando, & componendo, sed simpliciter ita nominando; nihilominus, virtute satis affirmatur, quod ita profertur. Ita Diana, *part.5 tract 7. resolut 8 versic sed quia sæpius*.

4 Ex his deducitur Primò: ad blasphemiam hæreticalem pertinent nomina quędam conuicij, Deo tributa: vt si quis eum nominat Impium, Iniustum, Crudelem, Inuidum, vel quid simile: quia, licèt expresè id non affirmetur, enuntiando: nihilominus, virtute satis affirmatur, quod ita profertur. Ita Suarez, *to.1. de relig.lib 1. cap 5.nu.7.* Bordonus, *cap.26 de Blasphem num.8.* & alij.

5 Secundò: Ad blasphemiam hæreticalem spectat, quando creaturæ tribuitur, quod est proprium Dei: vt si voces omnipotentem, summè sapientem, summè pulchrum, qualiter solent laxiui vocare amasias suas, & Idolatræ idolum adoratum: Ex quo etiam fit, blasphemiam hæreticalem esse, *Riniego Dio, Christo*: quia denegans Deo existentiam, ipsum de medio tollit. Ita Alberghinus, *cap. 16.num.3.* Bordonus, *cap.26. num.* 8. & alij.

6 Tertiò: Blasphemiam hæreticalem committit ille, qui dicit: Denego crucem, Sacramenta, Chrisma, Euangelia, vel aliam fidei veritatem: quia denegat Deo veritatem infallibilem, quæ in his, qualiter ab Ecclesia proposita sint, relucent: Et idem, si per falsos Deos, aut per creaturas, sistendo in ipsis, iuret: quia infallibilem veritatem Dei propriã creaturæ tribuit, ac consequenter hęreticalem blasphemiam committit. Ita Palaus, *to 1.oper.moral disp.2.§.3.num.2.* Alberghinus, *d cap 16.num.4.*

7 Quartò: si quis dixerit, *Puttana di Dio*, pro hæreticali blasphemia qualificatur: quandoquidem hæc verba contra puritatem Dei sunt. Ita Homobonus, *de casib.reseruat.pun.1.cas 1.versic.contra verò colligatur.* Bellochius, *de casib.reser. pun.2.quæst.1 num.241.* & alij.

8 Quintò: Non committere blasphemiam hæreticalem illum, qui dixerit (*al dispetto di Dio*) dicunt Suarez, *to.1. de relig cap.5. num.8.* Sanchez, *lib.2. sum. cap.32.num.36.* Palaus, *tract.17.pun.1.§. 3.num.6.* & Diana, *part.6. tract.8. resol. 38.* quia per dicta verba non significatur aliquid fieri posse contra efficacem Dei voluntatem: sed, vel significatur voluntas faciendi aliquid, etiamsi Deo displiceat, eodem modo, quo displicere potest per antecedentem voluntatem, aut signi: vel certè profertur etiam per modum imprecationis, optando Deo displicentiam, vel tædium de tali re.

9 Attamen Bordonus, *cap 26.de blasphe. num.8.* Naldus, *v. blasphemia num.1.* Floronus, *de casib reseruat.part.2.cas 3.num. 8.* Filliucius, *de cas.cas 3.num.2.* Carena, *de modo procedendi, in casib sancti offic. §. 2.num.9.* Diana, *part.4.tract.7. resolut 8. versic.sed aduersus.* Lazar. *quæst.13. num. 36.* Bonacina, *disp 3 quæst 8 pun.2.num. 11.* & alij dicunt: esse blasphemiam hæreticalem: quia sensus talis blasphemiæ est, quod omninò debeat fieri, quod blasphemans profert, etiam si Deus sua omnipotẽtia id nolit, quãdo modo loquendi derogatur diuinæ potentiæ. Vndè, secundum hanc opinionem, posse Inquisitores contra blasphemantes (*al dispetto di Dio*) inquirere, & illos punire: cum talis blasphemia sit hęreticalis, & per cõsequens, sic blasphemantes, sunt Inquisitoribus denuntiandi.

10 Sextò: Si quis dixerit: non credo in Deum, nisi te percutiam, aut veritatem dico: committit blasphemiam hæreticalem, & per consequens ab Inquisitoribus puniendus est: quia sub hac forma non allegat Deum in testem, sed potius eius nomen blasphematur: vel quia hęc blasphemia conditionalis habet in se puram implicitatem affirmatiuam, videlicet, quod si occidendum illum, opus fuerit, in Deum non credere, paratus est libenter facere. Ita Carena, *in quæst. crimin de blasphem.num.3.* Sanchez, *lib. sec sum.cap.32.num.24.* Mazuell. *disp.sec. cap.16.num.26.* Bordonus, *cap. 26. de blasphem num.10.* Rayas, *par.sec de hæret. assers.12 num 172.* Alberghinus, *cap.16. de blasphem.d num.8.* & alij.

11 Septimò: Non committit blasphemiam hæreticalem ille, qui dixerit (*riniego Maria Vergine, S.Pietro, S.Francesco, &c.*) dicunt Sanchez, *lib sec sum. cap.32.num.36.* Bonacina, *de præcep.disp. 3 quæst 8.*

3. *quæst.* 8 *pun.* 1 *num.* 5. & Diana, *part.* 4. *tract.* 7 *resol* 8. *vers. notandum est etiam.* Quorum ratio est: quia non negatur aliqua veritas de illis, pertinens ad fidem: sed tantum est verbum quoddam cõtumeliosum in sanctos: & ideò blasphemus.

12 Attamen Palaus, *in tract.* 17 *pun sec.* §. 3. *num.* 5. dicit esse blasphemiam hæreticalem: maximè, si negatio esset de D. Petro, alijsque Apostolis, & Sanctis, de quibus per Sacram Scripturam constat, Sanctos esse, & cum Christo regnare. Cuius ratio est: quia hos denegans, denegat esse, esseque Beatos, quod est negare quamdam fidei veritatem: cum de fide sit, D. Petrum extitisse, esseque Beatum.

13 Octauò: Sanctum appellare Diabolũ, est blasphemia hæreticalis, ait Ioan. Alberghinus, *cap.* 16. *num.* 10. At in hoc Regno Siciliæ, propter communem vsũ, illud proferre ex iracundia, non tenetur pro blasphemia hæreticali: sed habet tãtum rationem simplicis blasphemiæ: & ita obseruatur in praxi nostræ Sãctæ Inquisitionis, dicunt Ioseph de Augustino, *in* 1. *præcep. decalog. tit. de blasphemia, fol.* 185. *num.* 14. & Alberghinus. Sed quando à maleficis, in suis maleficijs Dæmon Sanctus appellatur, qualificatur pro blasphemia hæreticali: quia verè malefici sanctitatem dæmoni tribuere intẽdunt. Ita Alberghinus.

Quibus modis committitur blasphemia? Dub. 3.

14 Duobus modis: Primò, attribuendo aliquid Deo per contumeliam, quando non habet. Secundò, auferendo aliquid, quod habet. Ita Valentia, 2. 2. *disp.* 1 *quæst.* 13. *pun.* 1.

15 Vnde Primò: Committi blasphemiã, detestando diuina, maledicendo Deum, illique aliqua mala imprecando: nam tribuitur aliquid Deo, quod non habet. Et ita dicẽdum est de illo, qui dicit: Maledictus sit Deus: aut qui iurat per vitam, vel caput Dei, vel Sanctorum: quia huiusmodi iuramentum, vt potè imprecatorium, aliquid tribuitur Deo, quod ei non conuenit: aut aliquid aufertur, quod illi conuenit: Sensus enim est: Deus, vel Sancti amittant vitam, si res non ita est: & tamen constat, in Deum non cadere vllum mali genus, aut vitæ priuationem. Ita Azorius, *part.* 1 *lib.* 11. *cap.* 3. *quæst sec.* Sanchez, *lib sec sum. cap.* 32. *num.* 25. Rodoriquez, *part.* 1 *sum. cap.* 34. Bonacina, *de præcep. disp.* 3. *quæst.* 8 *pun. sec. num sec.* Royas, *de hæretic. part. sec. assert.* 12. *num.* 171. Sotus, *de iurament. abusion. cap* 6. & *lib.* 8. *de iust quæst sec. artic.* 3. *colum.* 6. Couarruias, *de pact par.* 1. §. 7. *num.* 9 *versic.* 6. & alij.

16 Secundò: Committit blasphemiam, qui iurat per pudenda Christi, aut Sanctorum: quia, quamuis reuera ea membra habuerint, non tamen tamquam quid ignominosum, & vituperabile; sed tamquam partes naturales corporis: & ita, ex modo loquendi, est falsitas. Ita Sanchez, *lib sec. sum. cap.* 3. *nu* 6. & 28. Caietanus, 2. 2. *quæst.* 13. *artic. sec. versic quo ad secundum.* Angelus, *v. iuramentum* 3. *num.* 12. Armilla, *v. iuramentum* 5. Sotus, *lib.* 8. *de iust. quæst. sec. art.* 3. *colum.* 7. Nauarr. *cap.* 12 *sum. num.* 85. Couarruu. *de pact part.* 1. §. 1. *num* 6. Valentia, 2. 2. *disp.* 1 *quæst.* 13. *pun.* 1. Azorius, *part* 1. *lib* 9. *cap.* 28. *quæst.* 3. & *lib.* 11. *cap.* 3. *quæst sec.* Corduba, *lib.* 1. *qq. quæst.* 17. §. 15. *notab.* 1. Suarez, *to sec. de relig. tract.* 3 *lib.* 1. *cap* 4. *num* 8. & 9. & alij.

17 Tertiò: Quid dicendum, quando iuratur per membra honesta Dei, vel Sanctorum, An sit blasphemia? Si iurans intenderet iurare per membra Dei, attribuendo Deo, vt Deus est, membra, manifesta esset blasphemia: cum attribuat Deo, quod ipsi non conuenit. Ita Sanchez, *lib. sec sum. cap.* 32. *num.* 29.

18 Si verò iurat per membra illa honesta, quæ verè habet Deus, in quantum homo: vt per caput, sanguinem Christi, aut Sanctorum, aut alia membra honesta; dicit esse blasphemiam Couarruuias, *de pactis. part.* 1. §. 7. *num* 9. *versic.* 8. & dicit esse venialem Angelus, *v. iuramentum* 3. *num* 12. quando reuerenter, & non cum magna frequentia sic iuratur: & inter blasphemiam computant Sotus, *lib.* 8. *de iust quæst sec artic.* 3. *colum* 7. & *de iurament. abusu cap.* 6. & Azeuedo, *in lib.* 6. *cap.* 60. Et Menochius, *de arbit. lib. sec. centur.* 4. *cas.* 375. *num.* 14. censet esse blasfemiam, iurare per Dei membra.

19 Alij verò dicunt non esse blasphemiã. Quorum ratio est: quia nil Deo, vel Sanctis tribuitur, quod verè non habent: & cum membra hæc honesta nominantur, nulla est inhonestas, & indecentia, qualis est, cum inhonesta nominantur: & ideò

ideò non cedit in ignominiam, & derisionem Christi, & Sanctorum: Nec sensus iuramenti per hæc membra, est execratorius, seù simplex, sicut quādo iuratur per Deū, & per Sacrosāctū Sacramētū, per Euangelia, per Sanctos. Ita D. Antoninus, 2. *pa. tit. 10 cap. 4. initio.* Siluester, *v. iuramentum 2. in fine* Tabiena, *v. iurare, quæst. 5 num. 6.* Toletus, *lib. 4 sum. cap. 13. nu. 6* Petrus Ledesma, *to. sec. sum. tract. 1. cap. 9 post. 5 conclus. corollar. 2.* Rodoriquez, *part. 1 sum in 2. edit. cap. 34. num. sec.* Valentia, *2. 2 disp. 6 quæst. 7 pu. 3. colum. 4. versic. si verò aliquis iuret* Sāchez, *lib. sec. sum. cap. 32. num. 9.* & alij.

20 Neque erit peccatum veniale, si hoc iuramentum reuerenter emittatur, dicunt Sanchez, *d. cap. 32. nu. 29. circa medium.* D. Antoninus, Siluester, Valentia, locis citatis. Tunc verò erunt blasphemia hæc iuramenta, vel etiam si absque iuramento ea membra honesta Christi, vel Sanctorum nominarentur: quia cum non sint in Christo, vel Sanctis, vel quid contemptu dignum, esset falsitas in actu exercito. Ita Toletus, *cap. 13. num. 6.* Sanchez, *d. num. 29. circa finem.*

21 Quartò: Committitur blasphemia, qui spernunt Sanctos: quia, sic ut in Sanctis laudatur Deus, ita etiā in illis blasphemari, & contumelia effici potest. Ita Corduba, *lib. 1 quæst. 17 num. 15.* Bonacina, *de præcep. disp. 2. quæst. 8 pun. sec. nu. 42* Reginaldus, *lib. 18. num. 198.* & alij. Non tamen committitur blasphemia, referens de Sanctis ea, quæ ipsis euenerunt, antequam in Sāctorum numerum cooptarentur: modo non dicantur, ad minuendam ipsorum sanctitatem: seù modo non referantur ad Sanctos, vt Sāncti sunt, sed vt quidem homines fuerūt: Vt D. Petrus infimæ conditionis fuisse, vel artem infimam Piscatoris exercuisse. Ita Valentia, *2. 2. disp. 1 quæst. 13. pun. 2.* Lazarius, *quæst. 1. num. 30.* Sanchez, *lib. sec. sum. cap. 32 num. 42.* Bonacina, *d. pun. sec. num. 6.* Aragonius, *2. 2. quæst. 13. artic. sec.* & alij.

22 Quintò: Qui vocat Amasiam Deam, idolum suum, non est blasphemus: quia verba hæc, nec proferuntur, nec accipiūtur in significatione propria, sed hyperbolica. Ita Lorca, *2. 2 quæst. 13. artic. 3. num. 9.* Hurtadus, *2. 2. disp. 91 sect. 4. §. 16.* Diana, *part. 5. tract. 13. resolut. 20.*

23 Sextò: Non committitur blasphemia, dicendo (*Pò far Dio*) aut (*possanza di Dio:*) quia hæc verba, ex communi omnium vsu, importāt solum quoddam admirationis signum contra rem, quæ imparato accidit: modò proferens non habeat animum proferendi conuicium in Deum: quia tunc esset blasphemia, si hæc verba dicerentur, animo detrahēdi potentiæ Dei: vt si quis ea proferat, animo significandi, se velle aliquid facere, etiamsi Deus nollet, v. g. si dicat, hoc sum facturus, velit, nolitque Deus, seu ad dispectum Dei: nam hic modus dicendi, hunc sensum facit: Hoc volo facere, etiam si Deus nolit: & consequenter diuinam potentiam diminuit: quasi Deus impedire nequeat. Ita Sanchez, *lib. sec. sum. cap. 32. num. 15 & 18.* Toletus, *lib. 4 sum. cap. 13. num. 6.* Azorius, *part. 1. lib. 11 cap. 3 quæst. sec.* Bonacina, *de præcep. disp. 3 quæst. 8. pun. sec. num. 9.* & alij.

23 Septimò: Committit blasphemiam, qui dicit (*al dispetto di Dio:*) aut si dixerit (*al dispetto di quel, che mantiene, ò sostiene il mondo.*) Ita Lazarius, *quæst. 3. num. 36. & 37.* & alij.

An blasphemia sit peccatum mortale, ex genere suo? *Dub. 4.*

24 Affirmatiuè respondetur. Ratio est: quia blasphemia ex sua natura grauem infert *Deo* iniuriam. Tum quia, peccatum mortale est, quod homo separetur à primo principio vitæ spiritualis, quod est charitas *Dei*: blasphemia verò, ex genere suo, charitati diuinæ, eò quod diuinę bonitati, quę est charitatis obiectum, derogat: ideoque, *ex suo genere*, mortale est. Ita Filliucius, *tract. 25. cap. 1. quæst. 5 num. 10* Reginaldus, *lib. 18. num. 193* Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 6. cap. 12 num. 5.* D. Antoninus, *2. part. tit. 7 cap. 5. §. 1. & 2.* Bannez, *2. 2. quæst. 13. art. sec.* Bonacina, *de præcep. disp. 3. quæst. 6. pu. 3. num. sec.* Lezarius, *quæst. 1. num. 19.* Caietanus, *v. blasphemia.* Azorius, *part. 1. lib. 9. cap. 28. quæst. 26.* Suarez, *to. 3. de Relig. lib. 1. cap. 6.* & alij. Ratione inaduertentię, potest fieri peccatum veniale, aut ratione deliberationis, dicunt Layman, *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 10. cap. 6. num. 12. in fine.* Bonacina, *vbi supra*, & alij.

Dubi-

Dubitatur: An in blaſphemia datur paruitas materiæ?

25 Villalobos, *in 2. to. ſum. tract. 1. diff. 11. num. 5.* affirmat.

26 Alij verò meliùs dicunt: Non excuſari à mortali, ratione paruitatis materiæ. Ratio eſt: quia omnis blaſphemia grauem infert Deo iniuriam, eiuſque honorem, & cultum valde diminuit, nam ſi grauis, & atrox iniuria dicitur eſſe illa, quæ infertur à vili perſona Magiſtratui, vel Senatori, in illos maledicta proferẽdo, *§. atrox, inſtituit, de iniur. & l. prætor, §. atrocem ff. eodem*, quanto magis erit grauis illa iniuria, quæ infertur Deo per blaſphemiam? ergo, ratione materiæ, non poteſt eſſe niſi peccatum mortale. Tum quia, omnis blaſphemia notabiliter aduerſatur virtuti Religionis, & charitatis erga Deum: ergo omnis blaſphemia erit peccatum mortale. Deindè blaſphemia eſt peccatum, quia profertur verbum cõtumelioſum in Deum, cum animo de honorandi Deum, vel directè, vel indirectè, ſeù interpretatiuè, ſeù virtute. At Deus de honoratur, non ſolũ cum blaſphemus Deo falſo tribuit res negans, ſed etiam minuens: ergo blaſphemia non poterit, ratione paruitatis materiæ, vnquam eſſe veniale. Ita Siluius, *2. 2. quæſt. 13. artic. ſec.* Bannez, *2. 2. quæſt. 13. artic. ſec.* vbi Salonius Caietanus, *v. blaſphemia.* Valentia, *2. 2. diſp. 1. q. 10. pun. 1. notab. 3.* Petrus Ledeſma, *2. to. ſum. tract. 1. cap. 9. poſt. 7 concluſ.* Ludouicus, Lopez, *1. part cap. 282. colum. 5.* Bonacina, *de præcep. diſp. 3. quæſt. 4. pu. 3. nu. 3.* Hurtad. *de fide, vol. 1. diſp. 91. ſect. 11. §. 48.* Suarez, *to. p. de relig. tract. 3. lib. p. cap. 6. num. ſec.* Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 6. cap. 13. num. 5.* Iacobus Granadus, *to. ſec. ſum. lib. 6. quæſt. 8. cap. ſec. num. 8.* Sanchez, *lib. ſec. ſum. cap. 32. num. 42.* Diana, *par. 5. trac. 5. reſolut. 3.* & alij.

27 Limita hanc ſententiam, vt intelligatur, quando blaſphemia iactatur in Sanctos, non directè, & formaliter, quatenus Sancti ſunt: ſed materialiter, & per accidens, & vt quidam homines ſunt: Tunc enim, ratione paruitatis materiæ, eſſet blaſphemia venialis: quia ſanctitas ſe habet tunc per accidens. Dicitur autem blaſphemia aliquo modo, & materialiter: quia propter coniunctam ſanctitatem ſunt Sancti plus honorãdi etiã in naturalibus Exemplum huius blaſphemiæ venialis eſt, vt, ſi quis in ioco diceret, Sanctum Criſpinum fuiſſe furorẽ: aut Sanctos Ioannem, & Paulum fratres fuiſſe eunucos. Ita Duualdus, *in 2. 2. D. Thomæ tract. de fide quæſt. 9. artic. ſec.* Sãctarellus, *de blaſphemia, cap. 4. dub. ſec. num. 8.* Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 6 cap. 13. num. 5.* Siluius, *2. 2. quæſt. 13. articul. ſec.* Sanchez, *lib. ſec. ſum. cap. 32. num. 42.* Diana, *pa. 5. tr. 5. reſolut. 3. circa finem*, & alij.

An qui blaſphemat ex habitu, non ſufficienter aduertens ad blaſphemiam, peccet mortaliter? Dub. 5.

28 Reſpondetur Primò: Blaſphemans ex habitu, peccat mortaliter, quoties aduertit ad prauum habitum, & non curat illum extirpare. Ratio eſt: quia voluntariè perſiſtit in mortali periculo, & occaſione proxima blaſphemandi, cũ talis habitus inclinet ad blaſphemiam proferendam: qui autem volũtariè perſiſtit in mortali periculo, & occaſione proxima committendi mortale peccatum, peccat mortaliter, & dicitur eſſe in ſtatu peccati mortalis.

29 Secundò: Blaſphemans ex habitu, quoties non aduertit ad prauum habitũ, inaduertenter blaſphemat, peccat mortaliter, dicunt Raphael della Torre, *in 2. 2. D. Thomæ quæſt. 98. artic. 3. diſput. 3.* Tannerus, *in 2. 2. D. Thomæ diſp. p. q. 8. dub. 7. num. 141.* Azorius, *part. p. lib. 11. cap. 3. q. 3.* Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 5. cap. 5. num. 10.* Ledeſma, *tom. ſec. ſum. tract. 11. cap. 5. dub. 4 & 5* & alij. Quorum ratio eſt: quia talia iuramenta ſunt voluntaria in cauſa propter prauam conſuetudinem iurandi, ex graui negligentia non correptam.

30 Alij verò negant. Quorum ratio eſt: quia, nullum poteſt eſſe peccatum, niſi ſit directè, aut indirectè voluntarium: At blaſphemiæ, carentes deliberatione, neceſſaria ad culpam contrahendam, neutro modo ſunt voluntariæ: ergo nõ ſunt peccata. Minor probatur, in primis: non ſunt peccata, directè voluntaria (vt ex ſe patet) eo quod illa inaduertentia fuit in ſe inuincibilis (vt ſupponimus) nam ſi eſſet vincibilis, minimè excuſaret etiam, blaſphemijs non aſſuetum. At nec eſſe indirectè voluntaria, indè probatur: quia indirectè volitum petit, vt quis poſſit, & teneatur vitare: At illo tempore, quo quis ex illa inaduertentia

uertentia peierat, nō potest vitare, cum illa inaduertentia sit tunc inuincibilis: ob consuetudinem enim non est homo potentior ad aduertendum; sed æque naturaliter rapitur, & æque deest illi medium, quo tunc applicetur ad aduertendum. Ita Reginaldus, *to. sec. lib.* 18. *cap.* 6. *sect.* 3. *num.* 85. Pitigianus, *in* 3. *&* 4. *sent. to.* 3. *dist.* 39. *quæst. unica, num* 7. Sanchez, *lib. sec. sum. cap.* 5. *num.* 18. Suarez, *to. p. de Relig. tract.* 3 *lib. sec. cap.* 6 *nu. sec & to. sec. de iuram. lib.* 3. *cap.* 7 *artic.* 3. *usq. ad* 8. Sancius, *in select. disp.* 20. *num.* 5 Layman, *in theolog. moral. lib. p. tract. sec. cap.* 1. *num.* 6. *in fine*. Diana, *part.* 3. *tract.* 5 *resolut.* 62. & alij.

31 Qui vero ex inueterata consuetudine aduertenter blasphemat, sufficit, vt in confessione dicat: Semel blasphemaui; & non requiritur, vt dicat, id fuisse ex mala consuetudine: quia peccata præterita non addunt præsenti peccato circumstantiam nouam. Ita Tamborinus, *primo opuscul. lib. sec. cap.* 3 *§.* 3 *num.* 21.

Dubitatur: An qui habet consuetudinem blasphemandi, sit absoluendus?

32 MEdina, *lib. p. sum. cap.* 14. *§. sec.* Lopez, *part. p. cap.* 281. Petrus Ledesma, *to. sec. sum. tract. p. cap.* 9 *in fine*. Rodoriqu. *part. p. sum. in sec. edit. cap.* 34. *num.* 5. & alij, dicunt: Si in alijs confessionibus se emendare proposuit, nec emēdatus est, non esse statim absoluendum; sed differendam ei absolutionem, donec emendetur.

33 Limitat hanc sententiam Azorius, *pa. p. lib.* 9 *cap.* 28. *quæst.* 18 nisi signa certa, & manifesta detestationis illius criminis ostendat, & in aliud tempus differri commodè absolutio nequeat.

34 At mitiùs loquitur ipse Azorius, *part. p. lib.* 11. *cap.* 3. *q.* 4. loquens de habente prauam iurandi consuetudinem. Hic, si alioquin admonitus, aliquid curæ, & laboris apposuerit, ad eam consuetudinē extirpandam, statim absoluendus est: Secùs, si sæpè admonitus, nullam curam adhibuit: nisi iusta causa subsit, ad concedendam statim absolutionem.

35 Sanchez verò, *in p. to. sum. lib. sec. cap.* 32. *num.* 45. ait: Habentem prauam blasphemandi consuetudinem, qui numquā est admonitus, vt illam deponat; vel si sæpè in alijs confessionibus admonitus est, & aliquid operæ, & studij collocauit, ad eam consuetudinem euellendam, debere statim absolui: quia, si numquam est admonitus, non est in tanta culpa: si autem admonitus est, & aliquid studij collocauit, iam ex parte sua aliquid confert, etiam si differatur absolutio, forte cadet animus, & à confessione deterius, in peius labetur. Secundo dico: quando nil curæ apposuit ad emendam, admonitusque est sæpe in alijs confessionibus, posse adhuc hunc in rigore statim absolui, si verè doleat de præteritis, ac in posterum emendam firmiter proponat: quia nullam occasionem extrinsecam habet, vt vel sic necessario impediatur absolutio, sed ex fragilitate carnis, sicut, & in alia vitia. Ita Sanchez.

36 Nota: Quando Doctores dicunt, negandam esse absolutionem habenti cōsuetudinem iurandi; intelligendi sunt, de habente consuetudinem iurandi ex aduertentia: non autem quando proferuntur iuramenta inaduertenter, cum tunc non sint peccata, quantumcumque ex pessima consuetudine nascantur, dicunt Sancius, *num.* 7. & Diana, *loco citato in fine*.

An maledicere creaturis, sit peccatum mortale? Dub. 6.

37 NEgatiuè respondetur; si maledixerit, quatenus sunt creaturæ irrationales. Ratio est: quia creaturæ irrationales non sunt noster proximus, ad quem diligendum, charitatis præceptum obligat. Tum quia possumus creaturas irrationales occidere absque peccato: ergo etiam possumus illis sinè peccato mortali maledicere. Si verò creaturæ irrationales considerentur, non secundum se, sed per ordinem ad creaturam rationalem, seu vt sunt bona hominis, committitur peccatum mortale, maledicendo creaturis irrationalibus: sicut enim committitur mortale peccatum maledicendo creaturis rationalibus: Ita etiam maledicendo irrationalibus per ordinem ad creaturas rationales, cum perindè sit, ac maledicere ipsismet creaturis rationalibus. Ita Filliucius, *tr.* 25. *cap. p. quæst.* 9 *num.* 19. Sayrus, *in Clau. Reg. lib.* 6. *cap.* 13. *num.* 3. *circa finem*. Bonacina, *de præcep. disp.* 3. *q.* 8. *pun.* 3. *num.* 5. & alij.

38 Vndè, si quis deambulando, pedem in lapidem impingeret, maledixerit simpliciter

plicitur lapidi offendenti: aut sentiens ventũ frigidũ, molestiã inferēte, maledixerit vento: aut patiens aliquas tentationes maledixerit Diabolo; homines sollicitanti, & similia, erit solum peccatum veniale. Eodem modo dic de illo, qui maledixerit diei, mensi, vel anno, intelligendo solum spatium illud temporis: quia tunc solum peccat venialiter. Ita supracitati Doctores.

39 Vt autem maledictio sit peccatum mortale, requiritur Primò, vt ipsa imprecatio mali sit ex animo. Secundò, vt sit ex plena deliberatione animi. Tertiò, vt malum, quod Imprecatur alteri, sit quare, si aliquid illorum desit, erit tantum peccatum veniale. Vnde non semper peccant mortaliter Mulierculæ, maledicentes suis liberis, vel ancillis: vel Rustici, maledicentes mulionibus, aut sibi, vel iumentis, alijsue: quia frequenter ex ira quadam, vel ex deprauata consuetudine maledicunt, non ex animo imprecantes malum. Item frequenter in his est imperfecta animi deliberatio. Itē, leuis quædam negligentia, vel inconsideratio, in maledicendo. Ita Azorius, *part. 3. lib. 13. cap. 10.* & Diana *part. 3. trac. 6. resolut. 13.*

An blasphemia in Deum, & in Sanctos differant specie, ita vt teneatur quis in confessione, hanc circumstantiam explicare? Dub. 7.

40 Affirmatiuè respōdet prima opinio. Cuius ratio est: quia blasphemia est peccatum, propter contumeliam in Deum: sed contumeliæ differunt specie: ergo, & voluntas de illis. Minor probatur, quia mala, quæ possumus de blasphemia adscribere, sunt diuersa specie: vt enim apud homines diuersa iniuria est, aliquem appellare latronem, appellare incestuosum, & sodomiticum, & ebriosum: ita apud Deum: quia vt ea omnia mala inter homines sunt contumeliæ distinctæ, propter diuersam peccatorum turpitudinem; sic & cum coniiciuntur in Deum. Vnde tenetur, in confessione circumstantiam, seu diuersitatem blasphemiarum confiteri. Ita Hurtad. *2. 2. disp. 91. sect. 12. §. 54.* Filliucius *to. 2. tract. 25. cap. 1. num. 26.* Turrianus, *2. 2. disp. 58 dub. 3.* Reginaldus, *to. 2. lib. 18. cap. 14. num. 201.* Sanctarellus, *de hæresi cap. 4. dub. 1. num. 4.* Sancius, *in select. disp. 6 quæst. 6.* Layman, *in Theolog. moral lib. 4 tract. 10. cap 6. num 11.* & alij.

41 Secunda opinio negat: Nam blasphemiæ in Deum, & in Sanctos non differunt specie: nisi blasphemia sit hæreticalis, vel imprecatiua cum odio Dei. Ratio est: quia vniuersæ blasphemiæ in hac ratione specifica conueniunt, quæ est, tribuere Deo, quod ipsi non conuenit, vel negare, quod conuenit: nam vtraque blasphemia est contraria virtuti Religionis. At vnius speciei est Religio, tribuens cultum Deo, & Sancto propter Deum. Ergo vnius speciei est blasphemia, quia Deus in se, vel in Sanctis suis blasphematur: Sicut vnius speciei est iuramentum, quo iuratur per Deum in seipso, vel vt in Sanctis relucet. Ita Caietanus. *in sum v. blasphemia, & in 2. 2. quæst. 13. artic. 1. versic. quod secundum.* Sanchez, *lib. 2. sum. cap. 32 num 38.* Valentia, *2. 2. disp. 1 quæst. 13. punt. 1. versic. quocumque igitur.* Petrus Ledesma, *tom. 1. sum tract. 1 cap. 9. conclus 5.* Azorius, *part. 1. lib 9. cap. 28 quæst. 10.* Faustus, *de Sacram. pœnit. lib. 4 quæst 147.* Celestinus *in comp. Theolog. moral tract. 1. cap. 9 diff. 4.* Duuallius, *in 2. 2. D Thomæ, tract. de fide quæst. 9. artic. sec. in fine.* Azorius, *tract. de blasphemia, quæst 3 num 51* Diana, *part. 1. tract 7 resolut. 50. & part 5. tract. 13. resolut. 21.* Tamborinus, *primo opusc. lib. sec. cap. 3 §. 1. num 1.* & alij.

42 Vndè non sunt necessario in confessione aperiendæ, nisi tales blasphemiæ procederent ex odio formali, vel continent hæresim: Seclusis autem his duobus casibus, in nullo alio tenetur pœnitens explicare qualitatem blasphemiæ. Ita Giptius, *tract. de cas. reseru. cap 9. nu. 27.* Homobonus, *de casib. reseru. part. 2. cap. 1.* Caietanus, *2. 2. quæst 13 artic. 1. ad finem.* Diana, *part 1 tract 7. resolut 50.* Tamborinus, *primo opuscul lib sec cap. 3 §. 1 num sec.* & alij

43 Nota: Si quis sine morali interruptione, multa verba blasphemia in Deum proferat, vnum solum delictum blasphemiæ illum committere: & per consequens, in confessione nō tenetur explicare numerum blasphemiarum: sed sufficit, vt dicat: Contra Deum blasphemiã intuli. Ita Molina, *tom. 4 tract 3. disp 41. num. 5.* Couarr. *lib. sec. vari. resolut. cap. 10. num. 8. §. ego sane.* Diana, *part. 3. tract. 4. resolut. 163.* Menoch *de præsump. lib. 5. præsump. sec. num 27.* Merolla, *to 1. disp. 2. cap. 7.*

Gggg

2.cap.7.dub 6.num.138. Bordonus, *cap.* 26. *de blasphem. num.* 14. Tamborinus, *primo opuscul.lib.sec cap.*1.§.8.*num.*50. & alij.

44 Neque est necesse explicare in confessione qualitatem contumeliæ; sed satis est dicere, se verba contumeliosa in Deum protulisse, aut in Sanctos eius: quia omnes contumeliæ sunt eiusdem speciei. Ita Reginaldus, *to.sec.lib.*24 *cap* 5. *num* 101. Diana,*part.*1.*tract.*7 *resolut.*51. Merolla, *to.*1.*disp.sec.cap.*7.*dub sec.num.* 26 & alij.

Quot peccata committit ille, qui maledixerit simul Deo, & duodecim Apostolis?

Dub.8.

45 PRima opinio ait: Tresdecim peccata moraliter, numerò distincta, committi. Cuius ratio est: quia licet sit physicè vnus actus numero; in eo tamen sunt tresdecim malitiæ morales, sicut tresdecim sunt Personæ sanctæ, quibus objicitur maledictum, nam omnes contumelia afficiuntur. Sicut, quis vno ictu pluries vulneraret, vel occideret, plura peccata, numero distincta, committeret, explicanda in confessione, vt probat Sayrus, *in Clau Reg lib.*1.*cap* 5.*nu.*14. Molfesius, *to.*1 *sum.tract.*8. *cap.*7.*num.*27. & alij. Ita dicendum est in casu nostro dicunt Azorius, *part.*1.*lib.*4.*cap.*4.*quæst.*5. Vasquez, *to.*4.*in* 3.*part. quæst.*91.*artic.*1. *dub.*4.*num.*10. Molfesius, *d.tract.*8.*cap.*7. *num.*19. Merolla, *to.*1.*disp.*2.*cap.*7.*num.* 216. & alij.

46 Secunda opinio ait: Vnum peccatum committere: Supponit enim hæc opinio, non posse duas malitias, tantum numero distinctas, eidem subiecto inhærere, quia omnia fundamenta eiusdem rationis in malitiam eamdem quasi conspirant. Ita Leandrus, *de Sacram.to.*1 *tract.* 5 *disp* 8 §.3.*quæst.*19. Henriquez, *lib.* 5. *de sacram.qui est secundus de pœnit.cap.* 8.*num.*4.

47 Tertia opinio ait: Committere duo peccata. Cuius ratio est: quia, sicut bona voluntas dandi eleemosynam tribus pauperibus, non habet plures bonitates, sed vnam indiuisibilem: ita ergo è contrario, neque voluntas blasphemandi plures Sanctos in eodem actu, habet plures malitias. Ita Nauarrus, *cap.*6.*sum. num.*18. Megala, *part.*1. *lib.*5 *cap.*52 *nu.* 4.*respons.ad* 1. Fagundez, *de præcep Eccl. lib.*3 *cap.*5.*num* 10. Duardus, *in bull cœnæ lib.*3.§.3 *quæst.*1.*num.*3. Vgolinus, *de censur.tab.*1.*cap.*16.§.3.*num* 8. & alij.

48 Committeret tamen tria peccata, numero distincta, qui in vno sermone maledixerit Deo, D.Petro, & D.Paulo: quia sicut trium hominum occisio, ex obiectis numero distinctis, distinguitur, licèt sit vno ictu patrata; sic etiam blasphemia in Deum D. Petrum, & D. Paulum, per obiecta numero diuersa, distinguntur. Ita Merolla, *tom.*1.*disp.*2.*cap.*7.*num.*114. Diana, *part.*3.*tract.*4.*resolut.*164. Molina, *tom.*4.*de instit.disp.*41.*num.* 3. Lorca, *disp* 13.*de peccatis.* Molfesius, *tract.*8.*cap.* 7. *num.*19. & alij.



DE SACRILEGIO

LIB. II. TRACT. II. CAP. I.

Quid est Sacrilegium? Dub. 1.

1 SAcrilegium, est violatio rei sacræ. Sic Bonacina, *de præcep. disp. 3. quæst. 6. pun. vnic. num. 1.*

Quomodo diuiditur Sacrilegium? Dub. 2.

2 TRibus modis diuidi potest. Primò, contra Personas sacras. Secundò, contra Locum sacrum. Et Tertiò, contra Res, Deo dicatas. Sic Azorius, *part. 1. lib. 9. cap. 27. quæst. 2.* & alij communiter.

Quomodo committitur Sacrilegium contra Personas? Dub. 3.

3 COmmittitur sacrilegium cōtra personas Primò, inferendo manus violatas in Clericum, vel Religiosum, aduersus priuilegium Canonis: *Si quis suadente diabolo 17. quæst. 4.* Secundò, subijciendo personas Ecclesiasticas secularis iuditio, aduersus priuilegium exemptionis illarum. Tertiò, exigendo ab eisdem tributa aduersus Ecclesiasticam immunitatem, siuè exemptionē à talibus muneribus, vt constabit ex dicendis in Tractatu de censuris. Quartò, luxuriosè violando corpus personæ Deo sacratæ per votum continentiæ perpetuæ: & hoc intelligendum est, tam de persona, quæ aduersus proprium votum fornicatur: quam de altera, quæ illam violat, seu turpitudinis complex est: sicut clare dicemus (*Deo adiuuante*) in sexto Decalogi præcepto.

Quænam dicātur Loca sacra, quorum violatione committitur Sacrilegium? Dub. 4.

4 CErtum est apud omnes: Locum sacrum adhunc effectum non ita latè accipi: sicut ad gaudēdum Ecclesiæ immunitate: quia omnia Ecclesiæ, Monasteriorum, Exenodochij habitacula, est certum, gaudere immunitate Ecclesiæ: cum tamen copula in illis non sit sacrilega, nec adhunc effectum, nomine Ecclesiæ includantur.

5 Vnde Primò, nomine Ecclesiæ, quò ad hunc effectum, intelligitur sola Ecclesia consecrata, aut benedicta: quia ante hanc consecrationem, seù benedictionem non est Locus sacer. Ita Sotus, *in 4. dist. 32. quæst. vnica artic. 3. concl. 3.* Nauarrus, *cap. 16. sum. num. 32.* Angles, *in floribus, de matrim. quæst. 6. de soluendo debito in fi. ie.* Henriquez, *lib. 9. de missa cap. 27. num. 5. & lib. 5. de pœnit. cap. 6. nu. 9. in commento littera H.* qui addit desiderari vltra hoc, vt locus ille sit deputatus ad officia diuina, aut fidelium sepulturas. Emanuel Sà, *v. Ecclesia S. polluitur Ecclesia.* Graffius, *part. p. decis. lib. p cap. 20. num 28. & lib. sec cap. 83. num. 10* Rodoriquez, *part. p sum sec. edit. cap. 154. num. 13. in fine, & cap. 143. num. 19* Sanchez, *lib. 9. de matrim. disp. 15. num. 24.*

6 Id autem spacium dicitur esse intra

Ecclesiam, quod pertinet ad interius Ecclesiæ corpus, à tecto inferiori vsque ad pauimentum, & à summa ara vsque ad parietem oppositum. Quare Cappellæ, constitutæ intra Ecclesiam, comprehenduntur, vt bene dicunt Vega, *to. sec. sum. cap. 94 cas.* 5. Sanchez, *lib. 9. de matr. disp. 15. num.* 25. & alij.

7 Vnde sic non violatur Ecclesia, neque est sacrilegium, si habeatur copula supra tectum Ecclesiæ, vel si ibi interficiatur homo: quia iam locus ille est extra Ecclesiam. Ita Glossa, *cap. vnico de consecrat. Eccles. in 6 verb. sanguinis.* vbi Ioa. Andr. *num. sec.* Dominicus, *num* 8 Anchar. *num. sec. versic tangit glossa*, Francus, *num 6 in fine.* Archidiac. *cap. Ecclesiis num. sec. de consecrat. el.* 1. Henricus, *cap. final. num. 4 de consecrat. Eccles.* Bonacina, *de matrim. quæst. 4 pun. vlt. num.* 13. Angelus, *v. consecratio Ecclesiæ num.* 5. Siluester, *consecrat. sec. quæst.* 5. *casu* 10. Tabiena, *consecrat. sec. quæst.* 5. §. 6 Nauarrus, *cap 27 sum num.* 256. Ledesma, 2. *part. 4 quæst 26 artic. sec. ad finem, paulo ante tit. de casib. reseru.* Suarez, *in 3 p. quæst* 83. *artic. 3. disp.* 81 *sect.* 4. Grassius, *part. 1. decis. lib. 2. cap. 48. num.* 24. Vega, *to. sec. sum. cap 94. cas.* 5 Rodoriquez *par. 1. sum. edit. cap.* 154 *num.* 10 *conclus. 9. & num 7. conclus.* 6. Sanchez, *lib. 9 de matr. disp. 15. num.* 26. & alij.

8 Secundò deducitur: Non reputari locum sacrum, quò ad hunc effectum, locum sub Ecclesia constructum, vt si ibi sit illa, cauerna, aut spelunca: quia ille locus extra Ecclesiam est. Ita Io. Andr. Archidiac. Dominicus, Siluester, Tabiena, Armilla, Nauarrus, Suarez, §. 3. violatur. Grassius, Vega, & alij citati.

9 Tertiò: Cameras, Ecclesiæ adherentes, non comprehendi nomine Ecclesiæ: quia illæ minimè constituunt vnum corpus cum Ecclesia, nec cultui diuino deputantur, dicunt Sotus, 4. *dist.* 33. *quæst. vnica, artic. 2. conclus.* 3. Angles, *in floribus part. 1. de matrim. quæst 6 de soluendo debito, in fine.* Nauarrus, *cap. 16. sum. nu.* 32. *versic.* 4. Suarez, *in 3 part. quæst.* 83. *artic. 3. disp. 81. sect. 4. §. 3. violatur.* Rodoriquez, *part. 1. sum. sec. edit. cap.* 154 *num.* 10. *conclus. 9. & cap.* 243. *num.* 19. Grassius, *part. p. decis. lib. sec. cap.* 83. *num.* 16 Vega, *lib. 1 sum. cap 78 cas.* 1. Sanchez, *lib. 9. de matr. disp* 15 *num.* 29. & alij.

10 Quartò deducitur: Nec Turrim, vbi cymbala Ecclesiæ collocantur, esse locum sacrum: vt patet, ex ratione numero præcedenti relata; & dicunt Sotus, Nauarrus, Angles, Suarez, Rodoriquez, & alij.

11 Quintò deducitur: Sacristia non dicitur Locus sacer: quia Sacristia est quasi aliæ Cameræ Ecclesiæ adhærentes; nec ad idem munus deputatur, sed ad vestium sacrarum custodiam. Ita Sanchez, *lib. 9. de matrim. disp* 15. *num* 31. nisi Sacristia sit etiam benedicta, & in ea Missa celebrari possit.

12 Sextò: Chorus, quando est in quodã loco Ecclesiæ, scabellis solis distincto, ac intercluso, vt solet esse in Parochijs aliquibus, computatur in loco sacro: quia tunc vere est pars Ecclesiæ, & in ipsius solo; nec sunt intermedij parietes, qui quasi cameram distinctam efficiant. At quando est in quodam loco edito, & à terra prominenti, vt solet esse in monasterijs; non ita videtur constare: quia solum est distinctus, & videtur pars diuisa ab Ecclesia. Attamen Sanchez, *lib. 9. de matrim. disp.* 15 *num* 31. & D. Antoninus, 2 *part. tit.* *cap.* 21 §. 1 *circa medium*, censent comprehendi: quia intra ipsummet Ecclesiæ ambitum eisdem parietibus interclusus continetur, ad eademque officia diuina destinatur. Et ita dicunt de loco Organorum, constituto in quadam Chori parte: quia sonus Organorum est cantus, & quædam cultus diuini pars.

13 Octauò: Ecclesiæ destructa non comprehendi nomine Ecclesiæ: nec Copulam, in ea habitam, aut effusionem sanguinis in ea factam, esse sacrilegam, nec locum violari: ait Sanchez, *lib. 9. de mat. disp* 15. *num.* 37. Si verò relaxatur Ecclesia, parte aliqua sibi addita, aut Cappella, licèt ea non benedicatur, comprehendi nomine Ecclesiæ, sicque copulam, ibi habitam esse sacrilegam: quia semper pars addita efficitur vnum cum priori, & eadem Ecclesiæ forma perficitur: quia gesta in ea, verè intra Ecclesiam fieri dicuntur. Ita Sanchez, *d. disp.* 15 *num.* 38.

Quomodo Sacrilegium aduersus Locum sacrum accidere possit? Dub. 5.

14 Respondeo Primò: violando Ecclesiæ, aut Loci sacri immunitatem, & de hac tractabimus in sequenti capitulo. Secundò polluendo Ecclesiam, aut

Com-

Cœmmeterium, vno ex quinque modis, quos referam in sequenti Dubitatione. Tertiò: exercendo actionem profanam, quæ vel ex sua natura, vel canonicæ iuris prohibitione, Loci sanctitati repugnat: licet per eam Ecclesia violari non censeatur.

25 Talis actio, in primis, est cognitio, aut placitum, seu sententia iudicis secularis, vt habetur, *in cap. decet, de immunit. Eccles.* Et hoc dicendum est de iudicijs secularibus: quia, agere causas Ecclesiasticas in Ecclesia, honestum, ac decens est: vt habetur, *in cap. vlt. quæst. sec.* & notant Glossa, *in cap. cum Ecclesia ver. effusione de immunit. Eccles. arg. cap. quæ fronte, de appellat.* Layman, *in Theolog. moral. lib. 4 tract. 10. cap. 7. num. 8.* & alij. Et hoc intelligitur tantum de inuoluntariæ, non autem voluntariæ iurisdictionis actibus: & sunt dispensationes, pupillorum prouisiones, &c. quia talia in Ecclesia valida sunt, dicunt Siluester, *v. immunitas sec. quæst. sec.* Azorius, *part. sec. lib. 9. cap. 9. quæst. 3.* Vide etiam Layman, *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 10. cap. 7. num. 9.* vbi multa inuenies.

26 Secundò: Prohibentur in Ecclesia negotiationes, seu mercaturæ. Vndè non excusatur à peccato mortali, si aliquis Templum per se, & ex instituto eligat, tamquam locum mercaturæ, officinam ibi erigendo: quia hæc censetur grauis irreuerentia loci sacri. Ita Conradus, *de contract. quæst. 9. 1. conclus. sec.* Siluester, *v. negotiatio quæst. sec.* Laymã, *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 10. cap. 7. num. 9. versic. alia actio,* & alij. Non tamen erit peccatum mortale, si instituatur contractus in templo, merce alibi existente: quia tunc erit tantum peccatum veniale, dicunt Sotus, *lib. 6. de iust. quæst. sec. artic. sec. post. 5. conclus.* Medina, *de rest. quæst. 30. versic. 4.* Suarez, *in 3. part. to. 3. disp. 81. sect. 8. col. 5.* Layman, *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 10. cap. 7. num. 9. versic. verum,* & alij. Si tamen venditio per accidens fiat in templo, v. g. in transitu, vel in recessu, propter pluuiam, non erit neque veniale, dicunt Suarez, & Caietanus, *v. immunitas.* Constituere verò officinam rerum venalium in Cœmmeterio, erit minor irreuerentia, & ad summum erit peccatum veniale. Immò si res vendendæ seruiunt ad deuotionem populi, v. g. candelæ, vel panes ad altare offerendi, in quibusdam locis tamquã honesta cõsuetudo tolleratur in cœmmeterijs: immò etiam in ipso templo tollerari potest, si fiat sine strepitu, dicunt Angelus, *v. immunitas §. 9.* Layman, & alij.

Quibus modis violatur Ecclesia?
Dub. 6.

17 Quinq; modis violatur Ecclesia. Primò: per iniuriosã sanguinis effusionẽ, *cap. postulasti cap. vult. de cõsecr. Eccl. & cap. vnic. eodem in 6.* Necesse autem est, vt percussio, seu vulnus infligatur homini, existenti in Ecclesia (non autem super tecto, aut turri, aut sub pauimento Ecclesiæ;) etiam si sanguis non intus, sed foris effundatur. Etiam si vulnerans extra Ecclesiam existat, ait Abbas, *in cap. vltim. num. 25. de foro competenti, & cap. 1. num. 1. de præsumpt.* Requiritur etiam, vt factum notorium sit, iuris, aut facti notitia, vt dicunt Durãd. *lib. 1. rational. cap. 6. num. 62.* Emanuel Sa, *v. Ecclesia, num. 19.* Layman, *in Theolog. moral. lib. 5. tract. 5. cap. 5. num. 8.* Victoria *num. 98.* & alij. Vndè factum, per quod Ecclesia, seu altare violatur, opportet esse publicum, seu notorium. Immò est necesse, vt iniuria pertingat ad culpam mortalem, dicunt Coninch *quæst. 83. artic. 2. dub. 1. num. 21.* Henriquez, *cap. 27. num. 5. in comment. littera l.* Suarez, *sect. 4.* & Laymã, *vbi supra.* Requiritur etiam vt sanguinis non aliquæ tantum guttæ, v. g. è naribus eliciantur: quia effusio plus aliquid significare videtur. Si tamẽ, effusio sanguinis erit copiosa, & læsio non grauis, Ecclesia non debet censeri violata, vt benè Felinus, *i. casu 5. summario sec. num. 3.* Layman, *d. cap. 5. num. 8.* & alij. Vndè vt violetur Ecclesia, non sufficiunt duæ, vel tres guttæ sanguinis.

18 Neque sufficit emissio sanguinis è naso, vt accidit in rixa puerorum, saltem quando non sufficit ad peccatum mortale. Vndè polluitur Ecclesia, quando aliquis alterius carnes contundit, vel ossa frangit absque sanguine. Requiritur etiam, vt polluatur Ecclesia, vt vulnus fiat in ipsa Ecclesia: ex quo fit, non polluitur Ecclesia, quando aliquis vulneratur extra Ecclesiam, & postea sanguinem effundit in Ecclesia, etiam si vulneratus postea respiciat in Ecclesiam, ait Bonacina, *de matrim. quæst. 4. pu. vlt. num. 18.* Coninch, & alij. Dixi (*per iniuriosam, &c.*) quia si fiat ad sui defensionem,

sionem, cum moderamine inculpatæ tutelæ; vel ab amente; vel casu à regula cadente, non polluitur Ecclesiam; quia talis effusio non est propriè iniuriosa.

19 Secundò: Polluitur Ecclesia per homicidium injuriosum, & notorium, quod, vel cuius causa intra Ecclesiã perpetratam est; quamuis sit sine effusione sanguinis, vt habetur, *in cap. proposuit, & cap. si motum dist. 1. de consecrat.* Non tamen requiritur, vt homo intra Ecclesiam moriatur; sed solum requiritur, vt aliquis non sinè iniuria mortali intra Ecclesiam plagam acceperit, ex qua postea mortuus sit; quamuis post multos menses moreretur. Vndè si homo fuerit foris percussus, & intro se receperit, moreretur; Ecclesia adhuc pollueretur. Immò polluitur Ecclesia, quando quis in Ecclesia per suffocationem occiditur, absque sanguinis effusione: aut quando per Carnificem suspenditur, vt habetur, *in cap. postulasti de consecrat.* & dicunt Henriquez, *lib. 9. cap. 47. num. 5.* Bonacina, *de matrim. quæst. 4. pun. vlt. num* 20. Layman, *in Theolog. moral. lib. 5 tract. 5. cap. 5. num* 8. Paludanus, *in 5. dist. 18. q. 8. artic.* 1. & alij communiter. Et ita dicendum est de illo, quando seipsum in Ecclesia occidat, vel vulneret. Sic Layman.

20 Tertiò: Polluitur Ecclesia, per illicitam, & notoriam humani seminis intra Ecclesiam effusionem, *cap. vlt. de consecr. Eccles. & cap. Ecclesiis d. 1. de consecrat.* siue ea fiat per voluntariam pollutioné, siue per carnalem copulam. Non tamen polluitur per inuoluntariam seminis effusionem: vt si contingat in somnis, aut etiam in vigilia, sed contrè. Ita Siluester, *v. consecratio 2. quæst. 3.* Couarr. *in 4. decret. part. sec. cap. 7. §. sec. num. 3.* Henrique *cap. 37. num. 5.* Scortia, *lib. sec. cap. 13.* Suarez, *disp. 81. sect. 4.* Coninchius, *quæst. 83. dub. 1. num. 229.* Lessius, *lib. 4. cap. 3. dub.* 13. Sanchez, *lib. 9. de matrim. disp. 15. num.* 9. Layman, *in Theolog. moral. lib. 5. tract. 5. cap. 5. num. 8. versic. per illicitam.* Bonacina, *de matr. quæst. 4. pun. vlt. num.* 20. & alij.

An polluatur Ecclesia per copulam coniugalem, patet ex dicendis in 2. *Tom. precep. 6. de luxuria:* & An polluatur Ecclesia per pollutionem, vel copulam illicitam occultam? patet ex dictis *in lib. 1. Tract. 3.*

21 Si quis verò fornicaretur in Oratorio priuato, non committeret Sacrilegium; nisi locus sit consecratus, vel benedictus. Ratio desumitur ex ethimologia ipsius nominis, à quo tenet argumentũ, quia nulla res sacra læditur. Ita Bordonus, *in consil. regul. to. sec. resolut.* 90 *nu.* 7 Sanchez, *lib. 9. de matrim. disp. 15 num.* 39. Vndè talis circumstantia non est in confessione aperienda, dicunt Diana, *part. 9. trac. 1. resolut.* 20. Pellizzarius, *in manual. reg. tom. sec. tract. 5. cap. 3. sect. 1. num.* 44. Leandrus. *de sacram. to. 1. tract. 5. disp. 8 §. 4. quæst.* 25. & Barbosa, *de iur. Eccles. lib. sec. cap. 8. num.* 16.

22 Quartò: polluitur Ecclesia, per sepulturam hominis excommunicati: vt patet, *ex cap. consuluisti.* Requiritur tamen, vt excommunicatus sit publicè denuntiatus, vel notorius Clerici percussor, vt benè dicunt Nauarrus, *lib. 5 cons. 10. de haret. adit. sec. ad 4. quæst.* Scortia, *lib. sec. cap. 13.* Suarez, *disp. 81. sect. 4.* Layman, *in Theolog. moral. lib. 5 tract. 5. cap. 5 num 8. versic. 4. per sepulturam.* Coninch. *quæst. 83. artic. 4. dub. 1. num* 229. & alij.

23 Non tamen violatur Ecclesia per sepulturam hominis, personaliter, & nominatim interdicti; cum id nullo iure decretum reperiatur: debet tamen corpus exhumari. Ita Layman, *d. cap. 9. nu.* 8. Suarez, *to. 1. de relig. tract. sec. lib. 3. de reuerentia debita locis sacris,* & alij.

24 Quintò: polluitur Ecclesia, quando in ea sepellitur Paganus, aut Infidelis, *cap. Ecclesiam 1. & 2. d. 1.* Non verò polluitur, quando Cathecumenus sepellitur ante susceptum baptismum, dicunt Sayrus, *lib. 5 cap. 16. num.* 24. Bonacina, *d. pu. vlt. num.* 22. & alij. Polluitur verò Ecclesia, quando sepellitur filius alicuius fidelis, ante susceptum baptismum; vt dicunt Bonacina, Coninchius, *locis citatis.* At verò (vt ait Sayrus, vbi supra) non polluitur, quando sepellitur in ea filius alicuius fidelis ante baptismum.

25 Quando dubitatur, An infans sit baptizatus, erit sepelliendus in loco sacro? v. g. si infans erit in pede baptizatus, & hoc, siuè dubium fuerit in suscipiente, siuè in conferente; siuè in materia, siuè in forma; & quia si superuixisset, rebaptizandus fuisset. Ita Diana, *part. 4. tract. 3. resolut.* 69. Homobonus, *in consult. cas. conscient. volum. sec. part. sec. resolut.* 67. & alij. Qui etiam addunt, infantem secundina indutum, ac sic baptizatum, in loco sacro esse sepelliendum. Interdicitur tamen Ecclesia, quando in ea sepellitur

filius

filius infidelis non baptizatus, dicunt Bonacina, Sayrus, & alij.

26 Aduerte: Quod polluta Ecclesia, censetur etiam pollutum Cœmitterium: quia accessorium sequitur principale: & nobilius trahit ad se minus nobile. Polluto vero Cœmitterio, non censetur polluta Ecclesia: quia minus nobile, non trahit ad se nobilius, *cap. vnico de consecrat. Eccles. in 6.* & dicunt Layman, *in Theolog. moral lib. 5. cap. 5. tract. 5 num. 11* Siluester, *v. cœmetterium quast 1* vbi Armilla, *num sec.* Bonacina, *de matrim. q. 4 pun vlt. num. 21* Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 5 cap. 16. num. 16.* Henriquez, *lib 9 cap. 27 num. 5.* Coninchius, *num. 234.* & alij communiter. Vndè si plura Cœmitteria sint quamuis cohærentia, quæ tamen pariete medio se iunguntur; eorum altero violato, alterum non propterea violatum reputari; licèt ab vno ad alterum per portam intermediam habeatur accessus. Ita Layman.

Dubitatur: An quando Ecclesia benedicitur, vel consecratur ab Episcopo excommunicato publico, erit interdicta?

27 CAnonistæ, *in cap. consuluit.* Nauarr. *cap 17 sum. num 258.* Siluester, *v. benedictio quæst. 6.* Bonacina, *de matrim. quæst. 4 pun vlt. num. 22.* Azorius, *cap. 26 quæst 13.* & alij affirmant.

28 Sed quia hæc violatio nullo iure fundata est, vt ipsemet Azorius dicit: dicendum est, talem Ecclesiam non esse interdictam. Ratio est: quia, sicut baptismus, ab Excommunicato, & hæretico ministro collatus, validus est, & iterari non debet. Dummodo Episcopus, seù minister fidem Sanctissimæ Trinitatis tenuerit, vt habetur, *in cap. Eccles. d 1. de consecrat.* Confirmatur ex eo, quod violatio posterior esse debeat consecrationer ideoque impossibile sit, eadem actione simul Ecclesiam consecrari, & violari. Ita Coninchius, *disp. 7. dub 4.* Suarez, *3. part de Eucharist disp. 81 sect. 4.* Layman, *in Theolog. moral. lib. 5. cap. 5. num. 9.* & alij.

Quomodo committitur Furtum sacrilegum? Dub. 7.

29 TRibus modis committitur Furtum sacrilegum: Primò, auferendo sacrum de loco sacro. Secundò: auferendo sacrum de non sacro. Et Tertiò: auferendo non sacrum de loco sacro, *cap. quisquis inuentus 17 q. 4.* Vbi notanda est illa particula (*non sacrum de sacro:*) quia quamuis videatur absolute loqui; tamē opportet eam distinguere: Duobus modis accidere potest hæc particula. Primò: quia est sub iure, & quasi potestate Ecclesiæ, v. g. quia est illi tradita, ad custodiēdū, vel in pignus data, vel alio simili modo in Ecclesia deposita. Secundò: potest res aliqua profana per accidens esse in Ecclesia: vel quia ibi est persona, quæ illam secum defert, vel quia causa ibi relicta est.

30 Et quamuis Palaus, Layman, *in Theolog. moral. lib 4. trac. 10 cap 7. nu. 18.* Franciscus Suarez, *lib. 3. de relig. cap. 4. num. 7.* Raphael della Torre, *in 2. 2. to. 2. quæst. 99. artic. 2. disp. 7.* Rebellius, *part. 1 lib. 3. quæst. 15 num 25.* Reginaldus, *to. 2. lib. 23 cap 1. num. 12* Menoch. *de arbit. lib. 2 cēt. 4 cas. 389. num. 14.* Petrus Ledesma, *de pœnit cap. 19.* Bonacina, *de prœcep disp. 3. quæst. 6. pun. vnic. num. 17.* & alij dicunt: Latronem, furantem crumenam in Ecclesia, committere sacrilegium: cum accipiat non sacrum, de sacro: consequenter teneri hanc circumstantiam in confessione fateri; quando materia erit notabilis, & sufficiens ad mortale peccatum. Et hoc, *ex d. cap. quisquis*, vbi dicitur: Sacrilegium committitur, auferendo non sac um de sacro: Vbi clarè demōstratur & sinè vlla limitatione, esse speciale sacrilegij, furari non sacrum de sacro: & vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, *l. de pretio ff. de public.* nisi, vel alia lex obliget, vel ratio cogat, quando aliàs sequeretur absurdū, quod in hoc casu nihil horum interuenit.

31 Dicendum est tamen cum illa distinctione (quam num. 29. diximus) ita: vt in priori casu, sacrilegium esse, furari bona illa in Ecclesia, non autem in posteriori casu: vt quando latro v. g. furatur Crumenam diuitis. Ratio est: quia bona illa, quasi per accidens sunt in Ecclesia: ergo, non irrogatur specialis iniuria ipsi Ecclesiæ: Vndè non habet malitiam lætalem sacrilegij, ita vt teneatur quis, in confessione hanc circumstātiam aperire: sed sufficit, vt in confessione dicat: Peccatum furti commisi: Vnde furari tappeta, cortinas, vel sellas, vel quid simile,

mile, quæ erant accomodata à Sacrista pro ornamento alicuius festiuitatis in Ecclesia, erit Sacrilegium: quia deseruiebant cultui diuino, pro quo erãt mutuo data. Secùs verò dicendum est de illo, qui defert sellam, tapeta, vel baldachinum, vel quid huiusmodi in Ecclesia pro sui commoditate, vel ornatu, vt faciunt Principes, Officiales, Nobiles, & alij: quia tunc furari ea, non est sacrilegium. Erit tamen sacrilegium, quando Sacrista fecisset ea sibi accomodare, vt ea pararet pro sessione alicuius Principis, vel Prælati, venientis ad Ecclesiam per deuotionem, & latro eas surriperet: quia directè cultui diuino erant deputata. Ita Zerola, *in prax pœnit cap.12.q.17.* Farinac. *de immunit. Eccles. cap.16 num.* 217. Lessius, *lib.2. cap.43. dub.3. num.*14. Sotus, *q.3. dub.6. concl.*1 Fagundez, *præcep.2. lib.4. cap.4. num.9 & 12* Henriquez, *lib.2. cap.6. num 5. in glossa litt. N.* Diana, *part.1. tract.7. resolut.*27. Coninchius, *de pœnit disp 2. dub.4. num.*22. Tamborinus 1 *opuscul lib.2 cap.8. §.2. num.*5. & alij, & probabilem vocant Azorius, *part.1 lib.9. cap.27 q.6.* & Raphael della Torre, *in 2. 2. to.1. q 99. artic.2. disp.7.*

32 Neque committit sacrilegium; qui furatur à Clerico aliquid, iure Ecclesiastico possessum, dicunt Pitigianus, *in 4. to. sec. dist 17. q vnica, tract.* 5. & Diana, *loco citato.*

Dubitatur: An vltra sacrilegium, incidat in Excommunicationem ille, qui furauit, & spoliauit Ecclesiam?

33 Affirmatiuè respondetur, vt patet, *& cap. conquest. de sent excommun. in 6.* Ad incurrendam verò dictam excõmunicationem, requiritur, vt eodem tempore concurrat fractio, & spoliatio loci sacri: quia Textus coniunctè loquitur, & in materia pœnali non est facienda extensio. Vndè sequitur: eum, qui spoliat Ecclesiam, absque fractione Ecclesiæ, non affici hac excommunicatione: vt si inueniat Ecclesiam effractam: aut alia via apertam: aut si claue, domino, aut alteri surrepta, aperiat: aut si vtatur claue adulterina: quia, ad incurrendam hanc censuram, requiritur spoliatio, & fractio: fractio autem violatam actionem indicat, quæ non fit aperiendo claue, aut ingrediẽdo post effractionem, antea factam ab alijs. Item, si quis frangat locum sacrum, sed non spoliet, non incurrit hanc censuram: quia requiritur altera actio. Nomine autem Spoliationis, non accipitur pro ablatione omnium bonorum: sed pro furto, vel rapina, in materia graui, sufficienti ad mortalem culpam. Nomine verò Fractionis, intelligitur violenta aperitio, quæ fit, rumpendo valuas, seù parietem, siuè fenestram, siuè tectum, siuè cardines, quibus valuæ substinentur. Ita Sayrus, *lib.3. cap.29. num.*14. Layman, *in Theolog. moral. lib.4. tract* 10. *cap.7. num.* 19. & communiter Doctores.

34 Neque hæc excommunicatio incurritur ab eo, qui calices, vestes, aliaque similia furatur: aut ab eo, qui spoliat, & effrãgit Sacristiam, distinctam ab Ecclesia: aut arcam, in qua continentur res Ecclesiæ: quia hic non veniunt nomine Ecclesiæ. Secùs si Sacristia coniuncta sit Ecclesiæ; quia hæc venit nomine Ecclesiæ. Ita Bonacina, *de præcep. disp.3. quæst. 6. pun. vnico num.*13. Azorius, *part.1. lib. 9. cap.27. quæst.*21. *&* 25. & alij.

Quale peccatum sit Sacrilegum?
Dub. 8.

35 Ex genere suo, peccatum mortale est: quia per Sacrilegium fieri solet grauis iniuria Deo, aut rebus sacris. Ita communiter. Ratione paruitatis materiæ, seù inaduertentiæ, potest esse peccatum veniale: vt si quis rem paruam furetur in Ecclesia. Ita Bonacina, *de præcep. disp.3. quæst.6. pun. vnico num.*25.

36 Qui verò furatur rem sacram de loco sacro, satisfacit, si in confessione dicat, se furatum fuisse rem sacram, sinè explicatione loci sacri: quia vtraque illa circumstantia ad eãdem rationem formalem virtutis Religionis spectat. Ita Fagundez, *præcep.2. lib.4. cap.5. num.21. in fine.* Diana, *part.1. tract.7. resolut.22. in fine.*

37 Similiter: Qui furatus est Calicem, & in confessione (ex obliuione) dixit, se furtum commisisse, non expressa irreuerentia Calicis; hic in secunda confessione satisfacit, dicendo, se mortale sacrilegium commisisse. Ita Diana, *part.1. tr. 7. resolut.45. in fine.*

DE

DE IMMVNITATE Ecclesiarum. Cap. 2.

An Immunitas Ecclesiarum sit de iure diuino? Dub. 1.

An Iudices, & alij contrauenientes huic Constitutioni, absoluendi sint ab Episcopo: an verò talis absolutio pertineat ad Summum Pontificem? Dub. 2.

An cognitio, Vtrum Reus gaudeat Immunitate Ecclesiarum, possit ne aliquando spectare ad Iudicem laicum? Dub. 3.

An Iudex, qui non mandauit extrahere reum ab Ecclesia, sed Satellites extraxerunt vi, vel dolo: teneatur restituere Reum in Ecclesia; an vero possit agere contra illum? Dub. 4.

An Reus amittat Immunitatem Ecclesiasticam, si deceptus fuit subdolis verbis, & fallacijs, ad egrediendum ab Ecclesia, vt Iudex possit illum punire? Dub. 5.

An comprehensus extra Locum sacrum, si per illum deducatur ad carcerem, vel ad supplicium, & ad mortem trahatur per aliquam Ecclesiam, gaudeat Immunitate? Dub. 6.

An Ministri laicales possint auferre Reo in Ecclesia arma prohibita? Dub. 7.

An Aliquis fugiens à Satellitibus in cubiculu ęgrotantis, vbi Sacerdos cũ Sãctiss. Sacramento aduenisset; & ibi, adiectis birriarijs, comprehensus sit, antequam Sacerdotem tangeret, gaudeat Immunitate? Dub. 8.

An Reus confugiens ad Reliquias Sanctorum, vel ad earum imagines, quę per plateas processionaliter circumferũtur, gaudeat Immunitate? & ita Quęro, si apprehendat Sacerdotem ambulantem? Dub. 9.

An Campanile gaudeat Immunitate Ecclesiastica? Dub. 10.

An Palatia Episcoporum gaudeant Immunitate Ecclesiastica? Dub. 11.

An Palatia Eminentissimorum Cardinalium gaudeant Immunitate? Dub. 12.

An Clerici gaudeant Immunitate Ecclesiastica? Dub. 13.

An deflorantes Moniales, gaudeant Immunitate Ecclesiastica? Dub. 14.

An Sodomita gaudeat Immunitate Ecclesiastica? Dub. 15.

An Blasphemantes gaudeant Immunitate Ecclesiastica? Dub. 16.

An occidentes, seù percutientes Clericum, gaudeant Immunitate? Dub. 17.

1 ANteqnam incipiam, dico, quod Gregorius XIV. promulgauit Bullam anno 1591. Indictione 14. die verò 28. Maij, anno primo sui Pontificatus: in qua dicit, quod, Laicis ad Ecclesias locaque sacra, vel Religiosa confugientibus, si fuerint publici latrones, viarumque grassatores, qui itinera frequentata, vel publicas stratas obsident, ac viatores agrediantur, aut depopulatores agrorum, quiue homicidia, & mutilationes membrorum, in ipsis, earumuè Cœmeterijs committere non vereantur, aut qui proditoriè proximum suum occiderint, aut assassini, vel hæresis, aut læsæ maiestatis in personam ipsiusmet Principis rei, immunitate Ecclesiastica non suffragentur.

2 Vndè, ex verbis Bullæ apparet, quod hæc Constitutio, non solum reuocat priuilegia, sed etiam ius commune, & consuetudines: quia Pontifex in ista Bulla cum particula taxatiua reducit omnia ad vnicam formam, vt patet ex verbis: *Ita ad vnam tantum formam reducimus, & moderamur.* Ergo reuocat ius commune, & consuetudines, diuersam aliam formam ab ista introducens. Et ita expresse determinatur in Litteris arbitrij, concessis per Sedem Apostolicam, anno 1605. Prælatis huius Regni, & præsertim Archiepiscopo Panormitano, ibi: *Per la qual cosa fu mosso Gregorio XIV. de felice memoria, à publicare la sua Costitutione, & dare certa forma, come che hanesse à pratticare la permissione, che veniua concessa da' medesimi Canoni à Magistrati laici nelli casi eccettuati.* Et ita determinauit Clemens VIII. in quodam Breui ad Archiepiscopum Panormitanum, tunc Didacum de Haedo, datum Romæ 6. Februarij, anno 1597. vbi asserit: Aliquos delinquentes, qui per industriam, & insidias homicidium commiserant, debuisse gaudere immunitate Ecclesiæ, vigore Constitutionis Gregorij XIV. Ergo dicta Constitutio corrigit ius commune, quia tale dictum, ex cap. primo, de homicidio, non gaudet immunitate. Ita quò ad reuocationem consuetudinis, docent Marius Antonius Maceratens. *lib. 5. resolut. 15. num. 5.* Giurba, *consil. 50. num. 14. & consil. 70. num. 3. & sequ.* Farinacius, *in append. cap. 22. num. 159. iunct. cum cap. sec. num. 14. & 11.* Franciscus Leo, *in Thesaur. for. Eccles. part. 1. cap. 18. num. 7.* Bonacina,

de precep.disp 3.question 7. pun.10.num. 4. Peregrinus, *de immunit.Eccles.cap.2. à num.16.vsque ad 21.* Diana, *part.1.trac. 1.resolut.* 1. Hieronymus Rodoriquez, *in comp qq. regul Resolut. 56.num.4.* & alij: & quod reuocat, & corrigit ius commune docēt præter citatos Doctores Filliucius, *tom 1 tractat 15 cap 6 num.* 15. Scortia, *in Bullæ Pontif epitom 152. Theore 285.* Duardus, *in exposit. Bull. cœnæ lib.2.num.15.quæst.16.num 17.* Megola, *in 3 part.lib 4.cap.2 quæst.1. num.* 15. Villalobos, *tom.1.sum.tract 39 dub.7. num.22 & 23.* Lezarius, *tract.de blasphem. question.5 num.20* Riccius, *part.1 decis. 140 num.1.2.& 5.collect 1791* Homobonus, *de exem.Eccles part 2. tractat.11.cap. quæstion.26 suppos.2.* & alij.

An Immunitas Ecclesiarum sit de iure diuino? Dub.1.

3 NEgatiuè respondet prima opinio: sed tantum dicit esse de iure positiuo: quia in lege Euangelica non inuenitur hæc immunitas, concessa Ecclesiis: ergo dicendum est, eam non esse iuris diuini, sed tantum canonici, & positiui. Ita Ambrosinus, *de immunit. Eccles.cap.1.num.3* Decianus, *lib.6.cap.25. num.sec* Periera, *de manu Regia part.2. cap 50.num.1.* Pegaera, *in pract criminal. cap.26 num.1* Gambacurta, *de immunit. lib.3.cap.15.num 8.* Fagund. *2. precept.2. lib.4. cap.4. num.59.* Bobadilla, *in polit. to.1.lib.2.cap.14.num.3.* alij.

4 Secunda opinio ait: Non solum esse Immunitatem Ecclesiarum de iure ciuili, & canonico, sed etiam Diuino: quia, quamuis in iure diuino non sit instituta Ecclesiarum immunitas, canonicis sanctionibus, Pontificumque, & Conciliorum decretis stabilitam esse, satis docet Concilium Tridentinum, *sess. vigesim. quint. cap. vigesim.* quoquidem decreto renouatur obseruantia immunitatis Ecclesiasticæ, & consuetudo, quæ est introducta contra talem Immunitatem, penitus est sublata, & abolita: quod postea fecit Gregorius XIX. in Bulla, &c. Ita Cenedus, *in qq. canonic. question. quadrages.secund à num.sexto addition. ad cappellam Tholos. disput.432 numero quinto.* Tuschus, *tom.quart.litera I, conclusion 59. numero primo.* Ioannes Lupus, *de libert. Eccles. part.sec. quæstione secunda.* Decius, *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, à numero decimo quarto de constitut.* Rebuffus, *to. secund. super constitution in tractat. de immunitat.Princip numer sec.* Gutierez, *prac. qq. lib.prim.quæstione prima numero octauo* Germonius, *de sacra immunitat. lib.3 capit.16.numer.tert.* Marius Italus, *de immunitat lib.prim.cap secund. per totum.* Pechius, *tractat. de Arest. capit sext. numero quinto* Tuschus, *tom.tert.conclus. octau numer 4.* Farinacius, *in appendic. de immunitat.Eccles.capit primo numer. 9.* Diana, *part.quart.tractat 1 resolut.44.* Igneus, *in leg. 1. numer vigesim sext. ff. ad Sylam.* Hieronymus Rodoriquez, *in comp. qq regular. resolution.56, num. 1.* Emanuel Rodoriquez, *tom secund.qq. regular.question quinquagesim. articul. 1.* Suarez, *tom prim. de relig. lib.3.cap. 8. à num.9.* & alij.

An Iudices, & alij contrauenientes huic Constitutioni, absoluendi sint ab Episcopo, an verò talis absolutio pertineat ad Summum Pontificem? Dub.2.

5 PRima opinio ait: Esse reseruatam Summo Pontifici. Ita Peregrinus, *quæstione decima quinta, numero decimo quinto*, & præter rationes, quas ipse adducit, addit *in numero decimo sexto, versiculo pro cuius.* Ita conclusum fuisse in Prætorio S. Pœnitentiariæ annuente SS. Paulo Quinto, accedit Barbosa, *de offic & potestat. Episcop. allegat.50 num. 167.* qui etiam testatur, ita declarasse Sacram Congregationem, sub die vigesimo tertio Nouembris 1617. approbante Paulo Quinto; & reperit quoque in collect. ad Concilium Tridentinum, *sess. 25. cap.20. ad finem.* vbi latè de materia immunitatis dicit. Et ita Filliucius, *to. 1. tractat. decim. quint. cap.sext. numer. 151.* Ital. *de immunitat. Eccles. cap.sext. paragrapho secundo numero tertio.* Duardus, *in Bullæ cœnæ, lib.secund. canon. 15. question decim.sext. numer.19* Farinacius, *de immunitat.cap.vigesim. num. 315.* Thesaurus, *de pœnitent. Ecclesiast. part.secund. v. immunitat cap.1 versicul. Hæc autem excommunicatio*, qui subdit: hoc hodie esse certum ex decreto Sacræ Congregationis immunitatis, anno 1631. edito: & Ciarlinus, *in suis* contro-

controuers. cap. 10. num. 88. qui obstupescit (vt eis vtar verbis) de opinione contraria.

6 Secunda opinio distinguit: Aut loquitur in casu, quod non fuit facta restitutio extracti ipsi Ecclesiæ, vel Episcopo, prout sufficere notat Palaus, part. 1. num. 3. vel non fuit facta dicta restitutio: In priori casu putat probabile, quod dicta excommunicatio possit absolui ab Episcopo: non autem in posteriori casu: quia tunc requiritur auctoritas Pontificia. Ita Bonacina, disp. 2. quæst. 3. pu. 16. §. 16. num. 2. & fauet Nauarrus, sum. bullar. ad finem & Alphonsus de Leone, de offic. & potest. confess. recollect. 4. fol. 3. an colum. sec. circa medium. qui ait: Seclusis declarationibus S. Congregationis; quas non constat loqui generaliter: & ideò, donec de hoc in specie non constet authentice; illæ non faciunt fidem, ita vt secundum illas debeamus iudicare, vt eadem S. Congregatio decreuit, non videtur dicta opinio improbabilis: nam decretum Clement. VIII. de absolutione à casibus reseruatis (in quo faciunt Auctores pro prima opinione magnum fundamentum) non probat, talem excommunicationem esse reseruatam quò ad Episcopum, sed tantum quò ad confessarios priuilegiatos, vt alias dixi. Quando igitur non fuit facta restitutio, sed sequuta mors rei extracti; tunc est certum absolutionem spectare ad Pontificem: maximè, quando agitur de absolutione omnimoda, & non de absolutione, ratione impedimenti.

7 Tertia opinio ait: Absolutionem spectare ad Episcopum. Cuius ratio est: quia nullibi reperitur hic casus summo Pontifici reseruatus: Ergo Episcopus, vel alius Confessarius, ad hoc ab Episcopo deputatus, potest absoluere, iuxta cap. nuper, de sent. excommunic. nam vt dicunt Graffius, & Homobonus locis citandis, quod in decreto Clement. VIII. de absolutione à casibus, & censuris reseruatis 26. Nouembris 1602. quando prohibetur absolutio istius casus violationis immunitatis, subdit; decretum interminis felicis recordationis Gregorij 14. ex quibus verbis voluit significare Clemens VIII. quod sit differentia inter violantes immunitatem Ecclesiasticam, & libertatem Ecclesiasticam; pro qua lata est excommunicatio, reseruata S. Pont. in Bulla cœnæ, ita Graffius, de quinque casib. lib. 2. cap. 42. num. 4. & 5. Homobonus, de casib. resolut. part. p. cap. 5. fol. 50. in 2. edit. Praxis Archiepiscop. Neapolitan. cap. 18. num. 12. Quarinus, de defensionib. reorum, cum de hac materia de defens. cap. 22. Bonacina, de præcep. disp. 3. quæst. sec. §. 6. num. 8. Riccius, in prax. variar. resol. 33. Barbosa, de offic. & potest. Episcop. alleg. 7. num. 52. quamuis ante allegationē 50. num. 167. illam enumerat inter reseruatam. Bellectus, par. p. sua disquisit. clerical. tit. de fauore cler. real. § 4. Megalius, pa. 3. lib. 4. cap. sec. Florentinus, de casib. reseruat. sententia part. p. cap. 11. § 4. num. 6. Diana part. p. tract. 7. resolut. 41. Palaus, disp. vn. part. 12. num. 7. Nauarrus, in sum. bullar. cum de immunit. Eccles. num. 97. & alij.

Dubitatur: An ad incurrendam Excommunicationem huius Bullæ, sufficiat actus attentatus?

8 GAmbacurta, in lib. 8. cap. 13. putat, quod si aliquis attentaret, extrahere per vim reum ab Ecclesia, & reuera non extraheret; non incurreret in pœnis huius Constitutionis: quia talis actus non fuit completus, sed attentatus.

9 Dicendum est verò cum alijs: Ad incurrēdam hanc Excommunicationem, sufficere actum attentatum, etiam effectu non sequuto, vt ex verbis Bullæ patet, ibi: *Quidquid, præter, aut contra nostræ Constitutionis tenorem attentare præsumpserit*: modo sit effectus aliquis actus consummati proximus. Vndè tractatio extrahendi non videtur sufficere: quia non est propriè, & proximè attentatio. Requiritur igitur, vt quis vim inferat reo, vt illum extrahat extra portā Ecclesiæ, v. g. ipsum impellendo, vel pertrahendo per Ecclesiam. Ita Peregrinus, de immunit. Eccles. cap. 14. num. 7. Marius Itala, de immunit. Eccles. lib. p. cap. 6. §. 2. num. 60. Diana, par. p. tract. 7. resolut. 15. Alphonsus de Leone, de offi. & potest. confess. recollect. 4. fol. 221. colum. sec. circa medium. & alij.

An cognitio, Vtrum Reus gaudeat immunitate Ecclesiarum, possit aliquando spectare ad Iudicem laicum?

Dub. 3.

10 PRima opinio ait: Hanc cognitionem esse mixti fori, & propterea ad vtrūq; Iudicem, tam secularem, quam Ecclesiasticum spectare ad diuersos effectus, eo modo, quo Petrus Bellochius

& Remigius explicant. Ita Anastasius Germonius, *de sacro immunit.* Periera, *de manu regia, part. sec. cap. 56. num. 12.* Fagundez, *precep. sec. lib. 4. cap. 4. num. 57* Suarez de Paz, *in prax. to. 1. part. 5. cap. 3. 3. §. 3. num. 8.* Bobadilla, *in polit. to. 1. lib. sec. cap. 19. num. 40.* & alij.

11 Hęc opinio aliquibus non videtur vera: & meritò illam impugnat Farinacius, *in append. de immunit. Eccles. capit. vlt. num. 366.* Et de iure hâc sententiam dicit esse veram Cornea, *in relect. de immunit. Eccles. part. 4. num. sec.* Et de illa hodie non est dubium, ait Diana, *part. 4. tract. 1. resolut. 49.* stante Bulla Gregorij XIV. In qua apparet, solùm Iudicem Ecclesiasticum esse competentē in hac materia: quod etiam priùs patebat, *ex cap. final. de immun. Eccles. & ex cap. ad Episcopos 17. quęst. 4. cap. metuentes eadem caus. & quęst.* & docent etiam Lotherius, *de benefic. tom. 1. lib. 1. quęst. 13. num. 96.* & Bonacina, *de precep. disp. 3. quęst. 7. pun. 10. num. sec.* Ratio est: quia, causa immunitatis, vt poté Ecclesiastica, ab Ecclesiasticis Iudicibus debet tractari. Neque aduersus Vulpellum, & alios, valet circa hoc consuetudo aliqua in contrarium, (quod aduertant Ministri laicalis iurisdictionis:), nam dicta Constitutio Gregorij XIV. vt satis probatum est in num. 2. tollit omnes consuetudines contrarias. Vnde hodie non sunt audiēdi Doctores, asserentes, quod licet in aliquibus casibus pro immunitate assistat ius canonicum: contrarium tamen de consuetudine seruari testantur, & eam fortè attendendam opinantur: quia (vt diximus) per Constitutionem Gregorij XIV. omnes consuetudines pœnitus tolluntur. Et ideo, ait Diana, stante dicta consuetudine, reprobandus est Correa, *par. 1. num. 18.* vbi aduertit magnam habere vim cōsuetudinem circa immunitatem Ecclesiasticam: quapropter multis in casibus ad illam Iudices recurrunt: Ita ille: sed male; (ait Diana) quia hodie Iudices in casibus contingentibus non ad aliam consuetudinem, sed ad Bullam Gregorij XIV. recurrere debent: alioquin censuras minimè effugient: Et quamuis Episcopi, & Pontifices dictis consuetudinibus non contradicant; tamen hoc faciunt, ad uitanda maiora mala, ait Pacianus, *de probat. lib. 1. cap. 29. nu. 87.* Laudentius, *decis. pisan. 36. num. 165. par. 1.* & Farinacius, *in append. cap. 1. num. 1.*

12 Ex his deducitur: Stante Constitutione Gregorij XIV. non spectare ad Iudicem laicum cognitionem loci, an sit sacer, & Religiosus, ad gaudendam immunitatem: sed priuatiue ad Iudicem Ecclesiasticum, vt patet ex ratione, & iuribus adductis; quibus adde, *cap. ex parte, de verb. signific.* & docent Bonacina, *de precept. disp. 3. quęst. 7. pun. 3. num. 16.* Peregrinus, *de immunit. Ecclesiarum cap. 13. num. 18.* Marta, *de iurisd. part. sec. cap. 50. num. 4.* Nouarrius, *in sum. Bullarij, tit. de immunit. num. 95.* Diana, *part. 4. tract. 1. resol. 49.* & alij.

13 Ecclesiæ autem appellatione hoc casu, quæ loca veniunt, patet ex dicta Cōstitutione Gregoriana, §. *hoc itaque*, ibi: *Ab Ecclesiis, Monasterijs, Sacellis, Domibus Regularibus, & sęcularibus, locisque sacris, & religiosis.* Ita Alphonsus de Leone, *de offic. potest. confess. recollect. 4. fol. 319. circa finem.*

Dubitatur Primò: An in casibus exceptis liceat Iudici sęculari, sine licentia Episcopi, Reum ab Ecclesia extrahere?

14 SVarez, *de Relig. to. 1. tract. 1. lib. 3. cap. 11.* ante constitutionem, & post, Viladeg. *in polit. cap. 3. num. 235.* affirmant: Quorum ratio est: quia delinquens est laicus (vt supponunt) & consequenter subditus laicali iurisdictioni: & cum à Canonibus, & Pontificijs sanctionibus Ecclesiasticæ tuitionis sit destitutus, ob delictum commissum; illum extrahendo, non fit iniuria Ecclesiæ, post quam sæcularis Iudex suam iurisdictionem exercet erga suum subditum delinquētem: & Ecclesiasticus Iudex nullam vnquam habuit iurisdictionem in eum, nec ratione personæ delinquentis, cum sit laicus; nec ratione commissi delicti, cum extra Ecclesiam, & sic in territorio laicali: nec ratione ipsiusmet delicti, cum sit pure sæculare: Nec dicatur, quod ratione Ecclesiæ, in qua capitur, sit ipse Ecclesiasticæ iurisdictioni subiectus: nā si Ecclesiasticus, & iura illum sua protectione priuant, non potest aliquo pacto considerari, quod sit sub potestate Ecclesiæ; cui, extrahendo, non fit iniuria, quæ volenti non irrogatur.

15 Sed quia hodiè adest Constitutio Gregorii XIV. hæc opinio non est vera, vt patet ex verbis dictæ Constitutionis, ibi.

Vt curiæ sæcularis, eiusque Iudices, & Officiales ab Ecclesijs, monasterijs, locisque sacris prædictis, laicum aliquem, vt præfertur, delinquentem, nullo ex casibus supradictis, extrahant, sine expressa licentia Episcopi, vel eius Officialis, & cum interuentu personæ Ecclesiasticæ, ab eo auctoritatem habentis, ad quos solo, & non ad alios Episcopos inferiores, etiam si alias ordinarij sint, aut nullius diœcesis, aut conseruatores, ab hac sede specialiter, vel generaliter deputati, prædictam licentiam dandi facultas pertineat. Occurrente autem in loco exempto, & nullius diœcesis, tunc ad Episcopum viciniorem deuoluatur hæc cognitio, & non ad alios. Ex quibus verbis apertè apparet prima opinio refellenda esse, & non audiant Iudices illam in praxi obseruare: quia sine dubio in excommunicationem incurrerent, & contra sacram immunitatem efficerent: & ita fuisse decisum in Curia Archiepiscopi Neapolitani, testantur Genuons, *in prax. cap. 17 num. 5.* & Riccius, *part. 5. collect. 1792.* Vnde forma huius Constitutionis seruanda est, etiam si confugientem ad Ecclesiam; notorium sit, commisisse delictum exceptuatum in ea; adhuc enim Episcopus debet prius cognoscere, An hoc sit verum? & postea consignare reum curiæ sæculari. Et postquam habemus determinationem Pontificiam, non debemus alterius inuestigare rationem. Ita Baldus, *in leg. Gallo §. siuius num. 1. in fine, ff de liber. & postest.* Decius, *consil. 553. num. 7* Paris, *consil. 23. num. 12 lib. 2 in puncto constitut. Apostol.* Ambrosinus, *de immunit. Eccles. cap 11. num 1.* Lazarius, *tract. de blasphemia, quæst 5. num 75.* Farinacius, *in append. de immunit Eccles. cap 22 num 359.* Raynerius, *in cathalag. cens. cap 9 excom. 31. notab. 3.* Megala, *part. 1. lib. 4. cap. sec. quæst. 1 num 31.* Diana, *part. 1. tract. 1 resol. 14.* Bonacina, *de præcep. disp 3. quæst. 7. pun. 5. §. 6. num. 2.* Fillucius, *to. 1 tract. 15. cap. 6 num. 154.* Duardus, *in exposit. Bull. cœnæ lib. sec. comment. 15. quæst. 16. num. 3.* Hieronymus Rodoriquez, *in comp. qq. regul. resolut. 56 num. 3.* Portella, *v. immunitas Eccles. à num. 10.* & alij.

16 Negandum tamen non est, quin liceat Iudici sæculari extra locum sacrum obsidere delinquentem, in Ecclesia existentem, vt illum capiat, dum se receperit extra locum sacrum. Ratio est; quia non violatur immunitas loci sacri, cum Iudex non obseruet locum sacrum, sed profanum, vt reum, si in profanum locum se transiulerit, capiat; in quo ius capiendi habeat; cum locus profanus immunitate destitutus sit. Ita Alphonsus de Leone, *de off. & potest. confess. recollect. 4 fol. 322. col 1. in fine.* Bonacina, *de præcep. disp. 3. quæst. 7. pun. 5 § 5 num. 1 versic. negandum.* Layman, *in Theolog. moral. lib. 4 tract. 9 cap. 3 num 13. versic. 3.* Diana, *part. 1. tract. 1. resolut. 8. in fine.* Megala, *in 3 part. lib. 4. cap. 2. quæst. 1 num. 29.* Farinacius, *de immunit. Eccles. capite 19 num. 299.* Peregrinus, *de immunit Eccles. cap. 13. num 5.* Nauarrus, *in summ. num. 15 de immunit.* & alij.

17 Nomen Episcopi, intelligitur Episcopus, & non alius Episcopo inferiori, etiam si non Ordinarius sit, aut nullius Diœcesis. Immò, si casus accidit, vt delinquens se recipiat in locum exemptum, & nullius Diœcesis, facultas obtinenda est ab Episcopo viciniori; vt patet ex verbis Bullæ Gregorij XIV. Nomen vero Officialis Episcopi intelligitur Vicarius Generalis, *vt ex Clement. 2. de rescript.* iuncta Glossa, *versic. officialis*, & docent Sanchez, *lib. 8. de matrim disp. 27. nu. 29.* Bonacina, *de præcep. disp. 3. quæst. 7. pun. 5. § 7 num. 2.* & alij.

Dubitatur Secundò: An Episcopus teneatur stare processui, ab alia potestate facto, quo ostenditur, reum priuandum esse immunitate?

18 NEgatiuè respondetur, sed debet Episcopus nouas probationes recipere. Ratio est: quia potestas laicæ potestatis aliquam redolet suspitionem, cum exhibeatur in propria causa ipsius Iudicis sæcularis, de sua iurisdictione contendentis. Tum quia, Iudex Ecclesiasticus, regulariter loquendo, non tenetur stare processui, facto à Iudice sæculari, vt tradit Farinacius, *in decis. criminalis cons. 76. in principio versic. Et quidem assumenda.* Tum quia, ita habetur in Constitutione Gregorij XIV. ibi: *Cognita prius per Episcopum, seu ab eo deputatum an ipse crimina, superius expressa, commiserit*: sed cui datur facultas cognoscendi de aliqua causa, censetur etiam, data potestas recipiendi probationes circa illam causam, vt probat Farinacius, *in decis. criminal. cons. 76. & leg. vlt. cum Glossa, in verb. relationes.* Ambrosinus,

cap. 11.

cap. 11. num. 3. Ergo Episcopus, vel eius deputatus debet recipere probationes. Ita Bonacina, *de praecep. disp. 3. quaest. 7. pun. 5. §. 7. num. 3.* & alij.

Dubitatur Tertiò: An Iudex saecularis teneatur restituere reum Ecclesiae, si constat, illum non commisisse delictum, in Bulla Gregorij XIV. exceptum?

19 AFfirmatiuè respondetur. Ratio est: quia tali delinquenti vere debebatur immunitas; & per errorem, qui in huiusmodi imperfecta cognitione facile interuenire potest, ab ea exclusus, traditus est Curiae saeculari. Constat autem postea iniustam à parte rei fuisse illam Episcopi sententiam, & consequenter constat debitam esse illi immunitatẽ; ergo dum res integra est, & immunitas illi seruari potest, seruanda est. Ita Diana, *part. 4. tract. 1. resolut. 97.* & Antonius de Marinis, *resolut. quotidiano tom. p. cap. 275. à num. 2.* Et ita dicendum est, quando extractio fieret cum licentia Episcopi, existimantis reum, ob qualitatem delicti, extrahendum esse: nam si postea apparuerit, qualitatem illam non esse veram, reponendus erit ad Ecclesiam. Ita Diana.

20 Quod verò detur Appellatio à sententia Episcopi declarantis, reum non gaudere, negant Guazzinus, *de modo defendend. reos tit. 1. defens. 1. cap. 3. num. 11.* & Bonacina, *de praecep. disp. 2. quaest. 7. pun. 7. num. 11.* Secus, si sit lata sententia in fauorem rei: Sed etiam in tali casu appellationẽ non competere, tradit Peregrinus, *de immunit. cap. 16. num. 23.* Verum cum Bonacina, consentit Farinacius, *in appendic. cap. 17. num. 273.* & Alphonsus de Leone, *de offic. & potest. confess. resol. 4. fol. 330. colum. 1. circa finem.* & videtur consentire Diana, *part. 4. tract. 1. resolut. 97. in fine.*

An Iudex, qui non mandauit extrahere reum vi, & dolo, teneatur restituere reum in Ecclesia, an vero possit cogi contra illum?

Dub. 4.

21 NEgatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia Iudex extra locum sacrum illum inuenit, & ibi incipit exercere iurisdictionem suam; & ideò non violat immunitatem: neque ipse tenetur, reum restituere Ecclesiae. Alter vero, qui illum extraxit, tenebitur restituere: quod si iam non potest, est per accidens, & satisfacit, restituendo expẽsas, & damna, prout poterit. Ita Sanfelicius, *to. 2. decis. 86. num. 5.* Suarez, *to. 1. de relig. lib. 3. tract. 2. cap. 13. nu. 17. & 19.*

22 Secunda opinio ait: Non posse Iudicem aduersus talem procedere, sed debere restituere reum in Ecclesia. Ratio est: quia illa extractio est violenta: sed omnis extractio violenta, est nulla, & Reo praeiudicare non potest: Aliàs facilè possent Iudices, confugientes ad Ecclesiam, capare, & punire, si per vim ab alijs extractos licite capere, & punire possent: ergo, &c. Tum quia, vt iudex secularis incurrat in excommunicationem, sufficit, si scienter detineat incarcere, vel condemnet eum, qui etiam sinè suo mandato, vel à Satellitibus, vel ab alijs fuerit extractus ab Ecclesia: quia illa extractio irrita fuit, & nulla: ergo extractus illicitè, nec iuridice potuit à Iudice laico incarcerari, quamdiu per extractum non fietit, nec illicò sacro reponeretur. Adde, quod Gregorius XIV. in sua Constitutione interdixit illas actiones per particulam (*Vel*) quae est alternatiua, ibi: *Capere, extrahere, aut carcerare.* Ita Bonac. *de precept. disp. 3. quaest. 7. pun. 9. num. 10.* Alphonsus de Leone, *de offic. & potest. confess. recoll. 4. fol. 3. colum. 1. versic. Tamen stilla.* Diana *part. 1. tract. 1. resolut. 16. & part. 4. tract. 1. resolut. 202. & part. 9. tract. 7. resol. 6.* Valentia, *to. 3. disp. 6. quaest. 15. pun. 1. ad 2.* Genuens. *in prax. cap. 17. num. 6.* Peregrinus, *de immunit. cap. 14. num. 10.* Palaus, *to. 2. tract. 11. disp. unica pun. 11. num. 2.* Trullench. *to. 1. decalog. lib. 1. cap. 1. dub. 1. num. 14.* & alij.

Inferens aliquid damni existenti in Ecclesia, ad quam confugit, si dicta damni illatio non potest reduci ad attentationem extractionis, vt arbitror accidere, quotiescumque prohiberentur ei alimenta, aliaque, ad vitae substentationem necessaria, tantum inferentes, vt supra; aliquid damni refugiato in Ecclesia, peccare grauiter, aliasque poenas, pro sacrilegio impositas, incurrere; inter quas vna est, quod possint excommunicari, *can. quisquis 17. quaest. 4.* non tamen incurrere ipso facto excommunicationẽ ait Alphonsus de Leone, *de potest. confes. recollect.*

recollection. 4. fol. 322. colum. 1. circa medium.

An Reus amittat immunitatem Ecclesiasticam, si deceptus fuit sub dolis, verbis, & fallacijs ad egrediendum ab Ecclesia, vt Iudex possit illum punire? Dub. 5.

24 PRima opinio negat: Reum amittere immunitatem. Sic Bobadilla, *in polit. to. 1. lib. 2. cap. 14. num.* 10. Viladegio, *in polit. cap. 3 num.* 221. Megola, *in 3. par. lib. 4. cap. 2. quæst. 1. num. 32.* Mastrill. *lib. 2. decis. 169 num. 12.* qui dicit: Hæc sententia, in fauorem Ecclesiæ amplectenda videtur.

25 Secunda opinio affirmat: Reum amittere immunitatem, si blanditijs, & promissionibus, sinè coactione è loco sacro, ad exeundum eliceatur, & extra eam capiatur: modo non sit ei promissa impunitas, aut restitutio in eumdem locum: quibus casibus illi fides data, est seruanda. Ita Bonacina, *de præcep. disp. 3. quæst. 7. § 2. num.* 10. Filliucius, *tom. 1. tract. 15. cap. 6. num.* 154. Duardus, *in bull. cœnæ lib. sec. can. 15 quæst. 6. num. 34.* Fagundez, *de præcep. Ecclesi. tract. 2. lib. 4. cap. 4. num. 56.* Diana, *part. 1. tract. . resolut. 26.* Alphonsus de Leone, *de offic. & potest. recol. 4. fol. 317. col. 2.* & alij: quia hic non dicitur capi in loco sacro, nec fit violentia reo, qui capitur: immunitas autem violatur per violentam extractionem, quod non est in casu nostro.

26 Vndè bene subdunt Bonacina, & Alphonsus de Leone locis citatis: quod is, qui fuit dolo extractus, cum promissione impunitatis, aut restitutionis in eodem loco (quam promissionem non potest facere, nisi Iudex, aut Minister iustitiæ) sit illi fides seruanda; alioquin grauis ei fieret iniuria. Qui & si non declarat, an tales incurrāt excommunicationem eo tempore, quo fuit præscriptum, ad concedendam impunitatem, vel ad restitutionem faciendam; tamen dicendum est, illos incidere: quia aliàs dolus illis patrocinaretur, contra regulam Textus, *in cap. postulastis de conceß. præbend. cum concordantibus.* (Quicquid Fagundez, *in lib. 4. de præcep. Decalog. cap. 4 num. 56. & 58.* dicat, quod & si ita reum abducentes, tenentur illi fidem seruare, tamen quod non committant sacrilegiū ex quo non extrahuntur violenter.) Et ita docet Palaus, *to. 2. de reuerent. debi. ta in locis sacris, disp. vnic. p. 1. num. 3 ad finem.* & Nouarius, *num.* 41. ex quo dolus causat inuoluntariū, & per consequens habetur, ac si fuisset talis extractus, dum ei non seruatur fides promissa.

27 Nota. Ille, qui in Ecclesia captus fuit, & in carcere Curiæ sæcularis, nomine Episcopi, detineatur, donec cognoscetur, an reus gaudeat immunitate: si à dicto carcere aufugiat, absque Superioris sæcularis culpa, & postea iterum fuerit captus extra locum sacrum, ad quem poterat redire, & non redit; non gaudet dicta immunitate: & absque alia sententia Episcopi circa primam causam carcerationis, posset procedere Iudex sæcularis. Ita Alphonsus de Leone, *de offic. & potest. confess. recollect. 4. fol. 318. versic. alium casum.*

28 Et ita dicendum est de illo, qui fuit extractus absque licentia Episcopi, qui carcerem fregerit, & cum bannitis in campanea versatus fuit, ac denuo à Curia sæculari captus: quia cum potuit in Ecclesia iterum se recipere, non fecit. Ita Alphonsus de Leone loco citato.

An comprehensus extra locum sacrum, si per illum deducatur ad carcerem, vel ad supplicium, & ad mortem, trahatur per aliquam Ecclesiam, gaudeat immunitate? Dub. 6.

29 NEgatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est, quia Ecclesia non recipit eum liberum, sed captum, & Ecclesia tenetur confugiētem ad eam, sed iste non confugit, sed ductus est. Tum quia talis reus liber in Ecclesia non fuit ingressus: ergo immunitate non gaudebit. Ita Archidiaconus, *in cap. sicut antiquitas 17 quæst. 4.* Ambrosinus, *de immun. Ecclesi. cap. 10 num.* 10. Bobadilla, *in polit. to. 1. lib. 2. cap. 14. num* 16. Tannerus, *2. 2. di. p. 5 quæst. 8 dub. 1. nu.* 17. Bonacina, *de præcep. disp. 3. quæst. 7 pun. 5. §. 2. num.* 10. Boetius, *decis.* 178. Alphonsus de Leone, *de offic. & potest. confess. recollec. 4. col. 1 circa medium.* Naldus, *v. Ecclesia num. 6.* & alij.

30 Secunda opinio affirmat. Ita Io. Visch. *de immunit. Ecclesi. num. 25. versic. quid si aliquis videtur.* Megola, *consi. 46. per totum.* Nauarrus, *in manual. cap. 25. num. 19.* Germori, *de immun. lib. 3. cap. 16. nu* 35.

35. & alij, apud quas rationes inuenies.

31 Tertia opinio distinguit, vel carceratus ducitur per Ecclesiam ex necessitate, quia ex alio loco transire non potest, & in hoc casu procedit prima opinio. Vel voluntarie, & sine necessitate per Ecclesiam ductus fuit: & in hoc casu, secunda opinio sequenda est. Ita Peregrinus, *de immun. cap. 5. num* 8.

An Ministri laicales possint auferre Reo in Ecclesia arma prohibita? Dub. 7.

32 NEgatiuè respondet prima opinio. Ita Farinacius, *de immunit Eccles cap.* 16. *num.* 348. qui ait, contrariam sententiam procedere de iure ciuili, non autem de iure canonico: quia *in cap.* 1. *extra de immun. Eccles & cap.* 2. *eodem titulo in* 6 expresse prohibetur Iudicibus secularibus, aliquam iurisdictionem in Ecclesia exercere. Et ita Peregrinus, *de immun. Eccl. cap.* 13 *num.* 5. qui aliam rationem adducit: nam sicut reus non potest extrahi per iudicem laicum ab Ecclesia, etiam a casibus exceptis, sinè licentia Episcopi, vel eius officialis, vt determinat Gregorius XIV. in hac constitutione, ita quoque nõ potest iudex laicus illum armis expoliare in Ecclesia absque licentia Episcopi: quia accessorium sequitur naturam sui principalis. Et ita Diana, *part.* 1 *tract.* 1 *resol.* 8.

33 Secunda opinio affirmat. Ita Couarr. *lib.* 1 *var. cap.* 20 *num.* 12. Ioa. del Cruz, *in direct conscient. par.* 1 *pracep* 8. *quast.* 3 *artic* 1 *dub* 1. *conclus.* 3. Graffius, *tom. p. lib.* 4 *cons unico num.* 19 *de immun Eccl.* Suarez, *to p. de relig. tract.* 2. *lib.* 3. *cap.* 13 *num.* 3. Fagundez, *de pracep. Eccles part.* 2. *lib* 4 *cap* 4 *num.* 55. Portella, *in dub. regul. v. Eccles. immun. num* 15. & alij.

An aliquis, fugiens à Satellitibus incubiculũ ęgrotantis vbi Sacerdos cũ Sãctiss Sacram. aduenisset; & ibi à dictis biritiatibus comprehensus sit, antequã Sacerdote tangeret, gaudeat immunitate Ecclesiarum? Dub. 8.

34 CLarum est apud omnes: Reum, tangẽtem Sacerdotem, qui Eucharistiã deferret, gaudere immunitate Ecclesię, neque capi posse, & si capiatur, restituẽdus erit. Ratio est: quia hoc dignissimũ Sacramentum potissima causa est, vt Ecclesijs immunitas concessa sit: ergo multo magis debet ipsum eamdem deferre immunitatem. Ita Alphonsus de Leone, *de offic. & potest. confess recollect.* 4 *fol.* 318 *col. sec. in princip. versic. qui etiã extendunt.* Layman, *in Theolog. moral. lib* 4 *tract.* 9 *cap.* 3 *num.* 4. Panormitanus, *in cap. Sacra num. sec. de celebrat missar.* Siluester, *v. immunitas* 3. *quęst p.* Bobadilla, *polit. to p lib. sec cap.* 14. *num* 86. qui in Glossa citat 30. Doctores. Raphael della Torre, *to.* 1. *in* 2. 2. *qq artic* 3. *disp.* 7. Miranda, *de ordin iudic to p. quęst.* 15 *art.* 5 *concl. sec.* Tannerus, 2. 2. *disp* 5. *quęst.* 8. *dub. p. num* 14 Megala, *in* 3 *par. lib.* 4 *cap. sec. quęst p. num* 38. Ceuallos, *tract de cognit. per viam violent. part sec. quęst.* 42 *per tot.* Cænedo, *in qq. canon. quęst* 42. *num.* 13. Graffius, *par. sec. decis lib. p. cap. p num* 32. Rodoriquez, *to p sum. cap.* 155. *num p.* Ambrosinus, *de immun. Eccles. cap.* 10. *num* 9 Gambacurta, *de immun. lib* 4. *cap.* 6. *num* 4. Angelus, *v. immunitas, quęst* 28. Diana, *par p tract p. resolut.* 28. Emanuel Sà, *v. Ecclesię immunitas, num. p.* & communiter Doctores.

35 Difficultas est, quando Reus non potest tangere Sacerdotem, sed solum intrare incubiculum, vbi Sacerdos cum Sanctissimo Sacramẽto extabat pro comunicando infirmo, an iste gaudeat immunitate Ecclesiarum? Glossa, *in cap. quęsitum* 13 *quęst sec.* & Bonacina, *de precep. disp* 3 *quęst.* 7. *pun.* 5. *§* 2. *num.* 11. dicunt, capi non posse ob reuerentiam iure Diuino debitam Corpori Christi: tamen si capiatur, in rigore loquendo non violatur immunitas Ecclesiastica, nec Reus tunc captus videtur restituendus. Quorum ratio est: quia priuilegia non debent ad aliud trahi per consequentiam: quamuis enim multa priuilegia concedantur locis sacris intuitu Eucharistiæ, nullibi tamen priuilegium immunitatis concessum reperitur Eucharistiæ extra Ecclesias.

36 Alij verò dicunt, dictum Reum in illo cubiculo gaudere immunitate: & Satellites illum comprehendendo, incensuras bullæ incidere: & Iudicem debere illum Ecclesiæ restituere: nam locus, in quo actu est Corpus Christi, quamuis in transitu, vt est in casu nostro, gaudet immunitate, & illam alteri præbet. Ita Diana, *par.* 1. *tract.* 1 *resol.* 28 *in medio.* & Suarez, *to. p. tract. sec. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 10 *in fine.*

Et

37 Et non solum putat Diana, in hoc casu gaudere immunitate, sed etiam per plateas ciuitatis, quando fugiens à Satellitibus se immisceret inter illas personas, quæ associant Venerabile Sacramentum Eucharistiæ: etiam si non tangeret Sacerdotem, vel hastam baldachini: quia omnes illę personæ vna cum Sacerdote, gestante Sanctissimum Sacramentum, repręsentant vnam Ecclesiam. Et ita Peregrinus, *de immunitat. Eccles. cap. 4. num. 19.* & Marius Italia, *de immu. lib. 1. cap. 4. §. 10. num 8.*

An Reus, confugiens ad Reliquias Sanctorum, vel ad eorum immagines, quæ per plateas processionaliter circumferuntur, gaudeat immunitate Ecclesiastica? & quid, si appræhendat Sacerdotem? Dub. 9.

37 Correa, *in relect. ad cap. inter alia, de immunitat. Eccles. part 2. num. 25.* affirmat, & probat ex ratione, ob quam seruatur immunitas Ecclesiæ; quia est propter honorem, & reuerentiam, debitam Deo: atqui eadem reuerentia, & honor consideratur in Reliquis Sanctorum, & eorum immaginibus, nec non B. Virginis, quando illis conceditur hęc immunitas: ergo non est dubium illam habere. Minor probatur, quia honor, & reuerentia, præstita Sanctis, pertinet ad Religione, cultumque Dei: Deus enim in sanctis suis honoratur, & colitur in ipsis; honorantur namque Sancti, tamquam chari, & amici Dei. Vndè sicut honor, qui domesticis, consiliariis, filiis, amicis, & Ministris Principũ defertur ipsis Principibus defertur: ita similiter honor exhibitus Sãctis, Deo exhibetur. Probat pręterea, ex Gambac. *lib. 3. de immun. c. 4. n. 15.* vbi latè probat Ecclesiã, fundatã sub nomine alicuius Sancti, vel B. Virginis, parem habere immunitatem, ac si dicata fuisset nomine Christi.

38 Et quod dicit Correa de Reliquiis, & Imaginibus, dicendum putat de persona Sacerdotis; ita vt, qui illam apprehẽderit, immunis exeat: quia cum Sacerdotes ministri sunt Christi, & eius vicem in terris gerant, seruato illis honore, ide, & Deo seruatur. Sed verum est dicere seruari honorem, immunitatem præstando: ergo eam habebunt. Deindè, quia si Ecclesia ex eo habet immunitatem, quod cultui diuino deputata est, & ad hoc vt in illa diuina officia celebrentur, potiori iure Sacerdotes eamdem debent habere: siquidem non solum Dei ministro dicantur, vt Ecclesiæ, sed ipsum Deum manibus suis tractant, & fiũt Dei sacrificiũ: ergo nõ est cur dicatur, illos immunitatem pręstare nõ posse.

39 Hanc verò opinionem non admittit Diana, *part 4. tract. 1. resolut. 48. in fine.* qui ait: Verum, vt fateor, iura loquuntur tantum de Ecclesiis: & Doctores tantum de Sacerdote, Eucharistiam deferente. Neque Bonacina, *de pręcept disp. 3. quęstion. 7 pun 5. §. 2. num 11. in fine.* sed solum vbi adest consuetudo, qui ait: Immò alicui consuetudine receptum esse audiui, vt amplectens Sacerdotem, quicumque ille sit, etiam si Eucharistiam non deferat, tutus sit, nec in carcere conijci posse: & hanc opinionem docet etiam Alphonsus de Leone, *de offic. & potest confess. recollect. 4. fol. 108 colum 2. vers. Defugiente ad sanctorũ immagines.*

An Campanile gaudeat immunitate Ecclesiastica, quamuis sit ab Ecclesia distinctum? Dub. 10.

40 Prima opinio ait: Non solum quando Campanile est adiunctum Ecclesiæ, verùm etiam, quando est diuisum ab Ecclesiã gaudet immunitate Ecclesiarum: quia sicut palatium Episcopi licet sit diuisum ab Ecclesia, gaudet immunitate: ita dicendum est de Campanile, cum habeat plus spiritualitatis, quam palatium Episcopi, dum ibi ad sunt campanę, oleo Sanctissimo consecratæ, & exercẽtur opera pia, quando pulsantur in Dei honorem, & vulgo appellatur Turris Sacra. Ita Antonius Nouarius, *in sum. bullar. tit. de immunit. num. 26.*

41 Alij verò negant, & tãtum admittunt, quando Campanile disiunctum ab Ecclesiã esset 30 passus: & hoc ex declaratione Sacræ Congregationis, die 7. Decembris 1632. ibi. Immunitate gaudet turrigia, siuè Campana Ecclesiæ, ab ea tamen distans, sed intra triginta passus, quæ solummodo inseruit pro seruitio Ecclesiæ. Ita Alphonsus de Leone, *de offic. & potest. confess. Recoll. 4. fol. 318. col. 2. circa finem.* Barbosa, *in collect. Bullar. & decretor. v. Eccles.* & Diana, *part. 4. trac. 1. resolut. 108.*

42 Ad exemplũ palatij Episcopi respõdet Diana, quod ad illud extenditur immunitas,

nitas, non ratione loci, sed ratione personæ, & dignitatis Episcopalis: & ideò quis distet longissimè ab Ecclesia, gaudet immunitate, quāuis in eo nō adsit oratoriū, in quo sacrificiū missæ celebratur.

43 Ad id verò quod asseritur, quod in Campanile exercentur opera pia, quando pulsantur campanæ, in Dei honorem. Respondet Diana, quod non omnia loca, in quo exercentur opera pia, gaudent immunitate: nam in Oratorijs priuatis domorum celebratur sacrificiū missæ, & in illis sæculares confitentur, & Eucharistiam accipiunt; & tamen, vt patet, non gaudent immunitate, vt determinauit Sacra Congregatio Episcop. die 17. Nouembris 1617. & Congregatio immunitatis die 9. Decembris 1631.

44 Gaudet tamen Cœmmeterium disiunctum, & separatum ab Ecclesia: quia eo ipso, quod sepulturę fidelium destinatum est, præsumitur benedictum esse & auctoritate Episcopi sacratum. Ita Palaus, *to. 1. disp. vn. de immuni. Ecclesi. pu. 6. n. 16* Diana, *pa. 4 tr. 1. resol. 108. circa fin.*

An palatia Episcoporum gaudeant immunitate Ecclesiastica? Dub. 11.

45 AFfirmatiuè respondet communis opinio Doctorum, quibus adscribuntur Layman, *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 9. cap. 3. num. 3. versic. Tertio.* Bonacina, *de præcep. disp. 3. quæst. 7. § 2. num. 8.* Decianus, *cap. 25. num. 14.* Ambrosinus, *de immunit. Eccles. cap. 10. num. 3.* & hoc, *ex cap. constituimus. 17 quæst. 4.*

46 Limitant aliqui hāc communem sententiam: dummodo quod palatium Episcopi constructum sit intra quadraginta passus Ecclesiæ suæ. Quorum ratio est: quia immunitas conceditur palatio Episcopi, ratione loci sacri, non est autem locus sacer, si ab Ecclesia distet vltra quadraginta passus. Tum quia domus Episcopi non debet ab Ecclesia distare, *cap. Episcopo, de consecrat. dist. 3. & cap. Episcopus, vil. 41. dist.* si ergo vltra quadraginta passus distet, non debet priuilegio immunitatis gaudere. Ita præter Bonacinam, Layman, Ambrosinum, & Decianum, docent Alphonsus de Leone, *de offic. & potest. confess. recollect. 4. fol. 318. col. 2 circa medium.* Bobadilla, *in polit. to. 2. lib. 2. cap. 14. num. 18 in glossa, litt. C.* Eliseus Danza, *in pugna Doctorum cap. 2. de immunit. Eccles. num. 1.* Farinacius, *quæst. 28. nu. 12.* & alij. Vndè, secundum hanc opinionem, quando palatium Episcopi erit intra 40 passus ab Ecclesia Matrice, gaudet immunitate: non autem erit vltra dictos passus. Concedit tamen hęc opinio, quando in palatio Episcopi constitutum fit Oratorium, in quo diuina celebrantur: tunc censetur locus sacer, & immunitate gaudet.

46 Sed hęc limitatio non est admittenda, dicunt Doctores citandi. Quorum ratio est: quia hæc immunitas concessa est, ratione dignitatis personæ Episcopalis, propter sanctitatem muneris, & dignitatis: sicut tota familia Episcopi, licet laica, gaudet, intuitu eius, priuilegio fori: ita dicendum est absolutè palatium Episcopi, siuè cū Cappella, siuè sinè Cappella, siuè intra quadraginta passus, siuè extra, gaudere ea immunitate, qua gaudet sponsa eius Ecclesia. Tum quia iura, & Canones, indistinctè domui Episcopi immunitatem concedunt: ergo non est restringenda ad palatia, Oratorium habentia. Ita Peregrinus, *de immun. cap. 4. num. 69.* Megala, *in 3. part. lib. 4. cap. 2. q. 1. num. 46.* Franciscus Leo, *in Thesaur. fori Eccles. par. 1 cap. 13. num. 14.* Gambacurta, *de immun. lib. 4 cap. 3. num. 7* Azorius, *part. 2 lib. 9 cap. 8 q. 5.* Marius Italia, *de immun. lib. 1. cap. 4. § 9. nu. 1.* Anastasius Germanius, *de immunit. Sanct. templ. lib. 3. cap. 16. num. 45* Giurba, *cons. 10. num. 13.* Diana, *part. 1 tract. 1. resol. 27. & par. 4 tr. 1 resol. 46. & part. 6. tract. 1. resol. 4.* Carlin. *cap. 10 & cap. 116. nu. 16.* Ludouicus Correa, *in relect. de immunit. Eccles. part. 2. quæst. 8 num. 19* Bellectus, *in disqu. cleric. part. 1. tit. de fauore cleric. real. § 4. nu. 35.* Alzedo, *in prax. Episcop. part. 2. cap. 12. n. 77.* Gauant. *in Encheridion. Episcop. verf. Immunitas Ecclesiastica n. 10.* Dominicus Tassonus, *in pragmat. de antifat. vers. 13 obseru. 3. num. 31.* Nouarius, *in sum. bullar. tit. de immun. Eccles. nu. 10.* Suarez *cap. 8 nu. 9* & alij. Immò aliqui extēdunt hoc, ad palatia Episcoporum, etiam ipso mortuo, vel absente, dummodo nō fuissent alteri locata.

47 Non tamen palatia Episcoporum extra diœcesim gaudent immunitate. Ratio est: quia Episcopus extra suam diœcesim, nullam habet authoritatem, nec pontificia exerceri potest. Ita Marius Ital. *lib. 1. cap. 4. §. 9. n. 19* Peregrin. *de immun. Eccl. cap. 4. n. 23.* Antonius de Marinis, & alij, quidquid in contrarium docet Marius Alzedo, *in prax. part. 1 cap. 6 num. 11.*

An

An Palatia Eminentissimorum Cardinalium, gaudeant immunitate Ecclesiarum? Dub. 12.

48 DVardus, *in exposit. bull cœnę lib. 2. can. 15. quęst. 6 nu. 12.* negat: quia putat hoc priuilegium illis reuocatum fuisse à Gregorio XIV. & Sixto V.

49 Alij verò dicunt: Palatia Eminentissimorum Cardinalium gaudere in locis extra Vrbem Romæ: quia tale priuilegium nō fuit illis simpliciter sublatum, sed tantum pro Vrbe Romę: & cum causæ aliquæ militant extra dictam Vrbem, dicendum est, in alijs locis, vel saltem extra statum Ecclesiasticum, Reos ad supradicta palatia confugientes, gaudere. Ita Diana, *part. p tract p. resol* 17. *& part. 4. tract. p. resol* 40. *in fine.* Antonius de Marinis, *quotid resol. cap* 180 *nu.* 12. Marius Ital. *lib p. cap* 4. § 9 *num.* 21 *&* 23. Peregrinus, *de immun Eccles cap. 4. num.* 75. *in fine,* & alij.

An Clerici gaudeant immunitate Ecclesiarum? Dub. 13.

50 NEgatiuè respondet prima opinio; etiam in illis casibus, in quibus laici extrahi non possunt à Iudice sæculari. Cuius ratio est: quia leges ciuiles loquuntur tantum de laicis, ne extrahantur ab Ecclesia: nam Clerici extrahi non possunt à laicis. Canonica verò iura, licèt non distinguant inter Clericos, & laicos, tamen videntur, & ipsa respexisse tantum laicos, non Clericos: nam omnia iura canonica videntur loqui, quod Ecclesiastici Iudices debent impetrare à sęcularibus, ne ipsos condemnent morti; non enim dicunt, quod debeant indulgere; quod fecissent, si loquerentur de Clericis, quorum punitio spectat ad ipsos. *cap cum ab Ecclesiarum Prẹlatis, de offic. ordinar.* Idem videtur velle, *cap. reum, & cap. id constituimus 17. quęst. 4.* cum similibus. Tum quia Episcopi, Clericos, & Abbates, Religiosos, castigant, verberant, & puniunt in Ecclesijs, & Monasterijs, vt habetur, *in cap. vniuersitatis de sent. excomm & cap. final. de regul.* & de Episcopo condemnante in Ecclesia, & tenente carceres in suo palatio, traditur, *in cap. prẹceptum 3. quęst. 2. & cap. quia frante de appellat.* Ergo, si in Ecclesijs castigant, possunt consequenter ex illis extrahere ad castigandum. Ita Alphonsus de Leone, *de offic. et potest. confess recoll 4. fol.* 19 *col. sec circa medium.* Layman, *in Theolog moral. lib 4 tract 9. cap 3. num.* 11. Vald. *de g. insol. cap. 3. num.* 23. Gutierez, *pract qq lib 3. quęst. 3 num p.* Panormitanus, *in cap inter alia, num. 13. de immunit. Eccles.* Bellectus, *in disq cleric. par. p. tit* 3. § 15. *nu p.* Genuens. *in prax. cap. 17 num.* 11 Tannerus, *2. 2. disp. 5 quęst 8. dub p. num.* 10. Peregrinus, *de immun. Eccles cap.* 12 *num.* 3 Megola, *in 3. par. lib. 4. cap. sec nu.* 34 Bonacina, *de prẹcep disp. 3 quęst 7.* § 3. *nu.* 7. Fagundez, *de prẹcep Eccles tract sec lib. 4 cap. 4. num.* 52. Suarez, *to. p. de Relig. lib. 3. cap* 10 *nu* 6. Lopez. *par sec cap.* 285 Azorius, *par s. c. lib* 9 *cap.* 9 *q* 9. Portell. *in dub regul. v. Eccles immunit. num* 1 Homobonus, *de exam Eccles part sec. tract.* 11. *cap.* 12. *q* 16. *suppos* 3. Nauarrus, *cap.* 25. *num.* 1. *&* 22. Remigius, *de immun Eccles fallent tract* 21 Naldus, *v. Eccles nu.* 7. Hieronymus Rodoriquez, *in comp qq. regul resol* 56. *num* 5. & alij.

51 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia omnes leges ciuiles, & Canonicæ, & quibus immunitas Ecclesijs conceditur, quæ generaliter loquuntur, & indiffinite, confugientem ad Ecclesiam tutum esse volunt: neque distingunt clericum à laico; ergo generaliter intelligendę sunt, *leg. de prętio ff. de publicat.* Tum quia, maior est ratio in Clerico, nè extrahatur, quam in laico: quia Ecclesia est propria domus Clerici: ergo ab ea non debet inuitus extrahi, *leg. plerisq. ff. de in ius voc.* Tum quia tale priuilegiū immunitatis concessum est loco, vt tradit Bologninus, *de indulg. col 3. versic. hac etiam.* & Baldus, *in cap. p. col. 3 versic. & si priuilegium de rescrip.* Vndè cōsuluit, priuilegium, concessum patriæ, comprehēdit etiam clericos: ergo debet esse generale omnibus, in eodem loco existentibus, cuiuscumque sint conditionis: quia talis est natura priuilegij concessi loco, vt notatur, *in leg. vlt ff. de testam. milit.* & tradunt Bartol. *in leg final C de test & in leg. p. C de sum Trinit* & Baldus, *in leg. si non specialis C. de testam.* Tum quia, *in cap. nullus clericorum 17. quęst.* 14. dicitur: Nullus clericorum seruum, aut discipulum suum, fugientem ad Ecclesiam, extrahere audeat, vel flagellare præsumat: ergo multo minus clericus ab Ecclesia extrahi poterit. Ita Innoc. *cap. inter alia, de immunit.* vbi Cardinal. *quęst. 6.*

Iiii 2

quaest 6. Ambrosinus, *de immun. Eccles. cap 12 per totum* Zerola, *in sua praxi v. immunitas versic* 8. Salgado, *de protect. Regia to 2 par. 1 cap. 4 num* 115. Roman. *consil. 228. quod incipit spectaculis Domini & in consil. 234.* Diana, *part p. tract p. resol 24.* Diaz. *in pract. criminal cap. 123. in fin* clar. *in prax § fin. quaest. 20. nu* 16. Decianus, *to. p. lib 6 cap. 26 num.* 1 Ioan. Maria Monticellus, *in sua prax. pract criminal. regul 12 num.* 18 Couarruu. *lib. 2. var. cap. 20 num.* 16. Bobadilla, *in polit. to. 1. lib 2. cap 14 num 57. in Glossa litt. P.* Farinac. *tit. de carcerat. quaest.* 8. *num.* 7. Duardus, *in bull coenae lib. 2 can. 15. quaest. 16. num.* 13. Cenedo, *in suis quaest. canon. quaest. 42 per totum* Gammacurta, *de immun lib 4 cap 11. num* 8 & alij.

Quid dicendum de Religiosis? An gaudeant dicta immunitate: ita vt eorum superiores non possint illos extrahere, si nolint, ab Ecclesijs? & quid si delinquant in proprijs monasterijs?

52 NEgatiuè respondet prima opinio: quia alias immunitas Ecclesiastica praeiudicaret iurisdictioni Ecclesiasticae, quod non est asserendum. Tum quia si Clerici gaudere debent immunitate Ecclesiarum, sequitur quod Religiosi vmquam possent in carcerem detrudi à suis Praelatis, cum semper sint in Monasterio, quod gaudet hac immunitate: sed hoc asserere est absurdum: ergo neque clerici, neque Religiosi immunitate Ecclesiarum gaudere debent. Ita Alphonsus de Leone, *de offic. & potest. confess recoll. 4 fol 319 col p. circa medium* Fagundez, *de praecep Eccles tract 1. lib. 4. cap 4. num. 52.* Suarez, *to. p. de relig tract. sec. lib. 3. cap. 10. num 6* Peregrinus, *de immunit. cap 12 num 3. dub 3 op. sec. arg. 1.* Naldus, *v. Eccles num. 7* Hieronymus Rodoriqu. *in comp. qq. regul. resol 56. num. 5.* & alij.

53 Secunda opinio affirmat: quia eadem est ratio de Clericis, ac Religiosis: & ideò licet illis, ad euitandas delictorum suorum iudiciales poenas, ad Ecclesias, & monasteria confugere: & sunt ab Ecclesia defendendi: Nec existimat haec opinio satis esse consuetudinem: quia, probetur, eos non solere ad Ecclesias confugere, propterea immunitate careant: sicut nil valeret, si probaretur idem de laicis: non enim propterea quod nullus laicus per multos annos ad Ecclesiam confugit; ideò mihi non proderit, si voluero confugere: sed probare necesse est consuetudinem: quia Clerici, seu Religiosi ad Ecclesiam confugientes, numquã in ea, ad immunitatem admissi sunt. Ita Gambacurta, *lib. 4. cap. 11. num.* 10. & Petrus Cenedo, *in qq canon quaest, 42.*

54 Et quamuis haec opinio (stando in rigore iuris, & praecipuè in terminis Bullae Gregorij XIV.) vera sit, tamen ex receptã consuetudine, à Summo Pontifice probata, contrarium dicendum est. Dixi, *approbata à Summo Pontifice*: quia non praeualet aduersus hanc immunitatem, nisi Pontificum interueniat consensus, quem in nostro casu interuenire potest. Nam Summi Pontifices quotidie ex appellatione causarum ad Sacrã Congregationem, vel ad ipsos de causis Regularibus, vident eorum Superiores, aduersus illos processus formare, & sententiam ferre de delictis, intra Monasterium commissis: de quibus (stante contraria opinione) gaudent dicti regulares criminosi Ecclesiae immunitate: & tamẽ non reclamant: neq; supradicti Superiores, tamquam violatores immunitatis Ecclesiarum, seuerè, vt deberent facere, puniuntur. Immò tales processus, & sententias confirmant: ergo praebent illis, in huiusmodi casibus, iurisdictionẽ, non obstante aliquo Canone, & Bulla Gregoriana contrarium determinare. Ita Diana, *part. p. tract. p. resolut.* 25. & Alphonsus de Leone, *de offic. & potest. confess. recoll. 4. fol. 319 col. p post medium.*

An deflorantes Moniales, gaudeant immunitate Ecclesiastica? Dub. 14.

55 NEgatiuè respondet prima opinio. Ita Barbosa, *in ordin. ad lusitan. to. 2. lib. 2. tit. 5. §. 2. num.* 3. & Ludouicus Correa, *in relat. ad cap. inter alia, de immunit. Eccles. part. 3. num.* 6.

56 Secunda opinio, quae est vera: affirmat, & hoc, non solum ex iure canonico, vt docent Hostiens, Archidiaconus, Bellamera, Abbas, & omnes Canonistae, quos adducit, & sequitur Fagundez, *part. 2. lib. 4. cap. 4. num* 47. & ita Farinacius, *in append. de immunit. cap. 6 num* 88. Tuschus *versicul. Ecclesi. conclus.* 11. 35. & 36. Gutierez, *pract. qq. lib. 3. quaest quint.* & alij. Rerum etiam (stante constitutione Gregorij XIV.) Raptores virginum, & defloratores monialium gaudere immunitate

nitate Ecclesiarum: quia supradicti casus non sunt inter exceptuatos à Pontifice in dicta Bulla: ergo debent gaudere immunitate. Etiam si Reus deflorasset Monialem in ipsa Ecclesia monasterij: nam in Bulla exceptuantur tantum homicidium, & mutilatio membrorum, facta in Ecclesijs: ergo alia delicta, in illis perpetrata, licèt enormissima sint, gaudebant eorum immunitate. Ita Diana, *part. p. tract. p. resolut. sec. & part. 4 tract. p. resolut. 3. & part. 6 tract. p. resol.* 14 Portella, *in dub. regul. v. Ecclesia immunit. nu.* 15. Bonacina, *de præcep. disp. 3 quæst. 7. §. 4. num.* 12. & alij.

57 Vndè adulterum existente in loco sacro, capi non posse à Iudice sæculari: quia iniure non priuatur immunitate. Et quamuis adulteriũ grauius sit latrocinio, secundum se spectato: tamen in hac materia non est facienda extentio ab vno, ad alium casum, ob pœnam, vel maiorem rationem. Tum quia Gregorius XIV. dum in sua constitutione excipit ab immunitate non nullos casus, dicit, se velle omnes ad vnam tantum formam reuocare; particula autem, *tantum*, cum sit taxatiua, non admittit extensionem ad alios casus, vltra exemptos. Ita Bonacina, *de præcep disp. 3. quæst. 7. § 4. num.* 4. Farinacius, *consil. 76. num.* 13. Ambrosinus, *de immunit. cap. p. num.* 14. Franciscus Leo, *in Theolog. cap. 13. nu.* 27. & alij.

An Sodomita gaudeat immunitate Ecclesiastica? Dub. 15.

58 Negatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia in grauissimis delictis, & in quibus includitur atrocitas, & abominatio, Ecclesia non debet patrocinari, & ideò etiam illa peccata contra naturam immunitate non gaudebunt. Ita Ludouicus à Correa, *in relect. ad cap. inter alia, de immunit. Eccles. part. 3. num.* 40. *quæst.* 170. Emanuel Rodoriquez, *to. sec. qq. regul. quæst.* 51. *artic.* 4. Marius Italia, *de immunit. Eccles. lib. 1. cap. 5 §* 5. & alij.

59 Secunda opinio affirmat: Vt patet in bulla Gregorij XIV. quia in illa crimen nefandi non exceptuatur, & dictam constitutionem non esse ad alios casus extendendam: quia dum in illa Summus Pontifex excipit aliquos casus, apponit distinctionem taxatoriam, *tantum*, cuius natura est impedire extensionem, vt notant inter alios Ambrosinus, *de immun. cap. p. num.* 14. & Peregrinus, *cap. 6 num.* 24. & nos alibi. Et ideò committentes crimẽ nefandi, gaudere immunitate Ecclesiarum, & in proprijs terminis docet Palaus, *to. 2. oper. moral. disp. vnica. de immunit. Eccles. pun.* 10. *num.* 6. Giurba, *consil.* 101. *num.* 4. Farinacius, *in append. de immun. Eccles. cap. 6. num.* 90 Diana, *par. 4 tract. p. resol.* 45. quietiam putat, stando in iure communi: quia Canones absolutè dicunt: Ecclesiæ immunitate gaudere omnes, ad eam confugientes pro quantumuis grauissimo, & atrocissimo crimine: vt patet, *ex cap. inter alia, de immun. Eccles.* vbi expressè cauetur, liberum hominem non esse violenter ab Ecclesia extrahendum, quantumcumq; grauia malesicia perpetrauerit. Et ibi Archidiaconus, *num.* 2. Hostiens, *num.* 1. & alij. Et multò magis gaudet, stando in terminis Bullæ Gregorij XIV. dicunt Diana, *loco vltimo citato.* Sanchez, *to. sec. consil. lib. 6. cap. p dub.* 10 *num p.* & Bonacina, *de præcep. disp. 3. quæst punt.* 5. *num.* 14.

An blasphemantes gaudeant Immunitate Ecclesiastica? Dub. 16.

60 Negatiuè respondet Ludouicus Correa, *in relect. de immun. Eccles. par. 3. num.* 35. Marta, *de iurisdic. part. sec. cap.* 51. *num.* 30. Decianus, *lib. 6 cap. 16. num.* 5. & 6. Boerius, *decis.* 110. & alij.

61 Alij verò affirmant. Quorum ratio est: quia inter delicta, exceptuata in Constitutione Gregorij XIV. & in suis Canonibus, non adest delictum Blasphemiæ: ergo, &c. Ita Bonacina, *de præcep. disp. 3 quæst. 7 §. 4. num.* 3. Diana, *part. 4. tract. p. res.* 45. Ambrosinus, *de immun. Eccles. cap. 8. num.* 11. Peregrinus, *cap.* 12. *num.* 12. Megalius, *in 3 part. lib. 4. cap. sec. num.* 6. Farinacius, *in append. cap. 13. nu.* 175. Felinus, *in cap. sec. nu.* 5. Bordonus, *cap. 26 de blasphem. num.* 15. & alii.

62 Limita hanc sententiam: Dummodo quod Blasphemia non sit hæreticalis: quia, si est hæreticalis, non gaudet blasphemus immunitate Ecclesiarum: non quia est blasphemus, sed quia est hæreticus. Quod de quocumque alio, de hæresi suspecto, omninò affirmandum est, si ad Ecclesiam confugiat: nam ab eã à ministris Sancti Officij indifferenter abstrahi

strahi potest. Ita Peregrinus, *cap 8. num. 8.* Ioa. Alberghinus, *de blasphem cap 16. num 16* Farinacius, *de immunit. Eccles. cap. 13. num 175.* Diana, *part. p. tract. p. resolut. 18. & part 4 tract p resol 51.* Bordonus, *cap. 26. de blasphemia num. 15.* & alii.

An occidens, seu percutiens Clericum, gaudeat immunitate Ecclesiarum? Dub. 17.

63 NEgatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia occidens est excommunicatus: ergo non gaudet immunitate. Tum quia, hæc immunitas non conceditur committentibus crimen læsæ maiestatis: sed offendens Clericum, committit crimen læsæ maiestatis diuinæ: ergo, &c. Tum quia, delinquentes in Ecclesia non fruuntur hac immunitate. Ita Viladeg. *in polit. cap 3. num. 211.* Riccius, *in prax. part. 1. recoll. 309. per totum.* Bobadilla, *to. p. lib 2 cap. 14 num. 47.* Suarez de Paz, *in prax. to p. par 5 cap 3 num. 169.* Ludouicus Cortea, *in relect de immunit Eccles. part. 3. num. 37.* Boerius, *d. cis. 109 num. 3.* & alii. Et tamquam probabilem vocat Sanchez, *in suis pract. disp. disp. 44. num 52.*

64 Affirmat verò secunda opinio. Cuius ratio est: quia inter homicidia excepta, non ponuntur, nisi homicidia proditoria, aut per assassinum perpetrata: ergo verba Bullæ (vt sæpe dictum est) non sunt extendenda ad alia homicidia. Nec obstat, quod Clericus repræsentat Ecclesiam; & illum offendens, Ecclesiam offendit: ergo, &c. Respondeo, quod Ecclesia diligit inimicos, & bene facit persequentibus, & calumniantibus eam. Nec obstat, quod excommunicatus non gaudet: quia in Bulla Gregorij XIV. non adest hæc particula (vt ait Alphonsus de Leone, *de offic. & potest. confess. recollec. 4. col p circa medium:*) ergo occidens, vel mutilans Clericum, aut Religiosum, gaudet immunitate: nisi fiet proditoriè, dicunt Ambrosinus, *de immunit. cap. 4. num. 6* Diana, *part p tract p recoll. 34. & part 4 tract p resol 68.* Antonius de Marinis, *quotid resol. cap 170. num. 64.* & alii.

De publicis latronibus, qui Immunitate Ecclesiastica non fruuntur? §. 1.

65 PVblici latrones non sunt tuti in Ecclesia, vt habetur, *in cap. inter alia de immunit.* & in Constitutione Gregorij XIV. quæ incipit: *Cum alias nonnulli.* Et ille dicitur latro publicus, qui in viis publicis deprædatur: & ob frequentata latrocinia, pro latrone communiter habetur: seù qui publicè, & palam furatur: seù qui publicè transeuntes in viis inuadit, & spoliat. Ita Panormitan. *in cap. inter alia num 5.* Decianus, *tract. de crim lib 6. cap. 28. num. 2.* Ambrosinus, *de immunit. cap 2. num. 4.* Layman, *in Theolog. moral. lib 4. tract 9. cap. 3. num. 8.* Bonacina, *de precep. disp. 3. quæst. 7. §. 4. num 5.* & alij.

De Grassatoribus viarum, indignis Ecclesiastica Immunitate. §. 2.

66 GRassatores viarum nō gaudent immunitate. Hi proximi latronibus sunt: & ipsi, si cum ferro aggredi, & spoliare instituerint, capite puniuntur, si sæpius, atque in itineribus hoc admiserint: cæteri, verò in metallum damnantur, vel in insulas relegantur, vt habetur, *in leg. capitalium § grassatores ff. de pœni.* quibus secundo loco Pontifex denegat Immunitatem Ecclesiasticam; cum isti nomine latronum comprehendūtur: quāquam à latronibus in hoc differūt, quod latro dicitur, qui vias extra vrbem obsidet: Grassator verò, in Vrbe. *lo. capitalium § grassatores ff. de pœnis,* Vndè ille dicitur Grassator, qui vias in Vrbe obsidet, & sepiùs hoc crimē commisit Grassator publicus nuncupatur, qui ob frequētata in viis publicis delictorum crimina, fama publica talis extimatur. Sic Ambrosinus, *de immun. cap. 3.*

67 Vndè sequitur: Fures occultos, seù furantes in vijs priuatis, gaudere immunitate Ecclesiastica: quia non dicuntur obsidere vias frequentatas, iuxta *leg. 1. C. Quando licet vni sine iud. sibi ius dicere:* iuxta etiam Constitutionem Gregorij XIV. contra Suarez, *cap 51. num. 4.* & alios, docet Bonacina, *de precep. disp. 3. quæst. 7 § 4. ante num. 6.*

De Depopulatoribus agrorum. §. 3.

68 EXcipiuntur ab immunitate Ecclesiarum Depopulatores agrorum, de quibus habetur, *in cap. inter alia de immunit. Eccles.* & in constit. Gregorij XIV. sæpiùs citata: vbi facta est extensio: quia in dicto *capite, Inter alia,* mentio solum

fiebat

fiebat de populatoribus nocturnis: in Constitutione verò Gregorij XIV. sermo est de quolibet, tam nocturno, quam diurno. Nomine Depopulatoris agrorum, intelligitur ille, qui diripit alienos agros, idest, qui segetes, seù fructus surripit, & agros, seù vineas vastat, *l. 1 C. quando licet sine iudi. sibi ius dicere* vide Decianum, *lib 6. cap. 28. num. 3.* Bonacinam, *d. §. 4. num. 6.* & alios.

69 Ratio verò, cur hoc delinquentium genus sit exēptū ab Ecclesiastica immunitate, affertur per Glossa, *ult in fine, cap. final de immunit. Eccles. & in cap. inter alia*: quia isti pluribus per insidias exitium excogitant. Et habemus, *in cap. est iniusta 23. quaest. 4.* Ac etiam, quia publicam magis perturbant quietem, *l. 2. C. quando licet vnic. sin iud.* & ex praeposito insidiātur (vt ait Io. Andreas) quem caeteri sequuntur *in d. cap. inter alia.*

De delinquente in Ecclesia, quando non gaudet Immunitate. §. 4.

70 DElinquentes in Ecclesijs, vel Coemeterijs excipiuntur, vt non fruantur hac immunitate, vt probat, *textus in § quia vero, itē comperiuntur* Authentica *vt non licet mat. & in cap final.* & ibi Panormitanus, *de immun Eccles. & in cap ad Episcopos 17. quaest. 4.* Et pererista iura hoc expresse firmarunt, Cyn *in leg. praesent C. de his, qui ad Eccles. confug.* Oldr *d. consil 124.* Saliceetus, *Auth ent. si quis ei, C. de adult.* & caeteros quos in vnum congessit Farinac. *de carcer. & carcerat. quaest. 28. num. 52.* & docent Vilagat *de extens. leg tit. de extens. immunit. Eccles. num. 46.* & alij. Ac Gregorius XIV. inhaerendo vestigijs dictorum sacrorum Canonum, in sua Constitutione exclusit ab immunitate, qui homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesiis, eorumue Coemeterijs committere nō verentur. Et ratio istius dispositionis est: quia, par non est, vt immunitate Ecclesiae fruatur, qui in Ecclesia deliquit, iuxta *cap frustra de vsuris*: vbì dicitur: Frustra legis auxilium implorat, qui in legē delinquit, *& cap. final.* dicitur: In eo, in quo quis deliquit, puniri debet. Cum ergo committentes homicidia, vel mutilationes in Ecclesijs dicātur delinquere in Ecclesijs, puniri debent in Ecclesia poena priuationis immunitatis. Ita Farinacius, *consil. 76 num. 7. vers. Ad tertiā dubitationem.* Ambrosinus, *de immunit. Eccles. cap. 5. num. 2.* Bonacina *de prae cep. disp 3. quaest 7 §. 4. num 7.* & alii.

71 Amplia hanc sententiam: etiam si delictum in alia Ecclesia commiserit: nam quis delictum in vna Ecclesia commisit, & ad sui securitatem ad aliam confugit, non est tutus: quia adhuc verum est, hūc perpetrasse delictum in Ecclesia, iuxta iura citata: & dicunt Ambrosinus, *cap. 5 num. 3.* Farinacius, *de carc. & carcerat. quaest. 28. num. 59.* Bonacina, *d. §. 4 num. 7.* Iulius Clarus, *in prax § fin. quaest. 30. vers. sed quod si aliquis.* Vilagut. *de extēs. leg. tit. de immun. Eccles. num. 60.* & alii.

71 Amplia secundò: Etiam si haec delicta sint commissa in Ecclesia, spe immunitatis, non gaudebit immunitate: quia Sūmus Pontifex indistinctè loquitur nec respexit animum delinquentis; sed qualitatem delicti, & periculum perpetrandi homicidia: nam omnes fere homicidae perpetrarent homicidia in Ecclesia, spe immunitatis Ecclesiasticae. Ita Bonacina, Suarez, *cap. 11. num. 6.* & alii.

EX DICTIS IN HOC quarto Paragrafo, sequitur resolutio multorum casuum.

AN qui occiderit aliquem prope Ecclesiam, sub spe confugiendi ad eam, gaudeat Immunitate Ecclesiastica? Dub. 1.

An qui committit graue delictum, extra homicidium, &c. in Ecclesia gaudeat Immunitate? Dub. 2.

An existens in Ecclesia, vel Monasterio, & ex fenestra pilam tormentariam iecit in alium, extra illā existentem, & illū occidat, gaudeat Immunitate? Dub. 4

An existens in Ecclesia, mandans homicidium extra illam committi, gaudeat Immunitate? Dub. 5.

An committens homicidium, & mutilationes membrorum in Ecclesia, casualiter, gaudeat Immunitate? Dub. 7.

An qui iam vicinus Ecclesiae cum ipso Satellite, per vim intrat in Ecclesia, & vt sese de illius manibus eximat, vulnerat illum, cum magna sanguinis effusione, gaudeat Immunitate? Dub. 8.

An saecularis, delinquens in Ecclesia, possit à Iudice Ecclesiastico puniri? Dub. 9.

An

An qui occidit aliquem propè Ecclesiam, sub spe confugiendi ad eam, gaudeat Immunitate Ecclesiarum? Dub. 1.

72 Negatiuè respondet prima opinio Cuius ratio est: quia non est dignus venia, absolutione, vel indulgentia ille, qui sub spe veniæ, vel absolutionis peccat, *cap. quando il. 1. de cens. dist. 4. & cap. illud de Cleric. excommunic. l. 1. § hæc autem actio ff. si quis testa l. esse iust. fuer.* Tũ quia Clemens VIII. anno 1567. resoluit, quod delinquentes propè Ecclesiam, sub spe immunitatis illius, non essent tuti. Tum quia, delinquens, in eo puniri debet, in quo deliquit. *l. final.* At delinquẽdo propè Ecclesiam videtur delinquisse sub spe, & fiducia immunitatis, quo casu cessat immunitas. Ita Alciatus, *de præsump. resp. 3 præsump. 33. num. 2.* Menochius, *de præsumpt. lib. 5. præsump. 10. num. 4. 5. 12. & 15* Farinacius, *de carcerib. & carcerat. quæst. 28. num 56.* Ambrosinus, *de immunit. cap. 5 num. 4.* Tannerus, *2. 2. disp. 5. quæst. 8. dub. 1. nu. 17.* Zennardus, *par. 1. de sacram. pœnit. cap. 18. cas. 3.* Barbosa, *in collect. lib. 3. tit. 49. cap. 10. nu. 5.* Gambacurta, *lib. 5. cap. 19.* Villadeg. *in polit. cap. 3. num. 206.* Vulpellus, *consil. 130. num. 7.* Monticellus, *reg. 12. num. 25 vers. limita nono.* & alij.

73 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio desumitur ex Bulla Gregorij XIV. quæ excludit ab immunitate homicidia, & mutilationes, factas in Ecclesijs, & Cœmetterijs: ergo, cum distinctè dicit, in Ecclesijs, & Cœmetterijs, virtute ponitur exclusiua, extra Ecclesiam, & Cœmetterium. Tum quia, qui propè Ecclesiam, sinè spe immunitatis, patrat delicta, gaudet immunitate, si ad Ecclesiã confugiat: ergo eadem gaudere potest, etiam si patret delicta, spe immunitatis; cum Summus Pontifex respexerit ad delicti qualitatem, & ad iniuriam Ecclesiæ, non verò ad spem. Tum quia, in eo loco quis puniri debet, in quo deliquit, vt prima opinio docet: sed hic non deliquit in Ecclesia; sed extra: ergo puniri debet extra: ergo non debet priuari immunitate Ecclesiastica. Ita Decianus, *lib. 6. cap. 18 num. 5.* Layman, *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 9. cap. 3. num. 7.* Nauarrus, *cap. 25 num. 22.* Bonacina, *de præcep. disp. 3. quæst. 7. § 4. num. 13.* Diana, *part. 1. tract. 1. resol. 3.* Tabiena, *v. immun. num. 10.* vbi Siluester, *l. 3. num. 5.* Angelus, *nu. 17.* Armilla, *num. 12.* Fagundez, *de præcep. Eccles. tract. 2. lib. 4. cap. 8. num. 45.* Io. del Cruz, *in direct. conscient. par. 1 præcep. 8. quæst. 3. artic. 2. dub. 1. concl. 1.* Peregrin. *de immunit. cap. 6. num. 30.* Suarez, *to. 1. de relig. tract. 2. l. 3. cap. 11. num. 4.* & alij.

An qui commisit graue delictum (extra homicidium, & mutilationes membrorum) in Ecclesia, gaudeat immunitate Ecclesiarum? Dub. 2.

74 Doctores, qui sua scripta ante Constitutionem Gregorij XIV. Typis ediderunt, negant. Quorum ratio est: quia indigni sunt, vt defendantur ab Ecclesia. Tum quia, iura mentionem homicidij, vel mutilationis facere videntur, solum gratia exempli. Tum quia, in eo quis puniri debet, in quo deliquit; *cap. final. de immunit.* sed isti deliquerunt in Ecclesia, vt supponunt: ergo puniri debent in Ecclesia, ita vt priuentur immunitate Ecclesiastica, & in Ecclesia capi possunt à laica potestate. Ita Nauarrus, *cap. 25. num. 20.* Suarez, *to. 1. tract. 2. lib. 3. cap. 11. num. 6.* Panormitanus, *in cap. vlt. de immunit. num. 9.* Viladeg. *in polit. cap. 3. num. 206.* Tannerus, *2. 2. disp. 5. quæst. 8. dub. 1. num. 16.* Raphael della Torre, *2. 2. to. 2. quæst. 99. articul. 3. disp. 7.* Barbosa, *in collect. to. 1. lib. 3. tit. 49. cap. 10. num. 4.* Graffius, *to. 1. lib. 3. cons. vnic. nu. 10. & 18. de immunit. Eccles.* & post Bullam Portella, *in dub. regul. v. Eccles. immunit. num. 15.*

75 Sed quia hodie adest Bulla Gregorij XIV. hæc sententia non est admittenda. Vndè dicendum est: Committentes grauia delicta in Ecclesia, extra homicidiũ, & mutilationem membrorum, gaudere immunitate: ita vt, committentes in Ecclesia stupra, Sodomias, Monetam falsam, & similia, gaudent immunitate Ecclesiæ: licet tales delinquentes sint à iudice Ecclesiastico puniendi, ratione loci delicti his, consulto prius Romano Pontifice, poterunt etiam tradi curiæ sęculari, si delictum esset atrocissimum. Ratio est: quia priuatio immunitatis non est trahenda ad casus, in Bulla non expressos, vt superius diximus: sed in dicta Bulla tantum excipitur homicidium, & mutilatio membrorum: ergo non est trahenda ad alia, licet enormia delicta.

delicta. Ita Peregrinus, *de immunitat. Ecclesiast cap.6.num.13.* Riccius, *part.5. recollect.* 1792. Bonacina, *de precep.disp. 3.quast 7.§.4.num.12.* Farinacius, *de immunit. Eccles.cap.16. num 209.* Megala, *in 3.part lib.4. cap.2 quast.1 num 15.* Scottia, *in bull.Pontific. epit.153. Theor.* 385. Gratianus, *in discep forens. to.2.cap.* 380.*n.*29. Diana, *pa.1.tr.1. resol.2.* & alij.

Dubitatur: An violantes Ecclesias, frangendo fores, vel comburendo eas, gaudeant Immunitate?

76 FAber, *in leg.1.C de his qui ad Ecclesiā confugiunt* Viladeg. *in polit. cap.3.* Bobadilla, *in polit.tom.1.lib.2. cap.14 num 49.* & alij negant.

77 Peregrinus verò, *de immunit. cap.12. num.15.* & Diana, *part.1.tract.1.resolut 21* affirmant. Quorum ratio est: quia Summus Pōtifex in sua Bulla excipit aliquos casus, cum dictione taxatiua (*Tantum:*) quæ dictio tollit extensionem ad non expressa: sed dicta Bulla excipit tantum violantes Ecclesiam, per homicidium, & mutilationem membrorum: ergo non est extendenda ad alios violatores per quodlibet delictum.

An existens in Ecclesia, vel Monasterio, & ex fenestra pilam tormentariam iecit in alium, extra Ecclesiam existentem, & illum occidit, gaudeat immunitate? Dub.3.

78 NEgatiuè respondet prima opinio: quia iam animo concepit, occidere hominem, existens in Ecclesia: & cum in delictis animus aspiciatur, iste animo violauit Ecclesiam: ergo militant rationes illius textus, si sequatur effectus. Ita Viladeg. *in polit cap.3 num.106.* Io. de Heuia, *in curia Philip part 3 §.12.nu.23.* Megala, *in 3.part.lib.4.cap.2.quaest 1.nu.12.* Ambrosinus, *de immunit. cap.5.num.8.* Portella, *in dub regul.v. Eccles.immunitas num.15.* Duardus, *in bulla cœnæ, lib.16.num.223.* Layman, *in Theolog.moral.lib.4.tract.9.cap.3 num 6.* & alij.

79 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia (vt sæpe diximus) priuatio immunitatis non incurritur, nisi in casibus, in iure expressis: in iure aūt nō est expressū priuationē immunitatis incurri, ob actionē homicidij, vel mutilationis membrorum inchoatam solum in Ecclesia, vel ob quodlibet sacrilegium, in Ecclesia commissum: ergo, &c. Tum quia, cum versamur in materia pœnali, & odiosa, vt pote, libertate delinquentium, & immunitati Ecclesiasticæ contraria; non videtur facienda extensio ad actum homicidij, vel mutilationis, inchoatum in Ecclesia: alioquin etiam videtur, eum priuari immunitate, qui suborta in Ecclesia contentione, aut euaginato ense in Ecclesia, insequutus est aduersarium, eumque extra Ecclesiam interemit; quod non est verum. Ita Nouarius, *sum.bullar. tit.de immunit. Eccles num.51.* Diana, *par.1. tract.1 resol.9. & pa.4 tr.1.resol 107. circa medium.* Bonacina, *de precep.disp.3.q.7.§.2.n.3.* & alij.

An existens extra Ecclesiam, si occiderit existentem in Ecclesia, gaudeat Immunitate? Dub.4.

80 NEgatiuè respondetur. Ratio est: quia talis dicitur, delictum occisionis commisisse in Ecclesia. Et in his casibus, puto, non esse attendendum ad locum inchoati, sed ad locum consūmati delicti. Vndè sequitur: eum, qui dum extra Ecclesiam existit, sagitta, aut plumbea pila per sclopum emissa, aut baculo, aut saxo, aut alio instrumento mutilat, vel occidit existentem in Ecclesia priuare immunitate: nā dicitur, in Ecclesia delictum mutilationis, vel occisionis committere. Ita Ambrosinus, *de immunit.cap 5.num 8.* Decianus, *lib.6 cap. 26.num.6.& 7.* Farinacius, *de carcer & carcerat quaest.28.num.61.* Couarr. *lib.2 varar.cap 20.num 15.* Bonacina, *de precep.disp.3.quast 7 §.4.num.7.circa finem* Diana, *part.1 tract.1. resol.9. in fine.* Riccius, *part.5.collect* 1792. Portella, *in dub. regul.v.Eccles immun* Layman, *in Theolog.moral.lib.4 tract 9. cap.3 num.6.* Megala, *part.3.lib.4.cap.2.q.1.num.13.* & alii.

81 Gauderet tamen hac immunitate ille, qui vulneraret aliquem in Ecclesia, etiā cum sanguinis effusione, sinè tamen alicuius membri mutilatione, dicunt Farinac. *nu.*217. & Diana, *resol 9. in fine.* Barbosa, *in collect.to.1.lib.3.tit.4.cap.10.n.10.*

An existens in Ecclesia, mandans homicidium extra illam committi: vel existens extra Ecclesiam, mādans homicidium intra illam committi, gaudeat hac Immunitate? Dub.5.

82 NEgatiuè respōdet prima opinio. Cuius ratio est: quia in vtroq; horum

casuum delinquens iniuriam infert Ecclesiæ, seù sacro loco: ideoque indignus est, vt inde defendatur, ex quo potius pœnam meretur: vndè non gaudet immunitate Ecclesiastica. Ita Layman, *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 9 cap. 3 nu 6.* Ioa de Heuia, *in curia Philip. par. 2. §. 12. nu. 23.* Duardus, *in explic. bull. cœn. lib. 2. can. 15. q. 19. num. 23.* Suarez, *to. 1. de Relig. tract. 2. lib. 3. cap. 11. nu. 7.* Portella, *in dub. regul. v. Eccles. immunitas num. 15.* Gambacurta, *lib. 5 num. 25.* Abbas, *in cap. vlt. num. 12.* & alij.

83 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia hic (propriè loquendo) non dicitur occidere, vel mutilare; sed mandare homicidium, & mutilationem cōmittere: Sicut autem in censura, lata cōtra facientes aliquid, non ligat mandantes, vel consulentes; nisi in sententia censuræ exprimatur: ita pœna priuationis, lata contra homicidas, vel mutilationes membrorum, non afficit mandātes, vel consulentes. Ita Ambrosinus, *de immun. cap. 5. nu. 9.* Bonacina, *de præcep. disp. 3. quæst. 7 §. 4 num. 11.* Diana, *part. 1. tract. 1. resol. 10.* Farinacius, *de immunit. Eccles. cap. 16 num. 231.* Megala, *in 3. par. lib. 4. cap. 1. q. 1 nu. 13.* Io. Zech. *de immun. Eccles. num. 63.* & alij.

An committens homicidium, & mutilationes membrorum in Ecclesia casualiter, gaudeat Immunitate Ecclesiastica? Dub. 6.

84 NEgat prima opinio. Cuius ratio est: quia Summus Pontifex distinctè excipit mutilationes membrorum, & homicidia in ipsis Ecclesijs, vel Cœmeterijs: ergo indistinctè debet intelligi, tam de illis, qui ex proposito, & deliberatè; quam de illis, qui in rixa accidentaliter, & ex calore iracundię occidunt; vel mutilant. Ita Gambacurta, *lib. 5 cap. 23.* Peregrinus, *de immunitat. cap. 6. num. 15.* Palaus, *tom. 2. disp. vnica, de immunitat. Ecclesiast. punt. 9. num. 12.* & apud eum Suarez, Bonacina, Nauarrus, Clarus, & alij.

85 Secunda opinio affirmat: & hoc maximè procederet, si tale homicidium fuisset in Ecclesia perpetratum: non solùm ex rixa subitanea, sed & ad alterius prouocationem: & multo magis ad se defendendum: quia in præfatis casibus occidens, vel mutilans non videtur habere animum irreuerentem offendendi, & violandi ipsam Ecclesiam. Ita Tabiena, *v. immunitas, nu. 10.* Armilla, *eodem verbo num. 1.* vbi Rosella, *numer. 2.* Diana, *part. p. tract. p. resolut. 11. & par. 4. trac. p. resolut. 107.* Nouarius, *in sum. bullar. titul. de immunitat. Eccles. num. 58.* Azorius, *part. 3. tract. 9 cap. 9. quæst. 9* Farinacius, *de immunitat. Eccles. cap. 16. num. 240.* Gutierez, *pract. qq. lib. 3. quæst. 1. num. 35. & seq.* & alij.

An confugiens ad Ecclesiam, gestando secum Scopittones, seù Archibuscettos, gaudeat Immunitate Ecclesiastica? Dub. 7.

85 NEgatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia armorum vsus, etiam de iure communi, prohibitus est tam laicis, quam Clericis, tam intra, quā extra Ecclesiam, *l. 1. C. vt armor. vsu insc. Princip. interdict. sit. lib. 20. l. 1.* Soccinus, *tract. reg. 30.* Tiraquellus, *de nobilit. cap. 20. num. 66.* Vndè si quis armatus, post delictum in Ecclesiam ingreditur, dicitur in Ecclesiam committere delictum; & consequenter non est tutus in ea. Tum quia, delatio supradictorum armorum meretur capi talem pœnam, & vt delictum graue, non gaudet Ecclesiæ immunitate. Ita Farinacius, *tit. de carcer. & carcerat. quæstion 28. num 66.* Rebuffus, *in constit. Gallica, tom. 2. tit. de immunitat. Eccles. gloss. p. num 8.* Placta, *in epist. delict. lib. p. cap. 8. in fine num. 28.* Couarruuias, *var. resolut. lib. 2. cap. 20. num. 18.* & alij.

87 Secunda opinio verò affirmat. Cuius ratio est: quia in Bulla Gregorij XIV. (vt sæpè diximus) solum delicta homicidij, & mutilationis membrorum excluduntur ab immunitate: non autem alia grauia delicta, etiam in Ecclesia perpetrata. Ita Ambrosinus, *de immunitat. Eccles. cap. 5. num. 5.* Peregrinus, *de immunitat. cap. 12. num. 11.* Diana, *part. p. tractat. prim. resolut. decim. tert.* & alij.

88 Limitant hanc sententiam Gambacurta, *lib. 14 cap. 17. numer. decimo tertio in fine.* nisi alicubi consuetudo esset in contrarium, talis criminosus non gauderet.

Sed

89 Sed talis limitatio non est admittenda: quia (vt supra probauimus) Constitutio Gregorij tollit omnem consuetudinem, & reducit omnia ad vnicam formam, cum particula taxatiua: ergo, &c. Ita Diana.

90 Ex his deducitur: Furantes in Ecclesia res sacras, vel alienas, gaudere immunitate Ecclesiastica. Ita Peregrinus, *num.* 8. & Diana, *loco citato*. Etiam si fur, confugiens ad Ecclesiam, rem furto sublatam, postea intra eam contrectauerit, eaque vsus fuerit, ait Farinacius, *nu.* 218. & Peregrinus, *num.* 10.

An qui iam vicinus Ecclesiæ, cum ipso satellite per vim intrat in Ecclesia, & sese de illius manibus eximat, vel necet illum cum magna sanguinis effusione, gaudeat immunitate? Dub. 8.

91 Villadeg. *in polit. cap.* 3 *nu.* 206. & Gambacurta, *lib.* 4 *cap.* 18. *num.* 6. negāt: & hoc, ratione grauis delicti in Ecclesia perpetrati.

92 Sed quia in dubitatione secunda probauimus, hac immunitate gaudere delinquentes prope Ecclesiam, iterum affirmatiuè respondeo: quia delicta, etiam grauia, & enormia, in Ecclesia commissa, non excluduntur ab immunitate Ecclesiarum, extra homicidium, & mutilationem membrorum. Vndè in proposito casu assero, supradictum criminosum gaudere immunitate. Tum quia, post Bullam Gregorij XIV. vt benè notat Farinacius, *de immunit. Eccles. cap.* 16 *num.* 227. vulnerans in Ecclesia, etiam cum effusione sanguinis, gaudet illius immunitate: quia in dicta Constitutione excipitur solum vulnus, cum mutilatione membri: sed in dicto casu Reus non mutilauit membrum aliquod, sed solùm satellitem grauiter mutilauerit: ergo gaudebit immunitate. Ita Diana, *par.* 1. *tract.* 1. *resol.* 13. vide etiam Alphōsum de Leone, *de offic. & potest. confess. recollect.* 4. *fol.* 320. *colum.* 1. *circa medium*.

An sæcularis, delinquens in Ecclesia, possit à Iudice Ecclesiastico puniri? Dub. 9.

93 Olibanus, *de iure fisci, cap.* 11. *num.* 7. & Antonius Ripal. *de iurisdict. omni iudic. cap.* 1. *num.* 170. dicunt: Quando Iudex Ecclesiasticus habet iurisdictionē & territorium in rebus sæcularium, poterit cognoscere de delictis commissis intra Ecclesiam per sæculares: Si autem, talem iurisdictionem non habet, non poterit: quia ad dominium habentem, omnem iurisdictionem, & imperium in oppido pertinet cognitio, & punitio delinquentis intra Ecclesiam.

94 Farinacius verò, *in append. de immun. Eccl. cap.* 16 *n.* 236. & Diana, *pa.* 4. *tract.* 1. *resolut.* 67. affirmant: etiam si delictum, in Ecclesia commissum, non sit Ecclesiasticum, sed sæculare, & à laicis patratum; adhuc existimant, ratione loci, in quo est commissum, sortiri naturam mixti fori: & ideò in tali casu putant, sæcularem Iudicem, & Ecclesiasticum procedere posse: datur enim locus præuentioni. Vndè is delinquentem punire potest, qui in captura præuenit. Ratio est; quia is, qui in Ecclesia deliquit, sacrilegium committit, quod est crimen mixti fori: ergo, &c.

De Proditoribus. §. 5.

95 Excipiuntur ab immunitate Ecclesiastica Proditores. Et (vt meliùs, ac distinctiùs procedamus) tres sunt constituendę proditionum species. Quarum Prima est, in Deum: Secunda, in Principem. Et Tertia, in priuatos homines, de qua hic intendit Gregorius XIV. in sua Cōstitutione priuare immunitate: nam de alijs, in Deum, & in Patriam, & Principem inferiùs dicebimus, dum de hæresi, & crimine læsæ maiestatis agebimus.

96 His positis, dico: Ille dicitur Proditor, qui fidem, quam præstare debet, procul dat, idest, procul à se reijcit: & ideò proditor dicitur, qui fidem, & officium, quod fundamentum in fide habet, à se procul reijcit: qua propter quot modis quis à fide data expresse, vel tacitè deficit, proditor appellari potest. Glossa, *in cap. clericus; qui adulationis, quod est tertium* 46. *dist.* vbi omnes notat. Vndè tunc dicitur homicidium proditorium, vbi nullus præcedebat rancor, sed potius simulabatur amicitia; quia, videlicet, simul comedebant, vel simul erant in itinere, & sic vnum gerebatur in corde, & aliud in verbis. *Ita Bartholus, in leg. recipiendum §. delinquunt. ff. de pœni.* Luca de Penna, *l. seruum in fine, vers. item nota mores proditoris*

ditoris C. de delator lib. 10. qui ait: Illum esse proditorem, qui signa fidelitatis ostendit, & eius sermones sunt molliti super oleum, & ipsi sunt iacula: & ita Vulpellus, *consil.* 59 in principio. Ambrosinus, *de immunit cap.* 6. *num.* 5. Antonius Gomez, *variar. resol* §. *de homicidio cap.* 3. *num.* 7. Suarez, *cap* 11. *num* 17. Bonacina, *de praecep. disp.* 3. *quaest* 1. §. 4. *num.* 14. & alij. Vndè, vt quis dicatur proditor, opportet, vel quod fidem datam frangat, vt diximus: vel simulatione insidietur, simulans vnum facere, cum aliud habeat in corde, *d. leg.* 1. *ff. de praeuaric. l. athlesat*, § *pen ff de his qui nos. in fam leg. omne delictum* § *exploratores ff. de re milit.* Baldus, *in cap.* 1. *in principio quib. mod. feud. amit. & in Authent. item nulla C. de Episcopis, & cleric.* Bartol. *in extrau. qui sint rebellis, & in ver. rebellis num.* 4. Aretinus, *in* § *interdum num* 6. *Institut. de hared. quae ab intest. differ.* Decianus, *lib.* 7 *cap.* 29 *de proditoribus nu.* 24. *part.* 2. & alij.

EX HIS DEDVCITVR resolutio multorum casuum.

AN qui occidit inimicum, non proditoriè, sed per insidias, gaudeat Immunitate? Dub 1.

An occidens inimicum reconciliatum, tanquam proditor, careat Immunitate? Dub. 2.

An qui attentauit occidere aliquem proditorè, effectu, & morte non sequuta, gaudeat Immunitate? Dub. 3.

An qui occidit infidelem proditoriè, gaudeat Immunitate Ecclesiastica? Dub. 4

An occidens inimicum, cui fide iussionem dederit de non offendendo, gaudeat Immunitate? Dub. 5.

An Testes falsi, qui sua falsa depositione fuerunt causa, vt quis morti traderet, gaudeat Immunitate? Dub. 6.

An qui veneno occidit aliquem, gaudeat Immunitate Ecclesiastica? Dub. 7.

An qui ex proposito, & sub spe amicitiae, proditoriè alapam alicui viro nobili infert, vel cum fustibus eum percutiet, gaudeat Immunitate? Dub. 8.

An qui occidit inimicum ex praemeditata animi, deliberatione (appostatmente vt vulgò dicitur) atque ex industria, non autem proditoriè, seù per insidias, gaudeat Immunitate? Dub. 9.

An qui occidit inimicum non proditoriè, sed per insidias, gaudeat immunitate Ecclesiastica? Dub. 1.

97 SVarez, *to.* 1 *de relig. tract.* 2. *lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 10. Fagundez, *de praecep Eccles. tract.* 1. *lib.* 4. *num.* 46. Portella, *in dub. regul. v Eccles. immunitas num* 15. Gambacurta, *lib.* 5 *cap.* 4. & 31. Viladegio, *in polit. cap.* 3. *num.* 208. negant hũc gaudere immunitate Ecclesiastica.

98 Alij verò meliùs, affirmant. Quorum ratio est: quia licèt inimicus per insidias occiderit ex fenestra cum archibuscio, non per hoc dicitur proditoriè commissum: quia inimicus benè poterat futuram vindictam praeuidere, & sibi praecauere, vt ait Bartholus, *in leg. recipiendum* §. *delinquunt ff. de poeni.* Tum quia, est differentia inter homicidium, proditoriè commissum, & non proditoriè: sed Bulla ex immunitate solum excipit homicidium proditorium: ergo non excludit non proditorium. Ita Vilagutius, *de extens. leg. tit. de extens. immunit. Eccles. num.* 53. *versic. Quartus modus* Peregrinus, *de immunit. cap.* 7. *num* 5. & 20. Ambrosinus, *de immunit. cap.* 6. *num.* 5. Farinacius, *de immunit cap.* 9 *num.* 143. Bonacina, *de praecep. disp.* 3. *quaest* 7 §. 4. *num.* 14. Diana, *part.* 1. *tractat.* 1. *resolut.* 5. & alij.

An occidens inimicum reconciliatum, tamquam proditor, gaudeat immunitate Ecclesiastica? Dub. 2.

99 AFfirmatiuè respondetur. Ratio est: quia talis non dicitur proditor, & Bulla excipit tantum homicidium proditorium. Et ita fuisse decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana, testatur Riccius, *part.* 1 *decis.* 168. *num.* 2. vbi sic ait: Cum dubitaretur in Curia Archiepiscopali, si occidens inimicum reconciliatum, dicatur proditor, fuit communi omnium voto conclusum, minime potuisse dici proditorem: amicus enim reconciliatus, aequipollet inimico. Et ita Antonius de Marinis, *resolut quotid. cap* 174. *num.* 7 Diana, *par.* 1. *tract.* 1 *resol.* 34. & *pa.* 4. *tract.* 1. *resol.* 34. *circa medium.*

(· † ·)

An

An qui attentauit occidere aliquem proditoriè, effectu, & morte non sequuta, gaudeat Immunitate Ecclesiastica? Dub. 3.

100 Affirmatiuè respondetur. Ratio est: quia lex, præsertim in materia pœnali, & odiosa, explicanda est iuxta propriam verborum significationem. Verba autem Constitutionis Gregorij XIV. iuxta propriam significationem, non important solum vulnerationem sed mortem, cum in ea dicatur: *Aut qui proditoriè proximum suum occiderit.* ita Bonacina, *de præcep disp. 3. quæst. 7. §. 4. num. 16.* Rebuffus, *de immun. art. 1. quæst. 5.* Suarez, *cap. 11. num. 14* Peregrinus, *de immunit. cap. 7. num. 13.* Diana, *par. 1. trac. 1. resolut. 4 & 18.* & alij contra Tannerũ, *2. 2. disp. 5 quæst 8. dub. 1. nu. 16.* Ioannem, *de Hevia in curia Philippi part. 3. §. 12. nu. 36.* & alios.

An qui occidit Infidelem proditoriè, gaudeat Immunitate Ecclesiastica? Dub. 4.

101 Negatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia Gregorius XIV. in sua Constitutione excipit proditorem, proximum suum occidentem: sed proximi appellatione comprehenduntur omnes homines, cuiuscumque fuerint conditionis, vel cultus, seù Religionis: ergo, &c. Ita Palaus, *tom. 1. disp. vnica, de immun. pu. 9. num. 31.* Peregrinus, *de immun. cap. 7. num. 15* Farinacius, *in append. cap. 8. num. 120.* & Marius Ital. *lib. 1 cap. 3. §. 3. à num. 7.*

102 Affirmat verò secunda opinio. Cuius ratio est: quia, vt quis priuetur immunitate per crimen assassini, probabile est requiri, vt occisus baptismi Sacramentum susceperit, vt dicunt Palaus, *nu. 35.* Ambrosinus, *de immun. cap. 7 nu. 12.* Io. Andreas, *in cap. 1. de homicidio in 6.* & alij: ergo etiam, vt quis per homicidium proditoriè factum, priuetur immunitate; requiritur, vt occiderit hominem Sacro baptismatis lauacro initiatum. Tum quia, infidelis (strictè loquendo) non videtur noster proximus, cum nobiscum non communicet in fide, in Sacramentis, & in Ecclesia: priuatio autem immunitatis imponitur occidenti suum proximum: vt patet ex verbis Constitutionis Gregorij XIV. Ita Ambrosinus, *de immunit. cap. 1. num. 12. circa finem* Bonacina, *de præcep. disp. 3 quæst. 7. §. 4 num. 15.* & Diana, *part. 4. tract. 1. resol. 105.*

An occidens inimicum, cui fide iussionem dederat, de non offendendo, gaudeat Immunitate? Dub. 5.

103 Negatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia proditoriè dicitur in tali casu occidisse: Proditio autem nihil aliud est, quam deceptio contra fidem: ergo &c. Ita Peregrinus, *de immun. cap 7. num. 10.*

104 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia, propriè homicidium proditorium dicitur, cum ab amico, nullo procedente rancore, patratur, simul comedendo, vel deambulando: sed in casu, de quo loquimur, hoc non adest; immò contrarium: quia propter inimicitiam præcedẽtem præsumi debet, odiũ adhuc durare: ergo, &c. Ita Antonius de Marinis, *resol. quotid. cap. 174* & Diana, *part. 4. tract. 4. resol. 34.*

An Testis falsè, qui sua falsa depositione, fuerit causa, vt quis morti traderetur, gaudeat Immunitate? Dub. 6.

105 Italia, *de immunit. Eccles. lib. 1. cap. 5. §. 4.* & Latius, *§. 5. à num. 145.* negãt: quia, talis diceretur proditor homicida.

106 Farinacius verò, *de immunit. cap. 9. num. 141.* ait: Stante Bulla Gregorij XIV. in hoc casu, debere, Episcopum consulere Summum Pontificem, & iuxta illius responsum se regulare.

107 Sed hanc opinionem putat Peregrinus, *de immunit. cap. 7. num. 43.* non procedere, si testis, mediante pecunia corruptus, falsum deposuerit, propter quam falsitatem reus est cõdemnatus ad mortem: quia talis, in hoc casu, dicitur Assassinus; & ideo non gaudebit immunitate.

108 Diana ait etiam *in par. 1. tract. 1. resol. 19. in finem.* limitatio Farinacij procederet in casu, quo testis deposuisset falsum, non tamen pecunia mediante: & in tali casu, ita faciendum est ab Episcopo.

An

An qui veneno occidit aliquem, gaudeat Immunitate Ecclesiastica? Dub. 7.

109 NEgatiuè respondet prima opinio: quia id, est homicidium qualificatum, ac proditorium. Ita Gomez, *lib. 3 resolut. cap. 3. num. 7.* Molina, *de iust. disp. 74.* Hieronymus Gigante, *de crimine læsæ maiest. quæst. 10. num. 13* Layman, *in Theolog. moral. lib 4. tract. 9 cap. 3. nu. 8 vers. Tertius casus.* Homobon *de exam. Eccles. part. 2. tract. 11. cap. 5. quæst. 5. resol. 4.* Megala, *in 3. part. lib. 4 cap 1. quæst 1. n. 18.* Peregrinus, *de immun. cap. 7. num 6.* Marius Italia, *de immun lib. 1. cap. 5 §. 4. num. 36.* Io. del Cruz *in direct. consc. par. 1 præcep 8. quæst 3. artic. 2. dub 1. conclus. 1.* Graffius, *to 1. lib. 3. consil. vnico de immun. Eccles. num. 16.* Bobadilla, *in polit. tom 1. lib. 2. cap. 14 num 75.* & alij.

110 Attamen Io. de Heuia, *in Curia Philip. par. 3. § 12. nu 6.* Barbosa, *in collect. to. 1. lib 3 tit. 49 cap 9 num 13.* Diana, *par. 1. tract. 1. resol. 36* & Farinac. *de immun. cap. 9. num. 147.* dicunt: In tali casu, debere Episcopum consulere Summum Pontificem; & iuxta illius responsum se regulare, & exequi.

An qui ex proposito, & sub specie amicitiæ proditoriè alapam alicui viro nobili inferret, vel cum fustibus eum percuteret, gauderet Immunitate Ecclesiastica? Dub. 8.

111 QVidquid negant Viladeg. *in polit. cap. 3 num. 211.* & Io. de Heuia, *in Curia Philip. pa 3. § 13. num. 3.* Affirmat Antonius Diana, *part 1. tract. 1 resol. 31.* Cuius ratio est: quia Summus Pontifex in sua Constitutione excipit aliquos casus ab immunitate Ecclesiastica: sed exceptio firmat regulam in contrarium in casibus non exceptis, *l. Tribun. § vlt. ff. de militari testament* vt notat Suarez, *lib 8. de leg. cap. 19 num. 16. in fine.* ergo, cum excipiatur tantum in Bulla homicidium proditorium, non est extendenda hæc exceptio ad alapas, & fustes proditoriè alicui inflictas. Confirmatur: quia Summus Pontifex, vt excludat omnes alios casus, in dicta Constitutione opposuit dictionem taxatiuam (*tantum*) quæ dictio, de sui natura, impedit extẽsionem ad non expressa, *l. properandum*, §. 1. *C. de iud.* vt notat Decius, *lib. 1 consil. 54. num. 1.* ergo, &c.

An qui occidit inimicum ex præmeditata animi deliberatione (*appostatamente*, vt vulgo dicitur) atque ex industria, non autem proditoriè, seu per insidias, gaudeat Immunitate? Dub. 9.

112 EX consuetudine multorum locorum, negat Gambacurta, *in lib. 5. cap. 4. à num. 19* qui ante Constitutionẽ Gregorij XIV. scripsit.

113 Attamen hodiè hæc opinio non est tenenda, vt patet in Constitutione Gregorij XIV. quia Summus Pontifex in ista Constitutione excipit tantum homicidium proditorium, vbi nullus præcedebat rãchor, sed potius simulabatur amicitia: ergo dicta exceptio non est extẽdenda ad homicidium nõ proditorium; dato, quod deliberate, & ex industria fit cõmissum: quia dicta Bulla non substinet extensiones ad alios casus, ibi non expressos, cum reducat omnia ad vnam formam, vt sæpè supra dictum est, cum particula taxatiua (*tantum*) & excipiendo aliquos casus: exceptio firmat regulam in casibus non exceptis. Ita Peregrinus, *de immun cap. 7 num. 15.* Diana, *part. 1. tract. 1. resol. 33.* & alij.

De Assassinis. §. 6.

111 EXcipiuntur ab immunitate Ecclesiastica Assassini. Tripliciter accipitur hoc nomen. Primò, pro quodam infidelium, Saracenorum genere, qui hoc proprio, & communi vocabulo vocabantur, & quorum opera non nulli Christiani vtebantur, ad alios Christianos proditoriè occidendos. At de his Assassinis non est hic nobis sermo: quia sunt infideles, quos (iuxta nostram sententiam) priuilegio immunitatis non gaudere, superiùs cum distinctione ostẽdimus. Sic Suarez, *cap. 11. num. 15.* & Bonacina, *§. 4. num. 18.* Secundo, pro illis, qui homines in vijs publicis obsident, & deprædantur: & isti non gaudent immunitate Ecclesiastica: vt in *num. 66. & 67,* diximus. Tertiò, pro illis, qui pecunia, vel alio prætio accepto, vel promisso conducti prætio mandato occidunt homines incautos, seu nihil tale ab eis præcogitantes. Ita Menochius, *de arbit. lib. 2.*

lib. 2. centur. 4. cas. 360. num. 42. Iulius Clarus, *§. assassinum, in principio.* Ambrosinus, *de immun. cap. 7. num. 3.* Decianus, *lib. 6. cap. 28. num. 18.* Maschardus, *to. p. conclus. 138. num. p.* Bonacina, *de precep. disp. 3. quaest. 7. §. 4. num. 18.* Couarr. *2. variar. cap. 20. num. 9.* Bartolus, *in leg. si non solum §. si mandato num. 4. ff. de immunit. & in leg. Cicero ff. de pœn.* Baldus, & Salicetus, *in leg. non ideo minus, colum. penult. C. de accusat.* & alij.

115 Vnde Assassini dicuntur, tam conducentes operas ad occidendum, & dantes pecuniam, & mandantes; quam ipsi, qui pecunia conducti, occidunt: Ideo vterque priuatus erit tali immunitate. Opportet tamen, vt quis dicatur Assassinus, vt non delinquat simpliciter per prætium: quia, etiam milites hoc modo essent Assassini: sed quod suscipiat mandatum occidendi hominem, præ-tio conuento. Ita Alciatus, *cons. 11. num. 17. lib. 1.* Ambrosinus, *d. cap. 7. num. 7.*

116 Ex his deducitur resolutio multorũ casuum. Primò: Illum non dici Assassinum, qui sine prætio, aut sine præuia prætij promissione aliquem occidit, vt alteri rem gratam faciat: quia hic non dicitur aliquem incautum occidere, accepto, vel promisso prætio. Ita Maschardus, *de probat. tom. 1. conclus. 138. num. 2.* Antonius Gabriel, *com. op. tit. de malef. conclus. 1. num. 34.* Ambrosinus, *cap. 7. num. 8.* & alij.

117 Secundò: Non dicitur Assassinus ille, qui alterum occidit, præuijs solum verbis vrbanitatis; seu præuia solum promissione vaga, & iactatoria: Vt, si mandans homicidium, dicat mandatario, se numquam defuturum in ipsius necessitatibus. Ita Bursatus, *lib. 1. consil. 20. num. 4.* Vulpellus, *consil. 143.* Ambrosinus, *num. 9.* Bonacina, *§. 4. num. 18.* & alij.

118 Tertiò: Non dicitur Assassinus ille, qui nullo accepto, vel promisso prætio, alterum necat, spe alicuius præmij, à mandatore obtinendi. Ita Baldus, *lib. 385. lib. 5.* Ambrosinus, *cap. 7. num. 9.* Alciatus, *consil. 11. num. 14. lib. 1. & sequ.* & alij.

119 Quartò: Non dicitur Assassinus ille, qui aduersarium, cum quo amicitiam gerebat, occidit, socijs pecunia conductis: quia non occidit incautum. Ita Ambrosinus, *num. 10.* Bonacina, & alij.

120 Quintò: Non dicitur Assassinus ille, qui occidit aliquem, spe succedendi in bona occisi: quia occidit absque præuia pecunia, vel promissione, vel absque alterius mandato. Ita Ambrosinus, *nu. 50.* & alij. Neque erit Assassinus ille, qui pecuniam accipit pro expensis, in itinere faciendis: quia non dicitur accipere prætium pro homicidio. Ita Vulpellus, *d. consil. 143.* Bonacina, & alij.

121 Sextò: Vt quis tamquam Assassinus, nõ possit vti priuilegio immunitatis Ecclesiæ; opus est, quod interueniat mandatum, ad occidendum: quia ex mandato, ad vulnerandum tantum, etiam mediante pecunia, non committitur assassinium. Ita Riccius, *in par. 1. decis. 112. num. 2.* Ambrosinus, *cap. 7. num. 11.* Diana, *part. p. tract. p. resol. 18. in medio.* Bonacina, *de precep. disp. 3. quaest. 7. §. 4. num. 20.* & alij.

122 Septimò: Non dicitur Assassinus ille, qui occiderit infidelem, etiam prætio conductus: quia, vt dicatur Assassinus, opus est, quod occisus fuerit Christianus. Ita Iulius Clarus, *§. Assassinum in principio.* Baiardus, *in addit. ad Iulium Clarum §. Assassinum num. 13.* Maschardus, *to. 1. consil. 138. num. 13.* Bonacina, *de præcep. disp. 3. quæst. 7. §. 4. nu. 19.* Diana, *part. 4. tract. p. resolut. 105. in fine.* Palaus, *to. p. disp. vnica, de immunitat. pun. 9. num. 35.* Ambrosinus, *de immunit. cap. 2. num. 12.* Baldus, *in leg. si quis non dicam rapere C. de Episcopis, & Cleric.* Decianus, *cap. 28. num. 18.* & alij.

123 Quando dubitatur: An occisus fuerit Christianus, an vero infidelis; tunc presumitur Christianus, si in terris Christianorum fuerit occisus: Si verò in terris infidelium, censetur infidelis. Ita Iulius Clarus, loco citato.

Dubitatur: An mediator Assassini gaudeat Immunitate Ecclesiarum?

123 NEgatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia, sicut socij huius criminis, qui habuerint scientiam qualitatis Assassini, non gaudent immunitate; ita in hoc casu dicendum est: quia mediator est complex. Ita Præpositus, *de immunit. Eccles. cap. 7. nu. 37.* Tuschus, *to. 3. littera E. concl. 10. num. 10. & concl. 11. num. 7.* & alij.

124 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia Doctores, *in cap. pro humani de homicid. in 6.* dicunt, sub nomine Assas-

Assassini non venire mediatorem: & sic fuisse decisum in sacro concilio anno 1615. refert Rouitius, *in pragm. t. de assassin. num* 49. Sed in Bulla Gregorij excipiuntur immunitate Ecclesiarum tātum Assassini: ergo mediatores debent immunitate gaudere. Ita Antonius de Marinis, *in resolut. quotid. cap.* 171. *num.* 5. Gambacurta, *de immunitat lib.* 5. *cap* 34. *num.* 14 Masullus, *in addit ad Capyt decis.* 112. Diana, *part.* 4. *tract.* 1. *resol.* 33. & alij.

De Hæreticis §. 7.

125 Haeretici excluduntur ab immunitate Ecclesiastica: quia, sicut is, qui in Ecclesia deliquit contra proximum, non gaudet immunitate Ecclesię: ita non debent gaudere, qui Ecclesiam ipsam, & Deum ipsius fundatorem deliquit. Tum quia, ita habetur in Bulla Gregorij XIV.

An si Hæretici committant aliquod delictum, gaudeant immunitate? Dub. 1.

An qui vehementer suspectus est de hæresi, gaudeat Immunitate? Dub. 2.

An Infideles, Iudæi, &c. gaudeant Immunitate Ecclesiastica? Dub. 3.

An Apostata à Religione gaudeat Immunitate? Dub 4.

An si hæreticus committat aliquod delictum non exceptuatum, puta, adulterium, stuprum, &c. gaudeat Immunitate Ecclesiastica? Dub. 1.

126 Nota, quod nos hic non loquimur, quatenus est hæreticus, quia non gaudet immunitate Ecclesiastica, sed quatenus hæreticus committat aliquod delictum.

127 Negatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia hæretici nullo Ecclesiæ fauore digni sunt; eosque Ecclesia, tamquam pertinaces aduersarios, omninò reijci, & repelli curat, in detestationem hæresis. Tum quia, Constitutio Gregorii XIV. rei hæresis excipiuntur, in priuilegio immunitatis. Ita Couarr. 2. *variar resolut. cap.* 20 *nu.* 11. Boerius, *in punit decis.* 110. *num.* 6. Marsilius, *in leg. ex Senatus consult. ad finem.* Decianus, *variar. resolut. lib.* 2. *cap. vltim. num.* 11. *&* *lib.* 6. *cap.* 18. *num.* 4. Gambacurta, *lib* 7 *cap* 3. *num* 6 Peregrinus, *de immun. cap* 8. *num.* 13. Bobadilla, *to p. lib.* 2 *cap* 14 *num.* 54. Tannerus, 2. 2. *disp* 5 *quæst.* 8 *dub. p. num* 16 & alij.

128 Secunda opinio distinguit; scilicet: Si hæreticus, pro hæresi non fuit punitus, certè poterit extrahi, & puniri tam de hæresi, quam de alijs postea patratis. Si autem de hæresi fuit punitus, & per pœnitentiam peractam ad gremium S. M. Ecclesiæ redierit: crederet, non esse priuādum ista immunitate pro alijs delictis. Ita Ambrosinus, *de immunit. Eccles cap.* 8. *num* 9. *versic Ego credo.*

129 Tertia opinio absolutè affirmat. Cuius ratio est: quia non habetur fundamentum, ad excipiendam personam, vbi crimen non est exceptum. Vndè in illis locis, vbi hæretici impunè habitare permittuntur, nec propter hæresim puniūtur: dicendum est, in criminibus non exceptis, gaudere, vt cęteri, immunitate Ecclesiarum. Ita Bonacina, *de præcept. disp.* 3 *quæst.* 7 *§.* . *num.* 3. Portella, *in dub. regul. v. Ecclesia immunitas num* 10 Azorius, *part.* 1. *lib.* 9 *cap.* 9 *quæst* 9. Diana, *part p tract p resolut.* 29. Suarez, *to. p. de relig. tract.* 2. *lib.* 3. *cap.* 10. *num* 13. & alij.

An qui vehementer suspectus est de hæresi, gaudeat Immunitate Ecclesiarum? Dub. 2.

130 Negatiuè respondetur. Ratio est: quia cum error hæresis consistat in intellectu, qui nisi per ipsumet rei cōfessionem declarari non potest, formalitasque hæresis ab hoc dependeat, vtique pro fidei orthodoxæ conseruatione, ne pestifera hæc lues latenter serpat, si rei huiusmodi ad Ecclesiam confugiant, ab ea extrahendi sunt, iustaque intentionis declarationem ad abiurationis gradum admittuntur: & ita in Sanctissimo Tribunale seruatur, & semper seruatum fuit. Et ita Farinacius, *de immunitat Eccles. cap* 13. *num.* 175. Peregrinus, *de immunitat. cap.* 8. *num* 8. Marius Italia, *lib. p cap.* 5. § 6. *num.* 59. *&* 140 Ambrosinus, *de immunit cap.* 8. *num.* 9. Diana, *part. p. tract. p. resolut* 38 Penna, *in suis annotat. ad p. p. de rector. ingiust. scol.* 9. *§. Qui autem inueni.*

(⁘ † ⁘)

An

An Infideles, Iudęi, &c. gaudeant Immunitate Ecclesiastica? Dub. 3.

131 NEgatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia, par non est ab Ecclesia defendi eum, qui eius gremio, tutelę, ac fidei se committere recusat. Tum quia, Canones, statuentes immunitatem Rei, videntur loqui, secūdū materiam subiectam, de personis, sub iurisdictione Ecclesiæ constitutis. Ita Farinacius, *de carcerat. q. 28. n. 68.* Bartolus, *l. 1.* Salicetus, Cynus, *l. presenti, in primo verbo distinctionis C. de ijs, qui ad Eccles. cōfugiunt.* Anna, *in cap. Iudęi 1. col. 2 vers. numquid autem Iudęo.* Decian *lib. 6. ca. 28. nu. 8* Ambrosin. *de immun. cap 8. nu. 8.* & alij.

132 Secunda opinio distinguit. Aut Infidelis, confugiens ad Ecclesiam, non petit Baptismum, aut petit Baptismum, verè, ac realiter: Si primo modo, non gaudet Immunitate Ecclesiastica: Si verò secundo, gaudet. Ratio prioris est: quia, sua infidelitate indignum se facit eius beneficio. Ratio posterioris est: quia, par est, vt Ecclesia eum defendat, qui seipsum gremio Ecclesię committere non recusat. Tum quia, leges ciuiles seruandæ sunt, quoties iuri Canonico non repugnant: Iure autem ciuili, *l. 1. C. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt*, decernitur: Iudæos, ad Ecclesiam confugientes, non esse defendendos, si fingant, velle christianæ legi coniungi: ergo, à contrario sensu, si non fingant, se velle christianos fieri, sed ex animo petant Baptismum, protegendi sunt. Si verò fictè petant, non sunt protegendi immunitate Ecclesiæ. Ita Layman, *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 9. cap. 3. num. 12.* Suarez de Paz, *in prax. to. 1. part. 5. cap. 3. § 3. nu. 106.* Pereira, *de immunit. Reg. part. 2. cap. 51. num. 5.* Bonacina, *de pręcep. disp. 3. quęst. 7. §. 2. num. 5.* Megala, *in 3. part. lib. 4. cap. 2. num. 3. & 16.* Peregrinus, *de immunit. cap. 12. num. 1.* Suarez *to. 1. de Relig. tract. 2. lib. 3. cap. 10. num. 11.* & alij.

133 Tertia opinio absolutè affirmat. Cuius ratio est: quia, Immunitas, non delinquentibus, sed Ecclesię, ob Dei reuerentiam, & honorem concessa est: vndè qualiscumq; proponatur delinquēs, non respicitur ad illum: & ita locum habet immunitas, dummodo tamen excipiantur excepti. Deindè, pessimis hominibus confugientibus ad Ecclesiam, immunitas conceditur, qui quidem etiā non causa fidei, sed tantum propter pœnæ timorem ad Ecclesiam confugiunt: ac proindè, licet Infideles, ita se habeāt, nequaquam ab Ecclesia sunt extrahendi, cum malitia illorum immunitati Ecclesiæ nocere non debet: & hoc non solum in terminis Bullæ Gregorij XIV. sed etiam de iure communi: quia nec *in cap. inter alia de immunit. Eccles.* neque in alio Canone restringitur Immunitas ad Iudæos, & Saracenos: ergo, &c. Ita Ludouic. Correa, *relec. de immu. Eccl. p. 3. c. 3.* Gauantus, *in Encheridion. Episcop. verbo immun. Ecclesiast. nu. 9* Tiraquell. *de iure primogen. q. 60. nu. 9* Remigius, *de immu. fallent. 18. nu. 3.* Diana, *par. 1. tract. 1. resol. 22. & pa. 4. tract. 1. resol. 50.* D. Antoninus, *3. par. tit. 12. p. 3. § 1. vers. His ergo.* Siluest. *v. immunitas 3. nu. 2. versic. secundum de Pagano.* Azorius, *part. 1. lib. 9. cap. 9. q. 9.* Ricciul. *de iur. person. lib. 2. cap. 12. per totum.* Barbosa, *in collect. to. 1. lib. 5. tit. 49. cap. 6. nu. 50.* Faber, *in leg. 2. C. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt, & § sed hoc num. 3. Institut. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris.* Felinus, *in cap. Iudęi il primo de Iudęis.* Glossa, *in cap. inter alia, de immunit. Eccles. v. extrahendus.* & alij. Et probabilem vocat Fagundez, *lib. 4. cap. 4. num. 49.*

An Apostata à Religione gaudeat immunitate Ecclesiastica? Dub. 4.

134 AFfirmatiuè respondent Doctores citandi, contra Peregrin. *de immu. cap. 11. nu. 16* dummodò, quod non sint Ecclesię, & monasteria eiusdem Religionis, à qua apostatauit. Vndè secundum hanc opinionem Apostatę Religionis nō gaudent in suis Ecclesijs, seù conuentis. Secùs autem in alijs. Ita Bobadilla, *de immun. cap. 13. num. 169.* Marius Ital. *de immun. lib. 1. cap. 3. §. 1. nu. 17.* & Diana, *par. 1. tract. 1. resolut. 23. & par. 4. tract. 1. resol. 83. in fine.*

De Reis lœsæ maiestatis crimine: quando, & quomodo hac immunitate sint exempti. §. 8.

135 IN sua constitutione Summus Pontifex excipit Reos crimine lœsæ maiestatis in personam ipsiusmet Principis.

Et quamuis ante hanc constitutionem non reperiretur cõnumeratum expressè inter casus exceptos, neq; iure canonico, neq; ciuili, tamẽ tutos non fuisse delinquentes istos, pluribus comprobat Gig. *de crimin. læsæ maiestat sub rubric de plur. & var quæst.* At hodie cum Bulla hoc crimen excipiat, sumus in claris: sed tantum cum velit, quod hoc crimen in personam ipsius Principis committatur, quod tertiam proditionis speciem esse superius asseruimus; sciendum erit, quod duplex est maiestas. Diuina scilicet, & humana, *C. duo sunt 19. dist. Authent.* Gazaras, *C de hæret* Baldus, *consil. 59. in princ. lib.* 1. Diuina respectu Dei consideratur; hęc vnica est, ex quo Deus tantum est vnus, & de hac visum fuit in §. præcedenti de hæresi. Humana verò concernit personas humanas, videlicet Principes, & humanas potestates omnes, de quibus modo erit tractandum. Offenditur, autem persona Principis, non solum quando contra vitam ipsius, aut sui corporis substantiam aliquid committitur, seu attentatur; sed etiam, quando committitur crimen, quod de se in destructionem tendit Maiestatis Regiæ, & & exauctorationem Principis: vt si quis curaret alium Principem in Regno constituere, legitimo viuente, aut quocumque alio modo Regnũ ipsius ab eius Iurisdictione, & obedientia eximere, sibiq; aut alteri appropriare; quæ si exequerentur; Princeps legitimus iam à sua Maiestate deijceretur, ac proindè personæ ipsius, sic exauctorata, maximam propterea læsionem pateretur. Quæ quidem cum clara sint, sequentia consideranda agredior.

An Committens crimen in persona Baronis, seu cuiuslibet titulati feudatarij, principem supremum recognoscentis, gaudeat immunitate? Dub 1.

An qui offendit statuam vel immaginem, principi dicatam; vel rebellis gaudeat immunitate? Dub. 2.

An qui sciunt machinationem Principis supremi, & non reuelant, gaudeãt immunitate? Dub. 3.

An damnatus ad triremes, si fugiat, gaudeat Immunitate Ecclesiastica? Dub 4.

An Coniurans, seu machinans, vt tradat inimicis Regnum, vel ciuitatem, &c. gaudeat immunitate? Dub. 5.

An committens crimen in personam Baronis, seu cuiuslibet titulati feudatarij, Principem superiorem recognoscentis, gaudeat Immunitate Ecclesiastica? Dub. 1.

136 Negatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia, quamuis tales non habeant maiestatem, tamen habent à Papa, vel Imperatore potestatem: & ideò videntur Principes concedentes transtulisse omnẽ potestatem, quam ipsi habebant in eos. Vndè saltem largè dicitur in eos hoc crimen committi. Vndè, secundum hanc opinionem, offendẽtes Principes, Marchiones, Duces, &c. nõ gaudent Immunitate Ecclesiastica. Ita Gambacurta, *lib 5 cap. 44.* Megala, *in 3. part lib 4. cap. 2 quæst. 1. num. 21* & alij.

147 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia dato, quod crimen lęsæ maiestatis committerent, illos offendendo, gaudere tamen Ecclesiæ immunitate; quia præsens Bulla Gregoriana, intelligitur de offendentibus personam supremi Principis: nam cum versamur in materia odiosa, & pęnali, ita nomen Principis in Bulla accipiendum est. Ita Barbosa, *in collect to 1. lib. 3 tit. 49. cap. 6. nu.* 10. Peregrinus, *de immunit. Eccles cap. 9. num. 8.* Farinacius, *de immun. cap. 13. nu.* 187. Marius Italia, *de immun. lib. 1 cap 6. § 7. num. 29 vsque ad num. 36.* Diana, *par. 1. trac. 1 resol. 6* & alij Requiritur etiã, vt crimen læsæ maiestatis committatur in persona Principis, quod delinquens sit subditus illius Principis. Ita Glossa, *in Clement. pastoral in verb. non sufficit de re iudicata.* & est communis opinio, vt ait Ambrosinus, *de immunit. cap. 9. num.* 6. & docent etiam Megala, *in 3 par. lib. 4. cap. 2. q. 1. nu. 21.* Rolan. *cons. 4. nu. 1 lib. 1.* & alij. Ex dictis non sequitur, quod gaudet peccans in personam Proregis; quia maxima est disparitas: nam Titulati feudatarij, etiamsi Principis titulo decorẽtur, cum non sint in suo statu supremi, & in suos subditos, valde limitatam iurisdictionem exerceant, nullã habẽt maiestatẽ, atq; adeò, qui in illos delinquũt, nõ cẽsẽtur crimẽ lęsę maiestatis incurrere. At Prorex, cũ vnam personã cũ Rege faciat, & plenitudinẽ potestatis, etiã cõdendi leges in Regno obtineat, & vt Regis ipsa psõna oĩa tractet, atq; disponat, & intra fines Regni, sibi cõmissi, potestatẽ superiorẽ nõ agnoscat, rectè dicitur habere maiestatẽ, ac

ac proindè qui illum, vt Protegem offendit ipsam Regis personam censetur offendere, & crimen lœsæ maiestatis in personam Principis patratum incurrit, & immunitate Eccles. non gaudet. Sic Gambacurta, *de immun. lib. 5. cap. 44. nu. 9. §. de Proregibus, & gubernat.* & Farinacius, *in Append. de immunit. num.* 188.

An qui offendit statuam, vel immagines, Principi dicatas, vel Rebellis, gaudeat immunitate Ecclesiastica?

Dub. 2.

138 Affirmatiuè respondēt Peregrinus, *de immunit. cap.* 10. *num* 8. Gambacurta, *lib. 5. cap. 48.* Viladegio, *in polit. capit 3. num.* 207. Diana, *part. 1. tract. 1. resolut. 7.* & alij. Quorum ratio est: quia tale crimen non est in personam Principis, vt Cōstitutio Gregoriana requirit. Vndè offendentes statuas, vel immagines Principum, cudentes falsam monetam, offendētes eum, qui habet saluum conductum, expoliantes nuntios Regis, vel alterius Principis, vt arcana Regni sciret, & similia perpetrantes, gaudent immunitate Ecclesiastica: quia, licet hi homines in his delictis committant crimen lœsæ maiestatis; non tamen personam Principis offendunt. Et præter citatos Doctores, docent Farinacius, *de immunit. cap. 13. num.* 190. & Bonacina, *de præcep. disp. 3. quæst. 7. §. 4. num.* 22.

An qui sciunt machinationem contra personam Principis, & non reuelant, gaudeant Immunitate Ecclesiastica?

Dub. 3.

139 Negatiuè respondetur cum Farinacio, *de Immun. cap. 13. num.* 186. Ratio est: qa suo crimine ommissionis, ad aliorū crimē cōmissionis contra personam principis concurrit illud non impediendo: Et in hac Constitutione Summus Pontifex punit delinquentes contra personam Principis: nam illa dictio imposita in Bulla, denotat contra, quod Pontifici per commissionem, & omissionem: nam etiam, qui missam non audit iam contra præceptum Ecclesiæ facit. Ita Marius Italia, *de Immunit. Eccles. lib. 1. cap. 5. §. 7.*

An damnatus ad triremes, si fugiat, gaudeat Immunitate Ecclesiastica?

Dub. 4.

140 Negatiuè respondent Magala, *in 3. part. lib. 4. cap. 2. quæst. 1. num.* 33. Viladegio, *in polit. cap 3. nu.* 215. & Marta, *de iur. par. 2. cap* 51. *num.* 17.

141 Secunda opinio distinguit. Aut ille, qui à triremibus aufugit, fit loco depositi condemnatus, vel certam habet cōdemnationem: sed est reclamatum, & pendet reclamatio: vel compleuit tempus, sed detinetur, generalem expectando libertatem, & in suis casibus gaudere debet immunitate, nec aliter extractio permittitur. Si verò aufugiens certam habet condemnationem, de qua non pendet appellatio, vel se pro delictis, per eum patratis, seruire se concordauit; & adhuc tempus completum non est, eo casu, ex quo seruus pœnæ est effectus, debet complere, & Iudex Ecclesiasticus præstat extractionem. Et ita obseruatum fuisse à multis nuntijs, testatur Ioseph. Imperato. pœnes de marinis, loco citando, *num* 5.

142 Tertia opinio absolutè, & sine vlla distinctione ait: Remigantes, confugientes ad Ecclesiam, gaudere eius immunitate. Ratio est: quia Ecclesia non tantum à pœna infligenda reddit delinquētem, ad eam confugientem, securum; sed etiam, à pœna imposita, vt est in casu nostro. Et quamuis aliqui dicant: quod Cōdemnatus ad triremes, nō gauderet immunitate Ecclesiæ, eo quod per talem condemnationem seruus pœnæ efficeretur: At hodiè per condemnationem huiusmodi, vel ad aliquid opus publicū, etiam in perpetuum seruus pœnæ non efficitur, iuxta textum in Authent. *sed hodie C. de donation. inter virum, & vxor.* excepto casu, in quo ad mortē condemnatur, vt patet, *ex leg. qui vltimo ff. de pœn.* ergo, &c. Ita Antonius de Marinis, *quotid resolut. cap.* 177. *num.* 2. & 3. Periera, *de manu regia part. 2. cap* 50. *num.* 17. Nouarius, *in sum bullar. tit. de immunit. Eccles. num.* 17. Ludouicus Correa, *in select. ad cap inter alia, de immun. Eccles. part. 3. artic. 9 quæst. 4.* Diana, *part. 1. trac. 1. resol. 40. & part. 4. tract. 1. resol.* 47 Giurba, *in consil. criminal. consil.* 30. *n.* 21. & alij.

143 Limitant hanc sententiam Correa, & Diana: Vt procedat, quando condēnatus non fit ad remigādum propter crimē, ratione cuius, immunitate priuaretur.

DE HORIS CANONICIS

LIBER. II. TRACT. III. CAP. I.

DE HORIS CANONICIS Cap. I.

Qvid est Hora Canonica? Dub. 1.
Quo iure præscripta sunt Horæ Canonicæ? Dub. 2.
Quot sunt Horæ Canonicæ? Dub. 3.

Quid est Hora Canonica? Dub. 1.

1 Est certa pensio diuini cultus, debita alijs, qui sunt electi in sortem Domini, pro qua recipiunt patrimonium Christi in sustentationem, vel ordinem sacrum. Ita Molfesius, *to. 1 sum. tract. 5. cap. 1. num. 3.*

2 Non differunt Horæ Canonicæ, à Diuino Officio: solum tantum differunt verbaliter, quia in effectu idem sunt: Vocatur Diuinum Officium, quia à Deo impenditur: Vocantur autem Horæ Canonicæ, quia præscriptis, et definitis horis recitari debent. Ita Molfesius, *to. 1. sum. tract. 5. cap. 1. num. 4.*

Quo iure præscriptæ sint Horæ Canonicæ? Dub. 2.

3 Panormitanus, *in cap. 1. de celebrat. missar.* Angelus, *v. horæ quæst. 2.* Tabiena, *quæst. 13.* & alij, affirmant, esse de iure Diuino. Quorum ratio est: quia illud videtur de iure diuino institutum, cuius mentio, & memoria in scriptura habetur: sed mentio, & memoria istarum precum habetur in scriptura, psalmo 118. *Septies in die laudem dixi tibi:* ergo, &c. Tum quia, Horæ Canonicæ appellantur Diuinum Officium: ergo de iure diuino videntur institutæ.

4 Alij verò meliùs dicunt: non esse de iure diuino, sed Ecclesiastico. Quorum ratio est: quia communiter appellantur Horæ Canonicæ, quia per Sacros Canones præscriptæ, ab Ecclesia institutæ sunt, ad laudandum Deum, exemplo Dauidis Profetæ, qui septies in die laudes dicebat Deo: *Septies in die, &c.* quibus verbis, non ostenditur, Horas Canonicas esse de iure diuino, sed tantum exprimitur, & continetur factum Dauidis, quod non indicat obligationem: alioquin sequeretur, omnes Reges ad Horas Canonicas obligari. Ita Bellarminus, *lib. 1. de bonis quib. cap. 19. versic. Ad priorem.* Filliucius, *tom. 2. tract. 23. cap. 3. quæst. 5. num. 90 & cap. 5. num. 146.* Bonacina, *de bonis canonicis disp. 1. quæst. 1. nu. 2.* Azorius, *part. 1. lib. 10. cap. 1. quæst. 7. & cap. 4. quæst. 13.* Siluester, *v. hora quæst. 8.* & alij.

5 Vnde Summus Pontifex potest dispēsare cum Benefitiario, vel Clerico, sacris instituto. Ratio est: quia Summus Pontifex habet potestatem dispensandi in iure Ecclesiastico: Institutio autem Horarum Canonicarum iure Ecclesiastico præscripta est. Ita Valentia, *tom. 3. disp. 6. quæst. 2 pun. 10.* Toletus, *lib. 2. sum. cap. 4. num. 6.* Suarez, *tom. 2 de Relig. cap. 2. num. 16. & cap. 18. num. 18.* Bonacina, *de hor. canon. disp. 1. quæst. 1. pun. 2. num. 5.* Nauarrus, *cap. 11. num. 31.* & alij.

6 Non tamen Episcopus potest, sibi subditos, ab onere Diuini Officij præsoluēdi, eximere: quia onus Diuini Officij est de iure communi Ecclesiastico: Episcopus autem (regulariter loquendo) potestatem non habet circa ius commune. Ita Filliucius, *num. 104.* Bonacina, *num. 5. versic. Quartò.* Azorius, *lib. 10. cap. 3.* & alij communiter. Potest tamen in casu dubio, & casu necessitatis dispensare, vt in Tract. de Leg bus, materia de dispensatione diximus.

7 An Prælati Regularium possint, cum suis subditis, circa obligationem recitandi

tandi Diuinum Officium dispensare? Negant Reginaldus, lib. 18. cap. 12. num. 141. & 186. Filliucius, to. 1. tract. 23. cap. 9. num. 304. Macignus, de horis canonic. cap. 22. num. 8. Suarez, to. 2. de relig. lib. 4. cap. 28. num. 4. Raphael della Torre, 2. 2. to. 1. tract. 7. disp. 7. num. 14. & alii. Affirmant verò melius Gauantus, in comment. rubric. missal. to. 2. sect. 1. tit. 1. num. 6. Diana, part. 2. tract. 12. resolut. 19. & alii. Et hoc, quando causa subest, sicut possunt dispensare in aliis statutis obligatoriis.

Quot sunt Horæ Canonicæ? Dub. 3.

8 PRima opinio ait: Horas Canonicas esse octo. Cuius ratio est: quia Matutinum, & Laudes distinguuntur: & matutinum, & laudes duas Horas constituunt: reliquę Horæ sunt sex. Prima, Tertia, &c. Ita Rodoriquez, part. 1. sum. cap. 140. num. 1. D. Antoninus, 1. part. cap. 12. §. 1. Frascinellus, cap. 14. num. 4. Nauarrus, cap. 3. de horis canonic. num. 27. & alii.

9 Secunda opinio ait: Horas Canonicas esse tantum septem. Cuius ratio est: quia communiter Doctores, Diuinum Officium, septem Horas Canonicas appellant. Tum quia, Horæ Canonicæ non sunt plures, quam ab Ecclesia institutæ sunt: sicut enim ab Ecclesia institutionem habent, ita etiam numerum: Ecclesia autem instituit tantummodò septem Horas, vt patet, ex cap. 1. de celebrat. missar. & clement. 1. de relig. & venerat. sanct. & ex Breuiario Romano, vbi septem Horæ nuncupantur. Ita Molfesius, tract. 5. cap. 1. Garzias, de benef. part. 3. cap. 1. num. 104. Filliucius, to. 2. tract. 23. cap. 3. pun. 8. num. 107. Sotus, 10. de iustit. quæst. 5. artic. 4. Bonacina, de horis canonic. disp. 1. pun. 3. num. 3. Toletus, lib. 2. cap. 9. & alii.

DE HIS, QVI AD HORAS Canonicas recitandas, obligantur. Cap. 2.

AN omnes Religiosi teneantur post professionem, ad persoluendum Diuinū Officium? Dub. 1.

An Religiosus, qui compellitur ad triremes, vel per sententiam reijcitur à Monasterio, teneatur ad Horas Canonicas recitandas? Dub. 2.

An Moniales teneantur, ad persoluendum Diuinum Officium? Dub. 3.

An Religiosi teneantur Diuinum Officium extra chorum persoluere? Dub. 4.

An omnes Clerici teneantur recitare Diuinum Officium? Dub. 5.

An Clerici psalmos, quos Episcopus in ordinatione iniungit, recitare teneantur? Dub. 6.

An Subdiaconus, dispensatus, vt possit uxorem ducere, teneatur recitare Diuinum Officium? Dub. 7.

An qui Subdiaconatum suscepit, teneatur ordinationis suæ die Officium Diuinum recitare? Dub. 8.

An Excommunicatus, vel Suspensus, vel Interdictus, aut Irregularis teneatur recitare Diuinum Officium? Dub. 9.

An Cæci teneantur recitare Diuinum Officium? Dub. 8.

An omnes Religiosi teneantur recitare post professionem Horas Canonicas? Dub. 1.

1 PRima opinio ait: Religiosos, in sacris non constitutos, ad Horas Canonicas non obligari; nisi ordinis regula, vel consuetudo, vim regulæ obtinens, ita statuat. Ita Io. Medina, C. de orat. quæst. 7. prope finem. Alphonsus de Castro, l. de leg. pœnal. cap. 8. Quo ad fratres Prædicatores, & Caietanus, v. horæ, cap. 1.

2 Secunda opinio ait: Omnes Religiosi, choro deputati ex consuetudine, vel ex peculiaribus decretis, teneri post professionem, ad persoluendum Diuinū Officium, etiam si, non sint in sacris initiati. Ratio desumitur, tum ex decretis particularibus Religionum, quæ consulenda sunt ab vno quoque Religioso: Tum ex consuetudine, quam obligare sub mortali potest, ex dictis de legibus: quia cōsuetudo habet vim legis, & obligat sub mortali in materia graui. Ita Paludanus, in 4. dist. 15. quæst. 5. artic. 1. vbi Gabriel, quæst. 8. artic. 2. conclus. 3. Valentia, 2. 2. to. 3. disp. 6. quæst. 2. pun. 10. versic. 3. conclus. D. Antoninus, 3. part. tit. 13. ca. 4. Sotus, lib. 10. de iustit. quæst. 5. artic. 3. Nauarrus, in manual. cap. 25. num. 97. & cap. 7. de orat. num. 5. Bartholomeus Medina, in tract. confess. cap. 14. §. 11. Rodoriquez, to. 2. qq. regul. quæst. 100. artic. 81. Toletus, lib. 2. cap. 12. ad finem. Lesius, lib. 2. cap. 37. dub. 9. Layman, in Theolog. moral. lib. 4. tract. 1. cap. 4. num. 2. Bonacina, de horis canon. disp. 1. quæst. 2. num. 1. Siluester,

uester, *v. hora, quaest. 2.* Malderus, *de virt. tract. 10 cap. 2. dub. 3. quaest.* 8. Reginaldus, *lib.* 10. *num.* 140. Vasquez, *in opuscul. cap.* 4. §. 1. *artic.* 1. *dub.* 11. Molfesius, *tract.* 5. *cap.* 3. *num.* 9. Suarez, *to.* 2. *de relig. lib.* 4. *tract.* 2. *cap.* 71. *num* 9. Filliucius, *tract.* 23. *num.* 49. Azorius, *part* 1. *lib.* 10. *cap.* 6. *q.* 1. Macignus. *de horis canon cap.* 13. Miranda, *in manual. praelat. quaest.* 37. *articul.* 7. *concl.* 3. & alii.

3 Non tamen Nouitii tenentur recitare Horas Canonicas: quia non est sic vsu receptum. Et ita dic de Laicis, qui solum alias orationes particulares tenentur persoluere. Ita Vasquez, *de benefic. cap.* 4. §. 1. *artic.* 1. *dub.* 11. *num.* 46. Valentia, Layman, Bonacina, & alii.

An Religiosus, qui compellitur ad triremes, vel per sententiam reiicitur è Monasterio, teneatur ad Horas Canonicas recitandas? Dub. 2.

4 Affirmatiuè respōdet prima opinio. Cuius ratio est: quia manet Religiosus, ideoque subiectus regulae, aliisque obligationibus Religionis, quatenus eas obseruare potest. Ita Nauarrus, *cap* 7. *de orat num.* 10. Lessius, *lib.* 2. *cap.* 37. *dub.* 8. *num.* 45. Molfesius, *trac.* 5. *sum. cap* 4. *num* 46. *& cap.* 3. *num.* 16. Suarez, *tom.* 2. *de relig. tract.* 4. *lib.* 4. *cap.* 17 *num* 9. Layman, *in Theolog. moral. lib* 4. *tract.* 1. *cap.* 4. *num.* 2 & alii.

5 Secunda opinio ait: si Religiosus, nondum promotus fuerit ad Sacros Ordines, non tenetur ad Horas Canonicas: Secùs, si promotus fuerit ad Sacros Ordines: quia, promotus ad Sacros Ordines, tenetur ad Horas persoluendas, ratione suorum ordinum. Ita Bonacina, *de horis canonic. disp.* 1. *quaest.* 2. *pun.* 2. *num.* 5. Modo commodè persoluere possit, ait Rodoriquez, *part* 3. *sum. Hyspan. cap.* 194. *conclus.* 5. *num.* 45.

6 Tertia opinio absolute negat. Cuius ratio est: quia remouetur à statu, in quo cōsuetudo inuoluit obligationē, persoluēdi Diuinū Officiū; & trāsfertur ad statū, in quo hujusmodi consuetudo, & obligatio non reperitur. Tum quia, satis habent afflictionis, dum vi in illo supplicio detinentur. Tum quia, animus rarò talibus ad obsequendum est comparatus. Tum etiam, quia id cederet in dedecus Ordinis Ecclesiastici, si in illa hominum colluuie, ostenderent suum statum. Ita Lessius, *lib.* 2. *cap.* 37. *dub* 9 *num.* 45. Sanchez, *lib* 8 *de matrim disp* 8 *num.* 11. Homobonus, *de exam. Eccles. part.* 1. *tract.* 4. *cap.* 4. *quaest.* 32. Diana, *par.* 2. *tract.* 12. *resolut.* 40. Sotus, *lib.* 10. *de iustit. quaest.* 5. *artic.* 3. & alii.

7 Vnde etiam Monacus fugitiuus, aut eiectus à Monasterio ad tempus, vel in perpetuum, non tenetur recitare Diuinum Officium. Ratio est: quia Monacus in his casibus constituitur in statu, in quo non est consuetudo recitandi Diuinum Officium: Et quamuis redire potest ad Monasterium, tamen desinit esse Monacus: vel saltem, non est in statu, in quo consuetudine obligatur ad Horas Canonicas. Ita Bonacina, *de horis cano. disp.* 1. *quaest.* 2. *pun.* 2. *num.* 6. Diana, *part.* 2. *tract.* 12. *resol.* 18.

8 Et ita dicunt de Monacho, qui habet facultatem, & dispensationē viuendi in perpetuum extra Monasterium. Molfesius, *to.* 1. *sum. tract.* 5. *cap.* 4. *num.* 41. Azorius, *part* 1. *lib.* 10. *cap.* 5. *quaest.* 5. & alii.

An Moniales teneantur, ad persoluendum Diuinum Officium? Dub. 3.

9 Negatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia Moniales nō tenentur ad Horas Canonicas aliquo voto; vel ex vi suae professionis, vt passim Doctores fatentur: neque ex aliquo Ecclesiae praecepto, neque ex vi alicuius status, aut regulae: sed solum consuetudine, vt communiter Doctores admittunt. At qui illa consuetudo non est ita durè interpretanda, vt sub peccato mortali obligare singulis vicibus censeatur. Tum quia, id parum humanum esset, & sepè periculosum saluti. Tum quia, Consuetudo regularis non debet caeteri magis obligare, quam expressum statutum regulae: At qui si esset expressum statutum Regulae de Horis, à singulis recitādis, illud non censeretur obligare sub peccato mortali; sed solum sub reatu regularis correptionis, vel ad summū, sub peccato veniali, & poena regulari, sicut alia statuta regularia: nisi fortè haberet verba, quae perspicuè maiorem obligationem designarent; qualia sunt: *Praecipimus in virtute Sāctae obedientiae. Praecipimus: strictè iniungimus, &c.* Verum, nullum est statutum regulae (vt existimat Lessius, loco citando) quod verba, tam obliga-

obligatoria habeat. Confirmatur: quia obligatio sub mortali, est res valdè odiosa, ac proindè minimè præsumenda; nisi vbi necessitas cogit. Atque hic nulla cogit necessitas præsumendi, aut iudicandi tam grauem obligationem: quia, sicut ad alias regulas, & ad disciplinam religiosam seruandam, sufficit obligatio ad pœnam, & castigationem regularem: ita etiam ad seruandam hanc consuetudinem. Ita P. Lesius, *in resol. casuum conscient. post. 1. 2. D. Thomæ ver. Horæ canonicæ cas. 14.* & Marchantius, *in trib. Sacram. to. 2 tract. 2 par. 2. tit. 3 sect. 1 quæst. 2.* Bordonus, *in consil. regularium resol. 30. vb. num. 2.*

10 Verumtamen communis opinio affirmat: quando adhoc sunt deputati, & consuetudo ita viget, aut regula ipsarum sic ordinat. Ita Peirinus, *in comment. ad Regul. minim. cap. 4. §. 12. quæst. 1. nu. 3* Bellach'us, *in prax. de cas. reseru part. 2. quæst. 15 num. 8.* Macignus, *de horis can. cap. 13 num. 28.* Gauantus, *in comment. rubric missal. tom. 2 sect. 1. cap 4 num. 10.* Aragonius, *2. 2. quæst. 85. artic. 12.* Graffius, *part. 1. decis. lib. 2 cap. 50 num. 6.* Nauarr. *cap. 25. num. 97.* Emanuel Sà, *v. horæ canonicæ num. 1.* Filliucius, *to. 2 tract. 23. cap. 5 num. 150.* Suarez, *to. 2. de relig. lib 4. cap. 17. num. 6* Portella, *in dub. regul. v. horæ canonic. num. 3.* Azorius, *part. 1. lib. 10. cap 6. quæst. 1.* Lesius, *lib. 2. cap. 37 dub 9 num 49.* Reginaldus, *to. 2. lib. 18 cap. 12 num. 140.* Toletus, *lib. 2. cap. 2.* Rodoriquez, *to 1 qq. regul. quæst 42 art. 10. & part 2 sum. quæst. 10. artic. 8.* Laymann, *in Theolog. moral lib. 4. tract. 1. cap. 4. nu. 1.* Corradus, *in respons. cas. conscient. part. 1 quæst. 140.* Malderus, *2. 2 tract 10. cap. 1. num 28.* Diana, *pa. 2. tract. 12. resol. 17 & part. 9. tract. 6. resolut. 7 in fine.* Bonacina, *de leg. disp 1. quæst. 1. punt. vlt. §. 1. num. 2. & disp. 1. de horis canonic. quæst. 2. pun. 2. num 5.* Ioa. Escolar. *tract. de horis canon. quæst. 3. § 4. num. 3.* Teocada, *in Theolog. moral. to. 1. lib. 1. tract. 1 controu. 15. dub. 2. num. 15.* Io. Henriquez, *in pract. qq. sect. 35. quæst. 2.* Sanchez, *lib. 7 consil. cap. 2 dub. 3. num 6* Pellizzarius, *in manual. regul. to. 1 tract. 5. cap. 8. sect. 2. num. 53 & tract. de monach. cap. 6. num. 30.* Ioseph Roccaffus, *in prax. theolog. moral. to. 5 par. 3. lib. 6 cap. 4. quæst. 3.* & alij: quia obligatio Monialium, & Præsbiterorum, & Beneficiatorum, vtraque æquiparatur præcepto recitandi Horas Canonicas; vt ostendit vsus bonorum, existimantium ad debitum, in suo statu adimplendum, pertinere eiusmodi recitationem, tamquam eam, quam esse de numero talium debitorum, constet ex generali consuetudine, valdè consentanea suæ professioni.

11 Non tamen Conuersi tenentur ad Horas Canonicas; sed ad id, quod sua Regula præcipit: sicut de alijs præceptis Regulæ, & secundum quod eas Regula obligauerit, talis erit culpæ omissio, ait Caietanus, *v. hora*, Turrecremata, *dist. 95. cap qui autem num. 15.*

An Religiosi teneantur Officium Diuinum in Choro persoluere? Dub. 4.

12 Affirmatiuè respondet prima opinio. Tum ex consuetudine: Tum *ex cap. final. dist 91.* vbi præcipitur: Clericus, Ecclesiæ deputatus, qui ad recitandas Horas ad Ecclesiam non conuenit. Tum etiam, *ex cap. 1. de celebrat. missar. in Clement. autem. 1* vbi expressè nominantur Regulares, qui eodem cum Beneficiatis præcepto astringuntur. Ita Io. Maria Nouarius, *in sua lucerna regulæ v. horæ canon. num. 18.* Marchinus, *de sacram. ordin. tract. 2 par. 6 diff 11 num. 3.* Angelus, *v. horæ canonic. num. 25.* vbi Siluester, *num 11.* Armilla, *num 11.* Lezana, *to. 1. cap. 18. num 9* Albertus Specius, *opusc de hor. canon.* Graffius, *part. 2. de celebrat. lib 3 consil cons. 1 diffic. 1. num 6.* Peirinus, *to. 2 quæst. 1. cap 4. § 5 num 123.* & alij.

13 Secunda opinio ait: Religiosos, choro deputatos, teneri, iuxta proprias Religionis regulas, institutiones, & consuetudines. Cuius ratio est: quia nullus in iure Textus reperitur, quo Religiosi teneantur Officium in choro recitare. Neque Clementina prima hanc obligationem inducit (vt malè intelligunt aliqui:) sed eam aliundè supponit: eaque posita, præcipit Officium debito modo celebrari: Neque *in cap. finali*, extat præceptum; sed tantum tangit solum sæculares: ergo tota, & integra ipsorum obligatio circa Diuinum Officiũ, ad proprias ipsorum regulas, & institutiones, & consuetudines reuocanda est. Tum quia, Religiosi non receperunt vllum beneficium, propter Officium: nec eleemosinæ ipsis cum hac conditione conferuntur, vt Officium recitent: sed vt

vt vitam religiosorum ducant, iuxta proprium cuiuscumque institutum. Neque in nostra Religione Seraphica adest præceptum Regulæ sub peccato mortali, recitandi Officium Diuinum in Choro, vt ex verbis ipsius Regulę patet: ibi. *Clerici faciant Diuinum Officium, secundum ordinem Sanctę Romanę Ecclesię*. vbi non includit circumstantiam chori: vt patet, *ex cap. dolent de celebrat. missar.* sed modum, recitandi Officium declarat: nimirum, *Vt Diuinum Officium nocturnum, pariter, & diurnum (quantum eis dederit Deus) studiosè celebrent, pariter, & deuotè*. Quo loco nulla fit mentio chori. Neque ex vi legis, seù statuti tenentur sub peccato mortali recitare Officium in choro; sed sub aliqua pœna: vt patet ex verbis illius Constitutionis: scilicet, pro prima vice, quinquies orationem Dominicam, & salutationem Angelicam: Pro secunda, disciplinam: Pro tertia, ieiunium in pane, & aqua: quę pęnitentię non includunt peccatum mortale: Tum quia, si in aliquibus Religionibus extet stricta obligatio, per se, & indirectè non afficit sigillatim singulares personas; sed tantum Communitatem, & præsertim Prælatum: non quia Prælatus strictiori onere, præcisa necessitate, aut ratione scandali, & exempli, teneatur choro interesse; sed quia ipsi principaliter onus incumbit curandi, vt regularis institutio seruetur: Sicut etiā in casu necessitatis, non solum ipse, sed etiam singuli strictè obligantur, dum Officium in choro, ipsis non assistentibus, non persoluetur. Ita Bonacina, *de horis canonic. disp. 1. quęst. 1. pun. 2. num. 8. & disp. 2. quęst. 1. pun. 1. num. 9.* Filliucius, *to. 2. tract. 23. cap. 4. num. 133.* Vilalobos, *to. 1. sum. tract. 24. diff. 9. num. 7.* Suarez, *to. 2. de relig. lib. 4. cap. 7. à num. 1.* Sanchez, *to. 2. consil. lib. 6. cap. 4. concl. 12. dub. 1.* Diana, *part. 3. tract. 2. resol. 18. & par. 4. tract. 4. resol. 6.* Raphael della Torre, *in 2. 2. D. Thomę to. 1. controu. 10. de horis canonic. disp. 1. num. 6.* Sanctorum de Melsa, *cap. 3. tract. 2. fol. 293.* Falistus, *de horis canon. lib. 2. quęst. 55.* & alij.

An omnes Clerici teneantur recitare Diuinum Officium? Dub. 5.

14 Omnes Clericos, qui in Sacris constituti sunt, licet nullum habeant beneficium Ecclesiasticum, ad Horas Canonicas priuatim recitandas, sub culpa mortali obligatos esse. Ratio desumitur, *ex cap. 1. de celebrat. missar.* quod sumptum est, *ex cap. Præsbiter d. 9.* Tum etiam ex antiqua, & generali Constitutione: cum enim præcipuum munus ministerij spiritualis sit orare pro Populo, iure optimo Sancitum est, vel saltem consuetudine inductum, & receptum, vt Clerici, maioribus initiati, pręces, & orationes canonicas persoluant. Ita Siluester, *v. hora* vbi Angelus Vasquez, *in opuscul. de benef. cap. 4. §. 1. artic. 1. dub. 1.* Malderus, *de virtut. tract. 10. cap. 2. dub. 3.* Nauarrus, *de orat. cap. 7. num. 3.* Suarez, *cap. 16. num. 9.* Regiualdus, *lib. 18. à num. 25.* Filliucius, *tract. 23. cap. 4. num. 143.* Carolus Macignus, *cap. 9.* Bonacina, *de horis canonic. disp. 1. quęst. 2. punt. 3. num. 1.* Layman, *in Theolog. moral lib. 4. tract. 1. cap. 4. nu. 4.* Miranda, *in manual. Pralat. quęst. 37. artic. 7. conclus. 1.* & alij communiter.

15 Clerici vero, minoribus ordinibus initiati, non tenentur Horas Canonicas recitare: cum nulla sufficienti ratione probatur, ipsos hoc tempore ad hoc onus obligari, & *cap. dolentes de celebrat. missar.* loquens de minoribus Clericis, intelligendum est de Clericis, sacris initiatis, sed nondum ad Prælaturæ gradū euectis: & *cap. si quis præsbit. dist. 29.* intelligitur, de Clerico, Ecclesiæ deputato; & beneficium habente. Et ita Bonacina, *d. pun. 3. num. 1. versic. dico in propositione.* Sanchez. *tom. 2. consil. lib. 7. cap. 2. dub. 2. num. 4. & 5.* Palatios, *v. hora, & in 4. dist. 15. disp. 9.* Molsesius, *to. 1. sum. trac. 5. cap. 3. num. 13.* Aragonius, *2. 2. quæst. 83. artic. 12.* Turrecramata, *disp. 59. cap. Qui autem num. 4. & 5.* Valentia, *2. 2. to. 3. disp. 6. quæst. 2. & pun. 10.* Azorius, *part. 1. lib. 10. cap. 5. quæst. 1.* Palaus, *part. 1. lib. 1. cap. 2.* Parisius, *lib. 1. de resignat. quæst. 9. nu. 11.* & alii.

An Clerici psalmos, quos Episcopus in ordinatione iniungit, recitare teneatur? Dub. 6.

16 Affirmatiuè respondet prima opinio: quia est pręceptum statui Clericali, nec excedit potestatem Episcopi. Ita Layman, *in Theolog. moral lib. 4. tract. 1. cap. 4. num. 5.* Azorius, *part. 1. lib. 10. cap. 5. quæst. 4.* Lessius, *lib. 2. cap. 37. dub. 9. nu. 46.* Bonacina, *de horis canon. disp. 1. quęst. 2. pun. 3.*

2. *pun. 3. num. sec.* Villalobos, *tom. 1. sum. tract.* 14. *dub. 7. num.* 4. & alii.

17 Secunda opinio negat ex præcepto, sed tantum affirmat ex honestate: Vnde omittentes illos, nō peccarent mortaliter, dicunt Sotus, *lib.* 10. *de iustit. quæst.* 5. *artic.* 3. Valentia, *tom.* 3. *disp.* 6. *quæst. sec. pun.* 10. Diana, *part. sec. tractat.* 14. *resolut.* 20. & *part.* 4. *tractat.* 4. *resolut.* 168. *in fine.* Palaus, *tom. sec. disp. sec. pun.* 1. §. 1. *num.* 5. & alij.

18 Ex his deducitur contra Bonacinam, *dict. quæst. sec. punt.* 4. *num. sec.* & alios, non posse Episcopos præcipere dictis Clericis aliquid, singulis diebus, recitandum: quia talis facultas ad Summum Pontificem spectare videtur. Ita Layman, *dict. cap.* 4. *num.* 9. *versic. dico secundò.* Filliucius, *to. sec. tractat.* 23. *cap.* 5. *nu.* 148. Diana, *part. sec. tractat.* 12. *resolut.* 30. *versic. Vnde.* Villalobos, *tom.* 1. *sum. tract.* 24. *dub.* 7. *num.* 4. & alij.

An Subdiaconus, dispensatus, vt possit vxorem ducere, teneatur recitare Diuinum Officium? Dub. 7.

19 RESpondeo, quod de hoc satis diximus, *in lib.* 1. *tract.* 15. *cap.* 9. *à num.* 34. Et quando tenetur Subdiaconus recitare Diuinum Officium à die contracti matrimonij, nec ne, diximus, *in lib.* 2. *tractat.* 5. *cap.* 9. *dub.* 2. *num.* 8. & ita intellige de Religioso dispensato, vt possit vxorem ducere.

An qui Subdiaconatum suscepit, teneatur ordinationis suę die, Officium totum recitare?

Dub. 8.

20 SAnchez, *to. sec. consil. lib.* 7. *cap. sec. dub.* 7. Canus, *relect.* 5. *de pœnit.* Homo bonus, *in consult. cas. consc. vol. sec. part.* 5. *cap.* 240. Diana, *part.* 4. *tractat.* 4. *resolut.* 208. Palaus, *to. sec. disp. sec. pun.* 4. *num.* 3. & alij, dicunt: Solum obligari ab illa hora, à qua obligatio incepit: v. g. si quis accepit subdiaconatum, vel emisit professionem hora vndecima ante meridiem, nō tenetur recitare Matutinum illius diei, neque Primam, & Tertiam: sed ad summum, Sextam, & reliquas Horas: quia ab illa hora vndecima incepit obligatio.

21 Oliuarius Bonartius verò, *de horis canonic. lib. sec. cap.* 39. *num.* 11. ait: in tali casu Subdiaconum satisfacere, si non dicat Sextam, & Nonam, sed incipiat à Vesperis illius diei: quia mens Ecclesiæ non censetur velle strictiorem ad paruas aliquas horas diei currentis astringere.

An Excommunicatus, vel Suspensus, vel Interdictus, aut Irregularis teneatur recitare Diuinum Officium?

Dub. 9.

22 AFfirmatiuè respondetur. Ratio est: quia hæc obligatio est annexa ordini, qui est indelebilis. Tum quia, nemo ex suo delicto facit conditionem suam meliorem; sed id fieret, si hi excusentur: ergo, &c. Tum quia, hic, priuatur Clericus commodis, non autem ab oneribus releuatur. Ita Sotus, *lib.* 10. *de iust. quæst.* 5. *artic.* 3. Palatios, *in sum. v. hora, & in* 4. *dist.* 15. *quæst.* 9. Tabiena, *v. hora num.* 14. Couarr. *cap. quando cas.* 7. *& cap.* 15. *num.* 10. Siluester, *v. hora quæst.* 3. Nicolaus de Ploue, *de sacram. matrim. de bono canon versic.* 12. Turrecremata, *cap. qui autem d. sexagesima* ... & 1. Sanchez, *to sec. consil. lib.* 7. *cap. sec. dub.* 54. *num.* 1. Sandoual, *lib. de offic. canon part.* 5. *cap.* 5. Layman, *in Theolog. moral. lib.* 4. *tract.* 1. *cap.* 4. Rodoriquez, *cap.* 141. *concl.* 14. Auila, *de cens. part. sec. cap.* 6. *disp.* 4. *dub.* 6. *concl.* 1. & *cap.* 4. *disp. vnica, dub.* 1. *concl. sec.* & alij.

Dubitatur: An Excommunicatus, recitando Horas Canonicas, dicendo, Dominus vobiscum, incurrat irregularitatem, vel peccet mortaliter?

23 PRima opinio ait: Excommunicatus, quando recitat Diuinum Officium, non debet dicere, *Dominus vobiscum:* quia non est verbum priuatæ personæ: sed, loco illius, dicere debet: *Domine exaudi orationem meam.* Vndè Nauarr. *de orat. cap.* 7. *num.* 26. Suarez, *de cens. disp.* 13. *sect. sec. num.* 13. & Maiolus, *de irregul. lib.* 5. *cap.* 25. *num.* 16. dicunt: Sacerdotem, vel Diaconum Excōmunicatum, si proferant *Dominus vobiscum,* irregularitatem incurrere, & per consequens peccare mortaliter.

24 Secunda opinio ait: Nullum peccatum esse, si Excommunicatus, priuatim recitans, dicat: *Dominus vobiscum:* quia materia est parua. Ita Auila, *de cens. par. sec. cap.* 6. *disp.* 4. *dub.* 6. *concl.* 3. Hurtad. *disp.* 5.

disp. 15. de excommun. diffic. sec. num. 3. & Nauarr. *in sum. Hisp. pan. cap. 27. num. 45.*

25 Sed quia hæc secunda opinio est contra communem: dicendum est cum alijs: Non incurrere irregularitatem, & per consequens peccare venialiter excommunicatum, dicendo, *Dominus vobiscum* (secluso tamen contemptu:) quia est materia leuissima, & per consequens non incurritur irregularitas: quæ, quando ad peccatum incurritur, non nisi ob mortale incurritur. Ita Mercerus, *de sacram. in 3. in Theolog. moral. lib. sec. tract. 5 part. sec. cap. sec. num. 6.* Diana, *pa. 4. tract. sec. resolut. 5 4 & part. 5. tract. 9 resol. 93.* Coninch. *de sacram. disp. 14. dub. 7 num. 54.* Cordonus, *to. sec. lib. 7. quæst. 8. cap. sec. num. 13.* Præpositus, *in 3. part. quæst. sec. de excomm. dub. 9. num. 56.* Filliucius, *tom. tract. 12. cap. sec. num. 93* Henriquez, *lib. 13. cap. 7. num. sec.* Vilalobos, *to. 1. sum. tract. 9 diffic. 7. num. 3.* Raynaudus, *de monit. p. sec. cap. sec. num. 25.* & alij.

An Cœci teneantur recitare Diuinum Officium? Dub. 8.

26 PAsqualigus, *in qq. canonic. centur. 1. quæst. 53.* ait: Regularem cœcum teneri sub mortali assistere choro, si potest alternatim dicere Officium.

27 Dicendum est verò cum alijs: Cœcus, qui legere non potest, non tenetur ad Horas Canonicas, nec in totum, nec in partem: quia nemo obligatur ad impossibile. Ita Squilla, *dub. 1. num. 15.* Sanchez, *lib. 1. sum. cap. 19 num. 3. & lib. 7. consil. cap. sec. dub. 46. num. 4.* Bonacina, *de horis canon. disp. 1. quæst. 6. pun. sec. nu. 5.* Nauarr. *de orat. cap. 11. num. 23.* Molfesius, *to. 1. sum. tract. 5. cap. 4. nu. 16.* Filliucius, *cap. 9. quæst. 6.* Lessius, *lib. sec. cap. 3 dub. 9. num. 54* Suarez, *cap. 28. num. 13.* Azorius, *lib. 10. cap. 13 quæst. 4 & 5.* Reginaldus, *lib. 18 num. 181 & 185.* Diana, *part. 5. tract. 6. resol. 16.* & alij.

28 Cœci verò, qui Horas Canonicas memoriter sciunt, tenentur illas persoluere. Ratio est: quia præceptum non obligat, ad recitandum per librum: neque requirit, vt conditionem necessariam dicendi potestatem per librum: ergo dum cœci possunt recitare memoriter maiorem partem Officii, ad illam teneri vtique dicendum erit. Ita Faustus, *de horis canon. lib. sec. quæst. 129* Vilalobos, *to. 1. sum. tract. 24 diffic. 16. num. 4.* Reginaldus, *to. sec. lib. 18 cap. 13. num. 185.* Suarez, *tom. sec. de relig. lib. 4. cap. 28. num. 14.* Diana, *part. 4. tract. 4. resolut. 11 & part. 9. tract. 9. resolut. 28. in fine.* Hieronymus Rodoriquez, *in comp. qq. regul. resolut. 24 num. 30.* & alij.

29 Non tamen tenetur Cœcus, conducere socium, ad recitandum, & si cum eo possit recitare, quando non potest solus: quia præceptum ad orandum, obligat per se, non ad adhibendum socium: & si non potest per se (vt supponimus) ad nihil tenetur. Neque facit teneri adhibere media necessaria, ad adimplendum præceptum recitandi; quia hoc intelligitur de medijs ordinarijs, vt est, emere Breuiarium; non de extraordinarijs, vt est, conducere socium, ad quod simile præceptum non obligat. Ita Sancius, *in select. disp. 5. num. sec.* Escolar, *de horis canon. quæst. 6. num. 38.* Diana, *part. sec. tract. 12. resolut. 43 & part. 7. tract. 11. resolut. 3 & part. 9 tract. 9. resolut. 29* Caramuel, *in regul. D. Benedict. dist. 117 d. 1. nu. 1446.* Pellizarius, *in manual Regul. tom. 1. tract. 5 cap. 8 sect. 3 nu. 111.* & alii. Etiam si aliquis Cœco se offerat in socium, ad recitandum, non tenetur Cœcus, illum admittere: quia recitare cum socio, priuilegium, & fauor est, quo non vti libere potest. Ita Pellizarius, *num. 111.* Diana, *part. 4 tract. 4 resolut. 11. circa finem.* Bornarius, *de horis canonic. lib. sec. capit. 38. num. 8.* & alii.

30 Cœcus, qui memoriter Psalmos scit, non autem lectiones, non tenetur, psalmos absque lectionibus recitare: quia Psalmi per se, absque lectionibus, Officium non constituunt. Neque tenetur memoriæ mandare: neque adhibere socium, vt paulatim psalmos, aut lectiones memoriæ mandet: quia nimis durum esset, & molestum, ad id illum obligare. Ita Escolar, *de horis canonic. quæstion. 6. num. 38.* Sanchez, *to. sec. consil. lib. 7 cap. sec. dub. 46. num. 4.* Sotus, *lib. 10. de iustit. quæstion. 5. articul. 3.* & alii. Neque tenetur aliquid, loco Officii Diuini, recitare: quia cum legitimè excusetur, ad nihil tenetur. Ita Diana, *part. 4. tract. 4. resolut. 18.*

(·†·)

DE

DE MODO, ET CIRCVMSTANTIIS RECITANDI DIUINUM OFFICIUM. Cap. 3.

An Regulares, vel alij, relicta consuetudine, vel Religionis, vel Ecclesiæ, seclusso aliquo præcepto, possint priuatim Diuinum Officium, secundum Breuiarium Romanum, recitare? Dub. 1.

An qui tenetur recitare Diuinum Officium, teneatur etiam recitare psalmos pœnitentiales, graduales, officium defunctorum, & officiũ B. V. Mariæ? Dub. 2.

An non interessentes processionibus, teneatur recitare Litanias maiores extra chorum priuatè? Dub. 3.

An qui inuertit ordinem Officij, vel ordinem eiusdem Horæ, satisfaciet præcepto? Dub. 5.

Quot peccata committit, qui in die totum Officium omittit? Dub 6.

An obligatus ad Horas Canonicas, peccet mortaliter, si omittat partem notabilẽ? Dub. 7.

An qui Horas dicunt syncupando, censeantur integrè recitare; & satisfaciunt, & famuli, qui cum illis recitant? Dub 8.

An qui recitat Officium festinanter, ita ut, non dum expletis versiculis à socio, versiculos sequentes recitare incipiat, satisfaciet præcepto? Dub 9.

An recitans Officium alternatim cum socio, satisfaciet præcepto? Dub. 10.

An qui recitat Officium Diuinum in choro, si non recitat partem, quam cantat Organista, satisfaciet præcepto? Dub 11.

An Surdus, assistens choro, & cum alijs cantans, satisfaciet obligationi? Dub. 12.

Qua voce recitari debet Diuinum Officiũ? Dub. 13.

An qui recitat Diuinum Officium cum magna interruptione, inter psalmos eiusdem Horæ, vel nocturni, vel inter ipsos psalmos, satisfaciet præcepto? Dub. 14.

An licitum sit, diuidere Matutinum à Laudibus? Dub. 15.

An Regulares, & alij, relicta consuetudine, vel Religionis, vel Ecclesiæ, secluso aliquo præcepto, possint priuatim Diuinum Officium, secundum Breuiarium Romanum, recitare? Dub. 1.

1 NEgatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia, quilibet secundum ritum suæ Ecclesiæ, in qua degit, accomodare & conformare debet. Ita Vasquez, *de benef. cap. 4. dub. 2. artic. 1.* Suarez, *to. 2. de relig lib. 4. num. 4. & 11. & cap. 23. num. 2. & 9.* Bellarminus, *lib. 1. de bonis oper. lib. cap. 18. vers. Et quamuis.* Siluester, *v. hora, quæst. 1.* vbi Angelus, *num. 20.* Reginaldus, *lib. 18. num. 168.* Filliucius, *tract. 23. cap. 7. quæst. 1.* Azorius, *part. 1. lib. 10. cap. 18. quæst. 1.* Bonacina, *de hori canon. disp. 3. quæst. 3. § vn. num. 3.* Augustinus Barbosa, *in collect. to. 1. lib. 3. tit. 41. cap. 1. num. 20.* & alij.

2 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia Pius V. & si insinuet in Bulla, non esse mutandum Officium publicum ducentorum annorum, absque consensu Episcopi, vel Capituli; nihil tamen dicit de priuato: tacitè ergo permittit, illud mutari. Tum quia, recitans Officium iuxta Breuiarium Romanum, conformat se Ecclesiæ Romanæ, quæ est mater omnium Ecclesiarum. Ita Lesius, *lib. 2. cap. 37. dub. 12. num. 74.* Caietanus, *v. hora § 2.* Emanuel Sà, *v. hora, num 6.* Rodoriquez, *part. 3. sum. cap. 195. nu. 2.* Portella, *in dub. regul. v. horæ canonic.* Diana *part. 2. tract. 12. resol. 10.* & alij. Et probabilem vocat Bonacina, *num. 5.*

3 Immò Reginaldus, *lib. 19. num. 171.* Nauarrus, *cap. 19. num. 117.* Io. del Cruz, *in direct. conscient. par. 1. præcep. 3. artic. 9. dub. 4. concl. 2.* & Diana, *ubi supra*, dicunt: Si aliquis Clericus vno, vel altero die diceret Officium per aliud Breuiarium à Romano, v. g. per Breuiarium S. Dominici, &c. ita recitando, non peccaret mortaliter: quia, cum hæc mutatio parua sit, non videtur notabiliter aduersari menti Pontificis.

An qui tenetur recitare Officium Diuinum, tenetur recitare psalmos pœnitentiales, graduales, officium defunctorum, & officium paruum Beatæ Virginis Mariæ? Dub. 2.

4 QUi vtuntur Breuiario Romano Pij V. non obligantur recitare psalmos pœnitentiales, officium defunctorum, &c. in choro, quæ notantur in Rubricis generalibus, ad finem Breuiarij Pij V. exceptis Ecclesijs, in quibus ex consuetudine recitatur Officium paruũ B. Virginis. Illi verò, qui non vtuntur Breuiario Pij V. tenentur seruare consuetudinem sui loci, & Ecclesiæ, commodo,

do, quo consuetudo recepta est. Ita Nauarrus, *de orat. cap. 10 à num. 3.* Filliucius, *tract. 22. cap. 6 quæst. 10. & cap. 7 num 8.* Bonacina, *de horis canon. disp. 1. quæst 3. pu. 1. num. 12.* Layman, *in Theolog moral. tract. 1 cap. 5. num. 2. assers. 3.* Zechius, *to. 1 sum. cap. 83 num. 16. in fine.* Io. del Cruz, *in direct. pa. 1. præc. 3 artic. 3. dub. 4 concl. 3.* Philiarcus, *de offic. sacerd. to 1 part. 1. lib 1. cap 4.* Turrianus, *par. 1 sum cap. 116. dub. 5. num. 12.* Gordonus, *in Theolog. moral to 2 lib. 6 quæst. 2. num. 44.* Petrellus, *in lect. casuum conscient. par. 1 lect. 4. §. 1. num. 8.* Aragonius, *2. 2. quæst 83 art. 12.* Vilalobos, *to. 1 sum. tract 24. diffic. 6. num 3.* Hieronymus Rodoriquez, *in cõp. qq. regul. resol. 24. num. 14.* Corradus, *quæst. 243. in addit ad finem* & alij.

5 Dixi: *vbi erat consuetudo*: quia vbi non erat consuetudo, non tenetur recitare Officium Beatæ Virginis Mariæ. Neque tenetur, dictum Officium recitare, quando Officium Diuinum priuatim recitatur: quia Pius V. sic expressit in Bulla, quæ habetur initio Breuiarij: neque canticum graduum, & psalmos pœnitentiales obligant recitantes priuatim, iuxta Breuiarium Pij V. vt in sua Constitutione patet. Ecclesiæ verò, quæ non acceperunt Breuiarium Pij V. propter antiquam consuetudinem ducentorum annorum, tenebuntur ad dicta officia, vbi erat consuetudo, vel aliquid præceptum sui Breuiarij: quia hos non ligat dicta Bulla Pij V. Ita Sanchez, *tom. 2. consil lib. 7. cap. 2. dub. 27.* & alij citati.

Dubitatur: An adsit obligatio recitandi Officium Defunctorum in die 2. Nouembris?

6 NEgatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia Pius V. in Bulla, posita in principio Breuiarij, non obligat, ad dicendum Officium Defunctorum, diebus in Rubricis Breuiarij statutis, & absolutè loquitur: neque distinguit, neque excipit Officium Defunctorum in die 2. Nouembris: At lex, vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus, *l. de præcepto, ff. de public. in rem. aut leg non distinguemus ff de recep. arbit. l. præses ff de offic. præs. leg 2. §. inueniet.* Sicut igitur Pius V. in dicta Bulla tollit absolutè obligationem, recitandi Officium Defunctorum, neque excipit diem 2. Nouembris, cur nos illam excipere debemus? Ita Azorius, *part. 1 lib. 10. cap. 16 quæst. 4.* & alij, quos tacito nomine refert Molfesius, *tom. 1. tract. 5. cap. 1 num. 57.*

7 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia Officium Defunctorum in die 2. Nouembris, est proprium illius diei, vt apertè patet ex Calẽdario, & Martylogio, vbi nomen, quod Ecclesia tribuit festiuitati illius diei, est Commemoratio Defunctorum: ergo Officium magis proprium illius diei, est Officium Defunctorum, quia per nomen festiuitatis explicatur, de quo agi officium debet: & ideò, quando duo distinguntur Officia, pro aliquo die, magis intentum erit ab Ecclesia, quod correspondet nomini festiuitatis: quod in casu nostro probatur: quia quando Ecclesia dispensauit cum inclyto ordine Dominicano, vt vnum tantum officium diceret in 2. Nouembris, designauit Officium Defunctorum, relicto officio de octaua: ergo euidens signum est, quod officium magis proprium illius diei, est Officium Defunctorum. Confirmatur: quia, si Officium Defunctorum non potest in secunda die Nouembris celebrari, in alium diem transfertur, & ideò solemne, vt solum trãsfertur, quando in diem Dominicum incidit: quod non accidit in alijs officijs defunctorum, intra annum dicendis; ergo, &c. Tum quia, ex consuetudine, introducta in Ecclesia: tum etiam, quia communiter sic semper obseruari video à multis Patribus timoratis, & obseruare facit tota nostra Seraphica Religio. Et ita docent Castrus Palaus, *to. 2. disp. 2. de orat. pu. 2. num. 13.* Bonacina, *de horis canonic. disp. 1. quæst. 3 pun. 1. num. 13. in fine.* Layman, *in Theolog moral. lib. 4. tra 1. cap. 5. num. 2.* Tannerus, *in 2. 2. D. Thomæ disp. 5. quæst. 1. dub. 5. num. 148.* Sanchez, *to. 2. consil. lib. 7. cap. 2. dub. 27. num. 1.* Gauantus, *in rubric. tom. 2 sect. 9. cap. 2. num 18.* Naldus, *v. officium diuinum nu. 11.* Toletus, *lib. 2. sum. cap. 13. nu. 3.* Binsfeldius, *in Enchirid. Theolog. par. 4. cap. 9 §. 5 concl 8.* Lublinus, *in sum. cas v. hora canonic. num. 12.* Ioa. Pellizar. de Fabris, *in manu ordin. cap. 20. quæst. 7.* Trullench. *opuscul. de horis cano. dub 2. num. 12.* Homobonus, *in consult. cas conscient. vol. 2. part. 5 resp. 245.* Molfesius, *to. 1. sum. trac. 5 cap. 1. num 57.* Suarez, *in Enchirid. cas. conscient. lib. 2. v. hor. canonic.* Armilla, *v. hor. canonic. num 9.* Faustus, *de horis canon.*

canon. lib. 2. quæst. 202. Antonius, *de delictis ratis, par.* 6. *sum. cap.* 7. *num.* 11. Macignus, *de horis canon. cap.* 29. *num.* 16. Diana, *par.* 4. *de prȩclara, & sollemn. quæst. fol.* 501 *post decreta constit. Pontifi.* Sotus, *lib.* 4. *quæst.* 4. *artic.* 4. & alij.

Sed magis dubitatur: An qui in die 2. Nouembris omittat recitare Officium Defunctorum, & Officium ottauȩ, duo peccata committat?

8 PRima opinio ait: Omittentem Officium Defunctorum in die Commemorationis defunctorum, & Officium ottauæ omnium Sanctorum, videri non improbabile, quod facit vnicũ peccatũ: cum illa die hæc duo officia videantur præcipi per modum vnius. Ita Pellizzarius, *in tract. de monial. cap.* 6. *quæst.* 8. *nu.* 17. *in* 2. *edit.*

9 Secunda opinio ait: Duo peccata cõmittere: quia sunt præcepta diuersa, vt potè de officijs diuersis: & ideò omissio vnius non afficit altori: nam recitans Officium Defunctorum, adimplet obligationem illius, licèt non recitet officiũ ottauæ: & è contra: ergo, &c. Confirmatur, nam quando illa dies est impedita, Officium Defunctorum transfertur in aliam diem: ergo sunt diuersa peccata. Ita Diana, *part.* 9. *tract.* 7. *resolut.* 29.

10 Non tamen Beneficiarius, qui in die 2. Nouembris recitat Officium ottauȩ, si relinquat Officium Defunctorum, tenetur restituere fructus beneficij: quia, cũ simus in odiosis, & pœnalibus, Bulla Pij V. non est extendenda ad casum nostrũ: nam loquimur de Officio ordinario, quod singulis diebus recitatur, & ideò in illa efficitur mentio de horis; vt patet ex ipsius Bullæ contextu: quam Bullam affert Persicus, *de horis canon. cap.* 5. *dub.* 17. *num.* 1. sed in Officio Defunctorum non adsunt horæ, sed tantum Matutinum, Laudes, & Vesperȩ: ergo Bulla Pij V. (vt diximus) non loquitur, neque est extendenda ad Officium Defunctorũ vt potè diuersum ab ordinarijs officijs. Ita Diana, *part* 9. *tract.* 7. *resol.* 29.

An non interesentes processionibus, teneantur recitare Litanias maiores extra chorum priuatè? Dub. 3.

11 AFfirmatiuè respõdet prima opinio: quia sunt partes officij illius diei; & neque in Bulla Pij V. excipiuntur, sicut excipiuntur alij psalmi, & preces. Ita Bonacina, *de horis canon disp.* 1. *quæst.* 3. *pun.* 1 *num.* 13. Filliucius, *to.* 2. *tract.* 23. *cap.* 7. *num.* 243. Lezana, *in sum. qq Regul. cap.* 12. *num.* 23. Palaus, *to.* 2. *disp* 2 *pu.* 2. *num* 13. Tannerus, *in* 2. 2. *D. Thomæ disp* 5. *quæst.* 1. *dub.* 5. *num.* 148. Gauantus, *in sum. rubric. missal. to.* 2. *sect* 6. *cap.* 16. *num* 3. Suarez, *to.* 2. *de relig. lib.* 4. *cap.* 25. *num* 7. & alij.

12 Secunda opinio negat. Cuius ratio est: quia ex verbis Rubricȩ in die S Marci, non apparet esse recitandas sub onere culpæ mortalis: nam dicta Rubrica vtitur verbo imperatiuo: *Dicant:* quod quidem verbum, ex opinione probabili Alphonsi de Castro, *lib.* 2. *de leg. pœnal. cap.* 5. *docum.* 4. Caietanus, 2. 2. *quæst.* 166. *artic.* 9. *circa solut. cap* 5. *document.* 4. non continet præceptum: Et secundum Nauarrum, *in manual. cap.* 23. *num.* 49. Sayrum, *in Clau. Reg. lib* 3. *cap.* 7 *num.* 10. & alios: Verba imperantia inducunt tantum obligationem sub veniali, non autem sub mortali. Tum quia, consuetudo illa recitandi, non habet vim præcepti: quia illæ sunt potiùs preces ad Sanctos adhibitæ; quam pars Diuini Officij. Tum quia, ante Bullam Pij V. non erat in præcepto extra chorum: & eo minus hodie post dictam Bullam Pij V. Ita Homobonus, *in consult. cas. conscient. vol.* 2. *par.* 5. *resp.* 245. Macignus, *de horis canon. cap.* 29. *num.* 18. Vasquez, *opuscul. de benefic. cap.* 4. §. 1. *artic.* 2 *dub.* 1. *num.* 58 Molfesius *to.* 1 *sum tract.* 1. *cap.* 1. *num* 56. Diana, *pa.* 2. *tract.* 12 *resol* 42 & *part.* 4 *tract* 4 *resol.* 226. & *in dict. par.* 4. *in fine vbi de offic. defunct post. decret. Pontifi.* quamuis dicat, primam opinionem esse tutiorem. Sotus, *lib.* 10 *quæst* 5 *articul.* 4. § *delitantijs* Graffius, *par.* 1 *lib.* 2. *cap.* 53. *num.* 14. & alij

An qui inuertit ordinem Officii, vel ordinem eiusdem Horæ, satisfaciet præcepto? Dub. 4.

13 VAsquez, *in opuscul. de benef. cap.* 4. §. 1. *artic* 3. *dub.* 4. *num.* 66. ait: Si fiat rationabili causa, nec veniali culpa dãnabo: Si vero irrationabili, bis, aut ter, mortalem culpam non agnoscam: tamẽ sæpissimè, aut ex more id facere, existimo, à mortali culpa non esse liberum, quoniam, nimium iam ordini derogaret & consuetudini Ecclesiæ communi:

Quod

Quod enim semel, aut iterum fiat, non censetur ita grauiter consuetudinem Ecclesiæ lacerare, & disrumpere; & ideò non esset mortale. Et idem dicerem, si inuerteretur ordo Psalmorum, quod à veniali culpa numquam excusari poterit: si quidem causa nulla esse potest, quæ excusat: idem enim est ei, qui hanc horam recitare debet, hoc, aut alio ordine psalmos dicere: vndè si non seruat ordinem, sinè causa facit.

14 Alii verò meliùs, etiam absque causa affirmant. Quorum ratio est: quia ordo Horarum non est in præcepto; sed qualitas quædam, & circumstantia non ita necessaria. Etiam si aliqui in choro inuerterent ordinem Horarum: nam, seclusò scandalo, & contemptu, ita facientes non peccant, & ad summum peccant venialiter. Ita Reginaldus, to. 1. lib. 18. cap. 1. num. 66 Bonacina, de horis canon. disp. 1. quæst. 3. pun. 4. num. 5 Emanuel Sà, v. hora, num. 8. Diana, par. 1. tract. 12. resol. 16. Lesius, lib. 2. cap. 37. dub. 13. num. 80. Sanchez, to. 2. consil. lib. 7. cap. 1. dub. 41. n. 1. Medina, lib. 1. sum. cap. 14. §. 10. Palatios, in 4. dist. 15. disp. 9. Sotus, lib. 10. de iust. quæst. 5. artic. 4. Ledesma, 2. 4. quæst. 16. artic. 4. dub. 7. Nauarrus, in cap. quando cap. 3. num. 51. & cap. 25. sum. num. 99. Armilla, v. hora, num. 7. Margarita, confess. fol. 162. Nicua, in sum. tit. 69. Pedrazza, cap. 5. sum. Siluester, v. hora quæst. 9. Villalobos, to. 1. sum. tract. 24. dub. 25. num. 1. Gauantus, in comment. rubric. missal. to. 2. sect. 1. cap. 5. tit. 8. num. 3. & alii.

15 Ex his deducitur: Qui ab amico, vel Superiore inuitatur, ad recitandam Primam, cum ipse non dum recitauit Matutinum, potest cum eo Primam recitare, recitando postea Matutinum. Ita Siluester, v. hora, quæst. 9. Vasquez, artic. 2. dub. 4. Suarez, cap. 24. num. 4. Filliucius, cap. 8. quæst. 8. num. 232. & alii. Et ita dic de eo, qui dum Tertiam recitat, recordetur, se non dum recitasse Primam, vel Matutinum: quia potest Tertiam prosequi, cum intentione recitandi postea Matutinum. Ita Lesius, lib. 2. cap. 37. dub. 12. num. 80. Bonacina, de horis canonic. disp. 1. quæst. 3. pun. 4. num. 4. Azorius, par. 1. lib. 10. cap. 10. quæst. 1. Rodoriquez, par. 1. sum. cap. 142. num. 4. Paulus Squilla, par. 1. dub. 24. num. 47. Suarez, to. sec. de relig. cap. 24. num. 80. & alii. Et ita dicendum est, quando peruertitur ordo eiusdem Horæ: v. g. dicendo psalmum ante hymnum, aut vnum psalmum ante alium. Immò si fiet ex iusta causa, excusatur à veniali. Ita Emanuel Sà, v. hora, num. 8. Suarez, lib. 4. cap. 11. num. 10. Bonacina, num. 5. Molfesius, & alij. Vndè etiam, si quis ex obliuione dixerit officium de Sancto, quod dicendum erat de Feria, satisfacit, repetendo omissa; quamuis non repetat illa, in quibus vtrumque Officium conuenit. Ita Bonacina, num. 6. & quæst. 3. pun. 1. num. 18. & alij.

An qui, loco Feriæ, dicat Officium de Sancto, satisfaciet præcepto? Dub. 5.

16 Prima opinio ait: Peccare mortaliter, & per consequens, præcepto nō satisfacere. Cuius ratio est: quia mutās officium, non adimplet præceptum, quò ad substantiam: cum Ecclesia, non solum præcipit recitationem Diuini Officij in genere; verum etiam in particulari: videlicèt, vt tali, & tali die, tale, & tale Officium recitetur: cuius obligatio transit cum ipso die, vt potè diei affixa. Tum quia Pius V. præcipit, Officium dici iuxta formam, ab ipso præscriptam: sed ad formam illam pertinet distributio Officij ad tempora, festiuitates, seù sollemnitates, & dies: ergo tota illa forma, de se, sub præcepto cadit: ergo, qui illam voluntariè omittit, peccat mortaliter, & non adimplet præceptum. Ita Garzias, tom. 1. part. 3. cap. 1. num. 150. Paulus Squilla, num. 50. Megalà, in opuscul. de benefic. cap. 4. §. 1. dub. sec. num. 60. Reginaldus, to. sec. lib. 18. cap. 16. num. 172. Suarez, tom. sec. de relig. lib. 4. cap. 23. num. 11. Bonacina, de horis canon. disp. 1. quæst. 3. pun. 1. num. 17. versic. secunda sententia. Fernandez, part. 3. cap. 1. § 3. num. 1. Fabreus, de sacram. ord. dist. 24. quæst. 1. trat. 4. cap. 5. quæst. 41. Gauantus, in comment. rubric. missal. to. sec. sect. 1. tit. sec. num. 7. Griffius, par. 1. decis. lib. sec. cap. 51. num. 10. Rodoriquez, to. 1. qq. regul. quæst. 42. art. 8. Ragusius, de offic. canon. in chor. quæst. 17. num. sec. Filiarcus, de offic. sacerd. to. 1. par. 1. lib. 1. cap. 1. concl. 6. Molfesius, tom. 1. sum. tract. 5. cap. sec. num. 50. Naldus, v. diuinum officium, num. 16. Filliucius, to. sec. tract. 23. cap. 8. num. 186. Summa Corona, par. 1. cap. 1. num. 10. Toletus, lib. sec. sum. cap. 23. & alij.

17 Limitant hanc sentētiam Suarez, Reginaldus, & alii. Quando Officii mutatio

tio non fieret ex contemptu, & esset æquiualens in quantitate, vel ferè, nec animo eam sæpe pro libito faciendi; sic enim dicunt, non esse peccatum mortale: sic etiam si mutaretur Officium ex inaduertentia, etiam culpabili. Requiritur tamen in hoc casu aliqua compensatio, si officium ommissum esset maius notabiliter, vt si in Dominicę officio dicerent officium alicuius, Sancti: quia adimerentur ex nocturnis Dominicæ saltem nouem psalmi, nè ommittatur tanta pars officij: nam ita ex doctrina Raphaelis della Torre, 2.2.to.1. *de horis canon. controu.9 nu.6*

18 Sed hæc limitatio displicuit Dianæ, *pa. sec. tract. 12. resol 3* nam, vt ait Vega, *in part. 1 sum. cap 128. cas. 17.* si non potest quis mutare Officium frequenter, sine reatu peccati mortalis; nec erit licitum, hoc facere vno, vel altero die: nam pro qualibet die est præceptum distinctum; & Officium cuiuslibet diei, onus illius est, ita quod in aliud non transit. Sicuti adest præceptum, quolibet die in Quadragesima ieiunandi; & tamen, qui vno die ieiunare omittit, peccat mortaliter. Illud etiam, quod addit Suarez. de leuitate materiæ, non bene cadit in proposito: nam licet mutans Officium, recitet æquiualens in quantitate, non recitat id, quod debet, sed aliud diuersum officium; & sic non satisfacit, perindè, ac si non recitaret. Sicut qui ex præcepto tenetur ieiunare, aut audire missam, vel quid aliud facere (vt ait Diana) non satisfacit, si id committet in aliud æquiualens, aut etiam maius euidenter: quia non facit rem præceptam.

19 Alij verò absolutè dicunt: Mutationem Officij etiam dedita opera, non esse peccatum mortale: vt si loco Feriæ dicatur de aliquo Sancto. Quorum ratio est: quia substantia præcepti in hoc consistit, vt recitentur septem Horę Canonicæ iuxta Breuiarium præscriptum: ad modum verò, & ritum pertinet, vt eo die recitentur de Feria, vel de Sancto, vel de Sanctissima Trinitate, &c. Cum autem violatio præcepti, quò ad modū, non sit peccatum mortale; sequitur, mutantem Officium vnius diei, non peccare mortaliter, sed venialiter. Vnde si quis, sine causa, hanc mutationem faceret, ex quadam accidia animi, vt facilius, & breuius Officium expediatur, puto, solum peccare venialiter. Et si beneficium habet, non teneri ad restitutionem fructuum. Ita Siluester, *v. hora, nu 15* Medina, *instit confess. lib. 1. cap. 14 §. 11* Victoria, *in confessionario in 3. præcepto.* Valentia, *tom 3 disp. 6. quæst sec pun. 10.* Diana, *part sec. tract 12 resol 3 & part 5. tract 5. resol. 6.* Layman, *in Theolog. moral. lib 4 tract. 1 cap 5. num 4.* Lessius, *lib. sec. cap. 37 dub 12. num 77.* Vega, *tom 1, sum. cap. 128. cas. 17.* Azorius, *part 1. lib. 10. cap. 10. quæst sec* Rodoriquez, *part 3. sum. cap. 95 num 3* Zerola *in prax. Episcop. part. 1. verbo hora, num. 6.* Baldellus, *to. 1. lib 5 disp. 24 num 5.* Binsfeldus, *in Encherid Theolog p. 4. cap 9 concl. 7.* Diana, *part 7. tract. 11. resol 7.* vbi dicit esse probabilem.

Quot peccata committit, qui in die totum Officium ommittit? Dub. 6.

20 Prima opinio ait: Ommittere omnes septem Horas vnius diei esse septem peccata mortalia. Cuius ratio est: tot sunt præcepta recitandi in die, quot sunt Horæ Canonicæ: sicut qui in Quadragesima, integra hebdomada non ieiunet, committeret sex peccata mortalia. Tum: quia, in illo actu, omittendi omnes Horas, sub eius virtute, septem distinctæ ommissiones sunt volitæ: sed singulæ ommissiones sunt distincta peccata extrema: ergo, &c. Ita Lessius, *lib sec. cap. 7. dub 9 num 53.* Fusculus, *de visit. lib 1. cap. 20. num. 19* Toletus, *lib sec. cap. 12 num. 1.* Tabiena, *v. hora, quæst. 18* Oliuarius Bonacinus, *de horis canon. lib sec. cap 19. num. 14 & cap. 20. num. 5.* D Antoninus, *3. part. tit 13 cap. 4. §. 6.* Turrecremata, *C. Eleuterius, dist 91. num. 5.* & alij.

21 **Secunda opinio ait: Tantum esse vnū peccatum mortale. Cuius ratio est, quia præceptum de toto Officio vnius diei, vnicum est, & omnes Horæ sunt partes vnius Officii, tamquam vnius actionis moralis integræ, & ideo illius totius volita est omissio integra, atque ita vnum peccatum. Confirmatur ex diffinitione Turrecrematę, *dist 19. in princip. artic. 1.* sub his verbis. *Horæ canonicæ sunt oratio publica, sub certo numero psalmorum, lectionum, & aliorum huiusmodi, à Sanctis Patribus, ad laudem Dei ordinatę, & per septem congruentes Horas distributę.* Si enim Horæ Canonicæ sunt vna oratio, vt hæc diffinitio ostendit, illorum omissio erit vnum peccatum mortale: quia** est

est vnius orationis omissio. Nec obstat, quod omittere Officia duorum dierum, vel partem eorum, sint peccata distincta: quia ex Horis diuersorum dierum non componitur vnum Officium, nec potest vnum cum altero moraliter continuari: cuius signum est, quia intra eundem diem potest impleri obligatio, dicendi quamcumque Horam illius diei, non verò in altera die. Ita Siluester, *v. hora quæst. 12.* Nauarrus, *tract. de orat. cap. 7. num. 6.* Suarez, *to. sec. de relig. lib. 4. de horis canon. cap. 25. num. 18.* Garzias, *de benefic. to. 1. par. 3. cap. 1. num. 11.* Bartholomeus à S. Fausto, *de horis canon. lib. sec. quæst. 80.* Reginaldus, *tom. sec. lib. 18. cap. 12. sect. 3. num. 156.* Merola, *to. 1. disp. sec. cap. 4. dub. 7. num. 132.* Tamburinus, *lib. sec. cap. sec. § 1. num. 12.* Flaminius Paris, *de resig. benefic. lib. 1. quæs. 9. num. 8.* Grassius, *par. decis. lib. sec. cap. 51. num. 14.* Vega, *par. 1. sum. cap. 128. cas. 1.* Rodoriquez, *par. 1. sum. cap. 140. num. 16.* Petrus Ledesma, *part. sec. sum. tract. 9. cap. 4. concl. 14. diff. 1.* Emanuel Sà, *v. hora num. 4.* Valentia, *to. 3. disp. 6. quæst. sec. pun. 10.* Azorius, *par. 1. lib. 10. cap. 7. quæst. 4.* Molfesius, *to. 1. sum. tract. 5. cap. 3. num. 21. & cap. 5. num. 9. in fine.* Vasquez, *opuscul. de benef. cap. 4. § 1. dub. 5. num. 71.* Ortiz, *cap. 3. sum. num. 21.* Portella, *in dub. regul. v. horæ canonic. num. 5.* Diana, *par. sec. tract. 12. resol. 5.* Palatios, *in 4. d. 15. disp. 9.* Sanchez, *to. sec. consil. lib. 7. cap. sec. dub. 1. num. sec.* Nardus, *v. officium diuinum num. 1.* Miranda, *in manual. Prælat. quæst. 37. artic. 13.* & alij.

22 Limitant hanc sententiam Nauarrus, & Reginaldus: Nisi quis pluries repeteret voluntatem, omittendi Officium Diuinum: tunc enim, volunt, plura peccata committere. Sed hæc limitatio non est simpliciter vera, vt diximus, *in lib. tract. 3. cap. 3. dub. 10. num. 61. & 62.*

Dubitatur Primò: An Clericus, initiatus Ordinis Sacri, & simul Beneficiarius, cum onere recitandi Diuinum Officium, duo peccata committit, si eâ die non recitet Diuinum Officium?

23 Affirmatiuè respôdet prima opinio: Cuius ratio est: quia est duplex obligatio, ad diuersas virtutes pertinens: Altera, ratione ordinis, spectans ad Religionis virtutem: Altera, iustitiæ, ratione beneficij: confert enim Ecclesia beneficij redditus, eo onere, sive illud possidens, recitet: & alias, eos non faciat suos. Ita Sanchez, *lib. 9. de matrim. disp. 15. num. 6. post medium.* Fagundez, *de præcep. Eccles. tract. sec. lib. 4. cap. 9. num. 23.* Azorius, *part. 1. lib. 10. cap. 4. quæst. 7.* Suarez, *to. sec. de relig. lib. 4. cap. 8. num. 5.* Marignus, *de horis canonic. cap. 10. num. 5.* Squillant. *de oblig. cleric. part. 1. dub. 5. 4. num. 7.* Bonacina, *de horis canon. disp. 1. quæst. sec. pun. 1. num. 4.* & alij.

24 Secunda opinio ait: Vnum tantum peccatum mortale committere. Cuius ratio est: quia Clericus beneficiarius tenetur persoluere Horas, ratione tantum Religionis, & non iustitiæ: ergo vnicum peccatum committit, quia violat vnam tantum virtutem. Ita Henriquez, *lib. 12. cap. 12. num. 3.* Garzias, *de benefic. tom. 1. artic. 3. cap. 1. num. 125.* Salas, *1. 2. to. sec. tr. 13. disp. 3. sect. sec. num. 17.* Homobonus, *in exam. Eccles. par. 1. cap. 12. tract. 3. cap. 5. quæst. 42.* Diana, *part. sec. tract. 12. resol. 22. & part. 4. tract. 4. resol. 259. in fine.* Palaus, *tom. sec. disp. sec. par. 1. § sec. num. 29.* & alij.

25 Immò habentem plura beneficia, nõ committere tot peccata, quot sunt beneficia, sed vnum tantum. Ita Garzias, *de benefic. to. 1. p. 3. cap. 1. num. 124.* Diana, *par. sec. tract. 11. resol. 23. in fine.* Molfesius, *to. 1. sum. tract. 5. cap. 3. num. 21.* Henriquez, *lib. 5. cap. 5. num. 9.* Azorius, *part. 1. lib. 4. cap. frequenti. 6.* Bonacina, *de horis canon. disp. 1. quæst. sec. pu. 4. num. 27. versic. hinc colligi.* Pharabonius, *tract. 1. sect. 13. cas. 11. in fine,* & alij.

Dubitatur Secundò: An qui omittit aliquo die omnes Horas Canonicas, vel notabilem illarum partem, teneatur in confessione aperire id, quod omisit, vel sufficit dicere: se mortale peccatum commisisse, in non persoluendo Diuinum Officium?

26 Henriquez, *in lib. 5. cap. 7. num. 6.* Bonacina, *de sacram. disp. 5. sect. sec. p. sec. § 3. num. 17.* Bellochius, *in pract. de cas. reseru. par. sec. quæst. 15. num. 74.* Garzias, *de benef. tit. 1. par. 3. cap. 1. num. 142.* & alij, dicunt: Non sufficere, sed explicandam esse quantitatem Officij omissam, si sit magna, & numerum Horarum.

27 Diana verò, *in par. sec. tract. 12. resol. 23.*

Squillant,

Squillant. *de obligat. cleric. part. 1. dub. 33. num. 70.* & alij, dicunt: Satis esse, si Clericus se accuset, asserendo, commisisse culpam lethalem in recitatione Horarũ.

28 Immò Granadus, *in 2. 2. D. Thomæ controu. 7. tract. 9. dist. 10. num. 8.* ait: Si quis omitteret Officium Diuinum per annum, sufficit, vt in confessione dicat, per annum Officium Diuinum ommisi; licèt aliquotiès intra annum doluit de culpa, & statuit recitare Diuinum Officium: quia licèt (metaphysicè loquendo) illud peccatum numero multiplicetur, adhuc non videtur necessarium declarare prædictam interruptionem, cum in confessione non sit seruandus strictus rigor.

An obligatus ad Horas Canonicas, peccet mortaliter, si omittat partem notabilem? Dub. 7.

29 Affirmatiuè respondetur, cum communi Doctorum sententia, qui dicunt: Peccare mortaliter eum, qui tenetur ad Horas, si dedita opera, vel ex culpabili, & crassa negligentia prętermiserit aliquam, ex his canonicis vna die: quia transgreditur præceptum Ecclesię in re graui: quæ præcipitur in uirtute obedientiæ, vt patet, *ex cap. dolent. de celebrat. missar.* & docet Franciscus de la Santas, *lib. de horis canon. persol. imped.* Sandoual, *de offic. canon. part. 6. cap. 14.* Viguerius, *cap. 5. § 5. versic. 4.* Diana, *pa. 5. tr. 5. resol. 26.* Medina, *lib. 1. cap. 10. § 11.* D. Antoninus, *3. par. tit. 13. cap. 4. §. 11.* Palatios, *in 4. dist. 15. quæst. 9.* Sanchez, *to. sec. consil. lib. 7. cap. sec. dub. 11. num. sec.* Molfesius, *to. 1. sum. tract. 5. cap. 3. num. 7.* & alii communiter.

Dubitatur: Quænam dicatur paruitas materiæ, ita vt dimittendo illam, non erit peccatum mortale?

30 Nauarrus, *in cap. 10. de orat. num. 44.* & Squillant. *de oblig. cleric. part. 1. dub. 33. num. 69.* dicunt: Partem notabilem vnius Horæ esse totum principiũ cum psalmo: quia in choro designatur illa, tamquam pars sufficiens ad non lucrandum totius Horæ distributionem, scilicèt: si quis non ingrediatur chorum ante primum psalmum finitum, iuxta communem consuetudinem probatam etiam in Consilio Basiliensi, *sess. 20. §. 3.* ergo signum est, illam extimari partem notabilem.

31 Azorius verò, *in 1. par. lib. 10. cap. 7. q. 2.* Macignus, *de horis canon. cap. 26. num. 2.* Malderus, *in 2. 2. tract. 10. cap. sec. dub. 3.* & alij, dicunt: Tertiam partem Horæ, vt est Primæ, Tertiæ, &c. & Completorii, esse partem notabilem, sufficientem ad peccatum mortale.

32 Attamen hæc opinio, & à fortiori, Prima, dura mihi videtur: quia (vt notant Angelus, *v. hora num. 18.* & Lesius, *de iust. lib. 2. cap. 37. dub. 9. num. 52.*) & si vna hora sit materia grauis, & sufficiens, vt sub peccato mortali præcipiatur, nõ tamen indè sequitur, tertiam eius partem talem esse: alioquin, etiam tertia pars vnius psalmi, talis dicenda esset: itaque & si omittere Sextam, vel Nonam integram sit peccatum mortale; non tamen sequitur, mortiferum esse, si tertia pars Sextæ, vel Nonæ omittatur.

33 Vndè dicendum est cum aliis: In minoribus Horis, vt Prima, Tertia, Sexta, Nona, & Completorio, partem notabilem esse dimidiam partem. Vndè, si quis ex Nona dimitteret partem, quod non attingeret dimidiam partem, non peccaret mortaliter, nec teneretur ad restitutionem fructuum, si erit Beneficiarius: quia reuera, respectu totius Officii diei, illa non videtur notabilis pars; nec in se, & absolutè videtur tam grauis materia. Ita Oliuarius Bonartius, *de horis canon. lib. sec. cap. 19. num. 12.* Lorca, *part. sec. to. 2. disp. 16. memb. 2. de legib.* Suarez, *to. 2. de relig. lib. 4. de horis canon. cap. 21. num. 15.* Molfesius, *to. 1. sum. tract. 5. cap. 5. num. 8.* Rodoriquez, *part. 1. sum. cap. 141. num. 17.* Reginaldus, *lib. 18. num. 143.* Merolla, *to. 1. disp. 2. cap. 4. dub. 7. num. 128.* Diana, *part. sec. tract. 12. resol. 41. & par. 5. tract. 5. resol. 26.* Palaus, *to. 2. disp. sec. pu. 5. num. 1.* Fernandez, *par. 3. cap. 13. §. 7. num. 3.* Vega, *to. 1. sum. cap. 128. cas. 15.* Bellochius, *de cas. reseru. par. sec. quæst. 15. num. 46.* & alii.

Id, quod supra diximus, intelligenda sunt de Horis breuioribus, quid dicendum sit de Matutino, Laudibus, & Vesperis?

34 Sanchez, *to. p. sum. lib. p. cap. 19. n. 8.* ait: In Matutino Feriæ, vel Sancti simplicis, omissio trium lectionum, & eorũ responsoriorũ, esse materia parua; ac proindè moralem Matutini integritatem non

non tolleret: Secùs, si esset Matutinum Festi duplicis, aut semiduplicis, in quo nouem lectiones, & octo responsoria recitanda essent: quia tunc est pars notabilis; quæ omissio non satisfacit integrè moraliter præcepto.

35 Ragusius verò, *in trac de offi canon. in choro quæst.* 13. *num.* 4. ait: In Horis maioribus, vt in Matutino, & Laudibus, & Vesperis, notabilem partem esse quartã partem cuiuscumque Horæ, & non minorem.

36 Attamen Gauantus, *in comment. Rubric. missal. to. sec sect* 1. *cap.* 5. *tit* 1. *num.* 4. Suarez, *num.* 16. Merolla, *nu* 128. Diana, & alij dicunt: Leuis materia iudicanda est, quæ quantitatem Horæ paruę non attingit. Vndè necessarium est, vt non admittatur pars alicuius Horæ, quæ æquiualeat minimæ horæ: quod si hanc non attingat, nõ videtur esse peccatum mortale.

37 Addit Suarez, *in* 2. *to. de relig. lib.* 4. *cap.* 13. *de orat. num.* 3. Omissionem minoris partis, posse sufficere in choro ad peccatum mortale, quam in recitatione priuata: quia totum ipsum Officium grauius est: Addit etiam, grauitatem partis omissæ non esse pensandam ex quantitate proportionali, seù respectiua, idest, quod si tertia, vel quarta, vel alia similis pars aliquotæ Horę; sed ex quantitate, dignitate, vel grauitate sua absoluta: quia semper magis hinc pendet grauitas culpæ: sicut in Missa grauis est omittere verbum vnum in Canone, quã orationem integram extra illam: & ita existimat Suarez, in hac mutilatione alicuius Horæ: quo ad publicam recitationem in choro, in primis considerandam esse publicam deformitatem, quæ indè nascitur, vt si inchoatur Hora sinè illo initio, *Deus in adiutorium, &c.* vel quid simile, statim generalis publicam admirationem, & deformitatem. Similiter omittere Vesperis canticum *Magnificat*, grauior erit defectus, quam omittere alium psalmum, etiam maiorem. Concludit igitur idem Auctor, in recitatione Officij in choro primũ considerandam esse dignitatem, vel sigularem necessitatem partis omissæ, deindè esse etiam cõsiderandam absolutam quãtitatem eius: nam integer psalmus videtur sufficiens quantitas pro Officio publico, si voluntariè omittatur, quæ in recitatione priuata non esset sufficiens ad peccatum mortale. Et ita Merolla, *nu.* 130. & Diana, *part.* 5. *tract* 5. *resol.* 26.

38 Attamen ipse Diana, *in part. sec. tr.* 12. *resol.* 41. *in fine.* & Bonacina, *de horis canon disp.* 1. *q.* 5. *pu.* 1. *nu.* 3. dicunt: Quamuis hæc opinio Suarez tuta sit, illis tamẽ non probatur, præciso scandalo, aliauè circumstantia: nam supponere videtur, grauiorem obligationem circa publicã recitationem extare, quã circa priuatã: non solum respectu totius Capituli, verum etiam respectu singulorum Canonicorum, quod Bonacina non facilè admittit: Constat enim, alioquem posse à choro aliqua die abesse, & Diuinum Officium priuatim omittere, nisi aliqua subsit iusta, & sufficiẽs excusationis causa. Vndè, secundum hos Doctores, paruitas, quæ excusat à mortali in recitatione Horarum priuata, excusat etiam à recitatione publica chori, nisi tamen interueniat scandalum.

Dubitatur: An omittere Officium Diuinũ semel, aut bis in anno, erit peccatum mortale?

39 NEgatiuè respondet prima opinio. Et hoc ratione paruitatis materię. Ita Aragonius, 2. 2. *quæst.* 27. *art.* 11 *dub* 4 & Medina, *de orat. quæst.* 7. vbi dubitat de Religiosis: non autem de clericis in sacris. Et ita Angelus, *v. hora, nu.* 10. qui credit, Religiosum, bis, vel ter omittentem priuatim Officium Diuinũ, non peccare mortaliter: & probabilem vocat Oliuarius Bonartius, *de horis canon. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 12.

40 Communis verò opinio contraria est. Ratio est: quia, vt aduersarij fatentur, talem cõsuetudinem inducere peccatum, vt quę verum pręceptum inducit, pro vt est in alijs, qui tenetur ex præcepto, Horas Canonicas recitare: igitur, sicut isti tenẽtur singulis diebus sub reatu mortali recitare Horas Canonicas: ita etiã tales Religiosi obligantur. Vndè sequitur: qui bis, vel semel in anno Officium Diuinum omitteret, peccaret mortaliter totiès, quotiès illo anno ommitteret. Ita Molses. *to.* 1. *tr.* 5. *cap.* 3. *n.* 20. Filliucius, *to.* 2. *tr.* 23. *cap.* 5. *nu.* 152. Diana, *pa.* 5 *tr.* 5. *resol.* 26. Bonac. *de horis canon. disp* 1. *q.* 2. *pu.* 1. *nu.* 1. Layman, *in Theolog. moral. lib.* 4. *tr.* 4. *cap* 4. *nu.* 1. *in fine*, & alij.

An

An qui Horas dicunt sincopando, censeantur integrè recitare, & sic satisfaciunt famuli, qui cum illis recitant? Dub. 8.

41 Si cantant, aut simul cum alijs recitant, ac etiam soli, emittunt tantum partem, versum, de glutiendo, sincopando verba, syllabas, vel litteras, quanta sufficit, vt ex omissis, & corruptis fiat pars notabilis Horæ non recitarent integrè, & consequenter non adimplerent benè præceptum. *C. dolens. de celebrat. missar. element.* 1. Dummodò, quod hoc procedat, data opera, & scienter. Secùs autem si vitio linguę euenerit, seù quando praua consuetudine, citiùs recitandi, id faceret: quia tunc nullum esset peccatum: quod præcipuè in scrupulosis procedit. Ita Reginaldus, *lib.* 18. *sum.* 160. Molfesius, *to.* 1. *sum. tract.* 5. *cap. sec. n.* 20. Azor. *p.* 1. *lib.* 10 *cap.* 7 *q* 11. & alij.

42 Vndè non debent Clerici, & Religiosi esse nimis scrupulosi, putantes, vel nō integrè pronuntiasse, vel aliquanter syncopasse: vel verba aliqua non voce, sed gutture dixisse; dummodo defectus nō sit valdè notabilis, ait Medina, *C. de oratione quęst. de horis canon. recitand. sub fine* §. *non autem per horarũ interruptionē.*

An qui recitat Officium Diuinum cum socio festinanter, ita vt non dum expletis versiculis à socio, versiculos sequentes recitare incipiat, satisfaciet præcepto? Dub. 9.

43 Negatiuè respondetur. Ratio est; quia pars, quæ anticipatè dicitur, non communicatur cum socijs, qui eam audire nequeunt: consequenter præceptum violatur: Vel saltem dic, hoc esse contra consuetudinem Ecclesiæ, quæ inducta est, vt officium cum socio recitetur; alioquin liceret socio dimidiam partem Officij canere, alio reliquã canente, & recitante; sicq; dimidio temporis spacio integrum Officij pensum persolui posset: par enim est ratio partis, & totius. Ita Lesius, *lib. sec. cap.* 37. *dub.* 10. Filliucius, *to. sec. tract.* 23. *cap.* 6. *quęst.* 9. & *cap.* 7. *quęst.* 8. Reginaldus, *lib.* 18. *tract. sec. num.* 146. & *lib.* 4. *cap.* 10 *nu.* 87. Nauarrus, *de orat. cap.* 13 *nu.* 27. Bonacina, *de horis canon. disp.* 1. *quęst.* 3. *pun sec.* §. 1. *num* 3. Toletus, *lib. sec. cap.* 13. *n.* 9 Azorius, *pa.* 1. *lib.* 10. *cap.* 4 *q.* 11. Macignus *cap.* 15. *num* 24. & alij.

Dubitatur: An qui recitat Officium Diuinum cum notabili abscissione vltimarum syllabarum, peccet mortaliter, & teneatur denuo recitare?

44 Si quis, voluntariè, aut inuoluntariè persoluendo Horas Canonicas, syllabas abscidit, non tenetur sub mortali Diuinum Officium repetere, nisi notabiliter sensum verborum corrumperet, quod raro solet accidere: quia sicut valida sunt sacramenta, dum aliquæ syllabæ mutantur, permanente verborum significatione: ita validum est Diuinum Officium, celebratum cum mutatione syllabarum: consequenter non est repetendum sub obligatione, præsertim mortali: modo abscissione syllabarum variatus non fuerit in notabili quantitate sensus verborum, vt diximus. Ita Filliucius, *to. sec tract.* 23. *cap.* 7 *num.* 242. Azorius, *part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 4. *quęst.* 11. Vilalobos, *to.* 1 *sum tract.* 24. *dub.* 10. *num.* 7. Diana, *part sec. tract.* 12. *resol.* 32. Bonacina, *de horis canon. disp.* 1. *q.* 3. *pun. sec.* §. 1. *num.* 4. Caramuel, *in regul. D. Benedict. disp.* 108. *conclus.* 5. & alij.

45 Satisfacit etiam ille, qui cum tali recitaret Officium; nec tenetur officium repetere: quia sicut socius, ita & recitans satisfacit, vt probatum est. Ita Caramuel, *concl.* 4. Diana, & alij.

An qui recitat Officium Diuinum cum socio alternatim, satisfaciet pręcepto? Dub. 10.

46 Affirmatiuè respondetur. Ratio est; quia sic vsu receptum est, sicque fieri consueuit, dum Horæ Canonicæ in choro celebrantur, *cap.* 1. *de celebrat. missar.* Tum quia, sic recitantes sibi cõmune faciunt, quod alternatim recitant. Ita Sanchez, *lib.* 4. *sum. cap.* 11. *num.* 37. & 38. & *lib. sec. consil. cap. sec. num.* 1. Nauarrus, *cap. quando cap.* 11. *num.* 8. & *cap.* 19. *num* 80. Paludanus, *in* 4. *dist.* 15. *quæst.* 1. D. Antoninus, 3. *par. tit.* 13. *cap* 4. §. 5. Naldus, *v. officium num.* 9. Suarez. *cap.* 15. *nu. sec.* Azorius, *part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 7. *quæst.* 6. Bonacina, *de horis canon. disp.* 1. *quæst.* 3. *pun. sec.* §. 1. *num* 5. Reginaldus, *lib.* 18. *num.* 138. Lesius, *lib. sec. cap.* 37. *dub.* 9. *nu.* 52. Molfesius, *tract.* 5. *num.* 14. Filliucius, *tract.* 23 *quæst.* 8. & *cap.* 6 *quæst.* 4. & alij.

47 Etiam si cum quo recitatur Officium

Diuinum, non teneatur recitare: par enim est ratio, cum alter onus suum adimpleat, partim dicendo, & partim attente audiendo. Etiam si is, cum quo recitetur officium, recitet sinè interna intentione, dicunt Lesius, Sanchez, Molfesius, Filliucius, locis citatis, & alij.

48 Hinc deducitur: Satisfieri precibus horarijs, vel Officio Defunctorum, vel Psalmis, vel Litanijs, debitis voto, vel pœnitentia sacramentali, vel quauis alia ratione, si cum socio recitentur, quolibet partem suam recitante, & audiente partem ab altero recitātē, etiam si vterque, sic recitans, ad id teneatur: quia id votum, & præceptum sunt intelligenda instar præcepti Ecclesiastici de hac re. Ita Sanchez, *lib. 4 sum. cap. 11. num. 37.* Nauarrus, *in manual cap. 10. nu. 19* Azorius, *part. 1. lib. 10 cap. 7 quæst* 10. Suarez *to. sec. lib sec. cap 9. num.* 14. & alij.

49 Amplia: Etiam si à socio non audiatur, satisfac it præcepto: quia dum ipse partem suam benè pronūtiat, & partem socij bene audit, satisfacit præcepto, & per accidens est, quod non audiatus ab alio socio Ita Molfesius, *to. 1. sum. tract. 5. cap. sec. num.* 24. Rodoriquez, *pa. 1. sum. cap. 143 num sec.* & alij.

50 Neque requiritur, vt omnes audiet, quādo quis recitat officium cum socijs: sed sufficit, vt vocem alicuius audiat, quicumque sit ille: cum enim ipse Officium ex sua parte recitet, & aliquem ex alia parte recitahtem audiat, negandum nō est, quin ipse censendus sit, Officium in choro persoluere, & in parte alterius communicare. Ita Azorius, *cap. 6. quæst. 7.* Bonacina, *di pu. 3. §. 1. num. 9.* Molfesius, *to. 1 sum tract. 5. cap. sec. num. 19. &* 103. Reginaldus, *lib. 18. num.* 158. & alij.

51 Immò, quando quis recitat cum socio & inter recitandum euenit tussis, vel accedit amicus, cum quo oportet loqui, si socius progreditur notabiliter vlterius; potest detentus prosequi cum socio Officium; dummodo, quod postea recitet partem omissam; dicunt Fernandez, *par. 3 cap. 13. §. 7. num.* 2. Nauarrus, *in manual. cap. 25. num.* 98. & alij.

52 Qui verò priuatim Diuinum Officium persoluunt, non tenentur alternatim lectiones recitare, sed satisfaciunt, si vnus tantum illas recitet, & alter socius tantum audiat, dicunt Vilalobos; *to. 1. sum. tract. 24. dub. 11. num* 4. & Diana, *part. sec. tract. 12. resol.* 12.

Dubitatur: An qui recitat solus omnes psalmos, & postea vocat socium, & ab illo auscultat nouem lectiones, satisfaciat præcepto?

53 PEllizarius, *in manual. Prælat. to. 1. tra. 5 cap. 8. sect. 2 num. 91* ait: Satisfacere obligationi Diuini Officij Religiosum, qui per se solū recitat omnes psalmos Officij nouem lectionum, & postea ab alio, ad hunc finem euocato, audit omnes nouem lectiones. Ducor, quod, quò ad partem Matutini, consistentem in lectionibus, dici potest Religiosus communicare cum socio, audiendo lectiones ab eo, & aliàs non est opus, quod talis communicatio fiat in toto Matutino: præter quam quòd dici posset non requiri, vt in præsenti materia communicatio sit mutua, stante doctrina Dianæ, *part. 1. tract. 12. resol. 6.* Secùs dicendum puto in casu, quo duo Religiosi simul recitent psalmos Matutini alternatim, & postea nouem omnes lectiones illius audiant à tertio, vocato ad hunc effectum: hoc enim esset recitare officium in tertium (vt dicunt) ac si tres Religiosi simul officium recitantes, tres veluti choros efficerent, quolibet illorū proprium versiculū dicēte alternatim: quod Doctores communiter negant, posse fieri, vt colligitur ex Azorio, *part. p. lib. 10. cap. 7 quæst. 9.* & alioqui nouem lectiones sunt materia grauis Puto item satisfacere Religiosum, si recitans Officium cum alio, in decursu recitationis psalmos aliquos solus recitet: sicut, & omnes Lectiones, Hymnos, ac Responsoria aliàs cum socio recitans, maiorem partem psalmorum solus recitet: nam singuli psalmi sunt, & singulæ orationes, & non repugnat officium eiusdem diei partim recitari cum socio alternatim, partim seorsum, vt patet. Quod si in choro recitentur omnes nouem lectiones matutini, ab ijs, qui alioqui nullo modo canunt psalmos: reliqui interesentes choro, qui recitant psalmos, dici possent; non satisfacere suæ obligationi: cum, data hypothesi, recitantes Matutini lectiones; non possint dici communicare cum alijs Choristis: quamquā admissa doctrina Dianæ, superius data, contrarium non improbabiliter possit sustineri, vt consideranti patebit. Et pro casu, posito in titulo, facit etiam id, quod dicit Persicus, *de horis canon. cap* 8. *dub.* 1.

dub.1.num 5. nempè in recitatione priuata, posse vnum dicere omnes lectiones.

54 Attamen Diana, *part.9 tract.7.resolut.* 38. ait: Non satisfacere præcepto, si quis recitet medietatem Matutini, & aliam medietatem audiat à socio: vel si recitet integrum Matutinum, & Laudes; & postea audiat Horas, & reliqua à socio: nam ex tali casu, nec physicè, nec moraliter videtur recitare illas medietates Officij, sed tantum audire: ergo non satisfacit præcepto, quod imponit recitare, & non audire officium. Nec militat eadem ratio in recitatione, quæ alternatim more solito efficitur cum socio: nam tūc moraliter vnus socius dicitur recitare partem alterius socij: nam vnusquisque eorum participat in recitatione, v.g. vnius psalmi, vnius Horæ, &c. Sed in casu proposito, vnus socius (vt dixi) neque physicè, neque moraliter participat in recitatione alterius socij, sed tantum illum audit: ergo, &c.

An qui recitat Officium in choro, si non recitat partem, quam cantat Organus, satisfaciet præcepto?
Dub. 11.

55 NEgant satisfacere Nauarrus, *cap. 11. de orat num* 37. Suarez, *to.sec. de Relig lib.4.cap* 14 *num.*13 & alij.

56 Alij verò melius affirmant. Ratio est: quia Ecclesia accipit sonum illum Organorum, vt partem Diuini Officij. Ita Sanchez, *to.sec.consil.lib.7.cap.sec.dub.*16 *num.*3. Sotus, *lib.10.de iust.quæst.*5.*art.* 3.*versic.pari modo* Bonacina, *de horis canonic disp.*1.*quæst.*3.*pun.sec* §.1.*num.*12. & alij.

57 Immò si aliquis detineatur in pulsādis Organis, vel transferendis libris ex vna parte in aliam, vel in ture præbendo prunas, vel querendi eas ad thurificandum, &c. non tenetur postea per se ipsum illam recitare, si saltem audierit, dicunt Molfesius, *to.1.sum tract.*5 *cap.*1 *num* 21. Layman, *in Theolog.moral.lib.*4. *tract.*1.*cap* 5.*num.*7. Naldus, *v.officium num.*7. Diana, *part.sec tract.*12. *resol.*13. Aragonius, 2.2 *quæst.*83.*artic.*12.*in fine.* Reginaldus, *to.*2.*lib.*18.*cap.*13.*num.*188. & alij.

58 Ad hanc causam referri potest occupatio, quærendi psalmos, aut libros necessarios transferendi, aut porrigendi aliquid aliud, choro necessarium: vt, quærendi prunas, ad thurificandum: aut thurificandi, tempore Magnificat, & Benedictus, aut pulsandi organa: quod enim, illis sic occupatis, chorus interea recitat, aut cantat, à se nec dictum, nec auditum non supplentes, non videntur peccare, eo quod chorus, cuius ministerio seruiunt, tam suo, quam aliorum ministrantium nomine recitat. Ita Reginaldus, *tom.sec.lib.*18.*cap.*13.*num.*188. Villalobos, *to.*1 *sum.tract.*24 *dub.*16 *nu.* 14. Io. del Cruz, *in direct conscient.part.*1. *præcep.*3 *tract.*3.*dub.*7 *conclus.*1. Diana, *par.sec.tract.*12.*resol.*13 Pasqualigus, *dec. moral.decis.*446.*num sec* & alij.

An Surdus, assistens choro, & cum alijs cantans, satisfaciet præcepto?
Dub. 12.

59 NEgatiuè respondet prima opinio: quia is cum non percipiat illos cātantes, non facit suam partem ipsorum, cum non fiat particeps communitatis, quæ per auditum habetur. Ita Bonacina, *de horis canon disp.*1.*quæst.*3.*pun.sec.* §.1.*num.*1.

60 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia implet obligationem, quantum potest, & in se est: & quia nemo ad impossibile tenetur: & ideò nec ipse tenetur ad aliquid aliud, quia hoc illi est impossibile. Tum quia, audire versiculos, ab alijs recitatos, est conditio quædam necessaria, vt quis satisfaciat huiusmodi obligationi: hanc autem conditionem censetur adimplere, quia per ipsum non stat, quin adimpleat: iam facit quantum in se est, assistendo, & attendendo: conditio namq; censetur adimpleta, cum per eum non stat, qui debet adimplere, *cap.cum non stat. de reg.iur. in* 6. Tum quia, dum surdus assistit, & cantat ex vna parte, & facit suos versiculos, qui cantantur ex altera parte: nō enim, vt faciat suos, requiritur, quod alios audiat; sed sufficit, si quod ab altera parte chori recitatur, sit moraliter etiam, oratio ipsius: hoc autem habetur per id, quod assistit, & cantat ex vna parte, quia per hoc communicat cum alijs in choro. Vndè absolutè est de choro: quia autem quidquid in choro recitatur, est oratio totius chori; ideò, quod ab alia parte recitatur, est oratio ipsius quoque; etiam si illam audit non percipiat.

cipiat. Ita Suarez, *tom. sec. de Relig. lib. 4. cap. 28. num. 18.* Trullench. *de oblig. assist. & canend in choro dub 3. num. 31.* Moneta, *par. sec de distrib. quaest. sec. num. 47.* Pasqualigus, *decisionib moral. decis. 407.* Diana, *par. 7 tract. 11. resol. 5. circa finem,* & alij.

61 Vndè Surdus tenetur recitare Horas Canonicas, quando per se legere potest. An verò Surdus seipsum audiat legentē, nec ne? nihil refert, cum facile percipere possit, quid dicat, & ad illud mentem aduertere. Quod si legitimè impediatur, quo minus per se solus recitet; tunc quoque immunis erit à recitatione cum socio: quia illum audire, vel omninò nō potest, vel certè non nisi voce stentoria clamantem: ad quem modum, nec socius, nec ipse compellendus est. Quod si simul fuerit captus oculis, & auribus, tunc neque cum socio, neque secum solus quisquā dicere tenebitur: nisi quod memoria nouit, si quidem illud fuerit maior pars Diuini Officij, iuxta ea, quæ diximus, *in lib. 1. tract. 1. cap 4. dub 14. per totum,* & docent Oliuarius Bonarsius, *de horis canon lib. 2. cap 38. num. 21.* & Diana, *part 5. tract 6. resol. 5.*

Qua voce recitari debeat Diuinum Officium? Dub. 13.

62 RESpondetur: Si recitet Horas Canonicas cum socio; debet sic pronuntiare psalmorum versus, vt audiatur à socio. Si cum pluribus recitet, non est necesse omnes, sed sufficit eorum aliquos audire, vt late dixi de obligatione Beneficiarij, *in dub. 9. & 10.* & docent Molfesius, *to. 1. sum. tract. 5. cap sec. num. 102.* Sanchez, *to sec consil lib 7. cap. 2. dub. 8.* Diana, *part. 7. tract. 11. resol. 6.* Palaus, *to. 1. disp sec. pun. 3. num. 7.* & alij. Si verò recitet Officium in choro, sic partem suam pronuntiare debet, vt audiatur ab alijs, adstantibus in illo choro. Si tamē solus Horas Canonicas recitat, tenetur voce eas dicere: non autem satisfacit, si sola mente eas dicat, licèt maiorem in hoc deuotionem experiretur. Ratio est: quia hæc oratio est vocalis, & proindè voce exprimi debet: non autem inter dentes, nec in gutture. Ita Reginaldus, *lib 18 num. 174.* Suarez, *lib. 4 cap. 7.* Molfesius, *to. 1. sum. tract. 5. cap. 2. nū. 101.* & alij.

63 Et quamuis Nauarrus, *in cap. quando cap 19. num. 87.* dicat: Esse opinionem probabilem; satisfacere præcepto recitandi, qui sola mente recitaret ea, quæ secretò iubētur recitari in Regulis Breuiarij: Attamen hæc opinio non mihi videtur probabilis: quia, quamuis in Breuiario dicatur, secretè; tamē dicit, quod debentur recitare verbaliter.

Dubitatur: An quando quis priuatim Diuinum Officium recitat; debeat ita illum pronuntiare, vt seipsum audiat?

64 AFfirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia hæc est oratio vocalis, *cap. 1. & cap. dolentes de celebrat. missar.* De ratione autem orationis vocalis est, vt voce proferatur, & ab aliquo audiatur: vox enim essentialiter est sonus quidam. Ita Reginaldus, *lib. 18. num. 174.* Medina, *C de orat. quaest. 8.* Valentia, *to. 3 lib. 6. quaest. sec pun. 10 §. circa quartum.* Suarez, *to sec de relig lib. 4. cap. 7 num 6.* Sanchez, *to. sec. consil lib 7. cap. sec dub. 8. num. 7.* Sandoual, *de offic. Eccles. par. 6. cap. 14. in principio.* Filliucius, *tract. 23. num. 117. & cap. 7. quaest 8.* & alij.

65 Secunda opinio ait: Non opus est, vt recitans se ipsum audiat: sed sufficit, vt omnia verba distinctè proferat, siuè se ipsum audiat, siuè non. Cuius ratio est: quia nullo iure probatur, recitantem adhoc teneri; cum præceptum obliget ad dicendum, nō autem ad audiendum. Tum quia, oratio, ore, & voce fieri potest, etiam si non audiatur ab ipso recitante, & ex se fit quidam sonus, formatus ex allisione aeris ad labia, & dentes. Tum quia sequeretur, Surdastros teneri Officium, altissima voce recitare: aut dici non posse, orationem vocalem facere. Item sequeretur, eum, qui se ipsum ex aliquo accidente audire nequit, dum Diuinum Officium recitat, exempli gratia, ob strepitum malleatorum, non satisfacere præcepto. Ita Malderus, *tract. 10. cap. sec. dub. 3 ad finem.* Bonacina, *de horis canon. disp. 1. quaest. 3 punt. 2. § 1. num. 24.* Azorius, *par. 1. lib. 10. cap. 10. quaest. 4.* Hieronymus Rodoriquez, *in comp. qq. regul. resol. 24. num. 4.* & probabilem vocat Filliucius, *to sec. tract. 23. cap. 3. num. 117.* & pro scrupulosis Diana, *par. sec. tr. 13. resol. 11.*

An

An qui recitat Diuinum Officium cum magna interruptione inter psalmos eiusdem Horæ, vel Nocturni, vel inter ipsas psalmus, satisfaciet præcepto? Dub. 14.

66 NEgatiuè respōdet prima opinio. Cuius ratio est: quia vnitas vniuscuiusque Horæ, pertinet ad solemnem ritum, & formam, præscriptam in his Horis recitandis: sed hæc vnitas tollitur, vel multum minuitur per talem interruptionem: ergo &c. Tum quia, si vituperabile est, sermonem cum terreno Principe inchoatum, sinè causa abrumpere, nec continuare, ipso aures præbente: multo magis erit vituperabile sic inire colloquium cum Deo Rege Regum, vt sine tantæ Maiestatis respectu, pro sola animi libidine, nullaque vrgente causa iusta, illo interrupto, ad alia nos, ipso vidente, applicemus. Ita Suarez, *to. 2. de relig lib. 4. cap. 24 num. 10.* Reginaldus, *tom sec. lib. 18. cap. 12. sect. 4. num. 162.* Nauarrus, *cap. 16. de orat. num. 75.* Azorius *par. 1. lib. 10 cap. 8. quæst. 5.* Squillante, *de oblig. cleric. part. 1. dub 15. num. 48.* Ragusius, *de offic. canon. in chor quæst. 14 num 4.* Macignus, *de horis canon cap. 87. num. 11.* Vasquez, *opuscul de benefic cap. 14 §. 1. dub. 6 num 109.* Molfesius, *tom. 1. sum. tract. 5 cap sec. num. 38.* Comitol. *in resp. moral. lib 1 quæst. 66. num. sec* Io. del Gruz, *in direct. conscient part. 3. præcep. 3. artic. 3. dub. 4. concl sec. in fine.* Homobonus, *de exam. Eccles part. 1. tract. 4. cap. 4. quæst. 39* & alij.

67 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia vnusquisq; psalmus continuat perfectam orationem, aut laudem Dei: neque habet essentialem cum consequentibus connexionem, sed tantum accidentalem, ex Ecclesiæ institutionæ: Quare, qui tempus etiam diuturnum interponit, rem tamen præceptam implet secundum substantiam. Tum quia, de substantia singularum præcum, non est continuatio: & præces interruptæ efficiunt vnum Officium, suamque habent significationem: sicut multæ confessiones interruptæ integrant vnam confessionem, obtenta in fine absolutione: vt dicebimus, Deo auxiliante, in Tractatu de Sacramentis. Nec est eadem ratio Diuini Officij, & formæ sacramentorum: nam in formis sacramentorum requiritur moralis interruptio, propter practicam verborum significationem, quam forma habere non potest, dum cum morali interruptione profertur. In Diuino autem Officio non adest huiusmodi practica significatio: cum Diuinum Officium non sit institutum, ad aliquid, ex vi verborum, producendum. Ita Rodoriquez, *part. 1. sum. cap. 143. concl 3. num. 3.* Layman, *in Theolog. moral. lib 4. tract. 1. cap. 5. num. 6* Lesius, *lib. 2. cap. 37. dub. 10 num. 75.* Vilalobos, *tom. 1 sum. tract. 24. dub 1 num. 4.* Diana, *par. sec. tract. 12. resol. 4.* Zennardus, *in direct. part sec. cap. 23 in explic. 3 propos.* Fernandez, *part. 3. cap. 13 §. 7 num. 5.* Aragonius, *2. 2. quæst. 83 artic. 12 in fine.* Vega, *to. 1 sum. cap. 128 cas. 21.* Bonacina, *de horis canon disp. 1 q. 3. pun sec §. 1. num. 28.* Sanchez, *to sec. consil. lib. 7 cap sec. dub. 29.* Barbosa, *to. 1. lib. 3. tit. 41. cap. 9 num. 17* & alij.

68 Etiam si faciat illam interruptionem, cum proposito formali reincipiendi postea illam Horam: hoc non obstante, poterit postea non reincipere, sed prosequi, quod ceperat: quia vtraque pars dicta est, cum intentione sufficienti, adimplendi præceptum: & non requiritur continuatio: vndè sufficienter adimplet. Ita Sanchez, *to sec. consil. cap. sec. dub. 19. num. 6.* & alij.

An licitum sit, diuidere Matutinum à Laudibus? Dub. 15.

69 AFfirmatiuè respondetur, etiam absque causa. Ratio est: quia, licèt contra Nauarrum, & alios teneamus, Matutinum, & Laudes non esse distinctas Horas, sed præces integrales eiusdem horæ: At negari non potest, quia longè aliter sint partes, quam partes aliarum Horarum: ergo, propter hanc magnam diuersitatem, poterunt diuidi. Tum quia, ita solebat fieri in primitiua Ecclesia: Matutinum enim canebatur in tribus vigilijs noctis; in quarta vigilia, Laudes. Tum etiam, quia nocte Natalis Domini inter Matutinum, & Laudes, mediat Missa: ergo, &c. Ita Sanchez, *to. sec. consil. lib. 7. cap. sec dub. 20. nu. 1.* Toletus, *in sum.* Nauarrus, *cap. quando cap. 3. num. 64.* & alij.

70 Immò, quandò diuiditur Matutinum à Laudibus, non est opus, dicere orationem post Matutinum, præter quam in nocte Natiuitatis Domini, vbi id probatur. Ita Sanchez, *nu. 2.* & alij recentiores.

DE

DE LOCO, ET TEMPORE recitandi Diuinum Officium. Cap. 4.

In quo loco recitandæ sunt Horæ Canonicæ? Dub. 1.

1 QVando dicuntur Horæ Canonicę in communi, & sollemniter, debent persolui in Ecclesia; vt habetur, *in Clement. 1 de celebrat. missar.* & docent Caietanus, *in sum. v. hora cap. 5.* & alij. Ex priuilegio verò possunt cani in aulis Principum, vel alibi, ait Sotus, *lib. 10. de iust quæst. 5. artic. 4. ad finem.* Quando Horę dicuntur priuatè, vbilibet recitari possunt: modo non sit locus valdè indecens. Ita communiter Doctores.

Dubitatur: An Parochus, teneatur Diuinum Officium publicè in choro persoluere?

2 AFfirmatiuè respōdet prima opinio. Cuius ratio est: quia, *in cap. vltim. disp. 91* vniuersaliter dicitur: Præsbyterum, Diaconum, aut alium quemlibet Ecclesiæ deputatum, deponendum esse, si ab Episcopo correptus, noluerit Ecclesiæ interesse, ad persoluendum Diuinum Officium Matutinis, aut Vesperis horis. Tum quia, *in cap. 1. de celebrat. missar.* Parocho rurali præscribitur, vt per se ipsum, vel per substitutos Diuinum Officium in Ecclesia celebret, deindè ad opus suum rurale, & ad onera parrocchialia exercenda exeat: & in eo textu non solum sermo est de diebus festis, verum etiam de ferialibus: alioquin Pontifex nullam operis ruralis mentionem fecisset: cum præscriptum sit, opus rurale in die festo vetitum, & interdictum esse. Tum, quia Diuinum Officium, non solum pro Sacerdotibus institutum est, verum etiam pro populo, vt illi assistere, & interesse possit, illo frui, indeque fructus, & commoda in salutem animæ referre valeat: Sed hoc fieri non potest, nisi adsit, qui Diuinum Officium publicè persoluat: ergo Parochus tenetur, Diuinum Officium publicè persoluere; cum ipse constitutus sit, ad consulendum cōmodis, & necessitatibus populi spiritualibus. Ita Turrecremat. *cap. vlt. disp. 92.* Siluester, *v. hora quæst. 10.* vbi Angelus, *num. 25.* & alij.

3 Secunda opinio distinguit. Aut loquimur de rigore iuris antiqui: vel de eo, quod longa consuetudine inductum, & receptum est. Si loqui velimus de rigore iuris antiqui, & æquitatis, ac decentiæ, non solum in Cathredalibus, & Collegiatis, verum etiam in Parochialibus publicè persoluenda sunt singulis diebus Diuina Officia, vt patet ex rationibus iam ductis. Si verò loquamur de consuetudine ferè vniuersali, & moribus Parocorum ferè communiter recepta, tunc Parochos, non solum per se ipsos teneri; verum etiam, neque per substitutos singulis diebus, immò neque diebus festis omnia diuina officia in choro publicè persoluere: cum enim Parochi pluribus alijs curis, & occupationibus detineantur, facili negotio introduci potuit consuetudo; vt non solum singulis diebus Horas Canonicas, neque per se, neque per alios publicè canant: verum neq; diebus festis solemni ritu persoluitur, & celebratur. Ita Suarez, *to. 2. de relig lib. 4. cap 10. num. 4. & 11.* Filliucius, *tract. 23. cap. 13. quæst. 6.* Bonacina, *de horis canon. disp. 1. quæst. 3. pun. 5. num. 12.* & alij.

In

In qua hora incipit obligatio recitandi Diuinum Officium? Dub. 2.

4 OBligatio, recitandi Diuinum Officium, incipit à media nocte antecedentis diei, & perseuerat vsque ad mediam noctem sequentis inclusiuè. Ratio est: quia Diuinum Officium singulis diebus recitandum est, vt patet, *ex cap. dolent de celebrat missar.* ex Consilio Lateranensi; & ex Bulla Pij V. dies autem, iuxta communem Ecclesiæ vsum, incipit à media nocte antecedentis diei, vsque ad mediam noctem sequentis Ita communiter Doctores. Excipitur autem Matutinum, vt constabit de dicendis.

5 Hora competens, per soluendi omnes Horas, non debet sumi puntualiter: sed debet sumi cum amplitudine, vel parum ante horam præfixam chori, vel parum post: qui enim tunc recitauerit, censebitur tempore competenti recitare. Ita Diana, *part. 4. tract. 4. resol. 9. versic. notandum est.* Sanchez, *tom sec consil lib. 7. cap sec. dub.* 35. *num.* 5 vbi existimat, hoc parum ante, esse dimidiam horam, aut tres quadrantes, & ad summum vnicam horam ante, vel post.

An qui non recitat Diuinum Officium priuatim, debitis, & competentibus horis peccet? Dub. 3.

6 NEgatiuè respondetur: sed sufficit, vt recitet à sexta hora noctis precedentis, vsque ad sextam horam noctis sequentis. Ratio est: quia substantia precepti consistit in hoc, quod horæ dicantur: At quod dicantur in tali tempore, & modus quidam, esset circumstantia, non adeò necessaria. Vndè, qui intra huius temporis interuallum priuatim recitat Diuinum Officium, non peccat, quia adimplet præceptum, quò ad substantiam: quamuis non adimpleat, quò ad circumstantias. Ita Nauarrus, *cap.* 25. *num* 97. *& cap. quando cap. sec. num.* 59. 60. *&* 62. Ledesma, 2. 4. *quæst.* 16. *artic* 5. *dub.* 1. Siluester, *v. bora, quæst. 9. ult.* Angelus. *num.* 22. Armilla, *num.* 17. Tabiena, *num.* 16. Caietanus, *v. bora.* Nieua, *in sum tit.* 65. D. Antoninus, 3. *part. tit.* 13. *cap.* 4. § 4. *& part. sec. tit.* 9. *cap.* 12. *in fine.* Gabriel, *in canon. missæ lib.* 23. *litt.* B. Margarita, *v. confessio fol.* 162 Vignerius, *cap.* 5. § 5. *versic.* 4. Sotus, *lib.* 10. *de iust. quæst.* 5. *artic.* 4. Medina, *lib.* 1. *cap.* 14. § 11. Diana, *part. 2. tract.* 12 *resol* 14. Sanchez, *to. sec. consil. lib.* 7. *cap sec. dub.* 36. & alij communiter.

Dubitatur: An qui recitat Diuinum Officium in choro extra horas præscriptas, peccet mortaliter?

7 PRima opinio ait: Peccare mortaliter: & perconsequens, non satisfacere obligationi. Cuius ratio est: quia tempus, recitandi Officium in Choro, ab Ecclesia præscriptum est; vt Populus officio assistere, & eo frui possit: ergo hæc videtur res grauis, & pertinens ad publicam vtilitatem, & ad commune bonum. Tum quia, *ex cap.* 1. *de celebrat. missar* constat, certis diei horis recitandum esse Diuinum Officium, sub pœna excommunicationis. Ita Lesius, *lib sec. cap.* 37. *dub* 12 *num* 77. Reginaldus, *lib.* 18. *num,* 180. *ad finem.* Siluester, *v. bora quæst.* 6 Nauarrus, *cap.* 3. *de orat num* 63. Filliucius, *tract* 23. *cap* 6. *quæst* 12. *num.* 217 Suarez, *to sec. de relig. lib.* 4. *cap.* 15 *à n.* 11. Azorius, *pa.* 1. *lib.* 10 *cap* 9. *q.* 1. & alij.

8 Secunda opinio ait: Non peccare mortaliter: & consequenter, præciso scandalo, aliaue circumstantia, satisfacere præcepto quò ad substantiam. Cuius ratio est: quia circumstantia temporis non videtur, per se loquendo, materia magis grauis, quam sit circumstantia ordinis: Tum quia, primariò non cadit sub præcepto Officij, sed secundariò; quamuis de ipsa primariò præceptum fieri possit, *clement.* 1. *de celebr miss.* cogendi tamen sunt Beneficiarij, ad seruandam in posterum circumstantiam temporis. Ita Bonacina, *de boris canon, disp.* 1. *quæst* 3 *pun* 3. *num* 7 Sanchez, *to.* 2. *consil lib.* 7. *cap sec. dub.* 42. *num.* 3. Caietanus, *in sum v bora* § *quod ad* 4. Diana, *part sec. tract.* 11. *resol.* 14 Gauantus, *in comment. rubr. missal to sec. sect.* 1. *cap.* 5. *tit.* 6. *num.* 9. Valentia, *to.* 3. *disp.* 6. *quæst. sec pun.* 10. & alij.

An possit quis recitare Matutinum, & Laudes post Vesperas diei antecedentis? Dub. 4.

9 AFfirmatiuè respondetur: quia hoc pertinet ad diem sequentem: & ita videtur permissum ab Ecclesia, teste cõsuetudine: quæ sicut apta est, ad legem inducendam; ita etiam ad abrogandam,

Oooo vel

vel restringendam. Ita Sanch. *to. sec. consil. lib. 7. cap. 2. dub. 37.* Bonac. *de hor. cano. disp. 1. q. 3. nu. 10.* Turrecrem. *cap. presbit. disp. 95. n. 4.* Viguer. *c. 5. § 5. vers. 4* Nauar. *cap. quando cap. 3. nu. 62.* Azor *par. 1 lib. 10. cap. 8. q. 4.* Garzia, *de benef. pa. 3. cap. 1. nu. 224.* Graff *pa. sec. decis. lib. 3. cap. 16. nu 36.* Reginald. *lib. 18. nu. 180.* Tolet. *lib. 2 sum. cap. 13. nu. 7.* Filliuc. *cap 3. nu 102. & 111.* Macign. *cap. 48. nu 25. & 30.* Diana, *pa. sec. tr. 12 resol. 39. & par. 4 tr. 4 resol 9.* Molfes. *to. 1. sum. tract. 5. cap. sec. num. 59* & alij.

10 Non tamẽ tenetur expectare solis occasum, quando quis vult recitare Matutinum in Vesperis precedentis diei, sed potest incipere ab hora quarta post meridiem: quę Vere, & Autumno, hoc est, Martio, & Aprili, in Vere: Semptembri, & Ottobri, in Autumno coincidit cum hora vigesima prima. Aestate verò, hoc est, Maio, Iunio, Iulio, & Augusto, est hora vigesima cum dimidia, plus minusuè Hyeme deniq; hoc est, mense Nouembris, Decẽbris, Ianuarij, & Februarij, est circa vigesimam primam cum dimidia. Ita Diana, *pa. sec tr. 12 resol. 39.* communiter.

11 Immò Sanch. *to. sec consil. lib. 7. cap. sec. dub 32. n 4.* Ledesma, *2. 4. q. 16. art. 5 dub. 5.* Molfes *to. 1 sum. tr. 5. cap. 2. nu 59.* Faber *de sacra. ordin. dist. 24 q. 1. disp. 1 num. 148.* Diana, *pa 4. tr. 4 resol. 9* & alij dicunt, posse aliquem recitare Matutinum vna cũ Laudibus Officij diei crastinæ, post horam vigesimam, idest, hora secunda post meridiem.

12 Addit etiam Sanch. *to. 2. consil. lib. 7. ca. 2. dub. 37. nu 4.* in Quadragesima, quando Vesperę recitantur ante prandium, idest post medium diem, potest quis recitare Matutinum sequentis diei: quia videtur iam incepisse dies sequens, & in rigore non videtur obligandus ad mortale, neque ad iterum recitandum.

13 Limitant hanc sententiã Nauarr. Turrecr. & Viguer. qui dicunt: vt possit quis recitare Matutinum, & Laudes sequentis diei, requiritur, vt sint iam recitatę Vesperę, & Completoriũ præcedentis diei: quia non videtur incipere dies sequens hodie, Vespere; nisi pensum horarum hodiernum sit iam integrè persolutum.

14 Alij verò hanc limitationem non admittunt: sed tantum dicunt, ad summum peccare venialiter; quia illa peruersio horæ non videtur grauis, & horarum ordinem absq; causa peruertere, tãtum est veniale. Ita Vasq. *opusc. de benefit. cap. 4. § 1. artic. sec nu. 66.* Reginald. *to. sec. lib. 18 cap. 12. num. 166.* Vilalobos. *to 1. sum. tract. 24. dub 13. nu. 1.* Suarez, *to. 2. de relig. lib. 4. cap. 24. nu. 3.* Diana, *par. sec. tract. 12. resol. 15. & par. 4. tract. 4. resol 9.* Sanchez, *to. sec. consil. lib 7. cap. 2. dub. 27. n. 4.* & alij.

An qui recitat Vesperas manè, satisfaciet præcepto? Dub. 5.

15 Affirmatiuè respondetur. Ratio est: quia substantia præcepti adimpleta est, & hora fuit præscripta, & præcepta quasi secundariò, & obligatio illius seruandæ saltem per consuetudinem est relaxata. Tum quia, sicut non est obligatio, repetendi officium recitatum, nõ seruato horarum ordine; ita nõ est obligatio, repetendi officium celebratum, non seruata horæ circumstantia: modò celebratum sit à media nocte antecedẽte, vsque ad mediam noctem subsequentem: nam intra hoc tempus præceptum Diuini Officij obligat. Ita Valentia, *2. 2. to 3. disp 6. quæst. sec. pun 10. § quo tempore.* Suarez, *lib. 4. de relig. cap. 27. num. 3. & 9.* Bonacina, *de horis canon disp 1. q. 3 pun. 3 nu 6.* Filliucius, *cap 8 q 6. nu. 166* Azorius, *part. 1. lib. 10. cap. 9. quæst. 8.* Nauarrus, *de orat. cap. 3. num. 59.* Reginald. *lib 18. num 179.* Siluester, *v. hora quæst 9.* Molfesius, *tract. 5 cap. sec num. 62.* Lessius, *lib. 2. cap. 37. dub 12. num. 78.* Marcellus Franculinus, *de horis canonicis, cap. 21.* & alij.

An qui differt recitationem Horarum vsque ad tempus, quo somno præoccupabitur, satisfaciet præcepto? Dub. 6.

16 Negatiuè respondetur. Ratio est: quia exponit se periculo omittendi Diuinum Officium. Vndè qui ita Diuini Officij recitationem differt, vel ita se exponit, vt aduertat se somno præoccupandum, vt si reseruet Completorium, vel vesperas dicendum in lecto, sciens se illis horis somno præoccupari, non excusatur à mortali. Ita Filliucius, *cap. 8 nu. 260.* Reginaldus, *lib. 18. num. 257.* Suarez, *cap. 26.* Bonacina, *de horis canon. disp. 1. quæst. 3. pun. 2. § 2 num. 11.* & alij.

17 Si verò vexatur à somno, sed adeo resistit, vt pronuntiet suas Horas, vel audiat sacrũ, ea attentione, quòd saltẽ videt, quòd nõ omittit dicere, aut audire illũ versũ vel

vel verbum; licèt propter grauitatem, vel molestiam somni non attendat ad significationem, nec ad meditationem; non peccat saltem mortaliter: quia hic habet attentionem necessariam ad orationem. Ita Sanchez, *to. 2 consil. lib. 7 cap. 2 dub. 32. num. 1.* Nauarrus, *cap. quando cap. 9. num. 9.* & alij. Secùs dicendum est, si dormit per notabilem partẽ Horę, vel Missæ: quia tunc non satisfacit præcepto: quia non adest attentio necessaria: & sic tenetur sub mortali repetere: Qui verò partem non notabilem dormit, solum venialiter peccat. Ita Sanchez, *num. 2.* Nauarrus, *num. 56* & alij.

18 Vndè si quis, ex itinere fatigatus, lecto decumbat, cum proposito recitandi in eo memoriter Completorium: tunc si dormierit, & partem notabilem Completorij omiserit, peccat mortaliter; si sciebat, vel scire debebat, quod attenta sua complexione, & consuetudine, talibus temporibus obdormire, nec expergisci solitus sit. Ita Reginaldus, *lib. 18. num. 157. circa finem.*

An qui non recordatur, se dixisse aliquem psalmum, vel Horam, teneatur repetere? Dub. 7.

19 Negatiuè respondetur: quia via infinitis scrupulis aperiretur, & semel repetita, sæpius repeterentur, sicque à capite, sine vlla conscientiæ tranquillitate, sæpiùs incipiendum esse. Tum quia, adest sufficiens ratio, deponendi scrupulum: cum non facilè soleat quidquam prætermitti. Ita Sandoual, *de offi. canonic. part. 6. cap. 9.* Macignus, *quæst. 8 num. 3.* Filliucius, *tract. 23 quæst. 2. in fine.* Suarez, *cap. 26. nu. 10. in fine.* Sanchez, *to. sec. consil. lib. 7. cap. sec. dub. 33.* Angles, *in florib. quæst. Theolog. par. 1. de orat. fol. 34.* Nauarr. *cap. 13. sum. de orat. num. 29.* Azorius, *par. 1. lib. 10. cap. 12. in fine.* & alii.

20 Vndè, dubitans, An aliquem psalmũ, vel Horam omiserit? non tenetur repetere, si probabilem coniecturam habet, se dixisse, vt potè, quia propositum attendendi habuit, & Horas se incepisse meminit, & librum tenuisse. Immò, si iste timidioris sit conscientiæ, male faciet, repetẽdo; aperit enim ianuam scrupulis: & ideò Confessarius ei iniungat, vt non repetat, sed reliquum Officium prosequatur. Ita Homobonus, *in consult. cas. conscient. volum. sec. part. 5. resp. 210.* Diana, *part. 4 tract. 3. resol. 68.* Sanchez, *to. 2. consil. lib. 7. cap. 1. dub. 33. nu. 3.* & alij.

An in eodem tempore, vel in eodem actu possumus Officium Diuinum, & Missam satisfacere? Dub. 8.

21 Negatiuè respondet prima opinio. Ratio est: quia vtrumque præceptum, scilicèt, recitandi Horas Canonicas, & audiendi Missam, attentionem requirit: nec est probabilis ad vtrumque simul, & ita vnum impedit aliud. Ita Siluester, *v. missa in fine.* Armilla, *v. festũ num. 11. & v. missa num. 29.* Angelus, *v. feria num. 46.* Rosella, *v. Dominica num. 3.* & alij.

22 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia ille satisfacit præcepto, qui facit id, quod præcepto, seù lege præscribitur: sed possumus eodem tempore facere, quod præcepto, seù lege præscribitur; cum in præceptis non præscribitur diuersitas temporum: ergo possumus, eodem tempore satisfacere pluribus præceptis per diuersos actus, quotiès vnus non impedit alium. Vndè, qui tempore Missæ, recitat Horas Canonicas, satisfacit præcepto Missæ, & præcepto Diuini Officij. Ita Caietanus, *v. festum violatio, & in opuscul. to. sec. tract. 4. de valore orat. dict. ab audientib. missam.* Sotus, *in 4 dist. 19. quæst. 2. artic. 3.* Nauarr. *cap. 21 sum. num. 8.* Valentia, *2. 2. disp. 6. quæst. sec. pun. vlt.* Azorius, *part. 1. lib. 10. cap. 12. quæst. 10.* Suarez, *to. 4 in 3 part. disp. 38 sect. 6. num. 5* Henriquez, *de sacramen. lib. 9. cap. 25 num. 5.* Bonacina, *de leg. disp. 1 quæst. 1 pun. 9 num. 8.* Sanchez, *lib. 1. sum. cap. 14. num. 11.* Fernandez, *par. 2. cap. 8. §. 1 num. 3.* Macignus, *ex parte cap. 86 num. 16.* Toletus, *lib. 6 sum. cap. 6.* Emanuel Sà, *v. missæ auditio.* Merolla, *to. sec. disp. 4 cap. 2. dub. 35 num. 291* Bonacina, *de horis canon. disp. 2. quæst. 3. pun. sec. §. sec. num. 14.* Molfesius, *to. 1. sum. tract. 3. cap. 17. num. 43* Reginaldus, *lib. 19 nu. 14.* Scortia, *cap. 20. num. 10.* Coninch. *de sacram. quæst. 83. artic. 6. num. 291.* Layman, *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 1. cap. 5.* Diana, *part. sec. tract. 12. resol. 2. in fine, & par. 4. tract. 4. resol. 107. & part. 7. tract. 11. resol. 10* & alij. An saltem sit culpa venialis? dicam, *in I sec. tract. 7. cap. 9. dub. 10. num. 31.*

An qui non potest, ratione infirmitatis, recitare Horas Canonicas tempore debito, teneatur illas recitare, præponendo, vel posponendo? Dub. 9.

CAsus hic est: Franciscus, post Vesperas patitur quartanam, vel aliam febrim, & nequit recitare: An teneatur, manè recitare Vesperas, & Completorium? Vel è contra: Patitur Franciscus quartanam manè vsquè ad meridiem: An teneatur, Vespere recitare omnes Horas, si potest?

23 Prima opinio ait: Clericus, vel Religiosus, quartana diurna, vel leui tertiana laborans, tenetur recitare Horas in tempore habili, quas commodè dicere potuerit: idque, anteponendo, vel postponendo, instante necessitate: dummodò antepositio non noceat, notabiliter accelerando febris accessionem, quæ speratur: vel postpositio, & concursus omnium horarum in vnum tempus sit nimis grauis. Ita Hieronymus Rodoriquez, *in comp. qq regul. resol. 24 num 29.* Nauarrus, *cap. 11. num. 3.* & Suarez, *to. 2. de relig. lib. 4 cap 17. num 78.*

24 Secunda opinio ait: Si tanta diei pars transacta est, vt in reliqua non consueuit dici talis Hora: v. g. si dimisit quis Matutinum vsque ad meridiem, non tenetur tunc dicere. Cuius ratio est: quia facultas, quæ datur ab Ecclesia, anteponendi, vel postponendi Horas, intra diē tantum naturalem, est priuilegium fauoris, non autem vinculum necessitatis: vndè præuenire, non tenetur, benè tamen possumus: Et ideò Canus, *in select. de pœnit. part. 5. dub. 31* ait: Si quis scit impedimentum, sibi post meridiem superuenturum, si est voluntarium, tenetur, Horas Canonicas præponere, & manè integrè soluere. Ratio est: quia reliqui temporis impedimentum, quātumlibet legitimum, est necessarium, & liberè potest præueniri. Si verò est impedimentum à natura, vel violentia ab ingruente morbo, v. g. cum hora decima octaua pro meridiana solet accidere febris quartana, non tenetur præponere Horas, sed tantum id officij persoluere, quod debetur pro tempore, antequam superueniat impedimentum. Vndè dicendum est: Quartanarij non tenentur tempus præuenire, neque tenentur legere Horam aliquam eo tempore, quo non consueuit legi. Vndè qui ęgrotauerit vsque ad meridiem, non tenetur postea recitare Matutinum. Ita Trullench *to. 1 decalog. lib. 1 cap. 7. dub. 17. nu. 6.* Turrecremata, *cap. præsbit dist. 91 nu. 6.* Petrus Ledesma, *sum. sacram. vbi de pœnit. cap. 8 fol. 491* Henriquez, *lib. 4 sum. cap. 3. num. 7. in fine* Villalobos, *to. 1. sum. tract. 24 diff. 16. num. 9.* Oliuarius Bonartius, *de horis canon. lib. 2. cap. 38 num. 8.* Diana, *par. 4 tract. 4. resol 9 & par. 5 tract. 14. resol. 46 in fine, & part. 7. tract. 11. resol. 14.* Caramuel, *disp. 116. num. 1442.* Raynuntius, *de monit. part. 1 cap. 1. quæst. 14.* Lessius, *lib. 2. cap. 27 dub 8 num 41.* & alij: & probabilem vocat Sanchez, *to. 2. consil. lib. 7. cap. 2. dub 43. num. 7.* licet contrariam probabiliorem vocat.

An Sacerdos teneatur recitare Matutinum, antequam Missam celebret? dicam, *in lib. 2. tract. 7. cap 6. dub. 3. num. 19.*

DE ATTENTIONE, & Intentione recitandi Diuinum Officium. Cap. 5.

An ad recitandum Diuinum Officium, requiratur Attentio? Dub. 1.

1 AFfirmatiuè respondet prima opinio: & per consequens, non satisfacit præcepto, qui sine attentione Diuinum Officium recitat. Cuius ratio est: quia per hoc præceptum obligatur homo,

mo, ad orandum, vt fusè probat Suarez, *to. 2 de relig. lib. 4. de horis canon. cap. 26 à nu. 13.* Sed si nullo modo attendit, non orat: ergo non implet præceptum. Minor probatur, Primò: quia oratio vocalis est quædam adoratio, idest, quidam cultus Dei externus: ergo debet fieri in spiritu, iuxta illud Christi Ioan. 4. *Veri adorantes, adorabunt Patrem in spiritu, & veritate*: ergo requirit attentionem mentis: aliàs, non fieret in spiritu: & ideò *Apostolus 1. ad Corinth 14.* dicebat; *Orabo spiritu, orabo, & mente.* & loquitur aperte de oratione vocali. Secundò: quia oratio est ascensus mentis in Deum, vt dicunt Sancti Patres: Sed qui profert verba sine vlla attentione, nullo modo ascendit ad Deum corde: ergo non orat. Ita, vltra Doctores citatos *in lib. 1. cap. 4. dub. 15. num. 107.* docent D. Thomas, *2. 2 quæst. 83, artic. 13. ad 3.* Merolla, *to. 2. disp. 4. cap. 4. num. 33.* Bonacina, *de horis canon. disp. 1. quæst. 3. punt. 11. §. 2. num. 4.* Filliucius, *tract. 23 cap. 6. q. 3. cap. 8. & quæst 2. sap 3 quæst. 2. num. 73.* Marignus, *cap. 86 num. 16.* Molfesius, *cap. 2. num. 8* Squilla, *part 1 d. 8. 10.* Pesantius, *2. 2 quæst. 62. artic. 1. dub. 3.* Reginaldus, *lib. 18. num 148. & 151. & seq.* Malderus, *2. 2. tract. 10 cap. 2 dub. 3.* Sotus, *lib 10. de iust quæst 5 artic. 5.* Azorius, *part. 1. lib. 10. cap. 11. quæst. 6.* Villalobos, *to. 1 sum. tr. 24. dub. 15. num. 6.* Caietanus, *2. 2. quæst. 83 artic. 13.* Vasquez, *1. 2. to. 2. disp. 160 num. 30 & 31.* Medina, *lib. 1. sum. cap. 4. §. 11.* Nauarrus, *lib. 2. de restit. cap. 1. num. 240.* Lopez, *to 2. cap. 103.* Emanuel Sà, *v. horæ canon. num. 19* Moneta, *de distrib. part. 2. quæst. nu 2* Siluius, *2. 2 quæst 83. artic. 13. concl. 4. & 5* Homobonus, *de exam. Eccles. part. 1 tract. 4 cap 5 quæst. 40* Corradus, *in respons. cas. conscient. part. 1. q. 144.* Raphael della Torre, *1. 2. de horis canon. controu. 9* Ragusius, *de offic. canon. in choro quæst. 19. num 2.* & alij.

2 Secunda opinio ait: Clericum Beneficiarium, recitantem Horas Canonicas exteriùs integrè, & completè; quamuis voluntariè, sine vlla attentione recitet, non transgredi præceptum Ecclesiasticum, nec incurrere pœnas Ecclesiasticas, impositas transgressoribus illius præcepti, vt est restitutio fructuum. Cuius ratio est: quia nihil omittit eorum, quæ exteriùs fieri debent, & de quibus possit Ecclesiæ constare. Tum quia, nemo potest præcipere, aut vetare, quod non potest punire: nec potest punire, quod non potest cognoscere, & iudicare: Sed Ecclesia, extra confessionem, non potest cognoscere, & iudicare actus internos: ergo, dicendum est, quod non potest eos præcipere, aut vitare. Ita præter Doctores, citatos *in lib. 1. tract. 1. cap. 4. dub. 15. num 110.* docent Durandus, *in 4 sent. dist. 15 quæst. 12.* Siluester, *v. hora num. 13* Medina, *C. de orat. quæst. 14.* Angelus, *v. hora num 37.* D. Antoninus, *par. 3. tit. 13. cap. 4 § 8* Rosella, *v. hora num. 13* Paludanus, *in 4. dist. 5 quæst. 5. artic. sec. concl. 4* Coninch *de sacram. part. 3. quæst. 8 artic 6. num. 291.* Io Valerius, *de diff. v. triusque fori v. hora canon. diff. per totum* Granad. *1. 2. controu. 7. tract. 3. part. 1. disp. 5. num. 11.* Hieronymus Rodriquez, *in comp. qq regul resol. 24. num. 25* Miranda, *in manual. prælat. quæst. 37 nu. 11 concl. 9* Laymau, *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 1 cap. 5. num. 10.* & alij: & probabilem vocant Diana, *part. 2. trac. 12. resol. sec.* Lesius, *lib. sec. cap. 37 dub. sec. num. 63. in fine* & Henriquez, *lib. 9. cap. 25. num. 5. in Glossa littera P.*

3 Et id, quod diximus de Officio Diuino, dicendum est etiam de auditione Missæ. Vndè satisfacit præcepto Ecclesiæ, de audiendo sacro, quando quis audierit Missam voluntariè distractus: dummodò cum externa reuerentia assistat; ita vt, vere possit dici, hic, & nunc actum externum Religionis exercere, ac cum Sacerdote celebrante, propter illam externam attentionem, communicante: nam si aliter faceret, puta, confabulando, ridendo, &c. non posset dici decenter, ac humano modo, & religiosè audire Missam. Ita Diana, *par. sec. tract. 12 resol. sec. in fine.* Coninchius, *nu 297.* Layman, *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 7. cap. 3 num 2.* & alij.

An ad recitandum Diuinum Officium requiratur Intentio? Dub. 2.

4 AFfirmatiuè respõdet prima opinio. Cuius ratio est: quia recitatio Diuini Officij est actus humanus, qui humano modo exerceri debet: non potest autem humano modo exerceri, sine intentione orandi, seù recitandi: ergo, &c. Ita Bonacina, *de leg. disp. 1. quæst. 1. pun. 10. num. 2. & de horis canon. disp. 1 q. 3. pun. sec. §. 3 num. 3.* Reginaldus, *tom. 2. lib. 16. cap. 3 num. 21.* Filliucius, *to. sec. tr. 23. cap. 3.*

23. *capit. 3. quæstion. secund. numer.* 70. & alij.

5 Secunda opinio negat. Cuius ratio est: quia præcepta id solum iniungunt, vt quis actu humano opus, per ea iniunctum, exequatur: non autem vt peculiari alio volũtatis actu velit etiam præcepto satisfacere: quia nullibi hec obligatio reperitur. Confirmatur: quia huiusmodi satisfaciendi præcepto non requiritur, ad implenda præcepta negatiua, vt non furandi, non comedendi carnes feria sexta, &c. ergo neque ad affirmatiua: quia eadem videtur ratio. Tum quia, per leges solum præcipitur voluntaria executio operis externi, secundum substantiam; & non vt ex tali intentione satisfaciendi fiat. Ita Suarez, *tom. 3. in 3. part. disp.* 88 *sect.* 3. *& to sec. de relig. lib. 4. de voto cap.* 8. *num.* 14. Azorius, *par.* 1. *lib.* 7 *cap sec quæst.* 6. *& lib.* 10. *cap.* 12. *quæst.* 9. Vasquez, 1. 2. *quæst.* 100 *art* 9 *in exposit. textus num.* 5. Henriquez, *lib.* 9. *de missa, cap* 25 *num.* 6. Valent. a, 2. 2. *disp.* 6. *quæst. sec pu vlt. in fine.* Merolla, *to.* 2. *disp.* 4. *cap.* 3. *dub.* 31. *num.* 356. Sanchez, *lib.* 1. *sum. cap.* 13. *num* 9. Rodoriquez *par.* 1 *sum. in sec edit. cap.* 13. *num. sec.* Hieronymus Rodoriquez, *in comp qq regul. resol.* 24. *num.* 26. Diana, *par* 3. *tract.* 6. *resol* 67. Fagundez, *præcep. p. lib. p. cap.* 7. *num.* 14. Portella, *in addit ad dub. regul. v hora canonica num.* 5. Vilalobos, *part.* 1. *sum. tract.* 24. *diff.* 15 *num.* 10. Lesius, *lib. sec. cap.* 37. *dub.* 10 *num.* 59. & alij.

An qui recitat Diuinum Officium cum debita attentione, intendens non satisfacere recitationis præcepto, teneatur postea aliam Missam audire, & iterum Diuinum Officium recitare? Dub. 3.

6 PRima opinio ait: Nõ satisfacere præcepto: & per consequens, teneri iterum recitare Diuinum Officium, & aliam Missam audire. Ita Nauarrus, *in cap. quando de consecrat. dist.* 1. *cap.* 16. *nu.* 73 *& seq.*

7 Secunda opinio affirmat, si ab initio habuit animum repetendi: negat verò, non satisfaciendi. Ratio prioris est: quia, cum defuit intentio satisfaciendi, parte illa Horæ recitata, verè satisfacit: & ideò intentio contraria superueniẽs nõ obstat, quo minùs continuare possit. Ratio posterioris est: quia ab initio, intentionem non satisfaciendi habuit. Ita Reginaldus, *to.* 1. *lib.* 18 *cap.* 12. *sect.* 4. *nu.* 163. Francolin *de tempor. horar. cano. cap.* 27 *à num.* 1. Azorius, *part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 8. *quæst.* 7. Carolus Macignus, *de bono. canonic. cap.* 8 *num.* 8. & alij.

8 Tertia opinio absolutè ait: Satisfacere præcepto: & per consequens, non teneri iterum Officium Diuinum recitare. Cuius ratio est: quia, per liberam operis prohibiti omissionem, satisfacimus præcepto negatiuo, quamuis habeamus intentionem non satisfaciendi: ergo etiam satisfacimus affirmatiuo, per adimpletionem operis præcepti: etiam si, contrariam habeamus intentionem: par est enim vtriusque præcepti ratio. Tum quia ad implendam obligationem legis, sufficit, vt quis faciat omne illud, quod lex imperat: quamuis non habeat intentionem satisfaciendi tali legi: per leges enim solũ præcipitur libera, & humana externi operis actio, & nõ vt fiat ex tali intentione: cum enim talis verè actu humano, & libero Officium recitet; quantumuis nolit satisfacere, verè præcepto satisfacit. Vndè, si quis inceperit recitare Diuinum Officium, animo non satisfaciendi pro tunc, sed postea iterando, vult satisfacere cum illa prima recitatione, satisfacit obligationi: nec opus est, vt volũtas mutetur tempore opportuno, idest, intra obligationis præcepti tempus, & velit per Officium præcedentis satisfacere præcepto: sed satis est, si se satisfecisse sciat, non obstante contraria sua voluntate. Ita Sanchez, *tom* 1. *sum. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 14. *&* 16 Lesius, *lib.* 2. *cap* 37. *dub* 10. *num* 59. Aragonius, 2. 2. *quæst.* 83 *artic.* 3. *&* 13. Suarez, *in* 3. *part to.* 3 *disp.* 88. *num.* 3. Molfesius, *to.* 1 *sum. tract.* 5. *cap. sec. num.* 40. *&* 52. Naldus, *v. diuinum officium num* 3. Filliucius, *to.* 1 *tract.* 23 *cap* 8. *quæst.* 1. *num.* 251. Portella, *in addit dub. regul. v. hora. canonica num.* 5. Vasquez, *opuscul. de benefic. cap.* 4. *§.* 1. *dub.* 7. *num.* 114. Valentia, *to.* 3. *disp.* 6. *quæst. sec. pu.* 10. Diana, *par sec tract.* 12 *resol.* 37. *& part.* 3 *tract.* 6. *resol.* 69 Fagundez, *par.* 1. *lib. sec. cap.* 87. *num.* 14. Bonacina, *de horis canon. disp.* 1. *quæst.* 3. *pun sec. § sec. nu.* 23. Merolla, *to. sec. disp.* 4. *cap.* 3. *dub.* 33. *coroll.* 1. *num.* 369. Carzias, *de benefic. to.* 1. *part.* 3. *cap.* 1. *num.* 198. Layman, *in Theolog. lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 5. *num.* 7. & alij.

An

An sit præceptum orandi deuotè? Dub. 4.

9 AFfirmatiuè respondetur, vt patet *ex cap. dolentis de celebr miss.* & docet communiter Doctores. Sufficit verò virtualis deuotio. Ratio est: quia, sicut sat est virtualis attentio, ad satisfaciédũ præcepto, recitãdi Diuinũ Officiũ, ita ẽt sat est virtualis deuotio, idest, propositum orandi deuotè. Immò sufficit propositum dicendi deuotè. Ratio est: quia, licèt attentio ad intellectum, & deuotio spectet ad voluntatem: at velle attendere, pertinet ad voluntatem, & qui vult attendere, vt decet, vult Deo seruire cum aliqua promptitudine voluntatis. Vndè solum peccat, eò quod non recitat cum deuotione, quando peccat; eò quod non attendit: & quando implet præceptum, recitandi attente; implet etiam recitandi deuotè. Ita Sanchez, *to. 2. consil. lib. 7. cap. 2. dub. 29.* & alij.

An qui recitat orationem, non ex præcepto, sed ex deuotione, peccet, si recitet, sine vlla deuotione? Dub. 5.

10 AFfirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia, licèt non teneatur recitare: at supposito, quod recitet, tenetur id facere cum debitis circumstantijs, vt patet in omnibus alijs actionibus virtutum: sed vna ex debitis circumstantijs orationis est attentio; ipsa enim naturalis ratio dictat, orare sine attentione, esse contra reuerentiam Dei, cum quo agimus. Sicut, qui loqueretur cum Principe aliquo terreno, & non attenderet ad id, quod loquitur, faceret ei iniuriam. Ita ergo, &c. ita Aragonius, *2. 2. quæst. 83. artic. sec.* D. Thom. *2. 2 quæst. 83. artic. 13. ad 3.* Sotus, *lib. 10. de iust. quæst 5 artic. 5.* Ledesma, *2. 4. q. 16 artic. 6. dub sec.* Angles, *in florib. quæst. theolog. par. 1. de matr. fol 334.* Nauarrus, *cap. quando cap. 13. num. 39. & cap. 20. nu. 32. & cap. 21. num. 39.* & alij.

11 Secunda opinio negat. Cuius ratio est: quia talis oratio potest citrà culpam omitti: ergo non peccat, si recitat sine attentione: Hoc intelligendum est de oratione, vt oratio est: quia quando quis cum manibus laborat, vult psalmos, aut alias præces recitare, vel canere; non animo orandi, sed vt caueat alias vanas cogitationes, vel recreationis gratia, non adest difficultas, quod numquam peccat: sed laudabiliter facit, licèt, data opera, non habeat attentionem. Ita Gabriel, *in 4 sect. 62. in can. litt. I* Palatios, *in 4. dist. 15 cap. 10 fol. 159.* Sanchez, *to. sec. consil. lib. 7. cap. sec. dub. 31. num. 3.* & alij.

Dubitatur Primò: An si aliqua tentatio carnis notabilis sit, quis teneatur tunc orare: vndè hoc minimè faciens, duplex peccatum committat, si venereè, v. g. delectetur?

12 SAnchez, *in select. disp. 21. num. 19. & 20* & Faber, *de pœn. in 4. sent. dist. 14. q. 2. disp. 18. cap 3. num. 68.* affirmant: quia delinquit contra Religionem, & castitatem.

13 Turrianus verò, *in 2. 2. D Thomæ disp. 2. quæst. 4. dub 4. num 81.* & Diana, *par. 3. tract. 5. resol. 16.* dicunt: Vnum peccatum committere. Quorum ratio est: quia actus amoris Dei per accidens obligat in multis casibus. Tum quia (vt ait Turrianus) omissio huius actus in his casibus, nõ est peccatũ speciale, & distinctum ab eo peccato, ad quod vitandum requirebatur: Secùs est in his casibus, in quibus præceptum obligaret: sed hoc non accidit in casu nostro; ergo &c.

14 Vndè, recitans Diuinum Officium ob malum finem, satisfacit præcepto, quò ad substantiam, & per consequens, non tenetur ad restitutionem fructuum, modò recitet cum debita attentione, & intentione orandi: quia verè orat, nec prauus finis tollit substantiam operis. Ita Nauarrus, *de orat cap 20 nu 29.* Naldus, *v. diuinum officium num. 17.* Bonacina, *de horis canon. disp. 1. quæst. 2. pun. 3. num. 7.* Suarez, *to. sec. de relig. lib. 3. cap. 3. num. 5.* Filliucius, *to. 2. tract. 23. cap. 3. nu. 70. & cap. 10. quæst. 8.* Diez, *cap. 57. in fine.* & alij.

An qui tenetur ad Horas, possit simul exercere aliquas operationes externas? Dub. 6.

15 AFfirmatiuè respondetur, si ille occupetur in aliquibus rebus externis, quæ non sunt incompatibiles cum attentione, nec expostulant tantam animi aduertentiam: vt si quis recitet, induens se, vel calceans, de ambulans per hortum

hortum, & herbas prospiciens. Ratio est: quia solus, & omnis ille actus corporalis adimplementum præcepti impedit, qui repugnat, & est incompossibilis attentioni, habilitate eius, qui recitat, inspecta: at faciens istos actus, potest attendere: nec sunt tales, qui omninò impediant: ergo, &c. Ita Maior, *in 4. dist. 12. quæst. 7.* Caietanus, 2. 2. *quæst. 83. artic. 13. & quæst. 187. artic. 3. ad 3.* Nauarrus, *cap. quando 1. cap. 3. num. 49* Sanchez, *to. 2. consil. lib. 7. cap. sec. dub. 32. nu. 2.* Maschasius, *tract. 8 sum. cap. 3.* Siluius, 2. 2. *quæst. 83. artic. 13. conclus. 7. versic. si petas.* Sotus, *lib. 10. de iust. quæst. 5. artic. 5.* Medina, *lib. 1. sum. cap. 14. §. 11.* & alij.

16 Vndè lauare faciem, & manus, induere, vel exuere se, vel se calceare, dum recitantur Horę Canonicę ex præcepto, si id faciant moderatè, & absque nimia festinatione, licèt fiet absque causa iusta, nullum erit peccatum. Ita Sanchez, *to. 2. consil. lib. 7. cap. 2. dub. 32. num. 6.* Si verò exercederet dictas actiones valdè festinanter, dum recitat, peccat tantum venialiter: quia vix fieri possunt, salua debita reuerentia. Ita Sanchez, *nu. 7.*

17 Si verò occupetur voluntariè, & aduertenter in rebus externis, quæ (ex natura sua) aduersantur attentioni orationis, & sunt incompossibiles cum recitatione (vt si legat, scribat, pingat, vel faciat aliquid huiusmodi, quod totum animum ad se vocat) non satisfacit pręcepto; sed iterum recitare tenetur sub mortali, vt præcepto satisfaciat. Ita Sotus, 10 *de iust. quæst. 5. artic. 5.* Suarez, *cap. 26. num. 11.* Nauarrus, *cap. 13. de orat. à nu. 47.* Filliucius, *cap. 8. quæst. 4.* Graffius, *pa. 1. decis. lib. sec. cap. 52. num. 15.* Caietanus, 2. 2. *quæst. 83. artic. 13.* Barbosa, *in cap. dolentes. num. 19. de celebr. missar.* Layman, *in Theolog. moral. lib. 4. trac. 1. cap. 5. num. 22.* Bonacina, *de horis canon. disp. 1. quæst. 3. pun. 2. § 2. num. 12.* Angles, *in floribus part. 1. de orat. fol. 339.* Medina, *lib. 1. sum. cap. 14. §. 15.* & alij.

18 Dixi: *Voluntariè, & aduertenter*: nam qui dum recitat Diuinum Officium, inuoluntariè, aut inaduertenter, detinetur in aliqua re incompossibili cum attentione, satisfacit præcepto: quia illa distractio dicitur inuoluntaria, etiam distractione inuoluntaria adesse potest virtualis attentio: Quamobrem, recitans Officium, & non aduertens se ab oratione distrahi, licèt fortè aduertat, se alia cogitare, satisfacit præcepto: quia inuoluntariè distrahitur ab Officio. Ita Suarez, *cap. 26. num. 20.* Filliucius, *num. 255.* Bonacina, *num. 13.* Nauarrus, *cap. 25. num. 107.* & alij.

An obligatus ad Horas Canonicas, si recitat in peccato mortali, peccet mortaliter? Dub. 7.

19 Affirmatiuè respōdet prima opinio. Cuius ratio est: quia, quisquis in mortali exercet actum ordinis, peccat. Sed huiusmodi est ille: ergo, &c. Ita Adrianus, *quodlibet 8. litt. B.*

20 Secunda opinio distinguit: scilicèt, si esset in peccato mortali, & recitat Diuinum Officium, tam ex præcepto, quam ex deuotione, non peccat. Si verò habet intentionem peccandi, & recitat, peccat mortaliter. Cuius ratio est: quia magnam Dei irreuerentiam facit, qui ab eo gratiam, & beneficium petit, cum actu offendit eum, vel offendere intendit. Ita Moneta, *C. de ordinat. quæst. de modis, quibus oratio de prauari solet.* Ledesma, 2. 4. *quæst. 16. artic. 13.* Corduba, *lib. 1. quæst. 50. in 3. & 4. parte.*

21 Tertia opinio absolutè negat. Cuius ratio est: quia voluntas, colendi Deum, & petendi aliquid ab eo, stat cum actuali proposito non peccandi: sicut stat facere opus, moraliter bonum, vt ieiunare, cum actuali proposito non peccandi. Etiam si Horas publicè in choro recitet, non peccat, quamuis dicat Capitulum, & Orationem in peccato mortali: quia hæc sunt sacramentalia, non autem sacramenta, nec proprij actus Ordinis sacri: licèt per Ecclesiam solis Sacerdotibus appropiati sint. Ita Medina, *C. de oratione quæst. de modis, quibus oratio de prauari licet.* Ledesma, 2. 4. *quæst. 16. art. 13.* Sanchez, *to. 2. consil. lib. 7. cap. sec. dub. 9. num. 3. & dub. 10. num. 2.* Nauarrus, *in cap. quando cap. 6. nu. 23.* Caietan. *opuscul. sec. to. 9. de vsu spiritual.* & alij.

22 Qui verò Officium Defunctorum in peccato mortali recitat, non peccat neque venialiter, & illa oratio prodest defunctis: quia, ex eo, quod Ecclesia eas instituit, eò per se sunt Deo gratiores, & Ecclesia pro quolibet suo membro Deo offerri voluit. Ita Petrus Nauarrus, *lib. sec. cap. sec. num. 254.* & Diana, *part. 5. tract. 14. resol. 79.*

DE

DE CAVSIS, QVIBVS Ecclesiastici excusantur à recitatione Horarum Canonicarum, Cap. 6.

AN infirmitas excuset à recitatione Diuini Officij? Dub. 1.
An qui æger est, ita vt solus recitare nequeat, teneatur adiuncto socio, Diuinum Officium recitare? Dub. 2.
An ob carentiam Breuiarij excusetur quis à recitandis Horis Canonicis? Dub. 3.
An vrgens alicuius rei necessitas, excuset ab Horis Canonicis recitandis? Dub. 4.

An infirmitas excuset à recitatione Diuini Officij? Dub. 1.

1 COmmuniter Doctores dicunt, quando infirmitas est grauis, & Iudicio Medici pronuntiatio verborũ valdè noceret valetudini corporis, iustam præbet excusationis causam, à Diuini Officij recitatione. Quorũ ratio est, quia credibile non est, Ecclesiã velle cũ tanto incómodo obligare. Tum quia, sic colligitur, *ex cap clericus vicesi, dist. 91.* satisq; constat ex regulis generalibus, traditis, *de legibus.*

2 Quando verò infirmitas est leuis, qualis esse pôt leuis dolor stomachi, capitis, vel pectoris, nõ excusat: quia obligatio recitandi Officiũ Diuinũ, strictissima est, & cõsequenter ab ea nõ excusat quælibet leuis causa. Ita Moffes. *to. 1 sum. tr. 5. c. 4. n. 20.* Aragon. *2. 2. q. 83. art. 12. dub. 3.* Antonius de Litteratis, *p. 6. c. 7. nu 9.* Sotus, *de iust. lib. 10. q. 5 art 3.* Azor. *p. p. lib. 10 c. 13. q. 4.* Reginald. *lib. 18. n. 181.* Laym. *in theolog. moral lib. 1. tr. 1. s. 6. n 1.* Nauarr. *in manual. c. 25. n. 100.* Vasq. *de benef. c. 4. § 1 art. dub. 12.* Malder. *tr. 10 c. 2. dub. 5 sub finem.* Bonac. *de hor. can. disp. 1. q 6. pu. 1. n. 2.* Tolet. *lib. 2. sum c. 14. n. 2.* Filliuc. *c. 9. q. 5.* Valentia, *to. 1. disp. 6. q. 2. pun. 10.* & alij.

3 Quid dicendũ de Quartanarijs, & Tertianarijs? Bonac. Valent. Reginald. & alij, citati, dicunt: Nõ excusari à recitatione Horarũ. Dicẽdum est tamen cũ Trullẽch. *to. 1. decalog lib. 1. c. 7. d. 17. n. 6.* Caramuel, *disp. 116. n. 1442.* Diana, *p. 7. tr. 11. resol. 14.* & alijs, quos citauimus, *in c. 4. dub. 9. n. 24.* Hos aliquando excusari, hos aliquando nõ excusari: quia nõ pôt de his dari certa regula, sed iudicandum est iuxta arbitriũ boni Medici, aut boni viri: quia pôt contingere, q quartana sit tam grauis, vt secũ talia accidentia afferat, vt vehemẽtẽ capitis dolorẽ, vel ẽt corporis intemperaturã, vt meritò videretur notabilis infirmitas, & sic excusare: & ita Syluest. *verbo hora q. 4. d. st. 1.* Nec tenentur Quartanarij tẽpus præuenire, aut elegere Horã aliquã, eo tempore, quo nõ consueuit legi.

4 Neq; necesse est graue damnum, sed in hoc est tenenda via media, ita vt qui æger est, si ex exercitatione Horarũ verisimiliter credat, stomachi aliquã cruditatem, vel capitis grauedinem, vel virium lassitudinẽ, vel etiã credit febrim, tardiùs remittẽ iam, excusatur ab Horis. Ratio est, quia huiusmodi damna, quæ in corpore valido sunt leuia, in ægroto sunt grauia mala. Confirmatur: quia cũ omnia præcepta charitati deseruiant, quę valde benigna infirmis sunt, non est verisimile, q Ecclesia, quæ est pijssima mater hominibus, morbo affectis, velit addere molestiã orandi, ẽt si nõ multũ lædatur. Ita Sãchez, *to. 2. cõsil lib. 7. c. 1. dub. 45. n. 3.* & alij.

5 Et quamuis huiusmodi infirmi, dũ febri, vel alio morbo laborãt, bonam diei partem confabulationibus familiaribus expendant, atque etiam libros animi recreãdi gratia legãt, ac multa colloquãtur: nõ indè sequitur, teneri recitare Horas Canonicas. Ratio est, quia sermones illi, & lectiones voluptatem ægris offerunt, nec morbus indè ingrauescit, quin potiùs decrescit. At verò recitatio est res sacra, ac suapte natura, grauat caput, & mærorem & molestiam infert. Ita Sanch. *to. 2. consil lib. 7. cap. 2. dub. 45. n. 4.* Sancius, *in select. disp. 15. n. 2.* Diana, *p. 4. tr. 12. resol. 43 circa finem,* & alij.

6 Pôt ẽt infirmus nõ recitare Horas Canonicas per aliquot dies, postquã febris deseruit, dũ adhuc vires sunt imbecilles, dũq; hõ cõualescit: q: illa imbecillitas adhuc cẽsetur infirmitas. Tũ q: valdè verisimile est, Ecclesiam ægris post tot labores velle requiem aliquam concedere. Et quamuis poterit aliquando celebrare, non tamen tenetur ad Horas. Ita Sanch. *to. 2 consil. lib. 7 cap 2. dub. 45. n. 5.*

7 Addunt etiam Bonacina, *num. 3.* Reginaldus, & Nauarrus, locis citatis: Infirmus aliquando posse excusari à recitatione Horarum Canonicarum in choro, quamuis non excusetur à recitatione priuata: quia fieri potest, vt infirmitas vni recitationi impedimentum afferat, & non alteri: vt quando quis pedibus ita laborat, vt Ecclesiam adire nequeat; quamuis alioquin bene valeat: Aut, dũ quis ob morbũ cogitur in lecto decũbere, sed morbus non est adeò grauis, q: Horas priuatim recitare omittat.

8 Quid faciendum sit, quando dubitatur, An recitatio Diuini Officij valdè nocitura sit valetudini? Respondeo: standum esse iudicio prudentis Medici. Ratio est: quia ad ipsum pertinet iudicium grauitatis, aut leuitatis morbi: nam periti in arte iudicio standum est, *cap. fraternitatis, de frigid. & malef.* Ita Carol. Macign. *c. 14. n. 12.* Laym. *in Theol. moral. lib. 1. tr. 1. c. 6. n. 1.* Reginald. *lib. 18. n. 182.* Suar. *cap. 28. n. 21.* Siluest. *v. hora q. 4.* Filliuc. *n. 293.* Diana *p. 4. tr. 3. resol. 67.* Bonac. *de hor. can. disp. 1. q. 6. pu. 1. n. 4.* Pesant. *c. 28. n. 21.* Pala *to. 2. disp. 2. pu. 6. n. 10.* & alij.

Dubitatur: An quando Medicus dubitat, An morbus sit grauis, vel leuis, seù, an recitatio nocitura sit, teneatur ægrotus ad recitationem Horarum?

9 SVarez, *tom. sec. de relig. lib. 4. cap. 28. num. 11.* inclinat: Infirmum esse obligatum: quia præceptum illius, & obligatio est certa, & causa excusans dubia: præualet ergo præcepti obligatio.

10 Filliucius verò, *in sec. to. tract. 23. cap. 9. num. 393.* Vilalobos, *tom. 1. sum. tract. 24. dub. 16. n. 2.* & Malder. *in 2. 2. tr. 10. cap. 3. dub. 5.* putāt in tali casu: quādo, videlicet, Medicus est dubius, recurrendum esse ad Superiorem pro dispensatione.

11 Alij verò meliùs dicunt quando Medicus ipse dubitat, An morbus sit grauis: seù recitatio nociua sit, ægrotum ad Horas Canonicas non teneri: quia non tenetur, se periculo grauis damni exponere. Tum quia, periculum illius grauis damni causa est certa, & non dubia, qua stante, præceptum Ecclesiasticum non obligat: esset tamen obligatio rigorosa: ergo, &c. Ita Bonacina, *de horis canonic. disp. 1. quæst. 6. punt. 1. num. 5.* Vincentius Candidus, *tom. 1. disp. 18. art. 24. dub. sec. circa finem.* Diana, *part. sec. tract. 12. resolut. 28. & part. 4. tract. 3. resolut. 68.* & probabilem putat Castrus Palaus, *to. 1. disp. 2. pun. 6. num. 10.*

An infirmus, qui nequit dicere Horas Canonicas, teneatur ad partem? de hoc satis diximus, *in lib. 1. tr. 1. cap. 4. dub. 14.*

An qui æger est, ita vt solus recitare nequeat, teneatur, adiuncto socio, Diuinum Officium recitare? Dub. 2.

12 PRima opinio ait: Si solitus erat recitare Horas Canonicas cum socio, tenetur adhibere illum: Secùs, si solitus non erat. Ita Lesius, *lib. sec. cap. 37. dub. 9. num. 54.* Garzias, *de benefic. part. 3. cap. 1. num. 215.* qui cum hac limitatione ait, nisi socium, quem gratis anteà habebat, posteà cum stupendio erit habiturus: quia ita nullum onus speciale Clericis imponitur: Et probabilem vocat hanc opinionē Laym. *in Theol. moral. lib. 1. tr. 1. c. 6. n. 1.* & docet Hieron. Rodoriq. *in cōp. qq. regul. resol. 24. n. 30. in fin.*

13 Secunda opinio absolutè affirmat. Cuius ratio est: quia, qui tenetur ad aliquid, tenetur èt ad media, ad illud ordinata: sed infirmus tenetur ad Officiū Diuinū: ergo èt tenetur ad media, sine quibus illud recitare nō pōt. Hoc aūt mediū in pposito est adhibito socij, quem cōmodè pōt habere: ergo, &c. Ita Valenc. *to. 3. disp. 6. q. 2. pu. 10. circa septimū.* Azor. *p. p. lib. 10. c. 13. q. 6.* Suar. *to. 2. de relig. lib. 4. de hor. can. c. 28. d. n. 13.* Rodor. *p. p. sum. c. 144. n. 1.* Reginald. *to. 2. lib. 18. n. 183.* Nauar. *de hor. can. c. 11. n. 14.* Merol. *to. 2. disp. 4. c. 3. dub. 36. n. 420.* Gauant. *in cōment. rubric. missal. to. 2. sect. 1. c. 5. tit. 1. n. 6.* Bonac. *de hor. can. disp. 1. q. 9. pu. 2. n. 8.* Philiarc. *de offi. sacerd. lib. 2. c. 10.* Graff. *p. p. decis. lib. 2. c. 5. n. 3.* Carolus Macign. *c. 14. n. 6.* Nugn. *in simil. p. 3. q. 8. artic. 6. vers. dico secundo,* & alij.

14 Tertia opinio absolutè negat. Cuius ratio est: quia recitare cū socio est priuileg ū: ergo non tenetur illo vti: quia priuilegiū nō ponit onus, sed fauorē. Tum quia, Clericis, qui obligantur, ad recitādas Horas canonicas, præcipitur quidē, vt eas pronuntiēt: nō aūt, vt eas ab alijs recitatas audiāt: nisi qū ipsi recitāt cum alijs: q. a tunc tenentur audire partē, ab alijs recitatā, sicut & recitare suā. Tū q. a præceptū, siuè obligatio canonici Officij personalis est, & de certa, ac determinata oratione: q̄ proindè si quis per se ipsū præstare non pōt, omninò liberetur. Ita Sanc. *in s. lec. disp. 15. n. 2.* Dian. *p. 2. tr. 12. resol. 43. & p. 4. tr. 4. resol. 221. et p. 7. tr. 11. res. 3.*

Dubitatur: An si aliquis stare vellet in secūda opinione; An illa intelligenda sit, si vsus socij gratis habeatur; an verò in tali casu teneatur saltem Beneficiarius, quærere illum cum stipendio?

15 CAstr. Pala. *in 2. to. disp. 2. pu. 6. n. 14.* putat: Quēlibet Clericū, seù Religiosū, si habeat vndè, absque difficultate graui, possit sociū cōducere, ad secū recitandū, obligatum esse, illum conducere: quia vsus socii in persona, impotenti aliter recitandi officium, est medium simpliciter necessarium, ad huius præcepti exequu-

exequutionem: ergo, si excommuni sẽtentia, obligatur ad hoc medium assumendum, obligari debet, ad expendendos aliquos moderatos sumptus, si necessarij sunt ad huius medij assumptionem.

16 Sanchez verò, *in 2. to. consil lib 7. cap 2. dub.* 48. *num* 3. Nauarrus, *in cap. quando cap.* 21 *num.* 14. Reginaldus, *lib.* 28 *num.* 183. & Suarez, *to. sec. de relig. lib.* 4. *cap.* 28 *num.* 12. dicunt: si Clericus non habet redditus Ecclesiasticos, vel redditus patrimonij, ad cuius titulum est initiatus, quibus socium conducere possit, non tenetur illum conducere: licèt sit ditissimus alijs redditibus profanis. Quorum ratio est: quia sic non potest commodè recitare, adiuncto socio; cum nullo iure teneatur, redditus merè profanos in seruitio Ecclesiæ expendere: quare non tenetur hic recitare, adiuncto socio, nisi cum aliquis socius ei gratis se offerat. Si verò hic habet redditus Ecclesiasticos, vel patrimonium, quo initiatus est, sufficiens, ad se alendum, & socium conducendum, qui cum eo recitet, tenetur illum conducere, quando solus nequit recitare. Vndè isti Doctores affirmant de Beneficiario: negant verò de Clerico simplici, & Religioso.

17 Attamen Oliuarius Bonartius, *de horis canon lib sec cap.* 38 *num.* 12. & Diana, *par.* 4. *tract.* 4 *resol* 121. *post medium*, dicunt: Non solum Clerici, & Religiosi ad id non tenentur; sed neque Beneficiarij: licet ad hoc facere consulendi sint. Quorum ratio est: quia nulla ratione, vel iure, hoc probari potest. Tum quia, sicut non teneor Sacerdoti soluere stipendium, vt festiuis diebus Sacrum audiam: ita nec socio, vt secum legam. Tum quia non debetur imponere maius onus in infirmis Clericis, quam sanis. Etiam si aliquis sponte se offerat in socium ad recitandum, ait Diana, *part. sec tract.* 12 *resol.* 43.

An ob carentiam Breuiarij excusentur à recitandis Horis canonicis?

Dub. 3.

18 Affirmatiuè respondetur. Ratio est: quia impossibilium non est obligatio, *l. impossibilium ff. de reg. iuris*, & docent Suarez, *cap.* 28 *num.* 7. Molfesius, *cap.* 5. *num.* 32. Bonacina, *de horis canon. disp.* 1. *quæst.* 6. *pun. sec. num.* 4. Layman, *lib.* 4. *tract.* 1. *cap.* 6. *num.* 1. Fillincius, *cap.* 9 *q.* 3. & alij.

19 Vndè Primò: Qui extra culpam suam caret Breuiario, quia illud amisit, &c. & nullo modo potest habere, vel accomodatum, vel emptum, vel cum alio, aut memoriter recitare, excusatur ab Horis, quia nemò ad impossibile tenetur. Immò, licèt culpa sua perdiderit Breuiarium, vt quia illud proiecit in mare, licèt tunc peccauit; tamen si postea peniteat, nec medium habet, vt possit recitare, non peccat, non recitando: quia iam est impossibile recitare. Ita Rodoriquez, *par.* 1. *sum cap.* 144. *num.* 3. Sanchez, *to sec consil lib* 7 *cap sec dub* 51. *num.* 1. & *sec* Nauarrus *cap.* 25 *sum num.* 102. Sandoual, *de offic. canon part* 5. *cap.* 5 Maior, *in* 4. *dist* 12. *quæst.* 3. Sotus, *lib* 10. *de iust. quæst.* 5 *artic.* 3. & alij. An teneatur recitare Psalmos, quando non habet Breuiarium? diximus, *in lib.* 1. *tract.* 1 *cap.* 4. *dub.* 14 *per totum.*

20 Secundò: Clericus, qui ob paupertatem non potest emere Breuiarium, excusatur à recitandis Horis Canonicis: siuè bene, siuè malè promotus fuerit ad clericatum: dum manet dicta impossibilitas, excusatur: quia nemo tenetur ad impossibile. Ita Sanchez, *to. sec. consil. lib.* 7. *cap. sec. dub* 51. *nu* 6 Nauarrus, *cap. quando cap.* 21. *num.* 13. Viguerius, *lib. in instit. theolog cap* 5. §. 5. *versic* 4. Turrecremata, *cap. Eleuterius dist.* 19. *num.* 4. Palatios, *in* 4. *dist.* 15. *quæst.* 5. & alij. Si verò, non habenti Breuiarium, offeretur miraculosè, absque dubio teneretur recitare; licèt medium fuerit per accidens. Ita Sanchez, *to sec consil lib.* 7 *cap. sec dub.* 46 *num.* 5 *in fine.* Nauarrus, *cap. quando cap.* 11 *num.* 16 & 17. Viguerius, *lib instit. Theolog. cap.* 5. §. 5. *versic.* 4. Turrecrama *cap. eleuterius, dist.* 19. *num.* 4. Paludanus, *in* 4. *dist.* 15 *quæst.* 5. & alij.

21 Tertiò: Eum, qui domo discessit, nil cogitans de Breuiario, aut rationabiliter iudicans, se alibi repertùrum Breuiarium; non peccare, nec teneri ad restitutionem, si postea Diuinum Officium prætermittat: eò quod Breuiarium inuenire non poterit. Ratio est: quia in causa non peccauit, excusante ipsum inaduertentia, vel bona fide: neque peccauit in actuali omissione, ob impotentiam, & carentiam Breuiarij. Ita Fillincius, *cap.* 9. *quæst.* 3. *num.* 286. Graffius *part.* 1. *decis. lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 6. Nauarr. *de*

orat. cap. 11. num. 38. Azorius, *part. 1. lib. 10. cap. 13. quæst. 16.* Bonacina, *de horis canon. disp. 1. quæst. 6. pun. 2. num. 10.* Carolus Macignus, *cap. 6.* Toletus, *lib. sec. cap. 14 num. 5.* & alij.

22 Quartò: Qui nescit linguam latinam recitare, licèt peccauit, accipiendo beneficium, vel ordines sacros; tamen non peccat, omittēdo Horas canonicas, durante impotentia recitandi, ob ignorātiam: & tunc excusabitur ab Horis, quādo adhibita diligentia, non potest habere socium, vt cum eo recitet. Immò, aliquando non tenetur quærere socium, neque tenetur restituere fructus. Ita Sanchez, *to. 1 consil lib. sec. cap. sec. dub. 86 num. sec. & to. sec. lib. 7. consil. cap. sec. dub. 50. num. 1. & dub. 51. num. 3.* Nauarrus, *cap. quando cap. 11. num. 38.* & alij. Neque sic ordinatus tenetur recitare alias Horas: quia non adest præceptum, recitādi alias preces. Ita Bonacina, *de horis canon. disp. 1. quæst. 6 pu. 3 num. 10. in fine.*

An vrgens alicuius rei necessitas excuset, ab Horis canonicis recitandis? Dub. 4.

23 RESpondeo: Si subitò superuenerit occupatio, quæ non potest præueniri, & nequit prætermitti sinè scandalo, aut graui propria, aut aliorum iactura, & non compatitur Horas recitare, excusat: v. g. si quis esset per totum diem occupatus, in audienda confessione, existentis in articulo mortis; vel in euitando magno scandalo; vel in componendis grauibus inimicitiis, vel rixis, ad arma currentium; ita vt, totum superesset tempus necessarium ad esum, vel ad somnum. Ita Maior, *in 4. dist. sec. quæst. 3.* Turrecremata, *cap. eleuterius disp. 91. num. 7.* Nauarrus, *cap. 25. sum. nu. 101.* Armilla, *v. hora num. 10.* Bonacina *de horis canon disp. 1. quæst. 6. pun. sec. num. 1.* Molfesius, *to. 1. sum. tract. 5 cap. 5 num. 36* Sanchez, *to. sec. consil lib. 7 cap. sec. dub. 52 num. 1.* Layman, *in Theolog. moral lib. 1. tract. 1. cap. 6. num. 1. versic. tertia est grauitas.* & alij.

24 Vndè, aliquando excusari possunt Concionatores, vel Confessarii, aut alii. Ratio desumitur ex benigna Ecclesiæ intentione, quæ non præsumitur cum tāto grauamine obligare. Ita Reginaldus, *lib. 18. num. 187.* Molfesius, *to. 1. sum. trac. 5. cap. 5. num. 46.* Pesantius, *2. 2. quæst. 61. artic. sec. disp. 6.* Malderus, *dub. 5. in fine.* Bonacina, *de horis canon disp. 1. quæst. 6. pun. sec. num. sec.* Siluester, *v. hora quæst. vlt.* Toletus, *lib. sec. cap. 14 num. 3.* & alii.

25 Immò boni Confessarii, quando est magna pœnitentium copia, vt istat dies vltima Iubilęi, vel pręcepti Ecclesię, possunt licitè omittere Horas; si non possunt recitare, nisi omittendo aliquas confessiones quorumdam, qui non consequerentur Iubilæum, vel non implebunt præceptum Ecclesiæ. Ita Sanchez, *to. sec. consil lib. 7 cap. sec. dub. 52. num. 3.* Nauarrus, *vbi supra.* Armilla, *v. hora nu. 16.* Tabiena, *ibi num. 21* & alii.

26 Vndè etiam, si quis ob grauem occupationem Officium Diuinum recitare non potuit, ad fructuum restitutionem non obligari: quia par non est, vt pœnam subeat, qui culpam non admittit. Ita Bonacina, *de horis canon. disp. 1. quæst. 6. pun. sec. num. 3 versic. ex dictis.*

DE OBLIGATIONE recitandi Horas Canonicas, ratione Beneficij Ecclesiastici: & de Distributione. Cap. 7.

An habens Beneficium Ecclesiasticum, teneatur recitare Horas canonicas? Dub. 1.

1 Communiter Doctores affirmant: Beneficiarium, habentem beneficium Ecclesiasticum, etiam si non sit sacris initiatus, teneri (regulariter loquendo) ex institutione Ecclesiæ, ad recitandas Horas canonicas: siuè beneficium sit simplex, siuè curatum, siuè sit alia præbenda tituli clericalis. Ratio est: quia in iure dicitur, beneficium dari propter Officium: Officium autem cõplectitur Horas canonicas. Tum quia, vsu, & consuetudine Ecclesiæ ita receptum est. Tum quia, sic habetur in Concilio Lateranensi sub Leone X. *sess. 9.* & in Bulla Pii V quę decreta refert Nauarrus, *cap. 12 sum. num.* 122. qui *in num. 97.* ait: Nesciens recitare, potest differre acceptationem beneficii, sibi collati, donec sciat recitare: quam sententiam docent etiam Sanchez, *to. 1. consil. lib. 2. cap. 2. dub. 58. num. 1* & Miranda, *in manual. prælat. quæst. 37. artic. 7. concl. 2.*

2 Dixi (*per se loquendo*) vt aduerterem, extare aliqua beneficia, quæ ex sua institutione non obligant ad Horas canonicas; sed ad alias præces, vt sunt quædam simplices præpositurę, vel Personatus, vel Primatus, qui ad recitationẽ Officii Beatiss. Mariæ, vel alicuius Psalmi solũ obligant: Immò, & aliqua beneficia, quæ non obligant, ad quidquam recitãdum, vt est beneficium ad pulsanda organa, vel ad docendum Theologiam, vel ad aliud officium non Ecclesiasticum, non teneri ad recitandum Diuinum Officiũ: quia Beneficiarius tenetur ad id, propter quod datur beneficiũ: in hoc enim casu beneficium non datur, propter Diuinum Officium recitandum: ergo, &c. Ita Sotus, *lib. 10. de restit. quæst. 5. artic. 3* Nauarrus, *cap. quando cap. 7. num. 15. & 26.* Paludanus, *in 4. dist. 15. quæst. 5* Turrecremata, *cap. qui autem num. 7. dist. 91.*

Palacios,

Palatios, *in 4. dist. 15. disp. 9.* Bonacina, *de horis canon. disp. 1. quæst. 2. pun. 4. num. 5.* Sanchez, *to. 1. consil. lib. 2. cap. 2. dub. 88. num. 2.* & alij.

An qui habet Cappellaniam, teneatur recitare Horas canonicas? Dub. 2.

3 NEgatiuè respondetur, si Cappellania non erit collata: & perconsequens, non tenetur ad restitutionem, si non recitet Diuinum Officium. Ratio est: quia non sunt beneficia, nec dantur alicui clericali titulo, nec Prælati auctoritate: sed sunt quidem redditus merè sęculares, alicui, siuè clerico, siuè laico, relicti, onere, vt Sacra fiant quotannis. Ita Medina, *C. de orat. quæst. de necess. vocal. orand. orat. public.* Corduba, *sum. q. 33.* Ledesma, *2. 4. quæst. 16. articul. 4. dub. 5.* Sanchez, *to. 1. consil. lib. 2. cap. 2. dub. 60. n. 3.* Bonacina, *de horis canonic. disp. 1. quæst. 2. pu. 4. num. 6.* Molfesius, *cap. 3. num. 45. & tract. 6. cap. 2. num. 25.* Malderus, *tract. 10. cap. 2. dub. 3. quæst. 3.* Reginaldus, *lib. 30. num. 4.* & alij.

4 Illa dicitur Cappellania non collata, quæ non requirit collationem Prælati: quia ipse Fundator voluit non esse necessariam, sed sola sua auctoritate, vel Patroni, per eum destinati, fiat collatio: vt quando quis reliquit aliquos redditus perpetuos, qui concedantur alicui ea lege, vt quotannis dicat tot Missas.

5 Vndè, habens Cappellaniam, quæ, ex voluntate Testatoris, non est collatiua; licèt postea fuerit collata per Pontificem, & iterum per Episcopum, non tenetur recitare Horas canonicas: quia illæ collationes non mutant horum bonorum naturam: & potuerunt id facere ex falsa relatione, vel defectu, vel ad maiorem securitatem; non quia hoc esset necessarium. Secus dicendum est de Cappellania collata: quia Cappellaniæ collatæ, quæ fundantur titulo Ecclesiastico: itaquod, ex Fundatoris voluntate, requiritur collatio, facienda per Prælatum: vt acquiratur legitima possessio Cappellaniæ, & sunt vera beneficia. Ita Felicianus, *de cens. lib. 2. cap. vlt. num. 55.* Gonzalez, *in reg. 8. cancellar. gloss. 5. in principio per totum.* Siluester, *v. beneficiũ 2. quæst. 2.* Salzedo, *pract. cap. 28.* Tabiena, *v. beneficium 2. num. 1.* Aragonius, *2. 2. quæst. 83. artic. 12. dub. 3.* Sanchez, *to. 1. consil. lib. 2. cap. 2. dub. 60. num. 4.* Bonacina, *de canon. disp. 1. quæst. 2. pun. 4. num. 6.* Vasquez, *de benefic. cap. 4. artic. 1. dub. 3. num. 8.* & alij.

6 Quando verò confertur puero aliquod beneficium, vel cappellania collata ante decimum quartum annum (ex Romani Pontificis, supplentis ætatem, dispensatione) non tenetur ad recitandum Diuinum Officium, vsque ad decimum quartum annum, ait Sotus, *in 4. dist. 12. quæst. 1. artic. 15.* quia, quod Papa suppleat ætatem pueri, vt sit capax beneficij, censetur dispensare, vt non teneatur ad Horas: & multò magis excusatur, si ignorat latinè legere.

An habens Cappellaniam collatiuam, vel quoduis aliud beneficium, si studio litterarum vacet, satisfaciet suæ obligationi, si per alium recitet? Dub. 3.

7 AFfirmatiuè respondet prima opinio: quando sufficienter deseruit per Vicarium beneficio: quia sufficienter videtur satisfieri beneficio, dum commodè per alium seruitur ipsi, vt recitetur Officium canonicum. Ita Lucas de Penna, *l. hac lege C. de proxim. lib. 12.* Landulphus, à Siluestro relatus, *v. hora quæst. 2.* & probabilem vocant Gregorius Lopez, *part. 1. tit. 6. lib. 34.* Rosella, *v. hora num. 8.* Siluester, *vbi supra,* Angelus, *v. hora num. 4.*

8 Secunda opinio negat: Cuius ratio est: quia obligatio, recitandi Horas canonicas, est personalis, sicut obligatio ieiunandi, & audiendi Sacrum: ipsum enim Beneficiarium obligat ius ad recitandum: ergo, &c. Ita Io. Andr. *præsbit. de celebr. it. missar.* Rosella, *v. hora, nu. 7.* Medina, *C. de oratione publica.* D. Antoninus, *3. part. tit. 13. cap. 4. § 1.* Sanchez, *to. 1. consil. lib. 2. cap. 2. dub. 61. num. 3.* Gregorius Lopez, *par. 1. tit. 6. lib. 34.* Palatios, *in 4. dist. 15. disp. 9.* & alij.

Dubitatur: An Beneficiarius, qui alio die supplet defectum, in recitatione Officij commissum, liberetur ab onere restitutionis?

9 NEgatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia ille tenetur ad restitutionem, qui non satisfacit præcepto Diuini Officij recitandi: sed qui die

alio die recitauit Diuinum Officium, nō satisfacit præcepto Diuini Officij recitandi: ergo tenetur ad restitutionem. Minor patet: quia obligatio Diuini Officii est affixa diei, & transit cum ipso die: & sicut ille non satisfacit præcepto ieiunii, aut missæ, qui alio die, nō præscripto ab Ecclesia, ieiunat, vel missam audit: ita neque satisfacit præcepto Diuini Officii, qui alio die recitat Officium. Ita Henriquez, *lib.* 13. *cap.* 19. *num.* 2. Aragonius, 2.2. *quæst.* 83. *artic.* 13. Petrus Nauarrus, *lib.* 1. *regul. to.* 5. *tr.* 54. *disp.* 8. *sect.* 4. *num.* 221 & alii.

10 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia Beneficiarius, qui omisit per aliquos dies Officium Diuinum, potest supplere pensum Horarum in aliis diebus, aut compēsare Diuinum Officium omissum aliis piis operibus, vt recitando sæpius Rosarium B. Virginis, vel missas celebrando; & tunc respondet æquale, vt suppono. Tum quia, Cappellanus, qui vno die tenetur, ex onere Cappellaniæ, celebrare, si alio die celebret, non tenetur (per se loquendo) restituere: ergo neque tenetur Beneficiarius, qui alio die Officium recitat. Ita Filliucius, *to.* 2. *tract.* 21. *cap.* 10. *nu.* 307. Suarez, *cap.* 71. *num* 5. *& cap.* 29. *num.* 11. Diana, *part.* 2. *tract.* 12. *resol.* 24. Molfesius, *cap.* 5. *nu.* 17. & alii: & probabilem vocat Bonacina, *de horis canon. disp.* 1. *quæst.* 5 *punt.* 2. *num.* 5. *vers. Respondetur circa finem.* & docent Quintanaduenas, *in Theolog. moral. to.* 1. *tract.* 8 *sig.* 6. *num.* 11. & alii.

An habentes Pensiones, teneantur recitare Horas canonicas?
Dub. 4.

11 Negatiuè respondetur. Ratio est: quia Pensio non est beneficium, vt communiter Doctores dicunt, & patet, *ex cap. quoniam, de præbendi in* 6. sed est quoddam onus, quod imponitur, habenti beneficium, & ius, quod habet Pensionarius petendi pensionem ab illo, qui titulum, & beneficium habet. Tum quia, Pius V. obligauit Pensionarios ad Horas Beatæ Virginis: ergo non tenetur ad Horas canonicas. Ita Caietanus, *opuscul.* 17 *respons. resp.* 10. Corradus, *lib.* 1. *qq.* 11 *in fine, & in sum. quæst.* 186. Sotus, *lib.* 10. *de iust quæst.* 5. *artic.* 3. Ledesma, 2.4. *quæst.* 16. *artic.* 4. *dub* 5. Sandoual, *de offic. canon. part.* 5 *cap.* 5. Palatios, *v. hora.* Sanchez, *tom.* 1. *consil. lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 61. *num.* 3. Vasquez, *de benefic. cap.* 4. *§.* 1. *dub.* 4. *num.* 17. Reginaldus, *lib.* 12. *num.* 11. Philiarcus, *de offic sacerd. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 2. *ad finem.* Molfesius, *cap.* 3. *nu.* 46. Filliucius, *to.* 2. *tract.* 23. *cap* 5 *quæst.* 9 *num* 173. Bonacina, *de horis cano. disp.* 1 *quæst.* *sec. pun.* 4. *num.* 7. Malderus, *trac.* 10. *cap. sec dub* 3. *quæst.* 5 Barbosa, *in cap. dolentes num.* 7. *de celebrat. missarum*, & alij communiter.

12 Verè Pensionarij tenentur solum recitare Officium paruum Beatæ Virginis Mariæ: & si id non recitent, tenentur ad restitutionem fructuum: vt habetur expresse in motu proprio Pij V. & hoc magis probant Auctores, quando hunc motum proprium fuisse, aut esse receptum. Ita Suarez, *lib.* 4. *de relig. cap.* 21. *de horis canon. num.* 4 *&* 5. & alij. Dummodo, quod Pensionarius recipiat pensionem, vt Clericus; quia si præcipit pensionem, titulo sæculari, vt causa belli, vel ob tintinnabula pulsanda, vel ad aperiendas fores Ecclesiæ, &c. non tenetur, ad recitandum, nec magnum, nec paruum Officium. Et tunc dicitur pensionem, vt Clericus, percipere, quando prima tonsura, seù status clericalis requiritur in eo, cui pensio confertur. Ex quo fit, vt is non teneatur ad recitandum paruum Officium Beatissimæ Virginis, cui confertur pensio absque præuia cōditione status clericalis; etiam si forè detur personæ regulari, vt militi Sancti Ioannis. Immò etiam detur illi, vt Regulari, non dicitur dari vt clerico, vt dicitur in Bulla Pij V. Regularis enim, propriè, & strictè loquendo, non est Clericus: fieri tamen potest, vt alio titulo teneatur iuxta proprias suæ Religionis Constitutiones. Ita Suarez, *to sec de relig. lib.* 4. *cap.* 21. *num.* 6. Bonacina, *de horis canon. disp.* 1. *quæst.* 2 *pu.* 4. *nu.* 8. & alij.

13 Si verò Pensionarius esset Sacerdos, vel initiatus ordini sacro, satisfacit, si recitet solum Horas canonicas. Ratio est: quia animus Pontificis fuit, vt cum Pensionarius percipiat fructus beneficij, vt clericus, recitat aliquid Clericorum, ac beneficiorum more: sed magis recitet vt Clericus, recitans Horas canonicas: ergo, &c. Tum quia, non fuit animus Pontificis magis obligare Pensionarios, quam Beneficiarios: cum hi plus percipient, & potiorem titulum Ecclesiasticum habeant: sed qui est Beneficiarius,

rius, & Subdiaconus, non tenetur bis recitare Horas: ergo neque Pensionarius, qui est subdiaconus. Ita Sanchez, *to.1. consil. lib.2. cap.2. dub.63. num.6.* Suarez, *to.2. de relig. lib.4. cap.21. num.6.* Bonacina, *de horis canon. disp.1. quaest.1. pun.4. num.10.* Garzias, *part.3. de benefic. cap.1. num.116.* & alij.

14 Immo, si Clericus percipit pensionē, non tenetur ita recitare Officium Beatissimæ Virginis, quin satisfacere possit recitando Horas canonicas, quod Officium magnum nuncupatur. Ratio est: quia dum Papa præcipit, vt Pensionarius persoluat Officium paruum Beatissimæ Virginis, probabile est non intēdisse hanc obligationem restrictiuè, excludēdo preces canonicas, quibus muneri suo melius satisfaceret; sed accumulatiuè, ne pensionarium ad tantum oneris obligare videretur, quo beneficiarius adstrictus erat. Ita Bonacina, *num.9.* Marignus, *cap.10. num.19.* Reginaldus. Suarez, Molfesius, & alij.

An Coadiutor Beneficiarij, qui scilicet partem fructuum beneficii percipit, vt coadiuuet ipsum Beneficiarium, vel propter ipsius senectutem, vel infirmitatem, &c. teneatur ad Horas? Dub. 5.

15 NEgatiuè respōdetur. Ratio est: quia Coadiutor tenetur ad id, ad quod deputatur, & sumitur: non deputatur autem, nec assumitur, ad recitandum Diuinum Officium, vt suppono: Tum quia, obligatio recitandi Diuinū Officium, residet penès proprietarium: ergo non afficit Coadiutorem: alioquin duo ex eodem beneficio obligarentur ad Diuinum Officium, quod non videtur admittendum: Sicut enim principalis, & coadiutor non tenentur ad alia onera duplicia, vt ad Missas, vel ad alia; sed vno satisfaciente, alter non tenetur: ita neque videtur admittendum, vtrumque teneri ad pensum canonicarum precum. Tum quia, Coadiutoria non est beneficium. Secus, dicendum est, si Coadiutor constitutus sit ad dicendas Horas canonicas; quia tunc ad id tenetur. Ratio est: quia, sicut si quis ex voto se obligaret ad Horas, vel partes horarum, tenetur eo modo, quo se obligauit: ita &c. Ita Suarez, *tom.2. de relig. lib.4. de horis canon. cap.22. num.17. & 19.* Sanchez, *to.1. consil. lib.2. cap.2. dub.64. num.13. & 14.* Bonacina, *de horis canon. disp.1. quaest.1. pun.4. num.13.* Layman, *in Theolog. moral. lib.4. tract.1. cap.5. num.9.* & alij.

16 Vndè Cappellanus, seù Sacerdos, qui conceditur alicui Parocho, vt vices, & absentiam Parochi in Sacramētorum collatione, & in externa Ecclesiæ administratione suppleat; non tenetur (sicut nec Coadiutor) præcisè, ad Horas canonicas recitandas. Ita Layman, Bonacina, *num.14.* Suarez, Medina, & alij.

An Beneficiarius teneatur, Diuinum Officium recitare; dum beneficium est adeo tenue, vt non sufficiat ad vitæ sustentationem? Dub. 6.

17 AFfirmatiuè respōdet prima opinio. Cuius ratio est: quia Beneficiarius, spontè acceptans beneficium, acceptat etiam onus, illi adnexum: sicut miles, voluntariè tradens nomen suum militiæ, tenetur militare; quamuis non recipiat tantum pretium, quo vitam commodè traducere possit: & Vir, contentus modica dote, tenetur, vxorem alere, ita &c. Tum quia, nullam patitur iniuriam ex iniuncto sibi onere, persoluēdi Diuinum Officium: nam voluntariè, & scienter hoc onus subit: scientem, & volenti non fit iniuria. Tum quia, Beneficiarius, qui vnum pingue beneficiū, aut plura beneficia iustè retinet, non obligatur, ad plura officia recitanda: ergo, signum est, tenuitatem, vel pinguedinem beneficij, impertinentem esse ad obligationem recitationis Diuini Officij: consequenter habentem tenuè beneficium, teneri ad recitandum Diuinū Officium. Tum quia iura, dum asserunt beneficium, dari propter Officium, *cap. vlt. de rescrip. in 6.* & in Concilio Lateranensi sub Leone X *sess.9.* in Bulla reformationis curiæ, generaliter, & indistinctè loquitur, nec magis loquuntur de beneficio pingui, quam de tenui, vt clarè habetur in Bulla Pij V. ibi: *Et qualiacumque alia beneficia*: sicut ergo, habēs pingue beneficium, tenetur ad Diuinum Officium: ita etiam tenetur is, cui tenue beneficium collatum est. Ita Vasquez, *opuscul. de benefic. cap.4. §.1. dub.5. num.24.* Nauarrus, *de orat. cap.5. num.27.* Squillant. *part.2. num.7.* Vgolinus, *de offi. Episcop.*

scop part.1.fol 68. & 70. Bonacina, *de horis canonicis disput.1. quaestion.secūd. punt.quart. numer.decim septim.* Filliucius, *tractat vigesim tert cap.quint num.* 181. Reginaldus, *lib trigesim. cap. quart. numer trigesim.quart.* Suarez, *tom sec. de relig.lib.quart.cap vigesim.prim.num. tert & nono, & cap.quart.num.trigesimo quarto.* Toletus, *lib secund sum cap.decim quart.* Siluester, *v.hora, quaestion secund* Nauarrus, *de horis canonicis. cap. secund. numer. vigesim.septim.* Naldus, *v.diuinum officium numer.secund.* Carolus Macignus, *cap.vndecim.num tert.* Victorellus, *in summa Toleti,lib secund. cap.decim.quart.* Aloysius Riccius, *in sua praxi part.secund.resolut* 406. Paulus Comitolus, *in suis respons.moral lib.pri. quaest.* 68. D. Antoninus, *tert.part.titul. decim tert. capit quart. paragraph. prim.* Rosella, *v.hora canonica numer.prim.* Tabiena, *v. hora numer.secund.* Armilla, *v. hora canonica.* Couarruuias, *lib tert. varar.cap decim tert numer.octau* Grassius, *part prim. decis. lib secund. cap.* 50. *num.decim octau.* Medina, *C. de oratio. quaestion septim.* Azorius, *part. 1. lib.* 10. *cap tert quaestion.tert.* Palaus, *to.secund. disput.secund. punt.secund. paragrap.sec. num.* 9. & alij.

18 Secunda opinio negat. Cuius ratio est: quia qui non viuit de Altari, non tenetur seruire Altari, *cap. cum secundum Apostolum, de praebend. & dignit.* ergo Beneficiarius, qui ob tenuitatem beneficij, ex fructibus beneficij non viuit, nō tenetur, Horas saltem quotidiè recitare. Tum quia, parum, & nihil in iure aequiparantur: sed qui nullum habet beneficium, non tenetur recitare Officium: ergo neque tenetur, qui tenue beneficium habet. Ita Sotus, *de iustit. quaest.5 artic.3.* Riccius, *decis.* 383. *num.* 3. Rodoriquez, *cap.*140.*num.*3. D. Thomas, 2.2 *quaest.*83. *artic.*12. Aragonius, 2.2. *quest* 83. *artic.*12. Vega, *tom.1 sum. cap.*128 *cas.*13 Raphael della Torre, *in* 2.2.*to.1.quaest* 83. *de horis canonicis controuers.6.disput.5.controuers.7.num.16.* Diana, *part.2 tract 12. resolut.9. & part. 5.tract.5 resolut.*25 & alij, & probabilem vocant Molfesius, *tract.5. cap.3.num.16. & tract 6.cap.2.num.36.* Lesius, *lib.2.cap. 34 dub.31.num.169.* Filliucius, *num.*183. Et idem dicit Vasquez, quando Beneficiarius, habet alia onera, praeter obligationem Diuini Officij.

19 Et licèt Lesius, & Molfesius, locis citatis, obligent tales Beneficiarios, qui tenue beneficium habent, aliquoties per annum Horas canonicas, verbi gratia, festis, & dominicis diebus, prout ratio dictauerit: Attamen Malderus, *in 2. 2.Diuus Thoma, tractat.10. cap.2.dub.3.* & Diana, *part.2. tract 12.resolut.9. circa finem.* putant, quod si Officium in his diebus non recitauerint, non teneri ad restitutionem: quia non faciunt contra praeceptum Ecclesiasticum; sed contra legem naturalem: quam legem etiam adimplerent, non dicendo Officium Diuinum, si suppleant hoc alijs orationibus, vel alio Dei cultu.

20 Quando nam censeatur tenue beneficium, vt quis, ratione illius, non teneatur, recitare Horas canonicas? Sotus, *lib. 10 quaestion. quint. articul tert.* ait: Quando nō habet supra octo aureos Lesius, *in sec. lib.cap.34.dub.31 numer.169.* ait, quando non suppeditant bonam partem tenuis sustentationis: verbi gratia 15. vel. 16. aureos. Malderus, *loco citato*, ait: Illud esse exiguum beneficium, quod tertiam partem mediocris sustentationis alicuius vulgaris Clerici non adaequat. Sanchez verò, *tom.sec. consil.lib sec.cap.2.dub.67.* ait: Non censeri bona pars sustentationis, quando fructus beneficij sunt decem, & sex aurei: & haec opinio magis placet: quia his temporibus minus sunt decem, & sex aurei nummi, quam ab hinc quinquaginta annis, quando scripsit Sotus otto aureos; cum res modo multo cariori praetio vendantur.

21 Habens verò plura beneficia exigua, quorum quodlibet, propter tenuitatem, non obligaret ad Horas: At si omnia simul accedant ad quantitatem, quę sufficit ad obligandum, tenetur ad Horas. Ratio est: quia recipit stipendium Ecclesiasticum, ratione tituli Ecclesiastici, scilicet, beneficij: & illud stipendium est sufficiens, ad obligandum. Ita Suarez, *lib quart. de horis canonicis cap. vigesim prim.numer.decim.secund.* Sanchez, *tom secund. consil.lib.secund.cap. secund.dub.70.num.1.* & alij.

An qui habet solum titulum beneficij, & ex eo nullus fructus percipit, teneatur ad Horas canonicas? Dub. 7.

22 NAuarrus, *cap. septimo de oration. numero vigesimo nono, & cap. vigesima quinto manual. num. 101. & lib. tert. consil. decim. septim. de celebration. missarum in fine, edition. secund.* affirmat: quia habet Beneficiarius ius iure, quasi dominium benefic.j.

23 Alij verò meliùs dicunt: si Beneficiarius habuerit tantum titulum beneficij sine fructibus, & per illud non stat, quò minùs fructus habeat, non tenetur recitare Horas canonicas: quia obligatio, recitandi Horas canonicas, non consurgit nisi ex sacro ordine, vel perceptione mercedis: ergo iniustum videtur, onus imponere, cui merces negatur, vt *in cap. cum secundum Apostolum de prabend. & in regul. qui sentit onus, debet & commodum sentire de reg. iuris in 6.* Ita Sanchez, *tom. prim. consil. lib. secund. cap. secund. dub. septim. numer. quart.* Palatios, *in sum. v. hora.* Sandoual, *de offic. canon. part. quint. cap. quint.* Brioch. *quodlibet quart. prop. quart.* Sotus, *lib. decim. de iustit. quaestion. quint. articul. tert.* Angles, *in floribus quaestion. Theolog. de restit.* Layman, *in Theolog. moral. lib. quart. tractat. secund. cap. quint. num. 4.* & alij.

An quando quis habet beneficium litigiosum, & ideò non percipit fructus, teneatur recitare Horas canonicas? Dub. 8.

25 BEneficiarius, qui non est in pacifica possessione beneficij, & ideò fructus non patitur, non tenetur recitare Horas canonicas: & ita dicendum est post adeptam possessionem beneficij, quando possessio non est pacifica. Ita Palatios, *in quart. distinct. decim. quint. quaestion. quint. articul. prim. num. decim. quint.* Sandoual, *de offic. canonic. punt. sext. cap. decim. quart.* Turrecremata, *cap. prim. distinct. 91. numer. decim. nono,* & alij. Si verò vnus litigantium pacificè incepit possidere beneficium, incumbit ipsi obligatio, recitandi Horas canonicas: quia ipse habet ius, titulum, possessionem, & administrationem beneficij: quamuis fructus beneficij fortè fuerint depositi nomine sequestri auctoritate iudicis. Ita Lesius, *lib. secund. cap. trigesim. quart. dub. trigesim. prim. num. 173.* Garzias, *tom. prim. de benefic. part. tert. cap. prim. num. octuag. sext.* & 104. Reginaldus, *lib. trigesim. numer. trigesim. octau.* Azorius, *part. prim. lib. decim. cap. quart. quaestion. nona.* Bonacina, *de horis canonicis disput. prim. quaestion. secund. punt. quart. numer. vigesim. sext. versicul. Dixi dum nullus possidet,* & alij. Non autem tenentur omnes litigantes circa idem beneficium adpensum Canonicarũ precũ; etiam si aliquis habeat titulũ, & speret se victorem futurum in causa, seque fructus habiturum: quia neuter habet ius certum in beneficio, cum ius requiratur per possessionem pacificam, & sola spes non tribuit ius, multisque modis fieri possit, vt recitans officium non vincat litem: propterea huiusmodi beneficium in tali euentu habendum est quasi vacans. Ita Palatios, *in 4. distinct. 15. disput. 9.* Bonacina, *dict. punt. quart. numer. vigesim. sext.* Reginaldus, *lib. 30. num. 40.* Filliucius, *numer. 160.* Suarez, *cap. 19.* & alii. Modo vterque bona fide litiget, & iniustè impediat, tenetur ad recitandum Diuinum Officium: quia iniustè priuat Ecclesiam debito obsequio, ac ministerio, vt benè Suarez, *cap. 19.* Bonacina, *num. 26.* & alii.

An quando, auctoritate Papae, datur alicui tantum titulus beneficij, & alteri reseruatio fructus, ille, qui habet titulum sine fructibus teneatur ad Horas? Dub. 9.

26 NEgatiuè respondetur: nam ille, cui auctoritate Papae reseruantur omnes fructus, non tenetur recitare Horas canonicas: quia nullus potest fructus percipere. Ita Sotus, *lib. 10. de iust. quaest. 5. articul. 3. versicul. parimodo de illo.* Palatios, *in sum. v. hora.* Filliucius, *tom. secund. tractat. 23. cap. 4. quaestion. 5. num. 163.* & alii.

27 Immò quoties auctoritate Papae reseruantur omnes fructus pro pensione, & etiam seruitium: nõ solum nõ tenetur recitare Horas Canonicas, qui habet merum titulum, nec etiam Pẽsionarius: neque ille, qui habet seruitiũ beneficii, siuè sit Pensio-

Pensionarius, siuè alter, qui habet tale seruitium sine titulo beneficij: & sic in nullo casu admittit, Pensionarium teneri ad Horas canonicas. Ratio est: quia cum obligatio, recitandi Horas canonicas, sit de iure positiuo, non est alicui imponẽda, nisi in casibus, in quibus ipsũ ius obligat, sed nõ obligatius ad recitãdũ illũ, qui non est Religiosus, vel ordinẽ sacrum habet, vel beneficium. At in pręsenti hic Pensionarius, etiam si habeat administrationem, verè non habet beneficium: ergo non est obligandus. Confirmatur, quia si Curatus aliquis, ex licẽtia Prælati, substituerit aliquem, qui ministraret beneficio, & ratione ministerii, acciperet manualia, vt vulgo, *la offerta*: nullus obligabit illum, ad recitandum ratione illius administrationis, & ratione illorum fructuum: cuius signum est, quia si non recitaret, non compelleretur fructus restituere: ergo, &c. Tum quia, Summus Pontifex separans omnes fructus à beneficio, videtur dispensare, vt nullus recitet pro illo beneficio, nisi expressè det titulum, vel fructus, exprimens, velle alterum ad recitandum obligari: quod potest facere, cum obligatio recitandi sit de iure positiuo: & voluit Papa contentus esse alio seruitio, quod præstat: vel præstitit Pensionarius æquiualens Horis, ob quod tali pensio est illa concessa. Ita Sanchez, *to. 1. consil. lib. 2. cap. 2. dub. 78. num. 3.*

An qui habet plura beneficia, teneatur tot Horas canonicas recitare, quot beneficia habet? Dub. 10.

28 NEgatiuè respondetur, sed sufficit vna recitatio. Ratio est: quia licèt Ecclesia præceperit Beneficiario recitationem diuini officij, nõ tamen pręcipit, vt officium pluries recitetur ab eo, qui plura habet beneficia, vt praxis, & consuetudo communis indicat. Ita Henriquez, *lib. 5. cap. 5. nu. 6. in comment. litt. Q.* Azorius, *part. 1. lib. 10. cap. 4. quæst. 10.* Bonacina, *de horis canon. disp. 1. quæst. 2. pun. 4. num. 27.* Suarez, *cap. 19. num. 7.* Filliucius, *num. 155.* Molfesius, *cap. 3. nu. 22.* Salas, *1-2. tom. 2. tract. 3. sect. 2. num. 17.* Diana, *part. 5. tract. 5. resol. 25. circa medium.* Hieronymus Rodoriquez, *in cõp. qq. regul. resol. 24. num. 35.* Vilalobos, *par. 1. sum. diff. 8. num. 18. & cap. 19. num. 4.* & idem Diana, *part. 9. tractat. 9. resolut. 22.*

versicul. nota secundo, & alij.

29 Limitant hanc sententiam Bonacina, *dict. pun. 4. num. 28.* Binsfeldius, *in Enchirid. Theolog. part. 4. cap. 3. § 1. concl. 10.* Philiarcu, *de offic. sacerd. lib. cap. 8. conclus. 2.* Macignus, *cap. 12. num. 9.* & alij: nisi plura beneficia iniustè, & absque legitima Superioris facultate retineat: quia licèt directè, ex præcepto Ecclesię, non teneatur ad vllum officium (vt dicunt supra citati Doctores) nihilominus, ex iure naturæ, tenetur pluries Horas canonicas recitare: quia contra voluntatem Ecclesiæ defraudat Deum debito obsequio, & seruitio, & priuat Ecclesiam officio, & ministerio.

30 Hanc limitationem non admittunt Palatios, *in 4. dist. 15. disp. 9.* Sanchez, *to. 1. consil. lib. 2. cap. 2. dub. 79. dub. 1.* Suarez, *lib. 4. de horis canon. cap. 18. num. 17.* Diana, *part. 9. tract. 9. resol. 10. in fine*, & alij: quia hic est vnus tantum minister: & quando plures actiones, obligandi ad recitandum, concurrunt in vnico ministro, non obligat illum, nisi ad semel recitandum, vt plures ordines sacri, scilicèt, Subdiaconatus, Diaconatus, & Sacerdotium: vel ordo sacer, & beneficium: licèt iniquè susciperentur, non obligant nisi ad semel recitandum.

Dubitatur: An qui plura habet beneficia, teneatur in fine Officij tot Commorationes facere, quot sunt Beneficia?

41 PRima opinio ait, Primo: Beneficiarius, illis diebus, quibus Commemorationes fiunt, tenetur, commemorationem illius Sancti facere, in cuius honorem beneficium erectum est, vel à quo Ecclesia illa particulare nomen accepit. Secundò, tot Commemorationes faciendę sunt, quot sunt beneficia: quia par est omnium ratio: ita tamen, quod sit Patronus sit S. Petrus, aut Paulus, aut geatiss. Virgo Maria, sufficit commemoratio consueta: si autem sunt plures Apostoli, aut Martyres, sufficit, quod vnica commemoratione complectatur Apostolos, vel Martyres. Tertiò: omittens Patroni, vel Titularis commemorationem, regulariter loquendo, solum peccat venialiter: quia paruitas materiæ excusat à mortali. Dixi (*regulariter loquendo:*) quia, vt plurimum, Beneficiarij tenentur vnam solum, aut alterã com-

commemorationem facere. At si quis tot beneficia possideat, vt illis correspõdeant plures commemorationes, quæ simul sumptæ, Matutino, vel Vespertino tempore grauem materiam constituant; existimat Bonacina, loco citando, Beneficiarium, eas omittentẽ, peccare mortaliter: quia violat præceptum Religionis, seù obedientiæ in materia grauí. Sicut qui plura vota in materia graui eodem die omittit: de quo Sanchez, *lib.1 sum.cap.5.num.16.* Quartò, omittens Patroni, vel Titularis commemorationem, quando solum peccat venialiter, non tenetur ad fructuum restitutionem: quia, secundum communem opinionem Doctorum, ex omissione partis modicæ, non consurgit obligatio restituendi: quando verò omittens peccat mortaliter, tunc existimat Bonacina, obligari ad restitutionem pro rata fructuum, respondentium singulis commemorationibus omissis: quia violat iustitiã in re graui, ex qua nascitur obligatio restituendi: Secùs in eo, qui solum leuiter peccat, vt dictum est. Ita Trullenchius, *to.1. decalog. cap.7 dub.12. §.3. num.27.* & Bonacina, *de horis canon.disp. 1.quæst.2. punt 4. num.28. versicul.dico primo.*

32 Secunda opinio ait: In tali casu Beneficiarius nõ tenetur, saltem sub mortali, & sub obligatione restitutionis tot commemorationes in officio facere, quot beneficia possidet, & sunt Sancti Patroni ipsorum Beneficiorum, nisi quatenus ex Rubricis Breuiarii ad id tenetur: immò, & tũc poterit excusari propter materiæ paruitatem, nisi ex numero Beneficiorum, & Patronorum grauis oriatur materia. Ita Escobar, à Corro, *de horis canon quæst.3. §.5. num.34* Faustus, *de horis canon.lib.2.quæst.19.* & Diana, *part.9.tract 9.resol.10.*

An Beneficiarius, qui non recitat Horas canonicas, teneatur, fructus, ex beneficio perceptos, restituere?
Dub.11.

33 ANtequam ad dubium respondeo, sciendum est Primò contra Carolũ Macignum, *de horis canon. cap.10.num. 25.* & alios: Tunc Beneficiarius debet officium diuinum persoluere, quando pacificam beneficii possessionem iam incepit: non antea, aut statim, ac beneficii collationem acceptauit: quia ante dictam possessionem, non potest exercere iura beneficii: ergo consonum est, vt ad onera beneficii non obligetur. Ita Lesius, *lib 2.cap.34 dub 30.num 167.* Vega, *to.1 sum.cap.128 cas.18.* Henriquez, *lib.3.cap.13 num 2.* Parisius, *de resig. benefic. lib.1.quæst.9 num.15.* Malderus, *2.2.tract.10.cap.2 dub 3.quæst.7* Suarez, *to.2.de relig.lib.4. cap 19. num 7.* Molfesius, *to.1.tract.5.cap.3.num.3.* Diana, *part.2. tract.12.resol 22.* & alii.

34 Secundo: In Concilio Lateranensi sub Leone X. statuitur, quod Beneficiarii post sex menses ab obtento beneficio, non excusentur à restitutione fructuum, si Officium Diuinum non recitauerint. Et ita Pius V. sic ordinauit: quam constitutionem refert Nauarrus, *in manual. cap.25. num.122.* Layman, *in Theolog. moral.lib 4.tract.2.cap.5. num.1.* Suarez, *lib.4.cap 29. num.2* Carolus Macignus, *cap.28.num 2.* Molfesius, *cap.1. num.11.* & alii. Vtriusque tamen Pontificis Constitutiones hic mihi placet recensere, nè Lector eas aliundè quærere, & emendicare cogatur, cum ad praxim commodè inseruire debeant.

Tenor Concilii Lateranensis sub Leone X. est.

35 *STatuimus quoque, & ordinamus, vt quilibet, habens beneficium, cum cura, vel sinè cura; si post sex menses, obtento beneficio, Diuinum Officium non dixerit, legitimo impedimento cessante, beneficiorum suorum fructus suos non faciat, pro rata omissionis officij, & temporis; sed eos tamquam iniustè perceptos in fabricas huiusmodi beneficiorum, vel pauperum eleemosynas erogare teneantur. Si vero ultra dictum tempus in simili negligentia contumaciter permanserit, legitima monitione præcedente, beneficio ipso priuetur, cum propter officium detur beneficium. Intelligatur autem officium omittere quò ad hoc, vt beneficio priuari possit, qui per quindecim dies illius bis saltem non dixerit; Deo tamen, ultra præmissa, de dicta omissione reddituri rationem: quæ pœna, in habentibus plura beneficia, reiterabilis totiès fit, quotiès contrafacere conuincuntur.*

Hoc

Hoc Decretum innouatum fuit, declaratum, & auctum à Pio V in Constitutione, edita in Kalend. Octobris 1571. Scilicet.

36 *PIus V. seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ex proximo Lateranensi Consilio salubris sanctio emanauit; vt quicumque habens beneficium Ecclesiasticum, cum cura, & sine cura, si post sex menses, quam illud obtinuerit, Diuinum Officium, legitimo cessante impedimento, non dixerit, beneficiorum suorum fructus pro rata omissionis officij & temporis suos non faciat; sed eos, tamquam iniustè perceptos in fabricas ipsorum beneficiorum, vel pauperum eleemosynas erogare teneantur. Verumtamen multorum animi suspensioni teneantur, cuiusmodi ratę pradictę ratio sit habenda. Nos huic euidentiùs, atque expressiùs prouidere volentes, statuimus: vt qui Horas omnes canonicas vno, vel pluribus diebus intermiserit, omnes beneficij, seù beneficiorum suorum fructus, qui illi, vel illis diebus responderent, si quotidie diuiderentur: qui verò matutinum tantum, dimidium: qui cęteras omnes horas, aliam dimidiam: qui harum singulas, sextam partem fructuum eiusdem dici amittat, tamen si aliquis choro addictus, non recitans omnibus horis canonicis cum alijs præsens adsit fructusque, & distributiones, fortè aliter assignatas, sola præsentia, iuxta statuta, consuetudinē, fundationē, vel alias sibi lucrifecisse pratendat, is etiā præter fructuum, & distributionis amissionem, graue peccatum intelligat se admisisse.*

His positis. Quaero Primò, An Beneficiarius non recitans Horas canonicas primis sex mensibus, teneatur iure naturali ad aliquam restitutionem?

37 AFfirmatiuè respondet prima opinio: quia Beneficiatius, non recitans in primis sex mensibus, videtur peccare contra iustitiam commutatiuam: quia beneficium datur propter officium ergo recipiendo mercedem, & non laborando, tenetur ad aliquam restitutionem. Ita Suarez, *to. 1. de relig. lib. 4. cap. 29. num. 13.* Valentia, *to. 4. disp. 6. quaest. 2. pun. 10.* & alij, & probabilem vocat Diana, *part. 1. tract. 12. resol. 25.*

38 Secunda opinio ait: Stando in iure naturali, & secluso decreto Concilij Lateranensis, non tenetur ad restitutionē. Cuius ratio est: quia Summus Pontifex ad quem pertinet leges circa hanc materiam statuere, eximit ab obligatione restituendi, & confert beneficium, sub conditione restituendi, si Diuinum Officium elapsis sex mensibus prætermittatur: Tum quia lex Ecclesiastica, quæ tota causa obligationis est, ad id non obligat: ergo, &c. Ita Siluester, *v. hora, & v. clericus 4 quaest. 23.* Nauarrus, *cap. quando cap. 7. num. 31. & cap. 10. num. 58.* D. Antoninus, *25 part. tit. 2. cap. 4. in fine.* Tabiena, *v beneficium 3. num. 11. & v restitutio num. 19.* Homobonus, *in exam Eccles. part. 1. tract. 4 cap. 4. quaest. 42.* Filliucius, *to. 2. tract. 23. cap 10. num. 308* Bonacina, *de horis canon. disp. 1. quaest. 5. pu. 2. num. 9.* Fernandez, *part. 3. cap. 12. § 8. num. 1.* Malderus, *2. 2. tract. 10. cap. 1. dub. 4.* Diana, *part. 2. tract. 12. resol. 25.* Lesius *lib. 2. cap. 34. dub. 32. nu 170.* Felinus, *cap. postulast de praescript. num. 7.* Sanchez, *to. 1. consil. lib. 2. cap. 2. dub 8 1. num. 2.* & alii.

Quaero Secundò, An post decretum Concilij Lateranensis, & motum proprium Pij V. Beneficiarij, non recitantes Horas canonicas, teneantur fructus beneficij restituere?

39 SImmacus, *de inst. Theol. tit. 9. nu. 208.* ait, dubitari probabiliter posse, An hæc pœna obliget omninò in foro conscientiæ: quia hoc decretum vsu non est receptum, & paucis intonuit, & Sotus, *lib. 9. de iust. quaest. 5. artic. 6. ad 1.* ait: Dum planè sciri, ac fuerit vsu receptum. Vndè (sicut isti Doctores dicunt) hoc decretum Concilij Lateranensis non est vsu receptum: & sic, ex vi illius, non obligari Beneficiarios, non recitantes, restituere fructus.

30 Petrus à Soto verò, *de inst. sacerd. trar. de vita Sacerd. lite. 4. versic. nec illud.* & Medina, *lib. 1. instit. confess. cap. 14. § 11.* dicunt: Statutum in hoc decreto, magis videri pœnam, quæ iustè à Prælatis imponi potest, quam vt quis ad eum per se teneatur.

31 Menochius tamen, *lib. 2. de arbit. iudic. centu 5 cas. 429.* & Sotus, *lib. 10. de iust. quaest. 5. artic. 6.* dicunt: Beneficiarius, qui non recitat per primos sex menses ab

ab obtento beneficio, tenetur restituere fructus beneficij: sicut non recitantes post sex menses; etiam stando in verbis Bullæ: quia sensus Concilij Lateranensis est, quod qui post sex menses non recitauerit, tenetur totum fructum restituere: At post sex menses, si adhuc nō recitauerit, possit priuari à beneficio.

32 Doctores citandi verò dicunt: licèt Beneficiarius, omittens Horas canonicas per primos sex menses ab obtento beneficio, peccauerit mortaliter toties, quoties Officium omiserit: tamen non tenetur ad aliquam fructuum restitutionem: Si verò elapsi fuerint sex menses post possessionem, tenetur ad restitutionem. Quia Summus Pontifex obligat ad restitutionem, solum elapsis sex mēsibus, in quibus Beneficiarius tenebatur ad Officij recitationem. Ita Molfesius, *to. 1 sum. tract 5. num 12.* Reginaldus, *lib 30. tract. 1.* Filliucius, *cap. 10. num 308.* Bonacina, *de horis canon disp 1. quæst 2. pun. 5. nu 8. & quæst. 5 pun 2. nu 9.* Trullench. *in exposit. Bull. Cruciat. lib. 3 cas. 5 dub. 4. num. 3* Malderus, *to. 1. cap 2. dub 4* Toletus, *lib 2. sum. cap 119.* Vasquez, *de benef cap 4 § 1. artic. 1. dub 8.* Vincentius Candidus, *de benef. disq. 18. artic. 25. dub. 4.* & alij.

Quæro Tertiò: Quænam quantitas fructuū restituenda sit, quando elapsis sex mensibus, Horas canonicas Beneficiarius non recitat?

33 NOn esse omnes omninò restituendos: quia non datur propter solam officij recitationem; sed etiam propter alia ministeria Ecclesiæ, vt omnes concedunt. Et quamuis circa quantitatem, tot sunt sententiæ, quot sunt capita, aliquas ego referam.

34 Prima opinio est Suarez, *to. 2. de relig. lib. 4. cap. 20. num. 4.* Malderi, *2. 2. tract. 10 cap 10 dub 4* Azorij, *part. 1. lib. 10. cap. 14. quæst. 5.* Valentiæ, *to 3. cap 6. quæst. 2. pu. 10.* & aliorum, asserentium: Beneficiarium teneri restituere in integrum omnes fructus.

35 Secunda opinio est Pinelli, *lib. 1. C. de bonis matrim. par. 2 num. 14* Siluester, *v. fructus,* Medinæ, *lib. 1. sum. cap. 14. §. 11.* & aliorum asserentium: Beneficiarium non teneri restituere omnes fructus nō recitantem, sed ad arbitrium boni viri, deductis laboribus, & expensis, quę iudicio prudentis respondeant alijs ministerijs.

36 Tertia opinio est Henriquez, *lib. 3. cap. 13 num 2.* Aragonij, *2. 2. quæst. 83. artic. 13.* Molfesij, *to. 1 sum tr. ct. 5 cap. 3. num. 26* Fernandez, *part. 3. cap. 13. § 8. num. 2.* Soti, *lib 10. quæst. 5. num 6.* Lesij, *lib. 2. cap. 34. num. 77.* Siluij, *2. 2. quæst. 83. artic. 13. conclus. 4.* Diana, *part. 2. tract 12. resol. 8.* & aliorum, asserentium: Habentes beneficium curatum, non teneri restituere, nisi partem, correspondentem obligationi, recitandi Horas canonicas: vt v. g. Parochus, & Episcopus, quintam partem pro rata restituant, reliquas quatuor, ratione tituli, & onerum retineāt: Canonicus, quartam partem restituat: Alij Beneficiarij tertiam: Sic Henriquez, qui citat Lopez, & Pennam, & alios. Licet talis moderatio videatur *Lesio,* iusto laxior; præsertim in Canonicis, & aliis, qui non habent aliud onus, quam precum. Vndè eam limitat ad eos Beneficiarios, qui alia onera habent, idque iuxta onerum proportionem.

Toletus putat, *in lib 2. cap. 12. num. 9.* pro toto omisso Officio restituendam esse tertiam partem fructuum, illi diei respondentium: quem sequitur Fernādez, loco citato. Immò Salas, *de leg. disp. 15 sect. 2. num. 17* contra Vasquez, putat, quod si contingat, Canonicum Canonicatus grossam prius verè, & absolutè lucrari, antequam officium omittat, nihil eius debere restituere: quia pœna non est, vt fructus iam suos restituat, sed vt non faciat fructus suos.

Quæro Quartò; An Beneficiarius, omittendo partem notabilem alicuius Horæ, teneatur ad restitutionem?

37 AFfirmatiuè respondet Castrus Palaus, *to. 2. disp. 2 pun. 7. num. 5.* quia omittens partem notabilem alicuius Horæ, absolutè dicitur illam omittere: (sicut absolutè dicitur omisisse missam, qui partem notabilem non audit;) Sed pro cuiuslibet Horæ omissione est debita restitutio, iuxta Extrauag. Pij V. etiam si fructus, illi correspondentes, leues sint: ergo est etiam debita restitutio pro omissione cuiuslibet partis notabilis, paucitas enim fructus excusabit ab obligatione graui restituendi, non à leui.

38 Negant verò Diana, *part. 4. tract 4. resolut. 222.* & Oliuarius Bonartius, *de horis canon.*

ris canon. lib. 2. cap. 11. *num.* 10. quia certum est, nec in Concilio Lateranensi, nec in Extrauag Pii V. quidquam de hac quæstione determinatum esse: vnde prima specie videtur, nihil necessariò restituendum pro parte Horæ, quamuis notabili, prætermissa: quia cum lex sit pœnalis, saltem in parte, & fundamentum eius sit culpa, ob quam irrogatur pœna, solumque de Horis integris in illa mentio fiat; non debet ad earum partes extendi, sed suis terminis arctari. Censeo igitur, nihil fructuum necessariò retribuendum pauperibus, ratione partis Horarum omissæ; quantumuis magnæ, & sufficientis ad materiam peccati mortalis, nisi pro omissis Laudibus: quia multi putant, illas esse Horas distinctas: quod, quamuis minus rectè arbitrentur, solent tamen separatim à nocturno officio legi per modum Horæ diuersæ. Ratio verò, cur nolim, aliquem ob partem prætermissam ad restitutionem obligari, est, quia lex hæc est odiosa: & proculdubio grauem pœnam imponit, cù prò singulis Horis restitutionis onus irrogat: cur ergo nos illam extendimus, & iugum beneficiorum magis aggrauamus, quam ius ipsum, & verba legis? Ita Bonartius.

39 Hanc sententiam limitant Suarez, *to.* 2 *de relig. lib.* 4. *cap.* 30 *à num.* 9. & Toletus, *lib.* 2. *sum. cap.* 12. *num* 20. non obligant ad restitutionem, si fructus correspondentes leues sint; eo quòd beneficium sit tenue. Sed sine vlla distinctione satis probabilem, & securam in praxi Diana, loco citato existimat.

Quæro Quintò, An Beneficiarius, qui non recitauit Laudes, teneatur ad aliquam restitutionem?

40 Affirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia Laudes nono æris campanæ pulsu inchoantur, & earum initio præponitur versus: *Deus in adiutorium, &c.* vt in aliis Horis: habent proprium Capitulum, Hymnum, &c. Tum quia in nocte Natalis Domini nocturni finiuntur, & missa inter laudes, & nocturnos interponitur. Tum quia, olim Laudes à nocturnis tempore diuidebantur, cum illi canerentur in prioribus noctis vigiliis, hæc verò inuigilia matutina. Ita Oliuarius Bonartius, *de horis canon. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 12. Palaus, *to.* 2. *tract.* 7. *disp.* 2. *punt.* 7. *num.* 5. Suarez, *to.* 2. *de relig. lib.* 4. *cap.* 30. *num.* 13 Faustus, *de horis canon. cap.* 3. *num.* 27 & 28 D. Antoninus, 3. *part. tit.* 10 §. 4. & alij.

41 Secunda opinio ait: Beneficiarium, omittentem Laudes; peccare mortaliter, non tamen ad restitutionem teneatur. Cuius ratio est: quia Pius V qui onus restitutionis in omissione recitationis officii in ponit, solum loquitur de Horis integris, vt legenti patet: ergo non debet, vt lex penalis, ad earum partem extendi, sed suis terminis arctari: Cum igitur Laudes, non sint Hora separata, sed partes Horæ, nempè matutini, sequitur, non esse inclusas in dicta Bulla: atque adeo illas omittens, peccare quidem mortaliter, sed nullo restitutionis nexu astringi: Tum quia (vt patet ex communi Doctorum sententia) Laudes, non sunt Hora, separata à matutino: & vt dicunt etiam Canonistæ, *in cap.* 1. *de celebrat missar. & in clement.* 1. *eodem titulo.* Summarij, *in verbo hora canonica.* D. Thomas, *opuscul. de offic sacerd. cap.* 1. & docent Sotus, *lib.* 10. *de iust. lib.* 10. *q.* 5. *artic.* 4. & Diana, *part.* 5 *tract.* 14 *resol.* 46.

Quæro Sextò: An Beneficiarius, qui partem leuem in singulis Horis omittit, quæ simul sumptæ, grauem quantitatem constituunt, teneatur ad aliquam restitutionem?

42 Affirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia sicut huiusmodi omissionis continuantur in ordine ad grauem culpam: ita etiam in ordine ad restitutionem. Ita Faustus, *de horis canon. lib* 2 *quæst.* 186 Bonacina, *de horis canon. disp* 1. *q.* 5 *pun* 2. *nu.* 15. & alij.

43 Secunda opinio negat. Cuius ratio est: quia lex definit obligationem restituendi pro singularum Horarum omissione: at si pro qualibet Hora suum distinctum præceptum latum est, tunc omissiones non coniunguntur: ergo nō constituunt obligationem restituendi: Ita Palaus, *to.* 2 *tract.* 7. *disp.* 2. *pun.* 7 *num.* 6. Diana, *part.* 2 *tract.* 12. *resol.* 26. *versic. notandum est, & part.* 4 *tract.* 4. *resol.* 220. *sed quid dicendum, & part* 5 *tract.* 5. *resol.* 54 & *tract.* 14 *resol.* 47 Moneta, *de distrib. part.* 2. *quæst.* 3 *num* 92. Filliucius, *tom.* 2. *tract.* 23 *cap.* 10. *quæst.* 7. & alij, & probabilem vocat Bonacina, *loco citato.*

Quæro

Quæro Septimò: An in obligatione restituendi fructus, pro omissione Horarum canonicarum, detur paruitas materia?

44 CLarum est apud omnes, quod in hoc præcepto datur paruitas materiæ, sicut, & in cæteris præceptis: quæ nam est ista paruitas materiæ, dissentiunt Doctores: nam Sotus, *de iust. lib.* 10 *q.* 5. *articul.* 5. Medina, *lib.* 1 *sum. cap.* 14. §. 11. Vega, *par.* 1 *sum. cap.* 36 *cas.* 1. *&* 2. *&* *cap.* 128. *cas.* 8. Ortiz, *cap.* 3. *sum. num.* 2. & alii, dicunt: Omittentem vno, vel altero die Horas canonicas, excusari à restitutione: quam sententiam probabilem vocat Filliucius, *to.* 2. *tract.* 23. *cap.* 10 *q.* 8.

45 Alii verò extendunt ad octo, vel decem dies; ita vt si in toto anno octo, vel decẽ diebus omiserit recitare, siuè interpolatè, siuè successiuè, nõ teneatur ad aliquid restituendũ. Quia nemo prudẽs priuat seruum mercede, si per octo, aut decem dies cessauit seruire: vndè multo minus priuabitur Beneficiarius, cum sit seruus liberalissimi Domini. Ita Henriquez, *in compend. cas. moral. cap.* 19. *num.* 3 Io. del Cruz, *in direct. conscient. par.* 1. *præcep.* 3. *artic.* 2. *dub.* 6 *conclus.* 3. Ludouicus Lopez, *to.* 1. *cap.* 45 Medina, *lib. sum. cap.* 14 § 11. *regul.* 4 *circa recit. offic.* & alii, & probabilem ab extrinseco vocat Pasqualigus, *in suis decisionib. moral. decis.* 454. *num.* 5. *&* *in num.* 6. nihil de ista opinione vult decernere.

46 Attamen aliqui has sententias non approbant Quia Pius V. in Bulla expræssè contradicit: pro qualibet enim die, & pro qualibet Hora restitutionem fieri præcipit. Neque obstat, Famulum, omittentem vno, vel altero die in anno debitum seruitium, præsumi à Domino, exemptum esse ab obligatione restitutionis, ex quadam benigna congruitate, ne videatur Dominus rigidus exactor: quamuis dicamus, omittentem recitationem, obligatum esse restituere; quia in hoc casu expressit suam voluntatem Dominus, scilicet Ecclesia: dum autem hanc voluntatem satis non expræssisset, poterat illud præsumi. Et quamuis Mercantius, *lib.* 2. *cap.* 129. *num.* 9 *&* 10. dicat: attenta dispensatione Concilii Lateranensis, Clericum, non recitantem vno, vel altero die, obligatum non esse: at negat, attenta Constitutione Pii V. Ita Palaus, *to.* 1. *disp.* 3. *pun.* 7. *num.* 4. Siluius, 2. 2. *quæst.* 83. *artic.* 13 *resol.* 4. Diana, *par.* 2. *tract.* 12. *resol.* 24. *&* *part.* 5. *tract.* 5 *resol.* 20. Oliuarius Bonartius, *de horis canon. lib.* 1. *cap.* 11 *num.* 15. & alii.

An qui recitat Officium Diuinum sinè vlla attentione, teneatur, restituere fructus? Dub. 12.

47 AFfirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia Ecclesia, cum Clericis Officium horarium præcipiat, actum orationis præcipit: nõ est autem oratio, sed nuda, & inanis vociferatio, vbi non est vlla mentis attentio, siuè in Deum eleuatio. Confirmatur: Sicut enim præcipiens confessionem, concomitanter præcipit internum animi dolorem, sinè quo non est vera confessio: ita etiam præcipiens orationem, concomitanter præcipit internam animi eleuationem, sine qua non est vera oratio. Ita Gersonius, *par.* 2. *operum tract. de cognit. peccat. mortal.* Gauantus, *in comment. rubric. missal. to.* 1. *sess.* 1. *cap.* 6. *num* 4. Candidus, *de benefic. disp.* 18 *artic.* 25. *dub.* 3. Homobonus, *de exam. Eccles. part.* 1. *cap.* 5. *quæst.* 40. Nauarrus, *cap.* 20. *de orat. num.* 32. Grassius, *part.* 1. *decis. lib.* 2. *cap.* 51. *num.* 7. Petrus Nauarrus, *lib.* 2 *cap.* 2. *à num.* 240. Vega, *to.* 1 *sum. cap.* 128 *cas.* 20. Suarez, *in* 3 *par. to* 5. *disp.* 4 *sect.* 2. *num.* 26. *&* *to.* 2. *de relig. lib.* 4 *cap.* 26. *num* 26. Rodoriquez, *part.* 1 *sum. cap.* 143 *num.* 1. Moneta, *de distrib. p.* 2. *quæst.* 2. *num.* 10. Lorca, 1. 2. *to.* 2. *disp.* 16. *de leg. memb.* 2. *ad* 2. Salas, *de leg. disp* 9. *sect.* 1. *num.* 24. Fernandez, *part.* 3. *cap.* 13. § 8. Raphael della Torre, *in p.* 2. *to.* 1. *controu.* 9. *de horis canon.* Barbosa, *in collect. to.* 1. *lib.* 3. *tit.* 41 *cap.* 9. *num.* 2. Siluius, 2. 2. *quæst.* 83. *artic.* 3. *concl.* 4. Vasquez, *opuscul. de benefic. cap.* 4. §. 1. *dub.* 4. *num.* 104. & alii.

48 Secunda opinio negat. Cuius ratio est: quia præceptum, dicendi Horas canonicas, distinctum est à præcepto dicẽdi eas cum attentione: nam præceptum dicendi eas, simpliciter prius fuit latum; postea verò, *in cap. dolent.* fuit impositum de attentione: Vndè, qui dicit Horas canonicas sine attentione, satisfacit præcepto primo, de dicendis Horis, non autem secundo de dicenda cum attentione: Sed cum restitutio fructuum sit pœna contra Beneficiarios, omittentes Diuinum Officium, ille, qui voluntariè distrahitur,

strahitur, recitando Officium, illud prætermittit, licèt malè recitat: ergo non tenetur ad restitutionem. Ita Co. dub. 4. *lib. 4. qq. quæst. 13. in fine.* Sanchez, *tom. 1. consil. lib. 2. cap. 2. dub. 85. num. 1.* Laymann, *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 1. cap. 5. num. 10.* Palaus, *de leg. pœnal. lib. 2. cap. 5.* Diana, *part. 2. tract. 12. resolut. 1.* Malderus, 2. 2. *tract. 10. cap. 2. dub. 4.* Valentia, *lib. 2. cap. 21. n. 16.* Medin. C. *de orat. q. 16.* Henriq. *lib. 9. c. 25. n. 5.* & probabilem vocat Less. *lib. 2. cap. 37. dub. 11. n. 64.* & Azor. *p. 1. lib. 10. c. 13. quæst. 8.* Vide, *tract. 3. cap. 5. dub. 3. n. 2. & lib. 1. tract. 1. cap. 4. num. 110.*

Cui nam facienda sit restitutio, ex omissione Horarum? Dub. 13.

49 Faciendam esse fabricæ Ecclesiæ, vel Pauperibus, vt patet ex Bulla Pij V. & expræsse habetur in Concilio Lateranensi, superiùs relato. Ex quo patet, liberum esse Beneficiario, restitutionem facere pauperibus, aut fabricæ beneficij: Etiam si fabrica Ecclesiæ sit ditissima. Ita Sotus, *lib. 10. de iust. q. 5. art. 6.* Molfes. *to. 1. sum. tr. 5. c. 5. n. 1.* Reginald. *l. b. 30. tr. 3. n. 45.* Diana, *pa. 2. tr. 12. resol. 27.* Suar. *to. 2. de relig. lib. 4. cap. 30. num. 10.* Sanchez, *to. 1. consil. lib. 2. dub. 86. num. 1. & 2.* & alij communiter. Vndè, restitutio non est necessariò facienda in vtilitatem Ecclesiæ beneficij, sed fieri potest in vtilitatem fabricæ domus beneficii, v. g. domus, in qua Beneficiarius habitat, vel alterius domus ipsius beneficii, aut etiā in emendis, vel meliorandis agris, vt fructus in perpetuum augeatur. Ita Suarez, *tom. 2. de relig. lib. 4. cap. 30. num. 19.* Molfesius, *cap. 5. num. 4.* Bonacina, *de horis canonic. disp. 1. quæst. 5. pun. 4. num. 2.* & alii. Non potest Beneficiarius, qui Diuinum Officium omisit, restitutionem facere in vtilitatem alterius loci: quia Pius V. mentionem facit Pauperum, & fabricæ beneficii, non verò alterius loci: nisi hæc restitutio redundet in vtilitatem pauperum, qui in eo loco aluntur: tunc enim restitutio fieri censetur pauperibus, iuxtà mentem Summi Pontificis. Ita Suarez, *cap. 30. num. 9.* Bonacina, *nu. 2. versi. Hoc autem limita,* & alii.

50 Sub nomine vero pauperum, intelliguntur etiam pauperes alterius loci, in quo non est situm beneficium. Immò intelligitur ipse Beneficiarius, si pauper sit: quia non videtur deterioris cōditionis aliis pauperibus: quamuis enim peccet, Officium omittendo; tamen, cum restitutio facienda sit pauperibus, & ipse paupertate laboret, negandum nō videtur, quod gaudere possit fructu eleemosynæ, quæ pauperibus tribuitur: dummodò, quod id non faciat in occasionem non recitandi. Intelligitur etiam eius mater, fratres, sorores, non solum si sint mendici, sed etiam si necessariis ad decentiam personæ, & status careāt, quales sunt multi nobiles. Ita Faustus, *lib. 2. de horis canon. quæst. 283.* Vilalobos *to. 1. sum. tract. 14. dub. 7. num. 9.* Molfesius, *num. 12.* Fernandez. *par. 2. cap. 13. §. 8. num. 3.* Toletus, *lib. 2. sum. cap. 22. nu. 6.* Bonacina, *de horis canon. disp. 1. quæst. 5. p. 4. n. 8.* Petr. Nauar. *n. 91.* Laym. *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 1. cap. 5. nu. 1.* & alii.

51 Potest etiam fieri compensatio cum eleemosynis, quas antea Beneficiarius de fructibus sui beneficii fecerit, sine intentione satisfaciendi huic satisfationi. Vnde si Beneficiarius, ob omissam recitationem, tenetur restituere 500. auros; si tantumdem largitus est pauperibus; & si immemor huius obligationis, potest liberari à restitutione; quia hæc videtur esse virtualis intentio omnium, facientium eleemosynas, vt per eas satisfaciāt omnibus obligationibus, quas suis peccatis, aut negligentiis contraxerunt. Ita Trullench. *to. 1. decalog. lib. 1. cap. 7. dub. 24. num. 19.* Pellizzarius, *to. 2. in manual. Regul. tr. 5. c. 8. sect. 4. n. 229.* Escob. a Corr. *tr. de hor. can. q. 5. §. 4. n. 10.* Persic. *de hor. can. cap. 5. dub. 22. nu. 4.* Garz. *in sum. tr. 2. diff. 8. dub. 3. p. 4.* Diana, *pa. 3. tr. 6. resol. 57. & pa. 7. tr. 10. resol. 24. & p. 9. tr. 9. resol. 23.* Laym. *in theol. moral. lib. 5. sect. 5. tr. 2. c. 12. nu. 9.* Sanch. *lib. 2. consil. cap. 3. num. 121.* Pasqual. *in suis decis. moral. dec. 455.* & alii. Hæc restitutio potest fieri etiam Missis, & suffragiis in vtilitatē Defunctorū: quia ipsi ēt sūt indigētes. Ita Filliuc. *to. 2. tr. 23. c. 10. n. 315.* Diana, *p. 2. tr. 12. resol. 27. in fin.*

An Beneficiarius, qui omisit Horas absque peccato, teneatur ad restitutionē? D. 14.

52 Si Beneficiarius bonā fide, absq; culpa omisit Horas canonicas, vt quia nesciebat legere, vel quia carebat Breuiario, nō tenetur fructus beneficii restituere. Ratio est, qa Cōcil. Lateranēse, & Pius V. in suo motu proprio, in pœnam culpæ omissionis honorū, induxit obligationē, restituen-

restituendi fructus: ergo, qui excusatur à culpa, excusari debet etiã à pęna. Tũ quia licet nesciens recitare Horas canonicas, peccat, accipiendo beneficium: *vt in cap. 6. num. 21.* diximus tamen, non peccat, omittendo Horas canonicas, durante impotentia recitandi, ob ignorantiam, & defectum directoris, pro eo tempore, quod dicere nequit, nec habet instructorem: & per consequens, non tenetur restituere fructus beneficij. Ita Molfesius, *to. 1. sum tract. 5. cap. 5. num. 14.* Sanchez, *to. 1. consil lib. 2. cap 2. dub. 86. nu. 1.* Suarez, *cap 30. num. 13* Nauarrus, *cap. quando cap 2. in fine*, & alij.

An Canonici, non recitantes Horas canonicas, teneantur restituere fructus fabricę, vel pauperibus, vel potius alijs Canonicis? Dub. 15.

53 QVantum ad distributiones quotidianas, quæ sunt in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis, quando quis omittit illas; ex eo, quod non recitat; vel ex eo, quod non assistit Horis canonicis, debent distribui inter eos qui interfuerunt Horis canonicis. Si verò non nulli Canonicis Horis intersint, omnes quotidianæ distributiones, quæ eis essent dandæ, si præsentes fuissent, ad Ecclesiam ipsam pertinent. Ita Francus, *in cap. vnic. de cleric. resid. in 5.* Sanchez, *to. 1. consil lib. 2. cap. 2. dub. 88.* Nauarrus, *cap. 25. sum. num. 123.* & alij. Non tamen Pauperibus, vel fabricæ restitui possunt contra illorum voluntatem, qui in choro interfuerunt. Ita Molfesius, *tom. 1. sum. tract. 5. cap. 5. num. 50.* Reginaldus, *lib. 18. num. 46.* & alij.

54 Si verò Canonicus omisit fructus principales, restituere debet fabricæ Ecclesiæ, vel Pauperibus, si eos admittat, quod non recitat Horas: vt patet ex Consilio Lateranensi, & ex motu proprio Pij V. vbi statuitur hæc pœna non recitantibus, sed fabricæ Ecclesiæ, vel pauperibus restituere debet. Ita Sanchez, *to. 1. consil lib. 2. cap. 2. dub. 88.*

An Canonici, qui in choro non intersunt, lucrentur distributiones quotidianas, vel eas teneantur restituere? Dub. 16.

55 COmmuniter Doctores dicunt: Quãdo Canonici, non ex iustis causis, non intersunt choro, non lucrantur distributiones: sed tenentur ad restitutionem: Causa iusta dicitur, ratione infirmitatis, necessitatis, aut eiusdem Ecclesiæ necessitatis; vt habetur, *in cap. vnico* & in Concilio Tridentino, *sess. 24. cap. 12. de reformat.*

56 Vndè Canonici, iniustè in carcerem detrusi, in eodem oppido, vbi sunt Canonici, lucrantur distributiones: quia sunt in eodem oppido, circa suam culpam obstant, & ea reputatur corporalis necessitas: quam excipit ius. Ita Sanchez, *to. 1. consil. lib. 2. cap. 2. dub. 9. num. 2.* & alii. Et ita dicendum est de Canonico, iniustè excommunicato: nam potest post excommunicationem petere distributiones quotidianas: cum tempore ipso excommunicationis præsens fuerit in loco sui beneficii, eratque solitus ante excommunicationem Diuinis Officiis adesse. Ita Couarruu. *lib. 3. cap 13. num. 8 versic. 9.* qui ait etiam: Iustè excommunicatum lucrari distributiones, dum per ipsum non stat, quo minus absoluatur: quia iam est legitimè impeditus.

An Canonici, qui in choro non intersunt propter morbum corporalem, lucrentur distributiones? Dub. 17.

57 AFfirmatiuè respondetur. Ratio est: quia postquam Pontifex decreuit distributiones non dandas esse absentibus, excipit eos, qui causa morbi non adfuerunt. Tum quia, sic habetur vsus omnium Ecclesiarum. Et docent Glossa, *in cap. vnic. versic. infirmitas*, & Gloss. *cap. de clerico ægrotante* Rosella. *v. restitutio num. 5* Angelus *v. clericus 7. num. 7* Gabriel, *in 4. distinct. 15 quæstion. 8. articul. 3. dub. 2.* Sandoual, *de offic. canonic. 6 præcept. cap. 17.* Padilla, *l. 1. ff. delegat. 2. num. 44.* Sanchez, *to. 1. consil. lib. 2. dub. 90.* Siluester, *v. residentia, 7* D. Antoninus, *3 part. tit. 15. cap. 1. §. 14.* Bonacina, *de horis canonic. disp. 2. quæst. 5 pun. 1 num. 1.* Macignus, *cap. 17 num. 49.* & alii.

58 Modò ægritudo fuerit causa vera absentiæ: secùs si morbus sit leuis. Ratio est: quia infirmitas excusat, dum infirmus ob morbum interesse nõ potest: cum autem quilibet morbus efficiat, vt interesse nõ possit; sequitur, nõ quẽlibet morbũ sufficere ad excusãdũ absẽtẽ. Tũ

quia,

quia, non quilibet morbus excusat ab obligatione recitandi Diuinum Officiũ, ob cuius recitationem beneficij fructus, conferuntur: ergo, nec quilibet morbus ab obligatione excusat interesendi, vt distributiones acquirantur. Ita Ioan. Andreas, *in cap. vnico de cleric. non resid.* Bonacina, *de horis canon. disp. 2. quaest. 5. pun. 1. num. 3.* & alij.

59 Etiam si propria culpa infirmitatem contraxerit: vt, quia intemperanter vixit: aut quia, contumelijs aliquem efficiendo, vel alio pacto altercando, vulnus accepit, &c. quia hic reipsa dicitur abesse ob infirmitatem: & cum ius non distinguat de infirmo, ex propria culpa, vel sine culpa, non est cur nos distinguamus. Et ita declarasse Sacram Congregationem, refert Garzias, *de benefic. 3. par. cap. 2. num. 363.* & docent Nauarrus, *consil. 13. de celebrat. missar.* Macignus, *cap. 71. nu. 58.* Naldus, *v. distributionu. 11.* Bonacina, *d. pun. 2. quaest. 5. pu. 1. num. 6.* & alij.

60 Vt autem morbus dicatur leuis, aut grauis, Viri prudentis arbitrio, aut Medici consilio, extra iudicium iudicãdum relinquitur: cum in quacumque re periti in arte iudicio standum sit, *cap. fraternitatis de frigidis, & malef. & l. hac edictali C. de sec. nup.* In iudicio verò ad ipsum iudicem spectat iudicium: quamquam etiam ipse, nisi arte peritus sit, secundum peritorum consilium iudicare debet. Ita Menoch. *de arbit. lib. 2 cent. 1. cas. 60. num. 5.* Moneta, *par. 2. quaest. 6. nu. 24.* Bonacina, *de horis canon. disp. 2. quaest. 5. pun. 1. num. 4.* Hoieda, *tract. de in comp. benef. part. 1. cap. 17. num. 16.* & alij.

61 Excusat aliquando leuis infirmitas ab onere interesendi choro; quamuis ab onere Diuini Officij non excuset: quia fieri potest, vt morbus, alioquin leuis, accedendo ad chorum faciliùs incremẽtum accipiat, quam domi priuatim Officium recitando. Vnde morbum grauem, non solum appello illum, qui absolutè grauis est; verum etiam, qui absolute leuis est, sed accessu ad chorum grauis efficeretur. Ita supracitati Doctores.

(: † :)

An Cœci, & Surdi possint abesse à choro, & lucrari distributiones quotidianas? Dub. 18.

62 Negatiuè respondet prima opinio, quò ad satisfactionem Diuini Officij; affirmat verò; quò ad lucrandas distributiones: quia, ad lucrandam distributionem, sufficit assistentia, & partialis recitatio Diuini Officij. Ita Sanchez, *to. 1. consil. lib. 2. cap. 2. dub. 90. nu. 7.* Bordonus, *in cons. Regul. to. 2. resol. 77. num. 39.* & alij.

63 Secunda opinio affirmat: Quia dum Surdus canit in choro ex obligatione propria, & munere, adimplet præceptum, recitandi Horas canonicas; etiam si non audiat alterum chorum recitantem: Et ita dic de quocumque recitante in choro, si non audiat alteram partem, cui nulla possit culpa imputari; & fecerit ex se, quantum poterit: Quod accipio, tam quò ad implementum obligationis recitandi; quam quò ad lucrandum distributiones. Ita Suarez, *to. 4. de relig. lib. 4. cap. 28 num. 18.* Escobar à Cerro, *de horis canonic. quaest. 4. num. 66.* Roccaful *in prax. Theolog. moral. part. 2. lib. 3. cap. 4. num. 56.* Cenedus, *in qq. canonic. quaest. 1. num. 11.* Moneta, *de distrib. part. 2. quaest. 6. & l. 1. C. qui morbo se excus. lib. 10.* Diana, *part. 5. tract. 6. resolut. 14. & par. 9. tract. 9. resolut. 28.* & alij cum Barbosa, *de canonic. cap. 24. num. 30.* vbi; testatur: quod Sacra Congregatio Concilij, sub die 10. Iulii 1629. censuit: Canonicum, qui lumen oculorum amisit, & propterea Missas, & Diuina Officia celebrare non poteat, distributiones quotidianas, & cœtera emolumenta lucrari, perindè, ac si Diuinis interesset. Et ante eadem sub die 11. Augusti 1618. fuerat solutum prouisum de canonicatu, si capta possessione lumine orbetur, & non possit promoueri ad ordinem requisitum, reputari præsentem quò ad fructus, sed non teneri assistere in choro.

64 Immò Pellizzarius, *in man. Regul. to. 2. tractat. 5. cap. 8. sect. 2. num. 143.* ait: Surdum, non assistentem choro, gaudere distributionibus quotidianis.

An Canonici, existentes in studio, vel lectione Theologiæ, vel seruitio Papæ, vel Episcopi, lucrentur distributiones quotidianas? Dub. 19.

65 Respondeo Primò: Absens, causa studij, vel docendi, non lucratur distributiones. Ratio est: quia non dicitur abesse in euidentem Ecclesiæ suæ vtilitatem; præsertim, cum non constet, an beneficio sit inseruiturus ob mortis periculum, vel ob beneficij permutationem, aut resignationem: Tum quia, sic aperte colligitur, *ex cap. licet de præbend.* & ex declaratione Sacræ Congregationis, *ad sess. 21. cap. 1.* vbi Sac. Congregatio loquitur de distributionibus in eo cap. præscriptis, *& sess. 24. cap. 14.* vbi loquitur de distributionibus consuetis. Ita Moneta, *part. 2. quæst. 10. num. 25.* Macignus, *cap. 7. num. 126* Garzias, *par. 3. cap. 2. num. 112.* Quaranta, *v. residentia* Bonacina, *de horis canon. disp. 2. quæst. 5. pun. 3. §. 9. num. 1.* & alij communiter.

66 Limitant hanc sententiam Rebuffus, Perez, Gomez, Zerola, & alij apud Garziam, *part. 3. num. 113. 115. & 333.* modo beneficium habeat alios redditus, seù fructus, à distributionibus separatos: nam si beneficium in solis consistat distributionibus, arbitrantur, Beneficiarium, causa studij, absentem, lucrari posse distributiones: nisi aliud per consuetudinem receptum sit.

67 Hæc limitatio sublimitatur, & non extenditur ad tertiam partem distributionum, quæ (iuxtà locorum consuetudinem) inseruientibus debetur: vt Sacra Congregat. Cardin. quæ interpetrationi Concilij Tridentini præest, declarauit: vt ait Riccius, *decis. 495.* Garzia, *nu. 112. & 351.*

68 Limitant Secundò sententiam, *num. 65.* relatam, Couarruu. *3. varar. cap. 13. cap. 5.* Macignus, *de horis canonic. cap. 65. num. 13.* Bonacina, *§. 9. num. 3.* & alij: Nisi aliud ferat legitima consuetudo: non enim implicat, consuetudine induci, vt distributiones absentibus causa studij conferantur.

69 Respondeo Secundò: Canonicis, existentibus in seruitio Papæ, non sunt quidem denegandi fructus sui beneficij, *cap. cum dilectus, de præbend. in 6* non tamen debentur distributiones, præciso priuilegio. Ratio est: quia hic non dicitur abesse in utilitatem propriæ Ecclesiæ: nec vllo iure constat, huic distributiones concedi. Ita Glossa, *cap. cum dilectus, & cap. vnico de cleric. non resid. cap. 6. candid. ad versic. ad fuerunt* Francus, *cap. vnico § statuimus num. 3.* Sandoual, *de offic. Eccles. part. 6. cap. 11.* Rosella, *v. residentia, num. 4.* vbi Siluester, *quæst. 7.* D. Antoninus, *3. part. tit. 15. cap. 1. §. 14* Candidus *de benef. disq. 18 artic. 32 dub. 3.* Bonacina, *de horis canon. disp. 2 quæst. 5. pun. 3. §. 1. num. 1.* Sanchez, *to. 1. consil. lib. 2. cap. 2. dub. 95.* & alij.

70 Illi autem dicuntur in seruitio Papæ, qui Papæ immediatè inseruiunt, vt Cappellani, Secretarij, & similes; quique in ipsius curia, de ipsius mandato commorantur: aut etiam aliò pergunt, iussu Pontificis, ad aliqua negotia peragenda: Qui verò propria voluntate Romę commorantur, non dicuntur esse in seruitio Papæ: quia isti potius commorari videntur in propriam, quam in Papæ, vel vniuersalis Ecclesiæ vtilitatem.

71 Respondeo Tertiò: Canonici, qui cum Episcopo, tempore Diuinum Officium absunt in utilitatem propriæ Ecclesiæ, lucrantur distributiones: vt si absint in his casibus, in quibus, ex consuetudine, vel ex iure, Capitulum aliquos Canonicos eligit, vt Episcopus in negotijs peragendis in ipsorum consilium, aut consensum perquirat: vt est casus in Trident. *sess. 24 cap. 12 ad finem versic. interea, sess. 1. cas. 5. de reformat. versic. & quatenus, et sess. 25 cap. 6. de reformat. versic. videlicet in capitulum,* & docent Moneta, *quæst. 7 à num. 13.* Bonacina, *de horis canon. disp. 2. quæst. 5 pun. 3. §. 2. num. 1.* & alij.

72 Alij verò Canonici, qui in seruitio Episcopi existunt, vt si illum comitentur, dum diœcesim visitat; aut cum Missam extra propriam ipsius Canonici Ecclesiam auditurus est, non acquirunt distributiones: quia non dicuntur abesse in euidentem Ecclesiæ suæ vtilitatem. Ita Garzias, *part. 3. cap. 2. num. 347.* qui declarationes Sacrę Congregationis affert. Et ita Riccius, *in sua praxi, decis. 500. 502. § notabilia num. 5.* Bonacina, *d. pun. 3. §. 2. num. 2.* Quaranta, *versic. distributiones,* & alij. Si verò beneficium nullos habet redditus, præter quotidianas distributiones, tunc Canonicus, existens in seruitio Episcopi, eas lucrari potest: excepta tertia parte, quæ de seruientibus accrescit. Ita Naldus, *v. distributiones,*

ne, num. 7. Bonacina, *num. 3.* Candidus, *de benef. disq. 18. artic. 32. dub. 4.* & alij.

73 Canonici Consultores, dum actu sunt in Congregatione, lucrantur distributiones, quæ dantur solis intentionibus; vt patet ex declarat. Eminentiss. sub die 2. Ianuarij 1614. & die 7. Ianuarij 1619. vt refert Catena, *part. 1. tit. 8* Et ratio est: quia, si distributiones debentur Clerico absenti prò vtilitate Ecclesiæ, *cap. vnde cler. non residens in 6* à fortiori, debentur absenti, pro necessitate catholicæ fidei tuendæ in destructionem hæresis. Ita Bordonus, *de consultorib. cap. 37. quæst. 13. num. 19.*

An habens priuilegium à Romano Pontifice, vt inseruiat Canonicatui per Vicarium; vel vt recipiat fructus, tamquam si præsens esset, lucretur distributiones quotidianas, si non assistit Diuinis Officijs? Dub. 20.

74 Habentes priuilegium à Romano Pōtifice, vt non assistentes, recipiãt fructus beneficii, non ex eo possunt recipere distributiones: quia nomine fructuum non veniunt quotidianæ distributiones, & vt ait Felinus, *in cap. Iaculos, de Simonia.* Francus, *§. statuimus, num. 3.* Cassandrus, *decis. vnica, de cleric. non resident.* Couarruu. *lib. 3. varar. cap. 13. num. 2.* & alii. Habentes verò priuilegium, vt in absentia recipiant fructus, ac si præsentes essent, & Diuinis Officiis interessent, lucrantur distributiones: quia tunc possunt recipere distributiones, etiam si essent absentes. Ita Glossa, *in cap. vn. eo, de cleric. non resident. in 6. vers. adferunt.*

An Canonicus, exiens à choro ante tempus, vel non veniens, fingens, se habere certam causam ad id, cum tamen non habeat, teneatur restituere distributiones? Dub. 21.

75 Respondetur: Si Canonicus fingit, se causam habere legitimam, cum tamen non habet, tenetur ad restitutionem, si distributiones accipiat. Ratio est: quia non interest Officijs absque iusta causa. Secùs dicendum est, quando habet iustam causam: vt quando barbã radat, aut hospitem recipiat, aut si superueniat corporalis necessitas, quę secundum statuta Ecclesię, reputatur iusta: vt quando nimis fatigatus est spiritus, & causa recreationis sinè scandalo aliquantulum ab Ecclesia exit. Ita Palatios, *v. beneficium in fine.* Nauarrus, *cap. quando cap. 10. num. 19.* Paludanus, *in 4. dist. 15. quæst. 5.* Sandoual, *de offic. Eccles. part. 6. cap. 15.* Sanchez, *tom. 1. consil. lib. 2. cap. 2. dub. 94. num. 2.* & alii.

An Canonici, assistentes Horis, non autem cantantes, teneantur restituere distributiones? Dub. 22.

76 Negatiuè respondetur. Ratio est: quia licet Canonici non cantent, sua præsentia ornant chorum, & auctoritatem præbent, & distributiones dantur illis principaliter, vt sua præsentia autorizent, & ornent chorum. Tum quia, sic est vsu receptum: & sic vsus interpretatus est: & ideò alij ministri destinati sunt, vt cantent, quos Cappellanos vocant. Tum quia, in Concilio Lateranensi, non recitantes, tantum obligantur, ad restituendos fructus beneficiorum: sed distributiones non includuntur nomine fructuum: ergo &c. Ita contra Aragonium, *2. 2. quæst. 83. artic. 13. in fine,* & Petrum Nauarrum, *lib. 2. de restitut. cap. 2. nu. 224. & 225.* docent Sanchez, *to. 2. consil. lib. 2. cap. 2. dub. 101. in fine,* & Diana, *part. 4. tract. 4. resol. 149.*

77 An vero Canonici, confabulantes in choro, aut exercentes aliquas actiones, præfatæ attentioni externæ repugnantes, teneantur ad restitutionem destributionum quotidianarum? Affirmat prima opinio: quia ita confabulando, non solum non habent attentionem internam; sed neque externam: ergo non satisfaciunt præcepto assistendi in choro, & ideò non possunt lucrari distributiones. Tum quia, non potest dici quis pręsens esse alicui rei tunc, cum ad aliud intendit, *l. coram Titio ff. de verb. signif.* ergo, &c. ita Suarez, *to. 2. de relig. lib. 4. cap. 14. num. 9.* Aragonius, *2. 2. quæst. 83. art. 12.* Vega, *to. 1. sum. cap. 128. cas. 10. & to. 2. cap. 102. circa finem.* Petrus Ledesma, *to. 2. sum. tract. 9. cap. 4. concl. vltim. diffic. 1. & 2.* Lopez, *part. 1. cap. 146.* Raphael della Torre, *in 2. 2. quæst. 83. de horis canon. controu. 19. disp. 9. num. 5.* Squillant. *de oblig. cleric. part. 1. dub. 30. num. 62.* Grassius, *lib. 2. decis. cap. 51. num. 12. & cap. 52. num. 22.* Sotus, *lib. 10. de iust. quæst. 9. art. 4.* Cene-

4. Cenedo, *in suis qq.canon.quæst.2.nu.7.* & alii.

78 Secunda opinio ait: Confabulantes in choro peccant, vt patet, *in cap.dolentes, de celebrat. missar.* non tamen tenentur ad restitutionem distributionum, vt patet etiam, *ex cap.licet de prabend. & cap.vnic. de cleric. non resident. in 6.* vbi sola præsentia requiritur, ad lucrandas distributiones. Ita Toletus, *lib.2. cap.12. num.6.versic.Quartum dictum est* Grassias, *de benef.to 5.part.3.cap.2. num 514.* Alphonsus de Magill *tract de ordin. relig Sacerd.& Episcop sub titulo de maior. ordin.* Medina, *lib 1.sum.cap.14.§ 11.* Corduba, *in suo qq lib.4. cap.13. dub.vltim. in fine.* Zechius, *de Republic. Eccles.cap.24.de canon num 6.* Sanchez, *to.2.consil. lib.2.cap.2.dub.100.* Diana, *part.4.tract.4. resol.149* & alii.

An Canonici, qui non recitant Diuinum Officium, nec in choro, nec priuatim, si assistant choro, teneantur restituere distributiones quotidianas? Dub.23.

79 NEgatiuè respondetur: quia dictæ distributiones dantur Canonicis pro assistentia in choro, & sunt stipendium illius assistentiæ: ergo, &c. Tum quia, in Concilio Lateranensi non recitantes tantum obligantur ad restituendos fructus beneficiorum: sed distributiones non includuntur sub nomine fructuum: ergo, &c. Ita Sanchez, *to.2.consil. lib.2. cap.2.dub 101.num.2.* Diana, *part.4 trac. 4.resolut 149* & alii.

An qui intersit Diuinis Officiis, ratione duorum beneficiorum, vt si esset Canonicus, & Diaconus, debeantur duplices distributiones quotidianæ? Dub.24.

80 NEgatiuè respondet prima opinio: Cuius ratio est: quia distributiones dantur pro assistentia Diuinis Officiis: sed iste non est præsens, & assistit nisi vt vnus: ergo non lucratur duplices distributiones. Ita Butrius, *in cap. cum olim, de sent & iurisd* & Francus, *in cap vnico de cleric non interesent.*

81 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia, sicut *in cap.olim.* dicitur, talem habere duplicem vocem de electionibus: ita ergo pari ratione in choro habebit duplices distributiones. Ita Couarruu. *3 varar.cap 13 num.6.* Armilla, *cap. 1. per totum §. officio num. 10.* & alii, & probabilem vocat, vbi fuerit vsu receptum, Sanchez, *to.1. consil. lib.2.cap.2. dub.106.num.3.*

An si cœteri Canonici remittant distributiones quotidianas non assistenti Horis canonicis, possit ille tuta conscientia non restituere? Dub.24.

82 NEgatiuè respondetur. Ratio deducitur ex Concilio Tridentino, *sess. 24.cap 12.de reformat* vbi habetur: Absentem non posse lucrari distributiones, non obstāte quauis remissione, vel collusione. Tum quia, distributionum perditio est principaliter inducta in fauorem publicum cultus Diuini: sed consensus priuatorum, ius publicum tollere nequit: ergo &c. Tum quia, Canonici non habent facultatem, dispensandi in iure communi: iure autem communi cautum est, ne Canonici absentes, absque necessitate, & Ecclesiæ propriæ vtilitate, tamquam præsentes habeātur. Ita Glossa, *versic.suos.* Henriquez, *lib.7. de indulg cap.36 num.4.* Nauarrus, *cap. quando cap.22.num 49* Bonacina, *de Eucharist.disp 4.quæst.vltim pun.7.§.5.nu. 8* & alii.

83 Si verò Canonicus absens bona fide restituat distributiones quotidianas aliis Canonicis, quibus accersit: & illas distributiones iam restitutas, libere, & sine dolo, & metu ei reddant, intuitu amicitiæ; potest talis Canonicus absens illas recipere. Secus dicendum est, si restitutio fieret cum pacto de donādo postea distributiones restitutas: quia talis reditio, seu donatio non valet: quia in effectu idem est, ac si non restitueret. Ita Nauarrus, *cap.quando cap.22.num 50* Rosella, *v.iudex num.6.* Sanchez, *tom.2. consil lib.2.cap.2.dub.109.*& alii.

An consuetudo inducta, vt Canonici, nō assistentes Horis, lucrentur distributiones quotidianas, eos excuset quāuis distributiones perpetuas absque assistentia teneantur restituere? Dub.25.

84 REspondetur; quod consuetudo generaliter introducta, vt absentes, distribu-

distributiones quotidianas recipiant, non excusat à restitutione. Ratio est: quia *in cap. vltim. de cleric. non resident. in 6.* statuitur: Absentes non lucrari distributiones; non obstante quauis consuetudine: & ita definitur in Concilio Tridentino, *sess.* 24 *cap.* 12. *de reform.* Si verò consuetudo induxerit, vt dentur distributiones quotidianæ absentibus in eo casu, quo de iure dubium est, an absentibus debeantur? & sit legitimè præscripta, valebit. Ratio est: quia per hanc consuetudinem nil apertè iuri contrarium inducitur. Ita Sanchez, *to.* 2. *consil. lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 112. Couarru. *lib.* 3. *var. r cap.* 13. *num.* 3. & alij. Non tamen valet consuetudo generalis, vt absentibus debeatur distributiones. Valebit tamen si ex peculiari, & speciali causa in aliqua Ecclesia inducta fuerit ab aliquam specialem rationem iustam: vt si in aliqua Ecclesia, consuetum sit, distributiones absentibus deberi: modo hi absint causa studij, vel breui tempore. Ita Sandoual, *de offic. Eccles. part.* 6 *cap.* 17 Sanchez *to.* 1. *consil. lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 110. *num.* 3. Couarr. *d. cap.* 13. *num.* 5. & alij.

85 Et non solum non valet consuetudo præterita, sed neque valebit consuetudo futura, vt Canonici, non assistentes lucrentur distributiones: quia, quando lex, vel canon improbat consuetudinem ob eius iniquitatem, censetur reprobare consuetudinem, non solum præteritam, sed etiam futuram. Ita Sanchez, *num.* 4. Couarruu. *num.* 5. & alij: etiam si consuetudo immemorabilis sit, censetur in tali casu reprobata: quia, quando canon improbat consuetudinem, vt iniquam, censetur reprobare immemorabilem, ait Sanchez, *num.* 5.

86 Valebit tamen consuetudo, vbi post decretum Concilij fuerit ex consensu Pontificis inducta, vt distributiones dêtur absentibus: quia consensu Pontificis inducit dispensationem. Ita Couarr. *num.* 5. Sanchez, *num.* 6. & alij.

87 Quæ huccusque dicta sunt, non habent locum in Ecclesijs, vbi Canonicus nullos habet redditus, præter distributiones quotidianas: quia non debet esse Canonicus absque vllis fructibus. Vnde in his Ecclesijs standum est earum consuetudini. Ita Glossa, *cap vnico vers. receptor.* Sanchez, *to.* 1. *consil. lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 111. & alij.

An Canonici, non assistentes Horis, nec recipientes quotidianas distributiones, peccent mortaliter? Dub 26.

89 Prima opinio ait: Canonicos non posse tuta conscientia, nisi per tres, vel quatuor dies, abesse à choro, vltra tempus, à Concilio Tridentino permissum: vltra hos dies, peccant mortaliter. Ita Fillucius, *to.* 2. *tract.* 23. *cap.* 7. *n.* 207. Garzias, *de benef. to* 1. *pu.* 3 *cap.* 2. *nu.* 319. Squillant. *de oblig cleric. part.* 1. *dub.* 28. *num.* 57. Suarez, *to.* 2. *de relig. lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 17 *&* *cap.* 2. *num* 319. Siluester, *v. hora, quæst.* 10. vbi Angelus, *num.* 25. *&* 26. & alij.

90 Secunda opinio ait: Canonicos, non assistentes in choro, nec recipientes distributiones quotidianas, non peccare mortaliter; nisi sequatur detrimentum cultus Diuini. Ratio est: quia, cum non fiat notabilis iniuria, non censetur materia ad eo grauis, vt obliget ad mortale. Ita Tabiena, *v. hora num* 28. Sandoual, *lib. de offic. Eccles. part.* 5 *cap.* 8 Reginaldus, *to.* 2. *lib* 18. *cap.* 13. *num* 176. Medina, 1. 2. *quæst.* 6 *artic.* 4. *ad* 2. Diana, *par.* 4. *tract.* 4. *resolut.* 149 & alij. Verum, si absque iusta causa Canonicus in tali casu abesset à choro, peccaret tantum venialiter. Ita Sanchez, *to.* 1. *consil. lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 112. *num.* 6. & Diana, *part.* 4. *tract* 4 *resolut.* 149 *in fine.* & alij.

DE

DE SECVNDO DECALOGI PRAECEPTO

LIB. II. TRACT. IV. CAP. I.

DE IVRAMENTI DEFINITIONE, & diuisione. Cap. 1.

Quid est Iuramentum? Dub. 1.
Quotuplex est Iuramentum? Dub. 2.
An Iuramentum sit licitum? Dub. 3.
An in Iuramento sit necesse uti verbo Iuro? Dub. 4.
An omne Iuramentum sit eiusdem speciei? Dub. 5.
Quot conditiones requirantur ad Iuramentum? Dub. 6.

Quid est Iuramentum? Dub. 1.

1 Relictis aliis diffinitionibus, dico cũ Valentia, 2.2. *disp. 6 quæst. 7. pun.* 10 Sanchez, *tom. 1. sum lib. 3. cap. 1 num.* 5. & alijs Iuramentum est inuocatio Diuini Nominis in testem.

Quotuplex est Iuramentum? Dub. 2.

2 Duplex est Iuramentum: Simplex, & Solemne. Iuramentum solemne fit cum certa iuris forma, vt coram Notario, Iudice, tactis Euangeliis, &c. Simplex vero non habet illam iuris formã. Ita Suarez, *lib. 1. de iuram. cap. 12 num. 7.* Filliucius, *tract. 25. cap. 7 quæst. 7.* & alii. Iuramentum simplex quatruplex est, assertorium, promissorium, comminatorium, & execratorium.

3 Iuramentum Assertorium, est illud, in quo offertur Deus in testem rei negatę, vel affirmatæ præsentis, vel præteriti: vt, *Per Deum iste occidit hominem, &c.*

Promissorium, est illud, in quo adducitur Deus in testem rei promissæ: vt, *Per Deum hoc faciam.* Comminatorium, est illud, in quo Deus adducitur in testem malifaciendi: vt, *Per Deum te castigabo.*

Execratorium verò est illud, in quo siuè promittendo, siuè execrando aliquid, affirmatur, vel negatur, sibi apponendo pœnam: vt, *Deus me destruat, nisi hoc faciam.*

Diuiditur etiam Iuramentum in Absolutum, & Conditionale. Absolutum est illud, quod fit finè conditione. Conditionale verò, est illud, quod fit cum conditione, quæ aliquando ponitur à iure, aliquando ab ipso iurante.

An Iuramentum sit licitum? Dub. 3.

4 Affirmatiuè respondetur. Ratio est, quia qui iurat, testimonium Diuinum inuocat, ad veritatem confirmandam: nõ potest autẽ aliquid confirmari tãquam certum, & verũ, nisi per aliquid certius, & verius eo, secundum illud: *Propter quod, vnum quodque tale, & illud magis:* Cum igitur iurando, Deum in testem veritatis inuocamus, ipsum tamquam veritatem primam, & ineffabilem profitemur. Ita Reginaldus, *lib. 18. cap. 2. num. 11.* Fernandez, *part. 1. cap. 5. §. 1. num. 6.* Sayrus, *in Clau. Reg lib. 5. cap. 3. num. 1* Bonacina, *de præcep. disp. 4. quæst. 1. pun. 3. num. 1.* Sanchez, *lib. 3 sum. cap. 3. num. 1.* Valentia, 2.2. *disp. 6. quæst. 7. pun. statim post principium.* Suarez, *to. 2. de relig. tract. de iuram. lib. 1. cap. 4. & 7. per totum.* Azorius, *part. 1. lib. 11. cap. 2 quæst. 3.* Nauarrus, *in manual. cap. 12. nu. 2.* Couarruu. *cap. quamuis part. 1. § 6. num. 2 de pact. in 6.* Sotus, *lib. 8. de iust. quæst. 1. artic. 2. & 4.* & alii.

5 Obserua tamen: Iuramentum, quamuis ex genere suo, sit licitum, & bonum, non

non tamen est ex eo genere bonorum, quæ sunt per se bona, & frequentanda; sicut est ieiuniũ, oratio, &c. sed est ex eo genere bonorũ, quę bona sũt, posita necessitate: sicut est vsus medicinæ, quæ solum prodest, necessitate vrgente. Ratio est: quia ad reuerentiam, Deo debitam, pertinet; vt is non adducatur in testem, nisi necessitas exigat: idque in negotio non leuis momenti: in quo, cum non possumus aliter fidem facere, recurramus, sicut in alijs angustiis, ad opem Diuinã.

6 Vt autem Iuramentum sit licitum, tria requiruntur: Veritas, scilicet, Iustitia, & Iudicium. Ratio est: quia si deest Veritas, efficitur Deus, vel ignorans, vel improbus. Si deest Iustitia, efficitur Deus, cooperator illius mali, quod ipsius testimonio faciendum promittitur: & tunc dicitur iuramentum iniustum, seu iniquum. Si deest Iudicium, cedit in Dei irreuerentiam, cum absque iusta causa inducatur in testem. Ita Sayrus, *in Clau. Regia lib. 5. capit. 4. numer. 1.* Toletus, *lib. 4. cap. 21.* Layman, *in Theolog. moral. lib. 4. tractat. 3. capit. 3. numer. 3.* Filliucius, *tractat. 25. capit. secund. quæstion. 3. numer. 45 & sequent.* Bonacina, *de præcept. disput. 4. quæstion. 1. punt. 3. numer. 4.* Nauarrus, *cap. 12. numer. tert.* & alij communiter.

An in Iuramento sit necessè vti verbo illo, Iuro? Dub. 4.

7 NEgatiuè respondetur, sed eo tacito, verum iuramentum inducitur, vsurpatis verbis, id significantibus: Vt, si quis dicat: *Per Deum*, vel: *Per D. Petrum, &c.* quia reipsa, his verbis Diuinum testimonium inuocatur, in quo ratio iurisiurandi consistit. Vt autem Iuramentum in foro causarum vim habeat, seu vt alteri homini, acceptanti promissionem iuratam, constet, vt irreuocabilis fiat, satis sunt signa: quia, qui rogatus, vt iuret, tangit Euangelia, vel Crucem, vel aliud signum exhibet, quo se iurare indicet, censetur iurare. Ita Panormitanus, *in cap. si Christus, & cap. querelam, de iure iurando.* Ioan. Sousa, *in tractat. de iure iurando part. 1. quæst. penult.* Sotus, *lib. 8. de iustit. quæst. 1. articul. 1. ante finem.* Aragonius, *2. 2. quæstion. 89. artic. 1. notab. vltim.* Siluester *in iurare, numer. 2. quæstion. 2.* Angelus, *in iuramentum 2. §. 3.* Sayrus, *in Clau. Regia lib. 5. capit. 1. numer. 7* Couarruuias, *in cap. quamuis part. 1. in principio numer. 7. de pactis in 6.* Tabiena, *v. iurare numer. 1.* vbi Armilla, *numer. 1.* Rodoriquez, *part. 1 sum. in 2. edit. cap. 191. numer. secund.* Sanchez, *lib. 3. sum. cap. 2. numer. 2. & 12.* Suarez, *lib. 1. cap. 13. nu. 1.* & alii.

Dubitatur: An, vt Iuramentum sit licitum, opus sit, rem, in testem adductam, esse in se sacram: an vero satis sit, talem esse in Iurantis extimatione?

8 PRima opinio ait: Non opus est, rem, in testem inductam, esse sacram; sed satis est, talem esse in Iurantis extimatione. Vnde, Iurantes per suos Deos, verè iurare dicuntur, & teneri, sub periurij reatu, rem, eo iuramento promissam, exequi: quia volunt verum Deum in testem adducere, & si materialiter errent existimatione. Vt si quis existimans, librum profanum esse Euangeliorum, iuraret per Euangelia; in eo euentu vere iuraret: quia animus fuit, per Euangelia iurare; & error est materialis. Ita Glossa, *cap. nouit. verbo societas.* Siluester, *verbo iuramentum 4. quæstion. 4* Couarruuias, *de pactis part. 1. paragrap. 1. num. 10.* Aragonius, *2. 2. quæstion 89. numer. 1.* Azorius, *part. 1 lib. 11. cap. 1. quæstion. 1. & cap. 11. quæstion. 11.* Petrus Ledesma, *tom. secund. sum. tractat. 11. cap. 1. dub. 1 ad 1.* Philiarcus, *de offic. sacerdot. tom. 1 part. 1. lib. 3. capit. 13.* Innocentius, *cap. & si Christus num. 7. de iure iurando.* vbi Ioann. Andreas, *numer. 8.* Hostiens, *numer. 2.* Alexander de Neuo, *num. 1. in principio*, & alij.

9 Secunda opinio ait: Requiri, rem esse sacram. Vndè, Iuramentum per falsos Deos ab Ethnico, non obligare ex se: neque esse verum iuramentum, sed vtrumque habere ex sola conscientia erronea; quatenus, ille putat se iurare per verum Deum. Ratio est: quia cum verè in eo iuramento non adducatur Deus in testem, non est verè iuramentum, nec eius obligatio ad religionem verè pertinet, vt potè, quod in Dei contumeliam cedit, & est actus idolatriæ: ergo, ex se nullam vim obligandi habet, sed ex sola conscientia erronea. Ita Sotus, *lib. 8. quæst. 1. artic. 3. colum. 4. versic. Definitio autem, & volumen 5. versicul.*

 sed

sed rogas fortasse. Aragonius, *eadem quæstion. octuaginta nona, articulo sexto, dubio vltimo.* Sayrus, *in Clau. regia lib. 4. cap prim. numer vigesim prim versicu.* Respondet Suarez, *tom. 2. de relig tract. de iurament lib. 2. cap 5. num. 6.* Petrus Ledesma, *eo tractat 11 cap 5. dub vltim.* Molina, *tom. 3 de iustit part. disput 579 num. 13* Lesius, *lib. 2 cap. 42 dub. 1 num.* Diuus Antoninus, *2. part tit. 10. cap. 4. §. 1. in fine.* Gabriel, *in 3 distint. 39 quæst 1. articul. 3 dub. 3.* Sanchez, *lib 3 sum. cap. 2. num. 5 circa medium* Bonacina, *de præcep. disput. 4 quæst 1. pun 1. num 2. versic. sextò non esse.* & alij.

10 Vndè Infidelis, conuersus ad fidem, non tenetur eo iuramento, quod fecit tempore infidelitatis, per falsos Deos, sed sola promissione humana: quia tota obligationis ratio erat conscientia erronea, qua putabat, illos esse veros Deos: ergo, cessante errore, cessat obligatio, quasi destructo eius fundamento: Tum quia, sicut quis errat, putans, hodiernum diem esse ieiunij, tenetur, durante conscientia erronea, ieiunare: at ea deposita, cessat obligatio: ita etiam erit in casu nostro, Ita Suarez, *capit. 5. numer. septim.* Sanchez, Couarruuias, & alij.

11 Ex his deducitur Primò, esse æquè iuramenta, dicere: *In Deo ita est*, aut, *Per Deum ita est* Ita Siluester, Rodoriquez, & alij. Addit etiam Rodoriquez, esse iuramentum, *In Euangelijs, Per Euangelia*, & sic de similibus iurandi formulis: nihil enim inter vtrumque loquendi modum distat. Et ita erit iuramentum, dicere: *Per Deum*; Non tamen erit iuramentum, quando contingit, dicere: *Per Deum*: non adducendo Deum in testem; sed est quidam dicendi, aut ostendendi tedij modus: vt solet dicere quispiam, tedio affectus; *Per Dio, che cosa è questa.*

12 Secundò: Si quis dixerit, vt vulgo (*come Christiano*) non videtur iuramentum emittere: quia non videtur adduci diuinum testimonium. *Nullatenus est mihi de fide, esse baptizatum*: nec verba hæc communiter vsurpantur, vt iuramentum: nec fideles aliqua diuina, ad confirmandum veritatem, inuocant: Sed vel sensus est: *Vt est verum, me esse, Christianum baptizatum*, hoc est verum: vel, hæc est veritas, quam christianus profiteri tenetur: & ideò existimo, ea verba non esse iuramenta. Ita existimo etiam de his verbis: *Sicut Christianus*, vel, *Religiosus, Sacerdos, vir bonus, ita est*: quia tantum adducitur in testem fidelitas, ac veritas, quam Christianus, Religiosus, vir bonus, aut Sacerdos profiteri tenetur. Ita supracitati Doctores.

13 Tertiò: Quoties aliqua fidei veritas adducitur in testimonium, comparando nostram veritatem illi, iuramentum est: vt si dicat: *Sicut Deus est veritas, sicut natus est ex Virgine, hoc ita est*: quia inuocatur veritas diuina in testem. Quandò vero non ponitur particula aliqua, comparationem vnius veritatis cum alia denotans, non continet iuramentum, sed simplicem nuntiationem. Vt dum quis dicat: *Hoc quod dico, est de fide.* Immò comparatiuè, non est iuramentum, quando veritas illa diuina non adducitur in testimonium, sed per modum simplicis enuntiationis, comparando vnam veritatem alteri: *Vti. Hæc veritas est instar Euangelij, vel, Hoc est verum, sicut Euangelium.* Quoties verò aliqua veritas, quæ diuina non sit, adducitur in testem, non erit iuramentum. Vt sicut, *Certum, me esse hominem*, vel, *me esse in hoc loco*: hoc est verum; quia non adducitur quid diuinum in testimonium, sed veritas humana. Ita Sanchez, *lib. 3 sum. cap. sec. num 9.*

14 Quartò, si quis dixerit, coram Deo ita est, vel Deus scit ita esse, vel Deus videt ita esse, committit iuramentum, dicunt Diuus Thomas, *2. 2. quæst. 89. articul. 1. ad 3*, & Azorius, *part. 1 lib. 11. cap. 3. quæstion. 1.* Et ita dicit Nauarrus, *cap. 12. sum. num. 2.* de illis verbis, scit Deus, quamuis ea verba fateantur esse æquiuoca.

15 Sed quia hæc verba sunt æquiuoca, possunt intelligi inuocatiuè, & enuntiatiuè. Enuntiatiuè proferuntur per modum narrationis: id, quod frequenter accidit in illis, qui non intendunt iurare, ad confirmandum dicta sua, sed solum significare ea, quæ dicunt, coram Deo dici, & ab ipso sciri, vt sensus sit: Ergo sic, aut sic aio, sed tamen verba mea Dei scientiæ, & iudicio remitto: ipse enim, quid verum sit, nouit, & sic iuramentum non est. Inuocatiuè verò sumuntur, quando inducuntur, ad confirmandum id, quod dicitur, seu quando

quando intendit quis Deum in testem eius, quod dicit, vt sæpe fieri solet: & tunc est iuramentum. Ita Caietanus, 2. 2. *quæst.* 112. *artic.* 1. *circa solutionem ad* 3. Tabiena, *v. iurare, quæstion.* 32. Sotus, *lib.* 8 *de iustit. quæst.* .. *artic.* 1. *column.* 6. Suarez, *lib.* 1, *cap* 13. *num.* 7. & 8. Lessius, *lib.* 2. *cap.* 42. *dub.* 2. *num.* 8. Sayrus, *in Clau. Reg. lib* 5 *cap.* 1. *num.* 5. Pedrazza, *sum. precept.* 2. §. 1. Rodoriquez, *num.* 12. Valentia, *tom.* 2 *sum tractat.* 11. *cap.* 1. *dub.* 1. Sanchez, *lib* 3 *sum. cap.* 2 *num.* 20. & alij.

16 Quando non constat de intentione iurantis, sed de ea dubitatur: tunc in viris bonæ conscientiæ, censetur animus esse, non iurandi, sed enuntiatiuè dicendi. In hominibus verò, solitis iurare censebuntur in dubio iuramenta. Sed in iudicio, in ijs, quæ in damnum tertij vergunt, accipienda sunt ea verba, iuxta communem intelligentiam Iudicis, aut audientium. Ita Caietanus, Sanchez, Tabiena, Suarez, & alij.

17 Quintò, quid dicendum de illis verbis, *Testis sit mihi Deus?* Respondeo quod D. Thomas, *in* 2. 2. *quæst.* 89. *artic.* 1 *ad* 3 Sotus, *de iuram. abus. cap.* 4. Aragonius, 2. 2 *quæst* 89 *artic.* 1. *ante dubium circa* 1. *conclus. notab. vltim.* Rodoriquez, *part.* 1. *sum. in* 2. *edit. cap.* 191. *num.* 12. & alij dicunt, esse verum iuramentum: quia dicere illis verbis, nihil aliud est, quam Deum in testem inuocare, in quo ratio iuramenti consistit.

18 Sanchez vero, *lib.* 3. *sum cap.* 2 *num.* 25 Azorius, *part.* 1. *lib* 11 *cap.* 3. *quæst.* & alij dicunt, in his verbis, *Testis sit mihi Deus*, latere eamdem æquiuocationem, quæ latet in illis verbis, *Coram Deo; scit Deus*, vt *in num.* 15. diximus: quia possunt proferre inuocatiuè, & sic erunt iuramentum. Possunt autem proferre enuntiatiuè, & per modum simplicis assertionis, quasi dicatur, huius rei spectator, & testis ipse Deus est: & tunc non erunt iuramentum.

19 Sextò: Dicere, *Per vitam eius, per quod vocare possum*, non est iuramentum: quia id tantum dicere vult, cum per nullam rem liceat absque necessitate, per nihil iuro: alias essent blasphemia hæc verba: cum intelligerentur priuata Dei, per quem solum iurari potest. Ita Sanchez, *lib.* 3. *sum. cap.* 2. *num.* 23. & alij.

20 Erit tamen iuramentum dicere: *Per vitam Dei*, vel, *Sanctorum*, aut, *Membra Sanctorum*, aut, *per vestes, reliquias templa sanctorum*: quia in illis specialiter honoratur Deus: & ita erit iuramentum dicere: *Per habitum Sancti Francisci*, aut, *Sancti Dominici*, &c. quia sunt res sacræ, in quibus Deus honoratur. Ita Sotus, *lib.* 8. *de iustit. quæst.* 1. *articul.* 1 *colum.* 1. Suarez, *cap.* 13 *num.* 23. Sayrus, *in Clau. regia lib.* 5 *cap.* 1. *num.* 14. *in fine.* Summa corona *part* 3. *tract. de iurament. num.* 4. & alij. Et ita erit iuramentum, si Sacerdos, vel Clericus, aut Religiosus diceret: *Per hunc habitum*; quamuis mentio sanctorum non fieret: quia hæc sacra sunt. Et ita si diceret: *Per quatuor minores ordines*, vel *per primam torsuram*.

21 Non erit tamen iuramentum, quando mulieres dicunt, *Per questa*, posito digito in fronte, vel naso: quia non intendunt facere crucem, nec per crucem iurare: sed est quidam dicendi modus, ad pueros deterrendos. Neque erit iuramentum dicere: *Per hanc crucem*, nulla consulto facta cruce: quia tunc non iuratur per crucem, sed per crucem tunc non factam: quæ cum forma minime sit, per nil iuratur. Neque erit iuramentum, cum quis, *Per Deum*, aut, *Per propriam vitam*, interrogatus, an ita res se habeat, respondit absolutè, ita rem se habere: quia non est modus exigendi iuramentum; sed quædam adiuratio. Immò si interrogans diceret: Iura mihi per Deum, ita rem se habere, & interrogatus respondeat, ita res se habet, non censetur iurare. Ita Sanch. *num.* 28.

22 Septimò: Dicere, *Per meam animam*, non esse iuramentum, dicunt Gregorius Lopez, *lib.* 6. *titul* 11. *part.* 3. Gutierez, *authent. sacramen. puberum numer.* 148. *cap* 51. *ad versicul. vendit*, & alij.

23 Alij vero dicunt esse iuramentum: quia, cum in anima rationali specialissime resblendeat Deus, tamquam in sua imagine, censetur Deus, in ipsa resblendens, adduci in testem. Ita Siluester, *v. iuramentum* 5. *quæst* 5. Sotus, *lib.* 8. *de iust. quæst.* 1. *artic.* 1. *colum.* 5. Pedrazza, *sum præcep.* 2. §. 1. Azorius, *part. prima lib. decim. cap. tert. quæstione prima* Petrus Ledesma, *tom. secund. sum. tractat. decimo primo, capit. primo, dubio primo ad quartum.* Suarez, *capit decimo tertio, numero vigesim. secund.* Sanchez, *lib.* 3.

lib.3.sum. cap.10. num.19. & alij. Potest tamen esse sensus huius verbi, *In anima mea*, vt non sit iuramentum: quando nimirum sensus est, *Hoc quod dico, est quod habeo in anima mea*: quia tunc nihil adducitur in testimonium.

24 Octauò: Quid dicendum de his verbis, *In mea conscientia*, vel, *Per meam conscientiam?* in vtroque esse iuramentum, dicunt Aragonius, *2.2 quæst. 89. artic. 1.* Azorius, *par. 1. lib. 11. cap. 3 quæst. 1.* Siluester, *v. iuramentum 1. quæst. 1.* Nauarrus, *in manual. cap 12. num. 2.* Valentia, *to. 3. disp. 6. quæst 7 pun. 2.* & alij. Siuè addatur propositio, *Per*, siuè *In*.

25 Sotus verò, *lib 8. de iust quæst. 1. artic. 1. concl. 5.* & alij, dicunt non esse iuramentum dicere, *In mea conscientia*: erit tamen iuramentum, si diceret, *Per meã conscientiam*: quia, cum apponitur propositio, *In*. sensus est: *Secundum fidem, aut, conscientiam meam adduco testem*; secus si addo propositionem, *Per*. ideò hoc loquendi modo fit iuramentum, non illo.

26 Alij verò meliùs, neutrũ dicendi modum esse iuramentum: quia sensus horum verborum est: Hoc sentio in mea conscientia: vel Hoc dictat mihi mea conscientia. Immò neque erit iuramentum, si dicatur: *Testis sit mihi mea conscientia*. quia solum significat simplicem dictantis propriæ conscientiæ enunciationem. Ita Suarez, *cap 13. num. 22.* Sotus, *de iurament abusur. cap. 4.* Sanchez, *num 30* Petrus Ledesma, *to. 2. sum trac. 11. cap.* · *dub. 1. in solut ad 4.* Bonacina, *de precep disp 4 quæst. 1. pun. 1 nu 2.* Layman, *in theolog. moral. lib. 4 tract. 3. cap 2. num. 2. & 4.* Filliucius, *tractat. 25 cap. 2. quæst 8. num. 58 & cap. 3. num. 83. & seq.* Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 5. cap. 2. num. 13.* & alij.

27 Nonò: dicere, *In veritate ita est*, non est iuramentum: & ita si diceret: *In rei veritate*, aût, *sanè, verè*, aût, *reuera*: quia affirmare aliquid, nihil aliud est, quam id verum esse asserere. Ita Sotus, *de iuram abus cap. 4 & lib. 8. de iust. quæst art. 1. concl. 1.* Azorius, *part. 1. lib. 11. cap 3.* Siluester, *v iuramentum 1. quæst 3.* Aragonius, *2.2. quæst 89. artic. 1.* Suarez, *d. cap. 13. num. 21.* Sanchez, *lib 3. cap. 2. num. 34.* Bonacina, *de præcep disp. 4. quæst. 1 pun. 1. num 2.* & alij.

28 Neque erit iuramentum dicere: *Per has barbas, per hos capillos, per has paleas*, & per alia vilia huiusmodi: quia, cùm in illis diuina bonitas specialiter non luceat, non censetur adduci in testem. Ita Sayrus, *in Clau. Reg. lib 5. cap. 1. num 14.* Sanchez *d cap 2. num. 35.* Nauarrus, *cap. 12 sum. num 5.* Suarez, *d. cap. 13. num. 3. & 23.* & alij.

An omne Iuramentum sit eiusdem speciei? Dub. 5.

29 AFfirmatiuè respondetur. Ratio est: quia, cum iuramenti ratio formaliter, in inuocatione Dei in testem consistat; materialiter, & per accidens se habet huius inuocationis modus: ac proindè, speciem minimè variat. Vndè iuramentum quodcumque, quibuscumque verbis fiat, & quocumque modo, siuè per execrationem, siuè per simplicem contestationem, siuè assertorium, siuè promissorium, siuè iuret per Deum, siuè per creaturas, siuè tactis Euangelijs, siue ora, siuè alijs non tactis, est eiusdem speciei in iuramenti ratione. Ita Caietanus, *2.2. quæst. 89 art 1. paulo post principium.* Sotus, *lib 8 de iust. quæst 1. artic. 1. ad finem.* Couarruu. *de pactis pa. 1 initio num. 3.* Valentia, *2.2 disp. 6 quæst 7 p. 2. num. 2.* Filliucius, *to 2 tract. 25 cap 2. num. 60.* Sanchez, *lib. 3. sum cap 1. num 9* Reginaldus, *lib. 18. num. 31.* Suarez, *lib. 1 cap 5. num. 13 & cap 9 num. 2. & cap. 12. num. 10.* & alij.

30 Vndè non est aperienda in confessione circumstantia iuramenti, An scilicet, fuerit per Deum, vel per Sanctos, an tactis Euangelijs, vel ora, &c. quia nullam speciem mutant: quamuis grauius peccatum sit, iurare per Deum, quam per creaturas. Ita D. Thomas, *2.2 quæst. 89. artic. 1. ad 2. & quæst. 98. artic. 2. ad 2.* Reginaldus, Bonacina, & alij citati.

Quid requiritur, vt Iuramentum sit licitum? Dub. 6.

31 MVltas conditiones assignant Doctores, vt Iuramentum sit licitum, quæ his versibus continentur.

Sit iusiurandum licitum, discernere notum.
Quis, Cui, quod, per quod, ad quid, cur, quomodo, quando.

32 Particula (*Quis*) denotat Personam iurantis, quæ iurare debet: quia non omnibus personis permissum est iurare. Vndè

Vndè Primò interdicitur pueris, & puellis iurare, ante annos pubertatis: id est, masculis ante 14. annum, & puellis ante 12. inter dicitur iuramentum solemne in iudicio in causis ciuilibus, *cap. paruuli 22 quæst. 5.* Ratio est: quia non habent sufficientem rationis vsum, seù maturū iudicium, ad iurandum cum debita reuerentia, propterea non possunt à iudice cogi ad iurandum, *cap. pueri quæst. 5.* In criminalibus non admittitur minor 20. annis. *l. inuitiss. de testibus.*

33 Si verò se sponte offerunt ad iurandū, controuersia est inter Doctores: An possint ad iudicium admitti? Sotus, *lib 8. de iust. quæst. 1. artic. 10. paulo post principiū.* D. Antoninus, *part. 2. tit. 10. cap. 3 §. 4.* Io. Bacch. 4 *dist. 15. quæst. 14. artic. 5.* Aragonius, 2. 2 *quæst. 89 artic. 10.* Summacorona, *part. 3. tract. de iuram. num. 13.* Sayrus *in Clau. Regia lib. 5. cap 2. num. 8.* & alij, dicunt: Posse admitti, dummodò sint doli capaces; & in eis iudicium sufficiens vigeat: quia *in cap. pueri 2. quæst. 5.* dicitur, *quod si renuerint iurare, non cogantur:* ergo si se vltrò obtulerint, non debent repelli.

Valentia verò, *in 2. 2. disp. 6. quæst. 7. pun. 3. versic. Item est hic.* Siluester, *quæsito 3.* Azorius, *part. 1. lib. 11 cap. 11 quæst. 6.* Sanchez, *lib 2. sum. cap. 3 num. 6.* Bonacina, *de præcep. disp. 4 quæst. 1 pun. 10. num. 1.* & alij dicunt: Non esse admittendos: quia præsumitur, non habere sufficiens iudicium, ad iurandum cum debita reuerentia in iudicio. Verum si minores dicta ætate admittantur, licèt non faciant plenam fidem, faciunt præsumptionem, etiam sufficientem ad torturā. Ita Siluester, *v. Impubes. in fine.* Sanchez, Bonacina, & alij citati.

34 Et non solum Pueri repelluntur à iuramento emittendo in iudicio, verum etiam Periuri, qui in iudicio conuicti sunt, & condemnati tamquam periuri, *cap. paruuli 22. quæst. 7.* ita Sotus, *lib. 8. quæst. 1. num. 10* Aragonius, 2. 2. *quæst. 89 num. 10.* Sanchez, *cap. 3. num 5* Bonacina, *pun. 10. num. 1.* Reginaldus, *lib. 18. num. 14.* & alij: quia præsumuntur peieraturi, ex quo semel peierarunt.

35 Secundò: Interdicitur Sacerdotibus, & Prælatis iurare in iudicio, sinè graui causa, & necessitate, *cap. si quis presbyter, 2. quæst 5.* Non quia non possunt: sed quia sinè graui, & vrgenti necessitate exigi, non debet illis iuramentum in iudicio, aut in contractibus, sicut à laicis. Ratio est: quia in eis præsumitur iustitia conuersationis, ob statum perfectionis: ita vt, nec aliquid falsum dicere, nec illicitum promittere voluerint. Vndè solum pro magna aliqua necessitate, vel vtilitate illis iurare licebit. Ita D. Thomas, 2. 2. *quæst. 89. artic. 10.* Riccardus, *in 3. dist. 9. artic. 1 quæst 3.* D. Antoninus, *2. part tit. 10. cap. 3. §. 3.* Gabriel, *3 dist. 39 quæst. 1 artic. 3. dub. 1.* Siluester, *v. iuramentum 2 quæst 3.* Sotus, *lib. 8. de iust. quæst 1. artic. 10. concl. 3.* Aragonius, 2. 2. *quæst 89 artic. 10.* Valentia, *to. 3. disp. 6. quæst. 7. pun. 3.* Sayrus, *in Clau. reg. lib. 5. cap. 3. num. 11.* Sanchez, *lib 3. sum. cap. 3. num. 7.* Reginaldus, *lib. 18 num. 17* Bonacina, *de pracep. disp. 4 quæst. 1. pun. 10 nu. 1. versic. Interdicitur.* & alij.

36 Sunt tamen aliqui casus, in quibus Sacerdotes, & Prælati tenentur iurare. Primò, nè defectu probationum, quis lædatur, vel rem suam amittat: tunc enim possunt, & debent iurare; dummodo, quod non sit causa sanguinis. Secundò, pro fide, vt cum quis abiurat hæresim, promittens, non ampliùs relapsurum, vel etiam schisma, *de consecr. dist. 2. can. ego Berengarius, & prima quæst 7. can. quoties.* Tertiò, pro obedientia: pro vt iurant Episcopi, & Abbates, Romano Pontifici, *cap. significi. de elect. & cap. ego. n. Episcopus, de iure iur.* Quartò pro pace, *2. 2. quæst. 1. can. omne.* Quintò, pro Ecclesiæ indemnitate, *argu. cap. de siracusana dist 28.* Sextò, quandò absoluuntur ab excommunicatione, *cap ad reprimendum de offic ordin.* Septimò, cum infamatus debet se purgare, deficientibus, scilicet, probationibus, *can. si quis presbit. can. habet hoc, & sequ 2. quæst. 5.* Octauò, si litigent in causa spirituali, vel alia, iurare debent de calumnia, etiam de veritate dicenda, *cap. certum, & cap. final. de iurament. calum in antiqui. & si de calumnia eod tit. in 6.*

37 Particula (*Cui*) denotat personam, in cuius manibus emitti debet iuramētum solemne, seù in iudicio: nam extra iudicium, & in priuato, cuicumque iurare potest homo. In iudicio autem, quilibet iurare debet Iudici competenti: qualis non est Laicus, respectu Clerici. Vndè Clerici, accusati coram Iudice sæculari, aut requisiti, vt solemne præstent iuramentum, coram eo, iurare prohibentur: sed tantum coram suo Iudice

dice Ecclesiastico se purgare debent, *can. nullus* 1. 2. *quæst.* 5. Neque ad testimonium ferendum coram Iudice sæculari vocari possunt, *can. testimonium* 11. *q.* 1. *&* *can. quamquam* 14 *quæst.* 1. & docent Gabriel, 3 *dist.* 39. *quæst.* 1. *artic.* 3. *dub.* *littera* P. Io Bochon. 4. *dist.* 25. *quæst.* 4. *artic.* 5. Siluester, *v. iuramentum* 2. *quæst.* 3. *&* 4. Angelus, *eodem verbo* 3. *num.* 3. Philiarcus, *de offic. sacerd. part.* 3. *lib.* 3. *cap.* 15. Sayrus, *in Clau. Reg. lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 12. Sanchez, *lib.* 3. *sum. cap.* 3. Bonacina, *de præcep. disp.* 4 *quæst.* 1 *pun.* 3. *num.* 3 & alij communiter. Possunt tamen Clerici iurare sine licentia Superioris, in manu Laici, in alijs casibus exceptis: vt dicunt Sanchez, Angelus, Siluester, & alij citati, vt patet, *in cap. ex rescrip. & cap. peruenerint.*

38 Sacerdos verò, cum iuramentum præstat, non tenetur regulariter, sacra tangere: sed sat est, si tangendo pectus suũ, iuret: nisi in casibus grauibus, in quibus iure expressum est: vt Episcopi, & Sacerdotes sacra tangunt. Vt habetur, *in cap. si quis presbiter.* 2. *quæst.* 5. & docent Couarruu. *de pact. part.* 1 *§.* 1 *num.* 3. & alii. Consuetudo verò apud quasdam Religiones, de non sumendo iuramento à testibus, sed tantum præcipiendo sub obedientia, & in praxi seruanda. Ita Panormit. *in cap. nuper de testib.* Farinac. *de testib. quæst.* 74. *à num.* 1. *vsq. ad num.* 19. Simacus *de cathol. instit. tit.* 64. *nu.* 8. Paz, *in prax. to.* 1. *p.* 1. *in* 8 *tempore nu.* 107. Miranda, *to.* 1. *ord. iud. quæst.* 18 *artic.* 2. *&* 3. Hieronymus Rodoriquez, *in comp. qq. regul. resol.* 83. *de iuram. retract. num* 1. & alii.

39 Particula (*Quod*) denotat causam iurandi: & sic pro omni re licita, & honesta, iuramentum fieri potest: Pro re autem turpi, illicita, vel iniusta, iuramẽtum factum non valet, *arg. cap. final. de pactis, & cap.* 1 *de re iud.* & docent Angelus, *v. iuramentum* 3. *num.* 4. Siluester, *v. iuramentum* 2. *quæst.* 4. Summacorona, *par.* 3. *tract. de iuramento nu.* 15. Philarcus, *de offic. sacerd. part.* 3 *lib.* 3. *cap.* 15. Sayrus, *in Clau. reg. lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 13. Bonacina, *de præcep. disp.* 4 *quæst.* 2. *pun.* 3. *num.* 3 & alii.

40 Vnde materia iuramenti debet esse de re licita, & non peccaminosa: quia irrogatur iniuria Deo, adducendo ipsum in testem rei turpis, & illicitæ. Tum quia, malum semper est vitandum. Vnde Iuramentum non obligat, si illud, quod promittitur, est peccatum, vel saltem non potest sine peccato adimpleri: Iuramentum enim non est vinculum iniquitatis, nec obligare potest ad malum, *de reg. iur. in* 6. & dicunt Suarez, *lib.* 2. *cap.* 17. Sayrus, *in Clau. reg. cap.* 7. Nauarrus, *cap.* 12. *num.* 17. Lessius, *de iurament. disp.* 3 *num.* 20. Layman, *in theolog. moral. lib.* 4 *tract.* 3. *cap.* 6. Bonacina, *pun.* 4. *num.* 1. Filliucius, *tract.* 25. *cap.* 7. *quæst.* 1 *& sequ.* & alii.

41 Particula (*Per quod*) ostendit, quod iuramentum fieri debet, nempè, per solum Deum, vel per Creaturas, quatenùs ad Deum referuntur.

42 Tripliciter potest quis iurare per Creaturas. Primò, constituendo in illis finem iuramenti, afferendo illas tamquam infallibiles veritatis testes. Ratio est: quia iurare, est Deum in testem adducere, tamquam summam veritatem, qui nec fallere, nec falli potest: cum ergo iuratur per creaturam, in ea sistendo, hic honor Dei proprius illi tribuitur: & proindè non iurare verum, erit blasphemia. Ita D. Thomas, 2. 2. *quæst.* 89. *num.* 6. Sotus, *lib.* 8. *de iust. quæst.* 1. *art.* 6. Sanchez, *lib.* 1. *sum. cap.* 32. *num.* 10. *& lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 9 & alii.

43 Secundò, referẽdo eas in Creatorem, cuius nomen, & maiestas in eis elucet, & vt sunt creaturæ Dei, quod est iurare tacitè, & virtute per Deum: & hic iurãdi modus est licitus: & hoc se secundo modo præsumuntur iurare fideles, quoties iurant per Creaturas: nec enim credendum est, velle ipsos idolatrare. Ita D. Thomas, 2. 2. *quæst.* 89. *artic.* 6. Couarruu. *de pactis part.* 1. *§.* 1. *num.* 5. Suarez, *lib.* 1. *cap.* 5. *à num.* 3. *vsque ad num.* 7. Moisesius, *to.* 1. *sum. tract.* 11. *cap.* 8 *num.* 21. Megula, *part.* 2. *lib. cap.* 1. *quæstion.* 1. & alij.

44 Hoc iuramentum licitum, per Creaturas fieri potest; aut per simplicem attestationem, nempè, adducendo eas, in Deum relatas, in testes: vt quis, cum iurat per Cœlum, per D. Petrum, &c. Aut fieri potest per execrationem, nempè, quando referuntur Creaturæ in Deum, tamquam in iudicem, easque iustitiæ Dei abstringimus, & obligamus, in conformitatem veritatis: vt si aliter res se habeat, quam iure iurando affirmamus, Deus in illis de periurio vindictam sumat: vt *Per vitã meã, Dæmõ me arripiat.*

Tertio

45 Tertio modo, potest quis iurare per Creaturas, non adducendo eas in testes infallibiles veritatis, nec vt in Deum referuntur: sed secundum dignitatem, quam in se habent: vt cum quis iurat per veritatem, per suam conscientiam, per Sanctos, secundum dignitatem sanctitatis, à Deo participatam, quam in se habent: & tunc non est iuramentum, eo quod de huius ratione sit inuocatio diuini testimonij tamquam infallibilis. Ita Nauarrus, *cap. 12 sum. nu. 5.* Suarez, *lib. 1. cap. 3. num. 10.* Lessius, *lib. 2. cap. 42. dub. 1. num. 6 & dub. 2 num. 10* Sanchez, *lib. 3. sum. cap. 2. num 9.* & alij.

46 Ex his deducitur Primò: Iurare per membra Dei, quasi is membra habeat, illicitum est, immò blasphemia: maximè, si aliqua membra impudenter nominarentur. Et ita dicendum est, quando quis iurat per pudẽda membra Christi, aut Beatissimæ Virginis Mariæ, & Sãctorum. Ratio est: quia, licèt Christus verè mẽbra illa habeat, vt quilibet alius verus, & integer homo; eaque ratione illa nominans minimè mentiatur: nihilominus, dum illa in Christi ignominiam, & dedecus nominat, volens ex ipso iurãdi modo innuere aliquid esse in Christo ignominiosum, & vituperabile, vere blasphemus est, & grauissimè peccat, & grauissimis pœnis affici debet, iuxta notata, *in cap. clericum, & cap. si quis per capillum 2. 2. quæst. 1. & in Authentica, vt non luxur. contra naturam § vlt.* & docent Sayrus, *lib 5. cap. 4 num. 15.* & alij.

47 Secundo: Iurare per membra honesta Christi, & Sanctorum, vt per caput, manus, oculos, &c. quando non adest contemptus, non erit peccatum mortale: & quando adest aliqua irreuerentia, erit peccatum veniale. Ita Laurentius Cutillus, *in addit mancini dub. 14. fol. 369* Caietanus, *v. blasphemia*, vbi Emanuel Sà. Angelus, *v. iuramentum 3. § 12.* Gabriel, *in 3. dist. 39. quæst. 1. artic. 2 quæstiunc. 3. in fine.* D. Antoninus, *2. part. tit. 10. cap. 4 in principio.* Aragonius, *2. 2. quæst. 89 artic. 6. dub. 1. concl. 2.* Couarruu. *cap. quamuis part 1. § 1. nu. 6. de pact. in 6.* Valent. *to. 3. disp. 7. q. 7. pun. 3.* Sayrus, *in Clau. reg. lib. 5. cap. 3. num. 15. versic. iurare*, & alij.

48 Tertiò: Iurare per falsos Deos, peccatum mortale est; siuè iuret verum, siuè falsum. Immò est blasphemia. Ratio est: quia iurare est actus latriæ, seù religionis, per Deum veritatem infallibilẽ profitemur: cum igitur hæc, quæ Deo soli debentur, alijs attribuuntur, maxima illi iniuria fit. Ita Sayrus, *in Clau. reg. lib. 5. cap 3. num. 16.* Reginaldus, *lib. 18. num. 19.* & alij. Immò magis peccatũ erit, iurare verum per falsos Deos, quam iurare falsum per verum Deum. Ratio est: quia blasphemia, seù idolatria grauius peccatum est: quam periurium; eo quod illa opponitur confessioni fidei, quæ est totius christianitatis fundamentum; estque idcirco infidelitatis species, & consequenter contra primum Decalogi præceptum: cum tamẽ periurium sit contra secundum; peccatum autem, quod primo præcepto opponitur, grauius eo est, quod secundo opponitur. Ita Alexand. de Alex. *part. 3. quæstion. 31. memb. 3. artic. 2. §. 3.* D. Thomas, *2. 2. quæst. 13. artic. 2. ad 3.* Sotus, *de cauend. iuram. abusu part. 1. cap. 6. & lib. 8. de iust. quæst. 2. artic. 3. concl. 1.* Aragonius, *2. 2. quæst. 89. artic. 6 dub 2* Graffius, *part. 1. decis. lib. 2 cap. 8. num. 6. & cap. 11. num. 5.* Couarr. *de pact. part. 1. § 1. num. 10.* Summa Corona, *part. 5. tract. de ieiunio num. 26.* Suarez, *to. 2 de relig. tract. de iurament. lib. 1. cap. 8 num. 6. & to. 1 de relig tract. 3. de irregul. lib. 1. cap. 6 num. 15.* Sayrus, *in Clau. reg. lib. 5 cap. 3 num. 17.* Azorius, *part. 1. lib. 11. cap. 12. quæst. 2.* Sanchez, *lib. 3. sum. cap. 4 num. 38.* & alij.

49 Particula (*Adquid*) indicat finem iuramenti, qui licitus esse debet: nam si finis malus sit, iuramentum non obligat, iuxta dicenda de Voto. Quomodo & quando finis est, bonus, & malus, suis locis dicebimus.

50 Particula (*Cur*) denotat in hoc loco causam concomitantem, quæ, si turpis fuerit, reddit iuramentum illicitum: & est iuramentum eorum, qui iurant adinuicem societatem alicuius delicti: aut iuramentum illorum, qui iurant ad cõspirationes, & coniurationes iniustas faciendas contra Superiores, & huiusmodi, *arg. cap final de pact. & cap. 1. de sent. & re iudic. & Can. coniurationum, & can. conspirationum 11. quæst. 1.* & docent Philiarcus, *de offic. Sacerdot. part. 2. lib. 3. cap. 14.* Angelus, *v. iuramentum 9. § 6.* Siluester, *v. iuramentum 2. quæst. 4.* Sayrus, *in Clau reg. lib. 5. cap. 3. num. 24.* Bonacina, *de præcep disp. 4 quæst. 1 pun. 3. num. 3.* & alij communiter.

51 Particula (*Quomodo*) demonstrat modum,

dum, quo redditur iuramentum illicitum: puta, si per vim, aut metum, aut ex consulto, iracundiæ calore, iuretur: vt benè dicunt Valentia, *to. 3. disp. 6. quæst. 7. pun. 3.* Sayrus, *in Clau. reg. lib. 3. cap. 3. num. 25.* & alij, & nos initi tract. de legibus diximus.

52 Particula (*Quando*) explicat tempus, in quo emitti potest iuramentum solemne. Et quamuis, *in cap. decernit 22. quæst. 5.* habetur, quod à Septuagesima, vsque ad octauas Paschæ: ab Aduentu, vsque ad octauas Epiphaniæ: & in ieiunijs Quatuor temporum: & in Litanijs maioribus, & diebus rogationum, nullus potest solemniter iurare: At huic decreto (vt benè notat Glossa, *in cap. 1. statutum in principio.*) per contrariam consuetudinem præscriptam derogatum est: & solum remanet, quod in Dominicis, & alijs solemnibus diebus non possint solemniter iurare, in dicto Canone sancitum est: nisi magna necessitate, pia causa, vel necessitas Ecclesiæ, & pax excuset: quia tunc iurare possunt. Vnde, Iuramenta in die festo, prohibita non esse, nisi iudicialia: vt dicunt D. Thom. 2. 2. *quæst. 88. artic. 10. in corpore.* Gabriel, *in 3. dist. 39. quæst. 1. artic. 3. ad 2. littera Z.* Angelus, *v. iuramentum 3. & 13.* Siluester, *v. iuramentum 1. quæst. 4.* Valentia, *to. 3. disp. 6. quæst. 7. pun. 3.* Philiarcus, *de offic. sacerd. part. 1. lib. 3. cap. 15.* Sayrus, *in Clau. reg. lib. 5. cap. 3. num. 16.* Sanchez *lib. 3. sum. cap. 3. num. 4.* Bonacina, *de præcept. disp. 4. quæst. 1. pun. 3. num. 3.* Diana, *part. 4. tract. 4. versic. b. versic. nota etiam.* Layman, *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 7. cap. 2. num. 6.* Caietanus, 2. 2. *quæst. 89. artic. 4.* & alij.

DE IVRAMENTO Assertorio. Cap. 2.

AN quando in Iuramento Assertorio deerit veritas, erit peccatum mortale? Dub. 1.

An qui in vno continuato sermone, ter reiterat, tria peccata committet? Dub. 2.

An quando in Iuramento Assertorio deerit veritas, erit peccatum mortale?

Dub. 1.

1 EST communis sententia Doctorum, quando in Iuramento Assertorio, deerit veritas, erit peccatum mortale. Ratio est: quia, iurans falsum, eam ob causam peccat, quia inducit Deum in testem mendacij, in quo grauius iniuria Deo irrogatur: eo enim ipso (quantum in se est) profitetur, vel Deum nescire, quod verum est; vel si sciat, posse induci, vt patrocinium mendacio ferat: sed mendacium assertorium est falsum: ergo, si iuramento confirmetur, quantum attinet ad rationem iuramenti, sed periurij, in eo peccabit: quia in eo Deus in testem mendacij adducitur. Ita Doctores, *in num. 3. citandi.*

Dubitatur: An detur paruitas materiæ in Iuramento Assertorio?

2 AFfirmatiuè respondet Goffredus, *in cap. quod autem, & in cap. vltim. 22. quæst. 2.* vbi asserit: Quando materia iuramenti est leuis, erit peccatum veniale: quia intercedit paruitas materiæ. Et hanc sententiam dicit esse probabilem Angelus, *v. periurium § 1. in medio.* vbi ait: Posse teneri opinionem Goffredi, quod non peccat mortaliter: quia non propriè periurat. Et ita confirmari videtur à Scoto, *in 3. disp. 39. artic. 1.* vbi ait: Vnicum periurium leue, non est peccatum mortale: Vnde, secundum hanc opinionem, in Iuramento Assertorio datur paruitas materiæ.

3 Communis opinio verò ait: In iuramento Assertorio nō datur paruitas materiæ: nam siuè parua, siuè magna fuerit materia, in qua fit iuramentum falsum, ipsum semper est mortale periurium. Ratio est: quia, tunc ex paruitate materiæ peccatum mortale fit veniale, quando ista paruitas materiæ tollit malitiam, sufficientem ad mortale: sed in Iuramento Assertorio non tollit malitiam, sufficientem, sed magis auget: quia maior tunc irreuerentia Deo irrogatur: cum, propter rem paruam, adducit Deū in teste falsum: ergo in iuramento assertorio non datur paruitas materiæ. Ita Scotus, *in 3. dist. 39. quæstionibus, artic. 1. §.* videtur etiam D. Bonauentura, *in 3. dist. 39. artic. 3. quæst. 1.* D. Thomas, 2. 2. *quæst. 98. artic. 3. ad 2.* Gabriel, *in 3. dist. 39. q. 3. artic. 2. concl. 1. & 2.* D. Antoninus, 2. *part. tit. 10. cap. 1. § 2. & cap. 7. § 1.* Siluester, *v. periurium num. 1.* Tabiena, *v. iurare num. 10. § 9.* Sotus, *lib. 8. de iustit. quæst.*

quæst. 2. artic. 3. conclusion. 2. Nauarrus, *in manual cap. 12. à numer 6.* Couarruuias, *de pact. part. 1. §. 6. num. 5* Aragonius, *2. 2. quæstion 86. articul. 3.* Valentia, *tom. 3. disput. 6. quomod. 7. punt. 3.* Bartholomeus Medina, *lib. 1. in tractat. de confession cap. 14 paragraph. 4* Caietanus, *in sum. v. periurium.* Philiarcus, *de offic. sacard. part. 1. lib. 3. cap. 13.* Sebastianus Medina, *in summa peccatorum capital titul 6 quæstion. 34.* Pedrazza, *in secundo præcept. Decalog. paragrapho 2.* Rodoriquez, *part 1 sum. cap. 94. conclus. 3.* Sayrus, *in Clau. Regia lib. 5. cap 4. num. 14.* Azorius, *part 1. lib. 11. cap. 4. quæstion. 1.* Pharaonius, *in suo promptuario sess 7 append. casu. 2 fol. 93.* Diana, *part. 5. tractat. 5. resolut. 4.* Merolla, *tom. 1. disput. 2. cap. 4 dub. 7. numer 112.* Bellectus, *tom. 1. lib. 3. disput. 14. numer. 12.* Molfesius, *to. 1 sum tractat. 8. cap. 8. numer. 66.* Reginaldus, *lib. 18 cap. 6. numer. 79* Alphonsus de Leone, *de offic. confessior part. 1. recollect. 7. numer. 33.* Bonacina, *de præcept. disput. 4. quæstion 1 pun. 3. num. 6.* & alij.

4 Erit tamen veniale peccatum, quando inaduertenter iuret: vt si quis lapsu linguæ iuret id, cuius veritatem non sufficienter discussit, aut non aduertens se iurare, aut non aduertens, id esse falsum. Ita Diuus Thomas, *2. 2. quæstion. 89. articul. 3. ad 3.* vbi Caietanus, *in fine.* Siluester, *v. iuramentum 2. quæstion 6. versicul 2.* Sanchez, *lib. 3. sum. cap 3. nu. 15.* & alij.

An qui in vno continuato sermone ter peieret, tria peccata committet? Dub. 2.

5 NEgatiuè respondetur: quia illa tria periuria, sunt vnius continuati sermonis partes, & sermo in vltimo periurio perficitur. Vndè, si quis in vno continuato sermone ter, vel quater mentietur, vel peieret in eadem re, & materia subiecta, vnum numero peccatum eum committere. Vnde bene dixit Glossa, *in can. lotharius, 31 quæst. 2. v. appellauit.* qui in vno impetu in iudicio ter appellauit, semel appellare censetur, & *in leg. cum quæstio. C. de leg § sed aliam dicitur,* habetur: Qui eamdem rem cuipiam in testamento bis, aut ter legauit, perindè est, ac si semel legauerit. Ita Fagundez, *de prgcep Eccles. lib. 3. cap. 5 num. 10.* Azorius, *part. 1. lib. 4. quæst. 15. in fine* Megala, *par. 1. lib 5. cap 12. num 4 respos. ad 2.* Merolla, *to. 1. disp. 2. cap. 7. dub. 6. nu. 137.* & alij.

6 Neque tenetur hanc circumstantiam in confessione aperire: sed sufficit, vt dicat. Se falsum iurasse: quia in tali casu, vnum tantummodo peccatum committit, vt supra diximus, & docent Suarez, *de cens disp 5 sect 3. num. 2.* Diana, *part. 3. tract. 4 resol. 63.* & alij.

DE IVRAMENTO Promissorio. Cap. 3.

An Iuramentum promissorium erit semper peccatum mortale? Dub. 1.

1 CLarum est apud omnes: Obligationẽ Iuramenti Promissorij implẽdi, esse ex genere suo sub mortali: quia res grauissima est, reddere verum testimonium, implendo promissionem, eo confirmatam: Et ita est semper peccatum mortale Iuramentum Promissorium, ex defectu veritatis de præsenti: eo quod, non concordat vox externa, cum interiori exequendæ rei promissæ, siuè ea licita, siuè inlicita sit. Ratio est: quia in hoc deficit veritas, cum iurans contra mentem iuret; affirmans, se facturum, quod facere minimè putat. Ita D. Thomas, *2. 2. quæst. 89 artic. 7.* D. Antoninus *2 par. tit. 10. cap. 4. § 2.* Valentia, *2. 2. disp. 6. quæst. 7. pun. 3 num. 2.* Siluester, *v. iuramentum 2. quæst. 6 & v. periurium quæstion 1.* Tabiena, *v. iurare § 9* Gabriel, *in 3. dist. 39 quæstion. 2 articul. 2. conclus. 4* Caietanus, *2. 2. quæstion 89. articul. 7.* Sotus, *lib. 8. de iustit quæstion. 2. articul. 3 conclus 2.* Nauarrus, *in manual capit. decim. secund. numer. 13.* Aragonius, *secund secu d. quæstion octuagint. non. artic 3.* Bartholomeus Medinas

 lib. 1.

lib. 1. sum. cap. 14. § 4. regul. 4. Philiarcus, *de offic. sacerdot. part. 2. lib. 3. cap. 13.* Toletus, *lib. 4. sum. cap. 31. in fine.* Sayrus, *in Clau. regia lib. 5. cap. 4. num. 27.* Sanchez, *lib. 3. sum. cap. 4. num. 16. & 20. & cap. 9. num. 3.* Suarez, *tractat. 5. de relig. lib. 3. cap. 17. num. 2.* Reginaldus, *lib. 18. sect. 1. num. 88.* & alij.

2 Erit etiam mortale: Iurare animo dubio, implendæ rei promissæ, quia deficit similiter veritas: Sicut contingit, quando quis cum iuramento assertorio affirmat rem dubiam. Ita Sotus, *lib. 4. de instit. quæstion. 1. artic. 7. in fine ad 1.* & alij. Et ita peccat mortaliter ille, qui iuramento aliquid promiserit, credens forè vt implere nequeat: quia deficit veritas, cum non adsit firmus animus implendi. Ita Angelus, *v. iuramentum 5. numer. 30.* Siluester, *v. iuramentum 4. quæstion. 18. & 25.* Nauarrus, *capit. 12. sum. numer. 22.* Philiarcus, *de offic. sacerd. to. 2. cap. 13. in fine.* Suarez, *to. 2. de Relig. tractat. de iurament. lib. 3. cap. 18. in fine.* Azorius, *part. 1. lib. 11. cap. 5. num. 1.* Sanchez, *lib. 3. sum. capit. quart. numer. 18.* & alij.

An in Iuramento Promissorio detur paruitas materiæ?
Dub. 2.

3 NEgatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia Deus in Iuramento promissorio, non solum adducitur in testem veritatis præsentis, nempè, animi exequendi: sed etiam veritatis futuræ: idest, ipsiusmet executionis futuræ: quod indè constat, quia aliàs Iuramentum promissorium, vt sic, non esset verè, & propriè Iuramentum; cum non adducatur Deus in testem futuræ promissionis, quod est de Iuramenti promissione. Ita Valentia, *2. 2. disput. sexta, quæstione septima, punt. tert. conclusion. tert.* Gabriel, *in tert. dict. trigess. nona, quæstione secunda, articulo secundo, conclusione quarta.* Caietanus, *verbo periurium, capit. secund.* Lesius, *lib. secund. cap. quadragesim secund. dub. 5. numer. vigesim tert.* Filliucius, *tractat. vigesim quint. cap. decim. quæstion. sexta.* Bonacina, *de præcept. quæstione prima, punto decimo quarto, numero secundo.* & alij.

4 Secunda opinio distinguit, scilicet: quando res parua est tota materia promissionis, tunc violatio Iuramenti est peccatum mortale. Si verò est pars illius materiæ, erit tantum veniale. Ita Couarruuias, *lib. 1. variarior. cap. 1. numero secundo.* Caietanus, *2. 2. quæstion. 89. articulo septimo dub. 1.* Nauarrus *capit. 12. sum. Hyspaniarum, & cap. 18. numero quarto.* Philiarcus, *de offic. sacerd. tom. 1. part. secund. lib. 3. cap. 3.* Sayrus, *in Clau. reg. lib. 5. capit. 4. numero vigesimo octauo.* Toletus, *lib. 4. sum. cap. vigesim secund. in principio*, & alij. Vnde, secundum hanc opinionem, qui iurat dare pomum, si id omittat dare, peccat mortaliter: quia est tota materia promissionis. Si vero iurat dare centum aureos, omittit dare assem, seu carolenum, peccat venialiter, quia est pars materiæ illius iuramenti.

5 Tertia verò opinio absolutè ait: Si res promissa sit parua: siuè ea sit tota materia, siuè pars tantum, non forè transgressionem, nisi venialem. Cuius ratio est: quia, sicut paruitas materiæ in omnium peccatorum transgressione excusat à mortali: ita excusabit etiam in transgressione præcepti, de adimplendo iuramento. Confirmatur: quia tanta est obligatio non furandi, verbi gratia, quanta adimplendi iuramenti. At sicut qui rem parui momenti furatur, non damnatur peccati mortalis: ita nec damnandus est peccati mortalis, qui rem parui momenti, iuramento promissam, non præstat. Ita Sotus, *lib. 8. de iustit. quæstion. 1. articulo septimo dub. 1. & quæstion. 2. articul. 3. ante sextam conclusion.* Diuus Antoninus, *part. 2. titul. 10. cap. 4. paragr. 1.* Angelus, *v. iuramentum 5. num. 41.* Aragonius, *2. 2. quæst. 89. articul. 3.* Henriquez, *lib. 5. de pœnitent. cap. 20. num. 4. in comment. litera M.* Rodoriquez, *par. 1. sum. in 2. edit. cap. 192. num. 5.* Petrus Ledesma, *tom. 2. sum. tract. 11. cap. 3. dub. 1.* Emanuel Sà, *v. iuramentum num. 7.* Azorius, *part. 1. lib. 5. cap. 27. quæst. 7. & lib. 11. cap. 5. quæst. 3.* Nauarrus mutans sententiam, *cap. 12. in sum. Latina, num. 10. & cap. 18. num. 7.* Bartholomeus Medina, *lib. 1. sum. cap. decim. quart. paragrapho quarto.* Dauid à Mandez, *in Decalog. præcept. secund. discors. quart. numer. 3.* Diana, *part. 4. tractat. 4. resolution. 70.* Suarez, *tom. 2. de relig. vbi de iurament. lib. tert. cap. decim. sext. à numero nono* Sanchez, *lib. tert. sum. cap. quart. numero vigesimo tertio.* Layman, *in Theolog. moral.*

moral,lib.4.tract.3.cap.14.num.6. Vilalobos, tom.2. sum.tract.36. diffic.5.num.9. Ioan.del Cruz, in direct conscient. tom 1. part.2.artic.4.dub.9. Bizozarius, part.3. sum.pract.2.cap.2 memb.3.num.5. Siluius in 2.2.D.Thomæ quæst 98.artic.3 conclus. 4. Malderus, 2.2 tractat.10.cap.6.dub.3. Tannerus, 2.2.disp.5.quæst.3.dub.1.num. 25.&alij.

An iurans rem exiguam, quotidiè faciendam, si numquam implet, peccet mortaliter?

Dub. 5.

6 DE hac quæstione satis diximus, in lib.2.tractat.5 cap.5.dub.2.à num.4 vsque ad 11. de Voto: hic solum dico, Iuramentum promissorium, de faciendo peccato veniali, est tātum peccatum veniale; licèt habuerit propositum, adimplendi illud. Ita Sanchez, tom.1.sum. lib.3.cap.4.num.28. Vilalobos, to.1 sum. tractat.46.diffic.4 num.4. Sotus, lib.7 de iustit.quæst.1 artic.3. Diana, part.4.trac. 4.resolut.160 & alij.

Quot modis Iuramentum promissorium non sit adimplendum?

Dub 4.

7 REspondetur, quatuor modis. Primò, ex parte materiæ. Secundò, ex parte euentus. Tertiò, ex parte modi. Et Quartò, ex parte relaxationis.

8 Ex parte materiæ, sciendum est, quod materia iuramenti debet esse licita, & non peccaminosa: quia irrogatur iniuria Deo, adducendo ipsum in testem rei turpis illicitè. Tum quia, malum semper est vitandum: & duobus modis contingere potest ex parte materię. Primò, quando iuramentum fit soli Deo, nil est immorandum: quia, cum inducat naturam voti, exigitur eadem materia ad eius valorem, quam votum ad sui valorem petit. Vndè, quando iuramentum est de re mala, aut impossibili, aut indifferenti, aut impeditiui maioris boni, contrariaque diuinis consilijs, non obligat. Ratio est: quia iuramentum non est vinculum iniquitatis, quasi obligari possit ad malum, cap quanto, de iureiurando regul. non est obligatorium, de reg. iur. in 6. Nec Deus ad aliquid vanum, & otiosum, quale est res indifferens, aut aliquid eius consilijs contrarium obligare vult: atque ita, quando materia est mala, aut diuinis consilijs contraria. Ita Diuus Thomas, 2.2. quæstion.89. articulo septimo ad secundū. Caietanus, v. periurium cap. 3. Sotus, lib 8 de restitut.quæstion.1. articul.7 ad secundū. Couarruuias, de pactis part.1. paragraph.6. numer.6 & 7. Nauarrus, cap.12 sum numer.16 & 17. Barbosa, l. alia 15.paragrap. eleganter, numer 28. & 29 ff soluto matrimonio. Aragonius, 2.2 quæstion.89.articul 7. statim in principio. Azorius, part.1.lib.11.cap.5. quæstion 1. Suarez, tom 2.de relig. tractat.de iuramento lib.12 cap 17. num.7. Bonacina, de præcept.disput.4 quæstion.1 punct. 4. Rebellius, de iustit part.2.lib.1.quęst. 2.numer.12. Lesius, lib.2. de iustit capit. 42 dub.4 numer.20. Layman, in Theolog.moral. lib.4 tractat 3.cap 4. Sayrus, in Clau. Regia lib.4.cap.7.numer 3. Sanchez, lib 3 sum.cap.9 numer.11. Filliucius, tractat.25 cap.7 quæstion 1 & alij. Et ita dicendum est, quando finis iuramenti est malus.

9 Quando Iuramentum præstatur homini in eius vtilitatem, vt obliget, spectandum est, An illa iuramento promissa, possit absque peccato mortali, & veniali impleri à iurante? quia tunc non obligat, quando sinè culpa etiam veniali iuramentis impleri nequit, vt constat, ex cap. quamuis pactum, de pactis in sext. & cap. cum contingat de iureiurando. & docent Molina, tom.1. de iustit. disput.149. column. 3. & tom.2. disp. 271 column.quinta. Suarez, tom secund. de relig.tractat.de iurament.lib.2. cap.22. numer.3. Sanchez, lib 3 sum cap.9.num. 9. & alij.

10 Ex his deducitur Primò: Quando quis iurat venditurus maiori prætio, aut non empturus maiori, non tenetur ad obseruandum iuramentum, sed potest minori vendere, & maiori emere: quia videtur iuramentum de re indifferenti, & sinè vtilitate, & factum videtur in fauorem eius, cui præstitum est: quilibet autem potest cedere iuri suo. Ita Sanchez, lib.3.sum.cap.9.numer.15. Bonacina, de præcept. disput.4. quæstion. 1. punct quart.numer.tert. versic. Tertio eos & alii.

11 Secundò: Iuramenta Parentum, vel Dominorum, quibus iurant, se filios, famulos, aut seruos punituros, regulariter non obligant: quia communiter

 fiunt

fiunt ex ira, & passione, & successiuè animo sumendæ: itaque potius fiunt sub ratione culpæ, quam virtutis: & licèt ordinentur ad honestam, & debitam correptionem, & hoc modo obligent: tamen sæpè ipsimet iurantes commutat iuramenta in meliùs: abstinendo tunc ab ea punitione, vel quia emendati sunt, vel quod meliùs iudicetur, non esse tunc puniendos, nè fiant deteriores; vel nè domus, iam placata, conturbetur fletibus: & sic de alijs iustis causis. Ita Valentia, 2.2 *disp.6.quæst.7.pun 3.colum. 11.insolut ad 3.* Caietanus, 2 2.*quæst* 89. *artic.7.dub.1.Et in sum v minari, & v. periurium in fine* Sayrus, *in Clau regia lib 5 cap 5.num.12* Armilla, *v iuramentum num.12.* Tabiena, *v iurare quæst 10 num 11.* Sanchez, *lib.3. sum. capit. 9. num.16.* Toletus, *lib.4 sum cap.22 num. 2.* Pedrazza, *in sum.in 2 præcep.§ 6* Molfesius, *tom 1.sum.tract.11. cap 9 num.43.* Fernandez, *part.1. cap 5.§.3. num.2.* & alij.

12 Et ita dicendum est de Iuramentis puerorum, vel famulorum, leuiter iurãtium, se Parentibus, Magistro, vel Domino accusaturos alium puerum, vel famulum: quia, gratia sumendæ vindictæ, sic communiter iurant, vel si iurassent in bonum correctionis, & omittunt accusationem, causa emendationis securæ, vel melioris boni, vel vitandi rixas: & discordias adinuicem. Ita Sanchez, *dict. cap 9.num.17.* Molfesius, *d.cap.9.num.44* & alij.

13 Tertiò: Iurans de non fide iubendo, mutuando, aut de alijs pluribus, non tenetur seruare iuramentum: quia repugnat Christianæ pietati, ac charitati; sumus enim inuicem membra (vt docet Apostolus) & vnus tenetur subuenire alteri. Ita Angelus, *v. iuramentum 5. num.4.* vbi Siluester, 4 *quæst.1.* Caietanus, *v periurium § 2.* D. Antoninus, *par. 2.tit 10 cap.6.§.1.* Molfesius, *to.1.sum tr. 11.cap.9 num.41.* & alij.

14 Quartò: Promissio iurata, facta homini ob finem turpem, obligat, quando talis promissio est rei licitæ, dicunt Sotus, *lib 7. de iust quæst.1 num.3 colum. 22.* & Aragonius, 2.2 *quæst.88 articul.2. dub.2.circa 5.conclus.*

15 Attamen hi Doctores, cum limitatione intelligendi sunt, scilicèt, quando crimen est patratum, tenetur ad promissionem: non autem ante: quia ordinatur ad finem turpem, & vt alter crimen perpetret, & ideò ante illud perpetratũ, tenetur vtrumque contractum dissoluere: & eo iam patrato, nulla est culpa, in rei promissæ solutione, sed impletio debiti iustitiæ. Ita Caietanus, 2.2. *quæst. 23.artic.7.ad 3.* Couarruu. *regul peccat. 2 § 1.num 1.* Molina, *to.1 de iustit.disp.94 conclus 2* Sanchez, *lib.3.sum.cap.9 num. 28.* & alij. Dommodò, quod solutio non sit iniqua, vt contingit in solutione Simoniaca, pro re spirituali vendita.

16 Secundo diximus (*Ex parte Euentus:*) quia tunc non obligat iuramentum in multis casibus. Primò: quando Iuramentum non est in fauorem tertij, & euentus reddit rem iuratam minus bonam, quam oppositum, tunc non tenetur iurans stare iuramento: quia tunc iuramentum est impeditiuum maioris boni. Tum quia, si à principio iuraret rem minùs bonam: idest, non ingredi domum amici, cum melius esset ingredi, ad pacem componendam; non tenetur, adimplere iuramentum: ita erit in casu nostro. Si verò iuramẽtum factum sit in fauorem tertij, adimplendum est, etiam si euẽtus rem iuratam minùs bonam reddat, quam oppositam. Ratio est: quia si à principio iuramentum, factum in fauorem tertij verè de re bona, minùs tamen bona, quam opposita, parit obligatio non adimplendi iuramẽtum, nisi accederet relaxatio partis: ergo pari ratione in præsenti casu: vt ait Sotus, *lib 8.de iust quæst 1 artic.9. circa 9 solut* & Sayrus, *in Clau.reg.lib 5. cap.7. num.4.* hoc tamen fallit, quando quis fœminæ iurauit, se eam in vxorem ducturam, & per verba de præsenti duxit: quia potest ingredi Religionem, vt patet *ex cap 2 de conuersat consang.* & docent Caietanus, *v periurium, § 2. versic.cap. secundum* Bonacina, *de matrim quæst.1 pun 5.* & alij.

17 Iurans non tenetur adiuramentum, quando iuramentum factum fuit in fauorem tertij, cum aliqua conditione, nisi illa adimpleatur: quia natura conditionis est, vt suspendat actum, cui accedit. Modò tota obligatio ponatur in conditionis euentu, vel propter causam. Vndè iurans adire Deiparam Virginem Drepanensem, vt fratrem suum videat, & redimat sua peccata, licèt frater suus decesserit, tenetur nihilominus ire: quia tota causa iuramenti non fuit videre

dere fratrem suum. Secùs autem si ea tota causa fuisset: quia tunc mortuo fratre non tenetur ire. Ita Angelus, *v. iuramentum* 5 *num* 38. *versic.* 25 Siluester, *v. iuramentum* 4. *quæst.* 22. Philiarcus, *de offic. sacerd. part* 2 *lib* 3. *cap.* 16. Sayrus, *in Clau reg lib.* 5 *cap.* 7 *num* 5. & alij.

18 *Si* verò euentus reddit rem iuratam, hoc est, rei iuratæ impletionem impossibilem, aut ita difficilem, vt, si quando iurauit, eam difficultatē suspicatus fuisset, non iurasset; non tenetur stare iuramento. Ratio est: quia iuramentum bona fide factum, non trahit obligationem, nisi faciendi rem ex voluntate iurantis. Vnde si quis iurauit tali die ieiunare, & accidit tali die se esse infirmum, non tenetur ad iuramentum. Ita Angelus, *v. iuramentum* 4. *quæst* 38. *&* 21. *& v. iuramentum* 3 *quæst.* 1. *versic quinto.* Toletus, *lib* 4 *sum. cap.* 22. Sayrus, *in Clau. reg. lib* 5. *cap.* 7. *num.* 8. Philiarcus, *de offic. sacerd part.* 2 *lib.* 3. *cap.* 16. & alij.

19 Tertio diximus (*Ex parte modi*) & hoc duobus modis contingere potest, quorum impletio non obligat. Primò, per violentiam, vt quando iuramentum est extortum metu, cadēte in virum cōstantem: quia tunc non obligat, vt latiùs diximus, *in lib.* 1 *tract.* 3. *cap* 3. *dub.* 13. *per totum.*

20 Secundò: Vt communiter intelligunt homines: nam solent quidam dum quęrunt se inuicem honorare, iurant per Deum, se nolle præcedere, aut nolle introire in cubiculum, aut de aliquo alio huiusmodi: in quibus, & similibus iuramentis, subintelligitur se non præcessurum, quantum est ex se, & propterea absque peccato periurij faciunt oppositum, statim præcedendo: quia iuramentum est in fauorem alterius, qui potest cedere iuri suo: Vndè, cedendo, non tenetur, qui iuramento se obligauit, seruare iuramentum: quia iam relaxatur, quod tenebatur facere. Ita Moscosus, *tract* 13. *sum. cap.* 3. *num.* 8. Caietanus, 2. 2. *quæst.* 89. *artic.* 7. *dub.* 2. *versic. ad secundum autem.* Armilla, *v. iuramentum num.* 11. Tabiena, *v. iurare, quæst.* 10. *nu.* 11 Azorius, *part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 4. *quæst.* 4. Valentia, 2. 2. *disp.* 6. *quæst.* 7. *punt.* 3. *ad* 3. Sayrus, *in Clau. reg. lib.* 5. *cap.* 7. *num.* 9 Lesius, *lib.* 2. *de iustit. cap.* 42. *dub.* 4. *num.* 22. Sanchez, *lib.* 3 *sum cap* 9. *num.* 18. Toletus, *lib.* 4 *sum. cap.* 22. Alcozer, *sum. cap.* 15. *ad finem.* Suarez, *to.* 2. *de Relig. tract. de iuramento lib* 3. *cap* 17 *num.* 9. Reginald. *lib.* 18. *num.* 58 Molfesius, *to* 1 *sum tract.* 11. *cap.* 9. *num.* 45. Pasqualigus, *in decis. moral. decis.* 456. *num* . & alij.

21 Quartò: diximus (*Ex parte relaxationis.*) Relaxatio verò iuramenti fieri potest ab eo, cui iurauit: eo enim ipso, quod ille relaxat, idest vult, vt non teneatur ad promissum, intelligitur, iam ei solutisse promissum, faciendo secundum eius voluntatem, cui iurauit: v. g. Si Petrus promisit alicui cum iuramento, daturum ei pecuniam, aut seruitium, & alter ei remittat, absolutus est à vinculo iuramenti. Ita D. Thomas, 2. 2. *quæstion.* 89 *artic.* 9. *ad* 2. vbi Caietanus, & Aragonius, Sotus, *lib.* 8. *de iustit. quæst* 1. *artic.* 9 *in respons. ad* 2. Siluester, *v. iuramentum* 5. *quæst* 8. Valentia, *to.* 3. *disp.* 6. *quæst.* 7. *pu.* 4. *§* 3. Toletus, *lib.* 4. *sum. cap.* 22. Sayrus, *in Clau regia lib.* 5. *cap.* 7. *numer.* 10. & alij.

22 Vndè, si quis, intuitu pietatis, & solum propter Deum iuret dare dotem mulieri, tunc potest ipsa mulier obligationem illius remittere: quia, quamuis iuramētum Deo præstetur, & intuitu pietatis fiat, tamen ipse Deus gratum illud in partis vtilitatem habet, & quatenus parti est commodum, & fauorabile: & solum affertur Deus in testem talis promissionis: ergo pars, cui debetur, remittere illius obligationem potest, sicut & alia sibi debita condonare. Ita Sanchez, *lib.* 1. *de matrim disp* 52 *à num.* 7. *& to.* 1. *sum lib.* 3. *cap.* 20 *num.* 7 Henriquez, *lib.* 11 *de matrim. cap.* 14. *num.* 6. Lopez, *pa.* 2. *cap* 78. Nauarrus, *cap.* 21. *sum. num* 25. Viualdus, *in candel part.* 1. *de sponsal. cap.* 5 *num.* 31. Brunellus, *de spons. conclus.* 9. *num.* 2. Antonius Curcus, *lib* 5 *institut. moral. tit.* 0. *num* 6. Diana, *part.* 9 *tract.* 8. *resolut.* 13 Tancredus, *de matrim. lib.* 1. *disp.* 52. *num.* 2. & alij.

23 Relaxatur etiam iuramentum, eo ipso, quod cessat causa principalis, ob quā factum est iuramentum. Vndè, quotiès statuta Religionis, aut alterius Collegii per Superiorem reuocantur, aut tollantur, statim etiam hi, qui iurauerunt eadem statuta seruare, absolui censentur ab illo iuramento. Ita Caietanus, 2. 2. *q.* 89. *artic.* 9. Couarruu. *in cap. quamuis pa.* 1. *§.* 3. *num.* 5. *versic. decimo, de pact. in* 6. Valentia, *to.* 3. *disp.* 6. *quæst.* 7 *punt.* 4. *§.* 3. Sayrus, *in Clau. reg lib.* 5. *cap.* 7. *num.* 10. *circa finem.* & alii.

An

An Iuramentum, factum homini, nullo acceptante, obliget? Dub. 5.

24 AFfirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia hoc iuramentum non est contra bonos mores, vt constat, nec contra bonum commune: ergo seruandum est, *cap. si verò de iure iurando*, & docent Bartholus, *in leg. si quis pro eo, num. 12 ff de fideiussor.* Iason. *l. stipulatio, ista, §. altari, num. 4. ff. de iure iurand.* Panormitanus, *in Proemio decretal part. quæ incipit. Gregorius diuiditur num. 25.* Felinus, *part. quæ incipit, Gregorius Episcopus, num. 24.* Rolandus, *lib 1 consil 19. nu. 29 & 30.* Minchac *de successur. creat lib 3 §. 30. num. 10. decis. prædominata 70. num. 9.* qui limitat quando iuramentum est de futuro. Seraphinus, *de priuileg iura priuileg. 24 num. 2 & 3.* Molina, *to. 2. de iust. trac. 2 disp. 263. in fine.* Suarez, *tom. 2. de relig. tract. de iuram. lib. 2. cap. 1. num. 13 & cap. 12. num. 41.* & alij.

25 Secunda opinio verò negat, si Iuramentum sit de non reuocando: nam potest ante acceptationem legitimam potentis acceptare, & reuocare. Cuius ratio est: quia hoc iuramentum inducit naturam promissionis, factæ homini, cui accedit, quæ est, vt includat tacitam conditionem, si ab altero acceptetur, & antè acceptationem possit reuocari. Ita Baldus, sibi contrarius, *in cap. cum contingat conclus. 5 num 26.* Decius, *consil. 347. num. 25 & 26* Molina, *lib. 4. de primogenit. cap. 1. num. 65. & 66.* Burgos de Paz, senior, *consil 14. num 11* Burgos de Paz, iunior, *quæst. 10 ciuil. num. 46.* Gutierez, *cap. quamuis pactum in 2. edit. in princip. num 55.* mutans sententiam Sanchez, *lib. 1 sum cap. 9. num. 10. lib 10. de matrim disp. 7 num. 24.* Tancredus, *de matrim. lib. 1. de sponsal. disp. 7.* & alij.

DE IVRAMENTO Comminatorio, Cap. 4.

Quando nam Iuramentum Comminatorium erit peccatum? Dub. 1.

1 REspondetur: Quoties Iuramentum Comminatorium fit animo mentiendi, siuè materia sit iusta, siuè sit iniusta, hoc est, quando fit absque animo adimplendi, erit semper peccatum mortale. Ratio est: quia iuramentum cadit super mendacio, ideoque deest illi veritas: & proindè (vt de periurio promissorio dictum est), peccatum erit mortale. Nisi excusetur ex inaduertentia, aut alio modo: Et ita dicendum est, si Iuramentum comminatorium fiat in materia mortali cum animo veraci; idest, cum animo adimplendi. Ita Fernandez, *part. 1. cap. 5 §. 3. num 1.* Sayrus, *in Clau regia lib. 5 cap. 5. num. 11.* Reginaldus, *lib. 18. cap 8. num 98* & alii.

2 Vndè, qui iurat, aliquem occidere; non solū peccat peccata homicidii, quia habet animum, alium occidendi, verum etiam periurii. Ita Caietanus, *in sum. v. periurium & in 2. 2 quæst 98. artic. 2.* Sotus, *lib. 8. de iustit. quæst. 2. artic. 3.* Fernandez, *p. r. 1. cap. 3. §. 2. num. 9.* Siluester, *v. iuramentum 2. quæst. 7.* Couarruuias, *cap. quamuis pactum, part. 1 §. 1. numer. 6.* & alii.

Quando nam excusantur à Iuramento Comminatorio? Dub. 2.

3 REspondetur: Tunc excusantur à Iuramento Comminatorio, quoties, vel malum est adimplere; vel meliùs est adimplere; vel saltem quando æquiualenter dubitet.

4 Vndè Primò: Excusantur Patres, Domini, & similes, dum iurant, se castigaturos filios, seruos, & similes, si illos arripuerint ad castigandum, & si isti non habeant animum castigandi, vel adimplendi iuramentum: & quamuis huiusmodi iuramentis deesse videtur veritas præsens, excusantur tamen à periurio, propter conditionem appositam, scilicet, *Si arripuero*: & non adimpletam; est enim voluntas eorum, non arripere ad castigandum. Ita Doctores quos *in cap 3 dub. 3 num. 11.* citauimus.

5 Secundo excusantur à periurio Iuramenta comminatoria, quandò Parentes iurant, se filios, & seruos occisuros, eorum capita fracturos, &c. quia quando iurant,

iurant, non habent animum occidendi, & frangendi capita, & inferendi graue nocumentum. Ita supracitati Doctores.

An committitur maius peccatum ab eo, qui iurat, se facturum aliquod veniale, animo exequendi, quàm animo non exequendi? Dub. 3.

6 RE spondetur, quod minus peccat, qui iurat, rem venialem se facturum, animo exequendi, quam absque animo: quia in priori casu, solum veniale est, cùm non sit grauis irreuerentia Dei. In posteriori verò est mortale: quia non concordat vox externa, cum interiori exequendæ rei promissæ animo. Ita Sanch. *lib.3.sum cap.4.num.32.* & alij.

DE MALITIA IVRAMENTI Dolosi, quod absque animo iurandi, aut se obligandi, & verbis æquiuocis sit præstitum. Cap. 5.

An qui iurat absque animo iurandi, teneatur ad iuramentum? Dub.1.
An qui iurat, animo iurandi, sed cum intentione se non obligandi, teneatur ad iuramentum? Dub.2.
An qui iurat, animo iurandi, & obligandi, sed non implendi, teneatur ad iuramentum? Dub.3.
An liceat vti verbis amphibologicis in iuramento? Dub.4.
An sit peccatum mortale iurare, amphibologiis vtendo, absque necessitate? Dub.5.

An qui iurauit, absque animo iurandi, teneatur ad iuramentum? Dub. 1.

1 AFfirmatiuè videtur respondere prima opinio: quia reuerentia Diuina, non solum obligat, vt verificet id, quod intendit iurare; sed etiam, quod alijs rationabiliter visus fit iurasse: si enim id non seruet, videbitur periurius, apud illos, & contemnere honorem diuinum.

2 Secunda opinio, quæ est vera, ex vi iuramenti negat. Ratio est: quia, cum iuramentum sit actus humanus; vbi non est voluntas, & intentio iurandi, ibi verè nullum est iuramentum; sed simulatio tantum iuramenti, & consequenter nulla inde nascitur obligatio absolutè, & ratione iuramenti: quia ad ea, quæ honesta sunt, & ad ea, quæ lege non adstringimur, nisi ex propria voluntate obligari non possumus. Ita Aragonius, *2.2 quæst.98 artic.7.conclus.6.* Valentia, *to.3.disp 6.quæst.6.pun.4.* Sayrus, *in Clau. reg lib.5.cap 6.num 9.* Lopez. *part.1.cap. 41.* Bonacina, *de præcept disp 4. quæst.1. pun.7 numer 2.* Caietanus, *2.2 quæst.98. artic 7 in respons ad 4.* Sotus, *lib.8 de iustit quæst.. artic.7.in resp. ad 4.* Gesualdus, *opere moral.tract 33.cap.1.num.6.et to.3.Decalog tract 8 cap.3.num.15.* Reginaldus, *lib 18.num.89.* & alij.

3 Dix· (*ex vi iuramenti:*) quia, ratione scandali, quod oriretur ex transgressione iuramenti, obligatur iurans stare iuramento, facto animo ficto, quandò quis publicè, & solemniter iurauit. Ita Suarez, *lib.2 cap 7.* Filliucius, *tract.25. cap 6 quæst.1.num.141.* Valentia, *2.1.disp. 6.quæst. 7.pun 4.sub fine.* Bonacina, *dict. pun.7.num.4.* Azorius, *lib.11.cap.4 quæst. 2.* Caietanus, *artic.7. in solut.ad 4.* Sanchez, *lib.3 sum.cap.10.num 11.* & alij.

Dubitatur: An qui, absque animo iurandi, iurat, peccet mortaliter?

4 PRima opinio ait: In omni euentu esse mortale, siuè verum, siuè falsum sit id, quod iurat. Cuius ratio est: quia quando verum est id, quod iuratur, id iuramentum est perniciosum in ordine ad Deum, cuius diuino testimonio per id illuditur, cum actu externo illud inuocetur, interno autem eius inuocationi dissentiatur: est enim perniciosum toti generi humano, tollens finem iuramento externo, qui est, vere adhiberi in confirmationem veritatis: eneruatque finem, iuramento externo habendum. Quando verò iuratur falsum: siuè in iuramento assertorio, affirmando falsum: siuè in promissorio, non habendo animũ implendi: vltra prædictam rationem, militat alia: quia exterior ille Latriæ cultus, ad quem iuramentum pertinet, exhibetur materiæ indebitæ, nempè, rei falsæ: sicut est mortale, fictè externum Latriæ cultum idolis exhibere, vt potè quæ indebita illius externi cultus materia sunt. Ita Caietanus, *2.2 quæst.89 artic.7.*

artic.7 col pen.vlt. Armilla, *v.periurium num.3.* Couarruu. *de pact.part.* §.5.*nu.3* Gesualdus, *tom.3 Decalog tract 8.cap.3. num.15.* & alij.

5 Secunda opinio confirmat hanc opinionem, quandò id iuramentum est circa materiam falsam, siuè de præsenti, siuè de futuro: & ita, quando est circa materiam veram, & legitimè exigit Iudex iuramentum, vel petitur legitimè, ratione contractus. Discordat verò, quando est circa materiam veram, nec iuramentum sic legitimè petitur. Et hoc contingere potest in scrupuloso, qui cũ iuramento verum asserat, aut promittit verè implendi animo, non vult, scrupulo agitatus, habere verum iurandi animum. Quia est mandacium, cum ille se iurare protestatur, verè tamen non iurans: Non tamen est mortale: quia non irrogatur iniuria alicui proximo, habenti ius veri iuramenti: nec etiam Deo: quia cum is non iuret, se iurare, id iuramentum non cadit in illud fictionis iurandi mendacium. Et ita, quamuis fictè diuinum testimonium adducatur, est, ad confirmandum verum: nec est diuini testimonij illusio: Sicut, cum quis non tenetur iurandi, aut Dei colendi præcepto, non illuderet Deo, nec mortaliter delinqueret, solo actu externo fingens se orare, aut colere Deum. Ita Sotus, *lib.8. de iustit quæst* [illegible] *artic.7. in solut ad 4* Aragonius, *2.2. quæst.89. artic 7. circa solut ad 4 conclus.6* Petrus, de Ledesma, *to.2 sum tract.11.cap.7 dub.6.* Lesius, *lib.2.cap.12.dub 8. num.42.&42.* Suarez, *to.2.de Relig.tract de voto, lib. capit.17 à num* [illegible] *vsque ad num.6.*

6 Tercia opinio ait: Quando quispiam non obligatur ad iurandum, sed irrationabiliter ab eo exigitur iuramentum, sic distinguit. Si iurans dicit verum, tunc solum peccat venialiter, quando vult significare, se habere iurandi animum: Quia est mendacium, non autem perniciosum, vt bene probant Auctores, nu.5. allegati. Secùs, si id significare nolit, sed quoddam aliud disparatum, vt mox dicam: tunc enim nulla est culpa. Si autem iurat falsum, velitque, illa externa iuramenti verba referre ad materiam falsam, confirmando illa in eo externo iuramento, est mortale. Si verò in interiori animo nolit, illa ad materiam falsam referre, nec potest ad aliquas rei circumstantias rationabiliter ab alijs putari id velle, vt indè scandalizetur: sed tantum, iure suo vtens, vsurpat ea verba, ad significandum aliquid aliud, interiùs conceptum, quod verum sit: vel vsurpet ea tantum materialiter, nil per illa confirmare volens, non peccat mortaliter, nec applicat iuramentum indebitæ materiæ. Ita Valentia, *2.2.disput.7. pun 4.conclus.vlt.* Immò Sanchez, *in lib.3 sum cap.6.num.10.circa finem*, putat, hunc neque venialiter peccare: quia nullum est mendacium, & contingit caussa iusta, vti ea æquiuocatione.

An qui iurat, animo iurandi, sed cum intentione, se non obligandi, teneatur ad iuramentum? Dub.2.

7 Affirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia iurans vera intentione iurandi, verè iurat, & adducit Deum in testem, non solius præsentis veritatis, ibi inclusæ, sed etiam veritatis futuræ implendæ: aliàs, non esset periurius, non habendo animum implẽdi, quod omnes negant: ergo, eo ipso oritur obligatio legis naturalis, implendi iuramenti, ab eo inseparabilis, quando materia est obligationis capax: nil ergo priuata iurantis voluntas, volentis ab eo iuramento separare vim obligandi, ad dicendam veritatem de præsenti, habet animum implendi. Confirmatur, quia si habens intentionem non se obligandi, non maneret obligatus, ne vtiquam esset mortalis periurij reus, habens animum non implendi: quia sciẽs, se in posterum non esse obligatum, scit etiam se non peccaturum postea, id non faciendo: ergo nec antea peccabit, habendo propositum non faciendi: quod non est verum. Ita Caietanus, *2.2.quæst.89 artic.7.ad 4.* Valentia, *to.3.disp.6.q.7. pun.4* Lopez, *cap.42.* Rodoriquez, *par.1. sum cap.192.conclus.4.* Sayrus, *in Clau. reg.lib.5 cap.6.num.9.* Gesualdus, *tom.3. Decalog.tract.8.cap 3.num.14.in fine.* Sotus, *lib.8 de iustit quæst.10. artic.7.ad 4.* Couarruuias, *de pact part.1.§.5. num 2.* Gutierez, *quæst.canon lib.2.cap 22.num. 31.* Aragonius, *2.2.quæst.89 art.7.* Henriquez, *lib.11.de matrim. cap.13. num.2. in comment.littera Z* Suarez, *to.2.de Relig.tract.de iurament lib.2 cap.7.num.38.* Lesius, *lib.2. de iustit.cap.42.dub.8.num.38.* & alij.

8 Secunda verò opinio negat. Cuius ratio

ratio est: quia Deus non acceptat iuramentum, nisi secundum hominis intentionem, *cap. humanæ aures, 22 quæst. 5.* vbi sic habetur: *Diuina iudicia talia fa-ris nostra verba audiunt, qualia ex intimis proferuntur.* Si ergo iuramentum ex intimis proferatur, cum animo non se obligandi, Deus non acceptat iuramentum cum obligatione. Tum quia, qui contractu adiungit clausulam contra substantiam contractus, non obligatur ad seruandum contractum: vt si vendat domum, cum animo nõ se obligandi, ad illam tradendam emptori: aut si aliquid promittat, ad quod nolit teneri: ergo etiam qui apponit clausulam iuramento, contra substantiam iuramenti, non obligatur ex vi iuramenti: clausula autem contra substantiam iuramenti, est intentio, non se obligandi, cum obligatio sit de substantia iuramenti. Ita Scotus, *in 3. dist. 39 articul. 4. quæst. vnica artic. 3.* D. Bonauentura, *in 3 dist. 39. artic. 3. quæst. 1.* vbi Riccardus, *artic. 3. quæst. 1. & 2.* Almain, *in 3. quæst. vnica.* Filliucius, *tractat. 5. cap. 6. quæst. 2 num. 141.* Bonacina, *de præcep. disp. 4. quæst. 1. pun. 7. num. 3.* Siluester, *v. iuramentum 4. quæstion. 1. & 17. & 19.* Sanchez, *tom. 1 sum. lib. 3. cap. 10. num. 8.* Ioa. Medina, *tractat. de confess. quæst. de dispensat. super reuel. confess. in solut. ad 7.* Palacios, *in 4 dist. 39 disput. 1.* Philiarcus, *de offic. sacerd. tom. 1. part. 2. lib. 3. capit. 16.* Seraphinus, *de priuileg. iurament. priuil. 110. num. 16.* Gutierez, *de iurament. part. 1. cap. 57. num. 10.* Antoninus, *in cap. si verò, de iure iurand.* vbi Abbas, *in fine* Alexand. de Neuo, *num. 37. in fine, & num. 38.* Nauarrus, *in comm. cap. humanæ aures, quæst. 3. num. 6. versic. suboritur tamen 22. quæst. 5.* Rosella, *v. iuram. num. 19.* Angelus, *v. iuramentum 5 num. 8. 10. & 32.* Diana, *part. 9 tract. 8. resolut. 17.* Fagundez, *to. 1. Decalog. præcep. 2. lib. 2. cap. 9. num. 9.* & alij. Et probabilem vocant Gesualdus, *vbi supra.* & Azorius, *part. 1. lib. 11. cap. 4. quæst. 4.*

9 Non tamen requiritur, vt iuramentum obliget, vt iurans habeat formalem intentionem se obligandi: sed sufficit, vt iurans sciat naturam iuramenti, seù iuramentum obligare: quia eo ipso, quod scit naturam iuramenti, & non habet positiuam voluntatem non se obligandi, censetur velle iurare iuxtà naturam iuramenti: censetur enim velle facere actum iuxtà suam naturam: natura autem iuramenti est obligare: ergo eo ipso, quod habet verum iurandi animum, censetur, se velle obligare, licet non habeat formalem intentionem se obligandi. Ita Sanchez, *tom. 1. sum. lib. 3. cap. 10. num. 9.* Bonacina, *de præcept. disp. 4. quæst. 1 pun. 7. num 4.* & alij.

10 Peccat tamen mortaliter, ille, qui iurat intrinsicè, habens intentionem iurandi, non tamen se obligandi, neque adimplendi tale iuramentum, intrinsicè factum, cum intentione iurandi; quia adducit Deum in testem suæ falsitatis, & infert grauem iniuriam ipsi Deo, inuocando ipsum in testem suæ falsitatis intentæ. Ita Rodoriquez, *part. 1 sum. cap. 192 conclus. 4 num. 4* Sayrus, *in Clau. regia lib. 5. cap 6. num. 7.* Siluester, *v. iuramentum 4 quæst. 7.* Aragonius, *2. 2. quæst. 89 artic. 7. conclus. 5.* Caietanus, *v. periurium §. 2.* Gesualdus, *to. 3. Decalog. tract. 8 cap. 3. num 12.* & alij.

An qui iurat animo iurandi, & obligandi, sed non implendi, teneatur ad iuramentum? Dub. 3.

11 Quidam existimant non nasci obligationem. Ita Siluester, *v. iuramentum 4. quæst. 16.* ex Panormitano; qui dicit: Eum, qui iurauit se redditurum ad carcerem iniquum, non teneri, si iurauit animo euadendi: Secùs, si animo se obligandi. Et D. Bonauentura, *in 3 dist. 39. articul. 3. quæst. 2.* ex parte insinuat, eum, qui iurauit non animo implendi, sed euadendi periculum, non teneri. Et hanc opinionem vocat probabilem Lessius, *lib. 2. de iustit. cap. 42. dub. 8. num. 41.* & expressè docet Almainus, *in 3. dist. 39. quæst. vnica.*

12 Secunda opinio, quæ est vera, affirmat. Cuius ratio est: quia, sicut ex contractu, celebrato animo non soluendi, nascitur obligatio: ita etiam nascitur ex iuramento, facto cum animo non adimplendi. Tum quia, in tali iuramento liberè, & ex intentione adducitur Deus in testem: ergo nè sit adductus in testem falsi, iurans tenetur illud adimplere. Tum quia, sublato posteriori, non tollitur quod prius est: sed in iuramento, animus exequendi, non tollitur animus se obligandi; consequenter, neque tollitur obligatio, quæ nascitur

ex iuramento, facto cum animo se obligandi. Ita Scotus, *in 3 distint. 39. artic. 3. littera K.* Diuus Thomas, *2. 2. quæst. 59 articul. 3 ad 4.* Gabriel, *in 3. dict 39. quæstion 1. artic. 2 conclus. 5* Diuus Antoninus, *part. 2. titul 10 cap. 6.* Siluester, *v. iuramentum 4. quæstion. 8. 17. & 19.* Sotus, *lib 8 de iustit quæst. 1. articul 7. ad 4.* Sayrus, *in Clau regia lib 5. cap. 6. numer. 6.* Aragonius, *2. 2 quæst 89 artic. 7.* Filliucius, *tractat. 25 cap. 6. quæst. 4. num 150* Philiarcus, *de offic sacerd. part 2 lib 3 cap. 16.* Lessius, *lib 2. de iustit cap. 42. dub 8. num. 41.* Bonacina, *de præcept. disput 4. quæstion. 1. punt 7. num. 5* Sanchez, *lib 3 sum cap. 10 num 5* Gesualdus, *tom 1 tractat 33. cap 2. num. 9 & to 3. trac. 8. cap. 3 num 11.* & alij.

12 Vndè qui iurat exteriùs, absque animo non adimplendi, peccat mortaliter: quia habet effectum ad peccatum: peccatum autem est nolle præstare id, quod præstandum est, ex vi iuramenti, velle Deum facere testem falsi. Ita Valentia, *disput 6. quæstion. 7* Nauarrus, *cap. 12 sum numer. 3.* Suarez, *lib. 3. cap. 15. num. 2.* Bonacina, *pun 7. num. 6.* Sanchez, *cap. 4. num 10.* & alij.

An liceat vti verbis amphibologicis in Iuramento? Dub 4.

13 NEgatiuè respondet prima opinio, quando fit absque necessitate: quia numquam licet aliquid affirmare, vel negare, quæ, spectatis omnibus circumstantijs, prout exteriùs profertur, est absolutè falsa; nec potest habere verum sensum, quamuis iuncta verbis, quę à dicente tacitè sub intelliguntur, si vera, nisi illa ea ratione, ijsque circumstantijs proferatur, vt prudens auditor ex his meritò colligat, verbis exteriùs prolatis, aliqua alia subintelligi. Ita Siluius, *in 2. 2 D. Thomę quęst. 39 artic. 7. quęritur 3 conclus. 5.* Layman, *in Theolog moral lib 1. tractat. 3. cap. 13 nu. 7 & cap. 14 numer. 49.* Malderus, *opuscul. de restrict mentalib. capit. 4. & 10.* Rebellius, *part. 1. lib. 4. quęst. 10. num. 2.* & alij.

14 Secunda opinio ait: Quotiès adest iusta causa, potest quis vti amphibologia: quando verba ex sua significatione sunt ambigua, & plures sensus admittunt. Ratio est: quia, cum verba omnes illos sensus admittant, nil contra mentem itur. Ita Valentia, *1. 2 disput. 5 part. 13. pun. 2. in solution ad 2.* Sotus, *de secret. membr. 3. quęstion. 3 in fine.* Lessius, *lib 2 cap 42. dub 9. num 48.* Sanchez, *lib. 3 sum. cap 6 num 13.* Diana, *part. 3 tractat 6. resolution. 30* Reginaldus, *tom. 2. lib 24 numer. 10.* Nauarrus, *in capit. humanę aures 22 quęstion. 5 in quęstion. 3. numer. 9.* Suarez, *to. 2. de relig. vbi de iurament. lib. 3. cap. 11. numer. 4. & 5.* Pesantius, *2. 2. quęstion 70 artic. 4. disput. 1.* Stephanus Emouerius, *disput. de verit. cap 9. & seq.* & alii.

15 Etiam si verba ex sua significatione ambigua non sint, & sensum habeant, si reuera attentis circumstantiis loci, & temporis, & personæ, ac modi interrogandi, verba eum sensum efficiant iuxta interrogantis intentionem, quam respondens concipit: verbi gratia, Pœnitens, interrogatus à Confessario de fornicatione, verè se eam admisisse negat, cum verè tamen eam admiserit, si eam iam fassus sit: quia pro ea intelligit pœnitens, non admisi fornicationem, quam fassus non sum. Ita Azorius, *part 1. lib. 11 cap 4 quęstion 5.* Sayrus, *in Clau regia lib. 2 capit. 17 numer. 26.* Sanchez, *lib. 3. sum cap. 6. numer. 14.* Suarez, *dict. cap vndecim. in fine.* Bannez, *2. 2. quęstion. 69. articul. 2 dub penultim.* vbi Salonius, *controuers. vndec.* Nauarrus, *in cap. humanę aures 22. quęstion. 5 in quęst. 3 num 8 in fine.* & alii.

An sit peccatum mortale iurare, amphibologiis vtendo, absque necessitate: Vt si, videlicet, iures, ioci causa, Principem esse in aula, intelligendo pictum? Dub. 5.

16 PRima opinio ait, esse peccatum mortale: quia est contra præcipuum finem iuramenti, qui est, determinatam materiam testificari. Ita Angelus, *v. iuramentum 4 initio.* Tabiena, *v. iurare. q. 13. num. 14.* Armilla, *v. iuramentum num 16.* Nauarr. *in cap. humanę aures, 22. quęst. 5. in q. 3 nu. 8. & cap 12. sum. nu. 8. & 13.* Molfes. *to. 1. sum. tr. 11. cap. 11 nu. 97.* & alii.

17 Secunda opinio ait: Si tali orationi, cum iusta causa non subest, addatur iusiurandum: vt si iures, Principem esse in oppido, intelligendo pictum, ioci causa,

causa, erit graue peccatum, quia est magna iniuria, suis iocis Deum testem adhibere: fortè tamen si scandalum absit, non erit mortiferum. Ita Lesius, *lib. 2. de iustit. cap 42. dub. 9. num. 98 in fine.*

28 Tertia opinio ait: quando id non est in iudicio, Iudice legitimè interrogante, vel in materia præiudiciali, solam esse culpam venialem, si intentio dicentis non sit, vt audiens fallatur: quia in tali iuramento deficit sola discretio, seu iudicium, eo quod diuinum testimonium non habet absque necessitate his amphibologijs miscere: sed iuramentum, cui sola discretio, seu iudicium deficit, non est mortaliter peccaminosum: ergo, &c. Ita Sanchez, *lib. 3. sum. cap. 6. nu. 22.* Bonacina, *de præcep. disput. 4. quæst. 1. pun. 12. num. 3.* Filliucius, *tom. 2. tract. 25. cap. 11. num. 331.* Diana, *part. 1. tractat 15. resolut. 25. & part. 3. tract. 6. resolut. 30.* & alij: & probabilem vocat Reginaldus, *lib. 18. num. 91. in fine.*

DE CONSVETVDINE Iurandi. Cap. 6.

AN Consuetudo iurandi sit peculiare peccatum, distinctum ab actibus malis? Dub. 1.

Quando nam Consuetudo iurandi constituat in peccato mortali, & sub eo obliget, ad eam extirpandam? Dub. 2.

An iuramenta indeliberata imputentur assueto iurare, qui Consuetudinem interrumpit? Dub. 4.

An iuramenta indeliberata, procedentia ex vsu male iurandi, sint mortalia? Dub. 4.

An qui habet Consuetudinem iurandi, & mentiendi, possit absolui? Dub. 5.

An Consuetudo iurandi sit speciale peccatum, distinctum ab actibus malis? Dub. 1.

1 NEgatiuè respondetur. Ratio est: quia Consuetudo in quacumque materia non est sine actionis frequentatione, ex qua generatur habitus, ex quo oritur facilitas ad iterum, & iterum iurandum: quæ facilitas secum defert periculum deiurandi: ante vertit enim vsum rationis, & facit sæpè sæpius, vt homo iuret, antequam adhibeat veritatis iudicium: frequentatio autem actuū non est distincta ab ipsis actibus, ex quibus generatur: & consequenter, non est peccatum vltra numerum actuum multiplicatorum. Ita Sotus, *lib. 8. de iust. quæst. 1. artic. 3 conclus. 2.* Aragonius, *2. 2. quæst. 89. artic. 3. in fine.* Valentia, *to. 3. disp. 6. quæst. 7 pun. 3.* Bartol. Medina, *lib. 1. instruct. confess. cap. 14. §. 4. in fine.* Sayrus, *in Clau reg lib. 5 cap 5. num. 8.* Reginaldus, *lib. 8 sect 3. num. 84* Vega, *to 2. sum cap 16 cas 15.* Azorius, *part. 1. lib. 11. cap 2. quæst 3.* Sanchez, *lib 3 sum cap. 5. num 4* Suarez, *to. 2. de Relig lib. 3. cap. 6. num 1.* Molfesius, *to. 1. sum tract. 11. cap. 11 num. 63* Bonacina, *de leg disp. 4. quæst. 1. pun 13 num 1.* Tamborinus, *primo opuscul lib. 2. cap. 3. §. 3. num 21.* Gesualdus, *to. 3. Decalog. tract. 8. cap. 2. num 24.* & alij.

Dubitatur: *An Consuetudo iurandi sit in confessione aperienda?*

2 PRima opinio ait: Teneri pœnitentē consiteri consuetudinem peierandi, si à Confessario interrogetur. Ita Fagundez, *præcep 3. lib 4 cap 4. num. 1.* Vasquez, *in 3. part. to 4 quæst 9. artic 1. dub. 3* Henriquez, *lib. 5 cap 8. num. 1.* & alij.

3 Secunda opinio negat. Ratio est: quia peccata præterita non addunt præsenti peccato circumstantiam nouam, multo minùs speciem d uersam. Ita Tamborinus, *primo opuscul lib. 2. cap 3 §. 3. num. 21* Bonacina, *de sacram disp. 5. quæst 5 sect. 2. pun. 2. §. 3. diffic. 3. num 22.* Diana, *part. 1. tract. 7. resolut. 15. & 55.* & alij. Neque potest Confessarius interrogare pœnitentem de tali consuetudine: quia non habet ius interrogandi de consuetudine peccandi, cum neque illud habeat, vt bis eadem peccata quis confiteatur, nec ad efficiendum pœnitentem pudore, & dedecore, consuetudine peccati cognita. Ratio est: quia si consuetudinem peccandi teneretur penitens aperire, idem esset, quod obligare illum, peccata legitimè confessa iterum repetere, quod sane nullo præcepto humano induci potest: ergo, &c. Ita Sancius, *in select. disp. 9. à num. 6.* & alij. Vndè si pœnitens probabiliter credat, confessarium non impensurum illi absolutionem, si fateretur consuetudinem peccandi, posse, æquiuocatione vtendo, negare consuetudinem, vt fiat sensus: Consuetudine careo peccandi, non absolutè, sed ad confi-

confitendum tibi de præsenti. Ita Sancius.

Quando nam Consuetudo iurandi constituat in peccato mortali, & sub ea obliget, ad eam extirpandam? Dub. 2.

4 SOtus, *de cauend. iurament. abusu quæst.* 12. ait: Quamuis propositum cauendi à multiloquio, & ab alijs venialibus culpis, non sit ad salutem necessarium; tamen propositum cauendi ab assuetudine iurandi, illi etiam necessariũ est, qui non est vitio mentiendi corruptus: nam sicut multiloquio periculum conflatur, mentiendi venialiter; ita frequentatione iurandi, periculum existit mentiendi cum iuramento, quod semper est mortale: at qui amat periculum peribit in illo. Vndè secundum Sotum: qualiscumque iurandi Consuetudo constituit in peccato mortali, quamuis ille effectus non soleat mentiri: & ita docet expresse Sayrus, *in Clau reg. lib.* 5 *cap.* 5. *num.* 8. vbi absolute ait: Habentes consuetudinem iurandi, non esse absoluendos, tamquam constitutos in peccato mortali, nisi firmiter eam extirpare proponat.

Valentia verò, *in* 2. 2. *disp.* 6. *quæst.* 7. *pu.* 3. *colum. ante penult. versicul. Respondeo ad iudicandum, & colum. penult. versic. Ex alia verò parte* & Petrus Ledesma, *to.* 2. *sum. tract.* 11. *cap.* 5 *dub.* 5. *dict.* 2. dicunt. Huiusmodi consuetudini iurandi esse coniunctam consuetudinem mentiendi absque iuramento: & ita, quamuis sic assuetus curam habeat cauendi iuramẽti falsi, dicunt, eum esse in statu peccati mortalis, dum non curat, consuetudinem hanc euellere. Quod quamuis curet cauere mendax iuramentum, ea cõsuetudo, & iurandi, & mentiendi absque iuramento constituet illum in mortali, ac proximo periculo coniungendi mendacia solita cum iuramento.

6 Addit etiam Valentia: Et si ad vtrumque assuetus fortè non aduertat ad periurium, imputari ei illud ad culpam mortalem, ratione consuetudinis prædictæ: & non obstat (inquit Valentia) eam consuetudinem iurandi sine necessitate esse solum veniale, & eadem sola culpa affici consuetudinẽ mendacii absque iuramento: quia per accidens se habet ad id periurium indeliberatum, ex ea consuetudine secutum, vt consuetudo sit secundum se venialis: nec enim est causa eius, quatenùs secundum se est venialis, sed quatenus est consuetudo iurandi plenè voluntaria. Vndè si effectus ex illa, vt plenè voluntaria secutus, sit ex genere suo mortale, quale est periurium, erit mortalis: quandoquidem est voluntarius in causa perfectè voluntaria, & consequenter ex hac parte est mortalis omissio euellendæ eius consuetudinis.

7 Azorius tamen, *in* 1. *part. lib.* 11. *cap.* 3. *quæst.* 3. ait: Huiusmodi consuetudinem esse, quando est iurandi; aduertendo ad iuramentum, non tamen aduertendo ad veritatem, vel falsitatem rei iuratæ: Secùs autem, quãdo ad neutrum aduertitur, sed emissio iuramenti plenam rationis aduertentiam anteuertit: Quod non sit in hominis potestate motus primò, primos coercere: nec teneatur sub mortali secundò ad primos coercẽdos; ac proindè, id iuramentum, ex motu proprio primo consurgens, nulli imputabitur culpæ: quod si ex secundo primo, soli veniali.

8 Dicendum est tamen cum alijs Primò: Consuetudo iurandi cum debita aduertentia rei iuratæ, non constituit in statu peccati mortalis: neque omissio eius extirpandæ, est mortalis. Ratio est: quia (vt ait Scotus, *in* 3. *distinct.* 39. *quæst. vnica, artic.* 1. *paulo ante versi. videtur ergo*, vbi Gabriel, *quæst.* 2. *artic.* 1. *notab.* 2.) cum habitus totam suam malitiam desumat ex actibus, ex quibus generatur, nequit grauiorẽ habere, quam ipsi actus. At actus iurãdi, ex quibus hęc cõsuetudo cõsurgit, sunt veniales, cum illis solus iudicij comes, quod necessitatem, & reuerentiam deficiat: ergo ea consuetudo venialis erit, ac in solo statu veniali constituet. Tum quia, non est magis mala talis consuetudo, quam sint ipsi actus iurandi: habitus enim sumit suam malitiam ab actibus: sed actus non sunt mortaliter mali, cum non sint periuria: ergo neque consuetudo est mortalis. Ita Medina, *lib.* 1. *sum. cap.* 14. §. 4. *ad finem.* Ludouicus Lopez, *part.* 1. *cap.* 25 *colum. ante penult. cap.* 42. *colum.* 2. Rodoriquez, *part.* 1. *sum. in* 2. *edit. cap.* 92. *num.* 11. Petrus Ledesma, *tom.* 2. *sum. tract.* 11. *cap.* 2. *dub.* 1. *& part.* 5. *dub.* 4. *paulo post principium, & dub.* 5. *dict. vltim.* Vega, *to.* 2 *sum. cap.* 16. *cas.* 14. Suarez, *to.* 2. *de relig. tract.*

de

de iurament,lib.3 cap.6.num.4.& 5. Sanchez, *lib.1 sum.cap 5 num 9.* Filliucius, *tract.25 cap 10 quæst.9 num.3 13.* Bonacina, *de leg.disp.4 quæst 1 punt 3 num.3.* Reginaldus, *lib 18 num.87.* Molsesius, *to. 1.sum tract.11 cap.11.num.64* & alij.

9 Secundò: Qui consuetudinem habet iurandi, mentiendi, & coniungendi mēdacia cum iuramento, peccat mortaliter, si talem consuetudinem euellere non conetur. Ratio est: quia censetur esse in proxima occasione peccādi mortaliter, cum illa consuetudo inducat ad coniungenda iuramenta cum mendacio, & æque exponat periculo iurandi verum, ac falsum: Qui autem est in proxima occasione peccandi mortaliter, peccat mortaliter, quotiès ad illam aduertit, & non conatur euellere. Ita Reginaldus, *lib.18 num.87.* Filliucius, *trac. 25.cap.10 quæst.9 num.314* Suarez, *cap. 6 num 6.& 8.* Sanchez, *lib 3.sum.cap.5. num.11* Bonacina, *de leg.disp.4 quæst 1. pun.13 num.4.* Molsesius, *to.1.sum tract. 11 cap.11.num.65.* & alij.

10 Tertiò: Si quis mendax est, & rarò profert veritatem, habetque consuetudinem iurandi inaduertenter: attamen vult tam diram consuetudinem tollere, remediaque adhibet, ad eam funditus extirpandum: iste licèt ex consuetudine inaduertenter falsum iuret, læthaliter non peccat: quia humano more facit, quod in se est, vt omninò non iuret, aut saltem iuret verum. Ita Gabriel, *in 3 dist 39 quæst 2 artic.1.num.2. conclus. 2.* Sotus, *cap 7 & 12.* Fernandez, *part.1. cap.5 §.1 à num 8.* & alij.

An Iuramenta indeliberata imputentur assueto iurare, qui Consuetudinem interrumpit? Dub.3.

11 Respondetur Primò: Si ea consuetudo interrumpatur per efficax emēdæ propositum, non aliter imputabuntur culpæ iuramenta deinceps inaduertenter emissa, habenti prædictam consuetudinem, quam illam non habenti. Ratio est: quia, cum causa sit jam interrupta, non censebuntur ea iuramenta esse voluntaria in ea: sed ea inaduertētia erit naturalis, qualis esse solet in carentibus ea consuetudine; & quamuis in eam habenti sit frequentior hæc inaduertentia ex habitu priori, relicto ex consuetudine, reputabitur hic habitus quasi naturalis; cum non sit in hominis potestate, illam statim eradicare; sed cōtrarijs actibus, contrariaque consuetudine est paulatim euellenda. Ita Gabriel, *in 3 dist.39 quæst.2.artic.1 concl.1.* Franciscus de Victoria, & Didacus de Victoria, *in aliquib.proposition.* Sotus, *de caut.d.iuram abus.cap.12.* Ludouic.Lopez *part.1 cap.41.colum 3* Rodoriquez, *par. 1.sum.in 2.edit cap.192. num.12.* Suarez, *to 2.de relig.tract de iuramen.lib 3.cap 6. num.8* Petrus Ledesma, *to.2.sum tract. 11 cap 5.dub.4 dict.3.* Sanchez, *lib.3.sum. cap.5.num.19.* & alij.

12 Secundò: Quamuis aliqui (quos tacito nomine refert Sotus, *lib. 8. de iust. quæst. 2. artic 3. paulo ante septimā conclus.*) dicant: Omnia iuramenta, & vera, & falsa, prolata ex praua iurandi cōsuetudine, esse læthalia: At certissimum puto, non omne id iuramentum esse illicitum. Ratio est: quia potest fieri, vt adsit triplex iuramenti comes, & proindè id iuramentum omni culpa careat. Nec Consuetudo praua legitimam potestatem benè iurandi aufert: nam consuetudo iurandi non mutat naturam iuramenti, nec illud agrauat, aut reddit illicitum; nisi quatenus cum illa coniungitur defectus alicuius comitis iuramēti. Neque solius Consuetudinis est per se, & formaliter, habenda ratio, ad cognoscendum illicitum iuramentum; sed defectus etiam illorum comitum. Ita Sotus, *d artic.3 conclus.7 & de iurament. abus.cap.12.* Valentia, *2.2 disp.6.quæst.7. pun.3.* Aragonius, *2.2.quæst.89.artic.3. dub.vltim.conclus.2.* Petrus Ledesma, *tom.2.sum tract.11.cap.2. dub.2.in solut. conformitatis secūd. argum. et cap.5 dub. 4 dict.1.* Sayrus, *in Clau reg lib.5 cap.5. num.8.* Sanchez, *lib.3.sum.cap.5.num.2.* & alij.

An Iuramenta indeliberata, procedentia ex mortale mali iurandi vsu, sint mortalia? Dub.4.

13 Affirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia si ea iuramēta sunt falsa, sunt ex se læthalia, & ex sola inaduertentia debent excusari: At ea non excusat, vt potè, quæ manat ex notabili non corrigendæ eius consuetudinis negligentia: & ideò est prauisa, & voluntaria, in sua causa: sicut peccata cōmissa in ebrietate, non liberantur à culpa

pa læthali, defectu liberi arbitrij, quando ante ebrietatem sunt præuisa, nec curatum est ea vitare: eo quod, sunt voluntaria in sua causa: quod si ea iuramenta sint vera, probatur adhuc ea esse læthalia: quia ad euadendam læthalem culpam, non satis est iurare, quod in se verum est, immò id nil prorsùs ad rem confert: sed opportet, vt iurans prudēti discussione præmissa ad verum existimet: At hoc in aduertenter iurans non discutit sui iuramenti veritatem, sed per accidens omninò illi est id esse verum: quia ille iurandi modus æque expositus veritati, & falsitati est: nec illa in aduertentia excusat, vt probaui: ergo hic peccat mortaliter, ac si in aduertenter iuraret, non perpendens, An id, quod iurat, sit verum, nec ne. Ita Azorius, *part. 1. lib. 11. cap. 3. q. 3.* Alcozer, *cap. 15. sum. fol. 50.* Medina, *lib. 1. sum. cap. 14. §. 4. ad finem.* Rodoriquez, *part. 1. sum. in 2. edit. cap. 192. num. 11.* Ludouicus Lopez, *par. 1. cap. 42. colum. 3.* & alij. Et ita quando iuramentum in aduertenter dictum est falsum. Dicunt Caietanus, *2. 2. quæst. 89 artic. 3. in fine.* Gabriel, *in 3. dist. 39. quæst. 2. artic. 2. conclus. 1.* Sayrus, *in Clau. regia lib. 5. cap. 5. nu. 10.* Nauarrus, *cap. 12. sum. num. 6.* Valentia, *2. 2. disp. 6. quæst. 7. pun. 3. paulo ante finem.* & alij.

14 Secunda opinio ait: Iuramenta, prolata sinè aduertentia formali, & per se sufficienti ad peccatum mortale, non esse in se nouum, & proprium, & speciale peccatum, propter solam iurandi consuetudinem, qualiscùmque sit illa, & nō dum sit retracta; sed totam malitiam esse in sua causa: atque ita, vt sint peccata læthalia, exigi talem aduertentiam, qualis est necessaria in homine, non sic adiurandum assueto. Cuius ratio est: quia nullum potest esse peccatum, nisi sit directè, aut indirectè voluntarium. At ea iuramenta, carentia deliberatione, necessaria ad culpam contrahendā, neutro modo sunt voluntaria: ergo non sunt peccata. Maior probatur, in primis non sunt directè voluntaria, vt ex se patet: eo quod illa in aduertentia fuit in se inuincibilis, vt supponimus: nam si esset vincibilis, minimè excusaret etiam iuramentis non assuetum. At nec esse indirectè voluntaria, indè probatur: quia indirectè voluntarium petit, vt quis possit, & teneatur vitare: at illo tempore, quo quis ex illa in aduertentia iurat, non potest vitare; cum illa in aduertentia sit tunc inuincibilis; ob consuetudinem enim non fit homo potentior ad aduertendum. Tum quia, peccata ex ignorātia, initio culpabili consurgentia, & præuisa in sua causa (sicut contingit in peccatis ebriorum, præuisis ab eis ante ebrietatem) nulla noua malitia efficiuntur, nisi (iuxtà aliquos) denominatione extrinseca denominētur mala, ex suæ causæ malitia: quæ denominatio (dato, id esse verum, quia alij eam negant) nil confert ad præsens: sed tota malitia est in sua causa, & quod eatenus malitiā participant, quatenus voluntaria sunt: ac proindè, cum in sola causa sint voluntaria, solum illius malitiam participant: Sed hæc iuramenta, in aduertenter dicta ab assuetis iurare, non sunt in se voluntaria, sed in sua causa, nempè, praua consuetudine non eradicata, in qua præuidentur: ergo nullam participant culpam propriam, & specialem; sed tota est in sua causa. Ita Scotus, *in 3. dist. 39. q. vnica, articul. 1. in fine.* D. Thomas, *2. 2. quæst. 98. artic. 3. ad 2.* Durandus, *in 3. dist. 39. quæst. 5. num. 6.* vbi Riccardus, *artic. 3. quæst. 2.* Paludanus, *quæst. 2. artic. 1.* Rubion, *dist. 39. quæst. 2. conclus. 1.* D. Bonauentura, *in 3. dist. 39. artic. 1. quæst. 3. num. 21. & 24.* Maior, *in 3. dist. 39. quæst. statim in princip. in 3. solut.* Sotus, *de iur. abus. cap. 2.* Suarez, *to. 1. de relig. tract. 5. lib. 1. de relig. cap. 6. num. 2.* Siluester, *v. blasphemia, in fine.* Sanchez, *lib. 3. sum. cap. 5. num. 28.* & alij.

An qui habet consuetudinem iurandi, & mentiendi, possit absolui?

Dub. 5.

15 Respondetur: Quando non habet firmum propositum corrigendi, non est absoluendus: sicut contingit in alijs peccatis mortalibus; quod multo fortiùs est in hac Consuetudine obseruandum, eò quod quasi in alteram naturam transeat, & cōsistat in peccato oris, quod faciliùs committitur, & difficiliùs euellitur. Ita communiter Doctores.

Difficultas est, quando habet firmum propositum, de cetero, non mentiendi, & non iurandi est sæpe admonitus in alijs confessionibus, an sit statim absoluendus?

16 Respondeo, quod prima opinio negat. Et dicit esse differendam absolutionem.

Ita

Ita Medina, *lib. 1. sum. cap. 14. §. 4.* Vega, *to. 1. sum. cap. 6. cas. 14. in fine.* Ludouicus Lopez, *part. 1. cap. 25.* Rodoriquez, *par. 1 sum. in 2. edit. cap. 193. num. 51.* Sayrus, *in Clau. reg. lib. 5. cap. 5. num. 8.* Suarez, *to. 2. de relig. lib. 3. cap. 8. num. 7.* & alii.

17 Alii verò meliùs affirmant, in rigore, & per se loquendo. Quorum ratio est: quia hæc consuetudo non dicitur occasio extrinseca, ob quam est illi denegãda absolutio. Tum quia, occasio interrumpitur, & retractatur per dolorem, & propositum contrarium (consequenter non videtur esse in proxima peccandi occasione) & sic non videtur deneganda absolutio pœnitenti, qui firmum habet propositum, abstinendi in futurum ab huiusmodi iuramentis. Ita Sanchez, *to. 1. sum. lib. 2. cap. 32. num. 45.* Bonacina, *de leg. disp. 4. quæst. 1. pu. 13. num. 7.* Palaus, *to. 3. tract. 14. disp. 1. pun. 9. num. 6.* Diana, *part. 1. tract. 7. resolut. 55. versic. Unde ex his in fine, & part. 6. tract. 6. resolut. 30.*

Dubitatur: An si pœnitens sæpè proposuit emendam, nec id fecit, teneatur ad aliquam pœnam, vel remedia accepta tanda iudicio confessoris?

18 Suarez, *in lib. 3. cap. 8. num. 8.* affirmat; sed nullam rationem pro sua sentẽtia adducit. Sanchez verò, *in... to. sum. lib. 3. cap. 5. num. 17.* & Sotus, *de testam. abus. cap. 12.* dicunt, absolutè, & indistinctè, non teneri in rigore, pœnam aliquã acceptare, si in ea temeraria iuramenta reinciderit.

19 Sed Palaus, *ubi supra*, putat: Si talis pœna, sub conditione reincidentiæ, imponatur, eo so o casu teneri exequi, quãdo tamen alio remedio non vteris, ad exprimendam consuetudinem: si enim aliis remediis vteris, cessabit obligatio, vtendi media, à Confessario designato: siquidem illud neque vt Iudex, neque vt medicus imponit, cum non sit Iudex, nec medicus peccatorum committendorum, sed commissorum: ac proindè sub conditione peccati futuri applicare medicinam non potest, quam tu aliàs obligatus non sis accipere, ad præcauenda futura peccata.

20 Videamus quid de hoc dicat Sanchez *in lib. 3. sum. cap. 8. num. 8.* vbi ait: Non esse consilium bonum, si Confessores iurare, vel permittere faciant pœnitentes, aliquam pœnam subire, si reinciderint in aliquod peccatum, quia eos trãsgressionis periculo exponunt: & ideò, neque debent Confessarii exigere à suis pœnitentibus iuramenta, vel vota, desistendi ab aliquo crimine.

21 Dissentit tamen, quòad primum, Palaus, *to. 3. tract. 14. disp. 10. num. 12.* quia non est idem periculum transgressionis: non enim qui iuramentum fornicandi violaret, eo ipso violaret iuramentum de pœna subeunda: quia in fornicationẽ rapitur ob inordinatum effectum, secus in pœnam.

22 Sed opinio Sanchez magis placuit Dianæ, *part. 6. tract. 6. resolut. 30. in fine*, nam periculum, violandi iuramentum de subeunda aliqua pœna, sequitur ex in ordinato affectu pœnitentis ad fornicationem, ludum, &c. ergo non tenetur ad omnia supra dicta, quia (vt diximus) sunt passim practicabilia. Ita Diana.

DE EXIGENDO IVRAMENTO, licitè à peieraturo, aut per Idola iuraturo. Cap. 7.

An Iudex possit exigere iuramentum, quando scit, alterum peieraturum? Dub. 1.

Quid dicendum de Actore, An possit petere iuramentum in iudicio? Dub. 2.

An persona priuata possit petere iuramẽtum extra iudicium, quando scit, vt forè alter peieret? Dub. 3.

An liceat exigere iuramentum ab Ethnico, quem scit, per falsos Deos iuraturum? Dub. 4.

An Iudex possit exigere iuramentum, quando scit, alterum peieraturum? Dub. 1.

1 Affirmatiuè respondetur, dummodò id, ad partis instantiam faciat, seruato iuris ordine. Ratio est: quia, cum faciens, quod lex præcipit, quodque incumbit illi ex officio, non censetur delinquere. Quare in causa huius propositionis Iudex, cum seruet legis præceptum, iurisque ordinem, pro vt incumbit ei ex officio, non est dicendus peccare. Tum quia, Iudex vtitur iure suo, & ratione officii, legitimam iuramenti exigendi causam habet, dissimulatque ad iuramentum

ramentum scientiæ, quam Iudex sequi tenetur, & vt legitimus sit processus, & sæpe instante parte, cogitur ratione sui officij, ad illud exigendum. Ita D. Bonauentura, *in 3 dist. 39 in exposit. litteræ*, vbi Magister, *sentent. dist. 39. ante finem*. Riccardus, *artic. 3. quæst. 3*. Gabriel, *quæst. 2. artic. 3. dub. 1*. Paludanus, *quæst. 2. in fine, in solut. ad 2*. Maior, *quæst. 3. conclus. 3*. D. Thomas, *2. 2. quæst. 98. artic. 4 in corpore, & ad 3. disp. 39 quæst. unica, artic. 5. quæst. 2. ad 2*. D. Antoninus, *2. part. tit. 10 cap. 7 §. 3*. Angelus, *v. iuramentum 3. §. 21*. vbi Siluester, *2. quæst. 9*. Tabiena, *v. periurium num. 4 versic. tertio num 4 & v. iurare quæst 33. num. 34* Archidiaconus, *cap. ille num. 222. quæst. 5* vbi Bellamera, *num. 2*. Turrecremata, *num. unico, & cap. quamuis 22. quæst. 1 numer 2*. Bartholomeus Soccinus, Abulens, *cap. 1. Matth. quæst. 298*. Sotus, *lib. 8. de iustit. quæst. 2. artic. 4. conclus. 3*. Nauarrus, *cap. 12 sum num 20*. Azorius, *part. 1 lib. 11. cap. 11. quæst. 2*. Couarruuias, *de pact. par. 3. § 6. num. 2. in fine*. Pedrazza, *sum. in 2. precep. §. 7* Alcozer, *cap. 15 sum ad finem* Tolerus, *lib. 4. sum. cap. 21. num 10*. Sayrus, *in Clau. regia lib 5. cap 5 num*. Lessius, *lib. 2. cap. 42. dub. 10. num 49*. Philiarcus, *de offic. sacerd. to. 1. part 2. lib. 3 cap. 16. ad finem*. Rodoriquez, *part. 1 sum. capit. 191. num 6*. Sanchez *lib 3. sum. cap. 8 nu. 2*. Suarez, *tom. 2. de relig. tract. de iuram. lib 3. cap. 14 num. 13 & 17*. Aragonius, *2. 2. quæst 89 artic 6 dub. 2. ad 2*. Graffius, *pa. 2 decis. lib. 2. cap. 4 num. 3. & 5*. Reginald. *lib. 18 cap 5 num 77*. Molfesius, *to. 1. sum. tract. 11. cap. 11 num 53*. Bonacina, *de præcep. disp 4. quæst. 1. pu. 11. num. 2*. & alii.

2 Vndè sequitur: potest Iudex, petere iuramentum ab eo, quem scit peieraturum: hoc enim facit ratione officij, ita exigentis, habetque iustam permittendi periurij causam. Ita Reginaldus, *lib. 18. cap 5 num. 77*. Sanchez, *lib 3 sum. cap. 8. num. 2*. Suarez, *lib 3. de iuramento cap. 11*. Bonacina, *de præcep. disp. 4. quæst. 1. pu 11. num. 2* Filliucius, *tract. 25. cap. 11. quæst. 8. num 345*. & alij.

Quid dicendum de Actore in iudicio, An possit petere iuramentum?

Dub. 2.

3 PRima opinio ait: Eum peccare: & probat ex D. Thoma, & alijs, adductis in num. 1. quatenus excusat iudicē ad instantiam partis exigentem ad iuramentum, eo quod non ipse, sed pars censeatur exigere: quia partem ipsam videtur damnare eò, vel maximè, quod ibi absolutè damnat personam ad iuramentum petentem, qualis communiter solet esse actor. Ita Maior, *in 3. dist. 39. quæst 3. ad 2*. Petrus Ledesma, *tom 2 sum. tract. 11. cap 5. dub. 6. in solut. ad 3* Siluius, *2. 2. quæst. 98. artic. 4. conclus 2*. Basilius Pontius, *lib. 5. de matrim cap. 18. § 8. nu. 57*. Abbas, *in cap. clericos num. 2. de cohabit. cleric*. & alij.

4 Secunda opinio ait: Quoties adest iusta causa, petendi iuramentum, aut necessitas, vel vtilitas, pōt petere. Cuius ratio est: quia est vtilitas, & honesta causa, ad petendum iuramentum: quod enim petitur, potest fieri bene, & male à iuraturo: potest enim iurare verum; quod si falsum iuret, est propter solam malitiam, à qua ego non teneor abstinere. Confirmatur Primò: quia homines arriperent ansam ad futura, & alia crimina, si intelligerent, non licere Actoribus, petere iuramentum à falso iurante. Confirmatur Secundò: nam Iudex non posset licitè exigere iuramentū in ea occasione, id petēte Actore: si enim huius petitio est intrinsicè mala, non potest Iudex illi acquiescere. Sanctum Augustinum apertè explanat Suarez proprijs ipsius verbis, Sanctum Thomam, & alios explicat de petito iuramento sinè necessitate: & quidem, vt ego non teneor abstinere à petitione iuramenti, irreligiosè præstandi ab Ethnico, quia irreligiosè præstatur, propter solam eius malitiam; ita non teneor abstinere à iuramento, aliundè vitando. Tum etiam quia, non petitur, nec intenditur periurium, sed iuramentum, quod alter licitè potest emittere absque mendacio: & periurium, respectu potentis, non est intentum, ac voluntarium, sed censetur permissum: possumus autem aliqua permittere ob bonum finem; cum charitas (regulariter loquendo) non obligat cum nostro grauiincommodo; ad non permittendum proximi peccatum. Ita Reginaldus, *lib. 18. num. 76*. Salonius, *2. 2. quæst. 87. artic 4. controuers. 2*. Bonacina, *de præcep. disp. 4. quæst. 1. pun. 11. num. 1*. Suarez, *lib. 8. de iurament. cap. 15. num. 10* Hurtadus, *2. 2. disp. 173. sect. 15. §. 191*. Diana, *part. 5. tract. 7. resolut. 9*. & alii.

An

An persona priuata possit petere iuramentum extra iudicium, quando scit, vt forè alter peieret? Dub. 3.

5 NEgatiuè respondetur, quando non existit iusta causa. Ratio est: quia, cum in ea re iuramentum de ferendo, illicita occasio peierandi offeratur, sanè iniquè agitur: adeoq; peccatum mortale, aut veniale cõmittit, prout cõmittitur ab eo, qui peierat, vel iurat sine iustitia, vel iudicio. Ratio est: quia, cum non habeat iustam causam, exigendi iuramentum, non solum censetur permittere alterius peccatum, sed etiam censetur eum inducere, ad iurandum cum peccato: qui autem alium inducit ad peccatum, committit simile peccatum. Ita Diuus Bonauentura, *in 3. dist. 39. artic. 2. quæst. 3. ad 2.* Molfesius, *tom. 1. tract. 11. cap. 21. num. 53.* Reginaldus, *lib. 18. num. 76.* Sayrus, *in Clau. regia lib. 5. cap. 5. nu. 2.* Bonacina, *de præcept. disp. 4. quæstion. p pun. 11. num. 3.* & alij.

Dubitatur: An liceat petere iuramentum à peieraturo, quando ille ad peiurandum paratus sit, seque sponté offerat?

6 NEgatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia exigens iuramentum, cooperatur saltem illi actui externo iuramenti, cui deest iustitia, aut veritas, aut iudicium. Ita Maior, *in 4. dist. 39 quæstion. 1 conclus. 1.* vbi Gabriel *quæstion 2. articul. 3. dub. 1.* Petrus Ledesma, *tom. 2. sum. tractat. 11. cap. 5 dub. 6. ad 1. ad finem.* Tabiena, *v. iurare num 34. quæst. 33.* Bonacina, *de præcept. disput. 4. quæstion p. pun. 11. num. 3 versic. hinc patet.* Molina, *disput. 335 versic. verum autem,* & alij.

7 Attamen hæc opinio tunc est vera, quando nulla adest iusta causa eius iuramenti recipiendi; quia, sine rationabili causa, datur proximo occasio ruinæ, quæ ex charitate remouenda fuisset, aliunde oblata. At concurrente iusta causa, nulla est culpa: quia non dat scandalum, seu occasionem peccandi; sed solum bono aliquo fine, & vrgente necessitate graui, permittit à parato peccatum committi: nimirum, vt euadatur iniuria alioqui præferenda, iusque obtineatur in re notabili. Ita Siluester, *v. iuramentum 2. quæstion 9.* vbi Armilla, *num. 33.* Nauarrus, *cap. 12. sum. num. 10.* Graffius, *tom. 2. decis. lib. 2. cap. 4. in fine.* Sayrus, *in Clau. regia lib. 5. cap. 5 num 4.* Suarez, *tom. 2. de relig. tractat. de iurament. lib. 3. cap. 14. num. 15. in fine.* Sotus, *lib. 8 de iustit. quæstion. 2. artic. 4. ad 2.* Sanchez, *lib. 3 sum. cap. 8. numer. 6.* Molfesius, *tom. 1. sum tract. 11 cap. 11. nu. 54.* Reginaldus, *lib. 18. cap. 5. nu. 76. vers. qui etiam addunt.* & alij.

Dubitatur Secundò: An quando peieraturus non erat actu paratus, sed adesset necessitas in petenti, possit petere iuramentum?

8 VIdetur nullatenus id licere: quia, sicut Iudici non licet, nisi quando necessitate affici cogitur ad petendum: ita etiam in priuato.

9 Dicendum est tamen, id licere, si concurrit causa iusta necessitatis eius iuramenti. Ratio est: quia ab eo non petitur periurium, sed iuramentum, quod verè præstare potest: & id intendit petens, vt potè, quod sibi magis conducit: & sequitur magna vtilitas petenti ex eo iuramento, qua non tenetur cedere, ad uitandum periurium, ex alterius malitia commissum: quia nulla est in hoc casu inductio ad periurium, nec consensus ad illud; sed quædam illius promissio, quæ aliquando ob bonum finem, & ad proprium ius obtinendum, est licita. Nec lex charitatis obligat cum proprio notabili dispendio, aduitandum id proximi peccatum, quod sua malitia perpetrat. Ita Lesius, *lib. 2. de iustit cap 42. dub. 10. num. 49.* Suarez, *to. 2. de relig trac. de iurament lib 3 cap 14. nu. 16.* Sanchez, *lib. 3. sum. cap 8. num. 7.* & alij.

10 Nota, quod requiritur leuior necessitas, ad petendum iuramentum à parato, quam à non parato: quamuis ad vtrumque requiratur causa proportionata: aliàs non esset sola permissio, sed moralis consensus: neque opportet, vt sit necessitas, sed satis est notabilis vtilitas. Ita Suarez, *numer. 17.* Sanchez, *num. 7. in fine,* & alij.

An liceat exigere iuramentum ab Ethnico, quando scit, per falsos Deos iuraturum?

Dub. 4.

11 Affirmatiuè respondetur, quādo exigitur absolute, & in genere non determinate tali modo, idest, per falsos Deos, & exigatur ex rationabili causa. Ratio est; quia prauum iuramentum imputandum est malitiæ malè iurantis, non autem exigenti iuramentum: nam exigens petit iuramentum; quod aliter licitè potest emittere, & petit rem licitam ex iusta causa: iusta autem causa petendi iuramentum ab Ethnico, qui scitur, iuraturus per falsos Deos, est necessitas petentis, & magna ipsius vtilitas: sicut etiam hæc eadem causa sufficit: vt petens mutuum ab vsurario, excusatur: ita ergo, &c. Ita Reginaldus, *lib.* 28. *cap* 2. *num.* 10. Filliucius, *tract.* 15. *cap.* 11. *quæst.* 8. *&* 9. *num.* 339. Bonacina, *de præcep. disp.* 4. *quæst.* 1. *pun.* 11. *num.* 2. Sanchez, *lib.* 3. *sum. cap.* 8. *num.* 11. Molfesius, *to.* 1. *sum. tract.* 11. *cap.* 11. *num.* 55. & alij.

12 Et licet Siluester, *v. vsura* 3. *quæst.* 1. Molina, Valentia, & alij dicant: Esse mortale, exigere iuramentum ab infideli, parato ad iurandum per falsos Deos: Intelligitur tamen, quando cessat necessitas, vel vtilitas præsentis iuramenti: nam quando adest iusta causa, non erit peccatum, dicunt Molfesius, *num* 58. & Sanchez, *lib.* 3. *cap* 8. *num.* 23. qui ait: etiam si absque iusta causa petatur iuramentum ab infideli, parato ad iurandum per falsos Deos, erit tantum peccatum veniale. Secùs, quando non erit paratus, & absque iusta causa petatur: quia tunc erit mortale.

13 Et licet aliqui requirant causam, quæ respiciat publicam vtilitatem, non tamen, quæ respiciat vtilitatem priuatam. At Molfesius, *to.* 1. *sum. tractat.* 11. *cap.* 11. *num.* 55. & Sanchez, *to.* 1. *sum. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 11. dicunt: etiam priuatam vtilitatem sufficere, quando nequit illi prouideri alia via.



DE



DE VOTO

LIB. II. TRACT. IV. CAP. I.

DE DIVISIONE, ET DIFFINItione voti. Cap. I.

QVid est Votum? Dub. 1.
Quotuplex est votum? Dub. 2.
Quænam deliberatio requiratur ad votum? Dub 3.
An ad votum requiratur propositum? Dub. 4.
An ad votum requiratur propositum promittendi, obligandi, & exequendi? Dub 5.
An vouens possit se obligare ad sola venialia? Dub 6.
An qui fictè vouit, peccet mortaliter? Dub 7.
An votum irritum ex quauis causa, firmetur, si ratificetur, ignorando prius fuisse irritum? Dub. 8.

Quid est Votum? Dub. 1.

1 RElictis omnibus, & aliis definitionibus, quas alii Doctores referunt; dico: Votum, est volūtaria, & deliberata promissio, Deo facta de aliquo bono meliori, à superiori non reuocata. Ita Reginaldus, *lib. 18 num. 204* Molfesius, *to. 2 sum. tract. 11 cap 12. num. 3.* Sanchez, *to. 1. sum. lib. 4 cap. 1. num. 1.* Bonacina, *de præcept. disp. 4. quæst. 2. pun. 1. num. 1.* Sayrus, *in Cl. reg lib. 6. cap. 1. num. 2.* Sebastianus Medices, *in sum. peccat. capital. tit. 3. quæst. 38.* Valentia, *to. 3 disp. 6. quæst. 6.* Aragonius, *2. 2. quæst. 88. artic. 1* & alii.

Quotuplex est Votum? Dub. 2.

2 MVltiplex est votum: nam primò, aliud est Reale, aliud Personale, & aliud Mistum. Votum reale est, quo res aliqua promittitur Deo, vt eleemosyna. Personale est, quo Deo promittitur aliqua actio ipsius personæ, vel aliqua omissio, vt votum peregrinationis ieiunii, castitat s, orationis, abstinentiæ à ludo, &c. Mistum verò, cum includat personale, & reale, dici potest illud, quo promittitur res, & officium personæ: vt si quis promittat peregrinationem Lauretanam, cum intentione offerendi aliquid B. V. dum ad illius Ecclesiam peruenerit.

3 Secundò: aliud est Temporale, aliud Perpetuum. Votum temporale dicitur, quando durat ad certum vsque tempus; vt est votum conseruandæ continentiæ ad annum. Perpetuum verò dicitur, quando durat vsque ad vitam vouentis: vt est votum castitatis, simpliciter emissum.

4 Tertiò: aliud est Commune, & aliud Particulare: Particulare dicitur illud, quod emittitur à communitate, aut ab omnibus: quale votum, aliqui putant, esse promissionem, factam in Baptismo: sed illam promissionem nō esse propriè votum, ait Bonacina, *de præcep. disp. 4. q. 2. pun. 2. num 1.* alioquin sequeretur, baptizatum, quoties peccat, committere sacrilegium.

5 Quartò: Aliud est Expressum, & aliud Tacitum. Expressum est, quod verbis, illud exprimentibus, celebratur. Tacitum verò, quod non fit verbis, illud exprimentibus, sed quatenùs aliquid fit, cui est annexum votum: vt patet in voto castitatis, quod emittitur per susceptionem sacrorum Ordinum, etiam si suscipiens ordines sacros, non intendat explicitè votum emittere.

6 Quintò: Aliud est *S*implex, aliud *So*lemne. *S*implex consistit in nuda promissione, & obid simplex appellatur. *S*olemne verò consistit in actuali quadā dedicatione, & traditione proprij corporis,

poris libertati, acceptata ab eo, qui vicem Dei tenet, cum quadam solemnitate, qualitate, ac circumstantiis, approbatis ab Ecclesia: cuiusmodi est votum Religionis in professione, aut votū castitatis in ordinum susceptione, quæ vota sunt quidam actus solemnes, & habent peculiarem quamdam vim irritandi matrimonium.

7 Sextò: Aliud est Reseruatum, aliud Non reseruatum. Dicitur autem, reseruatum, & non reseruatum, quatenus Superior denegat, vel concedit facultatem dispensandi.

8 Septimò: Aliud est Conditionale, & aliud Absolutum. Conditionale fit sub aliqua conditione: Absolutum verò sub nulla conditione concipitur.

Rursus Conditionale subdiuiditur in Pœnale, & Non pœnale: Pœnale fit apposita aliqua pœna, si votum violetur: vt si quis voueat, se non ebriaturum, sub pœna eleemosynæ, aut peregrinationis: & hoc votum duo vota includere videtur, vnum absolutum, non se inebriandi; aliud conditionale, soluendi, scilicet, talem pœnam, posita ebrietate: Potest tamen dari votum pœnale simplex, quo quis tantummodò se obliget ad pœnam, si debitum non euitauerit: vt si quis dicat: Voueo eleemosynam, si inebriatus fuero: & in hoc casu vouens, ex vi voti tenetur solum ad dandam eleemosynā, posita ebrietate: non verò tenetur cauere ebrietatem ex vi voti: & præterea ex vi voti tenetur ad talem pœnam, secuta ebrietate. Ita hæc omnia Bonacina, *de præcep. disp. 4. quæst. 2. pun. 2. num. 1.*

Quænam deliberatio requiratur ad votum? Dub. 3.

9 PRima opinio ait: Ad naturam voti exigi plenam, & maturam deliberationem: ac proindè minimè sufficere eam, quæ ex iracundiæ calore procedit. Ita Glossa, *in cap. dudum v. valore*, vbi Hostiens, *super eodem verbo*. Panormit. *dict. cap. dudum num. 8. & cap. sicut ex litteris num. 2. & cap. si vero nu. 7. de periur.* Antoninus, *cap. sicut litteris de iure iurando num. 9.* Tiraquellus, *de pœnis temp. causa 1. num. 26. & 27.* Riccardus, *in 4. dist. 38 artic. 2. quæst. 2.* & alii.

10 Vndè, secundum hanc opinionem, si transacta periculi angustia, eum, qui vouit, vel contrahit, pœniteat, signum est defuisse requisitam deliberationem, & proindè votum non obligare. Ita Angelus, *v. votum num. 6* vbi Tabiena, *1. quæst. 1.* supplementum Gabriel, *in 4. dist. 38 quæst. 1.* & alii.

11 Secunda opinio ait: Sufficere, & exigi plenam deliberationem, nō quæ sit diuturna, & matura, sed vt distinguitur cōtra motus primò primos, in quibus nulla est libertas, sed absque vlla deliberatione res obiecta statim placet, & vt etiā distinguitur contra motus secundo primos, in quibus est sola semiplena deliberatio, & imperfecta libertas, ad solam venialem culpam sufficiens: sed exigitur ea deliberatio plena, quæ sufficiens est, ad culpam lethalem contrahendam. Cuius ratio est: quia votum est quædam lex priuata, qua quis se Deo obligat: nemo autem censetur se obligare, nisi plenam habeat deliberationem eius, quod fit, consequenter si semiplenam tantum habeat deliberationem, votum non tenet, nec obligat sub mortali, aut subueniali. Ita Ioa. Andr. *cap. dudum. num. 20. de conuers. coniug.* vbi Antonin. *num. 20.* Cardinal. *num. 2 oppos. 5.* Alexand. de Neuo, *cap. sicut ex litteris de iure iurando num. 8.* vbi Imola, *v. votum num. 6.* Gutierez *lib. 2 quæst. canonicar. cap. 22. num. 7.* Paludanus, *in 4. dist. 39 quæst. 1. num. 9. & 10.* D. Antoninus, *2. part. tit. 11. c. p. 10. initio.* Caietanus, *2. 2. quæst. 88. artic. 1. & in sum. v. votum.* Sotus *lib. 7. de iustit. quæst. 1. artic. 2.* Viguerius, *lib. institut. cap. 5. §. 1. versic. 4.* Alcozer, *lib. de ludo cap. 13.* Medina, *lib. 1. sum. cap. 14. §. 6.* Palatios, *in 4. dist. 38. disp. 1.* Rodoriquez, *part. 2. sum. cap. 91. num. 1.* Aragonius, *2. 2. quæst. 88 artic. 1.* Angles *in floribus part. 2. quæst. 1. de voto artic. 1. diffic. 2.* Ludouicus Lopez, *part. 1. cap. 43.* Sanchez, *lib. 1. de matrim. disp. 8. num. 5. & lib. 4. sum. cap. 1. num. 2.* Maior, *in 4. dist. 38. quæst. 2. pun. 1. num. 3.* Suarez, *tract. 6. de relig. lib. 1. cap. 7.* Reginaldus, *lib. 18. cap. 15. num. 206.* Lessius, *lib. 2. cap. 40. dub. 1. num. 2.* Layman, *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 4. cap. 1. num. 3.* Filliucius, *tract. 26. cap. 1. quæst. 3. & 4.* Bonacina, *de præcept. disp. 4. quæst. 2. pun. 1. num. 2.* & alij.

Dubita-

Dubitatur Primò: An ad votum sufficiat deliberatio virtualis?

13 NEgatiuè respondet prima opinio. Nam si quis sciret, dum ebrius est, multa se emittere vota, & liberè inebriaretur; haberet virtualem deliberationē vouendi; & tamen vota essent nulla: sicut si sciret se perpetrare homicidium, & inebriari vellet; virtute eligeret illud homicidium. Ita Angles, *in floribus par. 1. quæst. 1 de voto artic. 1. diff. 3 conclus. 4.*

14 Secunda opinio distinguit: Si ea sit deliberatio virtualis, qua votum est volitum in seipso, valeret vtique: vt si quis deliberatè incipiat ceremonias, ad professionem præuias, vero profitendi animo; & si tempore professionis non habet plenam deliberationem, & aduertētiam, propter animi perturbationem, vel attentionem ad illa, valeret professio. Secùs autem dicendum est de virtuali deliberatione, qua non censetur votum, in seipso volitum: vt si ante ebrietatem præuideret quispiam, vel ante somnū, se ebrium factum, aut dormientem, vota aliqua, vel iuramenta emitteret, nec id caueret: quia tunc nō est valida: Et ita dicendum est, quando quis ad locum professionis, aut cuicumque voto emittendo destinatum, vadat animo emittendi, & reperit ceremonias, non valitura hæc, si postea, non sui compos, sed amens, aut ebrius factus, aut dormiens hæc emittat. Ita Sanchez, *lib. 1 de matrim. disp. 8 num. 21. & lib. 4. sum. cap. 1. num* 6. Bonacina, *de præcep disp. 4. quæst. 2 pun. 1. num* 5. Suarez, *lib. 1. de voto cap* 10. *num.* 5. Nauarrus, *cap.* 12 *sum. num* 16. Laman, *in Theolog. moral lib. 4 tract 4. cap. 7 num. 4.* Filliucius, *tractat. 26 cap. 1. num. 16.* & alij.

Dubitatur Secundò: An deliberatio semiplena, sufficiens ad culpam venialem, satis sit ad obligationem voti, subuenialis?

15 AFfirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia non est de essentia voti, vt obliget sub mortali, vt patet in voto rei minimæ. Tum quia imperfecta deliberatio satis est ad culpam, & ad meritum in perfecta: cur ergo non satis erit ad imperfectam voti, vel iuramenti obligationem? ita videtur affirmare D. Antoninus, *part. 2. tit. 11. cap. 2. initio notab. 6.* & Nauar. *cap. 12 sum. num. 24.*

16 Secunda opinio negat. Cuius ratio est: quia, vt homo disponat de suis actionibus, sibi, vel alteri obligationem imponens, necesse est, vt saltemquam per se, & absolutè dominus de illis disponat: nec enim actibus imperfectis, & semiplenis videtur quis se obligare velle. Ita Sanchez, *lib. 4 sum. cap 1 num. 8.* Rodriquez, *part. 2. sum. cap 91 num. 1.* Molina, *to. 2. de iustit. disp. 267 initio.* Tolerus, *lib. 4. sum. cap. 17. num 4.* Aragonius, *2. 2 quæst 88 artic. 1. conclus. 1.* Layman, *in Theolog. moral. lib. 4. tract 4. cap. 1 num. 3.* Bonacina, *de præcep disp. 4. quæst. 2 pun. 1. num 3.* Lesius, *lib. 2 cap 40 dub 1. num. 2.* Petrus Ledesma, *to 2 sum. tract 10. cap. 1 dub. vltim. conclus. 2.* & alij.

An ad Votum requiratur propositum vouendi? Dub. 4.

17 NOta priùs, quod est differentia inter Deliberationem, & Propositum: quia Deliberatio est iudicium, seu actus rationis, quo quis deliberat, & determinat, num sibi vouere expediat? Propositum autem, est actus voluntatis, quo vouens apud se statuat promittere. Ita Caietanus, *2. 2. quæst 88 artic. 1.* Azorius, *par. 1. lib. 11 cap. 13 quæst. 4. in fine* Hispolitis.

18 Prima opinio affirmat. Cuius ratio deducitur, *ex cap consul. de regul.* vbi quidam, qui Religionem ingredi proposuerat, & habitum monachalem induit, iubetur in illa persistere. Ita Glossa, *literarum v. proponens de voto, & cap quæ bona, v deliberant 17. quæst. 1.* Innocent. *dict cap consul. initio* vbi Hostiens, *num. 3.* D. Antonin. *2. part. tit. 11 cap. 2.* & alij.

19 Secunda opinio ait: Nullum propositum, quamuis firmum, aliquam voti obligationem inducere, nisi promissione firmetur. Cuius ratio est: quia propositum, cum sit actus voluntatis eligētis aliquid facere in futurum, non est affirmatio, vel negatio alicuius rei, sed solum consensus voluntatis, qui exprimi potest per hoc verbum de futuro (*Faciam.*) Dun modò in illo non intelligamus sensum promissorium, scilicet, promitto facere, sed tantum simplicem assertionem eius, quod tunc in animo gero. Promissio autem, cum sit actus intellectus, importat affirmationem, aut negatio-

negatione. Vnde, qui habet propositũ aliquid faciendi, si postea, mutato proposito, oppositum faciat, non mentitur: cum tamen ille, qui promittit aliquid facere, si postea contrarium faciat, mentitur; eo quod facit contra voluntatem illius, quod facere promisit: ergo ad votum requiritur promissio: non autem sufficit propositum. Tum *ex cap litterarum*, vbi quidam, qui morbo laborãs, proposuit Religionis ingressum, liber ab obligatione iudicatur; eò quod tantum illud proposuerit. Ita D. Thomas, *2.2. quæst. 88. artic. 1.* vbi Caietanus, *& in opuscul. to. 1. tract. vltim. septima decima responsio resp 7.* Abbas, *in cap. litterarum num. 2. in fine.* Angelus, *v. votum 1. num. 7.* vbi Siluester, *1. quæst. 2.* Sotus, *lib 7 de iustit. quæst. 1. artic. 2.* Nauarrus, *cap. 12. sum. num. 24 & 26.* Couarruuias, *de pact. part. 1. §. 3 num. 12.* Azorius, *lib. 11 cap. 13. quæst 5.* Valentia, *2. 2. disp. 6. quæst 6. pun. 1. colum penult. ad 2.* Angles, *in floribus 4 sentent. tract de voto artic. 1. diffic. 1.* Rodoriquez, *part. 2. cap. 2 conclus. 6.* Sayrus, *in Clau regia lib 6 cap. 1 num. 6* Filliucius *tract 26 cap. 1. num. 4. & 23.* Layman, *in Theolog moral. lib. 4. tract. 4. cap. 1* Bonacina, *de præcep disp. 4. quæst 2. pun. 1. num. 2.* Lesius, *lib. 2 cap. 4. num. 21.* Suarez, *lib. 1. de voto cap. 2. nu. 8.* Sanchez, *lib. 4 sum. cap. 1. num. 21. & lib. 6 cap. 10 num. 1.* Reginaldus, *lib. 18 num. 207.* Molfesius, *to. 1. sum. tract 11. cap. 14. num. 17.* & alij

20 Resilere à bono proposito, erit peccatum veniale, dicunt Rodoriquez, *par. 2. sum. cap 92 num. 10. in fine.* Angelus, *v. votum 1. num. 7.* & Nauarrus, *cap. 12. sum. nu. 26.* Negant verò alij: quia nulla lex Diuina, vel humana obligat ad rẽ illam propositam, vt supponimus: Propositum autem solum nõ habet vim legis priuatæ obligationis, illud enim solius promissionis est: ergo, &c. Ita Valentia, *2. 2. disp. 6. quæst 6. pun. 1. colum. 9* Sanchez, *tom 1. sum. lib. 4. cap. 1. num. 21.* & alij.

Dubitatur: Quale propositum sufficiat voto, quando promissione firmatur?

21 RESpondetur Primò: Quando vouens, absque animo vouendi, seù promittendi vouerit, non tenetur ad votum. Ratio est: quia exterior promissio, est signum interioris promissionis: ergo vbi, & quando homo interiori actu voluntatis non intendit promittere, promissio nulla est, sed fictio tantum promissionis. Tum quia, obligatio voti oritur ex vero voto: votum autem factum, absque animo vouendi, non est verum votum: votum enim est deliberata, & voluntaria promissio: ergo &c. Ita Rodoriquez, *part. 1. sum. cap. 92. conclus. 5.* Azorius, *part. 1. lib. 11 cap. 13. quæst. 9. & cap. 15 quæst 8* Sotus, *lib. 7. de iustit. quæst. 1. artic. 2.* Aragonius, *2. 2. quæst. 88. artic. 1.* Caietanus, *in sum. v. votum § 3. & in 2. 2. quæst. 88. art. 1* Sayrus, *in Clau. reg. lib 6. cap. 4. num 1.* Bonacina, *de præcep. disp 4. quæst. 2. pun. 1 num. 11.* Angles, *in florib. 4. artic. 1. diffic. 4. conclus. 3.* Sanchez, *lib. 1. de matrim. disp. 9 & lib. 4. sum. cap. 1. num 24.* Toletus, *lib. 4. sum. cap. 17. § Alterum.* Bartholomeus Medina, *lib. instruct. confess cap. 14. §. 6 in principio.* Ludouicus Lopez, *part. 1. cap 43.* Nauarrus, *in manual. cap. 12. num. 27. versic. 7.* Molfesius, *to. 1 sum. tract. 11. cap. 14. num. 19.* & alii.

22 Secundò: Ex voto, facto animo vouendi, sed cum intentione non se obligandi, obligare tale votum, ait prima opinio. Cuius ratio est: quia obligatio est naturalis effectus promissionis, sicut ignis calefacere: ergo, sicut posito igne, velit, & nolit ponens, calefactio sequeretur: ita, posita promissione, animoque promittendi, statim consurgit obligatio. Confirmatur, quia qui vult antecedens, vult necessariò consequens, *l. 1. §. 1. ff si vsufructus petat:* sed obligatio consequitur promissionem: ergo qui vult promissionem, necessario vult obligationem. Ita Sotus, *lib 7. de iustit quæst. 1. artic. 2. versic tertio, eodemque* Ludouicus Lopez, *part 1. cap. 42. § secundum Sotum, & cap. 43. § quamuis votum.* Rodoriquez, *part. 1. sum. cap. 92. num 7.* Aragonius, *2. 2. quæst. 88. artic. 1.* Valentia, *to. 3. disp. 6. pun. 1* Nauarrus, *in manual. cap. 12. num. 28. versic. septimo* Caietanus, *2. 2. quæst 88. artic. 1. & in summa, v votum §. 3* Corduba, *de casibus conscient. quæst. 145.* Sayrus, *in Clau. reg. lib. 6. cap. 4. num. 3.* Siluester, *v. Religio 3. quæst 6. & 9.* Azorius, *part. 1. lib. 11. cap. 13. quæst. 9.* & alii.

23 Secunda opinio ait: Tale votum non obligare. Cuius ratio est: quia dum excludit obligationem, vtique euanescit votum, & promissio illa reducitur inefficax. Tum quia, obligatio voti, consurgit

git ex lege priuata, quam vouens sibi imponit: nulla autem lex obligat, nisi Legislator se obligare intendat. Vndè, quando vouit animo, non se obligandi, non tenetur ad votum. Ita D. Bonauentura, *in 4. dist. 38 artic. 3. quæst. 1 num. 13. & in 3. dist. 39 articul. 3. quæst. 1 num. 46.* Riccardus, *in 4. dist. 38. artic. 3. quæst. 2. ad 2.* D. Antoninus, *2. par. tit. 11 cap. 2. init.* Angelus, *v. votum 1. nu. 7. & v. peccatum num. 4.* Reginaldus, *l. 8 num. 260.* Palatios, *in 4 dist. 19. disp. 1 fol. 665 colum. 1.* Bonacina, *de præcep. disp 4 quæst. 2. pun. 1. num 12.* Sanchez, *lib. 1. de matrim. disp. 9. num. 5 & lib. 4 sum. cap. 1. num. 27.* Medina, *C. de restit quæst. 12. § his non obstantibus.* Molfesius, *to. 1. sum tract. 11 cap. 14. num. 21.* & alij. Vndè, emittens professionem, vel recipiens ordinem sacrum tali modo, ex vi voti, non obligatur ad ad eius obseruantiam: sed solum, ratione scandali: vt latius in suo loco dicebimus: & docent Sanchez, *lib. 8 de matrim. disp. 37* Bonacina, *dict. nu. 11.* Molfesius, *tom. 1. sum tract. 11. cap. 14. num. 21,* & alij.

24 Tertiò: Ex voto facto animo vouendi, & se obligandi, sed cum animo non adimplendi, non oriri obligationem voti, ait Valentia, *2. 2. disp. 6. quæst. 6 pun. 1. colum. 4. versi primo quod enuntiationem, & quatuor columnis sequentibus*, vbi probat ex sententia D. Thomæ, *in 2. 2. quæst 88. artic. 1. corpore* qui docet: Promissionem procedere ex animo exequendę rei promissæ: vbi supponit, non stare veram promissionem, cum animo nō implendi promissum.

25 Alij verò dicunt, tale votum obligare. Quorum ratio est: quia dum habuit voluntatem se obligandi, vtique non potest prætendere exequutionem; sed tenetur implere promissionem. Tum quia, intentio non adimplendi, non tollit obligationem voti, seu promissionis, quæ ex ipso voto, vel promissione naturaliter sequitur. Vndè sequitur, ex voto, facto animo vouendi, & se obligandi, sed cum animo non implendi, oriri obligationem ex vi voti; & consequenter, vouentem teneri huiusmodi votum adimplere sub peccato graui, aut leui, iuxtà leuitatem, vel grauitatem materiæ. Ita Sanchez, *lib. 1. de matrim. disp. 9 num. 7. & lib. 4. sum. cap. 1. num 13.* Azorius *part. p. lib. 11. cap. 4. quæst. 2. & cap 12. quæst. 9.* Suarez, *lib. p. de voto, cap. 4. num. 2.* Reginaldus, *lib. 18. num. 261.* Aragonius, *2. 2. quæst. 88. artic. p.* Bonacina, *de præcept. disp. 4. quæst. sec. pun. p. num. 14.* Layman, *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 4 cap. p. num. sec.* Molfesius, *to. p. sum tract. 11. cap. 14. num. 22.* Fillincius, *tract. 26. cap. p. num. sec.* & alij.

An vouens possit se obligare ad solam venialem culpam, vel pœnam, in materia graui? Dub. 5.

26 Negatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia in voto, non est in potestate vouentis se obligare ad culpam mortalem, vel venialem; vel ex obiecti magnitudine id præstandum esse: quia quamuis obligatio voti, & promissionis, quò ad exercitium, pendeat ex vouentis intentione, quātitas verò obligationis sumitur ex natura rei, iuxta materiæ qualitatem. Ita Sotus, *lib. 7. de iustit. quæst sec. num. sec. versic. Per hæc ad id* Corduba, *quæstion. 188. sum. dub. p.* Vasquez, *1. 2. disp. 158. cap. 4. nu. 34.* Beccanus, *1. 2. tract. 3. cap. 6. quæst. 3.* Suarez, *to. 3. de relig. lib. 10 cap. 14 num. 13.* & alij.

27 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia, quamuis non sit in vouentis potestate in materia leui se obligare ad mortale, vt in Tract. de legibus diximus: At in quacumque materia graui, potest se ad solam veniale culpam obligare; vt in dicto Tractatu probauimus: quia promissio est lex priuatiua, quam promittens sibi imponit: At Legislator potest sub veniali velle obligari. Et sicut Legislator potest in materia graui obligari tantum sub veniali, vt dicunt Merolla, *to. sec. disp. 4. cap. 3. num. 315* & alij. Ita etiam idem potest facere vouens. Sic Henriquez, *lib. 5 de matrim. cap. 11 num. 5.* Sanchez, *lib p. de matrim. disp. 9. num. 6 & lib. 4 sum. cap. p num. 3.* Salas, *de leg. disp. 10 sect. 7 num. 35.* Suarez, *sibi cōtrarius, tom. 2. de relig. tract. de voto lib. 4. cap. 4. num. 6.* Bonacina, *de præcep. disp. 4. quæst. 2. pun. 5. § 4. num. 7.* Merolla, *to. 2. disp. 4. cap. 3. dub. 29. num. 318.* Molfesius, *to. 1. sum. tract. 11. cap. 16. num. 38.* Diana, *part. 3. tract. 6. resolut. 91.* Fillucius, *tract. 26. cap. 3. quæst. 3. num. 8.* & alij.

(∴)

Dubi-

Dubitatur: An in potestate vouentis situm sit, non solum ex rectitudine virtutis Religionis, sed etiam ex peculiari rectitudine illius virtutis, cuius actui vouet se ligare: vt est quærere, An vouens ieiunium, possit se obligare vltra Religionis virtutem, ex virtute abstinentiæ, cuius actus est ieiunium?

28 Affirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia vouens est quidam Legislator voluntarius, legem sibi præscribens: ergo nihil obstat, quo minus vltra Religionis obligationem, ex voto consurgentem, possit se peculiari lege alterius virtutis obligare. Sicut Legislator aliquid præcipiens, obligat precepto virtutis, cuius est ille actus. Ita etiam vouens potest, tamquam priuatus Legislator, sibi priuatim per votum iniungere obligationē alterius voti, ad quem pertinet materia illius voti: consequenter violando votum, committit duplex peccatum, necessario explicandum in confessione. Ita Valentia, 2.2. *disp.6 quæst 6. pun.4. conclus.2.* Sayrus, *in Clau reg. lib.6. cap.6 num.8.* Sanchez, *to.1. sum. lib.p. cap 11. num.6 & 13.* Bonacina, *de præcep disp 4. quæst 2 pun. 5. §.4. num 11.* Molina, *to.2. de iustit. disp. 262 ad finem.* & alij.

29 Non autem, ait Sanchez, potest vouens, ex rectitudine alterius virtutis, ad quam ille actus pertinere nequit: vt si voueat eleemosynam, potest se obligare vltra virtutem Religionis, ex virtute misericordiæ, ad quam eleemosyna pertinet: at non potest se ad illam obligare, ex virtute castitatis, aut fortitudinis.

30 Secunda opinio negat. Cuius ratio est: quia homo non potest sibi legem imponere, quæ ex potestate iurisdictionis procedat, vt per se notum est, quia non habet iurisdictionem in seipsum: at imponere obligationem, & præceptum obligans ex quacumque materia, secundum exigentiam eius, pertinet ad potestatem iurisdictionis. Quod ex eo patet quia nullus homo potest hoc genus obligationis alteri imponere, nisi habeat iurisdictionem in illum: etiam si aliunde possit illi præcipere ex promissione aliqua humana inter illos, ratione cuius poterit exigere fidelitatem, vel iustitiā: non tamē imponere necessitatem temperantiæ, propriam, vel alterius virtutis, quam tamen potest Superior per potestatem iurisdictionis. Ita Suarez, *to.2. de relig. lib.5. de voto, cap.3. in fine.* Merolla, *to.1. disp 2. cap.7. dub.5. num.132.*

An qui fictè vouit, peccet mortaliter? Dub. 6.

31 Qui vouet, cum animo non adimplendi, peccat grauiter, aut leuiter, iuxtà grauitatem materiæ. Ratio est quia hic ex duplici capite interuenit culpa: Alterum, ex ratione mendacij; promittendo exequi contra vouentis mentem, quæ est non exequendi: & ex hac parte, nō semper est culpa mortalis. Alterum caput est, quia votū illud obligat, ad exequendam rem promissam: quia, cum adsit animus illius non exequendæ, peccatur contra votum: ergo ex hoc capite, tale peccatum erit is animus, quale est non adimplere id votum. Vndè, in materia graui erit mortalis; venialis verò in materia leui. Ita Palatios, *in 4. dist. 38. disp.p.* Alcozer, *cap.15. sum fol. 55.* Molfesius, *to.p. sum. tract. 11. cap. 14 num.22.* Reginaldus, *lib.18. num.262.* Sanchez, *lib.p. de matrim disp.9.* Bonacina, *de præcep. disp.4. quæst.2 pun.p. num. 15.* & alij.

32 Qui verò fictè vouit, absque animo vouendi, aut se obligandi, mortaliter peccat, dicunt Aragonius, 2.2. *quæst. 88. artic.p.* Rodoriquez, *part.2 sum cap 92. num 5.* Nauarrus, *cap.12. sum Hyspan. num.38* Toletus, *lib.4 sum cap.17. num. 6.* Emanuel Sà, *v. votum num 6* & alij.

33 Sanchez verò, *lib 4 sum cap 1. num 38* Bonacina, *de præcep. disp.4. quæst.2. pun. 1. num. 15.* Reginaldus, *lib. 18. num. 261.* & alij, dicunt: Venialiter peccare; facit enim aliquam Deo irreuerentiam: & hoc habet locum, quatenus est votum simplex: quia in voto solemni erit peccatum mortale, propter scandalum, aut damnum Religionis: nisi fortè iustam habeat causam, fictè vouendi: vt, si per metum inducitur ad votum.

An Votum, irritum ex quavis causa, firmetur, ignorando, priùs fuisse irritum? Dub. 7.

34 Affirmatiuè respondetur. Ratio est: quia ratificatio voti nihil aliud est, quam noua promissio: Sicut ergo, ex promissione, facta Deo, consurgit obligatio voti, ita etiam ex ratificatione. Ita San-

Ita Sanchez, *lib 4 sum. cap. 1. nu. 39.* Lessius, *lib 2. cap. 40. dub. 11. num. 19.* Nauarrus, *cap. 12. sum. num 71.* Rosella, *v. votum 2. num. 13. & v. matrimonium 4. nu. 5* Siluester, *v. matrimonium 4. §. 10.* Azorius, *lib. 1. cap. 18 quæst 8.* idem Sanchez, *lib. 1. de mat disp. 16 num. 7.* Bonacina, *de præcep disp. 4. quæst. 2. pun. 1. nu. 16.* & alij.

45 Limita hanc opinionem: Modo ratificans sciat, aut credat, votum, quod ratificat, esse inualidum: nam si credat, votum esse validum, cum alioquin sit inualidum, non efficitur validum per ratificationem: quia nihil est magis contrarium consensui, quam error: vouens autem intendit consentire in votum, vt prius factum: quod cum sit inualidum, inualida est ratificatio, consequẽter vouens, si postea comperiat, primum votũ esse inualidum, & non obligare; non solum non tenebitur stare primo, verum etiam neque secundo, quod est ratificatio prioris: nisi fortè in ratificatione habuerit intentionem ratificandi, & cõfirmandi primum votum. Dubitans illud esse validum, aut intendens ratificare, etiam si primum fuerit inualidum, tunc tenebitur stare voto: quia in hoc casu adest absoluta intentio se obligandi, etiam si prius votum non obligaret. Ita Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 1 num. 4.* Bonacina, *d. pun. 1. num. 16.* Corduba, *quæs. 146. num. 147.* Rodoriquez, *part. 2. sum. cap. 99 num 7.* Vega, *lib. 5. sum. cap. 97. cas. 18.* & alij.

DE VOTO INVOLVNTARIO. Cap. 2.

AN error, seù dolus circa causam emittendi votum simplex, reddat illud irritum? Dub. 1.

An quando nõ est error tempore voti, vel iuramenti, circa substantiales eorum circumstantias, seù difficultates, sed postea illa mutantur, desobligent votum, & iuramentum, rebus sic mutatis? Dub. 2.

An quod diximus de voto simplici, quod reddatur irritum ob errorẽ circa causam finalem, dicendum etiam sit de voto solemni, vt de professione Religionis? Dub. 3.

An metus grauis, iniustè incussus, gratia extorquendi voti, illud irritet iure natural? Dub. 4.

An metus grauis, iniustè incussus, gratia voti extorquendi, irritet illud, saltem iure Ecclesiastico? Dub. 5.

An metus viri constantis, iustè illatus, ad extorquẽdum votum, illud irritet? Dub. 6.

An metus, non cadens in virum constantem, quando est causa, sinè qua votum non emittatur, illud irritet? Dub. 7.

An error, seù dolus circa causam emittendi votum simplex, reddat illud irritum? Dub. 1.

1 CAsus hic est: Aliquis, existimans, se re familiari destitutum esse, votum religionis emittat, cum tamen verè diues sit, vel cesset ante ingressum illa paupertas.

2 Prima opinio absolutè ait: Cessante causa voti, non cessare obligationem eius: & hoc, *ex cap. ex parte*, vbi declaratur, Votum fuisse validum, licet causa cessauit. Tum quia in voto, absque matura deliberatione emisso, cessat debitus voti finis, nimirum, honor Dei, cum sit peccatum veniale sic vouere. Ita Glossa, *in cap. magnæ de voto verb. vt venerit.* vbi Antoninus, *num. 15.* Hostiens, *num. 10.* & alii.

3 Limitant aliqui hanc opinionem, nisi causa sit voto expressa, *l. si repetendi C. de condit. ob car. & l quidquid ad string endæ ff de verb. obligat* vel nisi à iure subintelligatur, *l. stipulationem ff. de iure dot.* quia tunc dicunt, ea cessante, cessare votum.

4 Secunda opinio ait: Si cessatio causæ superueniat voto, non extinguit obligationem voti. Secùs, si à principio falsa esset causa. Cuius ratio est: quia in posteriori euentu votum caruit principio obligationis, & ideò non est mirum, si ex defectu illo reddatur irritum. At in priori fuit semel efficax, & per consequens, defectus causæ superueniens nõ debet illud irritare; quoniam, faciliùs impeditur, rem validè fieri, quam, semel validè facta, valore suo destituatur. Ita Archidiaconus, *in cap. magna, de voto, nu 13. notab. 15.* Et quo ad posteriorem partem videtur sequi Molina, *tom. 1. de iustit. tractat. 2. disput 209. versicul. hoc loco.*

5 Tertia opinio ait: Errorem causæ finalis, seù eius cessationem extinguere obligationem voti simplicis. Secùs verò,

rò, si causa sit impulsiua. Ratio prioris est: quia, quando causa est finalis, quia scilicet vouens non absolutè eam rem promissam vult, sed per modum vnius, cum illo fine: v.g. Petrus existimans, filium esse in extremo vitæ discrimine constitutum, vt incolumitatem eius cõsequatur, vouet peregrinationem Romanam: tunc Petro non est voluntaria absolutè peregrinatio illa, nec ab eo fit absolutè promissa, sed per modum vnius cum euasione filij ab eo periculo: si ergo ille finis non extet, quia falsum est periculum illud, vel tempore promissionis filius obierat, votum non erit validum, ac proindè non obligabit. Confirmatur: quia cessante causa finali deficit intentio vouentis: nam deficit proprium, ac formale, & principale motiuũ eius: causa enim finalis est quasi obiectum formale, & motiuum intrinsecum actus, per votum promissi (vt ait Merolla, *lib* 1, *cap*.2.*num* 713.) vndè cessante illo, cessat obligatio voti. Ratio posterioris est: quia, quando est error circa causam, quæ licet ad vouendum impellat; non tamen est finis, principaliter intentus: v.g. Vouet quis, Romam peregrinari ob Dei honorem, inducitur tamen ad vouendum, gratia inuisendi fratrem, quem ibi falsò esse existimat; vel licet tunc adesset, iam abijt: quamuis certior fiat de absentia fratris, tenetur ad votum: eo quod finis per se, ac principaliter intentus adsit, licet causa impulsiua deficiat. Probatur etiam, *ex cap magna de voto*, vbi deciditur: Validum fuisse votum peregrinationis Ierosolymitanæ, licèt defecerit causa impulsiua, concomitans finem illius voti, nimirum, tractare cum Campaneæ Duce, de eiusdem Ecclesiæ liberatione. Tum quia, cessante causa finali legis, cessat lex: non autem cessante impulsiua, vt dicunt communiter Doctores, in materia de legibus: Votum autem est veluti quædam lex, quam homo sibimet imponit: ergo, &c. Ita Tiraquellus, *trac. cessante caus. limit.* 1 *num*.20. Antoninus, *cap. ex parte il.* 2. *num* 14. *de conuersat. coniug*. Panormitanus, *cap magne num*. 14. *de voto*. Angelus, *v. votum*, 3. *num* 5. Siluester, *v. votum* 2. *quæst*. 8. Azorius, *part* 1. *lib*.11.*cap*.15. *quæstion*.13. Rodoriquez, *part*.2.*sum. in* 1 *edit cap*.100 *nu*. 2. Suarez, *tom*.2. *de relig. tractat. de voto, lib*.4.*cap*.18. Sanchez, *lib*. 10. *de matrim, disp*.9.*num*.16. & *lib* 4 *sum cap*.2.*nu*.41. Merolla, *tom*.1.*disp*. 1. *cap*. 2. *num*.773. & alij.

6 In dubio autem, An causa cessans fuerit finalis, an impulsiua? præsumitur, eam fuisse impulsiuam, ac proindè non esse obligatio voti: quia in omni voto, causa finalis videtur esse cultus Dei, mediante illa re promissa, hoc est, cultus Dei, vt exercendus per talem actum virtutis, quia à mouente promittitur: cœteræ autem causæ censentur impulsiuæ. Ita Sanchez, *lib* 10 *de matrim. disp*.9 *num* 17 Rebellius, *de oblig iust part*.2.*lib*. 18 *quæst*.12 *num* 6. Merolla, *to*.1. *disp*.1. *cap* 2.*num* 780. Azorius, *par*.1 *lib*.11.*cap*. 15 *quæst*.13. Siluester, Angelus, *citati*, & alij.

7 Si verò votum duplicem habet causã impulsiuam; quamuis vna cesset, obligabit votum: Nisi vouens intenderit, aliter non se obligare, nisi illa duplici causa existente: v.g. Promisi Deo dare eleemosynam Sacerdoti pauperi, & intuitu misericordiæ, & intuitu Religionis: & interim fit diues: cessat ratio misericordiæ, non tamen cessat votum, cum non cessat ratio Religionis. Ita Azorius, *pa*. 1 *lib*.11.*cap*.15 *quæst* 13. Siluester, *v. votum* 2. *quæst*.8. Angelus, *v votum* 3 *num*.23. Sanchez, *lib* 10 *de matrim disp* 9.*num*.17 Merolla, *to*.1 *disp*.1.*cap*.2.*num*.781. Suarez, *tom*.2. *de relig. tract. de voto lib*.4 *cap*. 18.*num*.10 & alij.

8 Quando dubitatur: Quæ nam fuerit intentio vouentis? tunc recurrẽdum est ad verba, quibus, votum emissum fuerit: Nam si quis dicat: Voueo, subuenire tali Sacerdoti, necessitatem petenti: certè videtur omninò respexisse ad misericordiam, quæ licet plus mouerit coniuncta Religioni, tamen videtur principaliter mouisse, & circumstantiam personæ fuisse tantum impulsiuam. Si tamen voueat, dare tali Ecclesiæ pauperi calicem: quia respectu loci sacri, non solet principaliter mouere paupertas, sed Religio, ideo verisimiliter est, Religionem ibi esse causam principalem, & circumstantiam paupertatis fuisse impulsiuam: & ideo, hac sola cessante, non cessat tale votum. At si dicat: Voueo restituere tali loco pio rem talem, quæ sua est, vel illi debetur: si postea constet non esse suam, nec deberi, non obligat votum.

Nota,

9 Nota, quod aliquando causa mouendi, non coincidit cum materia voti, sed est omnino intrinseca, vt in præsenti dubio hucusque locuti sumus. Aliquando coincidit cum ipsa materia voti, ita vt sit ipsamet res promissa, vel pars eius: vt quando quis vouet Religionem, vel peregrinationem, & impulsus desiderio sustinendi labores illius; & tunc, si error sit circa rem modicam; quia scilicet labor est paulo minor, obligat votum: Secùs verò, si sit circà rem notabilem: v.g. Si quis falsò existimans, Ierosolimam distare centum leucis, cum tamen distet plusquam quincentis, quam ob causam peregrinationem Ierosolymitanam vouet, non ligatur voto. Secùs, si tantum distaret centum, & decem. Ratio est: quia in priori casu cessat consensus voluntatis: cum nil magis contrarium consensui sit, quam error, *l. si per errorem ff. de iurisdict. omn. iud.* At in posteriori, non censetur cessare: ea enim existimatio, non potest error, qui consensus aduersatur, nuncupari; cum in re modica sit: res autem, circa quam est error, esse parui, aut magni momenti, vt ex eo irritetur, aut non irritetur votum, non est absolutè, & in se spectanda, sed respectu ipsius materiæ voti: ac proindè modicus error in quodam voto, erit magnus in alio. Ita Sotus, *lib. 7. de iustit. q. 1. artic. 2. versic. sciscitaris autem.* Aragonius, 2.2. *quæst.* 88. *artic. 1. versic. infero tertio.* Lopez, *part. 1. cap. 56. in fine.* Rodoriquez, *part. 2. sum. cap.* 92. *nu.* 4. Sanchez, *lib. 10. de matrim. disp. 9. num.* 13. & *lib. 4. sum. cap. 2. num.* 11. Suarez, *to. 2. de relig. tract. de voto, lib. 1. cap. 11. à num* 8. Aluarez, 1.2. *disp.* 157. *num.* 6. Merolla, *to. 1. disp. 1. cap. 2. num.* 794. & alii.

10 Quando votum est irritum ob errorē notabilem circa materiam promissam, erit similiter irritum circa accessoria; quamuis illorum notitia habita sit. Vt, si quis existimans, Romam distare triginta millaribus, cum tamen distet plusquam centum, voueat illuc peregrinari, sacco indutus: nec tenetur ad sacci indutionem, neque ad iter illud triginta milliarium, in quibus non errauit: quia neutrum principaliter, & independenter promissum est, sed accessoriè, & dependenter à Romana peregrinatione: ac proindè principali destructo, corruit accessorium, quod eius naturam sequitur, *Regul. accessorium de reg. iur. in 6.* & docent Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 2. num.* 15. & Merolla, *tom. 1. disp. 1. cap. 2. dub. 21. numero* 797.

An quando non est error tempore voti, vel iuramenti circa substantiales eorum circumstantias, seu difficultates, sed postea illæ mutantur, de obligent votum, & iuramentum in rebus, sic mutatis?

Dub. 2.

11 PRima opinio ait: Nemo per votum, aut iuramentum promissionemue quamcumq; obligatur vltra id, ad quod se obligare voluisset, si id aduerteretur dum promisit. Cuius ratio est: quia liberalis promissio non est extendenda vltra promittentis intentionem: at intentio huius est, nolle se in eo euentu obligare: sicut enim in generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset in specie vniuersaliter concessus, *Regul. genel. de regul. iur. in 6.* ita, in promissione absoluta non veniunt euentus, quos exciperent promittentes, si in speciali cum his, vel alijs circumstantijs sibi proponerentur. Confirmatur: quia, votum est lex quædam priuata, quam vouens sibimet imponit: At in legibus locum habet Epicheia, ad excipiendos euentus, tamquam in lege non comprehensos, quos Legislator sibi occurrentes exciperet. Ita Abbas, *cap. veniens num. 4. de iur. iurand.* vbi Innocent. Hostiens, *in sum. eodem titul. num. 3. versic. item si iuro stare.* D. Antoninus, 2. *part. tit. 10. cap. 6. §. 5.* Angelus, *v. iuramentum 4.* Siluester, *v. votum 2. quæst. 17. in fine.* Armilla, *v. iuramentum num. 25. in fine.* Nauarrus, *cap. 18. num. 9. in fine.* Molina, *to. 2. de iustit. disp. 272. versic. deinde eorum mutatio.* Henriquez, *lib. 11. de matrimon. cap. 14. in fine,* & alij.

12 Hanc regulam impugnant aliqui: quia ea retenta, nullus esset in rebus humanis firmus contractus: quippe, sæpe cōtingunt aliqua, quæ si fuissent præuisa, contractus non celebrarentur; nec ad eum euentum contrahentes se obligassent. Confirmatur: quia non satis est forè, vt si quis aduerteret velle, aut non velle, sed opus aliquo actu de præsenti in uoluntate, saltem virtuali, quo volūtas velit, aut nolit illud: sicut non suffi-

 cienter

cienter colligitur, dispositum esse à Testatore, vel ab alio aliquid, ex eo, quod certissimum sit forè, vt si aduertisset, ita disposuisset: sed requiritur, vt ex verbis dispositionis, ita deducatur, fuisse disponentis voluntatem, vt dicunt Baldus, *in leg. vnicanum 10 in fine C. de his, quæ ante apertas tabulas* Decius, *consil. 15. num 6.* Soccinus, *iunet. consil. 4 num. 14. vol. 3* Paris, *cons 44 num. 24 volum 2.* Ruinus, *cons 74 num 11 lib. 1.* Caietanus, *2. 2. quæst 88 art. 3. versic Adhoc dicitur, quod de voto, & in sum. v. votum cap. penult. in fine* Sotus, *lib. 7 de iustit. quæst. 2 artic. 1. ad 3 versic Ex his quæ.* Suarez, *to. 2 de relig. lib 4. de voto ca. vltim. num. 7.* Valentia, *2. 2. disp. 5 quæst 20. pun 4 in fine*, & alij.

23 Si vtramque sententiam conciliemus, certissimum est: rebus mutatis, excusari quempiam à voti, & iuramenti, vel promissionis obligatione. Quod in promissione docuit Seneca, quem refert, & sequitur D. Thomas, ab omnibus receptus, *in 2. 2. quæst 110. artic 3 ad 5.* & fatētur vniuersi, etiam si promissio illa, voto, vel iuramento sit firmata. Hæc enim intelliguntur, rebus in eodem statu permanentibus, vt constat, *ex cap. quemadmodum*, & ex aliis testibus, & Doctoribus, quos refert, & sequitur Guttierez, *de iurament part 1. cap. 19. num. 6. & cap. 71. num. 6.* Non tamen quęcumque rei promissæ mutatio satis est, vt votum, vel iuramentum, vel promissio deobliget; sed exigitur notabilis mutatio, quod per se notum est, ait Henriquez, *lib. 11. de matrim cap. 14 num 1 in fine.*

Hinc patet, quid intelligendum sit de illa Regula, quam multi Doctores tradunt, quæ sic habet. Id liberat voti, & iuramenti obligatione, quod si à principio accidisset, aut non fuisset, impediat ea fieri.

14 Respondetur: quod hæc Regula non est intelliganda de impedimento voluntatis vouentis, quasi quidquam eam à vouendo, vel iurando retraheret, si euenturum præsciretur, excusat à voti, & iuramenti obligatione: sed intelligēda est de impedimento, respectu materiæ voti, vel iuramenti; ita vt sensus sit: omne id, quod ante votum, vel iuramētum redidisset materiam promissam, inhabilem ad eorum producendam obligationem; si postea superueniat, illa irritare. Vt, si non valerent, quando materia esset ab initio mala, simpliciter impossibilis, indifferens aut maius bonum impediret; ita, si quæ à principio erat legitima materia, efficiatur postea mala, indifferens, & omninò impossibilis, aut maius bonum impediens, efficiet, vt cesset obligatio. Ita Valentia, *2. 2. disp. 6 quæst 6 pun. 4 colum 8* Garzias, *de contract part 1. cap. 3 fol 36.* Sotus, *lib. 7. de iustit quæst 2 artic. 1. ad 3. versic. ex his quæ dicta sunt.* Caietanus, *2. 2. quæst 88 artic. 3. colum penult. & in sum. v. votum cap penult. statim in principio* Sanchez, *lib. 4 sum. cap 2. num. 14.* & alij.

15 Vndè, quando impedimentum, implendi voti, est perpetuum, quod postea superuenerit, cessat obligatio voti. Secus, quando est ad tempus; quia sublato impedimento, votum est adimplendum: v. g. si quis dum esset diues, promisit eleemosynam; & in eam egestatem deuenit, vt implere nequeat, excusatur pro tunc: at si postea pinguiorem fortunam adipiscatur, tenebitur implere. Ita D. Antoninus, *2. tit 11. cap. 2. §. 4.* Molina, *to 2 de iustit. disp 172. colum. 4 notab 2.* Paludanus, *in 4. dist 38. quæst. 3. artic. 4 conclus 2. num. 24.* Sanchez, *lib. 4 sum. cap. 2. num 24* & alii.

16 Vndè etiam, qui habet votum Religionis, si factus fuerit senex sexagenarius, non tenetur ad votum; cum enim senectus ipsa per se sit morbus, sicut habens impedimentum morbi perpetuum post votum superueniens, non tenetur ad votum Religionis, sed liber ab illo manet, vt dicunt Sanchez, *lib. 4 sum. cap. 16. num 36.* Sotus, *lib 7 de iustit quæst. 2. artic. 1. ad 3.* & Aragonius, *2. 2. quæst 88 artic. 2. ad 3.* Ita, qui in senectutem incidit, liber erit à voti obligatione, de ingredienda Religione. Ac proindè, si quis vouerit, vel iurauerit, se ingressurū Religionem, si castitatem, non seruauerit; non obligabitur, ad ingrediendam Religionem, si in senectute contra castitatem peccet; cum tamen conditio posita fuerit: siquidem, cum sit negatiua, vtque ad mortem poni possit, ac proindè votum confirmari videatur. Respondetur Primò: per accidens istum tunc nō teneri ad ingressum Religionis, cum (moraliter loquendo) in ea ætate non soleant homines ad illam esse habiles, nisi tanta esset viri auctoritas, vt, non obstante ea senectute, iudicaretur valdè Religioni vtilis. Respondetur Secundò: illud

illud tempus futurum vsque ad mortem in eo casu intelligendum esse moraliter, idest, vsque ad tempus habile ingressus Religionis: Cum igitur sexagenarius nõ sit in tempore ad Religionis ingressum requisito, pro mortuo reputatur respectu talis voti. Ita Fagund. *to. 1 Decalog. præcep. 2 lib. 1 cap. 9 num. 9.* & Diana, *part. 9 tract. 8 resolut. 1.* Lopez *part 1 cap. 42 calum. 1.* Sotus, *lib. 7 de iust. quæst. 7. artic. 2 colum. 6.* & alii.

18 Non tamen tenetur ad votum Religionis ille, qui à Summo Pontifice fuit dispensatus, ratione infirmitatis, si postea conualuit; quia licèt cesset causa finalis dispensationis, adhuc valet dispensatio. Vndè etiam si Sacerdos Beneficiarius fuerit dispensatus ab onere recitandi Horas Canonicas ex infirmitate oculorum; si postea conualuerit, non tenetur sub mortali recitare Diuinum Officium: quia, dato quod cessauerit omninò causa finalis dispẽsationis, post quam dispensatio fuerit exequutioni demandata, adhuc tamen valet dispensatio. Ita Auctor casuum conscientiæ, Bononiæ, *discursorum, anno 1633. mense Maÿ cas. 1 fol 35.* Diana, *part 6. tract. 7. resolut. 45.* Zambellius, *in Repert. moral. versic. Dispensatio num. 5.* & alii.

Dubitatur: An si vouens fuerit in mora soluendi, & postea superueniat impedimentum, teneatur illud per alium adimplere? Dub. 2.

19 Prima opinio ait: Teneri per alium adimplere, aut commutationẽ procurare. Ita Abbas, *in cap. Iicet, num. 14.* D. Antoninus, *part. 2 tit. 11 cap. 1 §. 4.* Angelus, *v. votum 3 num. 7* & alij.

20 Secunda opinio, quæ est vera, ait: Non teneri per alium adimplere, neque commutationem procurare. Ratio est: quia, quando se obligat ad votum, ductus aliquo fine, non se obligat ad procurandum, ne finis ille, culpa sua desit: & cum fuisset in mora, ad solum pœnitẽtiæ negligentiæ dolorem obligat. Vndè si quis vouet dare certum Equum Ecclesiæ, & postea existens in mora adimplendi voti, perdat Equum, etiam culpa sua, non tenetur ad aliquam compensationem, sed tantum de præterita culpa pœnitentiam agere: quia votum non obligat ex iustitia, sed tantum ex Religione, cuius transgressio obligationem restituendi non adducit. Ita Nauarrus, *in manual. num. 15.* Suarez, *to. 2. de relig. tract. lib. 4. cap. 15. num. 9.* Bonacina, *de præcep. disp. 4 quæst. 2 pun. 5 §. 3. num. 1.* Filliucius, *to. 2. tract. 26. cap. 5. num. 132.* Merolla, *tom. 1. disp. 1 cap. 2. num. 784.* & alij.

An id, quod diximus de voto simplici, quod reddatur irritum ob errorem circa causam finalem, dicendum sit etiam de voto solemni, aut de professione Religionis? Dub. 3.

21 Prima opinio ait: Errorem circa causam finalem irritare etiam professionem Religionis. Cuius ratio est: quia professio Religionis non minus liberum consensum desiderat, quam votum simplex: sed votum simplex, ex errore causæ finalis, irritum redditur ex defectu liberi consensus: ergo, &c. Ita Anton. *in cap. ex parte el. 2. num. 14 de conuersat. coniug.* vbi Abbas, *num. 4.* Cardinal. *num. 5. opposit. 2.* Rosella, *v. diuortium num. 7.* Lancellotus, *instit. iuris. canon. lib. 2. tit. de diuor. paulo post princip. v. falsa.* & alii.

22 Secunda opinio distinguit, scilicèt: Quando dolus est commissus à Prælato Religionis, irritat professionem. Secùs, si ab alio commissus sit. Cuius ratio est: quia dolus, dans causam contractui, irritat contractum, quando alter contrahens est particeps doli. Secus verò, si committitur tantum dolus ab aliquo tertio, vel proueniat ex propria opinione decepti: at professio Religionis videtur quidam contractus, quo professus se obligat, & tradit Religioni: & è contrà Religio se obligat alere professum. Ita Bartolus, *recep. authent. ingressi num. 18. C. de Sacrosanct. Eccles.*

23 Tertia verò opinio ait: Professionem non irritari, siuè ex dolo, siuè ex causa error fiat: quia, *in cap. final. quæst. 3. quod est ex consil. magotiens*, decernitur: Professionem, dolo Monachorum factã, esse validam: at in doli pœnam, priuandus esset successione hæreditatis illius professi. Tum quia, omnes contractus onerosi, ex errore, seù dolo dantis causam contractui, celebrati, sunt validi, spectato solo iure naturali, nisi contingat error circa substantiam contractus: ergo idem dicendum est de professione Religionis, quæ est veluti quidam

dum contractus onerosus, initus inter Professum, & Religionem: sed nullum extat ius positiuum, quod professionem dolo initam, irritauerit: ergo valida est. Minor probatur: quia nullum aliud ius ostendi potest, nisi *l. & eleganter ff. de dolo*, vbi irritantur contractus omnes bonæ fidei, ex errore, siuè dolo, dantis causam contractui, celebratis, quando alter contrahentium est doli particeps: At illa, cum sit ciuilis, non comprehendit professionem Religionis, quę est materia Ecclesiastica, & proindè ad solum Pontificem spectat eam irritare, sicut, & matrimonium. Immò, esto lex ciuilis posset illam irritare, adhuc non comprehenderetur sub illa generali irritatione contractuum: sed requireretur specialis de ea mentio, quia est contractus qualificatus, & per consequens speciali nota dignus. Ita Glossa, *in cap. ex parte el. 2. v. falsa de conuers. cōiug. & cap. dudum, v. spes, eod. tit.* vbi Antoninus, *nu.* 35. Archid. *num.* 11. Panormitanus, *cap. cum dilecti num.* 7 *de expt. v. vend.* Ioan. de Fiburgo, *sum. confess. lib.* 4. *tit.* 9. *quæst.* 6. Beroius, *cap. in præsent. de probat. num.* 123. Nauarrus, *lib.* 3. *consil. in* 1. *edit. tit. de conuers. coniug. consil.* 3. *num.* 4. Euarard. *in suis topic. loco à matrim. spiritual. ad carnal. num.* 1. *in fine.* Ioa. Camill. Bilot. *in tract. de absolut. à iurament. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 21. Mantica, *de tacit. & ambig. connent. lib.* 1. *tit.* 9. *num.* 34. Rodoriquez, *part.* 1. *sum. cap.* 28. *num.* 3. Sanchez, *lib.* 10. *de matrim. disp.* 9. *num.* 20. Merolla, *to.* 1. *disp.* 1. *cap.* 2. *num.* 8. & 9. & alii.

24 Limitant aliqui hanc sententiam, nisi talis dolus sit, qui virum prudentissimū falleret: quia, sicut non quicumque metus professionem annullat, sed cadens in virum cōstantem: ita neque quicumque dolus, sed is, qui virum prudentissimum falleret. Tum, *ex cap. cum dilectus de his, quæ vis.* ibi, *cum talis dolus, non tam ad circuentionem prædictorum circestientium, quam ad fatuitatem eorum debeat retorqueri*: Ergo, à contrario sensu, quando dolus non pertinet ad fatuitatem, sed ad hominem prudentem meritò caderet, vitiabatur professio. Ita Innocent. *d. cap. cum dilectus nu.* 2. Hostiens, *ad finem super verba fatuitatem.* Ioa. Andr. *num.* 2. & 3. Antonin. *num.* 19. Anchor. *num.* 6. Abbas, *num.* 12. Imola, *num.* 9. Decius, *cap. in præsentia, num.* 37. *versic. & hoc vltimum de probat.* vbi Felinus, *num.* 10. *versic. secundo sciat* Benedictus de Vadit. *in repertorio.* Felinus, *verbo professio enim* 2. Nauarrus, *cap. non dicatis* 12. *quæst.* 1. *in* 1. *edit. num.* 6. & *in* 2. *vero comment.* 2. *de regul. nu.* 31. Sforcia Odus, *tract. de restit. integra part.* 1. *quæst.* 61. *artic.* 5. *num.* 1. & alii.

25 Sed hanc limitationem reiiciunt Boerius, *cap. in præsentia, num.* 123. *de probat.* Sanchez, *lib.* 10. *de matrim. disp.* 9. *num.* 20. & Merolla, *to.* 1. *disp.* 1. *cap.* 2. *num.* 8. 15. quia si non fit dolus circa substantialia professionis, quantumuis inuincibilis sit, non irritabit professionem, sicut nec irritat matrimonium, cui in hac per sese æquiparatur.

An metus grauis, iniustè incussus, gratia extorquendi voti, illud irritet iure naturæ? Dub. 4.

26 Antequam ad dubium respondeam, sciendum est, quod votum debet esse voluntarium, & non coactum. Ratio est: quia, cum votum (vt diximus) debet esse voluntarium, vis autem, & metus tollunt voluntarium, consequenter vbi coactio, & metus est, votum esse nō potest. Ita Panormitanus, *in cap. sicut nobis de reg.* Paludanus, *in* 4. *dist.* 38. *quæst.* 1. § 1. *ad finem.* Angelus, *v. metus* § 8. Silueller, *v. metus, quæst.* 8. *artic.* 8. & *v. votum.* 2. *quæst.* 8. Sotus, *lib.* 7. *de iust. quæst.* 2. *artic.* 1. Nauarrus, *in manual. cap.* 12. *num.* 52. Aragonius. 2. 2. *quæst.* 88. *artic.* 3. Valentia, *to.* 3. *disp.* 6. *quæst.* 6. *pun.* 4. *in fine.* Lopez, *part.* 1. *cap.* 45. Angles, *in florib.* 4. *sentent. quæst. de voto, artic.* 2. *diffic.* 15. Philiarcus, *de offic. sacerd. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 18. Rodoriquez, *part.* 1. *sum. cap.* 93. Azorius, *part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 15. *quæst.* 6. Sayrus, *in Clau. regia lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 14. & alii communiter.

27 His positis, respondeo, quod prima opinio ait: Metus grauis, seu cadens in Virum constantem, iniustè incussus, gratia extorquendi voti, illud iure diuino naturali irritat. Cuius ratio est: quia votum primario fit ipsi Deo, cum homo se obligat, ac principaliter tradit: ergo non est verisimile, Deum acceptare traditionem, sibi factam coactè: quia non acceptat sacrificia coacta: ergo est inualidum ex natura rei. Tum quia, *in cap. de his, qui vi*, non irritatur professio, eo metu

metu extorta, sed tamquam irrita declaratur: & nullus textus, eam irritans, inuenitur: ergo supponit, eam esse iure diuino naturali irritatam. Ita Sotus, *lib. 7 de iust. quæst. 2 artic. 1. paulo post princip. & lib 8 quæst. 1 artic 7. colum. 17 vers. seriosus tamen* Philiarcus, *de offi sacerd. lib. 3 cap 18 tom.* & alij, & probabilem vocant Lessius, & Sanchez, locis citandis.

28 Secunda verò opinio ait: Votum non esse irritum iure diuino naturali, sed solum Ecclesiastico. Cuius ratio est: quia adest sufficiens voluntarium: nam iure naturæ ad valorem voti sufficere videtur ea deliberatio, quæ sufficit ad peccatum mortale: hæc autem adest cum metu graui, incusso ad extorquendum votum. Tum quia iuramentum, cum tali metu factum, validum est, & obligat iure naturæ, *cap. si vero iure iurando*. Præterea cœteri actus, & contractus, cum tali metu celebrati, iure naturæ sunt validi: ergo etiam votum iure naturæ validum est, quamuis sit inualidum iure Ecclesiastico, *cap. de his, qua vi*, & docent Aragonius, *2. 2 quæst. 88. artic. 3 versic. hoc tamen non obstante*. Henriquez, *lib. 11 de matrim. cap. 9. num 1. & 3.* Merolla, *to. 1. disp. 1. cap 3. num. 173.* Lessius, *lib. 2 cap. 41 dub. 7 num. 61.* Sanchez, *lib. 4 sum cap. 3. num 9.* Suarez, *lib. 6 cap. 4 num. 6* Bonacina, *de præcep. disp. 4. quæst. 2. punt. 3 §. 1. num 6.* Filliucius, *tract. 26. cap. 1 num. 10* & alij.

29 Quid dicendum de Votis simplicibus? Respondetur, quod Syluester, *in v. metus quæst. 8. in fine, & v votum, 2. quæst. 12.* Cardinalis *in cap. Abbas de his, qua vi.* Suarez, *to. 2. de relig. tract. de voto, lib. 1. cap. 8. num. 5.* Merolla, *to. 1. disp. 1. cap. 3. num. 178.* & alij, dicunt: Vota simplicia, metu facta, non esse ipso iure irrita, etiã stando in iure Ecclesiastico: & ideò obligare, donec dispensetur: quia, stando in iure naturæ, huiusmodi vota, metu facta, sunt valida, vt patet ex dictis num. 28. at nullum est ius Ecclesiasticũ, quod ea irritat: ergo, &c.

30 Alij verò melius dicunt, esse ipso facto irritum. Ratio deducitur, tum ex *cap. 1. de his, qua vi.* In quo capite, sicut irritatur votum solemne, ita à fortiori supponitur, esse irritum votum simplex, quod non adeò grauem obligationem inducit. Tum *ex cap. dilectus, de his, qua vi*, vbi decernitur: Votum fuisse validum, quia non fuerit factum per metum grauem: ergo supponi videtur, votum non fore validum, si factum sit per metum grauem. Et quamuis argumentum à contrario sensu in odiosis non valeat, vt aliqui dicunt de Irregularitate; tamẽ hic valere videtur, cum versemur in materia, quæ fauorabilis est libertati, & communior Doctorem sententia sic explicet illa iura: nec sit eadem ratio de iuramento; cum Ecclesia, & recta ratio tantam libertatem in eo non requirant, quantam in voto. Ita Sotus, *lib. 7 de iust. quæst 1. artic. 1 & lib 8 quæst. 1. artic 7 §. Seriosus tamen.* Paludanus, *in 4 dist. 38. quæst 1 §. prima definitio versic. secunda conclusio.* Aragonius, *2. 2. quæst 88. artic. 3. dub 2. conclus. 1.* Valentia, *to. 3. disp 6. quæst. 6 punc. 3.* Angles, *in floribus 4 sent. quæst. de voto artic. 1. diffic. 18 conclus. 2.* Nauarrus, *cap. 12. num. 52 versic. vigesimo primo.* Sayrus, *in Clau. regia lib 6 cap 4. num. 17.* Sanchez, *lib 4. sum. cap 3. num. 11.* Bonacina, *de præcept. disp 4. quæst 2. pun. 3. §. 1. num. 5 versic. sed nostra propositio*, & alij.

An metus grauis, iniustè incussus, gratia extorquendi Votum, illud irritet iure Ecclesiastico?

Dub. 5.

31 Negatiuè respondet prima opinio, sed irritandum dicit: quia sicut iuramentum, eo metu extortum, est validum, relaxandum tamen per Ecclesiã, ita est: quia tale votum est voluntariũ. Ita Cardinal. *in cap. 2 quæst. 1 cas. 4 de is quæ vi*, & Syluester, *v. metus quæst. 8 in fine, & v. votum*, qui addit: Dummodò, quod vouens habuerit animum se obligandi.

32 Secunda opinio ait: Professionem, ita emissam, esse irritam. Secùs autem dicit de votis simplicibus. Cuius ratio est: quia, stando in iure naturæ, huiusmodi vota facta, sunt valida, vt dicunt Doctores citati in num. 27. at nullum est ius Ecclesiasticum, quod ea irritauerit: ergo, &c. Ita Suarez, *to. 2. de Relig. tract. de voto, lib. 1. cap. 8. num. 5.* & Merolla, *to. 1. disp. 1. cap. 3. num. 173.* quo ad professionem & quo ad alia, *in num. 178.*

Excipit tamen Suarez, *in dict. cap 8. num. 10.* Votum simplex Religionis, qui existimat, per metum factum, non esse validum: & probabilem vocat Merolla, *in dict. cap. 3 num. 182. versic. his tamen non obstantibus.*

Tertia

33 Tertia opinio ait: Non tantum irritari eo metu omne votum simplex, sed etiam solemne. Ratio istius opinionis deducitur, ex dictis in num 30 & præter Doctores, ibi citatos, docent Glossa, *final. ad finem in cap. 1. de his, quę vi* vbi Abbas, *num. 11. & cap sicut nobis, num. 5. de regul.* Maior, *in 4. dist. 38 quęst. 4. col. penult.* Rosella, *v. votum 1. num 4. & v. metus, num 3* vbi Angelus, *num. 8.* Tabiena, *v. votum 1 quęst. 1* Fortunius, *de vult fine illat. 1. num 418* Palatios, *in 4. dist. 38. disp 1. dub. 6.* Medina, *lib. 1 sum. cap 14 §. 6.* Emanuel Sà, *v votum num 8 & v. metus, num. 2.* Lopez, *part 1. cap. 45. colum 4.* Philiarcus, *de offic. sacerd. tom. 1. part. 2. lib. 3. cap. 18.* & alij.

34 Etiam si vouens, verum se eo voto obligandi animum habeat; quia Ecclesia eum consensum irritat, & tamquam insufficientem reddit, vt ex eo obligatio voti oriatur. Sicut consensum Clandestinum irritat ne ex eo obligatio matrimonij oriatur: aliàs, nihil peculiare concederetur metui: nam etiam eo deficiente, votum, absque animo se obligandi, est irritum. Ita Sanchez, *num. 13.* Rodoriquez, *num. 4.* Nauarrus, *in cap. Statuimus num 17. & 19.* Sotus, Philiarcus, & alij, locis citatis.

Dubitatur Primò: An sicut professio facta, metu graui profitenti incusso, est ipso iure irrita: ita etiam dicendum sit, quando receptio ad professionem est facta per metum, cadentem in constantem Virum, quamuis Profitenti metus non incutiatur?

35 Prima opinio ait: Professionem esse nullam. Cuius ratio est: quia nulla professio est valida, nisi duæ personæ concurrant, quarum altera se obliget Religioni, tradendo se in ius eius, & obstringendo ad manendum in ea: altera Religionem obliget illi, recipiendo illum in filium, & iura reliquorum illi cōmunicando: Continet enim Professio obligationem reciprocam inter eum, qui illam facit, & qui recipit, iuxta *cap. ad Apostolicam. 16 de reg. & cap. porrectum eodem*, & docet Panormitanus, *in dict. cap. num. 10. & 11.* & Nauarrus, *lib. 3. de regul cons. 5* Debet autem hic consensus esse liber, non fraude, aut metu iniusto extortus, sicut in alijs contractibus: Vndè, si Prælatus, metu graui, iustè ad id incusso, cogatur aliquem admittere ad professionem, professio erit inualida: quia in contractibus ex vtraque parte requiritur libertas. Confirmatur: quia ad valorem professionis nō minùs requiritur admissio, & receptio, quam traditio: ergò sicut ad firmitatem professionis requiritur libertas in traditione, ita etiam in receptione. Ita Lesius, *lib. 2 de iust. cap. 41 dub. 7 num. 61.* & probabilem vocat Merolla, *loco citando.*

36 Secunda opinio, quæ est magis vera, ait: Professionem esse validam. Cuius ratio est: quia talis irritatio nullo iure habetur. Vndè, cum hæc, sola rei natura, non habetur, non possumus illam cū fundamento asserere: Etenim quod ex parte profitentis, cōsensus, metu extortus, irritus factus sit per legem, non satis est, vt idem ex parte Religionis dicamus: quia in materia adeò speciali, & odiosa, non possumus per argumentum à simili extendere ius. Tum quia, hic non intercedit ratio similis, vel æqualis, etiam si ab illa argumentari volumus: nam in Primis, vis, & metus facilè infertur pueris, & iuuenibus, ingredientibus Religionem; & ideò necesse fuit, ius canonicum huic malo succurrere: Religioni verò vix potest talis vis inferri: vel licèt possit, casus est tantum rarus, vt non opportuerit in vniuersali lege illius rationem habere: Tum quia, professio, ex parte ingredientis, est longè difficilior, & onerosior, quam ex parte Religionis, vt expressè constat: & ideò merito fieri poterit hic fauor se tradenti, non autem acceptanti: & in his multum differt inter Professionem, & Matrimonium. Vndè argumentum, ex opinione contraria sumptum, efficax non est. Ita Sanctorum de Melfa, *in expos. stat cap. 2. stat. 10. versic.* sed non placet. Suarez, *tom. 3. de relig lib. 6. cap. 4 num. 9.* & Merollę, *to. 1. disp. 1. cap. 3. num. 284.*

Dubitatur Secundò: An initiatus Ordine sacro, metu viri constantis, teneatur voto castitatis annexo?

31 Affirmatiuè respōdet prima opinio. Cuius ratio est: quia sic ordinatus characterem Ordinis recipit, cui annexa est castitas: cum igitur accessorium sequitur naturam principalis, *regul. accesf. 42. de reg. iuris in 6.* at principale valet

ſet, valebit acceſſoria ad caſtitatem obligatio. Confirmatur: quia, cum Eccleſia induxerit votum continentiæ ordini ſacro, de prædicto voto debet iudicari iuxta terminos Ordinis, cui fuit adiectũ. *l gregor. ff. de leg. il peculium ff. de legat. il 2.* vt bene tradunt Bartholus, *in l. ſi conuenerit, la 2. §. ſi nuda, num 2 ff. de primogenit.* & Baldus, *in l. etiam num 41. de iure dotum.* Docentes, adiectum alicui rei, diiudicandum eſſe ſecundum illius terminos rei: Sicut ergo, de natura ordinis eſt, vt ad characteris illius impreſſionem ſufficiat voluntas, coacta metu, eadem etiam voluntas debet ſufficere ad votum continentiæ, quod ob ordine pendet: alioquin plus requireretur in acceſſorio, quam in principali. Ita Ioan. Andr. *in cap maiores, in fine de baptiſmo.* vbi Antoninus, § *vltim num. 7.* Abbas, *dict. §. num 7* Cardinal. *in Clement. final. in fine de ętate, & qualitat.* Aluerius, *in ſuo addiction littera O. verbo ordinatus 1. verſic. Vtrum coactè ordinatus* Raimundus, *in ſum. tit de ętate, & qualit ordinis.* Suplementum, *ſummę piſanę v ordinatus 1 num. 6.* Tabiena, *v. ordo nu 1.* Paludanus, *in 4 diſt. 38. quęſt. 3. artic 4. concluſ 6. num* 8. D. Antoninus, *part. 3 tit. 14. cap. 16. in fine*, & alij.

Secunda opinio, cui ego adhæreo, ait: Sic ordinatus non teneri ad caſtitatem, & poteſt abſque alia diſpenſatione ad nuptias tranſire, ſi nolit in ordinis ſacri vſu permanere. Cuius ratio eſt: quia caſtitas perfecta, & integra, eſt res voti, non præcepti, *cap integritas, 32 quęſt. 2. & cap. pręſens 19 quęſt. 3.* Tum quia Ordo ſacer non obligat ex natura rei ad caſtitatem, ſed ratione voti, ex Eccleſiæ conſtitutione adiuncti, ſuſtinent D. Thomas, *in 4. diſt. 37. quęſt. 1 artic 1. in corpore.* vbi Riccardus, *artic. 1. quęſt. 1. in corpore.* Sanchez, *lib. 7 de matrim. diſp. 27 num. 2. &* 10. & multi alij: Votum autem expreſſum, nedum tacitum, quale ordini ineſt, irritum eſt, ſi ob metum Viri conſtantis emittatur; *cap. per latum, & cap. cum dilectus, de his, quę vi.* Confirmatur: quia licet Conſtitutio Eccleſiæ conſtringat ad caſtitatem initiatum ſacro ordine, quando ſponte ſua, ordines ſacros ſuſceperit, ac priuilegijs ſacrorum ordinum frui elegerit: quippè rationi conſentaneum eſt, vt onera quoque annexa ſubeat: vt qui ſentit commodum, ſentiat, & onus; *de reg. iuris in 6 regul. 15.* Quæ ratio, coacte ſuſcipienti Ordines, deficit, cum non ſponte ad ordines aſcenderit, nec ſubindè affectum habuerit priuilegijs clericalibus fruendi. Tum quia, Conſtitutio Eccleſiæ non obligat clericos directè ad caſtitatem, ſed ad caſtitatis votũ emittendum. Quare, qui votum illud caſtitatis in ſuſceptione Ordinis ſacri, tacitè emittit, ex voluntario voto ad eam teneatur, vt probant Sanchez, *lib 7. de matrim. diſp. 27. num* 14. Medina, *lib. 5. de ſacrorum hominum continentia, cap. 3* & alii: Eo ſolum in hoc caſu obligat conſtitutio Eccleſiæ: non autem quando hic initiatus votum non emiſit. At hic cum in ſuſceptione ordinis habuerit voluntatem contrariam, verè votum, annexum ordini, tacitè non emiſit, inſtar aliorum Clericorum: cum ergo ex voto non manſerit obligatus, irritante illud eadem Eccleſia, ratione metus, nulla ratione manebit obligatus. Ita Gloſſa, *in cap obiver bo honorem dict. 74.* vbi Archidiaconus, *in fine.* Dominicus, *in fine gloſſę cap maiores paragrap vltim. v. conditionaliter, in fine. de baptiſmo.* Cardinal. *cap maiores paragrap. vltim. numer. 1. quęſt. 1.* Aſtenſis, *part 2 ſum. lib 6 tit. 2. articul. 4 quęſt. 2. in fine.* Ioan. de Fiburgo, *ſum. conf. ſtar tit. de ętate, & qualit. ordin quęſt. 50 num. 51.* Petrus Rauenna, *in compend iuris canonic. titul. de Baptiſmo.* Roſella, *v. ordo 3. num. 6.* vbi Angelus, *3 in fine.* Nauarrus, *lib. 1 conſil tit. de his, quę vi, in priori edit conſil. 1. num. 4 & ſequent. & conſil. 3. num. 2. & conſil. 4 num. 1. in poſterior. edit. conſil. 4 num. 4. & ſequent. & conſil. 2. num. 1 & 3. & conſil. 5 num 2. & cap. 22. ſum. num. 51. in fine, & num. 52.* Riccardus, *in 4 diſt. 25. articul 4. quæſtion 2. ad 3.* Maior, *in 4. diſt. 24 quæſt 2. in ſolut. ad ſec.* Sotus, *in 4 diſt. 25. articul. 1. ad 1.* Henriquez, *lib. 10 de ſacrament. ordin. 14. num 3. & lib. 11 de matrim. cap. 3. num 9. in comment. littera Q.* Rodoriquez, *part. 1 ſum. 2 edit. cap. 224. num. 5. & part. 2. cap. 96 num 4. concluſ. 4* Azorius, *lib. 13. cap 14. quæſt. 8.* Viualdus, *in cand. ſacrament part 1. vbi de ſacrament. ordin. numer. 26.* Emanuel Sà, *v. ordo, num. 24.* Vega, *tom 2. ſum. cap. 57. caſ. 6.* Sanchez, *lib. 7. de matrim. diſput. 29. numer. 5 & lib. 4. ſum. capit. 2. num. 18.* Bonacind, *de matrimon. quęſt. 3. pun. 9. numer. 11. & 12.* Villalobos, *tom. 1. tract. 14. difficult. 19. numer. 4.* Diana, *part. 3.*

Zzzz

part. 3. tractat. 4. resolut. 193. Barbosa, in collect. tom. 1. lib. 3. titul. 42. cap. 3. num. 18. Tancredus, lib. 7. de matrimon. disp. 29. num. 2. & alii.

An metus, sufficiens ad irritandum votum, excuset à transgressione voti, si incutiatur alicui, vt votum transgrediatur? Dub. 6.

39 CAietanus, 1.2. quæstion 96. articul. 4. & 2.2. quæstion. 125. articul 3. & in opuscul to 3. tractat 8. & Henricus Bost. de Synodo Episcop. part. 2. articul. 1. num. 271. loquentes de lege, dicunt: Leges humanas, obligantes ad mortale, obligare ad sui obseruantiam, etiam cum mortis periculo, præsertim eas, quæ propriè ad religionis cultum pertinent.

40 Alij verò meliùs dicun: Metum mortis, vel alterius grauis nocumenti, regulariter, excusare à peccato, quod est contra legem humanam. Quorum ratio est: quia potestas humana non se extendit ad omnia finè mensura: ergo lex humana non potest obligare ad quēcumque actum præceptum, non obstante quacumque necessitate vrgente: hoc enim esset supra potestatem Legislatoris humani, cuius potestas est tantum ferendi lege necessarias ob bonum commune. Adde, quod licèt talis potestas concedatur in Legislatore humano, non tamen est verisimile, esse in Legislatore voluntatem obligandi, non obstante quacumque necessitate vrgente: quia voluntas prudens non vult obligare quantum potest: sed cum moderatione, & benignitate. Ita Sotus, lib. 1. de instit. quæstion. 6 articul. 4. Couarruuias, cap alma mater, part 1. § 3. num. vltim versicul. quarto Azorius, part. 1. lib. 1 cap. 11. quæst 1. Vasquez, 1.2. disp. 162 cap. 2. Sayrus, in Clau. regia lib 3. cap 7. numer. 34. Sanchez, tom 1 sum. lib. 1. cap. 18 numer 4. Beccanus, tom. 2 tractat 3. cap 6. quæstion. 4. Salas, de leg. disput. 11. sect. 1. Suarez, lib 3. de relig. cap. 3 num. 6. Valentia, 1.2. disp. 7. quæstion 5. punt. 6. quæst. 4. Merolla, tom. 1. disput. 1. cap. 3. dub. 15. num. 108.

41 Dixi (regulariter:) quia aliquando lex humana potest obligare sub mortali: verbi gratia, tempore pestis potest Princeps præcipere aliquibus, vt perseuerent in aliquo loco, ad procurandam communem salutem, ad quod obligantur illi sub mortali. Erit a tempore grauantium hæresum, potest Summus Pontifex præcipere aliquibus religiosis, vel aliis viris doctis Catholicis, vt, cum vitæ discrimine doctrinam Catholicam prædicent.

42 Vndè vouentem non committere aliquod peccatum, quod est contra legem naturalem, verbi gratia non fornicari: & ad euadendam mortem, sibi comminatam, fornicantem, non peccare mortaliter peccato sacrilegii contra votum: sed tantum peccatum simplicis fornicationis. Vndè sufficit, vt in confessione dicat, fornicatus sum, finè explicatione circumstantiæ voti. Ratio est: quia cum votum sit veluti quædam lex priuata, quam homo sibi ipsi imponit, obligat instar legis Ecclesiasticæ, quæ ab homine quoque imponitur. At hæc non obligat cum tanto detrimento, vt supra ostensum est: ergo neque votum. Ita Sotus, lib 7. de instit quæst. 2. articul 1 versicul Ex quo fit. Valentia 2.2 disput sext pun. quart. ad finem. Sanchez, lib quart. sum. cap. 13 num decim. nono. Merolla, to. 1. disp. 1. cap. 3 num. 124. & alii

An metus, non cadens in Virum constantem, quando est causa, finè qua votum non emitteretur, illud irritet?

43 NOta, quod nos hic non loquimur, quando hic timor, respectu fragilitatis personæ, cui innititur, censetur cadens in Virum constantem: quia tunc irritat votum. Sed difficultas est, quando hic metus, respectu personæ, cui innititur, censetur leuis, & Viri constantis, at est causa, finè qua non emitteretur votum.

44 His positis, respondeo, quod prima opinio ait: Ad votum, finè simplex, finè solemne professionis, finè ordinis sacri, esse irritum in foro conscientiæ, nullamque obligationem parere. Secus autem in foro externo. Ratio istius opinionis deducitur, ex leg. penult. ff. de furtib. vbi deciditur: Tacentem, viso furtu, ob nimiam reuerentiam, non videri consentire, posseque actione furti agere: ergo metus reuerentiæ tollit consensum requisitum ad votum.

Tum

Tum quia ius, constituens discrimen inter vtrumque votum, innititur præsumptioni, quæ præsumit, metum grauem esse causam, sine qua actus non fieret: Secus autẽ de leui: at ius, præsumptioni innitens, non habet locum in foro conscientiæ, quando in eo contraria veritas constat. Ita Nauarrus, *cap. 22 sum. num. 51. versic 7. & lib. 1. consil. in priori editionis de his, quæ vi, consil 1. nu. 9 & consil. 3 num. 4. & consil. 5. num 2. & lib. 3. tit de regul cons 84 num. 4. in posteriori, lib. 1. tit. de his, quæ vi, consil 2. num. 9. consil 3. num 4. consil 9 num. 2 & lib. 3 tit. de conuers. coniug consil. 3. num. 4* Baldus, *in l. g pactum dotali, num. 1. versic. vento ad quæstionem C de collat.* Menoch. *de arbit lib. 2. cent 2 cas. 36 num. 6.* & alij.

45 Secunda opinio ait: Nõ irritari quodcumque sit Votum, ex metu leui. Cuius ratio est: quia metus non irritat votum: eo quod, quomodocumque voluntariũ auferat, sed quod prudenter, & rationabiliter auferat, eligendo rem tam grauem, vt est votum, & professio, ratione illius timoris vitandi: quod non contingit, quando metus est leuis, sed imprudenter, & irrationabiliter agitur: Nec verum est, iura in hoc casu inniti præsumptioni. Tum *ex cap. final qui cleric. vel monaci*, vbi habetur: Votum emissum, præcepto regio, vel parentum, non esse nullum. Vndè professio in Religione non annullatur ex solo metu reuerentiali: vt etiam decisum fuit in Rota Romana, teste Farinacio, *to. 2. decis rot. decis. 579* & docent Sotus, *lib. 7 de iustit. quæst. 2. artic 1. ad 2. in fine.* Ludouicus Lopez, *part. 1 cap 45. colum 2.* Philiarcus *de offic. sacerd. to 1. pa. 2. lib. 3. cap. 18 vers. 10.* Azorius, *part. 1 lib. 11. cap. 15. quæst. 7.* Emanuel Sà, *v. metens num 4.* Valentia, *2. 2. disp 6. quæst. 6 colum. vltim.* Merolla, *to. 1. disp. 1. cap. 3 dub. 11 num. 71.* Sanchez *to. 1 sum lib 4 cap. 2. num. 24.* & alij.

46 Tunc metus reuerentialis irritat professionem, vel quoduis votum, quando cadit in Virum constantem: nimirum quandò, vltra reuerentiam, ad sunt minæ, & probabilis timor alicuius mali grauis. Ratio est: quia *cap. 2. de pactis in 6.* dicitur: Valere renuntiationem filiæ, in fauorem partis factam, si iuramento muniatur; nisi vi, aut dolo sit præstitum, & tamen ibi concurrit paterna reuerentia: ergo ea sola non inducit vim, aut metum. Tum *ex cap. puella, 20. quæst. 1.* ibi, *coactd imperium parentum*, vbi Textus, ad annuliandam professionem puellæ, vltra imperium paternum, quod metum reuerentialem continet, ponderat coactionem. Ita Abbas, *cap. cum virum de regul. numer octau.* Præpositus, *cap. cum locum, de sponsal. num. 5* Francus, *cap. 2. de pactis, in 6. num... versic secundo etiam potest.* Angelus, *instit. de actione §. quadrupli. num. 8* Zatius, *lib 1. §. quæ onerande § Quarum rerum actio, col. num. 4 versic. item extendite, sub num. 10 20, 23 & 40,* Couarruuias, *4. decret. part 2. cap. 3. § 6 num. 7 & 8.* Martienz. *Dialogo relatorum part 3. cap. 20. num. 4.* Padilla, *l interpositas num. 17.* Antonius Gucus, *lib. 5. instit maiorat. tit. 12. num 139.* Salzedo, *super regul. 532.* Bernardus Diaz, *ampl. 1.* Sotus, *lib. 7 de iustit. quæst 2. tit. 1. ad 1. in fine.* Sanchez, *lib. 4. de matrim disp. 6 num. 18. & lib 4 sum cap. 3. nu. 16* Henriquez, *lib 11 de matrim. cap 9 nu. 5.* Merolla, *tom 1. disp 1. cap 3 dub. 11. num 71.* Lopez, *part. 1. cap. 4.* & alij

DE MATERIA VOTI
Cap. 3.

QVa nam est materia Voti? Dub. 1.
An Votum de materia impossibili obliget? Dub. 2.
An quando materia Voti est mala, etiam venialiter, obliget? Dub 3.
An quando materia Voti de se est bona, si adiungatur illi malus finis, votum obliget? Dub 4.
An Votum de rebus indifferentibus obliget? Dub 5.
An Votum de rebus contra consilia Euangelij obliget? Dub. 6.
An quando materia Voti à principio non est apta voti, eò quod mala, vel indifferens sit, &c. si postea fiat apta, votum erit validum? Dub. 7.
An obliget Votum, quandò est sine disiunctione aliqua de materia, partim apta, & partim inepta, siuè ratione sui, siuè ratione finis? Dub. 8.

Quæ nam est materia Voti? Dub. 1.

1 MAteria Voti, est actus alicuius virtutis, seù res bona. Ratio est: quia Votum est promissio facta Deo: sed nil est Deo acceptum, nisi bonum: ergo solum bonum est materia voti. Tum quia, sicut

sicut inclinatio naturalis, indita rebus naturalibus, semper respicit bonum naturale: ita inclinatio moralis, per votū obligandi se Deo, solum bonum morale, secundum rectam rationem, respicit. Ita D. Bonauentura, *in 4. dist. 38. artic. 1. quæst. 2.* Riccardus, *in 4. dist. 38. artic. 1. quæst. 1.* Sotus, *in 4. de iustit. quæst. 1. art. 3.* Aragonius, *2. 2. quæst. 88. artic. 2.* & alij communiter.

2 Immò potissima materia Voti est bonum supererogationis, idest, ad quod nullam ex præcepto obligationem habemus, sed quod tantum est in consilio. Ratio est: quia votum est promissio boni voluntatis: bonum verò supererogationis, & consilij, est omnium maximè voluntarium, & Deo gratissimum: ergo &c. Ita D. Thomas, *2. 2. quæst. 88. artic. 1.* Angelus, *v. votum* Sr. Siluester, *v. votum 1. quæst. 4. §. 2.* Aragonius, *2. 2. quæst. 88. artic. 2.* Azorius, *part. 1. lib. 11. cap. 14.* Sotus, *lib. 7. de iustit. quæst. 1. artic. 3. concl. 5.* & alij.

3 Non tamen quemcumq; virtutis actū esse legitimam voti materiam, dicunt Doctores citandi: Sed illū solus, qui perfectiùs continet. Vndè materia necessaria simpliciter præcepti, non est legitima materia voti (vt est votum moriendi) quia frustra ad eam quis se obligaret; cum velit, nolit, sit aliundè necessariò ventura. Ita Sanchez, *lib. 3. sum. cap. 18. num. 2. & lib. 4. cap. 5. num. 5. & 4.* Reginaldus, *lib. 18. cap. 18. num. 242.* Suarez *tract. 6. de relig. lib. 2. cap. 6.* & alij.

Dubitatur: An materia, sub alio præcepto obligans, sit legitima voti materia? Vt, si quis promittat, se non fornicaturum; aut promittat auditurum Sacrum?

4 Prima opinio ait: In his rebus non esse propriè votum. Cuius ratio est: quia votum inducit nouam obligationem, quam inducere nequit circa res, alio præcepto debitas. Votum enim instar legis humanæ obligat, quæ nullam nouam obligationem adiungit; dum aliquid, iure naturali prohibitum, vetat; aut aliquid eo præceptum præcipit. Ita Riccardus, *in 4. dist. 38. artic. 3. quæst. 3.* Angelus, *v. votum 1. num. 2.* vbi Tabiena, *quæst. 2.* Siluester, *quæst. 4.* Durandus, *in 4. dist. 38. artic. 3. quæst. 1.* D. Antoninus, *2. part. tit. 11. cap. 2.* & alij.

5 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia, licet de illa opera teneamur ex suppositione finis, quando necessitatem quamdam important: pro vt tamē sub iciuntur nostræ voluntati, & in particulari à nobis fiunt liberè, & spontaneæ: & consequenter possumus nos ad illa opera vinculo arctiori adstringere, & de eis votū emittere: hæc enim libertas satis est ad votum emittendum; si quidem, absolutè, & simpliciter liberum est homini non: dipisci vltimum finem, & non exequi ea, quæ ad talem finem cōducunt: Sicut nulla repugnantia est, quamuis quis ligetur lege naturali, & diuina, non furari, aut non occidere; nihilominùs ligetur lege ciuili, & humana: & quos virtutis honestas non mouet, pœnæ metus cohibet: Et sicut qui, quāuis lege iustitiæ teneatur depositū reddere, iuramento tamen sese ad id faciēdum obligare possit: ita etiam de eisdē rebus faciendum, quæ lege diuina, & naturali præceptæ sunt, altero etiam, & arctiori voti vinculo ex voluntate nostra, nos ipsos ad stringere, & obligare possumus. Et denique id patet ex communi praxi, & vsu Ecclesiæ, & consuetudine eorum, qui Religionem vouent, aut sacros ordines suscipiunt. Ita Diuus Bonauentura, *in 4. dist. 38. artic. 1. quæst. 2. num. 1.* D. Thomas, *2. 2. quæst. 88. art. 2.* vbi Caietanus, *dub. 1.* Aragonius, *quæst. 88. artic. 2.* Rodoriquez, *part. 1. sum. cap. 94. conclus. 4.* Angles, *in florib. 4. sent. quæst. de voto artic. 1. diffic. 9.* Azorius, *pa. 1. lib. 11. cap. 14. quæst. 1.* Nauarrus, *in manual. cap. 12. num. 25.* Sotus, *lib. 7. de iust. quæst. 1. artic. 3. column. 8. versic. Respondetur nihilominus.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 5. num. 6.* Castro, *lib. 4. de leg. pœnal. cap. 10. paulò post principium.* Reginald. *lib. 18. cap. 18. num. 243.* Valentia, *2. 2. disp. 6. quæst. 6. pun. 2. ad finem.* Suarez, *tract. 6. de relig. lib. 2. cap. 6. num. 8.* Bonacina, *de præcep. disput. 4. quæst. 2. punt. 1. num. 23.* & alij.

6 Et quamuis Gersonius, *part. 2. alphabet. 35. littera L.* & Tabiena, *v. votum 1. quæst. 2.* dicant: Transgressionem horū votorum grauiorem esset, ratione voti, quam si solum præceptum esset: at non mutare speciem, nec esse necessario fatendam in confessione voti circumstantiam. Nihilominus hæc sententia non est audienda; sed dicendum est: Mutare speciem, ac in confessione esse necessario

faten-

fatendam: vt constat, *ex cap. impudicas, et cap. sacrilegij 27. quæst. 1.* vbi appellantur sacrilegi fornicantes contra votum castitatis: & opinio Gersonij, & Tabienæ, est erronea, vt benè dicunt Durandus, *in 4. dist. 24. quæst. 1. num. 6* vbi Paludanus, *quæst. 2. num. 8.* Caietanus, *in opuscul. to. 1. tract. vltim. respons. resp. 15. & v. votum sum. num. 15.* Nauarrus, *cap. 12. sum. num. 25.* Toletus, *lib. 4. sum. cap. 17. num. 1.* D. Antoninus, *vbi supra.* Valentia, *to. 3. disp. 6. quæst. 9. pu. 4. dub. 1.* Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 6. cap. 6. num. 8.* Bonacina, *de præcep. disp. 4. quæst. 2. pu. 1. nu. 21.* Molfesius, *to. 1. sum. tract. 11. cap. 16. nu. 16.* Sanchez, *num. 7.* Filliucius, *tract. 26. cap. 2. quæst. 7. num. 57.* Lesius, *lib. 2. cap. 40. dub. 7. num. 46.* & alij: & quod sit erronea, clarè dicunt Aragonius, & Castro.

An Votum de materia impossibili obliget? Dub. 2.

7 Communiter Doctores negant. Quorum ratio est: quia ad impossibile nulla potest esse obligatio. Et ita dicendum est, quando finis est impossibilis: quia tunc votum pendet ex fine.

Quid dicendum de Voto, numquam peccandi?

8 SI loquamur de voto nũquam peccãdi mortaliter, Nauarrus, *in manual. cap. 12. num. 65.* ait: Inualidum esse, eo quod est rei valdè difficilis.

9 Dicendum est tamen, valere: Quia hoc votum habet bonum obiectum, & possibile ex gratia Dei, quam omnibus conferre paratus est: Consulendum est tamen, nè huiusmodi vota fiant, præsertim quò ad peccata cordis, quæ maxima cum difficultate cognosci possunt. Ita Sotus, *lib. 7. de iustit. quæst. 1. artic. 3. post medium.* Aragonius, *2. 2. quæst. 88. artic. 2.* Rodoriquez, *part. 2. cap. 94. conclus. 5.* Azorius, *part. 1. lib. 11. cap. 14. quæst. 4.* Sayrus, *in Clau. regia lib. 6. cap. 3. num. 9.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 5. num. 16.* Petrus Ledesma, *to. 1. sum. tract. 10. cap. 2. post dub. 3. in 2. conclus.* Molfesius, *tom. 1. sum. tract. 11. cap. 15. num. 23.* Reginaldus, *lib. 18. num. 244.* Layman, *in theolog. moral. lib. 4. tract. 4. cap. 1. num. 2.* & alij.

10 Si loquamur de voto numquam peccandi: Nauarrus, *in cap. 13. sum. num. 34. in fine,* dicit, esse validum: non tamen ad omnia vitanda, sed ad ea, quæ possumus. Et ita Angles, *in florib. part. 2. quæst. vnica, de voto artic. 1. diffic. 8.* quia sicut vouens ieiunare totã quadragesimã, & totam nequit, tenetur ad partem, sibi possibilem: ita &c.

11 Dicendum est tamen: Id votum non valere: quia est votum de re, moraliter impossibili: nec secundum legem ordinariam, potest quis omnia peccata vitare. Nec est simile de præcepto: quia (vt ait Sanchez loco citando) cum ea præcepti obligatio, tamquam naturalis, comitetur ipsam naturam humanam, imitat eius proprietatem, contenta est physica potentia vitandi peccata. At cum obligatio voti libera sit, rationi cõsonat, vt, ad eam inducendam, potentia moralis desideretur. Nec etiam est simile de illo ieiunii voto: quia cum materia illa sit secundum se moraliter possibilis, & per accidens impossibilis, intelligitur, id votum non constare contraria vouentis intentione, vt obliget ad partem possibilem. Quod secùs contingit in voto, numquam peccandi; eo quod voti illius obiectum sit, secũdum se, moraliter impossibile. Ita Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 5. num. 10.* Sotus, *lib. 7. de iustit. quæst. 1. artic. 3. colum. 3. versic. vtrum vero votum.* Aragonius, *2. 2. quæst. 88. artic. 2. dub. 1. circa 4. concl.* Valentia, *2. 2. disp. 6. pun. 2. colum. 3. versic. si autem* Rodoriq. *part. 1. sum. cap. 49. num. 4.* Petrus Ledesma, *tom. 2. sum. tract. 10. cap. 2. post dub. 3. conclus. 3. & 4.* Molfesius, *to. 1. sum. tract. 11. cap. 15. num. 23.* Sayrus, *in Clau. reg. lib. 6. cap. 3. num. 9.* & alij.

12 Neque tale votum numquam peccãdi obligat, quò ad peccata, quæ possibiliter vitari possunt: quia vouens numquam peccaturum, respicit omnia peccata sub vna ratione peccati generica; nec ea obligatio potest commodè diuidi, & separari: non enim dabitur maior ratio, cur votum id obliget, ad abstinẽdum à quibusdam peccatis, quã ab alijs. Ita Molfesius, *tom. 1. sum. tract. 11. cap. 15. num. 23.* Sanchez, *lib. 9. de matrim. disp. 35. num. 25. circa medium,* & alij.

13 Si loquamur de voto, numquam peccandi venialiter, Nauarrus, *cap. 12. sum. num. 34. in fine,* & Angles, *in floribus par. 2. de voto, quæst. vnica artic. 1. diffic. 8.* dicunt valere: non tamen ad omnia vitãda, sed ad ea, quæ possumus.

14 Sanchez verò, *in lib. 4. sum. cap. 5. nu. 14.* distin-

distinguit, scilicet: Si constaret, intentionem vouentis fuisse obligare se, ad illa vitanda, non collectiuè, idest, per modum vnius, sed diuisiuè: quia id votum continet virtute innumera vota circa innumeras venialium materias, & quodlibet est independens ab alio, cum non sit votum vitandi omnia collectiuè. At diuisiuè, est moraliter possibile, quodlibet veniale in particulari, & independenter ab alio vitare: & licet sint aliqua venialia, quæ omninò vitare est moraliter impossibile: at nullum est, quod hic, & nunc vitare moraliter nequeat.

25 Alij verò meliùs, absolutè dicunt: Tale votum non valere. Quorum ratio est: quia, cum votum illud absolutè nullum sit, eò quod est de re impossibili, ad nihil tenetur quis ratione illius: atque adeò talis, venialiter peccans, non magis peccat, quam si votum non emisisset. Ita Sotus, *lib. 7. de iustit. quæst. 1. artic. 3.* Aragonius, *2. 2. quæst. 88. artic. 2.* Valētia, *to. 3. disp. 6. quæst. 5. pun. 2.* Rodoriquez, *pars. 2. sum. cap. 94.* Sayrus, *in Clau. reg. lib. 6. cap. 3. num. 10.* Molfesius, *to. 1. sum. tract. 11. cap. 15. num. 23.* Reginaldus, *lib. 18. num. 245.* Laymann, *in theolog. moral. lib. 4. tract. 4. cap. 2. num. 2.* & alii.

26 Erit validum tamen votum non peccandi in specie venialiter, in aliqua peculiari materia, vt de non mentiendo: quia est de re morali possibilis. Ita Sotus, *lib. 7. de iustit. quæst. 1. artic. 3.* Angles, *in floribus 4. sentent. quæst. de voto artic. 1. diffic. 8.* Aragonius, *2. 2. quæst. 88. artic. 2.* Nauarrus, *in manual. cap. 12. num. 69.* Rodoriquez, *part. 2. sum. cap. 94. conclus. 4. in fine.* Aragonius, *part. 1. lib. 11. cap. 14. quæst. 4.* Sanchez, *lib. 1. sum. cap. 5. num. 18.* Sayrus, *in Clau. reg. lib. 6. cap. 3. nu. 9.* Molfesius, *to. 1. sum. tract. 11. cap. 15. num. 23.* Caietanus, *2. 2. quæst. 88. artic. 8. ad finem*, & alii. Dummodò sit moraliter possibile, vitare id veniale genus: at si esset moraliter impossibile, esset id votum irritum, tamquam votum de re moraliter impossibili: Vt, si quis voueret, se numquam venialiter peccaturum in cogitationibus venereis, vel iudicij temerarij, vel in cibo, vel potu sumendo, &c. Quia hæc omnia venialia vitare est moraliter impossibile. Ita Petrus Ledesma, loco citato, Sanchez, *num. 18.* & alij contra Caietanum, dicentem: Votum, numquam loquendi verbi otiosi, valere.

An quando materia voti est mala, etiam venialiter, obliget? Dub. 3.

17 Negatiuè respondetur. Ratio est: quia actiones sumunt speciem ab obiecto. Vndè, cum obiectum illius voti sit mortale, vel veniale, etiam votum ipsum peccatum mortale erit, quando materia voti est materia peccati mortalis: si verò venialis, erit peccatum veniale. Vndè sequitur, duo peccata committere eum, qui vouit aliquid malum facere, v. g. homicidium, furtum, &c. peccat prius, quatenus intendit homicidium, furtum, &c. posteriùs verò, quatenus intendit sacrilegium: Si verò voucrit materiam rei venialis, votum etiā nullum est, & duplex veniale peccatum committit. Ratio prioris est: quia, vltra illud peccatum mortale, quod committitur, habendo propositum, exequēdæ rei mortalis promissæ, est grauis iniuria, religioni voto illata, velle se obligare ad peccatum mortale: & sicut vltra mortale propositum, ipsum quoque votum mortale est. Ratio posterioris est: quia non videtur grauis iniuria Religionis illis, se ad veniale deuenire, ratione leuitatis materiæ. Ita D. Bonauentura, *in 4. dist. 8. artic. 1. quæst. 2. num. 22.* vbi Riccardus, *artic. 3. quæst. 1.* Gabriel, *dist. 38. quæst. 1. notab. 2.* D. Thomas, *2. 2. quæst. 88. artic. 2.* Sotus, *lib. 7. de iustit. quæst. 1. artic. 3. conclus. 1.* Siluester, *v. votum 1. q. 4.* Nauarrus, *in manual. cap. 12. num. 25.* Angles, *in floribus 4. sentent. artic. 1. diff. 6.* Aragonius, *2. 2. quæst. 88. artic. 2. concl. 1.* Valentia, *tom. 3. disp. 6. quæst. 6. pun. 2.* Philiarcus, *de offic. sacerd. par. 2. lib. 13. cap. 17.* Bartholomeus Medina, *lib. 1. cap. 14. §. 6. in fine.* Rodoriquez, *part. 2. sum. cap. 94. conclus. 1.* Toletus, *lib. 4. sum. cap. 17.* Azorius, *part. 1. lib. 11. cap. 4.* Sayrus, *in Clau. reg. lib. 6. cap. 3. num. 2.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 4. num. 1. & 9.* Reginaldus, *lib. 18. num. 255.* & alij.

An quando materia voti de se est bona, adiungitur tamen illi malus finis, obliget? Dub. 4.

18 Quoties malus finis, siuè mortalis, siuè venialis, est finis ipsius rei promissæ, votum est nullum: v. g. vt cum quis promittit eleemosynam ob inanem gloriam, sic illa gloria est finis rei promissæ, quando illa eleemosynæ largitio ordina-

ordinata est, ad inanem gloriam adipiscendam: & consequenter votum est inualidum. Ratio est: quia tūc res promissa redditur iniqua, ob illum malum finem: ac proinde est votum rei malæ. Ita Rodoriquez, *cap 94. conclus.* 1. Caietanus, 2. 2. *quæst.* 88. *artic.* 2. Angles, *in floribus* 4. *quæst. de voto artic.* 1. *diffic.* 11. Philiarcus, *de offic. sacerd par.* 2. *lib* 3. *cap.* 17. Sotus, *lib.* 7 *de iustit. quæst.* 1. *artic.* 3. *circa* 5. *conclus.* Bonacina, *de pracep disp.* 4. *quæst.* 2. *pun.* 4. § 1. *num.* 7. & alij communiter.

19 Vt hoc meliùs intelligatur, aduertēdum est, multis modis fieri posse, vt malum voto adiungatur. Primò, quando opus bonum vouetur, ad consequendū finem malum: vt si quis promittat Deo, se traditurum eleemosynam, ad obtinēdam vindictam, aut vanam gloriam, vel si lucrum reportauerit ex contractibus vsurarijs: & in his casibus votum est inualidum, quia vouetur bonum opus, vt malus finis obtineatur: Consequenter, ordinatur opus bonum ad malum finem quod est peccatum; cum peccatum sumat speciem ab obiecto, & participet bonitatem, vel malitiam finis: Sicut autem peccatum non potest esse materia voti, ita neque opus, quod alioquin esset bonum, potest esse materia voti, dum dirigitur, & ordinatur, ad malum obtinendum: consequenter, votum erit rei malæ, & peccaminosæ. Ita Doctores citati.

20 Et ita dicendum est de voto, quo Meretrix certam eleemosynam promittit, si tot nummos lucrata fuerit meretricando, intendens à Deo exaudiri, vt multi ad ipsam accedant, vt hoc lucrum referat: hoc enim votum blasphemiam continet, & est inualidum. Secùs dicēdum est, si Meretrix, præciso prauo fine, titulo eleemosynæ voueat certum lucrū, ex meretricio acquisitum, vel acquirēdum. Ita Sanchez, *lib.* 4. *sum. cap.* 6. *num.* 20. & 21. Azorius, *part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 15. *quæst* 3. Filliucius, *tract.* 26. *cap.* 2. *quæst.* 6 Bonacina, *de præcep. disp.* 4. *quæst.* 2. *pun.* 4. § 1. *num* 8. Layman, *in Theolog. moral. lib.* 4. *tract.* 4. *cap.* 2. *num* 7. *versic. simile quippiam*, & alij.

21 Secundò: Quando vouetur opus bonum, ad agendas gratias pro malo fine obtento, vel malum finem obtinēdum; vt, si vouet quis centum aureos, si litem iniustam, vel fœminam ad fornicandum obtinuerit; intendens, hoc votum Deo afferre, vt hæc concedat: & tunc votum est nullum. Ratio est: quia finis ille, ob quam illa eleemosyna promittitur, nēpe vt lis, vel fœmina ad fornicandum obtineatur, est medium illicitum, & vitiosum, & non acceptatur à Deo: non enim vult Deus, ad eum finem acceptare centum aureos: & potiùs est blasphemia, quam votum, cum faciat Deum auctorem peccati. Ita Riccardus, *in* 4. *dist.* 38. *artic.* 1. *quæst.* 1. Caietanus, 2. 2. *quæst.* 88. *artic* 2 & *in sum. v. votum* § 2. Sotus, *lib.* 7. *de iust quæst.* 1. *artic* 3 *post medium* Valentia, *to* 3 *disp.* 6. *quæst.* 6. *pun.* 2. Aragonius, 2. 2. *quæst* 88. *artic.* 2. Angles, *in floribus in* 4. *quæst. de voto artic.* 1. *diffic.* 1. Nauarr. *in manual cap.* 12. *nu.* 30 Philiarcus, *de offic. sacerd. part.* 2. *lib* 3. *cap.* 17 Rodoriquez, *part* 2. *sum. cap.* 94. *conclus.* 12. Toletus, *lib.* 4. *sum. cap* 17. Azorius, *part.* 1. *lib.* 11. *cap* 15. *quæst.* 3. Sayrus, *in Clau. reg lib* 6 *cap.* 3. *num.* 3. Bonacina, *de præcep. disp* 4 *quæst.* 2. *punt.* 4 § 1 *num.* 8. Layman, *cap* 2. *num.* 7. Petrus Ledesma, *to.* 2 *sum tract.* 10. *cap.* 2. *dub* 4. & alii.

22 Tertiò: Quando opus bonum vouetur, ad consequendum bonum, consurgens ex aliquo malo, seù supponens actionem malam (vt si quis, habens concubinam, vouet Deo centum aureos, si concesserit sibi ex illa filium) tunc votum tenet, ita vt, completa conditione, tenetur ad votum. Quia votum non cadit super illicito coitu, sed super dono filij, quamuis præsupponat illum illicitum coitum. Non tamen tenetur is petere concubinam, vt faciat, quod in se est, ad votum adimplendum: quia propositum est malum, & illicitum. Ita Aragonius, 2. 2. *quæst* 88. *num.* 2. Angles, *in florib.* 4 *quæst de voto, articul.* 1. *diffic.* 11. *conclus. vltim.* Valentia, *to.* 3. *disp.* 6. *quæst.* 6. *pun.* 2. Sotus, *lib.* 7 *de instit. quæst.* 1. *art.* 3. *post medium.* Sanchez, *lib.* 4. *sum. cap.* 6 *num.* 13. Emanuel Sà, *v. votum num.* 4. Petrus Ledesma, *to.* 2 *sum. tract.* 10 *cap.* 2 *dub.* 4. Azorius, *lib.* 11. *cap.* 15 *quæst* 3. Toletus, *lib.* 4. *sum. cap.* 17 *numer.* 16. & 17. Nauarrus, *lib.* 2. *de instit. cap.* 3 *in noua edit part.* 3. *diffic.* 7. *num* 200 & 201. Caietanus, 2. 2. *quæst.* 88 *artic.* 2. *dub.* 4. & *in sum. v. votum cap.* 2. Sayrus, *in Clau reg. lib* 6 *cap.* 3 *num.* 5. Molfesius, *tom.* 1 *sum. tract.* 11. *cap* 16 *num* 12. Bonacina, *de præcep. disp.* 4. *quæst.* 2. *pun.* 4. § 1. *num.* 8. *versi. Tertio*, & alij.

An Votum de rebus indifferentibus obliget? Dub. 5.

23 Negatiuè respondetur. Ratio est 1. quia materia voti debet esse res, ad cultum Dei pertinens: votum enim est actus Religionis: res autem indefferens non pertinet ad cultum Dei: Tum quia, res indifferens non est magis Deo accepta, quam eius opposita: Votum autem debet esse de meliori bono, idest, de re magis Deo accepta, quam eius opposita. Ita D. Bonauentura, 4. *dist.* 38. *artic.* 1. *quæst.* 2. *num.* 21. vbi Riccardus, *d. artic.* 1. *quæst.* 3. Gabriel, 4 *dist.* 38 *quæst* 1. *artic.* 1. *notab.* 2. *littera* C. D. Thomas, 2. 2. *quæst.* 88 *artic.* 2. Siluester, *v votum* 1. *quæst.* 4 Caietanus, 2. 2. *quæst.* 88. *artic.* 2 *dub.* 4. Sotus, *lib.* 7. *de iustit. quæst* 1. *artic.* 3 *circa conclus.* 2. Aragonius, 2. 2 *quæst* 88 *artic.* 2. Valentia, *to.* 3. *disp.* 6 *quæst.* 6 *pun* 2. Nauarrus, *in manual cap.* 12 *num.* 28 *versic nono.* Angles, *in florib* 4 *sentent. quæst de voto artic.* 1. *diffic.* 7 Bartholomeus Medina, *lib* 1 *instit. confess cap.* 14. *§* 6. *ante finem.* Lopez, *part* 1. *cap.* 43. Philiarcus, *de offic. sacerd part.* 2 *lib* 3. *cap* 17 Rodoriquez, *pa.* 2 *sum. cap.* 94. *conclus.* 6. Toletus, *lib.* 4. *sum. cap.* 11. Azorius, *part* 1 *lib.* 11. *cap.* 4. *quæst.* 5. Emanuel Sà, *v votum §* 1. Sayrus, *in Theolog. moral. lib* 4 *tract.* 4. *cap* 2. *num.* 8 Sanchez, *lib.* 4. *sum. cap* 7. *num.* 21 Molfesius, *to.* 1. *sum. tract.* 11. *cap.* 15. *num.* 27. & alij.

24 Hinc deducitur: Inualidum esse votum non sedendi in Sabato in honorem Beatæ Mariæ Virginis: Votum, non vescendi capite Bouino, in honorem S. Io. Baptistæ decollati: Votum, non comedendi in festo S. Laurentij carnes assas, si interim vouenti facultas relinquatur, alijs seruilibus operibus eodem die se occupandi, vel alijs carnibus vescendi; vt bene docent Doctores citati.

25 Potest tamen aliquando res indifferens esse materia voti & votum, de ea factum, obligare, concurrentibus tamē quatuor conditionibus: Prima est, vt concurrat aliqua circumstantia boni finis, ipsam rem, ex se indifferentem, honestam reddens: vt ingredi, vel non ingredi talem domum, res est ex se indifferens. Et è contra, si igredi vestiretur aliquo bono fine, & solatio afficiendi infirmum, ibi habitantem, vel alio simili, esset bonum, & voti materia. Ita Riccardus, *in* 4. *dist* 38 *quæst.* 1. Sanchez, *lib.* 4 *sum cap.* 7. *num.* 5. Caietanus, 2. 2 *quæst.* 88 *artic* 2 *dub.* 5 *& in sum. v votum in fine.* Nauarrus, *cap.* 12 *sum. num.* 18. Medina, *lib.* 1 *sum. cap* 14 *§* 6 Angles, *in floribus part.* 2 *quæst. vnica, de voto artic.* 1. *diffic.* 7. Azorius, *part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 14 *q.* 5. Valentia, 2. 2. *disp.* 6 *quæst.* 6. *pun.* 2. *col.* 6. *diffic.* 3. Bonacina, *de præcep. disp.* 4. *q.* 2. *pun.* 4 *§.* 2. *num.* 4. & alij.

26 Secunda conditio est, vt res illa indifferens de se sit apta, & proportionata, vt illi bono fini deseruiat: si enim ad illum non conferat, non valebit votum; eo quod adhuc manet res indifferens: vt est non præscindere sibi vngues certis diebus, ad honorem aliquorum Sanctorum: quamuis intentus sit bonus: at quia non præscindere vngues, est illi fini inutile, manet id indifferens, & inepta voti materia. Et ita dic de voto, non faciendi certum opus, sed faciendi aliud: nam cum vouenti sit integrum, vacare aliis operibus seruilibus, ineptum redditur tale votum. Ita Caietanus, 2. 2. *q.* 88 *artic.* 2. *dub.* 5. Sayrus, *in Clau. reg. lib.* 5. *cap.* 3 *num* 12. Sanchez, *lib.* 4 *sum. cap.* 7 *num.* 3 Bonacina, *de præcep disp.* 4. *quæst.* 2 *pun.* 4 *§.* 2. *num.* 4. Reginaldus, *lib.* 18. *num.* 258. Molfesius, *to.* 1. *sum tract.* 11. *cap.* 15. *num.* 28. & alij.

27 Tertia conditio est, vt ea res, de se indifferens, honestandaque, bono fine adiuncto, dirigatur ab ipso vouente ad eū finem: vt est votum, non transeundi per certum locum, vt quia illi erat occasio peccandi. Si non vouerit, causa eius vitandæ, votum non valet: quia, cum res illa indifferens minime fine illo honesto, ex vouentis intentione vestiatur, manet adhuc indifferens, ac subinde inepta voti materia. Et ita dicendum est, quando cessat illa circumstantia, idest, occasio peccandi, tunc votum remanet indifferens, & cessat obligatio voti. Ita Caietanus, *d. artic.* 2 *dub.* 5. Sanchez, *cap.* 7. *num.* 5. Molfesius, *num.* 26. Rodoriq. & alii.

28 Quarta conditio est, vt hic finis, honestans rem indifferentem, adhuc maneat: quia cum, eo cessante, reddat res ad suam indifferentis rei naturam, nequit votum ad illam obligare, vt potè, quæ res ita iam vana est. Ita Nauarrus, *loco citato.* Aragonius, *dub* 1. *circa* 3 *conclus.* Rodoriquez, *cap.* 94. *num.* 6. Medina, *§.* 6. & alii.

An

An Votum de rebus contra consilia validum sit? Dub. 6.

79 CLarum est apud omnes, quod licèt quis licitè omittere possit opera consiliorum; non tamen potest de oppositis, & repugnantibus illis votum emittere: & consequenter, tale votum, sic emissum, non valet. Ratio est: quia votum debet esse promissio, facta Deo de re grata illi, & accepta: At verò ea, quæ sunt opposita consiliis diuinis, non sunt grata, & accepta Deo: Numquam enim Deus acceptat id, quod est contra consilium, & maiorem propensionem suæ voluntatis, & ad quod faciendum tamquam melius ipse nos allicit, inuitat, & hortatur. Vndè, licet possit quis licitè non obseruare consilia, puta, non ingredi Religionem, non tamen potest voto aliquo se ad id obligare: vnde, votum sic emissum, non tenetur adimplere. Ita D. Bonauentura, *in 4. dist. 38. art. 1. quæst. 2. num.* 20. vbi Paludanus, *dist. 38. quæst. 1. versic. sexta definitio. §. prima conclusio*. Caietanus, *v. votum §. 2. & in 2. 2. quæst. 88. artic. 2. dub. 2.* Sotus, *lib. 7. de iustit. quæst. 1. artic. 2. §. circa quintam conclus. dub. 2.* Siluester, *v. votum. quæst. 4.* Nauarrus, *in manual. cap. 12. num. 19.* Aragonius, *2. 2. quæst. 88. artic. 2. circa 5. conclus. dub. 1. conclus. 6.* Valentia, *tom. 3. disp. 6. quæst. 6. pun. 2. quæst. 4.* Bartholomeus Medina, *lib. 1. cap. 14. §. 6. in fine*. Philiarcus, *de offic. sacerd. part. 2. lib. 3. cap. 17.* Azorius, *part. 1. lib. 11. cap. 14. quæst. 6.* Sayrus, *in Clau. reg. lib. 6. cap. 3. num. 24.* Molfesius, *to. 1. sum. tract. 11. cap. 15. num. 35.* Reginaldus, *lib. 18. num. 248.* Bonacina, *de præcep. disp. 4. quæst. 3. pun. 1. nu. 21.* Layman, *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 4. cap. 3. num. 1.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 8. num. 6.* & alij.

80 Fieri tamen potest, vt aliqua causa, vel circumstantia efficiat, vt illud, quod ex se est opus consilij, non sit amplius opus consilij: & consequenter, validum sit votum contra consilium. Quamobrem, abstinentia à matrimonio, licèt ex se sit opus consilij, nihilominus fieri potest, vt ob aliquam circumstantiam non sit opus consilij, consequenter votum de contrahendo matrimonio, validum sit; quamuis simpliciter tale votum non valeat. Ratio est, quia continet descensum ad statum imperfectiorem, opponiturque perfectiori cælibatus statui: Tum quia, votum, in tali materia factum, est impeditiuum maioris boni, & consequenter, sit inualidum: Impeditiuum autem in hoc consistit, quod matrimonium inducat vinculum, repugnans cælibatui, & statui religioso, qui melior est statu matrimonij. Ita Reginaldus, *lib. 18. num. 247.* Sayrus, *in Clau. reg. lib. 6. cap. 3. num. 30.* Sotus, *lib. 7. de instit. quæst. 1. art. 3. post 5. conclus. dub. 2.* Angles, *in florib. 4. sentent. quæst. de voto artic. 1. diffic. 12.* Aragonius, *2. 2. quæst. 88. artic. 2. dub. vltim.* Valentia, *to. 3. disp. 6. quæst. 6. pun. 2. quæst. 4. conclus. 3.* Philiarcus, *de offic. sacerd. part. 2. lib. 3. cap. 17.* Rodoriquez, *part. 1. sum. cap. 94. conclus. 14.* Sanchez, *lib. 1. de matrimon. disput. 4. num. 4. & lib. 4. sum. cap. 9. num. 51.* & alij.

An quando materia voti à principio non est apta voti, eò quod mala, vel indifferens, aut impossibilis, aut contra consilia: si postea fit materia apta, vel è contra, si à principio sit apta, & postea fit inepta, obliget? Dub. 7.

81 NAuarrus, *in cap. 12. sum. num. vltim.* ait: Quando materia, promissa à principio, erat inepta, & postea fit apta, talem votum obligare, illo tunc, quod materia fit apta.

82 Molfesius verò, *tom. 1. sum. tract. 11. cap. 15. num. 15.* Ludouicus Lopez, *part. 1. cap. 43.* Emanuel Sà, *v. votum num. 31.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 9. num. 4.* & alij melius dicunt: Tale votum non valere, nec obligare facta postea ea materia possibili.

83 Quod si à principio materia erat mala, vel impossibilis; at tempore, quo votum exequendum est, fit bona, & possibilis; obligat votum pro tempore, quo fuit apta materia voti: non autem pro illo tempore, quo fuit inepta: v. g. quis innodatus excommunicatione, vel in mari existens, vouit, se quotidie auditurum Sacrum: non tenetur tempore, quo est in mari, audire Sacrum, quod est impossibile: vel tempore excommunicationis, in quo est illicitum audire Sacrum. At cessantibus his impedimentis, tenetur Sacrum audire. Ratio est, quia

quando votum est rei, potentis habere bonum, & malum euentum, obligat in bono euentu, non autem in malo: cum ergo hoc votum comprehẽdat bonum, & malum euentum, obligabit in solo bono euentu. Ita Sanchez, *lib. 4 sum. cap. 9. num. 4.* Molfesius, *to. 1 sum. tract. 11. cap. 15. num.* 18. & alij.

34 Quando verò materia voti à principio erat apta, & postea fit inepta, tunc cessat votum, ex defectu materiæ, vt diximus, *in cap. 2 dub. 2 num. 14. & 15.* vbi asseruimus extingui votum, quando ex possibili, redditur materia impossibilis in perpetuum. Suspendi autem eius obligationem, quando impossibilitas superueniens est temporalis: Ita, si ex licita, mutetur in materiam illicitam, & differentem, aut contra consilia: si ea mutatio sit perpetua, irritatur obligatio voti: si autem temporanea, suspenditur, dum ad materiæ vitium permanet. Ita Molfesius, Sanchez, & alij citati *in d. dub. 2. num.* 15.

An obliget Votum, quando est sine disiunctione aliqua de materia, partim apta, & partim inepta, siuè ratione sui, siuè ratione finis?
Dub. 8.

35 QVando materia voti partim est bona, & partim indifferens: partim possibilis, & partim impossibilis: partim honesta, & partim turpis, validum est votum, quò ad partem possibilẽ, & honestam, quæ separari potest à parte indifferenti, impossibili, & turpi. Ratio est: quia hoc votum censetur factum per modum plurium votorum: consequenter, quamuis votum rei indifferentis, vel turpis, vel impossibilis sit inualidum, tamen validum est votum rei bonæ, honestæ, & possibilis. Tum quia, adhoc facit Regula, *in cap. vnico, §. vnic. de dispensat. impub. in 6.* Si non valet, quod ago, vt ago, valet, vt valere potest. Tum quia, vtile per inutile non vitiatur, *cap. vnico de reg. iuris in 6.* Ita Suarez, *lib. 2. de voto cap. 10. num. 2.* Filliucius, *tractat. 26 cap. 3. quæstion. 3. num. 41. & quæstion. 10 à num. 63.* Layman, *in Theolog. moral lib. 4. tract. 4. cap. 2. num. 3.* Bonacina, *de præcept. disput. 4. quæst. 2. pun. 4. §. 4. num. 12.* Molfesius, *to. 1. sum. tractat. 11. cap. 15. num. 23.* Sanch. *lib. 4. sum cap. 10. nu.* 8. & alii.

36 Limitatur hæc opinio à Sanchez, Suarez, Molfesio, Bonacina, & aliis: modo vouens non promiserit rem bonam, & malam per modum vnius, vel nam dependenter ab alia; quia tunc ad neutram partem tenetur, si alteram adimplere nequeat. Ratio est: quia vouens non intendit, se ad vnam partem obligare, nisi etiam se obligaret ad aliam: cum autem non potuerit, se obligare ad alterã, quæ non est apta materia voti; fit vt neque obligetur ad illam, quæ est apta materia voti.

37 Vndè sequitur: Qui vouit ædificare Ecclesiam; si postea adeò fit impotens, vt non possit nisi partem ædificare, tenetur ad illam partem ædificandam: quia materia voti, quò ad illam partem, possibilis est, & vergit in cultum, & honorem Dei: fierique potest, vt alii, viso Ecclesiæ principio, moueantur, ad Ecclesiam complete ædificandam. Ita Valentia, 2. 2. *disp. 6. q. 6. p. 4.* Bonacina, *de præcep. disp. 4. quæst. 2. pu. 4. §. 4. num. 3.* & alii.

38 Secundò: Qui duo vouit, vnum principale, & aliud accessorium, si potest adimplere principale, seu actum, quò ad substantiam, teneri illũ adimplere, quãuis non possit adimplere accessorium, seu circumstantias intentas. Ratio est: quia materia voti, quò ad hanc partem, est possibilis: & principale nõ cessat, cessante accessorio. Ita Bonacina, *num. 5.* Molfesius, *num.* 22. & alii: modo expressè non constet, vouentem habuisse intentionem, obligandi se ad vtrumque, per modum vnius, vel ad vnum dependenter ab alio: seù modo circumstantię non sint ita intentæ à vouente, vt vouẽs noluerit se obligare sine illis: tunc enim vouens nõ obligatur, ad votũ seruandũ, si non potest seruare accessoriũ, seu circumstantias: quia illæ circumstantiæ nõ habent rationem accessorii, sed obiecti principalis.

39 Non tamen vouens tenetur adimplere accessorium, quando non potest adimplere principale: nisi fortè constet, vouentem habuisse intentionem, obligandi se ad accessorium, independenter à principali: quia hæc præsumitur irrationabilis intentio vouentis, qui censetur, se solum obligasse ad accessorium, dependenter à principali, seù ad vtrumque per modum vnius; cum accessorium non trahat ad se principale, sed principale trahit ad se accessoriũ. Vndè, qui vouit, Romã adire, indutus sacco,

non

non tenetur se induere sacco, si Romam adire nequeat: non enim tenetur ad accessorium, qui non potest implere principale. Si verò potest Romam adire, sed nõ habet saccum, quem induat, tenetur adhuc Romã adire: nam qui potest adimplere principale, tenetur illud adimplere, licèt non possit adimplere accessorium: nisi expresse constet, vouentem voluisse se ad vtrumque obligare per modum vnius ad vnum dependenter ab alio. Ita Sanchez, *lib. 4 cap. 10. num. 30.* Suarez, *lib. 2 de voto cap. 2. & 10.* Molfesius, *to. 1 sum. tract. 11. cap. 15. num. 22.* Bonacina, *de præcep. disp. 4. quæst. 2 punt. 4. § 4. num 6,* & alij.

40 Tertiò: Eum, qui vouit peregrinationem pedestrem, teneri peregrinationem suscipere; etiamsi postea pedibus incedere nequeat: quia materia voti, quoad illam partem, est possibilis, & peregrinatio perfici potest equitando. Si verò vouit peregrinationẽ equestrẽ, nõ tenetur peregrinationẽ pedestrẽ suscipere, si ob inopiã nequeat equestrẽ. Ita Suarez, *cap. 2. num. 11.* & Sanchez, *vbi supra.*

DE SVBIECTO VOTI

Cap. 4.

Quis nam sit Capax Voti? Dub. 1.
An pueri possint vouere? Dub. 2.
An Serui possint vouere? Dub. 3.
Quæ nam vota emittere possint Coniugati? Dub. 4.
An Religiosi possint vouere? Dub. 5.
An Episcopi possint vouere? Dub. 6.
An in Episcopis Regularibus cessent vota specialia, seù Religionis, quando illa habent? Dub. 7.

Quis nam sit subiectum Voti? Dub. 1.

1 Respondetur: Omnis homo, qui de iure non prohibetur. Ratio est: quia sicut omnes condere possunt testamentum, qui de iure non prohibentur: ita etiam est in materia voti: quod magis patebit ex dicendis in sequentibus Dubitationibus, & docent Molfesius, *to. 1 tract. 11 cap. 22, num. 1 & 9.* Filliucius, *to. 2 tract. 26. cap. 6. nu. 14.* & alij communiter.

An Pueri possint vouere? Dub. 2.

2 Respondetur: Si loquamur de pueris, qui non sunt doli capaces, id est, qui ante vsum rationis vouent: nullo modo vouere possunt, tam voto solemni, tam simplici. Ratio est: quia ad quodcumque votum requiritur deliberatio rationis, quæ in pueris deficit, sicut in Amentibus, & Furiosis: ergo sicut Amẽtes, & Furiosi non possunt se ad aliquid voto astringere: ita etiam nec Pueri ante vsum rationis vllo voto se obligare possunt. Ita D. Thomas, *2. 2. quæst. 88. art. 9.* Durandus, *in 4. dist. 38. quæst. 1. artic. 7.* vbi Gabriel, *quæst. 1. artic. 5. § 7 & 8.* Riccardus, *dist. 38. artic. 4 quæst. 2.* Paludanus, *quæst. 2. artic. 4. conclus. 5* Valentia, *to. 3 disp. 6. quæst. 6. in fine.* Caietanus, *2. 2. quæst. 88. artic. 9* Sotus, *lib. 7. de iust. quæst. 3. artic. 2.* Aragonius, *2. 2. quæst. 88 artic. 9.* Saycus, *in Clau. reg. lib. 6. cap. 5 num. 22* Rodoriquez *part 2 sum cap. 9.* Azorius, *part. 1. lib. 11. cap. 16.* Reginaldus, *lib. 18. nu. 271.* Sanchez, *lib. 4 sum. cap. 18.* Molfesius, *to. 1 sum. tract. 11. cap. 13 num. 10.* Philiarcus, *de offic. facerd. par. 2. lib. 3 cap. 18.* & alii communiter.

3 Si loquamur de Impuberibus, Glossa, *in cap. mulier v. obligauit 32.* Abbas, *cap. scripturæ, num. 7. de voto.* Angelus, *v. votum. 2. num. 6.* Rosella, *v. nouitius, num. 8.* Innocentius, *cap. scripturæ, num. 3.* vbi Hostiens, *num. 7* Ioa Andreas, *num. 4.* Antoninus, *num. 3.* Cardinal. *nu 6. quæst. 11 & 13* & alij, dicunt: Votum Religionis Impuberum, doli capacium, absque Parentum, vel Tutorum licentia emissum, non obligare: secùs dicunt de alijs votis personalibus: vt, abstinentiæ, & peregrinationis.

4 Silvester verò, *in verbo Religio, 2. quæst. 15.* & alij, dicunt: Nulla Impuberum vota valere, nisi propè pubertatem emittantur: quippè, & si ante eam ætatem rationis vsura ad peccandum sufficienti vtantur, non tamen sufficienti ad vota, ratione eorum grauitatis: Et hanc sententiam, circa votum Religionis, fauet D. Thomas, *2. 2. quæst. 88. artic. 9. in corpore, & quæst. vltim. artic. 5. in corpore.*

5 Sed Palatios, *in 4 dist. 38. disp. 3 fol. 870* ait: nulla Impuberum vota valida esse: quia, cum votum sit res grauissima, non quocumque rationis vsu contentum esse, sed pleno, & maturo indiget; qualis in pubertate completa aduenit.

6 Alij tamen dicunt: Obligari pueros quocumque simplici voto, cum primum rationis vsum, ad lethalem culpam patrandam sufficienti, gaudent. Quorum ratio est: quia ad cuiuscumque simplicis voti valorem, ea deliberatio sufficit, & necessaria est, quæ exigitur, ad culpā mortalem contrahendam: cum ergo ea reperiatur cum hoc rationis vsu, obligabit votum. Ita Caietanus, 2.2 *quæst. 88 art. 9. in corpore & v. votum sum. cap. 3. & imperfectio autem atis* Sanchez, *lib. 4 sum cap. 18. num. 5.* Paludanus, *in 4 dist. 38 quæst. 3. artic. 1. num. 9 & quæst. 4. arti 5. num. 19.* D. Antoninus, *2 par tit 11 cap. 2. §. 6 & part. 3 tit 16. cap. 2 § 4. initio* Armilla, *v. votum num 6. in fine.* Sotus, *lib. 7. de iustit quæst. 3 artic 2 conclus. 3.* Nauarrus, *cap. 12 sum num 18* Aragonius, *2.2. quæst. 88. artic 9 paulò post principium.* Rodoriquez *part. 1 sum. cap 91. artic. 1 &* 2. Azorius, *part. 1 cap. 1 quæst. 9.* Valentia, *2.2. disp. 6. quæst 6 pu. 6 colum. penul. versic secundo verissimum*, & alij.

7 Et licet antiquo iure, Puer post annū decimum quartum completum, & Puella post completum duodecimum, & non antea, etiam si doli capaces essent, voto solemni Religionis se obligare poterāt, vt dicunt D. Thomas, *in 2.2 quæst. 88. artic 9* & alij, qui, *colligerunt in cap non solum de reg. iur. in 6. cap. 1 tit & lib eodem.* Attamen, virtute Concilij Tridentini, *sess. 25 de reg. cap. 15* statutum est, quod: Nullus, neque vir, neque fœmina, ante decimum sextum annum expletum, & integrum annum probationis, à primo die suscepti habitus, professionem emittat. Vndè, si aliter facta fuerit professio, erit nulla, & irrita: Nec tenet votum solemne, etiam ex vi voti simplicis; quia Ecclesia annullat, & irritat huiusmodi votum. Ita Caietanus, *2.2. quæst 88. art. 9.* Molfesius, *to 1 sum tract. 1 cap. 13. nu. 12 & 13* Angles, *in flor. lib. 4 sent. quæst. de voto artic. 7. dub. vltim* Sotus, *lib. 7. de iustit. quæst. 4 artic. 2. ante finem.* Reginaldus, *lib. 18. num. 373.* Sayrus, *in Clau. Reg. lib 6. cap. 5. num. 5.* Valentia, *tom. 3 disp. 6 quæst. 6. pun. 6. in fine*, & alij.

An Serui possint vouere? Dub. 3.

8 RESpondetur Primò: Serui non possunt vouere vota realia: quia nihil habere supponitur: & quidquid acquirit seruus, acquirit domino. Neque emittere possunt vota personalia; quæ impediunt à seruitio, & obsequio Domini: quia dum vota personalia impediunt seruum ab obsequio Domini, vt est votum Religionis, peregrinationis, ieiunij, admodum assiduiui, &c. est de bonis alterius, & sic non tenet. Vndè, serui non possunt vouere peregrinationem, nec ieiunia, quibus à seruitio Domini abstrahantur, vel debiliores, ad seruiendum domino, efficiuntur: neque obligari possunt ad Religionem.

9 Secundò: Serui possunt vouere remaliquam, à qua Dominis non sunt subiecti: vt est votum castitatis: aliquas orationes, & præces, quibus non impediuntur à seruitio Domini; & hoc inuito Domino, & neque ab ipso Domino irritari possunt, *cap. relatam de sentent excommun & arg. cap. ex antiquis, & cap. si seruus sciente dist. 54 & cap. si quis seruus 17 quæst.* Et clarè, *in leg. quis rem ff de pollicit* Et docent Panormitanus, *in cap. scripturæ, de voto, & voti redemp.* vbi Hostiens, & *in instit. de voto §. si quis posuit* D. Thomas, *2.2. quæst 88 artic. 8 ad 2. & quæst. 104 in corpore artic & quæst. 189. artic 6 ad 2.* Riccardus, *in 4 dist. 38 artic. 4. quæst. 2.* vbi Durandus, *quæst. 1 num 7.* Paludanus, *dist 38 quæst. 3. artic. 1. concl. 3* Gabriel, *quæst 1 artic. 5 conclus 3.* D. Antoninus, *2 part. tit. 11. cap 2 § 7.* Angelus, *v. votum 3 quæst. 7.* Tabiena, *v. voto 5. quæst 6.* Sotus, *lib 7. de iustit. quæst. 3 artic. ad 2.* Pianella, *v. votum 2. § vlt. seruus.* Aragonius, *2.2. quæst. 88. artic. 8.* Valentia, *to 3 disp. 6 pun 6 quæst 6* Philiarcus, *de offic sacerd. part 2. lib. 3. cap. 18. in fine.* Rodoriquez, *part. 1. sum. cap 91. conclus. 10 & 11.* Azorius, *part. 1. lib 11. cap. 16. quæst. 8.* Bartholomeus Medina, *lib. 1. cap. 14 § 6.* Sayrus, *in Clau. Reg. lib. 6. cap. 5. num. 7.* Sanchez, *lib. 4 sum. cap. 25.* Molfesius, *to. 1 sum tr. 11. cap. 13. nu. 25.* & alii.

An Coniugati possint vouere? Dub. 4.

10 CLarum est apud omnes, quod neque Vir, neque Vxor potest aliquid vouere, quod directè, vel indirectè tendat in præiudicium status matrimonialis: vt patet, *ex cap. manifestum & ex præmissis 33 quæst. 5 & glossa ibid & cap. noluit 33 quæst. 5* Et ratio est: quia (vt benè ait D. Thomas, *2.2. quæst. 88. art. 8*) Votum est tantum de illis rebus, quæ nostræ subiacent potestati, non autem de illis, in

in quibus quis est alteri subiectus: Cum igitur coniuges corporis potestatem commutarint coniugaliter, ideo in hoc sibi præiudicare non possunt. Vndè vnus Coniugum, continentiam, abstinentiã, longam peregrinationem, & alia similia vouere nequit, quibus coniugale debitum impeditur, nè vel omnino reddi possit, aut saltem congrue non possit. Ita Riccardus, *4 dist 38. artic. 4. quæst. 2.* Beccanus, *4 dist. 2 quæst 3 artic sec. ante finem.* Angelus *v. votum 3. sec § 8* vbi Siluester, *5. quæst. 1.* Nauarr. *in manual. cap. 12 num 61 & 64.* Philiarcus, *de offic. sacerd part. 2. lib. 3. cap. 18.* Valentia, *to. 3. disp. 6. quæst 9. quæst penult.* Rodoriquez, *part. 2. sum. cap. 90 conclus. 2.* Azorius, *par. 1. lib. 11. cap. 16. quæst. 10.* Sayrus, *in Clau. reg. lib. 6. cap. 5. num.* 8. Molfesius, *tom. 1. tract. 11. cap. 13. num. 24.* Sanchez, *tom. 1. sum. lib. 4. cap. 29.* & alij.

11 Potest tamen Vxor vouere ea, quæ nõ sunt in præiudicium Viri: sicut, è contra. Vir è si vouit aliquod ieiunium, & moderatum sinè licentia Viri, quod sinè scandalo Viri adimpleri potest, tenetur illud adimplere: & ita dicendum est, si vouerit recitare aliquas orationes, & alia, in quibus non fit præiudicium Viro: nam si tendat in scandalum Viri, tunc si Maritus voluerit frangere, tenetur: v. g. si Vxor vouerit tali die ieiunare, aut non comedere carnes, aut si vouerit surgere ad matutinum singulis noctibus, cum scandalo Viri, aut iacere in camiscia tota nocte super scãnum, &c. viro petente debitum, aut denique si aliquid aliud vouerit, per quod matrimonium fit ei odiosum. Ita Siluester, Bannez, Molfesius, Sayrus, Paludanus, *in 4. dist 38 quæst. 3. artic. 1. conclus. 6*, & alij.

12 Neque Vir potest vouere abstinentias vigilias, & præces, quæ debito cõiugali moderatè reddẽdo obstẽt: sicut nec Vxor potest inconsulto viro: ita dicendum est de Viro: quia neuter coniux potestatem sui corporis habet, quò ad debitum coniugale persoluendum. Ita Glossa, *in cap. manifestum v. nisi vxor, 33. quæst 4.* vbi Archid *num. vnico.* Turrecremata, *num. 1.* Hostiens. *sum. tit. de voto § si quis vouere possit num* 8. Innocentius, *in cap. scripturæ ad finem de voto.* vbi Ioan. Andr. *num.* 8. Henr. *num.* 6. Paludanus, *in 4 dist. 38. quæst. 3. art. 1. conclus. 6 num.* 10. D. Antoninus, *3 part. tit. 1. cap. 22. initio.* Rosella, *v. votum 2. num.* 3. vbi Angelus, *2. num. 3.* Siluester, *5. q.* 1. Nauarrus *cap. 12 sum. num.* 61. Stunica, *quæst. 3. de voto num.* 32. Philiarcus, *de offic. sacerd. to. 1. part. 2. lib. 3. cap. 18. § 1.* Rodoriquez, *part 2 sum cap. 90. num. 9.* Sanchez, *lib. 9. de matrim. disp. 2. num. 7.* Sayrus, *in Clau. reg. lib. 6. cap. 5. num. 9.* Molfesius, *to. 1 sum. tract. 11. cap. 13. num.* 34 & alij.

13 Potest tamen Vir inconsulta, & renitente Vxore, emittere ea vota abstinentiæ, quæ debito coniugali persoluendo minimè nocet. Sic Glossa, *in cap. manifestum v. nisi auctor.* vbi Gratianus, *v. expressimus* Arch d. *num. vnico* Hostiens. *sum. tit. de voto § qui vouere possit num. 8. versic. etiam.* Abbas, *cap. charissimus, num. 4 de conuers. coniug. & cap. scripturæ nu. 8 de voto.* Paludanus, *in 4. dist. 32. quæst. 3. artic. 1. conclus. 6. num.* 11. Rosella, *v. votum 2. num 8 & 10.* Sanchez, *lib 9. de matrimon disp. 2. num. 7* & alij.

14 Non tamen Coniuges possunt vouere absque alterius consensu habitum D. Francisci, D. Dominici, &c. quia horrorem generant, ac subindè obligationi reddendi debitum nocet. Vndè, non licebit Viro vestib' eremitæ induere, absque Vxoris cõsensu: nec similiter Vxori vestibus mulierum, quas vulgo (*Beatas,*) appellant: quia huiusmodi vestes coniugatos dedecent, horrorisque in altero coniuge causa sunt. Ita Siluester, *v. votum 5. quæst.* 1. Nauarrus, *cap. 12. sum num* 52. Sanchez, *lib. 9. de matrim. disp. 3 num* 9. Rosella, *v. votum 2. num. 9.* & alij.

15 Si verò Vxor habuerit bona paraphrenaria, potest de illis vouere, vt cõmuniter Doctores docent. Et ita dicendum est de Viro, quando vouit vota realia, & peregrinationem: dũmodo, quod ex tali peregrinatione nullum præiudicium fiat mulieri, quò ad carnale debitum, vt est peregrinatio modica: Secùs dicendum est, de peregrinatione longinqua. Ita D. Thomas, *in addit. part. 3. quæst. 64. art. 4.* Sotus, *lib. 7 de iust. quæst. 3. artic. 1. circa medium* Rodoriquez, Sayrus, & alij.

(✝)

23

Dubi-

Dubitatur: An vota abstinentiæ, aut longæ peregrinationis Coniugum, sint ipso iure irrita, an potius valida, donec irritentur?

16 SOtus, *lib. 7. de iustit. quæst. 3. articul. 1. versic. An verò possit.* & Rodoriquez, *part. 2. sum. cap. 90. num. 7.* dicunt: Votum longæ peregrinationis, emissum à viro absque legitima causa, esse irritum, ac proinde nulla irritatione indigere. Immò, Sotus addit, culpam admittere Virum, sic voventem. Vndè, secundum hos Doctores, ita dicendum est de voto magnæ abstinentiæ.

17 Sanchez verò, *lib. 9. de matrim disp. 4. num* 8. Ludouicus Lopez, *part. 1 cap. 46. § mulier verò.* Nauarrus, *cap. 12. sum. nu. 16.* Angles, *in floribus, part. 2 quæst de voto artic. 7 post 9. difficul dub. 3. conclus.* 3. Turrecremata, *cap. sunt quædam 17. quæst 1. num.* 9. & alij dicunt: Id votum validum esse, minimè tamē impleri posse, donec manifestum Vxori, ipsa probet: quia, nec Vir, absolutè vouens, peccabit; nisi expressè intenderet, se obligare contra Vxoris voluntatem: tunc enim peccaret, & votum esset irritum.

18 Potest tamen Vir vouere peregrinationem, in subsidium Terræ Sanctæ: dūmodo, quod votum non sit causa deuotionis: quia, tunc necesse est consensus vxoris, ad illud exequendum. Ratio est: quia, *in cap. de multa de voto in subsidiū.* disponit, cum sit in præiudicium Vxoris, non est extendendus, eò, vel maximè, quia substinetur illud præiudicium ad fauorem boni publici; quod minimè versatur, quando peregrinatio est solius deuotionis causa, sed sola priuata vouentis vtilitas. Ita Gabriel, *in 4. dist 32. quæst unica, artic. 2. conclus. 7. ad finem.* Gregorius Lopez, *l 9. v. Intra Ierusalem tit 8. p* 1. Palatios, *in 4. dist 32. disp. 2. paulo post principium versicul porrò autem.* Stunica, *quæst 3. de voto num. 69.* Sanchez *lib 9. de matrim. disp. 4. num. 16.* Rodoriquez, *part. 2 sum. cap. 90. num. 8* Sayrus, *in Clau. reg. lib. 6. cap. 5. nu 9 circa finem,* Siluester, *v. votum num. 5.* & alij.

19 An verò Mulier possit emittere votū, succurrendi Terræ Sanctæ, absque licētia viri? Affirmat prima opinio, dummodo, quod non sit iunior, ac de continentia suspecta, sitque ita diues, vt possit, gentem armatam ad bellum secū ducere. Ita Gregorius Lopez, *l. 3. num la mugier tit 8. p* 1. Ludouicus Lopez, *part. 1. cap. 46. § penult.* Nauarrus, *cap. 12 sum. num. 62.* D. Antoninus, *part. 3. tit 2 cap. 22. §* 1. Tabiena, *v. matrimonium,* & alij.

20 Secunda opinio ait: Mulierem non posse tale votum adimplere, sinè licentia mariti. Ratio est: quia Vxor votum facere, & adimplere non potest cum præiudicio Mariti, sinè tacita, vel expressa licentia eius: cum igitur huiusmodi votum vergat in præiudicium Mariti, non est adimplendum. Tum quia non potest Mulier sic discurrere, sinè periculo castitatis; prætetquam, quod indecens omninò est, vt Vxor, relicto domi viro, cum militibus Hyerosolymam, Viro renuente, proficiscatur: Non igitur tale votum facere, aut adimplere valet, sine licentia illius. Ita D. Thomas, *in addit. part 3 quæst 64. artic* 4. *ad* 1. Paludanus, *in 4. dist. 38. quæst. 3 artic. 1. conclus. 6.* Rosella, *v. votum 2. § 9.* Siluester, *v. votum 5. quæst.* Rodoriquez, *part. 2 sum. cap. 90. conclus. 8* Sayrus, *in Clau reg. lib 6 cap 5 num. 10* Sanchez, *lib 9 de matrim. disp. 4. num. 17* Sotus, *4. dist 32. quæst. vnica, artic. 3. versic. at verò.* Durandus, *in 4 dist. 38 quæst 2 num. 8. ad* 1. Gabriel, *in 4 dist. 32. quæst vnica artic. 2. conclus 3.* & alij.

An Religiosi possint vouere?

Dub. 5.

21 NOtandum est: Quia Religiosorū ea, de quibus votum emitti potest, sunt in duplici differentia: Quædam enim sunt prohibita: & hoc dupliciter, Vel *in genere*: *vt* peregrinatio, & exitus à Monasterio: Vel *in particulari*, vt quod non faciat hoc, vel illud, v. g. quod non ieiunet, non se verberet, &c. Quædam verò, *non sunt prohibita*: & hæc sunt in quadruplici differentia: Quædam sunt necessaria ad salutem: vt præcepta Decalogi, & alia præcepta Diuina: Quædā sunt, ad quæ Monachus ex professione tenetur, vt tria vota essentialia Religionis, ieiunia, silentium, & alia Religionis statuta. Quædam verò sunt opera libera, & volnotaria supererogationis: quæ adhuc in duplici sunt differentia: Quædam enim ita excedunt, vt nullo modo prohiberi, aut præcipi possint: vt transitus ad Regulam arctiorem. Quædam verò sunt, quæ excedunt communem, & vniuersalem Regulæ obseruantiam: talia tamen sunt, quæ Superioris voluntati

ti subiecta esse videntur: vt orare, abstinere, disciplinam sumere, vigilare, & huiusmodi, de quibus quid sentiendum sit, sequentibus dubitationibus breuiter exponam.

Dubitatur Primò: An vota Subditorum dominatiue alterius potestati, sint irrita, si inconsultis Superioribus emittantur?

22 PRima opinio ait: Nulla Religiosorũ vota esse valida, nec obligatoria, donec Superioris consensus accedat: & ait, tam in votis de opere illo, interdicto per Regulam, aut Superiorem, quam de non interdicto, intelligi conditionem affirmatiuam, si Superior consenserit. Cuius ratio est: quia Religiosi non subduntur Superioribus, quò ad solam materiã promissam, vt vel sic sufficiat ad votorum valorem, de rebus non vetitis ipsos, non contradicere; sed subduntur etiam quò ad voluntatem, qua vouet, cuius dominium est apud Superiorem: ergo, actus promittendi in talibus subditis, vt potè qui est vsus voluntatis alienæ, non est Deo acceptus, nec obligationem inducit; donec Superior consentiat. Ita Valentia, 2.2. *disp. 6. quæst. 6. pun. 6. colum. 2. quæst. 2. in medio ante q. 1.*

23 Secunda opinio ait: Non licere Religiosis, emittere aliquod votum, absque licentia Superioris: quod si secùs faciãt, vota esse irrita; *ex cap. monach. 20. quæst. 4.* quod ex D. Basilio. Cuius ratio est: quia professio Religionis, ex eius natura, est, vt omnia vota, antea emissa, extinguat, *cap. scripturæ de voto*: ergo impedit alia emitti. Tum quia, humana fragilitate, ac Religionis oneribus bene spectatis, nulla potest addi noua obligatio, absque transgressionis periculo eorum, quæ Regula præscribit, ac eorum damno. Ita Riccardus, *in 4. dist. 38. artic. 4. quæst. 1.* vbi Paludanus, *quæst. 3. artic. 2. num. 24. conclus. 7.* Hostiens, *sum. tit. de voto §. quis vouere possit nu. 7. versi. Item nec votum.* Maior, *in 4. dist. 38. q. 4. dub. de ÿs, qui vouere possunt, versic. tertio Religiosi.* Rosella, *v. votum 2. num. 24.* Angelus, *v. votum. 2. num. 3.* & alii.

24 Tertia opinio ait: Religiosi licitè possunt vouere omnia opera bona, quę nec Regula, nec Superiorum præcepto, eis interdicta sint, nec eos à debito illorum obsequio retrahunt: & vota eorũ obligant ante consensum Superioris, donec Superiores executioni contradicunt; nam huiusmodi votis nequaquã includitur conditio affirmatiua, si Superior consenserit; sed negatiua, dum Superior non contradixerit. Cuius ratio est: quia, cum ea materia nullo pacto sit interdicta, & sit bona, & apta voto emittendo, quamdiu non interdicitur, & sita in vouentium potestate: ergo, eiusmodi vota sunt licita, & materia: & statim obligant, donec Superior contradicat. Confirmatur, quia *in cap. monacho 20. quæst. 4.* non dicitur: Vota, à Religiosis emissa, esse irrita, sed frangenda, idest, irritanda: ergo ante irritationem sunt valida. Ita Innocent. *in cap. scripturę nu. 1. de voto,* Panormitanus, *num 6.* Ioann. Andr. *num. 4.* Anton. *nu. 3. versic. secundo modo.* Hostiens, *num. 7.* Archidiacon. *num. 9.* Cardinal. *num. 2. quæst. 2.* Paludanus, *in 4. dist. 38. quæst. 4. artic. 2. num. 24.* vbi Gabriel *quæst. 1. artic. 3. pun. 3. concl. versic. tertio Religiosi.* D. Antoninus, *4. quæs. 2. tit. 11. cap. 2. §. 6. ad finem.* Siluester, *v. votum quæst. 3.* Caietanus, *2. 2. quæst. 88. artic. 8. dub. 1. & in sum. v. votum, cap. de quatuor conditionibus ex parte vouentis.* Tabiena, *v. votum 4. quæst. 4. num. 5.* Armilla, *v. votum num. 8. & 9. in fine.* Sotus, *lib. 7. de iust. quæst. 3. artic. 2. dub. 3. colum. 7. versic hinc autem* Alcozer, *cap. 16. sum. conclus. 1.* Aragonius, *2. 2. quæst. 88. artic. 8. dub. 1. conclus. 2.* Angles, *in floribus par. 2. de voto, quæst. unica artic. 7. diff. 2. concl. 2.* Ouandus, *in 4. dist. 38. disp. vnica in propofit. 20.* Nauarrus, *cap. 12. sum. num. 67. & 69.* Toletus, *lib. 4. sum cap. 18. num. 9.* Philiarcus, *de offic. sacerd. to. 1. par. 2. lib. 3. c. 18.* Corradus, *in suis respons. casuum part. 1. quæst. 1. in quæst. 301.* Vega, *to. 2. sum. cap. 29. cas. 90.* Medina, *lib. 1. sum. cap. 1. §. 6.* Petrus Ledesma, *to. 2. sum. tra. 10. cap. 7. dub. 1. part. 2. lib. 3. cap. 18.* Azorius, *part. 1. lib. 11. cap. 16. quæst. 4. 5. & 6.* Sayrus, *in Clau. reg. lib. 6. cap. 5. num. 22.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 25. num. 6.* Lesius, *lib. 2. cap. 40. dub. 10. num. 71.* Suarez, *to. 2. de relig. tract. de voto lib. 3. cap. 5. à num. 3. vsque ad finem.* Rodoriquez, *part. 2. sum. cap. 89. conclus. 2.* & alii.

25 Vota verò Subditorum, quæ fiunt de rebus, interdictis à Prælato, vel Constitutionibus, non sunt statim valida, nec obligant donec Superior consensum præstiterit. Ratio est: quia Prælatus dominium, aut quasi dominium volunta-

tis

Dubitatur: An vota abstinentiæ, aut longæ peregrinationis Coniugum, sint ipso iure irrita, an potius valida, donec irritentur?

16 SOtus, *lib. 7. de iustit. quæst. 3. articul. 1. versic. An verò possit*, & Rodoriquez, *part. 1. sum. cap. 90. num. 7.* dicunt: Votum longæ peregrinationis, emissum à viro absque legitima causa, esse irritum, ac proindè nulla irritatione indigere. Immò, Sotus addit, culpam admittere Virum, sic vouentem. Vndè, secundum hos Doctores, ita dicendum est de voto magnæ abstinentiæ.

17 Sanchez verò, *lib. 9. de matrim. disp. 4. num* 8. Ludouicus Lopez, *part. 1. cap. 46. § mulier verò.* Nauarrus, *cap. 12. sum. nu. 16.* Angles, *in floribus, part. 1. quæst. de voto artic. 7. post 9. difficul. dub. 3. conclus. 3.* Turrecremata, *cap. sunt quadam 17. quæst. 1. num. 9.* & alij dicunt: Id votum validum esse, minimè tamē impleri posse, donec manifestum Vxori, ipsa probet: quia, nec Vir, absolutè vouens, peccabit; nisi expressè intenderet, se obligare contrà Vxoris voluntatem: tunc enim peccaret, & votum esset irritum.

18 Potest tamen Vir vouere peregrinationem, in subsidium Terræ Sanctæ; dūmodo, quod votum non sit causa deuotionis: quia, tunc necesse est consensus vxoris, ad illud exequendum. Ratio est; quia, *in cap. de multa de voto in subsidi.* disponit, cum sit in præiudicium Vxoris, non est extendendus, eò, vel maximè, quia sustinetur illud præiudicium ad fauorem boni publici; quod minimè versatur, quando peregrinatio est solius deuotionis causa, sed sola priuata vouentis vtilitas. Ita Gabriel, *in 4. dist. 32. quæst. vnica, artic. 2. conclus. 7. ad finem.* Gregorius Lopez, *l. 9. v. Intra Ierusalem tit. 8. p. 1.* Palatios, *in 4. dist. 32. disp. 2. paulò post principium versicul porrò autem.* Stunica, *quæst. 3. de voto num. 69.* Sanchez *lib. 9. de matrim. disp. 4. num. 16.* Rodoriquez, *part. 2. sum. cap. 90. num. 8* Sayrus, *in Clau. reg. lib. 6. cap. 5. nu 9 circa finem,* Siluester, *v. votum num. 5.* & alij.

19 An verò Mulier possit emittere votū, succurrendi Terræ Sanctæ, absque licētia viri? Affirmat prima opinio, dummodo, quod non sit iunior, ac de continentia suspecta, sitque ita diues, vt possit, gentem armatam ad bellum secū ducere. Ita Gregorius Lopez, *l. 3. num la mugier tit. 8. p. 1.* Ludouicus Lopez, *part. 1. cap. 46. § penult.* Nauarrus, *cap. 12. sum. num. 62.* D. Antoninus, *part. 3. tit. 1. cap. 21. § 1.* Tabiena, *v. matrimonium*, & alij.

20 Secunda opinio ait: Mulierem non posse tale votum adimplere, sinè licentia mariti. Ratio est: quia Vxor votum facere, & adimplere non potest cum præiudicio Mariti, sinè tacita, vel expressa licentia eius: cum igitur huiusmodi votum vergat in præiudicium Mariti, non est adimplendum. Tum quia, non potest Mulier sic discurrere, sinè periculo castitatis; prætérquam, quod indecens omninò est, vt Vxor, relictò domi viro, cum militibus Hyerosolymam, Viro renuente, proficiscatur: Non igitur tale votum facere, aut adimplere valet, sine licentia illius. Ita D. Thomas, *in addit. part 3. quæst 64. artic 4. ad 1.* Paludanus, *in 4. dist. 38. quæst. 3. artic. 1. conclus. 6.* Roselia, *v. votum 2. § 9.* Siluester, *v. votum 5. quæst.* .. Rodoriquez, *part. 2. sum. cap. 90. conclus.* 8. Sayrus, *in Clau reg. lib 6 cap 5 num. 10* Sanchez, *lib 9 de matrim. disp. 4. num. 17* Sotus, *4. dist 32. quæst. vnica, artic. 3. versic. at verò.* Durandus, *in 4 dist. 38 quæst 2 num. 8. ad 1.* Gabriel, *in 4 dist. 32. quæst vnica artic. 2. conclus 3.* & alij.

An Religiosi possint vouere?

Dub. 5.

21 NOtandum est: Quia Religiosorū ea, de quibus votum emitti potest, sunt induplici differentia: Quædam enim sunt prohibita: & hoc dupliciter, Vel *in genere*: vt peregrinatio, & exitus à Monasterio: Vel *in particulari*, vt quod non faciat hoc, vel illud, v.g. quod non ieiunet, non se verberet, &c. Quædam verò, *non sunt prohibita*: & hæc sunt in quadruplici differentia: Quædam sunt necessaria ad salutem: vt præcepta Decalogi, & alia præcepta Diuina: Quædā sunt, ad quæ Monachus ex professione tenetur, vt tria vota essentialia Religionis, ieiunia, silentium, & alia Religionis statuta. Quædam verò sunt opera libera, & voluntaria supererogationis: quæ adhuc in duplici sunt differentia: Quædam enim ita excedunt, vt nullo modo prohiberi, aut præcipi possint: vt transitus ad Regulam arctiorem. Quædam verò sunt, quæ excedunt communem, & vniuersalem Regulæ obseruantiam: talia tamen sunt, quæ Superioris voluntati

ti subiecta esse videntur: vt orare, abstinere, disciplinam sumere, vigilare, & huiusmodi, de quibus quid sentiendum sit, sequentibus dubitationibus breuiter exponam.

Dubitatur Primò: An vota Subditorum dominatiui alterius potestati, sint irrita, si inconsultis Superioribus emittantur?

22 PRima opinio ait: Nulla Religiosorũ vota esse valida, nec obligatoria, donec Superioris consensus accedat: & ait, tam in votis de opere illo, interdicto per Regulam, aut Superiorem, quam de non interdicto, intelligi conditionem affirmatiuam, si Superior consenserit. Cuius ratio est: quia Religiosi non subduntur Superioribus, quò ad solam materiã promissam, vt vel sic sufficiat ad votorum valorem, de rebus non vetitis ipsos, non contradicere; sed subduntur etiam quò ad voluntatem, qua vouet, cuius dominium est apud Superiorem: ergo, actus promittendi in talibus subditis, vt potè qui est vsus voluntatis alienæ, non est Deo acceptus, nec obligationem inducit; donec Superior consentiat. Ita Valentia, 2. 2. *disp. 6. quæst. 6. pun. 6. colum. 2. quæst. 2. in medio ante q. 1.*

23 Secunda opinio ait: Non licere Religiosis, emittere aliquod votum, absque licentia Superioris: quod si secùs faciãt, vota esse irrita; *ex cap. monach. 20. quæst. 4.* quod ex D. Basilio. Cuius ratio est: quia professio Religionis, ex eius natura, est, vt omnia vota, antea emissa, extinguat, *cap. scripturæ de voto*: ergo impedit alia emitti. Tum quia, humana fragilitate, ac Religionis oneribus benè spectatis, nulla potest addi noua obligatio, absque transgressionis periculo eorum, quæ Regula præscribit, ac eorum damno. Ita Riccardus, *in 4. dist. 38. artic. 4. quæst. 1.* vbi Paludanus, *quæst. 3. artic. 3. num. 11. conclus. 7.* Hostiens, *sum. tit. de voto § quis vouere possit nu. 7. versi. Item nec votum.* Maior, *in 4. dist. 38. q. 4. dub. de ijs, qui vouere possunt, versic. tertio Religiosi.* Rosella, *v. votum 2. num. 24.* Angelus, *v. votum. 2. num. 3* & alii.

24 Tertia opinio ait: Religiosi licitè possunt vouere omnia opera bona, quę nec Regula, nec Superiorum præcepto, eis interdicta sint, nec eos à debito illorum obsequio retrahunt: & vota eorũ obligant ante consensum Superioris, donec Superiores exequutioni contradicunt: nam huiusmodi votis nequaquã includitur conditio affirmatiua, si Superior consenserit; sed negatiua, dum Superior non contradixerit. Cuius ratio est: quia, cum ea materia nullo pacto sit interdicta, & sit bona, & apta voto emittendo, quamdiu non interdicitur, & sita in vouentium potestate: ergo, eiusmodi vota sunt licita, & materia: & statim obligant, donec Superior contradicat. Confirmatur, quia *in cap. monacho 20. quæst. 4.* non dicitur: Vota, à Religiosis emissa, esse irrita, sed frangenda, idest, irritanda: ergo ante irritationem sunt valida. Ita Innocent. *in cap. scripturæ nu. 1. de voto,* Panormitanus, *num 6.* Ioann. Andr. *num 4.* Anton. *nu. 3. versic secundo modo.* Hostiens, *num. 7.* Archidiacon. *num. 9.* Cardinal. *num. 2. quæst 2.* Paludanus, *in 4 dist. 38. quæst. 4 artic. 2 num. 24.* vbi Gabriel *quæst. 1 artic. 5. pun. 3. concl. versic. tertio Religiosi.* D. Antoninus, *4 quæst. 2. tit 11. cap. 1. § 6. ad finem.* Siluester, *v. votum quæst 3.* Caietanus, *2. 2. quæst 88. artic. 8. dub. 1 & in sum. v. votum, cap. de quatuor conditionibus ex parte vouentis.* Tabiena, *v. votum 4 quæst. 4. num. 5* Armilla, *v votum num. 8. & 9. in fine.* Sotus, *lib. 7 de iust. quæst 3. artic. 2. dub. 3. colum. 7. versic hinc autem* Alcozer, *cap. 16. sum. conclus. 1.* Aragonius, *2. 2. quæst 88 artic. 8. dub. 1. conclus. 2.* Angles, *in floribus par. 2. de voto, quæst unica artic 7. diff 2. concl. 2.* Ouandus, *in 4 dist 38. disp vnica in propositi. 20* Nauarrus, *cap. 12 sum. num. 67. & 69.* Toletus, *lib 4. sum cap. 18. num. 9.* Philiarcus, *de offic. sacerd to 1. par. 2. lib. 3. c. 18.* Corradus, *in suis respons. casuum part. 1. quæst. 1. in quæst. 301.* Vega, *to. 2. sum. cap 129 cas 90.* Medina, *lib. 1. sum. cap. 1. § 6.* Petrus Ledesma, *to. 2 sum tra. 10 cap. 7. dub 1. part. 2. lib. 3 cap. 18.* Azorius, *part. 1. lib 12 cap. 16. quæst. 4. 5. & 6.* Sayrus, *in Clau. reg. lib 6. cap. 5. num 22.* Sanchez, *lib. 4 sum. cap 25 num. 6.* Lesius, *lib. 2 cap 40 dub. 10 num. 71.* Suarez, *to 2. de relig. tract de voto lib 3. cap 5. à num. 3. vsque ad finem.* Rodoriquez, *part. 2 sum. cap. 89. conclus. 2.* & alii.

25 Vota verò Subditorum, quæ fiunt de rebus, interdictis à Prælato, vel Constitutionibus, non sunt statim valida, nec obligant donec Superior consensum præstiterit. Ratio est: quia Prælatus dominium, aut quasi dominium volunta-

tis

tia subditi habet, vt illum dirigat: ergo, prius quam accedat consensus Prælati, non emittitur votum cum cõsensu eius, qui est dominus voluntatis vouẽtis, sed potius contra illius voluntatem: & idcirco non obligat. Tum quia, materia voti debet esse materia virtutis: sed res prohibita à Prælato, non est Monacho materia virtutis, antequam accedat eius consensus: ergo, &c. Ita Sotus, *lib. 7. de iustit. quæst. 3. artic. 2.* Aragonius, *2. 2. q. 88. art. 8. dub. 1. conclus. 1.* Ludouicus Lopez, *part. 1. cap. 48* Bartholomeus Medina, *lib. 1. cap. 14. §. 6. circa medium.* Sayrus *in Claui reg. lib. 6. cap. 5. num. 10.* Rodoriquez, *part. 2. sum. cap. 89. conclus. 1.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 25. num. 20.* Suarez, *to. 2. de relig. tractat. 8. de voto lib. 3. cap. 6. num. 9.* Caietanus, *in sum. artic. 8. dub. 1. & 2. 2. quæst. 88. artic. 8.* Valentia, *tom. 3. disp. 6. quæst. 6. pun. 6. dub. 1.* Toletus, *lib. 4. sum. cap. 18. num. 9.* Azorius, *part. 1. lib. 11. cap. 16. quæst. 4. 5. & 6.* & alii.

Dubitatur Secundò: An hæc conclusio intelligatur de solis rebus, quæ non absolutè interdicuntur in Regula, sed quò ad solum modum; quia nimirum interdicit, eam rem absq; licentia fieri?

26 LEssius, *lib. 2. cap. 40. dub. 10. num. 72.* & Sotus, *lib. 7. de iustit. quæst. 3. artic. 2. conclus. 7. versic. ad secundum igitur*; intelligunt: Non solum de solis rebus, quę non absolutè interdicuntur in Regula, sed etiam quò ad solum modum.

27 *Suarez verò, to. 2. de relig. lib. 3. de voto. cap. 6. à num. 9. vsque ad nu. 22.* & Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 25. num. 10.* dicunt: Votum de re, absolutè interdicta per regulam, nullatenus obligare, sed esse interdictum: præter quam in casu speciali, in quo secundum prudentiam, attentis circumstantijs concurrentibus, iudicaretur maius Dei obsequium: vt in dispensatione in Regula, facta per Prælatum. Quorum ratio est: quia, latum est discrimen inter vtrumque prohibendi modum: quando enim Regula non prohibet absolutè opus, sed tantum interdicit, illud fieri absque licentia; illa licentia, nec dicitur dispensatio, nec relaxatio Regulæ, sed potius exequutio eius, posito modo in ea, petitio ad exequendum opus: & ideò, seruato eo modo, actus est simpliciter melior, & nullo modo à Regula deuians: At quando prohibet absolutè opus, est melius conformari Regulæ (loquendo regulariter) quam petere illius relaxationem, seù dispensationem à Prælato: & ideò dispensationes sunt valdè odiosæ, & strictissimi iuris, eò quod à iure communi concedunt deuiandi facultatem.

28 Quid dicendum, quando vota Religiosorum sunt realia? Respondetur: Si subditi habent administrationem bonorum, ex vi muneris, vt habent Prælati Religionis; clarum est, votum illorum, de eleemosyna eroganda, validum esse: nec includere conditionem affirmatiuam, scilicèt, si Superior concesserit: sed solum negatiuam, scilicèt, nisi Superior contradixerit: Si autem eleemosyna excesserit facultatem, quam habent, valebit votum, si Superior non contradixerit: sicut contingit in alijs votis de rebus prohibitis. Ita Suarez, *to. 2. de relig. lib. 3. de voto cap. 7. num. 3.* Sanch. *lib. 4. sum. cap. 25. num. 12.* & alij.

29 Si verò Religiosus non sit Prelatus, sed Subditus, eleemosynam vouerit, & vouerit de rebus, sibi in vsum à Superiore concessis, volens parciùs illis vti, vt eleemosynam largiatur; valebit quidem votum, si Superior licentiam concesserit. Si tamen Religiosus vouerit eleemosynam de rebus Conuentus, votum est impertinens, & ad nihil obligat. Secus si speciali casu, vbi grauis occurrerit necessitas, quam ratio dictaret, esse aperiendam Superiori: At extra talem casum, tale votum est imprudens, & non obligat: quia, non tam est de eleemosyna facienda, quam de Superiori modo, vt eleemosynam faciat, quod regulariter non expedit. Ita Suarez, *d. cap. 7. nu. 5.* Sanchez, *d. cap. 25. num. 14.*

Dubitatur Tertiò: An sufficit taciturnitas, aut ratiabitio Superioris, vt vota de rebus vetitis possint à subditis impleri?

30 SVfficere taciturnitatem Superioris, videntis rem illam interdictam, à subdito fieri, & non contradicentis, dicunt Doctores citandi. Quorum ratio est: quia, taciturnitas est quædam tacita operis illius exequendi licentia, dum Superior ipse non contradixerit: quia tacens

tacens in re, ad se expectante, nec sibi noxia, consentire videtur, *Regul. qui tacet de regul. iuris in 6.* At concedere licentiam, illius operis exequendi, spectat ad Superiorem, nec hoc, est sibi noxiũ: ergo iure optimo potest subditus præsumere licentiam, operis exequendi, dũ Superior non contradixerit. Ita Innocentius, *cap. scripturę num. 3. versic. sed nobis de voto,* vbi Ioa. Andr. *num.* 4. Hostiens, *num.* 7. Cardinal. *num. 6 quęst.* 12 Gregorius Lopez, *l. 3. v de eded. tit* 8 *pu.* 1. Turrecremata, *cap. sunt quędam* 17. *quęstion.* 1. *num.* 5. *ad finem.* Valentia, 2. 2 *disput 6. quęst 6. pun. 6. quęstiunc.* 1. *ad finem.* Sayrus, *in Clau. reg. lib. 6. cap. 5. num.* 20. *versic. illud autem.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap.* 25 *num.* 17. & alij. Dummodo, quod Superior commodè poterat prohibere: alias, non erit licentia, sed præsumptio, quæ non excusat.

31 Ex his deducitur Primò: Subditus, emittens votum de rebus, sibi prohibitis, non petita prius licentia, nõ peccat: quia in huiusmodi votis intelligitur tacita conditio, si Superior dederit licentiam: at illa accedente est, materia voti apta. Ita D. Thomas, 2. 2. *quęst.* 88. *artic.* 8. *ad* 4. Turrecremata, *cap sunt quędam* 17. *quęst.* 1. *num.* 11. Sotus, *lib. 7. de iustit. quęst. 3. artic. 1 dub. 3. colum 3. versic De vtroque autem.* Sayrus, *in Clau. reg. lib. 6 cap. 5 num. 20. in fine.* Sanchez, *lib 4. sum. cap. 25. num.* 18. Vega, *to 2 sum. cap.* 129. *cas* 90. Nauarrus, *cap. 12. sum. num.* 67. Siluester, *v votum 3. quęst* 3. Tabiena, *v. votum 5 quęst. 4. num.* 5. & alij.

32 Limitat hanc sententiam Sanchez, *num* 18. Nisi materia sit ita interdicta absolutè per regulam, aut præceptum Superioris, vt sit inepta materia: tunc enim esset culpa venialis: quia promittitur materia contra consilium, quæ maius bonum impedit, & sic est inepta voto.

33 Secundò: Quandò quis vouit aliquid, Regula, aut præcepto Superioris sibi interdictum, vt illud exequatur inconsulto superiore, tunc non tenetur ad votum. Ratio est: quia, in tantum ea materia est apta voti, quatenus tacitè imbibit conditionem, si Superior consenserit: ergo, quando expressa vouentis intentione is consensus excluderit, erit voto inepta, ac proindè votum prorsus irritum. Ita Lesius, *lib. 2. cap. 40. dub.* 10. *num.* 72. Suarez, *to. 2. de relig. lib. 3. de voto, cap 6. nu.* 9. Sanchez, *lib. 4. sum cap.* 25. *n.* 19. Azor *p.* 1 *lib.* 11. *c* 16 *q.* 5 *in fin.* & alij.

Dubitatur Quartò: An Religiosi, qui votum emiserunt rei interdictę, teneantur petere licentiam à Superiore, ac manifestare votum?

34 Affirmatiuè respondetur. Ratio est: quia, sicut quilibet actus voluntatis, non fit absque voluntate, hæc autem non fertur in obiectum omninò incognitum. Ita Valentia, 2. 2. *disp. 6. quęst 6. pun. 6 quęst* 2. Graffius, *part. 1 decis. lib. 2. cap. 19. num.* 7. Sayrus, *in Clau. reg lib 6. cap. 10 num 9 in fine.* Suarez, *to. 2 de relig. lib 6. de voto cap 7. num.* 13. & 14. Lesius, *lib. 2. cap. 40. dub. 10. num* 7. Caietanus, 2. 2 *quęst* 88 *artic.* 8 *dub.* 2. *§ ad obiectionem vero, & in sum. v. votum.* Sanchez, *lib. 4 sum. cap. 25. num.* 23. Nauarrus, *cap. 12. sum num* 69 Aragonius, 2. 2 *quęst* 88. *artic.* 8 *diffic.* 1 *conclus.* 3. Petrus Ledesma, *to.* 2. *sum tract.* 10. *cap. 7. dub.* 2. & alij.

35 Immò Religiosus, qui vouit rem, à Superiore interdictam, aut à Regula, tenetur (ex vi illius voti) petere licentiam, implendi illam. Ratio est: quia, cum votum illud impleri nequeat, absque Superioris licentia, vanum esset, ac irrisorium, nisi obligaret, ad eam licentiam postulandam. Tum quia, obligans se ad aliquem finem, subinde obligat se ad ea media, sinè quibus finis ille comparari nequit, ne vana sit ea promissio. Ita Petrus Ledesma, *d cap. 7. dub. 1. dict.* 5. Vega, *to. 2 sum cap.* 129 *cas.* 90. Siluester, *v. votum 3. quęst. 3. dict* 5. Rodoriquez, *pa.* 2 *sum. cap* 48. *num.* 3. Sanchez, *lib. 4. sum. cap.* 25. *num.* 24 Suarez, *eod. tract. lib. 3. cap. 6. num* 11. & alij.

36 Limitat hanc sententiam Sanchez: Nisi Subditi, tempore voti emissi, habuerint expresse intentionem, non se obligandi, ad petendam licentiam; sed solum ad opus illud exequendum, quãdo prohibitio cessaret: quia votum non obligat vltra intentionem vouentis.

37 Vndè Subditus non tenetur petere licentiam, quando materia, tempore voti, non erat interdicta, & postea interdicta est. Ratio est: quia votum non obligat vltra intentionem vouentis, tacitam, vel expressam: at neutra fuit obligandi se in hoc casu, ad petendam eam licentiam, vt clarè videtur: quia tunc necessaria non erat. Ita Aragonius, 2. 2. *q.* 88.

2.2. *quæst* 88. *artic*. 8. *diffic*. 1. *concl*. 3. Sayrus, *in Clau. reg. lib*. 6. *cap*. 5. *num*. 21. Suarez, *to*. 2. *de relig. tract. de voto lib*. 3. *cap*. 6. *num*. 13. Sanchez, *lib*. 4. *sum. cap*. 25. *num*. 26. & alij. Et ita dicendum est, quando Subditus credebat, tempore voti, eam licentiam non esse necessariam: quia obligatio eius pendet ex tacita eius voluntate: ignorantia autem tollit voluntarium. Ita Suarez, *num*. 13. Sanchez, *num*. 26. Aragonius, & alij. Et ita dicendum est, quando, tempore voti, materia erat interdicta, vel prohibita; & prohibitio vouentem latebat: quia, iam adest ignorantia licentiæ illius necessariæ. Ita Sanchez, *num* 27. Aragonius, *conclus*. 3. Rodoriquez, *part*. 2 *sum. cap*. 89. *num*. 3. Vega, *tom* 2 *sum. cap* 1 9. *cas*. 90. Suarez, *num*. 13. Corradus, *in suis respons. part* 1 *quæst* 301. & alij.

Dubitatur Quartò: An quando Subditus tenetur petere licentiam, teneatur aperire votum?

38 PRima opinio ait: Necessarium esse in facultatis petitione aperire, se obligatum voto ad opus faciendum. Cuius ratio est: quia, explicando votum, Superior magis mouetur, ad concedendam facultatem, & attentiùs rem considerabit, prius quã negare audeat. Confirmatur: nam qui vouet, tenetur procurare, & quod in se est facere, vt votum impleat: sed ille non videtur facere sufficientem diligentiam, ad implendum votum, nisi petat facultatem, ad illud implendum formaliter, & non tantum quasi materialiter, ad faciendum actum promissum: ergo tenetur priori modo illam petere, quod facere non potest, nisi notificando votum suum. Ita Sotus, *lib*. 7. *de instit quæst*. 3 *artic*. 1 Caietanus, 2. 2. *quæst* 88. *artic* 8 *dub*. 2. *in fine*, & *v. votum summæ*. Armilla, *v. votum* 7. Angles, *in florib part* 2. *quæst. vnica*, *de voto artic*. 7. *diffic*. 2. Graffius, *part*. 1. *decis lib*. 2. *cap*. 27. *num*. 2. Aragonius, 2. 2. *quæst*. 88. *artic*. 8. *diffic*. 1. *conclus*. 1. Valentia, 2. 2. *disp*. 6. *quæst*. 6. *pun*. 6. *quæst* 2. Lessius, *lib*. 2. *cap*. 40. *dub*. 10. *num*. 72 Sayrus, *in Clau. reg lib*. 6. *cap*. 5. *num*. 30. Rodoriquez, *par*. 2. *sum cap* 89. *num*. 5. Azorius, *part*. 1 *lib*. 11. *cap*. 16. *quæst*. 6. Corradus, *in suis respons. part*. 1 *quæst*. 4 *ad finem*. Ludouicus Lopez, *part* 1. *cap*. 48. & alii.

39 Secunda opinio ait: Sufficere, facultatem petere à Prælato, ad faciendum actum, per votum promissum: vt, ad ieiunandum, peregrinandum, &c. quamuis nulla mentio voti fiat. Cuius ratio est: quia, vouens solùm obligatur, ad implendam conditionem, inclusam in voto; & qua posita, manet validum totum votum: id enim dumtaxat clauditur virtute inuoluntate promittendi: at hanc satis implet, petendo licentiam tacito voto: quia conditio, subintellecta in voto, ea est, si Superior permiserit: ergo ad nil tenetur. Vndè, vt teneatur subditus manifestare votum, opus est expressa vouentis intentione, qua ad id manifestandum se obligauit: nec sufficit adesse intentionem, tempore voti, illud manifestandi Superiori: sed oportet adesse expressam intentionem illam se obligandi. Quòd si dubius sit vouens, an habuerit eamq; intentionem se obligandi ad propositum hoc manifestandi voti, tunc votum non obligat. Ita Suarez, *to*. 2. *de relig. lib*. 3. *de voto cap*. 6. *num*. 15. 16 & 7 & dicit Caietanus, 2. 2. *quæst*. 88 *artic*. 8 *dub* §. *adhoc dicitur* Nauarr. *cap* 12. *sum. num*. 69. Palatios, *in* 4. *dist* 38. *disp* 3. *colum* 20 *paulo ante versiculum vnde colligitur fol*. 872. Sanch. *lib*. 4 *sum. cap* 25 *num*. 9. Petrus Ledesma, *to*. 2. *tr*. 10. *cap*. 7. *dub* 7. & alii.

An Episcopi possint vouere? Dub. 6.

40 REspondetur Primò: Episcopi non possunt vouere, renuntiare Episcopatui, aut Religionem ingredi, absque licentia Papæ. Ratio deducitur, *ex cap. nisi cum pridem in fine, de renunt & cap. licet, vers. de reg & leg regia* 3. *tit*. 8. *part* 1. Tum quia, cum id votum sit de re, ipsis interdicta, quæ, cessante interdicto, est materia consilij, id votum non est omninò irritum, sed includit conditionem affirmatiuam, si Pontifex consenserit: Vndè si vouit Episcopus, tenetur cõsensum Pontificis petere, eoque denegato, liber erit. Ita Paludanus, *in* 4. *dist*. 38. *q*. 4. *artic*. 1. *num*. 24. D. Antoninus, 2. *par. tit*. 11. *cap*. 2. §. 6. *versic primo ergo*. Caietanus *in sum. v. votum cap de quatuor condit. ex parte vouent* 6. *imperfectio autem ætatis*. Sayr. *in Clau. reg. lib* 6. *cap*. 5 *n*. 24 *in fine*. Azor. *p p lib*. 11. *cap* 16. *q*. 2. Tabien. *v. vot* 8 5. *q*. 1. *n*. 2. Sãch. *lib*. 4. *sum. c*. 25. *n*. 26. Suar. *to*. 2. *de relig. lib*. 3. *de voto cap*. 4 *n* 8 Molfes. *to*. 1. *sum. tr*. 11. *c*. 13 *n*. 55. Sãct. de Melf. *in cõm. cõst. minorũ c*. 2. *fact*. 1 § 7. & alii.

Si

41 Si verò Episcopus vouerit ingressum Religionis, antequam crearetur Episcopus, tenetur votum prius adimplere, vt patet, ex cap. per tuas de voto, & voti redempt. Tum quia licet status Episcoporum sit perfectior statu Religiosorum, vt docet D. Thomas 2. 2. quæst. 184. art. 7. & alij: quia tamen Religionis ingressus, & professio non impedit, quo minus in Episcopum eligi possit, votum suum, quando cum poterit, adimplere tenetur. Ita Sanchez, lib. 4. sum. cap. 17. num. 5. Reginaldus, lib. 18. num. 197. Molfesius, tom. 1. sum. tract. 11. cap. 13. num. 45. Suarez, in Clau. reg. lib. 6. cap. 9. num. 14. versic. Tertio si vouit, & alij.

42 Secundò. Quid dicendum de voto Episcoporum magnæ peregrinationis? Abbas, in cap. magnæ num. 14. de voto. ait: Votum huiusmodi peregrinationis, quod in eo textu commutauit Pontifex, fuisse irritum, & solum fuisse vtcunque gratiâ, fuisse à Pontifice commutatum.

43 Azorius verò, par. 1. lib. 11. cap. 16. quæst. 2. Hostiens. in cap. magnæ num. 9. & 16. Gabriel, in 4. dist. 38. quæst. 1. artic. 5. post. 3. conclus. Angelus, v. votum 1. num. 3. Siluester, v. votum 3. quæst. 1. Tabiena, v. votum 2. num. 1. Alcozer, cap. 16. sum. vbi de patentib. irrit. conclus. fol. 55. Sayrus, in Clau. reg. lib. 6. cap. 4. num. 24. & alij, dicunt: Votum longæ peregrinationis, ab Episcopis initum, valere quidem in solum ipsorum præiudicium: & quamuis adimpleri nequeat absque Pontificis licentia, teneri tamen, eos expensas eundi, & redeundi soluere, & in eas id votum commutare: vt patet, ex cap. magnæ de voto, vbi Pontifex in eas expensas commutauit votum peregrinationis in subsidium Terræ Sanctæ: quod quidem Episcopus emiserat, quasi in sui præiudicium voluerit.

44 At enim Molfesius, to. 1. sum. tract. 11. cap. 13. num. 56. Sanchez, lib. 4. sum. cap. 25. num. 39. Suarez, to. 2. de relig. lib. 3. de voto, cap. 4. num. 4. & sequent. num. 7. & alij, dicunt: Tale votum valere. Quorum ratio est: quia, vota subditorum, de rebus sibi prohibitis, sunt licita, & valida, ratione conditionis affirmatiuæ in ipsis imbibitæ, si Superior consentiat: ergo ita dicendum est de Episcopis. Nec tenentur Episcopi ad expensas eundi, & redeundi: quia, ex vi voti, tantum tenentur adimplere conditionem, petendo licentiam à Pontifice; quod si ille denegет, ad nihil obligabit votum, dum Pontifex voluntatem non reuocauerit. Si tamen licentiam concederit, obligat votum ad peregrinationem: & si illam exequi velit, nulla opus est commutatione: si tamen exequi nolit, opus est commutatione, aut dispensatione. Nec est necesse, fieri commutationem in eas expensas. Et ita dicendum est de alijs Prælatis, vt sunt Arciepiscopi, & Patriarchæ, vel qui habent iurisdictionem Episcopalem, vel quasi, in sua diœcesi: quia eadem est ratio, ait Molfesius, num. 57. & Sanchez, num. 39.

45 Limitant hanc sententiam aliqui, nisi sit votum eundi in subsidium Hyerosolimitanum: quia illud emittere, & exequi possunt Episcopi inconsulto Romano Pontifice. Ita Anton. cap. scriptura num. 4. versic. secundo modo, de voto. vbi Abbas, num. 4. Cardinal. num. 3. quæst. 8. Anania, num. 9. & cap. final. num. 11. quæst. 2. de voto. Archidiacon. cap. magnæ num. 2. de voto, & alij.

46 Sed contrarium verò, in verbo votum 3. num. 4. Rosella, v. votum 1. num. 16. Tabiena, v. votum 5. quæst. 3. num. 4. & alij hoc negant.

48 Sanchez, tamen in lib. 4. sum. cap. 25. num. 41. circa finem. Azorius, part. 1. lib. 11. cap. 16. quæst. 2. & Hostiens, in cap. magnæ num. 3. docent: Id olim licuisse Episcopis, cum omnibus generaliter concedebatur aditus in Terram Sanctam: At, cum hodie is aditus non pateat, indiget pontificia licentia.

48 Si verò votum Episcopi sit modicæ peregrinationis, vel precum, abstinentiæ, &c. quæ illum non impediunt ab executione sui muneris, votum est absolutum, & validum absque vlla licentia Summi Pontificis: & consequenter est adimplendum, cum sit independens à Summo Pontifice, nec suæ Ecclesiæ nocet. Vnde remanet adinstar votorum sæcularium. Ita Hostiens, in sum. tit. de voto § quis vouere possit num. 7. & cap. magnæ num. 16. de voto. vbi Ioa. Andræ, num. 9. Cardinal. num. 3. oppos. 4. Henricus, cap. scripturæ num. 7. de voto. Riccardus, in 4. dist. 38. artic. 4. quæst. 2. vbi Paludanus, quæst. 3. artic. 1. in 6. Maior, quæst. 4. dub. 1. D. Antoninus, 2. part. tit. 11. cap. 2. § 6. Alcozer, cap. 16. sum. vbi de potentib. irrit. conclus. fol. 55. pag. 2. Rodoriquez, part. 1. sum. cap. 38. num. 1. Sayrus, in Clau. reg. lib. 6. cap. 9. nu. 14. versic. secundo vera

Ebbbb 2 Turre-

Turrecremata, *cap sunt quadā 17. quæst. 1. num. 2.* Abulens, *cap 30 quæst 66.* Gabriel, *in 4. dist. 38. quæst 1. artic 5. post. 3. conclus.* Angelus, *v. votum 1. num 1.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap 25. num. 41.* Suarez, *to. 2. de relig. lib. 3 de voto cap 4 num. 10.* Graffius, *par. 1. decis. lib. 2. cap. 12 num. 23* Azorius *pa. 1. lib. 11 cap. 16. quæst. 2.* Molfesius, *to. 1 sum tract. 12. cap. 13. num. 57.* & alij.

An in Episcopis Regularibus cessent vota specialia suæ Religionis, quando illa habent? Dub. 7.

46 Affirmatiuè respondent Doctores citandi. Quorum ratio est: quia intentio vouentis, est mensura obligationis ex voto: nec votum plus obligat, quam intendit se obligare vouens, vt docet D. Thomas, 2. 2. *quæst 189. artic. 4. in corpore.* Cum autem quis profitetur in illa Religione, & emittit specialia vota illius Religionis, intendit se obligare per illa, quatenus se obligat ad regulam Religionis: ita & obligatio ad regulam. Vndè vouens vult per vota se obligare, secundum illam mensuram, secundum quam se obligat ad regulam: qui autem se obligat ad regulam, cessat obligatio, si ad alium statum transferatur: ideò etiam obligatio per huiusmodi vota, tāquam pars obligationis, secundum regulam, cessabit ex eo, quod transferatur ad alium statum: quia intelligitur emitti votum cum hac tacita conditione: quod cesset, cessante obligatione regulæ: quæ satis exprimitur per id, quod emittitur votum, tamquam votū speciale. Excipe votum de non petenda procuranda, acceptāda Dignitate, quod in aliquibus Religionibus emittitur. Hoc enim semper remanere, etiam si quis licitè habitum dimiserit, sanciuit anno 1635. peculiari Constitutione Vrbanus VIII quæ incipit: *cū sicut accepimus.* Quæ an intelligatur etiam de Episcopis, à talibus regularibus assumptis, non est hic nobis otium quærendi. Deindè, cum Regularis, per assumptionem ad Episcopatum, liberetur à iugo regulæ, iuxta *cap. statutum 18. quæst. 1.* liberatur etiam ab ijs omnibus, quæ habent fundamentum in regula, & ad quæ Regularis, ratione regulæ, se obligauit: nam ablato fundamento, tolluntur etiam, quæ in ipso fundātur scil. quæ in regula, & rōne regulæ emissa sunt: tāquā aliquid pertinens ad ipsam: & proindè, tamquam propria regulæ non subsistunt, ipsa non subsistente. Ita Lopez, à Teneda, *lib. 1. controuers. moral. controu. 1. num. 10.* Palaus, *part. 3. tract. 16. disp. 4. de voto obedientiæ punt. 4. num. 5.* Sanchez, *lib. 6. sum. cap. 6 num. 15.* Pasqualigus, *in decis. moral. decis. 266. à num. 3.* Lezana, *part. 1. qq. regul. cap. 17 num. 10.* Diana, *part. 5. tr. 2. resolut. 65. & part. 9 tract. 8. resolut. 70.* & alij.

50 Secluso tamen voto Patrum Societatis Iesu, de audiendo Proposito Generali à constituto in statu Prælationis, eiusque consilia sequendo, si meliora visa fuerint, docent Diana, *part. 9 tract. 8. resolut. 70.* Palaus, *num 4. & 8.* & Sanchez, *d. cap. 6. num. 5.* quia tale votum perdurat in statu Episcopali. Ratio est: quia tale votum, pro tali statu emittitur: ergo si in assumptione ad Episcopatum non obligaret, ad nihil deseruiret, & irrisorium esset.

Quod autem hoc votum sit valde laudabile, confirmant (vt alia taceam) tot approbationes Pontificum, approbātium Institutum, & Constitutiones, ac vota eiusdem Societatis: Vndè mirum est, quod vnus aliquis contra scripserit: qui solum indè excusari poterit, quod, scilicet, eius voti naturam, & conditiones non inspexerit, de quibus tamen disertè multo ante scripserat doctissimus Suarez, *to. 4. de Relig. tract. 10. lib. 6. cap. 9* quem sequitur citatus Castropalaus, *to. 3 tract. 16. disp. 5. punct. 8.* vbi inter cætera incommodum, quod ille aliquis obiicit, sic breuiter diluit Non voues sequi consilium Generalis, etiam si honestum, sitsed voues illud sequi, casu quod iudices, melius: Quod non est vouere obedientiam Generalis Consilio, sed Deo, in exequendo Consilio Generalis, meliori. Hæc Castropalaus.

Dubitatur Primò: An Episcopi Regulares teneantur voto Paupertatis?

51 Affirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia diuitiæ (præsertim quò ad earum dominium, & proprietatem) non sunt per se necessariæ ad Episcopale ministerium: ergo nec votum paupertatis repugnat tali statui: Antecedens patet: quia, licèt habere vsum, & dispensationem talium bonorum,

rum, moraliter necessarium sit in eo statu, non tamen habere proprietatem, seu dominium: paupertati autem non repugnat visus, nisi sit rei tamquam propriae. Vnde, multi putant, Episcopum etiam saecularem nō habere dominium redditum sui Episcopatus: & nihilominus habere possunt administrationē, sufficientem ad essentiam, & finem illius status. Paupertas ergo, quamuis non sit necessaria ad statum Episcopalem, nec per se cum illo coniuncta, vt probat D. Thomas, 2. 2. *quaest.* 185. *artic.* 6. non tamē repugnat illi statui; sed potius esse potest decor, & ornamentum eius, quale fuit Apostolis, qui Episcopi fuerunt, simulque paupertatis votum habuerunt. Tum quia, status Religiosus manet simul cum Episcopali in omnibus, quę cū illo nō repugnāt, vel ex natura rei, vel ex canonico iure; neutro autem modo Episcopatui repugnat promissa paupertas. Tum quia, nulla est necessitas, dispensandi in hoc voto, sicut nec in aliis: cum non sit incompossibile cum statu Episcopali, nec ipsum dedeceat, immò iuuat ad perfectionem. Ecclesia autem non dispensant sinè causa: ergo non dispensat eo ipso, quod Religiosus ad statum Episcopalem promouetur. Alias, & multas rationes apud citandos Doctores inuenies, quas prò breuitate relinquo. Ita D. Bonauentura, *in 4. dist.* 38. *quaest.* 2. *artic. vltim.* vbi Paludanus, *quaest.* 4. *artic.* 4. *conclus.* 11. *num.* 49. Riccardus, *artic.* 5. *quaest.* 1. *ad vltim. & artic.* 9. *quaest.* 1. *ad* 1. *&* 2. *part.* Maior, *quaest.* 20. *argum.* 2. *contra.* 1. *conclusionem.* Gabriel, *quaest.* 1. *artic vltim. solum penult.* D. Thomas, 2. 2. *quaest.* 88. *artic.* 11. *ad* 4. *& quaest.* 185. *artic.* 8. *ad* 3. *& in* 4. *dist.* 38. *quaest.* 1. *artic.* 4. *quaest.* 1. *ad* 5. Valentia, 2. 2. *disp.* 10. *quaest.* 3. *punt* 8. *colum.* 3. Suarez, *to.* 4. *de relig lib.* 3. *cap.* 16 *num.* 6. Sanchez, *lib* 6. *sum cap.* 6. *num.* 8. Lessius, *lib.* 2. *cap.* 40. *dub.* 14. *nu* 113 Emanuel Rodoriquez, *part.* 2. *sum. cap.* 10. *nu.* 4. *& to.* 1 *qq regul. quaest.* 58. *artic* 3. Hieronymus Rodoriquez, *in comp. qq. regul. resolut.* 60. *de Episcop. num.* 4. Azorius, *par.* 1. *lib.* 12. *cap.* 7. *quaest.* 2. Henriquez, *lib.* 1. *de sacramen ordin. cap.* 32. *num* 5. *& cap.* 33. *num.* 3. *&* 4. *& lib* 11. *de matrim. cap.* 5. Nauarrus, *cap.* 1. *de relig. num.* 31. *& commento* 2. *num.* 17. *& de redd. num.* 11. *& in* 2. *tit. de donat. consil* 6. *num.* 11. Angelus, *v. monacus num.* 7. Ledesma, *de sacram. part.* 2 *sum. tract.* 32. *cap.* 2. *de statu Episc. conclus.* 5. Tabiena, *v. Episcopus, quaest.* 6. *num* 7. Armilla, *v. Episcopus num.* 8. Siluester, *v. Religio quaest.* 10. D. Antoninus, *part.* 3. *tit.* 10. *cap.* 2. *§.* 7. Portella, *in dub. regul. v. Episcopus num.* 11. Graffius, *part.* 2. *decis lib.* 3 *cap* 19. *num.* 87. Glossa, *in cap. quocumque v. mendacium de elect. in* 6. *& cap. vnico v. legitimum* 18. *quaest.* 1. *& cap. quia tua v. sensum* 12. *quaest.* 1. Panormitanus, *cap.* 1. *num* 6. *in fine de vita, & honestate clericorum.* Couarruu. *cap.* 1 *nu.* 18. *de statu francis rubric. de testam. num.* 75. *in* 6 Turrecremata, *cap de monach.* 16. *quaestion.* 1. *& cap. non dicatis* 12. *quaest.* 1. *num.* 2 *ad* 4. Baldus, *authent. licet, num* 3 C. *de Episcop. & cleric.* Io. Andr. *cap* 1. *num.* 6. Iason, *authent. impressa, nu.* 15. C. *de sacros. Eccles.* Guglielmus Benedictus, *cap. Rainuntius, de testam. & mortuo itaque testatore* 1. *nu.* 301. Topia, *Authent ingress. v. sua cap* 1. *num.* 85. *C. de sacrosant Eccles. & v. ideoque nec de his cap. vnico num.* 32. C. *eodem.* Sarmiento, *de redd. Eccles. part.* 1. *cap* 1. *num.* 10. *& in fine eiusdem* 1. *part. monit.* 11. *num.* 2. *&* 3. Molina, *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 28. Cucus, 3. *instit. maior. at tit.* 1. *num.* 99 Corduba, *in regul. P. nostri Francisci cap.* 1. *quaest.* 20. *pun.* 3. Sardus, *de alimentis tit* 8. *priuileg.* 79. *num.* 99. Valerius, *in different. vtriusq fori v. Regul diff.* 5 *vers. circa vero vota.* Alzedus, *part.* 1. *de praecellent. Episcop. dignit. cap.* 5. *num.* 93. Tānerus, 2. 2. *disp.* 5. *quaest.* 4. *dub* 6. *num.* 131. Faustus, *lib.* 6. *thesaur relig quaest.* 171. *edit. Neapolit.* Sanctarellus, *tract. de potestat. cap.* 16 *dub.* 3. *num* 20. Palaus, *part.* 3. *trac.* 16 *disp.* 4. *de voto obedientię pun.* 24. *num.* 1. Aragonius, 2. 2. *quaest.* 88. *artic.* 1. & alii.

52 Secunda opinio negat. Et ratio deducitur, *ex cap statutum* 18. *quaest.* 1. vbi dicit: *Statutum est* (*& rationabiliter, secundum Sactos Patres*) *à Synodo confirmatum, vt monachus, quem canonica electio à iugo Monasticę professionis absoluit, & sacra ordinatio de Monaco Episcopum facit, vult legitimus haeres paternam sibi haereditatem postea iure vendicandi potestatem habeat: sed quid acquisierit, vel habere visus fuerit, Monasterio relinquat, & Abbatissae, qui fuerat secundum regulam S. Benedicti, arbitrio. Postquam enim Episcopus ordinatur, ad altare, ad quod sancti fi atur, & titulariter, secundum sacros canones, quidquid acquirere poterit, restituet.* Tum quia, in Episcopo Regu-

Regulari cessat finis voti paupertatis: quia non est necessarius pro statu Episcopali: ideò enim tenentur Regulares emittere votum paupertatis adhoc, vt liberi à cura rerum temporalium possint diuinis rebus vacare: hoc autem non habet locum in Episcopis: immò oppositum; cum debeant etiam rebus temporalibus vacare, & ad ipsos pertinet libera dispensatio bonorum Ecclesiæ. Vndè, cum habeant oppositum munus, nedum exemptio à cura rerum temporalium prodesset statui Episcopali; sed etiam obesset, & esset contraria fini Episcoporum: ergo, cum Episcopus transeat à statu Monachatus, ad statum Episcopalem, cui nocet effectus paupertatis, nempè, exemptio, ac cura rerum temporalium; debet votum cessare, tanquam causa effectus contrarij status. Ita Celestinus in comp. Theolog. moral. tract. 6. cap. 7. Medina, lib. 5. cap. 26. & 22. Angles, in 4. quæst. de voto dub. 6. conclus. 1. Onandus, in 4. dist. 38. propos. 17. Sotus, lib. 7. de iust. 1. quæst. 3. artic. 1. ad vltim. & lib. 10. quæst. 5. artic. 7. Vasquez, 1. 2. quæst. 96. artic. 4. disp. 165. cap. 8. num. 93. ad finem, & num. 104. Palatios, in 4. dist. 48. disp. 1. Marquez, lib. de origine Eremit. S. Augustini, cap. 6. § 4. Diana, part. 3. tract. 2. resolut. 50. & part. 5. tract. 1. resolut. 53. & tract. 8. resolut. 11. Alphonsus de Leone, de offic. confess. part. 1. recolet. 11. num. 178. Pasqualigus, in decision. moral. decis. 267. & alij: & probabilem vocat Vilalobos, to. 2. sum. tract. 35. diffic. 40. num. 6.

Dubitatur Secundò: An Episcopi Regulares absoluantur à voto Obedientiæ?

53 NEgatiuè respondet prima opinio: & probat ex cap. de monach. 16. q. 1. vbi statuitur: Monachus, qui ad clericatus ordines peruenerit, non debere à priori proposito recedere. Tum quia Generales Religionum nulli subduntur, præter quam Romano Pontifici: & tamen, etiam si sint perpetui, non absoluantur à voto obedientiæ: ergo nec Episcopi Regulares; licet eximantur ab obedientia Prælatorum regularium. Tum quia, votum obedientiæ non repugnat cum statu Episcopali: ergo, cum Pontifex non possit absque causa in ipso dispensare, dicendum est, quod non dispenset. Ita D. Thomas, 2. 2. quæst. 88. artic. 11. ad 4. & quæst. 185. artic. 8. in corpore, & ad 2. & in 4. dist. 38. quæst. 1. artic. 4. quæst. 1. ad 5. vbi D. Bonauentura, artic. 2. quæst. vltim. ad vltim. Paludanus, quæst. 4. artic. 4. conclus. vlt. Riccardus, artic. 2. quæst. 1. ad 1. part. 2. Maior, quæst. 23. arg. 3. contra 1. conclus. Gabriel, in 4. quæst. 1. artic. 1. Palatios, disput. fol. 814. Baldus, in l. cum licentiam num. 12. C. de Episcop. & clericis. Nicolaus Arbaldus, de success. ab intest. obi. de success. regul. part. 1. num. 1. Turrecremata, C. de monach. 16. quæst. 1. num. 3. Caietanus, 2. 2. quæst. 185. artic. 8. dub. 2. & tom. 1. opusc. tract. 15. quæst. 1. Aragonius, 2. 2. quæst. 88. artic. 11. Siluius, quæst. 185. puncto 8. conclus. 2. Coninch, disp. 27. dub. 11. num. 201. Valentia, 2. 2. disp. 6. quæst. 5. pun. 8. versic. secundo certum est. Vasquez, 1. 2. disp. 165. cap. 8. num. 93. D. Antoninus, 3. part. tit. 20. cap. 1. § 3. Nauarrus, lib. 3. consil. tit. de regul. consil. 15. nu. 11. primæ edit. & tit. de donat. consil. 6. num. 11. & de regular. quæst. 1. monit. 9. num. 1. Angelus, v. monachus num. 7. Siluester, v. Religio 6. quæst. 10. Rosella, ibi num. 7. Armilla, v. Episcopus num. 8. vbi Emanuel Sà, num. 11. Rodoriquez, 1. part. sum. cap. 10. num. 4. & to. 2. qq. regul. quæst. 98. artic. 2. Ledesma, to. 2. sum. tract. 10. cap. 8. diffic. 1. versic. Respondeo ad 4. Azorius, 1. part. lib. 13. cap. 7. quæst. 1. Sotus, lib. 10. de iust. quæst. vltim. artic. vltim. Henriquez, lib. 10. de sacramen. cap. 23. num. 5. & cap. 32. in fine. Lessius, lib. 2. cap. 40. dub. 14. num. 113. Toletus, lib. 5. cap. 4. num. 24. Valerius, in diffic. vtriusq. for. v. Regularis diffic. 6. Sanchez, lib. 6. cap. 6. num. 3. & 4. & cap. 17. num. 1. Diana, part. 3. tract. 2. resolut. 61. Faustus, lib. 6. thesaur. relig. quæst. 171. Hieronymus Rodriquez, in comp. qq. regul. resolut. 60. num. 4. Portella, in dub. regul. v. Episcopus num. 10. Io. del Cruz, lib. 1. cap. 5. dub. 3. conclus. 2. Fernandez, part. 4. cap. 7. § 1. num. 3. Palaus, part. 2. tract. 16. disp. de voto obedientiæ punct. 24. num. 1. & 2. Corduba, in regul. S. Franc. cap. 2. quæst. 20. pu. 3. Fuluius Pacian. consil. 132. num. 56. col. 2. & alij.

54 Secunda opinio affirmat: & probat, ex cap. statutum est quæst. 1. vbi dicitur de Monacho, Episcopo creato, quem canonica electio à iugo monasticæ professionis absoluit. Quomodò autem absolueretur à iugo monasticæ professionis, si in ipso remaneret votum obedientiæ, cum formalis ratio iugi in Regulari, sit ratione obedientiæ; quod facit, vt cætera

onera

portari debeant, Tum quia, materia voti obedientiæ, sunt tantum ea, quæ sunt secundum regulam alterius Religionis: quia Regularis ad ea non se obligauit: Ergo Episcopo regulari cessat materia voti: atque adeò etiam votum, quod semper cessat, quando cessat materia. Consequentia probatur: quia Episcopus regularis est extra regulam, absoluitur enim iugo monasticæ professionis, vt *in cap. statutum* 18 *quæst.* 2. habetur: nec in ipso Regula potest habere locum, quia importat normam viuendi, secundum statum regularem, quæ incompossibilis est cum statu Episcopali: quia, licèt aliqua sint compossibilia, plurima tamen sunt incompossibilia: quæ sufficiunt, vt Regula sit incompossibilis. Neque enim consistit in illius paucis compossibilibus: & status Episcopalis omninò diuersus est à statu regulari, prout importat modum viuendi secundum regulam: cum habeat diuersos fines, & diuersa est materia: dũ autem est extra regulam, cessat, respectu ipsius, materia voti: quia cessante Regula, cessant etiam ea, quæ sunt secundum regulam. Ita Medina, *de sacram. homin. continent. lib.* 5. *cap.* 26 *&* 17 Angles, *in floribus in* 4. *part.* 2. *quæst unica de voto artic.* 2. *post.* 13. *difficul. dub* 5. *conclus.* 1 Ouandus, *dist.* 38 *proposit.* 17 Hurtadus, 2 2. *volum.* *de spe.*, *& charitate disp.* 160 *sect* 5. *§.* 5. Barbodella, vt testatur Vilalobos, *to.* 1 *sum. tract* 25. *diffic.* 40 *num.* 6. Pasqualigus, *in decision. moral decis.* 168. *num* 4 & alii.

Tertiò: Quid dicendum de voto Castitatis? An, scilicèt, Episcopi Regulares absoluantur à voto Castitatis?

55 RESpondetur: Qui putant, non absolui voto obedientiæ, à fortiori putant neque absolui à voto castitatis; sed permanere, ne dum ratione saccorum ordinum, sed etiam ratione professionis: quia per consecrationem Episcopalem non aufertur, sed magis quodammodo consecratur. Vndè fit, vt eius obligatio aliquantulum augeatur. Ita Sanchez, *to.* 2. *sum. lib* 6. *cap.* 6. *num* 2. Suarez, *to* 4. *de relig lib.* 2. *cap.* 15 *num* 5. Faustus, *lib.* 6. *de voto quæst.* 171. Siluius, 2 2. *quæst.* 185 *art.* 8. *conclus* 1. Sotus, *lib* 10. *quæst.* 5. *artic.* 7. Valerius, *indifferent. vtriusq. for. v. Regul. diffic.* 5 & alii quos, *num* 53. retulimus.

56 Alii verò contrarium dicunt. Quorum ratio est: quia status Religionis absoluitur, & succedit Episcopalis: Vndè cessant omnia, quæ sunt de substantia talis status: status enim religiosus consistit in indiuisibili, & coalescit ex tribus votis. Vndè non potest consistere, nisi cum omnibus: & ideò si cessat vnum votum, desinit & ipse status; & proindè etiam alia vota: quia solum subsistunt, vt sunt vota status; cum sint emissa pro ipso statu, & per modum vnius interrogationis respectu eiusdem status. Ita Hurtadus, 2.2 *vol* 2. *de spe, & charit. disp.* 160. *sect* 5. *§* 65. Angles, *in florib.* ... *pa* 2. *quæst unic. de voto artic.* 2 *post diffic* 13. *dub* 8. Ouandus, *dist* 38. *proposit* 17. Medina, *de sacra. homin. conscient lib.* 5 *cap.* 26 *&* 27 & probabilem vocat Villalobos, *to.* 2. *sum tract.* 35 *diffi* 40 *num.* 6. & probabilissimam Pasqualigus, *in decis. moral decis.* 269. *n.* 4.

57 Nota, quod nos hic loquimus, An votum castitatis permaneat ex vi voti, aut professionis, an verò ratione status Episcopalis, seù ratione sacrorum ordinum: ita vt, si votum castitatis non esset annexum sacris ordinibus, adhuc perseueraret in Regulari, facto Episcopo.

58 Ex dictis in num. 49 deducitur Primò: Religiosi Sanctæ Mariæ de Mercede, assumpti ad Episcopatum, non obligari voto de redimendis captiuis Ita Palaus, *part.* 3. *tract* 16. *disp.* 4. *de voto obedientiæ pun* 24. *num.* 6. Pasqualigus, *in decis. moral. decis* 272. *num.* 2. Diana, *part.* 5 *tract.* 2. *resolut.* 65. *& part.* 9. *tract* 8 *resolut.* 70. Manchadus, *to.* 2. *lib.* 2. *cap.* 6. *tract.* 17. *docum.* 1 *num.* 5 & alii.

59 Secundò: Fratres Minimi de Paula, assumpti ad Episcopatum, absoluuntur à voto quadragesimalis vitæ, quod ipsis est solemne. Ita Sanchez, *to.* 2. *sum. lib* 6. *num.* 20. Cenedo, *de paupertate relig. dub.* 43. *num.* 20. Sanctarellus, *cap* 6. *dub.* 3. *n.* 20. Barbosa, *to* 2. *cap. vltim num.* 4. *& to.* 5. *causa* 18 *quæst* 1. *num* 6. Diana, *part* 3. *tract. sec. resolut.* 50 *& part.* 4 *tract.* 13. *resolut.* 39. *& part.* 5 *tract sec. resolut* 65. *& part* 9. *tract.* 8. *resolut.* 70 Palaus, *part.* 3. *tract.* 16. *disp.* 4. *de voto obedient. punt* 24. *nu.* 6. Io. Henriquez, *in comp cas. moral cap.* 6. *num.* 17 Suarez, *to* 4 *de relig. lib.* 3. *ca.* 17 *num.* 8. & alii.

60 Tertiò: Fratres nostræ Religionis S. Francisci, facti Episcopi, licitè possunt edere carnes feria sexta, in qua Natale Domini incidit: quia liberi sunt ab obligatione legali regulæ. Ita Cardin. *clem.* 2. *in*

2. *in principio num* 7. *quæst.* 7. *de cens.* Turrecremat. *cap. unico num.* 1. 18 *quæst.* 2 *& cap. carnem de consecrat. dist.* 5. Sanchez, *lib.* 6 *sum. cap.* 6. *num.* 10. Diana, & alii.

Quartò: Quid dicendum de Episcopis titularibus, idest, de Religiosis factis Episcopis, carentibus subditis, quales sunt Annulares, seu Titulares? An cessent vota, sicut cessant in alijs Episcopis?

61 PRimâ opinio negat. Cuius ratio est: quia, si eximerentur, peccarent mortaliter Religiosi, acceptantes huiusmodi Episcopatus, quod admittant dispensationem, & exemptionem ab obseruantijs regularibus, ad quas ex voto tenebantur, absque causa legitima, quæ sola est, maius officii pastoralis spirituale bonum, non verò dignitatis præcisæ, aut ordinis finè officio. Ita Hostiens. *cap. quod Dei timorem num.* 9. *de statu monachal.* vbi Ioan. Andr. *num.* 15. Cardinal. *num* 5 *quæst.* 2. & alii.

62 Affirmatiuè respondet secūda opinio. Cuius ratio est: quia exemptio à regula, & obligatione votorum, oritur ex mutatione status: & quia persona, Deo cōsecrata per votum, alio modo consecratur Deo in Episcopatu: nam constituitur specialis minister Christi in ordine Hierarchico Ecclesiæ, & communicat cū supremo capite in officio pastorali, qui modus consecrationis est sublimior. Vndè constituit etiam statum sublimiorem, qui habet annexas suas speciales obligationes, & præcipue ponendi animam pro ouibus: hinc indecens esset, quod qui est in statu sublimiori, & perfectiori, & est caput Ecclesiæ, subdatur inferioribus, & obligationibus status inferioris. Ita Azorius, *part.* 1 *lib.* 12. *cap.* 10 *q.* 7 Sanchez. *tom.* 2 *sum. lib.* 6 *cap.* 6 *num.* 27. Suarez, *to.* 4 *tract.* 8 *lib.* 3 *cap.* 17 *num.* 2. & 5 Palaus, *part.* 3 *tract.* 16. *disp.* 4 *punct.* 24. *num.* 10. Pasqualigus, *in decision. moral. decis.* 275 *num.* 3 & alii: & ego.

Quintò: Quid dicendum de Episcopo Monacho, qui munus Pontificium deposuit?

63 PRima opinio ait: Teneri eum ad Monasterium redire. Cuius ratio est: quia, quando dispensatio habet tractum successiuum, cessante eius causa, extinguitur omninò: vt probant Glossa, *cap. generaliter verb. non decimantes de decim. sext. quæstion.* 1 *& cap. cum ex eo lit. terarum, de elect. in fine, & regul. decet, de regul. iur. in* 6 Baldus, *l. generaliter, num.* 3 *C. de Episcopis, & Cleric. & in rubric. de consuetud. num.* 15. Velascus, *consil.* 60. *num.* 9 10. Sanchez, *lib.* 9 *de matri. disp.* 30 *num.* 4. & alii. At huiusmodi est dispensatio cum Episcopo, ne teneatur ad obseruantias regulares, nec ad obediēdum Prælatis Religionis: eam esse verā dispensationem, probat Medina, *lib.* 5. *de sacro hominis continentia cap.* 27. ergo, cum deposito Episcopatu, causa huius dispensationis cessarit, cessabit quoque dispensatio: & tenebitur omninò Religionis voto, vt prius tenebatur. Tum, quia, Episcopus Religiosus tenebitur ad obseruantias, quæ nec dedecent, nec munus Episcopale impediunt: at huiusmodi est tunc redire ad monasterium, & eius Prælatis obsequi. Ita Paludanus, *in* 4 *dist.* 38. *quæst.* 4. *art.* 3. *conclus.* 11. *nu.* 49. vbi Gabriel, *quæst.* 1 *articul. solum. penult.* Abulens. *cap.* 30. *nu. & quæst.* 109. Maio, *lib.* 3. *de irregul. cap.* 6. *num.* 7. Aragonius, 2 2 *quæst.* 88. *artic.* 11. Azorius, *part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 7 *in fine*, & alii.

64 Secunda opinio ait: Non teneri, sed manere potest in perpetuū, sicut prius. Cuius ratio est: quia, quod ratione dignitatis Episcopalis, cum eo legitime dispensatum sit ab obligatione obediēdi Prælatis Religionis, & obseruantiarum regularium: at hæc non cessat, deposito Episcopatu: ergo non extinguitur dispensatio: quippe ad eius extinctionem opportet, vt omnino eius causa cessarit dignitas, & perfectior status, ratione Episcopatus, adeptus. & sic causa partim manet, quæ, ad conseruandū dispensationis valorem, satis est. Ita Imola, *clem.* 1. *num.* 50. *de elect.* Bonifa. *clement.* 1. *num.* 81 *&* 84. *de regul.* Nauarrus, *lib.* 3. *consil in* 1. *edit. tit. de regul. cons.* 15. *nu.* 11. 12. *&* 13 *in* 2. *tit. de donat. consil.* 6. *num.* 11. 12 *&* 13. Ferdinand. *consil.* 38. *num.* 2. *& consil.* 19. *num.* 3. Emanuel Sà, *v. Episcopus num.* 11. Rodoriquez, *to.* 3. *qq. regul. quæst.* 52 *articul.* 16 Henriquez, *lib.* 10 *de sacram. ord. cap.* 32. *num.* 4. Sanchez. *lib.* 6 *sum. cap.* 6. *num.* 26. & alij. Etiā si deponatur ex propria culpa, ob demeritum. Secus dicendum est, si ex pro-

prio

pria culpa ita degradaretur: cum enim per degradationem exuatur omnibus priuilegijs, ratione dignitatis concessis: cessabit quoq; prædictum priuilegium exemptionis: & tenebitur redire ad Religionem. Ita Henriquez, Sanchez, *nu.* 30.& alij.

55 Vndè Episcopus, depositus absque dicta degradatione, rediens ad monasterium, indiget nouo obediendi eius præceptis voto: aut, vt denuò Pontifex, tamquam supremus eius, virtute etiam voti obedientię, Pręlatus, eum subiiciat illis, qui teneatur illis obedire: quia, cum omninò sit exemptus ab obedientia illorum, non potest se illis obligare, nisi nouo voto: aut si à Pręlato suo, qui solus est Pontifex, subiiciatur illis: sicut nec Pręlatus Religionis potest sua sponte se subiicere obedientiæ illius, qui suus Prælatus non est, nisi nouo voto emisso. Ita Sanchez, *to.2.sum.lib.6.cap.6.num.31.*

Vltimo quærò: A quo tempore Episcopus Religiosus eximatur ab obedientia Prælatorum Regularium?

66 RESpondetur, exemptionem habere locum à die confirmationis: Vndè, cum textus dicat, eum per electionem canonicam liberari à iugo Regulæ, debet intelligi, confirmatum à Papa. Ratio est: quia ex die confirmationis est contractum matrimonium inter Religiosum, & Ecclesiam: & ita est sub speciali Romani Pontificis protectione, & absque speciali licentia eius retrocedere nequit, & ex tunc iurisdictionem Episcopalem exercere valeat: ergo ex tunc ita censetur Pontifici subiectus à superiorũ cœterorum obedientia, & iugo monasticæ regulæ absolutus. Ita Lessius, *lib.2.cap.40.dub.14.num.113.* Sanchez, *tom.2.sum.lib.6.cap.6.numer.32.* & alij.

DE VINCVLO, ET OBLIGATIONE Voti. Cap.5.

An obligatio Voti sit sub mortali? Dub. 1.

1 AFfirmatiuè respondetur. Ratio est: quia sic decernitur ab Innocentio III.*cap.licet de voto.* Tum quia, violatio promissionis, factæ homini, est mortalis in materia graui: ergo, etiam violatio promissionis, factæ Deo per votum, est mortalis. Tum quia, violatio voti est contra reuerentiam, Deo debitam, & grauem Deo infert iniuriam. Tum quia, opponitur altissimæ Religionis virtuti, infideliter agendo in Deum, denegando ei obsequium promissum. Ita communiter Doctores.

(: † :)

Dubitatur: An transgressio Voti possit esse venialis, ratione paruitatis materiæ?

2 PRima opinio ait: Aut paruitas materiæ est partialis, aut totalis materia voti: Si est partialis, erit peccatum veniale: v. g. vt si quis vouerit recitare calculos virgineos, & omisit vnam, vel alteram Salutationem Angelicam, erit peccatum veniale: Si verò est totalis materia voti, erit peccatum mortale: v. g. vouit quis recitare semel Salutationem Angelicam, & non recitat, tunc peccat mortaliter. Ratio prioris est: quia parum pronichilò reputatur. Ratio posterioris est: quia transgressio totius voti habet rationem actus perfecti, & contra excellentiam Religionis virtutem, cum tamen peccatum veniale sit quid imperfectum. Tum quia, materia parua dicitur respectu totius, cuius est pars: ergo, quoties fuerit totalis, erit magna. Ita Caietanus, 2. 2. *quæst.* 89 *art.* 7. *dub.* 1. Toletus, *lib.* 4 *sum cap.* 17 *num.* 20. Tabiena, *v. iurare quæst* 10. & alij: & tutiorem vocat Corduba, *sum. quæstione* 188.

3 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia materia illius voti, quomodocumque sumatur, est solum res leuis: ergo, votum, de ea emissum, obligabit solum ad ueniale. Tum quia, votum est quędam lex, quam homo sibi ipsi expropria voluntate imponit: ergo non debet magis obligare, quam si esset lex, à Deo, vel ab Ecclesia illi imposita: sed lex diuina, & Ecclesiastica (ex genere suo) ad mortale obligans, ratione leuitatis materiæ, non obligat, nisi sub veniali: ergo votum de re leui obligat tantum sub veniali. Ita Aragonius, 2. 2. *q.* 88. *artic* 3 *dub.* 1 *conclus.* 3. Sotus, *lib.* 7. *de iustit. quæst.* 2. *artic.* 1. Angles, *in* 2 *lib.* 4 *sentent. quæst de voto artic* 2. *diffic.* 2. Valentia, 2. 2. *disp* 6. *quæst* 6 *pun* 4 *quæst.* 3. Ludouicus Lopez, *part* 1 *cap.* 42. Rodoriquez, *part.* 2 *sum. cap.* 99 *conclus.* 1. Azorius, *part* 1. *lib* 11. *cap* 15 *quæst.* 4. Nauarrus, *in manual cap.* 12. *num.* 40 Henriquez, *lib.* 5 *de pœnit. cap.* 20. *num.* 4 *comment. littera M* Sayrus, *in Clau reg lib.* 6 *cap.* 6. *num.* 5. Reginaldus, *lib.* 18. *num.* 237. Filliucius, *tract* 16. *cap.* 3. *num* 76. Suarez, *lib.* 5. *de relig. cap.* 2. *de voto num.* 10. Bonacina, *de præcept. disp.* 4 *quæst* 2. *pun.* 5 §. 4. *num.* 3. Layman, *in Theolog. moral. lib.* 4. *tract.* 4. *cap* 3. *num* 2. Moltesius, *tom.* 1 *sum tr. ct* 11. *cap* 16 *num* 26. Sanchez, *tom.* 1 *sum. lib.* 4. *cap.* 12. *num* 5. & alij.

An si materia leuis sæpiùs omittatur, peccet mortaliter Vouens? Dub. 1.

4 REspondetur: Quotiescumque materia, & obiectum vltimi peccati venialis, moraliter cōtinuari non potest cum materia præcedentium, ita vt pro vno reputetur, nec effectus relicti continuari moraliter possunt: tunc vltimū peccatum non fit mortale, nec constituit materiam notabilem propter præcedentia. Secùs verò, quando materia vltimi peccati, quod alias esset veniale, aut effectus ab eo relictus, moraliter continuatur cum materia, vel effectu præcedentium. Ratio est: quia, cum in priori euentu, omnes illæ materiæ diuersæ sint, nec in vnam coalescant, neque effectus relicti continuari moraliter possint, non potest ex illis grauis materia constitui: sed singulæ diuersæ manebunt, & ita paruę, ita vt numquam constituant peccatum mortale: At, cum in posteriori casu materiæ, vel effectus in vnum coalescant, & continuentur, notabilis materia euadet. Ita Vasquez, 1. 2. *disp.* 146. *cap.* 2. *num.* 3 & 4. Sayrus, *in Clau reg lib.* 1 *cap.* 3 *num* 19. Suarez. *to.* 2. *de relig lib.* 5 *de voto cap.* 5 *num.* 1 & 10. Sanchez, *lib* 1 *sum. cap.* 4 *à num* 9 Merolla, *tom.* 1. *disp.* 2. *cap* 4 *dub* 9. *num.* 166. & alij.

Dubitatur: An qui vouit recitare vnum Credo: vel quinquiès orationes euangelicas: aut dare modicam eleemosynam, peccet mortaliter, si multo temporis spatio votum non adimpleuerit?

5 PRima opinio ait: In vtroque casu culpam esse mortalem, quando ad notabilem quantitatem omissam peruenerit. Cuius ratio est: quia in materia Furti, per vltimum furtum, alioquin leue, completur ratio peccati mortalis, contra iustitiam erga hominem: Ita etiam

etiam in præsenti, quando incipit esse grauis materia voti, quę prætermittitur, mortaliter peccatũ contra Religionẽ, & cultum, Deo debitum. Et si is, qui vouit integrè recitare Rosariũ Beatæ Virginis, peccat mortaliter non recitando, cur non peccabit mortaliter, qui promittit, & vouit, quotidie dicere vnam Aue Maria, si per spacium 150. dierum illas dicere omittat, cum in summa centum, & quinquaginta Aue Mariæ recitare debuerat? Ita Valentia, 2. 2. *disp. 6. q. 6. pun. 4.* Rodoriquez, *part 1 sum. cap. 99. num. 1.* Zumel, *1. 2. quæst 88 artic 4. dub. penult.* Sayrus, *in clau. reg. lib. 2. cap. 13. num. 11* Malderus, *2. 2. tract. 10 cap. 5. dub. 4. quæst 5 in fine.* Tannerus, *2. 2. disp. 5. dub. 3 num. 38* & alij.

6 Secunda opinio ait: Non esse mortalem, omissionem longam illius modicæ orationis: secùs verò de omissione eleemosynæ. Cuius ratio est: quia oratio vno die prætermissa, non est necessariò alio die implenda: Secùs de eleemosyna: & ideò præces omissæ non continuãtur, eleemosynæ verò sic. Ita Sotus, *lib. 7. de iustit. quæst. 2. artic. 1.* Aragonius, *2. 2. quæst 88. artic 3. conclus 3.* Summa Corona, *tract. de voto, num 8.* & de omissione longa modicæ orationis Angles, *in florib. in 4. quæst de voto artic 1 diff 2.*

7 Tertia opinio ait: Si vota hæc quotidiè recitandi modicam orationem: aut modicæ eleemosynæ quotidiè erogandæ, sint emissa in honorem diei, & temporis; ita vt sit onus diei, tunc non est mortale, etiam si vota hæc semper violentur. Si vero non sint in honorem diei, seù onus diei, sed tantum dies pręfigitur, vt terminus, nè vltra illum executio voti differatur, aut distinctum fuit tempus pro majori commoditate, dandi paulatim eleemosynam illis diebus, vel dicendi orationes: tunc, licet singulis diebus sit omissio venialis, tamquam rei modicæ omissio: tamen dum notabilem quantitatem orationis, aut eleemosynæ omissarum attingit, erit mortale. Cuius ratio est: quia in priori casu, lapsu singulorum dierum, extinguitur obligatio pro illis diebus, ac proindè materiæ illæ voti modicæ omissæ cõtinuari non possunt. At in posteriori, obligatio materiæ modicæ omissæ non extinguitur, sed semper transit in alium, & alium diem, donec votum impleatur: quare materiæ illæ omissæ, tamquam adhuc debitę, continuantur: ac proindè, cum materia omissa magna euaserit, erit culpa mortalis. Ita Vasquez, *1. 2. disp. 146. cap 2. in fine* Azorius, *part. 1. lib. 11. cap. 5. post tertium, quæsitum versicul. mihi tamen.* Suarez, *to 2. de relig lib. 5. de voto cap 5. num 2. & 10 seq.* Garzia, *to. 1. de benefic part. 2. cap. 1. num. 169* Sanch. *lib. 1. sum cap 4. num 14.* Merolla, *tom. 1. disp. 2. cap. 4 dub. 9. corollar 7 num 225.* Molfesius, *to. 1. tr. 8. cap 8. num. 74.* & alij.

8 Quando dubitatur: An Vouens emiserit ea vota in honorem diei, vel non? tunc existimo in tali dubio præsumi, votum de oratione dicenda, fuisse factum in honorem diei: Votum verò de eleemosyna eroganda non fuisse factum in honorem diei, sed pro maiori commoditate dandi eleemosynam. Ratio est: quia in dubio præsumptio sumenda est ab eo, quod frequentius accidit, vt docent Menoch. *de præsump lib 1. quæst. 14 num. 1.* & Euarard *multis allegatis in suis Topicis, loco, à communiter accidẽtibus*: At communiter, votum, de oratione dicenda, fieri solet in honorem diei, seù tamquam onus diei: Secùs verò, votum de largienda eleemosyna: ergo, &c. Ita Merolla, *tom. 1. disp. 2. cap. 4. dub 9 coroll 7. num 225.* Molfesius, *to. 3. sum. tract 8. cap 8. num. 75* & alij.

9 Ex his deducitur Primò: Non peccare mortaliter illum, qui habet propositum à principio omittendi semper illam modicam orationem, aut eleemosynam quotidianam in diei honorem: Ratio est: quia, cum modicæ illæ materię non coalescant in vnum, sed quolibet die obligatio cuiuslibet cesset; non possunt ita coniungi, vt vnam notabilem quantitatem efficiant, ita vt propositum illud feratur in rem grauem, & sufficientem ad mortale. Ita Sotus, *lib. 7 de iustit. q. 1 artic. 1.* Angles, *in florib 4 sentent quæst. de voto art. 1. diffi 2.* Suar. *to. 2. de relig. lib. 5. de voto cap. 5. n 16.* Sanch. *lib. 1. sum. ca. 4. n 15* Mero. *to 1 disp. 2. ca. 4. n. 228.* & alij.

10 Secundò infertur: Si in die festo incidat ieiunium, & consequenter quis tenetur eo die ad ieiunandum, ad audiendam Missam, & non ad laborandum, & aliquis ad omnia hęc obligetur ex diuersis votis, & pro eadem die; si ex singulis his obligationibus modicum omittat; ita vt omnia illa modicam quantitatem notabilem efficiant, peccat venialiter: quia nulla est differẽtia inter transgressionem

sionem voti, & præcepti Ecclesiastici: quia votum obligat eo pacto, quo obligat præceptum Ecclesiasticum de eadē re, vt dicunt Caietanus, 2. 2. *quæst.* 88. *artic.* 3. Sotus, *lib* 7 *de iustit quæst.* 2 *art.* 8. Aragonius, 2. 2 *quæst.* 88 *artic* 3. *conclus.* 3. & alii: ergo, si non est mortale, transgredi multa præcepta Ecclesiastica in materia leui; neque erit mortale, transgredi plura vota. Ita Diana, *part.* 3. *tract.* 6 *resolut* 42. Merolla, *tom.* 1. *disp.* 2. *cap.* 4 *dub* 9. *corol.* 7. *num.* 235. Lorca, *de peccat disp* 60. Suarez, *to.* 2 *de relig. lib.* 5. *de voto cap.* 15. *num.* 16. & alii.

11 Tertiò: Si quis vouerit audire decem Missas indeterminatè pro aliquo die, & ex qualibet illarum omittat partem nō notabilem, peccat tantum venialiter. Ratio est: quia, sicut quis vouerit, restituere famam, à se ablatam, decem personis, & postea non restitueret cuilibet integram famam, sed in vno quoque omitteret, modicam partem famę ablatę restituere: non peccaret mortaliter, sed tantum tot peccata venialia committet, quot sunt detractiones, seu homines, quibus detrahit. Ita etiam dicēdum est de eo, qui vouit audire decem missas, & non audit eas integras, sed in vnaquaq; partem non notabilem omittat. Ita Suarez. *to.* 2. *de relig. lib* 5. *de voto cap.* 5 *num.* 12. Diana, *par.* 3. *tract.* 6 *resol.* 42. Merolla, *to.* 1. *disp.* 2. *cap.* 4. *num* 231. & alii.

An qui vouit materiā, ratione cuius transgressio erit peccatum mortale, cum intentione se obligandi sub veniali, si transgreditur votum, peccet venialiter?

Dub. 3.

12 PRima opinio ait: Peccare mortaliter. Cuius ratio est: quia, licèt in voluntate vouentis sit promittere, vel non promittere talem rem; tamen, facta promissione, non est in potestate illius obligatio, nec nascitur propriè ex ipsius voluntate, sed ex illa lege diuina, ac naturali, *Redde Domino vota tua*; sed illa lex obligat grauiter ex genere suo; ergo in materia graui necessariò obligat grauiter, & sub mortali. Vndè, sicut non est in potestatis vouentis, stante voto, limitare legem illam: ita non est in eius facultate facere, vt illa obligatio non sit sub mortali. Ita Sotus, *lib.* 7 *de iustit. quæst.* 2 *artic.* 1. *versic. per hæc ad id.* Corduba, *sum quæst.* 188 *pun.* 1. Vasquez 1. 2. *disp.* 158 *cap.* 4. *num* 34. Suarez, *tom.* 3. *de relig. lib.* 10. *cap.* 14. *num.* 13. Emanuel Sa, *v. votum num* 16. Beccanus, 1. 2 *trac.* 3 *cap.* 6 *quæst.* 3. & alii.

13 Secunda opinio ait: Solum peccare venialiter. Cuius ratio est: quia promissio est lex priuata, quam promittens sibi imponit: & sicut Legislator potest in materia graui obligare tantum sub veniali (vt in Tract. de legibus diximus:) ita etiam potest id facere vouens. Tum quia, sicut vouens, intendens se obligare ad solam pœnam, id efficaciter facit: ita, si intendat se obligare ad venialem culpam, & non ad mortalem, id facit efficaciter: quia faciliùs videtur minuere culpam, quam omnino auferre, & commutare in pœnam. Ita Henriquez *lib.* 5. *de sacram. cap.* 11. *num.* 5. Sanchez, *lib.* 1. *de matrim disp.* 9 *num.* 6 Salas, *de leg. disp.* 10 *sect* 7 *num.* 3 5. Suarez, *se retractans tom.* 3 *de relig. lib.* 4 *tract. de voto cap.* 4 *num.* 6. Bonacina, *de præcep disp.* 4. *quæst.* 2. *pun.* 5 § 4. *num.* 7 Merolla, *to.* 1. *disp.* 4. *cap* 3. *dub* 9 *num* 3 8. Filiucius, *tract.* 26 *cap.* 3 *quæst.* 3 *num* 80. Coninchius, *de sacram disp.* 0 *dub* 8. *num.* 65. Nauarr *cap.* 2 *sum. num* 49. Diana, *par.* 3. *tract.* 6. *resol* 91. & alii.

14 Hinc infertur: Eum, qui generaliter proposuerit obligare se solum sub veniali, & hoc propositum non reuocauit in generali, aut in particulari, remanere tantummodò obligatum sub veniali, si postea voueat etiam in materia graui, oblitus illius propositi: censetur enim, se voluisse solum obligare iuxta præcedentem intentionem non reuocatam. Ita Sanchez, *lib.* 4 *sum. cap.* 11 *num.* 4. Bonacina, *de præcep. disp.* 4. *quæst.* 2. *pun.* 5 § 4 *num* 8 & alij.

An possit Vouens in materia leui se obligare sub mortali; diximus *in lib* 1. *de leg. tract.* 1. *cap.* 4. *dub* 4. *num.* 20. & 21.

An transgressio Voti, quando nullum aliud præceptum concurrit, sit duplex peccatum? Dub. 5.

15 AFfirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia, ex vna parte, id voti transgressionis crimen est contra fidelitatem, vt constat, *ex cap.* 5. *Eccles.* & docet D. Thomas, 2. 2. *quæst.* 88. *artic.* 3 *quæstiunc.* 8. *artic.* 8. Ex alia parte, est contra

contra Religionem: quarum virtutum rectitudines diuersæ speciei sunt.

16 Secunda opinio, quæ est vera, ait: Votum peccatum contra Religionem committere. Cuius ratio est: quia votum non est lex vera, sed tantum promissio: & ideò non imponit necessitatem, nisi in ratione fidelitatis, proportionatæ personæ, cum sit promissio, quę in voto est fidelitas religiosa: ergo transgressio illius, per se soli Religioni repugnat: ergo solum malitia irreligiositatis in ea inuenitur. Confirmatur: quia, licet Votum dicatur inducere obligationem, quia, illo posito, nascitur obligatio; tamen, propria obligatio in conscientia immediate nascitur ex lege diuina, & naturali obligatione, ad reddenda vota, vt clarè patet: sed posito voto ieiunandi, vel dandi eleemosynam, &c. supererogationis, non obligat lex naturalis temperantiæ, vel misericordiæ ad ieiunandum, vel faciendam eleemosynam; sed obligat tantum lex illa. *Redde Domino vota tua*: ergo solum contra illam peccatur: ergo sola malitia contra Religionem ibi inuenitur. Ita Suarez, *to. 2 de rel. g. lib. 5 de voto cap. 3. num.* 11. Vasquez, 1.2 *quæst. 73. artic. 2. disp. 99. cap 4. num* 12. Sotus, *lib. 7 de instit. quæst.* 2. *artic.* 3. *ad* 1. Caietanus, 2.2. *quæst.* 88. *artic.* 5 *ad finem* Sanchez, *lib* 4. *sum. cap.* 11. *num.* 21. Valentia, 2.2. *disp.* 6 *quæst.* 6. *pun.* 4 *quæst.* 1 *conclus.* 2. Sayrus, *in Clau. reg. lib* 6. *cap* 6. *num.* 8. Armilla, *v. votum* §. 15. Aragonius, 2.2. *quæst.* 88 *artic.* 5. *in fine* Nauarrus, *in manual. cap.* 12. *num.* 34. *versic* 2. Reginaldus, *lib.* 18 *numer.* 234. Molfesius, *to.* 1. *sum. tract.* 11. *cap.* 16. *num.* 16 & alij.

17 **Duplex peccatum committeret Vouens, quando transgreditur votum de re præcepta: quia habet duplicem deformitatem, quæ in eo cernitur: atque adeò circumstantia hac, mutans speciē peccati, fatenda est in confessione. Vndè non sufficit dicere in confessione, se votum violasse, sed etiam tenetur confiteri circumstantiam voti appositi. Ita communiter Doctores.**

Dubitatur: An Religiosus transgrediens præceptum Prelati, admittat duplex peccatum?

18 Affirmatiuè respondet prima opinio: Vnum, ratione præcepti: Alterum verò, ratione voti. Cuius ratio est: quia in Religione, præter obedientiam, voto debitam superiori, est in illis, eo ipso, quod iuxta Constitutiones eliguntur, communicata potestas à Pōtifice, ad præcipiendum: ac proindè, ratione solius præcepti, obligabunt subditos ex præcepto illius virtutis, ad quam actus preceptus pertinet: quod vel indè constat, quia Superior Religionis potest sub excommunicationis pœna pręcipere, quam ratione solius voti imponere nequit. Ita Salas, *tract.* 13. *disp.* 3. *sect.* 1. *num.* 16. Caietanus, 2.2 *quæst.* 88. *artic.* 5. *dub. vltim. circa solutionem ad* 3. Vasquez, 1.2. *quæst.* 71. *artic.* 6 *disp.* 8. *cap.* 3. *num.* 7. Merolla, *to.* 1. *disp.* 2. *cap.* 7 *dub.* 1. *num* 16. Villalobos, *to* 1. *sum. tract.* 9. *dub.* 39 *num* 13. Layman, *in Theolog. moral. lib* 4. *tract.* 5. *cap.* 9. *num.* 6. Sayrus, *to.* 3 *de relig. lib.* 10. *cap.* 7 *num.* 6. & alij.

19 Secunda opinio ait: Religiosus, quando non obedit Prelato, præcipienti sub obedientia, non peccat duplici peccato, nempè, contra Religionem, & contra Obedientiam, neque tenetur hanc circumstantiam in confessione aperire. Ita Sotus, *lib.* 7 *de iustit quæst.* 2. *artic.* 3. *ad* 1. Petrus Ledesma, *in sum. sacrament. tract. de pœnit. cap.* 19 *fol* 632. Diana, *part.* 3 *tract.* 4 *resolut.* 67. *versic In Resolut.* 16. & *part.* 2 *tract.* 7. *resolut.* 16. Perez, *in regul. D. Benedicti cap.* 5 *num* 23. & alij.

20 Sed vtraque sentētia sic reconcilianda est. Si Superior, vtraque potestate vtens, vellet obligare: vt, si aliquid præciperet in virtute obedientię, & sub pęna excommunicationis: tunc verior est prima opinio. Ratio est: quia tunc per virtutem obedientię, exigit obedientiā, sibi voto debitam: per pœnam verò excommunicationis, quam, vt solus Prelatus Ecclesiasticus, imponere potest, exigit obedientiam, vt Prelatis talibus debitam. Si autem solum pręcipiat in virtute obedientię, vel absolutè pręceptum imponat, tunc verior est secunda opinio: quia, cum non constat, intentionem superioris esse vtroque modo pręcipere; non strictiùs, sed fauorabiliùs in dubio iudicandum est. Et cum exigat in virtute obediētię, denotat clarè obedientiam, ex voto debitam, se exigere. Et idem dicendum est, quando absolutè pręcipit: quia, cum obedientia potissimè, ipsi debita, consurgat ex voto; si absolutè pręcipit, eam censetur exigere.

re. Si verò solum præcipiat sub pœna excommunicationis, tunc puto, similiter transgressionem præcepti esse vnam culpam, non contra votum, sed contra potestatem Ecclesiasticam: Si autem præcipiat in virtute obedientiæ, vel absolutè: violatio est contra solum votum, & sic eiusdem speciei infimæ; & ideo non est fatenda circumstantia. Ita Sanchez, to. 1. lib. 4. cap. 11 num. 25. & videtur inclinare Merolla, to. 1. disp. 2. cap. 7. dub. 1. à num. 20.

21 Addit Sanchez, quando in hoc circumstantia notabiliter agrauaret, tunc fatendam esse in confessione, saltem in genere (ait) dicendo. Transgressus sum votum, in materia notabiliter agrauante. Sed quia circumstantiæ agrauantes non sunt in confessione fatendæ (vt ait Concil. Trident.) ideò hæc opinio, quò ad circumstantias, non est admittenda.

An transgressio omnium Votorum sit eiusdem speciei? Dub. 6.

22 Aliqui (quos tacito nomime refert Vasquez, 1. 2. quæst. 72. artic. 6. disp. 98. cap. 3. num. 7.) dicunt: Transgressione votorum differre specie, iuxtà varias materias, de quibus votum emittitur.

23 Alii verò meliùs dicunt: Transgressiones votorum esse omninò eiusdem speciei infimæ: nec aliquo pacto variari ex diuersitate materiæ promissæ, quãdo ea alio præcepto, præter votum, non est iniuncta: at potest in eade specie esse grauior, aut minus grauis culpa, iuxta maiorem, aut minorem grauitatem. Ratio est: quia (vt ait Caietanus, in 2. 2. q. 88. artic. 5 dub. vltim. circa solutionem ad 3.) in hoc conueniunt materia voti, & præcepti: quia vtraque debet esse bona, & actus alicuius virtutis. Differunt tamen, quia materia illa legis ex eo ipso, quod à legislatore præcipitur, redditur necessaria ad illius virtutis rectitudinẽ: quia transgressio illius legis opponitur illi virtuti: ac proindè, variabitur species peccati transgressionis, iuxtà diuersitatem virtutum, ad quas illa legis materia spectat, vt benè dicunt Azorius, lib. 4. cap. 2. quæst. 7. Vasquez, 1. 2. quæst. 72. artic. 6. disp 98. cap. 3. num. 7. Rodoriquez part. 2. sum. cap. 94. num. 9. & alii. At materia, voto promissa, & si actus alicuius virtutis sit, non obligat ad illius virtutis præceptum; sed ex solius Religionis præcepto; cuius actus est votum: cum ergo omnia vota, in quacumque materia emissa, eamdem oppositionem habent, & sub vnica ratione cum sola Religionis virtute, transgressio omnium illorum erit eiusdem speciei infimæ. Ita Vasquez, 1. 2. quæst. 71. artic. 2. disp. 99. cap. 4. num. 20. Sanchez, lib. 4. sum. cap. 11. num. 23. Molfesius, to. 1. sum. tract. 11. cap. 16. num. 18. Caietanus, 2. 2. quæst. 88. artic. 5. dub. vltim. in solut. ad 3. Suarez, to. 2. de relig. lib. 5. cap. 3. num. 9. & alij.

24 Vndè, si quis in confessione aperuit peccata commissa, sed oblitus sit circũstantiam voti, potest in genere se postea coram quocumque confessario accusare de malitia fractionis voti, vel iuramẽti, cùm ad eius notitiam peruenerit, dicens, se toties fregisse votum, vel iuramentum in materia graui peccati mortalis. Ita Nauarrus, cap. 6. in fine. Sanchez, dict. cap. 11. num. 24. Molfesius, num. 18. & alij.

25 Limitat hanc sententiam Sanchez, lib. 4. sum. cap. 11. num. 6. & 23. circa medium, seclusa tamen speciali Vouentis intentione, qua ad aliam virtutem se obligaret, quia Vouens potest se obligare, non solum vltra Religionis virtutem; sed etiam ex peculiari rectitudine illius virtutis, cuius actum vouet. Vndè, transgressio illius voti, vltra violationem Religionis, habet specialem deformitatem, necessario fatendam contra illam virtutem, cuius actum vouit: quia contra illam quoque delinquit: v. g. si voueat ieiunium, potest se obligare vltra Religionis virtutem ex virtute obedientiæ, cuius actus est ieiunium. Ratio est: quia, cum Vouens sit quidam legislator voluntarius, legem sibi præscribens; ergo nihil obstat, quò minus, vltra Religionis obligationem, ex voto consurgentem, possit peculiari lege alterius virtutis se obligare. Sicut Legislator, aliquid præcipiẽs, obligat præcepto virtutis, cuius est ille actus. Ita hanc opinionem tenent Valentia, 2. 2. disp. 6. quæst. 6. pun. 4. q. 1. concl. 2. vbi ait: Etiam posse Vouentem se obligare peculiari lege alterius virtutis: v. g. si voueat eleemosynam, potest se obligare, vltra virtutis Religionem, ex virtute misericordiæ, ad quam eleemosyna pertinet: potest se ad illam obligare ex virtute castitatis, aut fortitudinis. Quam sententiam non admittit Sanch. sed solum virtute misericordiæ, non autem

tem ex virtute castitatis, aut fortitudinis.

26 Sed hanc limitationem impugnant Suarez, *to.2.de relig.lib.5.de voto cap.3.in fine.* & Merolla, *to.1.disp.2.cap.7.num.*132. Quorum ratio est: quia homo non potest sibi legem imponere, quæ ex potestate iurisdictionis procedat, vt per se notum est: quia non habet iurisdictionem in seipsum: & imponere obligationem, & præceptum, obligans ex vnaquaque materia, secundum exigentiam eius pertinet ad potestatem iurisdictionis: quod ex eo patet, quia nullus homo potest hoc genus obligationis alteri imponere, nisi habeat iurisdictionem in illum; etiam si, aliundè possit illi præcipere, ex promissione aliqua humana inter illos, ratione cuius poterit exigere fidelitatem, vel iustitiam: non tamen imponere necessitatem temperantiæ propriam, vel alterius virtutis, quam tamē potest imponere Superior per potestatem iurisdictionis.

27 Limitat secundo Sanchez, hanc sententiam: Nisi ea circumstantia notabiliter agrauaret: tunc enim vult, fatendā esse in confessione, saltem in genere: dicendo: Transgressus sum votum in materia, notabiliter agrauante. *S*upponit autem Sanchez, circumstantias agrauantes esse necessario fatendas.

28 *Sed* quia circumstantiæ agrauantes non sunt in confessione aperiendæ (vt dicunt *Scotus, in 4.dist.16 quæst.1.artic.2.* & alij.) hanc opinionem non admittunt Merolla, *to.1.disp.2.cap.7 num.22.in fine.* Nauarrus, *cap.6 sum.ad finem, & cap. consideret in principio nu.*104. Emanuel Sà, *v. confessio*, & alij.

29 Vndè, non solum qui confitetur peccata oblita, sufficit in confessione dicere circumstantiam voti, vt diximus, in nu. 24. sed etiam, quando data opera, fateri potest quis seorsum ea peccata, & circumstantiam voti, vel iuramenti, tamquam diuersa peccata: Vt, si votum fuit non fornicandi, optima esset confessio, dicendo: Toties admisi fornicationem, vel furtum: & postea: Toties fregi iuramentum, vel votum rei grauis: quia quando malitia peccati, & circumstantiæ sunt separatæ, possunt seorsum, tamquam diuersa peccata in confessione exprimi. Ita Henriquez, *lib.de pœnit.cap.5. num.4.* Suarez, *in 3.part.to.4.disp.22.sect.2.num.8.& 9.* Coninchius, *de sacramen. disp.7.dub.7.num.*60. Reginaldus, *tom.1. lib.6.cap.4 num.*141. Filliucius, *to.1.trac.7.cap.4 num.*80. Diana, *part.1.tract.7 resolut.*45. & alij.

Quibus circumstantijs teneatur vouens opus, voto promissum exequi, quando nullus in suo voto determinauit? Dub. 7.

30 Respondetur: Tres in hoc Regulæ tradendæ sunt. Prima est: verba vouentis intelligenda sunt in dubio, secundum communem loquendi, & intelligendi vsum Patriæ. Sic Panormitan. *in cap.ex parte nu.3.& 4.de censib.* Sanchez, *lib.1.de matrim.disp.18.num.8.& lib.4 sum.cap.11 num.9.* Caietanus, *2.2. quæst.88.artic.2.dub.4.§.quid dicendum.* Filliucius, *tract.26.cap.3.quæst.8.num.96.* Layman, *in theolog.moral.lib.4.tract.4.cap.3.num.3.* Bonacina, *de præcep.disp.4.quæst.2.pun.6.* & alij.

31 *Secunda* Regula est: Quoties vouens non determinat circumstantias, tenetur (ex vi voti) ad circumstantias necessarias, sinè quibus res promissa, non esset (quò ad substantiam operis) materia voti: v.g. Vouens recitare Officium Diuinum, tenetur attentè. Ratio est: quia frustra ille voto obligaretur, si nō astringeretur quoque ad circumstantias, operi exequendo necessarias: & quicumque vult aliquid, vult implicite id, sinè quo id esse nequit. Ita Valentia, *2.2.disp.6.quæst.6.pun.4.pun.3.initio.* Sanchez, *lib.4.sum.cap.11 num.28.* Paludanus, *in 4.dist.38.quæst.4.artic.1.num.7.* Filliucius, *tract.26.cap.3.quæst.8.num.96.& 108.* Layman, *loco citato*, & alij.

32 Tertia Regula est: Quando non constat de speciali alia vouentis intentione, non aliter obligat votum in quauis materia, quam si lex esset à Deo, vel ab Ecclesia de ea re. Ita Sotus, *lib.7.de iustit. quæst.2.artic.1.colum.3.versic.nihil in conclusione, & lib.8.quæst.1.artic.7.dub.1.* Aragonius, *2.2 quæst.88.artic.3.paulo post principium.* Valentia, *2.2.disp.6.pu.4.quæst.2.* Nauarrus, *cap.12.sum.num.65.* Layman, *in Theolog.moral.lib.4.tract.4.cap.3.num.3.* Bonacina, *de præcep.disp.4.quæst.2.pun.6.num.22.* & alij.

33 Ex supradictis Regulis deducitur Primò: Vouens peregrinationem, si non determinauit ire pedester, nec equester, potest equester exequi votum. Etiam si,

si, dum vouerit, habuerit animum pedestris peregrinationis, non tamen ea vouit. Ratio est: quia in voto non requiritur habere animum, vt expresè voueat; sed requiritur, vt verè voueat: possessio in hoc casu stat pro vouente, cum melior sit conditio possidentis. Ita Paludanus, *in 4 dist. 38. quæst. 4 artic. 1. num. 7.* Molfesius, *to. 1. sum. tract. 11. cap 14. num. 24.* Sanchez, *lib. 4 sum. cap. 11. numer. 32.* & alij.

34 Secundò: Qui vouit aliquas Missas, satisfacit, si inuenit Sacerdotem, qui eas sinè eleemosyna celebret. Ratio est: quia ille sola Sacra vouit, non autem eleemosynam: quamuis, tempore voti, animũ erogandæ eleemosynæ pro Sacris habuerit. Immò, etiam si Vouens vouisset tradere eleemosynam pro Missis celebrandis, adhuc satisfaceret, comperto sacerdote, volente Missas gratis omninò celebrare: nam Vouens censetur vouisse eleemosynam tantummodo accessoriè, & minus principaliter, & tamquam conditionem, vt Missæ celebrentur: cum ergo curet eas celebrari sinè eleemosyna, dicendum videtur, ipsum satisfacere suæ obligationi. Ita Sanchez, *lib. 4. sum cap 11. num. 33.* Bonacina, *de præcep. disp 4 quæst. 1. pun 6 num. 5.* & alij.

35 Tertiò: Obligatum ex voto, vel pœnitentia, vel quauis alia ratione, ad recitandas Horas Canonicas, vel Officium B. Virginis, ea interruptione satisfacere, qua præcepto Ecclesiæ de his recitandis satisfit. Immò satisfacit, dicendo calculos virgineos, vnã decadem, omittendo alias in aliud tempus: sicut contingit in singulis horis dicendis. Ita Nauarrus, *in cap. quando 10. à num. 37. vsque ad nu. 42.* Beia, *in suis respons part. 1. cas 1.* Azorius, *part. 1. lib 10. cap. 8. quæst. 8.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 11. num 39.* & alii. Immò satisfacit, recitando cum socio alternatim. Ita Trullench *to. 1. decalog. lib. 2. cap. cap. 2. dub. 15. num. 19.* Diana, *part. 9 trac. 8. resolut. 6. § sed quia*, & alii.

38 Quartò: Votum audiendi Sacri, obligat ad audiendam eadem prorsus attẽtione, & deuotione, & integritate, ac obligat præceptum Ecclesię: & tunc esset mortale, defectu attentionis, vel integritatis, quando esset mortale in pręcepto Ecclesiæ: & easdem prorsus causas excusare, quę Ecclesię pręcepto excusant. Et ita dicendum est de voto ieiunii. Ita Molfesius, *tom. 1. sum. tract. 11. cap. 14. num. 25.* Sanchez, *lib. 4 sum. cap. 11 num. 54.* & alii.

37 Quintò: Qui vouit inuisere limina Apostolorum, satisfacit voto, si illa visitet, post quam Romam adiit, causa negotiationis. Dummodo, quod Vouens non vouerit peregrinationem, sed solum visitare limina Apostolorum: quia, quãdo Vouens vouerit etiam peregrinationem, non satisfacit voto. Ita Bonacina, *de præcep. disp. 4. quæst. 2 pun 5. § 4. num. 13.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 11. num. 68.* & alii: qui existimant etiam, eum satisfacere voto, si peregrinationem susciperet, animo visitandi limina Apostolorũ, & simul etiam causa alterius negotii: nam ista peregrinatio esset opus pium, & religiosum.

An qui pœnitet se vouisse, peccet mortaliter? Dub. 8.

38 Affirmatiuè respondet Angelus, *v. votum 3. nu. 13.* Et ita docet, quando votum est præceptum Angles, *in floribus part. 2. quæst vnica, de voto artic. 5. dub. 4.*

39 Hæc opinio, vniuersaliter dicta, non est vera: sed ita est distinguenda. Si ille ita pœnitet de voto, vt intendat, illud non implere (regulariter loquendo) erit peccatum mortale. Ratio est: quia talis intentionem habet peccandi mortaliter. Dixi (*Regulariter loquendo:*) quia, si votum esset de re leui, solum erit veniale: quia, sicut transgressio voti in re leui, est solum peccatum veniale: ita etiam pœnitentia illius, cum animo non adimplendi, erit tantum veniale. Si verò ita pœniteat de voto facto, & tamen propositum habeat illud adimplendi, non peccat mortaliter. Ratio est: quia hæc pœnitentia non est de obiecto prohibito, ex vi obligationis voti. Tum quia, sicut non est peccatum mortale, nolle vouere in futurum; ita, neque est peccatum mortale nolle vouisse. Ita D. Thomas, *2. 2. quæst 88. artic. 6. ad 2.* Paludanus, *in 4. dist. 38. quæst. 5. artic. 1. num. 7* Tabiena, *v. votum 3. quæst. 4. num. 5.* Siluester, *v. votum 2. quæst. 20.* Sotus, *de iust. quæst. 2 artic 4. ad 2.* Azorius, *part. 1. lib. 11. cap 15 quæst vltim.* Valentia, *2. 2. disp. 6. quæst. 6. pun. 3. ad finem.* Nauarrus, *cap. 12 sum. num. 55.* Rodoriquez, *par. 2. sum. cap. 99. num. 3.* Philiarcus, *de offic. sacerd. lib. 3. cap. 18. num. 12.* Lopez, *part. 1. cap. 5.* Sanchez,

Sanchez, *to. 1. sum. lib. 4. cap. 12. num. 2.* Filliucius, *tract. 26. cap. 8. quæst. 10. numer. 214.* Bonacina, *de præcep. disp. 4. quæst 2. pun. 5. §. 4. num. 14.* Molfesius, *to. 1. sum. tract. 11. cap. 16. num. 39.* Sayrus, *in Clau. reg. lib. 6. cap 6. num. 12.* Layman, *in theolog. moral. lib. 4. tract. 4. cap 4. num. 3.* Reginaldus, *lib. 18. num. 239.* & alii.

40 Si verò esset sola pœnitentia voti, cũ proposito adimplendi illud, donec dispensationem, vel commutationem obtinuerit, tunc regulariter erit solum peccatum veniale, quando pœnitentia nascitur ex tepiditate, & defectu perseuerandi in bonis operibus, vt præcipuè solet esse in votis diuturnis, & grauis momenti: vt est votum perpetuæ castitatis, votum Religionis, recitandi continuo certas præces: quia non dolet hic talis de actu, ad quem tenebatur; vel de actu, natura sua bono: sed solum de obligatione, quam sibi imposuit. Ita supra citati Doctores.

41 Vndè, Religiosus professus, considerans necessitatem parentum, vel consanguineorum, quibus illo statu non potest subuenire; & pœnitet, se professionem emisisse, vt posset in sæculo illis subuenire, non peccaret: quamuis, votum suum non habeat illam excellentiã meriti, quam aliter habuisset, ratificando professionem factam, relinquens parentum necessitatẽ diuinæ prouidentię. Ita Sayrus, Molfesius, citati, & alii.

An Vota, & Iuramenta multiplicata constituant nouam malitiam, necessariò in confessione fatendam? Dub. 9.

42 Conclusio istius quęstionis pendet ex illa Quæstione: An quando duo numero pręcepta actu violantur, an sint in eiusmodi actu duæ numero malitiæ, explicandæ in confessione?

43 Nauarrus, *cap. 11. sum. num. 4.* Lopez, *part. 1. cap. 29. paulo post principium.* & Rodoriquez, *part. 1. sum. cap. 23. num. 3.* dicunt: Esse duas peccati malitias, in genere moris, numero distinctas, & deberi in confessione explicari: v.g. si Festum S. Matthiæ in diem Dominicam, aut Vigilia eius in Quadragesima inciderit: & Petrus, vel ieiunium in ea Vigilia, vel Missam in dicta die Dominica omiserit, duplex peccatum committere.

44 Limitat hanc opinionem Coninchius *de sacramen. pœnitent. disput. 7. dub. 6.* vt vera sit tantum, quando ea præcepta feruntur, ob diuersas rationes præcipiendi: vt in exemplis allatis Præceptum, de audienda Missa die Dominico, latum est in honorem Dominicæ Resurrectionis: Præceptum vero de Missa audienda in die Sanctę Matthię, institutum est in honorem dicti Sancti. Secùs verò est, quando in duobus pręceptis esset vna, & eadem ratio præcipiendi: Vt, si vnus Superior mihi prohibeat aliquam actionem, quia periculum est, ne paulo inde damnum, aut scandalum oriatur: & postea alter Superior ex eadem omninò ratione mihi eamdem prohibeat; non erit duplex peccatum, eam actionem exercere, sed vnum tantum. Sicut furtum alicuius rei, est vnum tantum numero peccatum, quamuis sit contra pręceptum diuinum, & humanum: quia omnia hęc pręcepta sub eadem omninò ratione furtum prohibent. Et hanc opinionem dicit esset probabilem Granadus, *1. 2. controuers. 6. tract. 2. disp 5. num. 8.* & docet Merolla, loco citando, *numer. 127.*

45 Vndè, secundum hanc opinionem, habentem votum, ieiunandi in sabato, & in vigilia Sancti Francisci, si hęc concurrat cum sabato, duplex peccatum, numero distinctum, committere, non ieiunando: quia votum obligat instar pręcepti Ecclesię. Secùs verò, si quis pluries vouisset, certa quadam die ieiunare: quia, tunc est idem obiectum voti, cum eisdem omninò circumstantiis, & consequenter vnum numero peccatum fractionis ieiunii, vt communiter concedunt.

46 Alii verò meliùs existimant, vnicum numero peccatum, & malitiam esse; quoties quis peccat contra duo pręcepta eiusdem speciei, quando circa eamdem numero materiam versantur. Dicuntur autem pręcepta eiusdem speciei, quando eamdem rem pręcipiunt, vel prohibent, sub motiuo eiusdem virtutis. Quorum ratio est: quia, peccata non differunt specie, ex sola distinctione specifica pręceptorum: quia leges, specie diuersę, possunt eadem ratione, & sub eodem motiuo, certum aliquem actum pręcipere, vel prohibere: ergo pari ratione, ex hoc, quod pręcepta sint numero distincta, non ideò fit vnu

 pecca-

peccata numero differant: cum diuersa numero præcepta, certum aliquem actum, eadem pœnitus ratione, prohibere, aut præcipere queant. Sicut facit Ecclesia, præcipiendo, vt in die, Sanctis Apostolis dicato: & similiter in Dominica die, Missa audiatur: id enim iubet, tamquam opus, & officium religionis Deo debitæ. Quare, motiuum intrinsecum præcepti audiendi Missam, semper est idem, quamuis extrinsecum possit esse diuersum, vt honor huius, vel illius Sancti. Ita Azorius, *part.* 1. *lib.* 4. *capit.* 2. *quæstion.* 6. Vasquez, 1. 2. *disput.* 98. *cap.* 3. *à num.* 8. Suarez, *tom.* 4. *in* 3. *part. disput.* 22. *sect.* 4. *num.* 22. Sayrus, *in Clau. reg. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 14. Sanchez, *lib.* . *de matrimon. disput.* 15. *num.* 6. Henriquez, *lib.* 5. *de sacramen. qui est secundus, de pœnitent. cap.* 5. *num.* 6. Herrera, *in* 2. *sent. disput.* 31. *quæstion.* 7. Salas, 1. 2. *quæstion.* 72. *tractat.* 13. *disput.* 3. *sect.* 2. *num.* 17. Carraff. 1. 2. *quæst.* 7. *articul.* 3. *in fine.* & Merolla, *tom.* 1. *disput.* 2. *cap.* 7. *dub.* 5. *corollar.* 6. *numer.* 121. qui dicit esse probabiliorem.

47 Vndè, secundum hanc opinionem, si quis vouerit ieiunare in vigilia Sancti Francisci; si contingat ea vigilia in sexta feria, quando ex voto tenetur eam ieiunare, vnum tantum peccatum numero committere, non ieiunando. Quia rationes assignatę militant etiam in hoc casu: nam votum est veluti lex quædam priuata, quam homo sponte sibi imponit. Idem à fortiori dicere debent de eo, qui pluries vouisset, certa aliqua die ieiunare: hic enim non ieiunando, vnum tantum numero peccatum admittit.

48 Hinc infertur: Qui votum millies cōfirmauerit, vel millies de eadem re vouerit, non multiplicat peccatum, nec suscipit distinctam obligationem; sed veterem tantum renouat, vt se promptiorem, & firmiorem reddat: & consequenter, qui votum millies confirmatum negligit, & violat, vnum solum peccatum perpetrat, & committit. Ita Fagundez, *part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 5. *numer.* 7. Angles, *in floribus* 4. *sentent. quæstion. de voto, articul.* 1. *difficult.* 9. Aragonius, 2. 2. *quæstion.* 88. *articul.* 2. *circa conclus.* 4. *ad* 4. Rodoriquez, *part.* 2. *sum. cap.* 94. *conclus.* 9. Azorius, *part.* 1. *lib.* 14. *quæst.* 1. Sayrus, in Clau. *regia lib.* 6. *cap.* 3. *numer.* 19. Medina, 1. 2. *quæstion.* 72. *articul.* 6. *colum.* 2. *v. sed dices, & lib.* 1. *sum. cap.* 9. *paulo ante* §. 1. *fol.* 23. Ouandus, *in* 4. *dist.* 25. *quæstion. unica, post.* 9. *proposit. controuers.* 2. Henriquez, *lib.* 5. *de pœnit. cap.* 5. *num.* 6. Sanchez, *lib.* 7. *de matrimon. disp.* 17. *num.* 25. *& lib.* 1. *sum. cap.* 14. *num.* 10. Diana, *part.* 3. *tractat.* 4. *resolut.* 90. Pharaonius, *in suo promptuar. tractat.* 1. *sess.* 13. *cas.* 12. *in fine.* Gesualdus, *part.* 1. *tractat.* 19. *cap.* 4. *numer.* 11. Filliucius, *to.* 2. *tractat.* 30. *cap.* 6. *num.* 26. & alij.

48 Limitant hanc sententiam aliqui, quos tacito nomine refert Sanchez, loco citando: Nisi repetens votum, nouam sibi obligationem imponere intendat: quia, tunc volunt, plura numero peccata contra votum eum committere.

50 Sed hanc limitationem benè reprobat Sanchez, *lib.* 1. *sum. cap.* 14. *numer.* 10. quia si posset, repetendo votum, nouam obligationem sibi imponere, etiam posset, vnica vice vouendo, sibi obligationes imponere: At non potest vnica vice; eò quod voluntas ipsius vouentis non satis est, ad sumendas pro libito obligationes, quando materia, circa quam versatur, est vnica, & sub vnica ratione, & ex motiuo vnius virtutis.

51 Vndè, Religiosus professus, aut Sacerdos, vel initiatus sacris Ordinibus, qui emittit votum de non committenda mollicie, vel fornicatione, non tenetur confiteri hanc circumstantiam voti, emissi post professionem: quia, per votum solemne castitatis, in professione emissum, & dum sacros Ordines suscepit, ad id ipsum tenebatur: & multiplicatio nouorum votorum, etiam nullam addit circumstantiam agrauantem: nec se obligauit de nouo, sed veterem obligationem cum illo voto confirmauit. Ita Filliucius, *tom.* 2. *tractat.* 30. *cap.* 7. *num.* 26. Fagundez, *de præcept. Eccles. tractat.* 2. *lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 11. Diana, *par.* 1. *tractat.* 7. *resolut.* 9. *& part.* 3. *tractat.* 4. *resolut.* 90. *circa medium.* vbi dicit: Circumstantias, notabiliter agrauantes, non esse necessario in confessione explicandas. Igitur, in dictis casibus sufficit, vt pœnitens dicat: Toties non ieiunaui, vel non audiui Sacrum.

An Vouens non ludere, peccet mortaliter, si luserit? Dub. 10.

52 NAuarrus, *cap. 12 sum. nu. 11.* & Rodoriquez, *part. 1. sum. cap. 189. in 2 edit. num. 10.* dicunt absolutè: iuramentum, vel votum factum non ludendi, intelligi de ludo illicito magnæ quantitatis, & non delicito modicæ quantitatis: quia, ratione honestę recreationis exercetur. Quare, censere videntur expressè, nullam reperiri culpam in hoc ludo contra id votum, vel iuramentum. Immò Rodoriquez censet, iuramentum, vel votum abstinendi ab hoc ludo modico, forè irritum: quia, cum ille ludus honestus sit actus virtutis Eutrapeliæ, teste D. Thom. 2. 2. *quæst. 168. art. 2. in corpore*, iuramentum, vel votum abstinendi ab hoc ludo, essent contra bonos mores, & actum virtutis, ac proindè essent irrita.

53 Alij verò dicunt: Si iurans, vel vouēs intenderet se obligare, ad abstinendum à ludo modicæ quantitatis, qui alias (secluso voto, vel iuramento) esset actus virtutis, votum & iuramentum essent valida, ac perpetrandum esset ex obiecti quantitate, an transgressio esset mortalis, an verò venialis: vt contingit in transgressione aliarum virtutum. Quorum ratio est: quia reperiuntur quidam virtutis actus, quorum priuatio perfectiùs bonum continet, eo quod includant accessum ad res terrenas, mensque circa eas euagetur. Inter hos numerantur ludus honestus, amicorum conuiuia vti cibis corporis salubribus, quæ ad vrbanitatē, & alias virtutes pertinent. Votum ergo, vel iuramentum, emissa de abstinendo ab huiusmodi virtutibus, est validum. Ita Sotus, *lib. 7. de iustit. quæst. 2. artic. 1. colu. 4 versic. contra hoc autem.* Sanchez, *lib. 3. sum. cap. 18. num. 2. & lib. 1. de matrim. disp. 4. num. 5.* & alij. Sed vbi absolutè esset votum non ludendi, bene existimant, non comprehendi hūc ludum: nisi expressè vouens id intenderit. Ita Sanchez, *dict. cap. 18. num. 6.* Suarez, *to. 2 de relig. lib. 2. cap. 12. num. 13.* Quando verò non constat de expressa ipsius intentione, ea ex ipsius fine perpetranda est. Ita Sanchez, *num. 6.*

54 Quando verò materia leuis dicatur modica, ex vouentis fine perpetranda est, vt ait Sanchez, *lib 3. sum cap. 18. num. 3.* si enim vouentis finis sit, priuare se temporalibus, illa ludi delectatione, quo peccata sua puniret, aut mens diuinis tractandis aptior esset, tunc materia ludi, ad discernendum, an fractio sit mortalis, nec nè, non est spectanda ex quantitate pecuniæ, ludo expositæ; sed ex duratione illius recreationis, ex ludo perceptæ: si enim modico tempore duret, recreatio modica est, & ideò solum erit venialis culpa: si verò ludus multo tempore duret, erit culpa mortalis, quamuis nulla pecunia ludo exponatur: quia vouens, ad solam voluptatem, ex ludo captandam, attendit.

55 Quod si finis vouentis fuit vitare iacturam temporis, in ludis consumpti, vt Deo, vel alijs negotijs vocaret; tunc etiā non est attendenda pecuniæ quantitas, sed temporis, in ludis expensi: & quando modico tēpore luderetur, nec probabile periculum esset, ita in ludo incalescendi, vt diù protraheretur, non erit saltem culpa mortalis: immò est probabile, neque esse venialem, vt dicunt Sanchez, *dict. cap. 18. num. 3.* & Merolla, *to. 1 disp. 1. cap 2 num 62.* Si autem aliquantulum in tempore excedatur, absque prædicto periculo, erit culpa venialis: si verò magna sit mora, vel prędictum periculum adsit, erit culpa mortalis.

56 Rursus: si finis sit vitare iacturam pecuniæ, & prodigalitatem: tunc, ex quātitate pecuniæ, ludo expositæ, diiudicanda est culpa ludi: & in hoc casu vera est opinio Nauarri, & Rodoriquez, *nu 52.* citati, quam approbant Sanchez, *dict. cap 18. num 3.* asserens: Ludum modicæ quantitatis non esse culpam, etiam venialem in eo, qui absolutè vouit non ludere: quia in virtute talis actus, non includitur voluntas vitandi ludi in ea modica quantitate, nisi probabile periculum sit, ita incalescere in ludo, vt magna pecunia prodigatur. Si vero magna pecuniæ quantitas ludo exponatur, vel id probabile periculum subsit, erit mortale. Sicut autem prodigalitas non est absoluta, sed respicit prodigentis facultates; ita hæc parua, vel magna quātitas mensuranda est pœnès ludentis facultates: quamuis concedendum sit, aliquam quantitatem, ita paruam esse, vt respectu cuiuscumque non constituat mortale; & aliquam, ita magnam, vt respectu cuiuscumque mortale efficiat, quod prudentis arbitrio relinquendum est. Si autem finis sit vitare occasionem,

auidiùs instandi ludo, spe iacturæ resarciendæ, aut lucri maioris acquirendi, ex occasione hac attendenda est ludi quantitas. Similiter, si finis sit vitare discordiam cum domesticis, vel cum colludétibus, aut blasphemias, vel alia peccata, ex ludo oriri solita, ex occasione horum peccatorum ludendi, data ex ludo, perpetranda est hæc quantitas, ad discernendam eius culpam, vt dicunt Sanchez *num.3.* & Merolla, *num 63.*

57 Nota Primò: Vouens non ludere, si postea per diem continuatè luserit cum quatuor, vnum peccatum committit: quia, licet illi actus numero sint distincti, at in genere moris pro vno tantum habentur. Ita Sancius, *in select. disp 6.n. 6.* Azorius, *par.1 lib 4 cap 4 in fine* Diana, *part.4 tract.4 resolut.45.* & alij.

58 Nota Secundò: Vouens non ludere, potest mutuare alij nummos, vt nomine ipsius mutuum accipientis ludat, potestque ipsum docere in ludo: nisi expresse voluerit, se ad abstinendum ab his, obligare: quia hoc non est ludere. Ita Alcozer, *de ludo, cap.13. consil 5.* Sanchez, *lib.5. sum.cap.18.num 5.* & alij.

59 Nota Tertiò: Si quis vouit non ludere, sub pœna centum aureorum; si postea, immemor voti, luserit, non tenetur soluere pecuniam: quia naturalis obliuio æquiparatur ignorantiæ inuincibili. Ita Sanchez, *to 1. sum. lib.4. cap. 22. num. 8* Diana, *part.3 tract.6. resolut. 41. § notandum est*, & alij.

Quotupliciter contingat, rem promissam esse indeterminatam? Dub.12.

60 Respondetur tribus modis. Primò, promittendo aliquid indeterminatum, quò ad speciem, vel qualitatem: vt quando, quis promittit dare animal, non determinando speciem: vel triticum, non determinando quantitatem: Secundò, promittendo rem determinatam, quò ad speciem, & quò ad aliquam quantitatem: non autem quò ad circūstantiam illius quantitatis, aut qualitatis: vt quando promittit eleemosynam equi, non determinando quem; vel mēsuram tritici, non determinando quam, vel cuius perfectionis. Et Tertiò, promittendo rem in se determinatam, vt in exemplis adhibitis, sed sub disiunctione.

Ex his Quæro primò: An quando res est ita indeterminata, vt nec quid, nec quantum promissum sit, colligi possit, obliget nè promissio humana, & votum?

61 Prima opinio ait: Id votum esse irritum: Vt, si quis voueat animal, non explicato quo animale: aut frumentum, nulla eius explicata quantitate: & hoc, *ex leg. triticum, & leg. ita stipulatus, in principio ff. de verb. obligat.* vbi huiusmodi promissionem irritam esse, ratione incertitudinis, decernitur; eo quod illi satisfieret, tradendo animal inutile, vt muscam; vel inutile triticum, vt granum illius. Ita Grossed. quem referunt, & sequuntur Io. Andr. *cap. ex parte num. 4 & 5. de censib.* vbi Cardin. *num.3 opposition.7.*

62 Secunda opinio ait: Id votum valere. Quantitas verò, & qualitas determinanda est, arbitrio boni viri, consideratis personarum, & materiæ subiectæ, & causæ promittendi circumstantijs. Cuius ratio est: quia, quamuis in iure ciuili ea incertitudo vitiet promissionem, vt definitum est in lege allegata: at ex æquitate canonica non vitiatur, sed fit reductio ad prudentis arbitrium, modo explicato: cum de substantia obligationis, ac animo se obligandi constet, vt tradunt Archid *cap sunt non nulli num. 1. v. nullum 1 quæst.1.* Azorius, *part.1 lib. 11. cap.20. quæst.2* Molina, *to.2. de iustit. disp 268 colum.2.* & alij. Tum quia, esto incertitudo in alijs vitiaret; at in spiritualibus, fauore piæ causæ, numquam vitiat: vt ex multis probat Alexand. *in ea leg. ita stipulatus, num.28.* & Latius Tiraquellus, *de priuileg. piæ causæ, in priuileg. 8. & num vnico.* vbi multos refert, & in propriis terminis Anton. *dict. cap. ex parte num.7.* vbi Abbas, *num.5.* Azorius, *quæst.2.* Sanchez, *lib.4. sum. cap.13. num. 4.* & alij.

Quæro Secundò: Ad quid obliget votum rei, in determinatæ aliquo modo, sed non omninò? id est, An quacumque minima mensura, minimeq; bonitatis ei voto satisfaciet?

63 Prima opinio ait: Id votum intelligi debet de re meliori, & maxima mensura. Cuius ratio est: quia, *in cap. de censib.*

censib. sic suadere videtur: eum loqui de solo voto, dandi aliquid personis Ecclesiasticis: quippè ea ratio ibi traditur, nè videantur tamquam exactores lucris tēporalibus inhiare. Ita Abbas, *in cap. ex parte num. 4. in fine.*

64 Secunda opinio sub distinctione ait: Id votum obligare ad minimam mensuram tradendam: vel meliùs dici obligare ad eam, quam vouens tempore voti cogitabat. Ita Angelus, *v. votum 3. nu. 22.* Siluester, *v. votum 2 quæst. 15.* qui ait, etiam si de nulla cogitabat ad eam, quā determinaret, si meminisset.

65 Tertia opinio ait: Id votum obligare ad solam mensuram minimam. Cuius ratio est: quia, *d. cap. ex parte*, hoc aperte probat, nec intellectus Abbas, *num. 63.* relatus, consonat textui: atque illum impugnant Decius, *regul semper in obscur num 5 ff. de reg iur* Couarruu. *cap. inclinante num 4. de testam.* quia textus manifestè loquitur de voto mensuræ illius, dandæ Ecclesiæ: & Clerici, solius Ecclesiæ nomine, recipiunt. Tum quia, in obscuris est semper minimum sequēdū, *regul in obscur. de reg iuris in 6. & regul semper in obscu ff eod. tit.* Tū quia interpretatio voti strictè facienda est, vt in quā ūfieri pōt, minus obliget: & cū iugū præceptorum Dei, atque ad ea præcepti Religionis, sit suaue, & solum obliget propter operis promissi executionem, & nè frustra obligationem voti sibi vouens imposuerit: id solum, ad satisfaciendum ei obligationi, desideratur, in quo verè inuenitur substantia operis promissi: hoc autem est minima mensura. Ita Glossa, *dict. regul. in obscur. in casus positione.* Hostiens, *dict cap. ex part. nu. 4.* Io. Andr. *num. 3. in fine.* Anton. *num. 2. notab. 5.* Ancharc. *num. 3 & 5.* Dinus, *de regul. in obscuris num 20.* Decius, *dict reg semper in obscuris num 5 & 6.* Nauarrus, *1. de regul num. 20.* Molina, *to 1. de iustit. disp. 198. colum. 5.* Azorius, *part. 1. lib. 11 cap. 20 quæst. 2. in fine, & quæst. 10.* Tabiena, *v. votum 3. quæst. 5. num 6.* Valentia, *2. 2. disp 6. quæst 6 pun. 4. quæst. 3.* Sanchez, *lib 4 sum cap. 13 num 8.* Diana, *part. 9. tr. 8. resolut. 6. § sed quia*, & alij. Et ita dicendum est, quando non est determinata rei qualitas: vt, si quis vouit dare triticum, non determinans quale, an bonum, vel malum, &c. satis est in similibus euentibus quæcumque qualitas, quæ censeatur sufficere ad veram operis promissi executionem, etiam si infima sit. Ita Sanchez, *numer. 9.* Valentia, & alii.

66 Limitant hanc sententiam Primò Doctores citandi, vt intelligatur de minimo soluendo, quod continetur in re promissa: Vt, si quis certus est, se vouisse dare Ecclesiæ aliquas frumenti mensuras; sed dubitet, an intellexerit de maioribus, vel minoribus mensuris, potest eligere minores, ex vsitatis in eo loco Ita Glossa, *cap ex parte v. grauissimam, de censibus.* Hostiens, *d. cap. ex part num. 4.* Ioann. Andr. *num. 3. in fine.* Molina, *to 1 disp. 198. conclus. 5.* Angelus, *v. votum. 3. num 22.* Azorius, *part. 1. lib. 11. cap. 2 dub. 2 & 10* Sayrus, *in Clau. reg lib. 6. cap. 8. num 1.* Valentia, *2. 2. disp 6. quæst. 8 pu. 4 quæst. 3.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 13. nu. 8.* Rebellius, *part. 1 de oblig. iustit. lib. 2. quæst. 14. num 10.* Merolla, *to. 1. disp. 3. cap 3. num. 107.* Diana, *part 4 tractat. 3. resolut 48* Layman, *in theolog. moral. sect. 5. tract. 9. cap. 11. num. 9* Reginaldus, *lib. 18. num. 292.* & alii.

67 Limitant secundò Sanchez, *dict. cap. 13. num. 11.* & Merolla, *d cap. 3. num. 108.* nisi aliqua sit ratio, suadens, verisimiliùs esse, mentem vouentis præsumi fuisse obligandi se ad mensuram maiorem. Quia in obscuris inspicitur, quod verisimilius est, *reg. inspicimus de reg. iur. in 6.* Et ita etiam limitant Dynus, *reg in obscuris num. 3. de reg iur in 6.* & Nauarrus, *in comment. 4. de regul. num. 2.* Quare tunc tantum minores illæ mensuræ debentur, quando, consideratis prius, personarum, & materiæ promissæ, & causæ promittendi circumstantiis, res est dubia, An voluerit vouens ad maiorem, vel minorem se obligare. Et in hoc dubio loquitur Textus, *cap. ex parte de censib.* vt ex Couarruu textus constat, vbi prius Pontifex expendit coniecturas cōsuetudinis soluendæ illius mensuræ. Idē constat, *ex leg. nummis 83. ff de leg. 1.* ibi, *nummis indistinctè legatis, receptum est, vt exiguiores legati videantur; si neque ex regione, vnde fuerit, neque ex contextu testamenti possit apparere.* Quare optimè Menochius, *de præsump. lib. 4 præsump. 106 à num. 1. vsque ad 17.* latissimè probat, ad deprehendendam Testatoris voluntatem in legatis incertis, attendendam esse consuetudinem illius Testatoris, ac Patriæ, in qua testatur dignitatem Legatarii, vires patrimonii Testatoris.

toris. Et tandem concludit in num. 17. Quando, his omnibus perpensis circũstantijs, res manet in dubio, intelligendum esse legari, quod minimum est. Sic ergo in votis dicendum est, cum tam legata, quam vota ortum habent ex liberali Vouentis, aut Legantis voluntate: & sint veluti lex priuata, ab ipsis profecta, & iuxta illam voluntatem præsumptam diiudicanda esse.

68 Hinc infertur Primò: Promittentem calicem Ecclesiæ, non satisfacere, dando ex minima materia, nempè, aerea, vel stanea, aut lignea: sed teneri dare argenteum, vel aureum: quia intelligitur promissus calix, cultui diuino aptus, & secundum præsentem Ecclesiæ consuetudinem, qualis est solus argenteus, vel aureus. Non tamen est necessarium, vt totus calix sit argenteus, vel aureus; sed satis est, si sola superior cuppa, argentea, vel aurea sit: quia, hic etiam est diuino cultui aptus, vt manifestè constat ex vsu multarum Ecclesiarum. Ita Sayrus, *in Clau reg.lib.6. cap.8.nu.1.vers. sic etiam* Azorius, *part.1.lib.11. cap.20. quæst.10.* Sanchez, *lib.4.sum.cap.13.* Merolla, *to.1.disp.3 cap.3. num.109.* Diana, *part.4.tract.3 resolut.48.* & alii.

69 Secundò infertur: Vouentem dare oleum Ecclesiæ, non teneri quidem dare optimum: sed sufficit, dare illud, quod sufficiat cultui diuino in illo genere. Similiter, Mulier, vouens dare vinum, ad vsum sacrificij missæ, non est necesse, vt det optimum, sed decens pro tali vsu: Item, si quis promittat dare triticum, non determinans, an optimum, vel malum: in hoc, & similibus euentibus, satis est quæcumque qualitas, quæ censeatur sufficere ad veram operis promissi executionem, etiam si infima sit. Vndè, si quis vouit dare panem pauperibus, sufficit non dare ex puro tritico, vbi alius fuerit in vsu, & pauperibus vsitatus. Ita Merolla, *to.1. disp 3.cap 3 nu. 110.* Diana, *par.4 tract.3.resolut.48* Suarez, *de relig.tom.2.lib 4. de voto cap.8.nu. 9.* Sayrus, *in Clau.reg.lib.6.cap.8.num.1.* & alii.

70 Tertiò infertur: Eum, qui vouit dare eleemosynam, satisfacere voto, tradendo quamcumque minimam quantitatē: modo aliter non præsumatur de mente vouentis: nam si de illius mente aliter constaret, seu aliter aliquo modo de ipsius intentione colligi posset ex circumstantiis personæ vouentis, & finis, ac operis; tantum erogandum esse, quantum viri prudentis arbitrio iudicaretur. Ita Valentia, *2.2.disp.6.quæst.6 pu.4.* Reginaldus, *lib.18 num.291.* Suarez, *lib.4. de voto cap.18.num.10.* Azorius, *part. 1. lib. 11.cap.20 quæst.2.* Molina, *to.2.de iustit.disp 268.* Sanchez, *lib.4.sum.cap.13 num.4.& 11.* Bonacina, *de præcep.disp.4. quæst.2.pun.6.num.15.* & alii.

71 Immò, Vouens potest minus eligere, etiam si credat, quando vouit, determinasse materiam maiorem: quia, ex dispositione, & effectu habituali non nascitur obligatio, sed ex actuali: actualis autem effectus non extendebatur ad maiorem materiam, sed potius ad minorem; nisi aliter ex circumstantijs colligatur. Ita Valentia, *vbi supra quæst.3.* Sanchez, *cap.13.num.12. & cap.11.num. 48.* Bonacina, *dict. pun 6.num.15.* & alij. Etiam si, tempore voti, vouens cogitaret de maiori quantitate: nam ad obligationem voti, non sufficit, vt vouens aliquid habeat in mente; sed requiritur, vt illud voueat, & intendat, quamquam ex tali cogitatione aliquam cōiecturam sumere possumus de intentione vouentis; licet non sit coniectura sufficiens, ad obligandum, nisi coniugatur cum alijs coniecturis, ex quibus iudicio prudentis iudicari possit, talem fuisse Vouentis intentionem. Ita Suarez, *num.11,* Sanchez, *loco citato, & cap.11.num.3.5.32. & 46.* Bonacina, *dict.pun.6.num.15.vers. Rursus addo,* & alii.

72 Quartò: Qui vouit ieiunare, non definiens quantitatem dierum, satisfacit voto, ieiunando vna die: nisi verba voti importent quamdam perpetuitatem. Immò, qui vouit ieiunare pluribus diebus, satisfacit, ieiunando duobus diebus: quia votum strictè interpretandum est, quantum fieri potest, salua verborum significatione: & duo dies veniunt nomine plurimorum, *regul. plural. locutio de reg.iur. in 6.* & docent Bonacina, *de præcep.disp.4. quæst.2.pun.6. num.3* Pasqualigus, *in decis.moral.decis.232. de ieiunio num.1.& decis.233.* & alii.

73 Quintò: Qui vouit, dare vnum ex his equis, nec discernere nouit, vtrum ex illis vouerit; potest quemuis ex illis tradere: quia non est potior ratio de vno, quam de alio. Atque ita in simili de promissione, facta homini, decernitur *l. si quis ex pluribus ff.de verb.oblig. & l.regia*

gia 13 *tit*.11.*part*.5. Si verò omnes sublati sunt, vel perierunt, vno excepto; censeo, superstitem tradendum esse Ecclesię: quia adhuc viget obligatio voti, quod potest adimplere, tradendo æquo superstite: & obligatio voti disiunctiui cadit super omnes res promissas. Ita Bonacina, *de præcep disp*.4. *quæst*.2 *punt*.6. *num* 32 *& pun*.1.*§*.2.*num*.13. Molfesius, *tom*.1 *sum tract*.11.*cap*.14.*num*.26.& alij.

74 Si tamē voueat dare Ecclesiæ certum equum, & postea existens in mora adimplendi voti, pereat equus, etiam culpa sua, non tenetur ad aliquam compensationem; sed tantum præterita culpa penitere. Ratio est: quia votum non obligat ex iustitia; sed tantum ex religione: cuius transgressio, obligationem restituendi non adducit. Ita Suarez, *to*.2.*de relig.lib*.4.*de voto cap*.15. *num*.9. D. Thomas, 2.2.*quæst*.88.*artic* 2 *ad* 1.*& in* 4.*dist*. 38.*quæst*.1.*art*.3 *quæst*.1.*ad* 1. Sanchez, *lib*.4 *sum.cap*.2.*num*.27 Merolla, *tom*.1. *disp*.1.*cap*.2.*num*.784. Filliucius, *to* 2.*tra*. 26.*cap*.5.*num*.132. & alij: nisi id votum esset intimatum Ecclesiæ, ab eaque acceptatum: tunc enim acquisitum esset ius Ecclesiæ, & sic oriretur obligatio iustitiæ; & per consequens, teneretur Vouens ad compensationem, ait Merolla, *dict.cap*.2.*num*.784.*in fine*.

75 Non tamen tenetur Vouens ad restitutionem damni, quando id votum esset in fauorem alicuius operis pij, aut pauperis, & esset ei intimatum, & ab illis acceptatum. Ratio est: quia frangere fidem, non opponitur iustitiæ; sed tātum virtuti veritatis. Vndè, solum continet malitiam mendacij: mentiri autem non est mortale, quando mendacium non est perniciosum: quia, quantum attinet ad mores, eadem omninò deformitas apparet: siuè quis verbis mentiatur, loquens contra mentem: siuè facto ipso violans fidem: sed illa, vbi non est perniciosa, est venialis: ergo, &c. Tum etiam, quia non implere promissum, est tantum decipere: hoc autem solum est veniale: vt constat, quando quis profert mendacium officiosum, omninò decipiendi: ergo, non implere promissum, erit tantum veniale. Vndè, si quis promittit certum equum, si adimpleri nequit, eo quod alteri eum vendidit, aut postquam fuit in mora, iam perijt (& ita dicendum est de promissione, homini facta, ab eoque acceptata) non tenetur ad interesse, & damna, indè sequuta: quia solum ex lege fidelitatis tenetur; non tamen ex lege iustitię. Ita Henriquez, *lib*.13.*de excomm.cap*.17.*num*.5 *&* 6. *& lib*.11.*de matrim. cap*.13 *num* 2 Garzia, *de contract part*.1.*cap*.3 *fol*.88 Petrus Ledesma, *de matrim quæst* 47.*artic* 5.*dub*. 2.*conclus*.1. Sotus, *in* 4.*dist* 20.*quæst*.2. *articul*.2.*paulo ante § At verò quamuis*. Caietanus, 2.2 *quæst*.113. *artic*.1. *dub*.4. *& in sum.v.Perfidia*. Armilla, *ibi num. vnico*, & alij.

Quando nam Votum sit persoluendum? Dub.12.

76 DOctores citandi dicunt: Cum votū pendeat ab intentione Vouentis, qui intendit se statim obligare, tenetur statim: Si autem ad certum tempus, vel sub certa conditione, non tenetur statim reddere, quamuis nec tardare debet vltra, quod intendit se obligare. Ita D. Thomas, 2.2.*quæst*.88.*artic*.3.*ad* 3. vbi Caietanus, Aragonius, Paludanus, *in* 4. *dist*.38 *quæst*.3 *artic*.2 *conclus*.2. D. Antoninus, 2 *part.tit*.11.*cap*.2.*§* 2. *&* 5. Angelus, *v.votum* 3.*§*.2. *&* 3. vbi Siluester, 2.*quæst*.3. Tabiena, 3.§.4.*&* 7. Sotus, *lib*. 7.*de iust.quæst*.2 *artic*.1.*ad* 4 Nauarrus, *in manual cap*.12.*num* 41.*&* 54. Angles, *in floribus* 4.*sentent.quæst.de voto artic*.2 *diffic*.12. Philiarcus, *de offic.sacerd lib*.3. *part*.2.*cap*.18. *in principio*. Rodoriquez, *part*.2.*sum.cap*.99 *conclus*.14. Azorius, *pa*. 1.*lib*.11 *cap*.15.*dub*.10. *&* 11. Valentia, *to*.3.*disp* 6 *quæst*.6 *pun*.4. & alii.

78 Sed hæc vniuersaliter dicta, non explicant distinctè nostram petitionem: Et antequam aliquas sententias de hac referam, supponendum est: Variis modis emitti posse Votum Vno modo, determinando tempus: Alio modo, sub conditione. Tertio modo, absolutè, nullum tempus determinando. Rursus, determinatio temporis, in emissione voti, dupliciter contingere potest: Vno modo, ita vt tempus ipsum se habeat tamquam pars obiecti ipsius voti: vt, cum quis vouet ieiunare vigiliam alicuius Sancti, ex ipsius deuotione: hic enim non solum ipsum ieiunium, sed tempus ipsum etiam sub voti obiecto cadit. Alio modo, ita vt tempus non sit pars obiecti; sed solum se habeat tamquam determinatiuum executionis voti: vt, si quis vouet ingredi Religionem post annum; quo

quo casu sola Religio obiectum est voti; tempus vero est determinatiuum executionis ipsius voti. His positis, breuiter respondeo.

78 Primò: Qui vouit facere, determinādo tempus; tale votum (siuè sit absolutum, siuè conditionale) tenetur intra illud tempus votum suum adimplere: aliàs, voti fracti reus erit. Ratio est: quia, cum voti obligatio ex Vouentis intentione dependeat; eo ipso, quod intendit votum, intra certum tempus adimplere, contra faciendo, peccat mortaliter: nisi aliundè excuset. Ita communiter Doctores, quibus ad scribuntur Doctores citandi.

79 Secundò: Qui aliquid vouit, ita vt determinatio temporis apposita se teneat ex parte obiecti; quamuis, non adimplendo votum tempore determinato, peccet mortaliter; transacto tamen illo tempore, non tenetur amplius ad votū. Ratio est: quia, tempus est de ratione obiecti ipsius voti: cum igitur transacto illo tempore, non amplius existat voti obiectum, quod erat ieiunium v. g. talis diei, vt constat: consequenter, cessante voti obiecto, cessat eius obligatio. Ita Sotus, *lib. 7. de iustit quæst 2. artic. 1. ad 4.* Nauarrus, *in manual. cap. 12. num. 41.* Lopez, *part 1. cap. 45.* Angles, *in floribus in 4. quæst de voto artic. 2. diffic. 12.* Rodoriquez, *part. 1. sum. cap 99. conclus. 24.* Sayrus, *in Clau reg. lib. 6. cap. 8. num. 6 versic. secunda propositio* Bonacina, *de præcep. disp. 4 quæst. 2. punt 5. §. 1. num. 6.* Reginaldus, *lib. 8. num. 288.* Sanchez, *lib. 4 sum. cap. 14. num. 25.* Layman, *in theolog. moral lib. 4 tract 2. cap. 2. num. 2.* Diana, *part. 3. tract. 5. resolut. 26.* Molfesius, *to. 1. sum. tract. 11. cap. 14 num. 29.* Valentia, *2. 2. disp 6 quæst. 6 pun. 4. colu. penult.* Vasquez, *1. 2. quæst. 88. artic 4. disp. 146 cap. 2 in fine*, & alij. Vndè habens votum ieiunandi tali die, ex deuotione alicuius Sancti; aut ieiunandi feria sexta, propter deuotionem, ad deuotionem Christi; si his diebus ieiunare prætermittat, peccat quidem: in alijs autem diebus ieiunare non tenetur.

80 Tertiò: Qui vouit aliquid faciendum certo tempore, ita tamen, quod non principaliter intendebat tempus, in voto adimplendo, hoc est, non habita ratione ad temporis deuotionem, sed respiciendo opus illud, quod faciendum vouit, & solum tempus apposuit, tamquam determinatiuum executionis ipsius voti, non solum peccat mortaliter, non adimplendo votum, tempore statuto; sed transacto etiam illo tempore, tenetur adhuc, quam primum poterit, votum adimplere. Ratio est: quia materia, & obiectum voti, transacto illo tempore, ad huc manet: ergo, & obligatio voti. Ita Azorius, *part. 1 lib. 11. cap. 15. q. 11.* Nauarrus, *cap 12. num. 54.* Valentia, *2. 2 disp. 6. quæst. 6 punt. 4.* Suarez, *lib. 4. cap 13.* Bonacina, *de præcep. disp. 4. quæst. 2. pun 5 § 1. num. 6. § si vero votum.* Sayrus, *in Clau. reg. lib. 6. cap. 8 num. 7.* Angles, *in floribus 4. sentent. quæst. de voto artic. 2. diffic. 12.* Sotus, *lib. 7. de iust. quæst. 2. artic. 1. ad 4.* Diana, *part. 4. tract. 5. resolut. 6.* & alij citati: Vnde, qui vouit Religionem ingredi in die S Francisci in honorem illius Sancti, tenetur adhuc, eò die transacto, Religionem ingredi, si eo die non est ingressus: quia vouens principaliter respiciebat statum religiosum, seruando solemnitatem temporis, & honorem Sancti. Sed modo dubium est: Quod nam iudicium ferendum sit, quando non constat, an tempus sit præscriptum in ipsius deuotionem, vel potiùs ad non deferendam voti executionem?

81 Suarez, *lib. 4. de voto cap. 13. num. 6. ad finem.* Azorius, *part. 1. lib. 11. cap 15 quæst. 21.* Sanchez, *to. 1. sum. lib 4. cap. 14. num. 31.* Bonacina, *de præcept. disp. 4. quæst 2. pun. 5. §. 1. num. 11.* & alij censent: Tempus præscriptum, ad non deferendam voti executionem, & sic transacto tempore, remanere voti obligationem: nā possessio stat pro voto facto: ergo in ipsius fauorem præsumendum est.

82 Caietanus vero, *in 2. 2 quæst. 88. artic. 12. in fine.* Layman, *in theolog. moral. lib. 4. tract. 2. cap. 2. num. 3.* Diana, *part. 3. trac. 5. resolut. 26.* & alij contrarium docent: quia votum in dubio strictè interpretādum est. Et licèt, ita vouens sit certus, se v. g. ieiunium, vel Missam vouisse tali die, dubius tamen est, an absolutè, seù independenter à tali die ieiunium, vel Missam vouere intendit: ergo in tali dubio pro libertate vouentis præsumendum est.

83 Quartò: Quicumque vouit aliquid conditionatum, siuè illud pœnale esset, siuè non; posita conditione, votum adimplere tenetur. Hæc conclusio ex supradictis patet. Ratio est: quia intentio vouen-

uouentis, ex qua votum obligandi vim habet, orat, se obligare, impleta conditione, & non ante.

83 Quintò: Qui aliquid absolute vouit; nullum determinando tempus, tunc Reginaldus, *lib* 18. *num.* 286. Caietanus, 2. 2. *quæst.* 88. *artic.* 3. *dub. vltim.* Nauarrus, *cap.* 12 *num* 42 consulunt, vt recurratur ad intentionem, & conscientiam vouentis; & secundum eam faciendum esse. Atque adeo (inquiunt) tunc non teneri, quando conscientia non remordet: teneri autem, quando remordet: vsque ad illud enim tempus, nondum hominē in mora esse dicunt. Vndè, secundum hanc opinionem, non peccet vouens mortaliter, non implendo, quamdiu cōscientia non remordet, se esse in mora, circa eius impletionem.

85 Alij vero meliùs, hanc regulam Reginaldi, Caietani, & Nauarri, vt incertam, & fallacem refellunt: quia pro ijs, qui timoratæ conscientiæ sunt, nimis scrupulosa est; dum incertum hominem reddat, quando in mora sit, necne: immò scrupulosi semper se in mora esse credent. Pro illis verò, qui salutis suæ parum memores sunt, nimis ampla, & laxa est: tales namque, aut numquam, aut rarò se in mora esse putant. Vndè, quando vouens non præscripsit tempus, adimplendi votum, tenetur adimplere quam primum commodè mortaliter potest, nisi iustam differendi causam habeat. Ratio est: quia debita, quibus erga homines tenemur, soluenda sunt quam primum, nisi præfixus sit terminus ad persoluendum: ergo tenemur etiam, quam primum soluere debita, quæ per vota contraximus erga Deum. Tum quia, si votum non obligat statim, quam primum commodè potest, non potest assignari tempus, in quo nam obliget: ergo obligat statim. Ita Rodoriquez, *part.* 1. *sum. cap.* 99. *conclus.* 15. Valentia, 2. 2. *quæst.* 6. *disp.* 6. *pun.* 4. Azorius, *part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 17. *quæst.* 10 Suarez, *lib.* 4 *de voto cap* 12. *num.* 7. & *lib.* 5. *cap.* 6 Filliucius, *tract.* 26. *cap.* 4. *quæst.* 10. *num.* 120 & *seq.* & *num.* 210. & *seq* Siluester, *v. votum* 1. *quæst.* 3. vbi Angelus, 3 §. 2. Tabiena, 3. §. 4. Paludanus, *in* 4 *dist.* 38. *quæst.* 3 *artic.* 2. *conclus.* 2. vbi Gabriel, *quæst* 1. *artic.* 3. Philiarcus, *de offic. sacerd. part.* 2 *lib.* 3. *cap.* 18. *in principio.* Angles, *quæst. de voto artic.* 2. *difficul.* 12. *proposit.* 1. Sayrus, *in Clau. reg. lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 8. & 9. Layman, *in theolog. moral. lib.* 4. *tractat.* 4. *cap.* 3 *num.* 5. Bonacina, *de præcep disp.* 4. *quæst.* 2. *pun.* 5. § 1. *num.* 1. & alij communiter cum Moisesio, *to.* 1. *sum. tract.* 11. *cap* 14 *num.* 30.

86 Dixi (*quam primum commodè potest mortaliter*) vt aduerterem, vouentem non teneri sub mortali, adimplere votū, statim metaphysicè, sed statim moraliter, vt videlicet notabiliter non differat voti adimpletionem. Vndè, si notabiliter, nacta opportunitate, adimpletionem voti differat notabiliter, peccat mortaliter. Dixi (*nisi iustam differendi causam habeat*) nam iusta de causa, licitum est, voti executionem differre. Ratio est: quia votum vires accipit ab intentione vouentis: vouens autem non præsumitur, voluisse sibi tam strictam obligationem imponere, vt voti adimpletionē iusta de causa differri nequeat. Ita supra citati Doctores.

87 Vnde Primò: Eum, qui vouit ingressum Religionis, non præscripto sibi tempore, posse ingressum differre, donec aptus sit laboribus Religionis perferendis. Ratio est: quia vouens potest voti adimpletionem differre, donec moralē habeat opportunitatem, illius adimplendi. Tum quia, iustam habet causam, differendi executionem voti ad illud vsque tempus. Ita Sanchez, *cap.* 14 *num.* 13 Siluester, *v. votum* 1 *quæst.* 3 *ad finem* Bonacina, *de præcept. disput.* 4. *quæst* 2 *pu.* 5 §. 1. *num.* 2.

88 Ex qua ratione Armilla, *verbo votum num.* 16. ait: Vouentem non posse expectare tres, vel quatuor annos. Corduba verò, *in sum. quæst.* 39 §. *Eluouens*, ait: Duodecim annos natum, vouentem Religionem Minorum, posse ingressum differre vsque ad decimum septimum, vel decimum octauum annum. Rodoriquez, tamen, *in part.* 2. *sum. cap.* 95. *num.* 9. ait: Posse expectare vsque ad vigesimum quintum: At si alterius Religionis, non ita asperæ, ingressus promissus sit, aut electus, non eam moram approbarem, qua non impedit absque alia causa, iudicarem, posse differre vsque ad decimum sextum. Sed Petrus Ledesma, *in* 2. *tom. sum. tract.* 10. *cap.* 3. *dub. penult.* ait: Iuuenem sexdecim annorum, satisfacere voto Religionis, si intra triēnium illud expleat, at fore transgressionem differendo octo, vel nouem annos.

89 Secundò: Eum, qui vouit adimpletionem voti, facti absque temporis determinatione, posse illam differre vsque ad tempus, quo credit, se illud maiori cum deuotione adimpleturum. Ratio est: quia, hoc videtur magis cedere in honorem Dei, consequenter, vouens habet iustam causam differendi adimpletionem voti ad illud vsque tempus, cum votum in Dei honorem vergat. Ita Aragonius, 2. 2. *quæst.* 88 *artic* 3. Sanch. *num.* 8. Bonacina, *num.* 3. & alij.

An Vouens, potens vota implere per se ipsum, potest per alium implere? Dub. 13.

90 RESpondetur: Votum personale, simpliciter factum, non potest per alium adimpleri. Ratio est: quia materia voti personalis est actio propria ipsius vouentis, non actio alterius: ergo votum personale non potest per alium adimpleri, cum votum adimpleatur, nisi præstetur materia ipsius voti. Innocentius, *cap. licet num. vnico de voto.* vbi Hostiens. *numer.* 4. Ioann. Andrea, *num.* 15. Antoninus, *num.* 15. Abbas, *numer. decim secund.* Cardinal. 4. *quæstion prim.* Anchar, *numero decimo.* Abulens. *capit. trigesim numer.* 97. *quæstion* 97. Tabiena, *verbo votum tert. quæstion. prima numero secundo, in fine.* vbi Siluester, *secund quæstion.* 10. Angelus, 3. *numer.* 7. Rodoriquez, *part.* 2 *sum. cap.* 99 *num.* 10. Azorius, *part.* 1 *lib.* 11. *cap.* 45. *quæst* 6. Nauarrus, *cap.* 12. *sum. num* 55. Sotus, *lib.* 7 *de iustit. quæstion.* 2. *artic.* 1. *ad vltim.* Sanchez, *lib* 4. *sum cap.* 15. *numer.* 4. & *sequ.* Suarez, *tom.* 2 *lib* 4. *de voto cap.* 10, *num.* 3. Bonacina, *de præcept. disput.* 4. *quæstion.* 2 *punt.* 5 §. 3. *num.* 1. Filliucius, *tractat* 76. *cap.* 4. *quæstion.* 3. *num.* 108. & *sequ.* Layman, *in Theolog. moral. lib.* 4. *tractat* 4 *cap* 3 *num.* 7. & alij. Non nego tamen, aliquem posse vouere ieiunium, aut peregrinationem, per alium suscipiendam: sed hoc non est adimplere votum per alium, cum ipse vouens adimpleat id, quod promisit: ipse enim non promisit ieiunare, aut peregrinari; sed curare, vt alter ieiunet: ideò materia proxima huius voti est procuratio, quæ præstatur ab ipso vouente, remota est alterius ieiunium. Vndè sequitur, vouentem non teneri per alium adimplere votum personale, dum factus est impotens, ad votum adimplendum: siuè factus sit impotens propria culpa, siuè impotentia superuenerit, siuè extiterit eo tempore, quo factum fuit votum. Ita Azorius, *part.* 1 *lib.* 11. *capit.* 15. *dub.* 16. Suarez, *num.* 7. Bonacina, *num.* 2. & alij.

91 Quamuis Sanchez, *lib.* 4. *sum. capit.* 2. *num* 26 Nauarrus, *cap.* 12 *sum. num* 55. Sayrus, *in Clau regia lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 10. & alii, dicant: Qui ab initio præuidit impedimentum, teneri, votum per alium adimplere; alioquin, diceretur emisisse votum ridiculum, vanum, & inutile. Verum ad hanc rationem respondetur cum Suarez, *numer.* 7 Bonacina, *num.* 2. *circa finem.* Concedo enim, tale votum esse vanum, & inutile, quatenus non constat, vouentem voluisse obligare se ad votum, adimplendum per alium, & quatenus constat, votum non posse per ipsumet vouentem adimpleri, quando votum est personale.

92 Vouens, qui non potest implere per se ipsum votum reale, tenetur per alium adimplere. Ratio est: quia materia huius voti, non est actio ipsius vouentis, sed res: cum autem res possit per alium exhiberi, sequitur, vouentem debere votum reale adimplere per alium, si per seipsum adimplere nequeat.

93 Vndè satisfacit voto ille, si eleemosynam illam, erogatam suo nomine ab alio, gratia eius voti extorquendi, ratam haberet; quamuis, eo inscio, erogata sit: quia ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur, *regul. ratihabitionem, de reg. iur. in* 6. Et quamuis à principio vouens conscius illius eleemosynæ, erogatæ suo nomine, nollet eam ratam habere, quo eius voto satisfiat; sed adhuc habeat animum illius voti implendi; posset, mutata voluntate, priorem illam eleemosynam ratam habere, & voti obligatione liberatur. Ratio est: quia tota res promissa, erat vouentis nomine impleta: sola autē ratihabitio illius deerat: nec eo quod à principio illa denegata sit, aliquid de rei promissæ substantia detractum est: ergo, quocumque tempore accedat ratihabitio, impletum erit votum. Ita Sanchez, *lib.* 4 *sum. cap. decimo quinto, num.* 7.

Non

94 Non tamen vouens, carens pecunijs, ad exequendum votum reale, vt votum impleat, tenetur cum notabili suo rubore petere ab amicis, vel vacare alicui ministerio, quod suum statum dedecet, vt votum impleat. Ita Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 15. num. 8.* Filliucius, *tract. 26. cap. 4. quæst. 3. num 105.* Bonacina, *de præcept. disput. 4. quæst. 2. pun. 5 §. 3. num. 5. versic. vtrum verò.*

95 Votum mistum non potest per alium adimpleri, si spectetur secundum eam partem, quæ personalis est: Si verò consideretur secundum partem realem, debet adimpleri per alium; quoties vouēs non potest per se ipsum adimplere: modò votum sit æqualiter reale, & personale, & non sit reale, tantummodò accessoriè. Ita Doctores citati.

96 Dixi (*modo sit æqualiter reale, & personale:*) nam si reale tantummodo accessorie, non tenetur, nec potest per aliū adimpleri: nā principale est psonale, quod non potest per alium adimpleri: ergo neque reale accessorium. Vndè, qui vouit peregrinationem Lauretaneam, quā postea non potest suscipere, non teneri in eleemosynam cōferre sumptus, quos fecisset in ea peregrinatione: quia sumptus se habent tantummodò accessoriè ad votum personale peregrinationis: sicuti, neq; tenerentur hæredes hos sumptus facere, si defunctus non persoluisset votum peregrinationis. Qui verò vouerit peregrinationem Lauretanam, & tradere eleemosynam illi Ecclesiæ, tenetur mittere eleemosynam, licèt ipse non possit peregrinationem suscipere: quia huiusmodi votum est æqualiter reale, & personale, & censetur, virtualiter duo vota continere. Ita Suarez, *lib. 4. ca. 10. num. 13. & cap. 11. num 7* Lesius, *lib. 4 cap. 40. dub. 10. num. 67.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 15 num. 13. & 19.* Bonacina *de præcept. disp. 4. quæst. 2. pun. 5. §. 3. num. 7.* & alij.

An Hæredes teneantur adimplere vota defuncti, ab ipso non impleta?
Dub. 14.

97 RESpondetur: Vota personalia, quæ defunctus non adimpleuit, non tenetur hæres persoluere. Ratio est: quia materia voti personalis est actio, seù officium personale ipsius vouentis: sed actio, & officium vouentis non potest transmitti ad hæredes: ergo neque trāsmitti potest obligatio voti personalis. Ita communiter Doctores.

98 Tenetur tamen hæres, postquam hæreditatem adiit (salua legitima portione) soluere vota realia. Ratio deducitur, *ex cap. ex parte de censib. & l. 2 ff. de pollicitatiore.* Tum etiam, quia hæres voluntariè adeundo, & acceptando hæreditatem defuncti, sicuti cōmoda eius, & omnia iura acquirit, ita etiam onera, debita, seù reales obligationes in se suscipit: Inter huiusmodi autem obligationes est etiam votum reale, id est, promissio Deo facta alicuius rei, in honorem ipsius præstandæ. Ita Nauarrus, *cap. 12. sum. num. 56* Lesius, *cap 40 dub. 10. num. 65.* Siluester, *v votum 2 quæst. 11.* Sanch. *lib 4. sum cap. 15. num. 15.* Suarez, *lib. 4. cap. 11. num 6.* Filliucius, *tract 26. cap. 4. quæst. 3. num. 107.* Bonacina, *de præcept. disp 4. quæst. 2. pun. 5. §. 2. num. 4.* Layman, *in theolog moral. lib. 4 tract 4. cap. 3. num. 12.* Sayrus, *in Clau. reg lib. 6. cap. 7. num. 11.* & alii communiter. Qua propter hæres cogi potest sub pœna excommunicationis, aut priuationis hæreditatis ad hæc vota persoluenda, dicunt Sayrus, *in Clau. reg lib. 6 cap. 7 dub 6.* Siluester, *v. votum: quæst 11* Suarez, *cap. 1. num 6.* Azorius, *lib. 11 cap 15. quæst. 15.* Sāchez, *lib. 4. sum cap. 15. nu 25. & 26* Bonacina, *de præcep. disp. 4. quæst. 2. pun. 5 §. 2 num. 4.* & alii.

99 Et licèt Testator prohibuerit hæredes nè realia sua vota persolueret: nihilominus tenetur: atque ad id cogi potest à Iudice, sub pœna hæreditatis amittendæ, *arg. cap licet de voto.* Et ratio est: quia hæres voluntaria hæreditatis aditione, & tacito quasi contractu suscipit omnes obligationes reales defuncti: ergo, sicut Testator, ad implenda vota realia compelli poterat, ita & hæres. Ita Nauarrus, *cap. 12 sum. num. 56* Rodoriquez, *part. 1. sum. cap 99. conclus 11.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 15. num. 28.* Layman, *in Theolog. moral lib. 4. trac. 4. cap 3. num. 12. § 1 litt* & alii.

100 Non tamen tenetur hæres, vota defuncti soluere, vltra vires hæreditatis aditæ, id est, non nisi ex ea, quod deductis debitis, & necessariis expensis funerum, &c. superest: quippe de quo solo ille disponere poterat, vouendo, aut legando ad causas pias. Ita Paludanus, *in 4. dist. 38. quæst. 4. & 3.* Siluester, *v. votum 4. 7.*

4.q.7.dist.3. Sanchez, *lib.4.sum.cap.15.num.36.* Bonacina, *de præcep disp.4.quæst.2.pun.5 num.4.* Layman, *in Theolog.moral.lib.4.tract.4.cap.3.num.13.* & alij.

101 Immò probabilius esse videtur, neque legitimam bonorum partem, descẽdentibus, vel ascendentibus debitam, votis, vel legatis id pias causas grauari posse: quia nullus potest disponere in præiudicium rei, alteri debitæ: sed legitima est debita filijs; ergo vota persoluenda sunt ex bonis, quę super sunt, salua legitima. Ita Couarr. *cap si hæres, num. 9. de testam.* Sayrus, *in Clau reg.lib.6.cap.7. num.15.* Rodoriquez, *part.2 sum.cap.99.nu.11.* Sanchez, *lib.6. de matrim.disp.36.num.6.& lib.4.sum.cap.15. numer.38.* Bonacina, *de præcep.disp.4 quæst.2.pun.5 §.2.num 5.* Layman, *in Theolog.moral.lib.4 tract.4.cap 3 num.13.* & alij.

102 Neque hæres tenetur vota mista implere: nisi quod in his reale est, per se, & independẽter à personali obligatione defunctis promittere intenderit. Vndè, si defunctus, non suscepit peregrinationem Lauretaneam, quam vouerat, hęredẽ non teneri ad expensas, & sumptus, quos defunctus, in ea peregrinatione fecisset. Tum, si defunctus vouerat se, & sua bona tradere Religioni, non tenetur hæres tradere bona Religioni, quæ Religio acquisiisset, si defunctus votum, tradendi se ipsum Religioni, seruasset. Ita Rodoriquez, *part.1 sum. cap.99 num.12.* Sanchez, *num.14* Bonacina, *nu.10 §.ex qua sequitur.* Azorius, Molfesius, *to.1.sum.tract.11 cap 14 num.40.* Suarez, *to.2. de relig. lib.4. de voto cap 2.num.14.* Palatios, *in 4.dist.34.disp 1.conclus 8 fol. 841.colum 1.* Layman, *in Theolog.moral. lib.4.tract.4.cap 3.num 14.* & alij.

103 Filij non tenentur, vota parentum adimplere, nomine ipsorum filiorum emissa: Vt, si Parentes voueant filij peregrinationem, vel aliquid aliud opus: nisi consensum præstiterint: quia votũ vnius requirit alterum obligare: Tenẽtur tamen filij, adimplere vota parentũ, ab ipsis facta, pręsentibus, & cõsentiẽtibus, quando vota corã ipsis emissa sunt. Secùs autem, si interius non consenserint, aut non ratificauerint: quia tunc non tenentur soluere dicta vota. In dubio verò non præsumuntur filij tacentes consentisse, vel ratificasse votum, ab illis factum, ipsis præsentibus, vel absentibus: quia in onerosis taciturnitas non accipitur pro expressione consensus. Ita Sotus, *lib.7.de iustit quæst 2.articul.1. ad vltim.* Angles, *in floribus part.2. quæst. vnica, de voto artic. post 3.difficul.dub.5.* Nauarrus, *cap.12 sum num 47.* D. Antoninus, *2.par.tit.10.cap.6.§ 3.& tit.11.cap.2.§ 4. ad finem* Angelus, *v votum 3.nu.6.* vbi Siluester, *2 quæst.9* Sanchez, *lib.4 sum.cap.15.num.22.* Bonacina, *de præcep disp.4 quæst.2 pu.5 § 2.n.19.* Suarez, *to.2 de relig lib.4 de voto cap 2.n.3.* & alij.

104 Successores non obligantur, vi voti, ad seruandum votum, Communitate, vel Populo factum: quia votum est actus omninò personalis, perueniens ab ipsismet personis veris talis Communitatis, vt dicunt Suarez, *num 6.* Sanchez, *cap.15.num 9* Vasquez, *1.2. disp.167. num.34.& disp.177.num.12.* Fillucius, *tract.26.cap.4. quæst.1 num 98* Layman, *in Theolog.moral lib.4. tract.4.cap 3.num.6.* Bonacina, *d.§.2 num.20.* contra Rodoriquez, *part.1.cap 99.num.13.* & alij. Non obligantur igitur successores Communitatis, obligatione voti, facti à Communitate; nisi votum à singulis fiat, vel acceptetur. Verumtamen est Communitatem, eo ipso, quod facit votum, interueniente consensu Episcopi, obligare successores, ad acceptandum votũ, vel ad obseruandum id, quod Communitas vouit. Ideò, licèt successores non faciant votum, aut non accepter, & cõsequenter non peccant contra votum: peccant tamen contra præceptum Superioris, præcipientis, obseruari rem illã promissam. Ita supra citati Doctores:

An efficiens opus promissum per votum, cum expressa intentione non satisfaciendi voto, verè satisfaciet? Dub.15.

105 Negatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia, sicut ille, qui ex promissione, alicui facta, & ab eo acceptata, deberet centum; si postea det illi centum, cum animo expresso non satisfaciẽdi obligationi, ortę ex promissione, sed liberali donandi animo, non satisfaceret illi debito, sed tenetur soluere illa centum, vt omnes concedunt: Et ratio huius est: quia, cum hæc obligatio, orta ex promissione, sicut qualibet alia obligatio iustitiæ, videtur nonã obligationem iustitiæ sibi imponere, seu aliam promissionem emittere, de soluendo

uendo alia centum. Sed votum nihil aliud est, nisi promissio facta Deo: ergo, si quis voto promittit, dare alicui Ecclesiæ centum, censetur, nouam obligationem Religionis sibi imponere, seù aliam promissionem Deo facere, de largiendo Ecclesiæ centum: & ita non satisfaciet obligationi voti, sed tenetur soluere alia centum. Ita Suarez, *to 2 de relig. lib. 4. de boris canon. cap. 26. num* 8. Coninch. *de sacram tom 1. quæst* 83. *artic. 6 num.* 310. Vasquez, *opuscul de benefic. cap. 4. §. 1. dub. 7 num* 118. Garz. *tom. 1. de benefic. part. 3. cap. 1. num* 204. Layman, *in theolog. moral lib 1. tract. 4 cap. 4 versi. obijcitur*. Merolla, *to. 2 de leg. disp. 4. cap. 3. num.* 371. & alij, & probabilem vocat Sanchez, loco citando.

206 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia, cum votum instar legis, seù præcepti obliget, sequitur, solum ad substantiam actus promissi exequendam actu quodam humano obligare, sicut obligant alia præcepta: ac proindè, non est in vouentis potestate non satisfacere, posito, quod id opus promissum exequi velit. Et ita dic de iuramento, Deo facto. Ita Sanchez, *lib. 1. sum cap. 13. num.* 18. Bonacina, *de leg. disp. 1. quæst. 1 punt.* 10. *num.* 2. Bartholomeus à S Fausto, *de boris canon lib 2. quæst* 153. Diana, *part.* 3. *tract. 6. resolut.* 77. Oliuarius Bonartius *de boris canon cap.* 18. *num.* 13. & probabilem vocat Merolla, loco citato. Etiam si votum, vel iuramẽtum sit disiunctiuũ, & vouens adimpleat alteram partem, absque intentione adimplendi votum, vel iuramentum: nam reipsa rem promissam adimplet. Ita Sanchez, *num.* 18. Bonacina, *d. num.* 21.

DE VOTO RELIGIONIS.
Cap. 6.

AN, stando in iure naturali, differt Votum simplex, à solemni? Dub. 1.

An qui vouit Religionem, possit assumere habitum Equitum D Ioannis Calatraue, vel Alcantaræ, quos, vulgo Commendatarios vocat? Dub. 2.

An votum ingressus Religionis non reformatæ, valeat? Dub. 3.

An vouens Religionem, & solum in ea ad statum laicalem admittatur, teneatur ad votum? Dub 4.

An qui vouit terminatam Religionẽ, nec potest illã ingredi, aut non admittatur, teneatur ad votum? Dub. 5.

An vouens Religionem, si non fuerit admissus, sed in perpetuum repulsus ab ea petita; teneatur voto, si Religiosi postea, admittere velint? Dub 6.

An votum Religionis obliget ad perseuerandum in ea, an potius illi satisfaciat ingrediendo, & postea nouitiatus tempore exeundo? Dub. 7.

An voto Religionis astrictus, nec admissus, aut expulsus, teneatur ad aliquid in sæculo? Dub 8.

An qui post Religionis votum inijt matrimonium, teneatur ab eius vsu abstinere? Dub. 9.

Ad quid obliget votum simplex Religionis, post matrimonium emissum, absque licentia alterius coniugis? Dub. 10.

Ad quid obliget votum simplex Religionis, emissum ab vtroque? Dub. 11.

An qui professionem emisit in Religione, teneatur ad alia vota, facta ante professionem? Dub. 12.

An qui vouit castitatem, & religionem simul, postea dubitat, an vouerit castitatem, quasi sub conditione, si in religione recipiatur, an verò absolute vouerit castitatem, & adiungerit religionem, vt facilius castitatem obseruauerit? Dub. 13.

An votum pœnale obliget ad Religionem, ante completam conditionem? Dub. 14.

An, stando in iure naturæ, differt votum simplex, à solemni? Dub. 1.

1 PRima opinio ait: Essentiam voti solemnis, consistere in quadam benedictione spirituali, seù consecratione, per quam professus redditur inhabilis ad opera carnis, & sæculi, atque adeò ad matrimonium contrahendum. Huius sententiæ videtur, D. Thomas, 2. 2. *quæst.* 88. *art. 7. in corpore, & artic* 11. *in corpore*. Sed hæc sententia communiter ab omnibus reijcitur.

2 Secunda opinio, ait: Differt votum solemne à simplici, quod simplex consistit in nuda promissione; siuè illa sit de futuro, siuè de præsenti, quia quis, vel in futuro promittit, vel in præsenti vouet paupertatem, & castitatem, & obedientiam. Non obstante enim tali promissione, retinet sui ipsius dominium, atque adeò, tamquam dominus, potest validè quidem se se alteri per matrimonium

nium tradere: quamquam non sine peccato (si votum castitatis emisit) contra fidelitatem, Deo datam: Votum autem solemne, quia incidit traditionem actualem dominii sui ipsius in manu Dei, & eorum, qui vicem Dei tenent, ita vt non sit amplius sui iuris; sed sub dominio alterius: consequenter, iure naturę, & diuino talem personam inhabilem reddit, ad tradendum se alteri per matrimonium, aut faciendum validè, & iustè ea opera, quæ sunt contraria illis, quę vouet. Quia iure diuino, ac naturali, nemo potest alteri dare, quod suum non est: & si dederit, irrita est donatio. Iure igitur naturali, & diuino (ex solemni voto Religionis approbatæ) per paupertatem, facultatum, ac rerum suarum dominio se abdicat; & ineptum, & inhabilem se reddit ad rerum proprietatem, ac dominium, in posterum acquirendũ: Per castitatem, se ad matrimonium cõtrahendum inhabilem facit. Et per obedientiam, suæ personæ dominium in Religione transfert, quæ ius acquirit, ipsũ quandocumque ab ea recesserit, repetendi, recuperandi, & reducendi tamquam rem suam. Vndè communiter cũ hac personæ traditione, consecratio, & benedictio quædam coniugi solet, qua tamquam nota signatur persona, Religioni addicta, tradita, & diuino cultui mancipata. Ita D. Bonauentura, *in 4. dist. 9 artic 2. quæst. 1.* D. Thomas, *in 4. dist 38. quæst. 2. quæst 3. in corpore, & ad 1. & artic. 3 quæstiunc. 2. & 3. in corpore ad 3.* Durandus, *in 4. dist. 38 quæst. 1. num. 9 & 10* vbi Riccardus, *artic. 7 quęst. 1. in corpore.* Mayronius, *quæst. vnica pa. 4.* Capriolus, *dist. 33. quæst vnica, artic. 1. conclus 2. & art. 3. in solut. ad 1* *Scoti controuers 2. conclus* Deza, *dist. 33. quęst. vnica, num 3. notab. 4.* Carthus. *dist. 3. quæst 2.* Fortunius Garzia, *cap. 1. de pactis num 13 versic. quid igitur dicendum* Turrecremat. *cap. præsbit. num 1. & 2 dist. 27. & cap. 1. 27. quæst. 1. artic. 2. num. 4. in corpore, in solut ad 3. & artic. 3. num. 7 in solut ad 1.* Tabiena, *v. dispensatio, quæst. 7. num 8 in solut. ad 1. & v impedimentum impedim. 2. num. 5.* Sotus, *lib. 7. de iustit. quæst 2. artic 5. colum. 6 versic. igitur si opinio, & versic sed ait, & in 4. dist. 38. q. 2 artic. 1. colu. 2. versic. ex omnibus, & artic. 2 in probatione prima conclus. & in solut. ad 1.* Petrus de Soto, *lect. 5. de matrim. ad finem.* Couarruu. *4. decret. part. 2. cap. 7. §. 4. num. 7.* Ledesma, *2. part. 4. quæst. 55. artic. 1. statim in principio.* Alexand Carrerius, *lib. 3 de sponsal cap. 6. ad finem.* Celeia, *in 4 dist. 37. quæst. 4. & ad 38. quæst. post 7 argum §. vlterius, est notandum.* Viguerius, *lib. institut. cap. 16. §. 7. versic. 6. impedim. 3.* Stunica, *de voto, quæst. 6. nu. 99.* Mattienz, *lib. 5. recopil. tit. 1. rubric. gloss 1. num. 7* Henriquez, *lib. 11. de matr. cap. 5. num. 3. & 4. iuncta comment. litt. R.* Barbosa, *rubric ff solut. matrim. part. 2. à num 93. vsque ad 100.* Aragonius, *2. 2. quæst 88. artic. 7.* Vgolinus, *de sacram. vbi de matrim. cap. 19. num. 4.* Valentia, *2. 2 disp 6 quæst. 9. punt 5. colum. 3. §. sed quando attinet, & part. 4. disp. 10. de matr. quæst. 5 pun. 3. in impedim. voti* Viualdus, *in candelab. sacram. part. 1. vbi de matrim. num 124.* Petrus Ledesma, *quæst. 53. de matrim art. 2. dub 32. conclus vnica, post. 6 probat in solut. ad 5. & 6.* Bartholomeus Ledesma, *de matrim. dub. 32. conclus. vnic. & dub. 33. statim in principio.* Ludouicus Lopez, *part. 2. de matrim cap. 48 colum. 5. § circa prædictam doctrinam cap. 48. colu. 5 & in solut. ad 1.* Graffius, *par. 2. decis lib. 2 cap. 12. num. 14.* Sayrus, *in Clau. reg. lib. 6. cap. 2. num 4.* Vega, *tom. 2. sum. cap. 57. cas. 21.* & alij.

3 Tertia opinio ait: Votum solemne professionis, & simplex, non differre specie per se, & essentialiter; at extrinsicè, ex sola Ecclesiæ constitutione: ac proindè, totam voti solemnitatem esse solius iuris Ecclesiastici, quamuis ipsa voti obligatio erga Deum, sit iuris diuini naturalis, cuius est etiam obligatio voti simplicis. Probat hanc sententiam Sanchez, locis citandis. Primò, ex decreto Bonifacij VIII. *cap. vnico de voto in 6.* vbi Episcopo Biterensi, interroganti, quod votum debeat dici solemne, ad matrimonium subsequens irritum reddendũ? ait, solemnitatem voti ex solo Ecclesiæ institutione inuentam esse. Nec valet, si solutio contrariæ sententiæ diceret, id intelligi de solemnitate accidẽtali: quippe ex hac ratione colligit ibi Pontifex, duplex solum esse votum solemne, eum effectum producens: quasi dicat, quia tota voti solemnitas est ex Ecclesiæ institutione; & ipsa duplex solum votum, vt solemne, & matrimonium dirimens, admittit: ideò, duplex solum est huiusmodi votum. Quæ ratio omninò corrueret; intellecto Textu de sola accidentali solemnitate. Insuper, Pontifex ibi consti-

constituit discrimē inter vinculum matrimonij, & voti solemnis, vt sic; quod illud est ex Dei institutione; hoc autem ex sola Ecclesiæ constitutione fit: non ergo loquitur de sola accidentali solemnitate; hæc enim tam in voto, quam in matrimonio est ex Ecclesiæ solius institutione: & sic nihil discriminis esset. Vult ergo, totam voti solemnitatem esse ex Ecclesiæ institutione. Præterea, quia Gregorius XIII. *in sua extrauag ascendente*, referens errorem eorum, qui hac nostra tempestate dixere, emittens simplicia bienni vota in Societate Iesu, non esse verè, & proprie religiosus, rationem eorum erroris reddit, eo quod, non cōsiderarint solemnitatem voti, sola Ecclesiæ constitutione inuentam esse, iuxta prædictum Bonifacii VIII. decretum. At non latebat Pontificem, id, quod luce meridiana clarius est, nempè, eos omnes, & patronos contrariæ sententiæ, cū Textum explicuisse de solemnitate accidentali: ergo decretum vtrumque de essentiali solemnitate est necessario accipiendum.

4 Probat secundo Sanchez: quia, & si in solemnibus paupertatis, & castitatis votis possit inueniri ea dominii translatio, & inhabilitas ad matrimonium, & ad acquirendam, trasferendumque rei alicuius dominium: at in reliquis, æque solemnibus votis, id nequit reperiri: vt in voto obedientiæ, manet enim adhuc dominium voluntatis in professo, ad multa validè facienda, etiam contra Superioris præscriptum: vt iussus, nè absque licentia voueat, aut nè Sacra pro illis faciat, efficiet validè vtrumque, &c. & votum vitæ quadragesimalis Fratrū Minimorum est solemne, vt eorum traditio habēt, & constat ex eius forma, quod æque, ac simul cum aliis tribus solemnibus emittitur: & dicunt esse solemne Palatios, *in 4 dist. 38. disp. 2. fol. 858. colum. 2. versic. verum horum discriminū* & Azorius, *lib. 12 cap. 6 quæst. 9.* cum tamen in ipso dari nequeat ea traditio prius dominio, & facultate contrarium validè faciendi. Alias rationes apud Sanchez, inuenies: Et ita Scotus, *in 4 dist. 38 quæst. vnica.* vbi Paludanus, *quæst. 4. artic. 4 conclus 11 num 49.* Sanchez. *lib. 7. de matrim disp. 25. num. 2. & lib. 5. sum. cap. 1. num 5* Petrus Ribandiens, *in lib. de instit. Societatis Iesu toto cap. 15.* Vasquez, *1. 2. quæst. 96. artic. 4. disp. 165. toto cap. 2. 7. & 8.* Caietanus, *2. 2 quæstion. 88. artic. 7. dub. 1.* Abulens, *cap. 10 Numerorum quæst. 100 colum. 4 versic respondendum est.* Michael Medina, *de sacramentorum hominum continentia lib 4 controu. 7. cap. 22.* Gulliermus Zorriolong. *in 4 dist 38. quæst. vnica artic 2 conclus. 1.* vbi Palatios, *disp 2. conclus. 2. 3 & 4* Ouardus *quæst vnica propos. 16* Azorius, *part. 1. lib. 12. cap. 6. quæst. 1.* & alii: & probabilē vocat Valentia, *2. 2. disp. 6 quæst. 6. pun. 5 colum 3 § sed quod attinet.*

5 Hinc deducitur: Votum solemne, & simplex esse prorsus eiusdem speciei, & sola extrinseca accidentali differentia inter se distare: quod solemne muniatur ex solemnitate, ab Ecclesia instituta: illa autem simplex caret. Ratio est: quia traditio vouentis, & acceptatio Prælatorum, inuenta in voto solemni, & ad id requisita, sunt accidentaria voti differētia, & solo iure Ecclesiastico petita, vt benè ait Vasquez, *1. 2. quæst. 69. artic. 4. disp. 165 cap. 7. num. 73.* Vndè non constituunt specificam, & substantialem voti differentiam. Ità ait Sanchez, *lib. 5. sum. cap. 1. num. 7.*

An qui vouit Religionem, possit assumere habitum Equitum D. Ioannis Calatrauæ, vel Alcantaræ, quos, vulgo, Commendatarios vocat?

Dub. 2.

6 Antequam ad dubium respondeam, dico: quod est magna controuersia inter Doctores, An isti sint veri Religiosi, eo quod non absolutam, sed coniugalem castitatem voueant: nec absolutam obedientiam, & paupertatem: Ex qua ratione, prima opinio ait, non esse veros Religiosos. Ita Sotus, *lib 7. de iust. quæst. 5. artic. 3. ad 3.* Alcozer, *de ludo cap. 39.* Gioranda, *de gabell. part. 7. num. 46.* Molina, *to. 1. de iustit disp. 141 colum. 3. et to. 3. disp 613 num 5.* Asseuedo, *lib. 3. recopil. tit. 5 lib. 14. num. 3.* Sarmiento, *de redditib. part. 4. cap. 1 num. 13. & par. 1. de confess. monit 55. num. 1 & 5. & monit. 56. nu. 1. & 4. & monit. 57* Aragonius, *2. 2. quæst. 88 artic. 11. ad vlt primæ opinionis.* Azorius, *lib. 13. cap. 3. quæst. 2.* Rodoriquez, *cap 95. num. 8.* Graffius, *to 1. lib. 3. consil. 11. num. 14. de regul.* Panormitan. *rubric. de rego 6. num. 4.* Siluester, *v. religio 1. q. 1.* Suarez, *to. 3. de relig. lib. 4. de voto 1. 2. nu. 14.* & alii.

Secun-

7 Secunda opinio ait: Hos esse veros religiosos: & more aliorum Religiosorum tria solemnia vota emittūt, sub regula, à Sede Apostolica approbata: & quamuis hæc vota, non sint de tam absolutis his rebus, vt in alijs Religionibus promittuntur: at ipsa Sedes Apostolica, cuius est, Religionum instituta confirmare, dispensauit, nè ita districtè emitterentur. Ita Bobadilla, *in sua polit lib.2.cap.19.num.11.* Rodoriquez, *to.1 qq regul. quæst.1. artic.6.* Vellag. *in specul princip.cap.1 rubric.7.num.76.* Auendaño, *cap.prætorium lib.2. cap.16. num.11.* Medina, *de sacrorum hominum continentia, lib.4.controuers.7.cap.39.* Fortunius, Garzia, *in quodam consil pro militia, S. Iacobi art.2.versic.Præterea.* Couarruu. *4.decretal.part.2. cap.3. §.1.num.18.* Nauarrus, *lib.de redditib.quæst.1 num.95 & quæst.3.num.29. & 30 & inapologia monit.55.& lib.3.consil tit.de regul.in 1.edit. toto consil.25.in 2.toto consilio 10.* Diana, *part 2.tract.16 resolut.38.* Bonacina, *de præcep disp.4.quæst.2 pun.5.§.4. num.5. & de cens.disp 2 quæst.4.pun.1.nu.7.* Layman, *in Theolog.moral. lib.4.tract.5.cap.6.num.2.* Sanchez, *lib.4.sum.cap.16.num.11.* & alij.

8 His positis, Respondeo, quod prima opinio negat. Cuius ratio est: quia promittens Religionem, intendit promittere statum viuentium in communi, & alienum à tumultu, faustu, & curis sæcularibus. Ita Sanchez, *lib.4.sum.cap.16.num.12.* Corduba, *in sum.quæst.148.* Bonacina, *de præcep disp.4. quæst.2.punt.5. §.6.num.5.* Vallad. *de visit.carcer.cap.11. §.4.num.16.& 18* Hieronymus Rodoriquez, *in comp.qq.regul resolut.140.num.13.* Bartholomeus à S. Fausto, *lib.1. thesaur.Relig.quæst.181.* Portella, *in addit. ad dub.regul v.religiosus, num.4.* Molfesius, *tom.1.sum.tract.11.cap.14.nu.75.* Zechius, & alij.

9 Secunda opinio distinguit: Pro qua distinctione, sciendum est: Religiosos horum ordinum esse in duplici differentia: Quidam enim eorum sunt Clerici, & Sacerdotes, qui simpliciter vouent castitatem, & choro, & diuinis officijs deputati sunt: & tales verè, & simpliciter veri Religiosi sunt. Alij vero sunt Milites, qui belligerare solent, aut possunt, profitentur solam castitatem coniugalē, & vxores ducere possunt. Vnde, secundum hanc opinionem, qui solum habitum militum primi generis assumeret satisfaceret voto; cum isti sint veri religiosi. Si verò secundi generis, non satisfacerent. Ita Sayrus, *in Clau regia, lib.6 cap.9 num.10.* Valentia, *to.3.disp 10 quæst.4.pun.2 propos.4.* Garzias, *in solut. de opere milit.edit S.Iacob par.2.* Sarmient. *lib.de redditib.Eccles.part.4.cap.1.num.3* & alij.

10 Tertia opinio absolute affirmat. Cuius ratio est: quia, qui vouit Religionem, habet pro materia voti substantiā Religionis, seu statum Religiosorum, qui consistit in eo, quod persona Deo dicetur speciali obligatione, assumpta per vota: vnde censetur adimplere votum, si assumat in se substantiam Religionis: quia adimplet id, quod vouendo per se intendebat. Vita autem in communi seorsim à tumultu, & curis secularibus, sub quibusdam regulis, si habeat, vt quid accessorium ad substantialem statum Religionis: & ideò non cadit per se sub materia voti, sed solum quatenus trahitur à principali. Tum quia, qui vouit Religionem in communi, reliquit sibi liberam electionem huius, vel illius Religionis: idcirco, non censetur vouere vitam regularem in communi, nisi ex suppositione, quod eligat Religionē, quæ illam trahat secum, vt accessorium: quia non est materia voti, nisi accessu ad substantiam Religionis: qui tamen habet ita vouens plenam libertatem eligēdi; non tenetur eligere Religionem, quę trahat secum hoc accessorium: sed potest eligere Religionem Equitum prædictorum. Ita Aragonius, *2.2 quæst.88. artic.11.* Azorius, *pa.1.lib.13.cap.4.quæst.4.* Fernandez, *part.3. cap.9.sect.11.§.18. num.10.* Riccius, *in resolut.cas.conscient. cas.53. num.15.* Emanuel Rodoriquez, *part 1.sum.cap.95.num.8.* Diana, *part.2. tract.16.resolut.38.* Cenedo, *de paupert. relig.dub.10.num.6.* Barbosa, *de appellat. v.virt iuris signific. appellat.233. num.8.* Pasqualigus, *in decision.moral.decis.433.* Pontius, *de impedim.matrim.caus.27.q.2. §.4.* & alij. Et probabilem vocant Vechius, *in prax.nouitiorum disp.10.dub.2.nu.4.* & Bartholomeus à S.Fausto, *loco citato.*

(:*:)

An

An qui vouit ingressum Religionis non reformatæ, valeat, & liceat illam ingredi? Dub. 3.

11 Respondetur: Si ea Religio, quò ad substantialia sit collapsa, nec spes proximæ reformationis sit, non obligat votum. Secùs, si substantialia seruentur: quamuis non ita strictè, vt regularis obseruantia petit. Ratio est: quia in priori casu materia eius voti est illicita, ob peruersionis periculum: in posteriori verò est licita. Ita Caietanus, *tom. 1. opuscul. tract. vltim septendecim respons. cap. 7. in fine, & in 2. 2. quæst. 88. artic 3. col. 3. §. & in eadem responsione dubium occurrit versic. sed quid si talis*. Maior, *in 4 dist. 38. quæst. 2. colum penult. in solut. ad 4. contra primam conclus.* Nauarrus, *cap. 12. sum. num. 46.* Ouandus, *in 4. addit. dist. 38. post. 7. propositionem.* Petrus Ledesma, *to. 2. sum. tract. 10 cap. 3. dub. 7 cas. 5.* Ludouicus Lopez, *part. 1. cap 44. colu. 4 versic. monasterium non reformatum.* Emanuel Sà, *v. votum in principio num. 11.* Sanchez; *lib. 4 sum. cap 16. num. 14.* & alij. Immò illicitum est, monasterium illud, ita collapsum, nec proximè reformandum ingredi, quamuis id ab Ecclesia tolleretur. Ita Emanuel Sà, Maior, Nauarrus, & Sanchez, locis citatis: qui etiam dicunt, peccare mortaliter parententes, qui filios educandos monasterijs, ita collapsis, tradunt.

12 Vndè, Vouens Religionem, non tenetur ad eam ingredi, si ibi non viget regularis obseruantia. Ratio est: quia votum ipsius fuit de materia illicita, ideoque nullum. Tum quia, in ea magnum est peruersionis periculum, dum in ea non seruatur regula, quò ad substantialia poterit tamen, si velit, in aliam præstantiorem, & arctiorem Religionem ingredi. Ita Layman, *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 5. cap. 5. num. 5.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 16. num. 26.* Reginaldus, *lib. 18. num. 380.* Bonacina, *de præcep. disp. 4. quæst. 2. pun. 5. §. 6. num. 3.* Nauarrus, *cap. 12 sum num. 46.* Maior, *in 1. dist. 38. q. 28. §. tertio contra eamdē concl. in solut. 4. argum.* Valentia, *to. 3. disp. 6 q. 6. pun. 4. q. 3.* Lesius, *lib. 2. cap. 14. dub. 5. num. 45.* Rodoriquez, *par. 1. sum. cap. 95. concl. 3.* & alij.

Dubitatur: An qui vouit arctiorem Religionem, possit ingredi laxiorem?

13 Respondetur: Licèt grauiter peccet: at faciendo professionem in laxiorem Religionem, professio valida est, & potest in eadem laxiori manere; nec tenetur strictiorem ipsa ingredi. Ratio, quia peccat, est: quia sic habetur, *in cap. penult de reg. iur. in 6.* vbi id expressè deciditur. Tum quia, non implere votum in materia graui, qualis est hæc, mortale est. Ratio verò, quia valida est professio, est: quia per votum solemne, acquisitum est ius Religioni, & derogatū est voto simplici, vt deciditur, *in d. cap. penult.* quamquam Professus potest adhuc strictiorē ingredi, si velit, ob tacitam cōditionem, sub qua emittitur professio: hæc enim emittitur sub hac tacita conditione: Nisi perfectiorem statum elegero: vel, nisi altior status placuerit. Ita D. Thomas, *2. 2. quæst. 189 art 9. ad 3.* Paludanus, *in 4. dist. 38. quæst. 3 artic. 1. cōclus. 5.* Angelus, *v. votum 2. quæst. 18* Tabiena, *v. religio §. 30.* Angles, *in florib. 4. sent. quæst. de voto artic. 2 diff. 17* Nauarr. *in manual. cap. 12. nu. 48. vers. 18.* Azorius, *par. 1. lib. 11. cap. 21. quæst. 12.* Sayrus, *in Clau. reg. lib 6. cap. 9. nu. 14 vers tertiò qui vouit* Palatios, *in 4. dist. 38. disp. 1 post. 4. concl. fol. 819. colum. 1.* Sanchez, *lib. 4. sum cap. 16. nu 16* Bonacina, *de præcep disp. 4 q. 2. pu 5. §. 6. num. 21.* D. Antoninus, *2. par. tit. 11. cap. 2 §. 8.* Caietanus, *2. 2. quæst. vlt. art. 8 circa solut. ad 3.* Molfesius, *to. 1 sum. tr. 11. cap. 14. num. 76.* Reginaldus, *lib. 18. nu 382.* Layman, *in Theolog. moral. lib. 4. tr. 4. cap. 6. num. 6.* & alij.

14 Vt autem peccet Vouens, requiritur, vt vouens voueat perseuerare in strictiori Religione: quippè is semper peccat, profitendo in laxiori: etiam si, cum voto in ea profitendi, ingrediatur: quia in strictiori quoque teneretur profiteri, non implet totum quod promisit; sed in minus commutat. At quando nullum est votum profitendi in strictiori, sed tantum ingrediendi, licebit quoque quandoque, in laxiori profiteri. Ita Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 16. num. 17. & 20.*

15 Hinc deducitur: Vouens ingredi, & profiteri nostram strictiorem Religionē S. Francisci, quam reformatam appellāt vbi Fratres nudisq; pedibus incedūt, peccat mortaliter, profitendo in monasterio fratrum eiusdem Ordinis, quos Obseruan-

seruantes vocat. At professio est valida: & hoc ex rationibus adductis. Potest tamen, post professionem emissam apud fratres nostros Reformatos, transire ad fratres Obseruantes, de licentia Prælati, habentis auctoritatem, ad transferendos alios Religiosos ad Obseruantes: quia tantum se astrinxit voto ingrediẽdi in Reformatorũ monasteria: nec priuauit se libertate, qua illi potiũtur, trãseundi de licentia prælati ad Obseruantes. Ita Corduba, *in sum q* 139. & Sanch. *lib.4.sum.cap.*26.*nu.*24. Etiam si emiserit votum perseuerantiæ apud Reformatos: quia id iam cessauit per professionẽ: quod, si post votum emissum fuerit, poterit à Superiori irritari Ita Sanchez.

16 Potest etiam vouens determinatã Religionẽ ingredi in aliquam æque arctã: quia vouens potest propria auctoritate commutare votum in aliud, quod certè constet esse æquale; cum res illa æque grata reddatur, per cõmutationem voti factam: non per actum iurisdictionis, sed per subrogationem materię, æque Deo gratę. Ita Bonacina, *de præcep.disp.*4.*q.*2, *pu.*5.*§.*6.*num* 4. Sanchez, *lib.*4.*sum.cap.* 16.*num.*26. & alij.

An Vouens Religionem, si solum in ea ad statum laicalem admittitur, teneatur ad votum? Dub. 4.

17 Respondetur: *Si indefinitè vouit Religionem, & nec formaliter, nec virtualiter applicuit intentionem suam ad gradum Sacerdotalẽ, tenetur acceptare alium gradum: quia tenetur implere votum, prout potest.* Quod si animus eius fuit ascendendi ad sacros Ordines, ad quos se promouendum putabat, liberatur à voto, si tantum admittatur ad statum laicalẽ. Ratio est: quia obligatio voti nõ se extendit vltra vouentis intẽtionem. Si vero vouerit, vt sit laicus, fortè ob amorem, & sui submissionem, vel causa vitandi labores studiorũ, aut scrupulos, ex auditis confessionibus consurgentes: si enim non admittatur, nisi vt sit sacerdos, manet à voto liber: quia non intendit se obligare vltra suam intentionem. Præterea, aut vouens præditus est cõditionibus, quas habent ij, qui debito tempore ad sacros Ordines promouentur: vt si Vir nobilis sit, vel peritus grammaticæ, vel etiam versatus in litteris Phylosophię, aut non est præditus his conditionibus: si eas conditiones habet, non tenetur ingredi Religionem, nisi ad statum clericalem admittatur. Secùs, si prędictis dotibus ornatus non sit; nisi aliter ex circumstantijs conijciatur demẽte Vouentis. Ita Sotus, *lib.*7 *de iust.q.* 2.*artic.*1.*ad* 3.*vers.quod autem.* Rodoriq. *par.*2 *sum.cap.*95.*nu.*10. Petrus Ledesma *to.*2.*sum.tr.*10.*cap.*3.*dub.*7.*cas* 3. Azorius, *p p, lib.*11.*cap.*22.*q.*4. Aragonius, 2.2 *q.*88. *ar.*3.*circa solut.ad.*2. Bonac. *de præcep.disp.* 4.*q.*2.*pu.*5.*§.*6.*nu.*6. Sanch. *lib* 4 *sum.cap.* 16.*nu.*55. Suarez, *to.*3.*de relig.lib.*4.*tra.de voto cap.*2.*nu.*22. Molfes. *to.*1.*sum.tract.*11 *cap.*14.*nu.*74. Reginald. *lib.*18.*n.*381. Sayrus, *in Clau.reg.lib.*6.*cap* 9.*nu.*13. Angles *in florib.*4.*sent.q.de voto art.*2.*diff.*5.*cõcl.* 1. Philiarc. *de off.sacerd.par.*2.*lib.*3 *cap.*31. & alij. Immò Molfes. vbi supra ait: Numquam tenetur fieri frater laicus, nisi expressè ad id habuit voluntatem: & in dubio interpretandum est votum, secundũ qualitatem vouentis, arbitrio boni viri: Neq; tenetur ex vi voti litteras, vel artẽ discere, vt recipiatur, vt sit sacerdos, quãdo indoctus est, si nihil de talibus meminerit vouens. Ita Sanch. Molfes. Suarez, Sot. Bonac. *d.* § 6 *n.*12. Regin. *n.*382. & alij.

An qui vouit determinatam Religionem, nec potest illam ingredi, aut non admittatur, teneatur ad aliam? Dub. 5.

18 Primi opinio ait: Vouẽtem determinatam Religionem, nec in ea admissum, vel eam non potentem ingredi, eo quod iam reprobata sit, vel ob quamcũque rationem, teneri aliam ingredi. Cuius ratio est: *quia, cum manere in sęculo repugnet Religionis voto, hoc emittẽs, vouet implicitè seculum dimittere*: ergo tenetur, modo sibi possibili, à sæculo recedere, ingrediendo ad aliã Religionem. Ita Paludan. *in* 4.*dis.*38.*q.*4.*ar.*1.*n.*14

19 Secunda opinio ait: Vouẽtem determinatam Religionem, si ab ea sit exclusus, liberum remanere à voto: nec teneri alias Religiones, alios q; Conuẽtus adire. Ratio est: quia votum non obligat vltrà intentionem vouentis: *vouẽs autem non se obligauit ad Religionem, à qua expellitur.* Tum quia, votum Religionis obligat vouentẽ, quantũ in se est, vt votũ adimpleat: cũ enim obligatio Religionis sit magni momẽti, vouẽs eã diligentiam adhibere debet, ad votũ adimplẽdam, q̃ postulat res grauissima. Ita Reginaldus, *lib.*18.

lib. 18 *num.* 379. *&* 380. D. Thomas, 2.2. *quæst.* 88. *artic.* 3. *ad* 2. *&* *disp.* 189. *artic.* 3. D. Antoninus, 3 *pa. tit.* 16. *cap.* 2. *§.* 4. Beccanus, 2.2 *dist.* 3. *quæst.* 3. *artic.* 3. *in principio.* Siluester, *v. Religio* 2. *quæst.* 16. vbi Rosella, *quæst.* 16. Armilla, *num.* 8. Sotus, *lib.* 7. *de iustit quæst.* 2. *art.* 1. *in respons. ad* 3. *principale.* Nauarr. *cap.* 12. *sum. num.* 46 *& lib.* 3. *consil. tit. de voto in* 1. *edit. consil* 2. Aragonius, 2.2. *quæst.* 88. *artic.* 3 *circa secundum principal.* Valentia, 2.2. *disp* 6. *quæst.* 6. *pun.* 4 *colum penult.* Philiarcus, *de offic. sacerd part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 21. Angles, *in florib. quæst. de voto artic.* 2. *diffic.* 5. Rodoriquez, *part.* 1. *sum cap.* 95. *concl.* 4. Sayrus, *in Clau. reg. lib.* 6 *cap* 9. *num.* 11 Azorius, *par.* 1. *lib.* 11. *cap.* 22. *quæst.* 1. Palatios, *in* 4. *dist.* 38 *disp.* 1. *post.* 4. *conclus.* Toletus, *lib.* 4 *sum. cap.* 17. *num.* 12. Sanchez, *lib.* 4. *sum cap.* 16. *num.* 29. Caietanus, *to.* 1. *opuscul. tract. septendecim responsionum in respons.* 7. *in fine.* Turrecremata, 17. *quæst.* 1. *in sum. artic.* 4 *ad* 4 *nu* 11. *quæst.* 2 *artic.* 1. *ad* 2. Altisiodorus, *l.* 3. *suæ summæ tra.* 22. *cap.* 2. *quæst.* 2. Archidiaconus, *cap. scimus* 12. *quæst.* 1. *num* 3. Riccardus, *in* 4. *dist.* 38. *artic.* 5. *quæst.* 1 *ad* 2. Molfesius, *to.* 1 *sum tract.* 11. *cap* 14 *num.* 71. Bonacina, *de præcep disp.* 4 *quæst.* 2. *pu.* 5. §. 6. *nu.* 10. Layman, *in Theolog. moral lib.* 4 *tract.* 5. *cap.* 6 *num.* 3. & alij.

20 Immò vouens determinatam Religionem, si postea cognoscit in se aliquod impedimentum, propter quod in ea non reciperetur, vt si v. g. vouit intrare Religionem, in qua homines ex ignobili genere, aut ex Iudæis, & Turcis, vsque ad quartum gradum non recipiuntur, & postea in se cognoscit talem ignobilitatem, aut ex talibus parentibus descendere, non tenetur amplius ad votum. Et ita dicendum est, si postea incurreret aliquod impedimentum perpetuum: puta, morbum aliquem perpetuum, vel contagiosum, propter quod à Monasterio expelleretur. Ita Sotus, *lib.* 7. *de iust. quæst.* 2. *artic.* 1. *in respons. ad* 3. *principal.* Aragonius, 2.2. *quæst.* 88. *artic.* 3. *circa arg.* 2. Siluester, *v. religio* 2. *quæst.* 16. Angles, *in floribus* 4. *sent quæst. de voto art.* 2. *diff.* 5. *conclus.* 1. Valentia, 2.2. *disp.* 6. *pu.* 4. *quæst* 4. Rodoriquez, *part.* 2. *sum. cap.* 95. *conclus.* 2. Sayrus, *in Clau. regia lib.* 6. *cap.* 9. *num.* 11. & alij.

21 Non tamen vouës tenetur per totum Orbem, vel Prouintiam vagari, ac quærere, vt in illa Religione recipiatur; sed satis est, si in illa Ciuitate, vel per loca vicina moralem fecerit diligentiam. Ratio est: quia omnis actio, etiam votiua, intelligitur facta arbitrio boni viri, & adhibita morali diligentia, vt compleatur: At nunc esset contra rationem, per totum Orbem, vel Prouintiam vagari: & ideò satis est illa moralis diligentia. Ita Aragonius, 2.2. *quæst.* 88. *artic.* 3. *circa argum.* 2. Philiarcus, *de offic sacerd. par.* 2 *lib.* 3. *cap* 21. Valentia, 2.2. *disp* 6 *quæst.* 6. *pun.* 4 *quæst* 4. Rodoriquez, *par.* 2. *sum. cap.* 95 *conclus.* 4. Azorius, *part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 22 *quæst* 2. Angles, *in floribus quæst. de voto artic.* 2. *diff.* 5. *conclus.* 2. *&* 3. Angelus, *v. votum* 3. *§.* 10. Siluester, *v. Religio* 2 *quæst* 16. Caietanus, 2.2 *quæst* 88. *artic.* 3. Sotus, *lib.* 7. *de iustit. quæst* 2. *art.* 1. *circa tertium principale.* Nauarrus, *cap.* 12. *sum. num.* 48. Reginaldus, *lib.* 18. *nu.* 380. Sanchez, *lib.* 4 *sum. cap.* 16. *num* 27. Molfesius, *to.* 1 *sum tract.* 11. *cap.* 14. *num.* 73. & alij. Immò in Religionibus, in quibus receptio fit per Prælatum, vel solum cum Capitulo, seu Consilio prouintiali, tunc enim Prouintialis ipse consulendus est: quod si ab eo quis non admittatur, consequenter, censetur à tota Prouintia repulsus: & ideò, moraliter æstimari potest ipsa repulsa virtualiter vniuersalis; maximè si cum concilio grauiũ virorum eiusdem Religionis censeatur facta. Ita Suarez, *to.* 3. *de relig. lib.* 4. *de voto cap.* 2. *num.* 11. Reginaldus, *lib.* 18. *num.* 380. *versic. si versus.* Azorius, *part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 22 *quæst.* 2. & alij.

22 Dummodo quod non sit repulsus ad tempus: quia si passus sit repulsam solũ ad tempus, tenetur, elapso eo tempore, ingredi, volentibus Religiosis ipsum admittere: & tenetur, ad illud vsque tempus expectare, vt recipiatur. Ita Nauarrus, *cap.* 12. *sum. num.* 46. Reginaldus, *lib.* 18. *num.* 379. *&* 380. Sanchez, *lib.* 4. *sum. cap.* 16. *num.* 52. 53. 71. *&* 73. Layman, *in Theolog. moral. lib.* 4. *tract.* 5. *cap.* 6. *num.* 3. Bonacina, *de præcep. disp.* 4. *quæst.* 2. *pun.* 5 *§.* 6. *num.* 10. *in fine.* Azorius, *part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 12. *quæst.* 5. & alij.

(: † :)

An non admissus in Religionem, sed imperpetuum repulsus ab ea, petita, teneatur voto, si Religiosi postea eum admittere velint? Dub. 6.

23 Affirmatiuè respõdet prima opinio. Cuius ratio est: quia votum Religionis emittitur in Dei honorem, atque vouentis spiritualem vtilitatem: non autem in fauorem Religiosorum: vt hi, iuri suo renuntiantes, vouentem obligatione sua liberare possint. Enim uero, etiam si eorum consensus requiratur, tamquam conditio, sinè qua vouens votum suum exequi non potest, ideoque excusetur, quamdiu facultas denegatur; cum primum vero consensus, & aditus præbetur, iam obligatio exequendi vrget: non minus, quam si aliud exequendi voti impedimentum temporaneum remoueatur. Ita Abulens. *cap.*30.*Numeror.quæst.*53. Sanchez, *lib.*4 *sum cap.*16.*num.*71. Bonacina, *de pracep.disp* 4.*q.*2.*pun.*5.§.6.*num* 11. Layman, *in Theolog. moral.lib.*4.*tract.*5 *cap.*6 *num.*4.& alij.

23 Secunda opinio negat, illum ampliùs voto illo ingredi teneri. Cuius ratio est: quia, aut expellentibus in perpetuum Religiosis, votum manet irritum: aut suspensum. Si irritum, non ergo reuiuiscit, cum non iterum emittatur: Si suspensus, ergo ille non poterit vmquam ad nuptias transire, quod dictum absurdum est. Tum quia, hæc voti obligatio tacitam habet cõditionem, si posita sufficienti diligentia, Monachi non repulerint: cum ergo conditio illa admissionis defecerit, deficit quoq; omninò voti obligatio. Tum quia (vt ait Aragónius) quando duorum voluntas ad actum desideratur, vno renquente, alter manet liber. Ita Aragónius, 2.2.*quæst.*88. *artic.*3.*circa solut ad* 2. Azorius, *part.*1. *lib.*11 *cap* 22.*quæst.*5.

An votum Religionis obliget ad perseuerandum in ea, an potius illi satisfaciat ingrediendo, & postea nouitiatus tempore exeundo? Dub. 7.

34 Vt faciliùs intelligatis hanc nostram dubitationem, sciendum est, quod, Intẽtio, in ingressu requisita, vt satisfaciat eo voto Religionis, debet esse animo experiendæ Religionis bona fide: quia, si vouens ingrediatur, animo exeundi, eo ingressu, votum non implet, postea exeũdo: sed, ex vi voti emissi, tenetur mutare voluntatem, & habere animum experiendæ Religionis, num eius institutum sibi conueniat. Ratio est: quia, eo ipso, quod actus promittitur, censentur promissæ omnes circumstantiæ, sinè quibus ille nun esset apta voti materia: at ingressus Religionis, animo statim exeundi, est vanus, & proindè inepta voti materia. Ita D.Thomas, 2.2.*quæst. vltim.artic.*4 *ad* 3. Riccardus, *in* 4. *dist.* 38.*num.*8.*quæst.*3.*cap.*2.§ 4. Rosella, *v. votum* 3 *num.*18. Siluester, *v.Religio*, 2.*quæst* 19. Tabiena, *v.nouitius*, *quæst.*7.§.7.*num* 8.*in fine.* Paludanus, *in* 4.*quæst.*4.*artic.*1.*num.*7. Henricus, *cap.penult.num.*1.*de voto.* D. Antoninus, 3.*part.tit.*16.*ca.*2.§.4. Nauarrus, *cap* 12 *sum num.*47. *in fine.* Palatios, *in* 4 *dist* 38.*disp.*1 *artic.*13. Valentia, 2.2.*disp* 6 *quæst.*6.*pun.*4.*quæst.*4. Sanchez, *lib.*4 *sum.cap* 16 *nu* 74 Azorius, *part.*1.*lib.*11.*cap* 22.*quæst.*6 & alij.

35 Limitat hanc sententiam Sanchez, *lib.*4.*sum.cap.*16. *num.*75. Nisi ingrediens, cum firmo proposito exeundi, habeat propositum dandi operam, vt Deus immutet cor, vt perseueret: quia tunc satisfaceret voto; etiam si postea, non potens quiescere, exiret: quia bona fide, & studiosus fuit ingressus, cum id, quod in se est, præstet, quo ille effectum consequatur.

36 Vndè, votum ingrediendi Religionẽ, & statim exeundi, est irritum. Ratio est: quia, quò ad secundam partem, est de re mala: immò ea prima cum eo animo est mala, & inepta voti materia: non enim hic vouit ingressum bona fide, ad experiendum; sed mala fide, ad exeundum. Ita Sanchez, *num.*77. Azorius, Armilla, Angelus, Tablena, Riccardus, & alij.

His positis, Dubitatur Primò: An qui vouit Religionem ante factam professionem obligatione voti; si post ingressum exeat à Religione antè factam professionem?

37 Prima opinio ait: Talem non satisfacere voto, retrocedendo ex sola libertate, Nouitijs iure concessa; sed exigi iustam recedendi causam: & ideò si omnia in Religione grata inueniat, teneri sub mortali perseuerare: & si exeat, teneri iterum ingredi. Ratio est: quia

hic

hic ex voto astringitur ad Religionis ingressum, quem sponte suscipiunt ingredientes absque voto: Sed hi ingrediuntur ad perseuerandum, si omnia grata, & sibi conuenientia inuenerint: & aliter ingressus esset vanus, & inutilis, nec voti materia: ergo adhuc ingressum ad perseuerandum astringit votum, inuentis omnibus gratis, nec iusta recessus causa data: & sic non implebitur tunc retrocedendo. Confirmatur: quia materia huius voti est id, quod communiter intendunt, Religionem ingredientes: at hi intendunt perseuerare, inueniendo omnia grata: ergo materia huius voti est ingredi, & perseuerare in eo casu: ergo, tunc non perseuerando, minimè impletur. Ita Caietanus, 2.2. *quæst. vltim. artic. 4. dub. 3.* Aragonius, 2.2. *q. 88. artic. 3. circa solut. ad 2.* Valentia, 2.2. *disp. 6. quæst. 6. pun. 4. quæst. 4. versic. vndè recte* Ledesma, *to. 2. sum. tract. 10. cap. 3. dub. 7. cas. 4.* Sotus, *lib. 7. de iustit. quæst. 1. art. 3. ad 3.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 16. num. 90.* Angles, *in floribus part. 2. quæst. vnica de voto artic. 2. diff. 7.* Toletus, *lib. 4. sum. cap. 17. num. 12. & cap. 18. num. 1.* Rodoriquez, *part. 2. sum. cap. 95. num. 2.* Laymā, *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 5. c. cap. 6. nu. 12* & alii.

38 Secunda opinio ait: Satisfacere, ingrediendo bona fide, ad Religionem experiendam; & postea, ex leuitate quadam, absque vlla iusta displicentiæ Religionis causa, egrediendo. Ratio est, quia votum Religionis habet hanc tacitam conditionem: Si facta per nouitiatum experientia, Religio mihi placuerit: accessorium enim sequitur naturam actus, super quem cadit, *l. fin. C. de condition. in debit. & l. final. ff. qui satisfacere coguntur.* Nec vouens præsumitur, voluisse facultati, sibi à iure concessæ, renuntiare; nisi aliter expresserit: quamuis aliqua ratione peccet, temerè, & ex leuitate deserendo Religionis statum, quē inchoauerat. Tum quia, sicut iuramentum, factum in materia iuris, respicit omnes limitationes, & interpretationes, quas ipsum ius respicit, *l. final. C. de conditione in debit. & l. final. ff. qui satis dare cogatur.* Sic votum; cum eadem, quò adhoc, vtriusque ratio sit: ergo votum ingressus Religionis intelligitur, ad experiendum eo modo, qui in iure statutus est. At annus probationis iure conceditur, vt Nouitius Religionem experiatur, cum omnimoda exeundi libertate, *C. ad Apostolicum de regul. cap. 1. & 2. eodem tit. 6.* ergo cum eadem libertate votum intelligitur. Ita Hieronymus Gandau. *quodlib. 3. quæst. 19. & quodlibet 13. quæst. 15.* Ledesma, *in 4. dist. 34. disp. 1. post. 12. conclus.* Nauarrus, *lib. 3. consil. tit. de voto in 1. edit. consil. 19. & in 2. edit. consil. 25. per totum.* Palatios, *in 4. dist. 35. disp. 1. post. 2. concl. fol. 848. colum. 1.* Azorius, *part. 1. lib. 11. cap. 22. quæst. 6. in fine.* Sayrus, *in Clau. reg. lib. 6. cap. 10. num. 21.* Bonacina, *de præcept. disp. 4. quæst. 2. pun. 5. §. 6. num. 22.* Diana, *part. 4. tract. 4. resolut. 25.* Suarez, *to. 2. de relig. lib. 4. de voto cap. 5. num. 1.* Reginaldus, *to. 2. lib. 18. cap. 25. num. 383.* & alii.

Dubitatur Secundò: An quando non constat de intentione Vouentis, sed dubitatur, an vouerit, se professurum, teneatur vouens ad professionem?

39 PRima opinio ait: Debere intelligi votum de profitendo. Ratio istius opinionis est: quia votum, ingrediendi Religionem, sinè intentione implicita emittendi professionem in illa, seruatis seruandis, videtur varium. Tum quia, in dubiis eligenda est pars tutior, *cap. iuuenis de sponsal.* Tum quia, interpretatio voti fieri debet in sensu maximè pleno, & maximè obligatorio: vt colligitur, *ex cap. cum dilecti de donat.* ita Cartus, *in 4. dist. 38. quæst. 2. versicul. insuper.* Turrecremata, *17. quæst. 1. sum. artic. 4. ad 4. in fine num. 11.* Angelus, *v. votum 3. num. 12.* Rodoriquez, *part. 2. sum. cap. 95. num. 6.* Nauarrus, *lib. 3. consil. tit. 34. de voto, in 1. edit. consil. 4. in fine, in solut. 13.* Sayrus, *in Clau. reg. lib. 6. cap. 10. num. 20.* & alii.

40 Secunda opinio ait: Hunc non teneri ad professionem. Cuius ratio est: quia censetur vouisse iuxta conditiones, quas admittit. Tum quia, votum in dubio obligat ad id, quod minus est: & non semper obligat ad id, quod tutius est. Tum quia, obligatio est benigniùs interpretanda in casu dubio. Tum etiam, quia hic intercedit peculiaris ratio: nam (vt inferiùs dicemus) vt votum Religionis obliget ad perseuerandum, oportet, vt certò constet, vouentem voluisse se obligare absolutè, ad perseuerandum, independenter à probatione: & quia non censetur quis renuntiare iuri suo

suo, nec discedere à iure communi, nisi certò constiterit, id intendisse. Ita Angles, *in florib. part. 1. de voto quæst 9. de abstinent. cibi arti. 1. dub. 2. conclus.* 3. Sanchez, *lib. 4. sum. cap 16. num. 33. & lib. 2. de matrim. disp. 41. num.* 33. Bonacina, *de præcep. disp. 4 quæst. 2 pun. 5. § 6. num.* 23. Merolla, *to. 1 disp. 3. cap. 3. dub. 2. corollar. 4. num* 106. & alii.

Dubitatur Tertiò: An qui vouit Religionē, & profiteri, si tempore nouitiatus inuenerit, non posse obseruare asperitatem vitæ, teneatur ad votum?

41 Affirmatiuè respōdet prima opinio. Cuius ratio est: quia obligatio voti procedit ex voluntate: vndè in tantū se extendit obligatio voti, in quantum se extēdit voluntas, & intentio vouentis: cum igitur vouens intendit se obligare, non solum adingressum, sed etiam ad perpetuum remanere, atque adeò per hoc secundum votum de perseuerantia cedit iuri, quod tempus probationis sibi concedit. Confirmatur: quia duo diuersa sunt vota, vouere ingressum, & vouere perseuerantiam in Religione, vt constat: & hoc secundum arctiùs obligat, quam primum solum: quod intelligi non potest, nisi per secūdum addatur noua, & distincta obligatio ad perseuerandum; renunciando, quantum in se est, iuri, quod sibi annus probationis concedit: cum enim annus probationis datus sit in fauorem vouentis, & Religionis, cui renuntiare possunt, *cap. ad Apostolicam de Regularibus*, vouens, non solum ingredi, sed etiam profiteri, & perseuerare, videtur, quantum in se est, ex se ei renunciare. Ita D. Thomas, *2. 2. quæst. 189. artic. 4 in corpore.* Paludanus, *in 4. dist. 38. quæst. 4. artic. 1. conclus. 2.* Caietanus, *2. 2. quæst 88 artic. 3.* Nauarrus, *cap. 12 sum. num.* 45. D. Antoninus, *3. part tit. 16. cap. 2 § 4.* Rosella, *v. Religio 3 num.* 5. Angelus, *v. nouitius, nu. 12. in fine.* Siluester, *v. Religio 2 quæst.* 19. Iterum Nauarrus, *lib. 3. consil. tit. de voto in 1. edit. consil. 23. num. 3. & consil. 26. nu. vnic. & consil. 27. num. 3 in 2. concl. 7. nu 3. & consil. 2 num. vnico, & consil. 35 nu. 3.* Couarruu. *in cap. quamuis part. 2. §. 3. in fine.* Philiarcus, *de offic. sacerd. part. 2. lib. 3. cap.* 20. Ludouicus Lopez, *part. 1. cap. 4. in fine & cap 45. in principio.* Valentia, *2. 2. disp. 5. quæst. 6 pun. 4. dub. 4.* Rodoriquez, *part. 2. sum cap. 95. conclus.* 7. Azorius, *part 1. lib. 11. cap. 21. quæst.* 8. Sayrus, *in Clau reg. lib 6. cap. 10. num.* 19 Hostiensis, *in sum tit de voto num 16 in fine.* Abulēs, *cap. 30. Numeror. quæst. 95. ad 1 & quæst. 93* Astensis. *part. 2. sum. lib. 6. tit 47. artic. 8. quæst.* 3 Henricus, *cap penult. num. 5. de voto.* Palacios, *in 4 dist 38 disp. 1. post. 4. conclus* Moifesius, *to. 1. sum tra. 11. cap. 14 num.* 79. Bonacina, *de præcep. disp. 4. q. 2. pun. 5. § 6. num.* 22. Sanchez, *to. 1. sum. lib 4. cap. 16 num.* 81. & alij.

42 Secunda opinio negat. Cuius ratio est: quia qui absolute vouit Religionem, etiam vouit perseuerantiam in Religione: sed quia non vouet illam, nisi secundum formam iuris, ideò non censetur illam absolutè vouere, sed sub conditione, à iure concessa: ergo pari ratione, quantumcumque expressè voueat profiteri, semper subintelligitur illa conditio: quia semper intelligitur quisque vouere secundum formam iuris. Eadēque ratio est, de voto perseuerandi, quia non aliter perseueratur in Religione, quam profitendo: & ideò sub qua conditione intelligitur promissa professio, intelligitur etiam perseuerātia promissa. Idem optimè explicatur in casu illo, in quo quis vouet esse Religiosus, cum proprietate; accipiendo religiosum, quē non habitus, sed professio constituit, vt dicunt iura: nam illi etiam voto optimè accomodatur supradicta conditio, & tamen Religiosus, vt sic, includit perfectionem, & perpetuitatem status: ergo quod perpetuitas, vel professio formaliter proferantur, non mutat naturam voti, nec excludit prædictam conditionem. Et licet, ante Consilium Tridentinum prima opinio fuit vera, quia quilibet renuntiare poterat ius suum, prout habetur, *in cap statuimus de regularib.* at post Consilium Tridentinum non potest talis opinio procedere (vt ait Reginaldus:) quia nullus est locus eiusmodi renuntiationis, vt *in sess. 25. de regul. cap. 16.* patet: vbi inualidat omnem renunciationem, & obligationem, etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuscumque causæ piæ, factam ante annum probationis. Vndè nō potest quis, etiam si velit, prædicto priuilegio se priuare. Quare, nec potest ante eumdem annum, facere votum validum perseuerantiæ, quo se eodem priuilegio priuet; sicque

intra

intra illum ipsum annum permanet in sua libertate. Ita Reginaldus, *to. 2. lib. 18 cap. 25. num.* 383. Emanuel Sà, *v. votum, in principio num.* 13. Sotus, *lib. 7. de iust. quæst. 2. artic. 1 ad 3. versic. ex autem definitione.* Aragonius, *2. 2. quæst.* 88. *artic. 3 versic. est & aliud dubium.* Petrus Ledesma, *in sum. 1. tract. 10. cap. 3. dub. 7. cas. 4.* Lesius, *lib. 2. cap. 41 dub. 1 num.* 48. & alij.

Dubitatur Quartò: Quot peccata committit, qui vouit ingredi, & perseuerare in Religione, si post ingressum exeat ante factam professionem?

43 RODORIQUEZ, *part. 2. sum cap. 95. num. 7.* ait: Promittentem solum Religionis ingressum, & postea tempore Nouitiatus perseuerantiam, bis mortaliter peccare exeundo, contra duplex votũ. Secùs, si absolutè promitteret Religionem, postea autem perseuerantiam: quia in priori casu duo peccata committit, in posteriori autem vnum.

44 Sanchez verò, *lib. 4. sum. cap. 16 num.* 87. ait: In vtroque casu vnum peccatum committere: & sufficit, vt pœnitens in confessione dicat? votum trãsgredi. *Ratio* est: quia, sicut astrictus voto nõ fornicandi, promittat castitatem, semel peccabit fornicando, satque fatebitur, dicendo: se castitatis votum violasse. Ita dicendum est in casu nostro.

Dubitatur Quintò: An qui vouit Religionẽ, & professionem, si culpa sua expellatur à Religione, remaneat liber à voto?

45 NEGATIUÈ respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia ille, cuius culpa conditio non impletur, tenetur perindè, ac si conditio impleta esset: sed in voto Religionis intelligitur conditio, si hic in Religione retineatur: ergo, sua culpa non retentus, manet perindè obligatus, ac si ingressus non fuisset, & ac si dimissus non esset. Ita Toletus, *lib. 4. sum, cap. 17. num. 12 & cap. 18. nu. 2.* Rodoriquez, *part. 1. sum. cap. 95. num.* 5. Diana, *part. 4 tract. 4. resol.* 25. Sayrus, *in Clau. reg. lib. 6. cap. 9 num.* 21. & alij.

46 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia iam adimpleuit rẽ promissam: promisit ergo ingressum, & reipsa ingressus est bona fide: & vi voti cogebatur solum ingredi, & experiri, an Religio sibi placeret. Ita Azorius, *part. 1 lib. 11. cap. 22. quæst. 9.*

47 Sed hanc opinionem Azorij, in vno casu tantum admittunt Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 16. num.* 108. & Diana, *part 4 tr. 4. resolut.* 25. scilicèt, quando talis mediocrem diligentiam adhibuit, ad culpas suas corrigendas, & se ad Religionis instituta accomodatum, & ex infirmitate, prauisque habitibus; aut ex praua indole, qua præditus erat, non se ad religionis instituta accomodauit, at in eas culpas lapsus est: in solo, in quam, hoc casu certum est, etiam si talis expellatur à religione, propter defectus, & ex sua culpa, voto satisfecisse, nec ad aliquid amplius faciendum astrictum esse.

An voto Religionis astrictus, si sufficienti præmissa diligentia, in nullam admissus sit, vel ab ea expulsus in perpetuum, teneatur, ad aliquid in sæculo faciendum? Dub 8.

48 PALUDANUS, *in 4. dist.* 38. *quæst. 4. artic. 1. num. 9* ait: Vouentem Religionem, animo perseuerandi; & non potentem, Religionis onera sustinere, obidque recedendum; teneri in sæculo viuere non sæculariter.

49 Hostiensis verò, *in cap porrectum num. 14 de regul.* Archidiaconus, *cap. qui post votum initio notab. 1. eodem tit. in 6.* & alij dicunt: Eum, qui Religionis voto emisso, non admittitur, sed in perpetuum repulsam patitur, teneri sub Episcopi obedientia manere in sæculo, & eius Monachus esse.

50 Alij verò meliùs dicunt: Hunc liberum esse à voto, & nil teneri in sæculo pręstare sed posse ad matrimonium trãsire. Quorum ratio est: quia, qui vouit aliquem statum, non tenetur ad leges, & onera illius status, nisi postquam illum statum assumpserit: nam hęc omnia sunt illi statui annexa: & tenetur ad promissa depẽdenter ab assumptione illius status: ergo non tenetur ad castitatem, & obedientiam, & paupertatem, vel ad alia onera Religionis; nisi forte dum votum Religionis emisit, principaliter etiam vouerit castitatem, & alia onera Religionis. Tum etiam, quia hic sufficienter suum votum impleuit, cum debitam diligentiam apposuerit, vt admittatur: vtramque etiam conditionem tacitam habet,

habet, si vouens admissus fuerit. Ita Caietanus, 2.2. *quæst* 88. *artic*. 3. Sotus, *lib*. 7. *de iustit. quæst*. 2. *artic*. 1. *ad* 3. Nauarrus, *cap*. 12 *sum num*. 47. Aragonius, 2.2 *quæst*. 88 *artic*. 3. *tract*. 2 *arg*. Valentia, 2.2. *disp*. 6. *quæst*. 6. *pun*. 4 *dub* 4. Lopez, *par* 1. *cap*. 44. *in fine*. Angles, *in florib. in* 4 *quæst. de voto, artic*. 2. *diff* 9. Rodoriquez, *part*. 2. *sum. cap*. 95. *conclus*. 2. & 4. Sayrus, *in Cla. reg. lib*. 6. *cap*. 9 *num*. 23. Rosella, *v. Religio*, 3. *num*. 4 Armilla, *v votum num*. 18. Angelus, *v. votum* 3. *num*. 11. Siluester, *v. Religio* 2. *quæst* 17. Azorius, *par*. 1 *lib*. 11. *cap*. 22. *quæst* 2. Suarez, *lib*. 4. *de voto, cap*. 7. *num* 15. Sanchez, *lib*. 4. *sum cap*. 16. *num*. 311. Bonacina, *de præcep disp*. 4. *quæst*. 2. *punt*. 5. §. 6. *num*. 17. Filliucius, *tractat*. 26. *cap*. 3. *num*. 95. Molfesius, *to*. 1 *sum. tract*. 21. *cap*. 14 *num*. 83. Layman, *in Theolog. moral. lib*. 4. *tract*. 4. *cap*. 6. *num*. 14. & alij.

An qui post votum Religionis inijt matrimonium, teneatur ab eius vsu abstinere? Dub. 9.

51 ANtonius Cucus, *lib*. 5. *instit. moral. tit*. 32. *num*. 18. & Alexandr. *in suo Enchirid. part*. 2. *præcep* 6. §. *si. post votum continentia*. dicunt: Hunc teneri, ad castitatem seruandam, & ideò non posse petere debitum. Quorum ratio est: quia, cum ad essentiam Religionis, sit castitas; eo ipso, quod quis voto se ad Religionē adstringit, obligat se ad castitatem: vt vouens ieiunium, tenetur subindè ad vnicam commestionem, quæ de eius natura est: id enim, quod essentialiter sub obiecto voti clauditur, est materia voti, ad quam subinde obligat. Confirmatur: quia obligatus ad aliquid, tenetur consequenter ad id, quod indè sequitur.

52 Communiter dicunt: Quamuis, votum Religionis impedit matrimonium contrahendum, tamen, factum post votum valet. Vnde peccat mortaliter ineundo matrimonium: & deindè peccat etiam mortaliter consummando, siuè petendo, siuè reddendo: At post primam cōsummationem, potest petere, & reddere debitum, etiam si vouerit perseuerātiam in Religione: Et hoc siuè vnus, siuè vterque contrahentium habeat votū Religionis. Ratio, cur peccat contrahēdo, est: quia constituit se in statu incompossibili adimpletioni voti: & contracto matrimonio, sed non dum consummato, tenetur ad Religionem ingredi: quia voti adimpletio, est ei adhuc licita, & possibilis. Ratio, cur peccat consummando matrimonium, est: quia apponit impedimentum, executioni voti: & constituit se in eo statu, vt implere nequeat. Ratio, cur potest petere, & reddere debitum post consummatum matrimoniū, est: quia vouens statum, non se obligat ad illius leges, donec illum reipsa assumat: cum in suo voto minimè obligationem aliquā ad illius leges exprimat. Vnde, vouens, Ordines sacros assumpturus, non tenetur, donec assumat, recitare officium diuinum, nec ad castitatē ex vi voti in illis emittendi: nam, si tunc fornicetur, simplex erit fornicatio: ergo, qui vouit Religionem, non tenetur ad castitatem, sicut nec ad paupertatē, & obedientiam, donec profiteatur: & cum, iam consumato matrimonio, nequeat votum Religionis implere, transeundo ad ipsam, nihil erit quod debiti traditionem, & impeditionem impediat. Ita Aragonius, 2.2 *quæst*. 88. *artic*. 3. §. *bis tamen non obstantibus*. Bartholomeus Ledesma, *de matrim. dub*. 32. *in fine* Petrus Ledesma, *de matrim. quæst*. 55. *artic*. 1. *in dub quod mouet post*. 2 *dub principale corol* 2 *quod infert ex* 2. *conclus*. Rodoriquez, *part*. 2. *sum*. 2. *edit cap*. 241. *num*. 2. Philiarcus, *de offic sacerd to*. 1. *part*. 2. *lib*. 3 *cap*. 19. *in fine*. Corduba, *sum quæst*. 136. *pun*. 2. Nauarrus, *cap* 12. *sum nu* 80. Angelus, *v. matrimonium* 3. *impedim*. 5. *nu*. 2. Armilla, *v dub. num*. 14 Sotus, *in* 4. *dist*. 34. *quæst*. 2. *artic*. 1. *post*. 2. *conclus. versic. aliud vero*. vbi Ouandus, *quæst. unica propos*. 4. Pedrazza, *sum. præcep*. 6. §. 8. Henriquez, *lib* 12. *de matrim. cap*. 2. *num*. 3. & 9. Ludouicus Lopez, *part*. 2. *cap*. 46. *de matrim. circa* 2. *impedimentum voti simpli*. Viualdus, *in candel sacram. part*. 1. *de matrim. nu*. 139. Vega, *to*. 2 *sum. cap*. 129. *cas*. 118. *pun*. 3. Sanchez, *lib* 9. *de matrim. disp*. 33. *num*. 14. & 15. & *lib*. 4 *sum. cap*. 17 *num*. 117. Emanuel Sâ, *v. debitum coniugale versic. contrahens matrimonium*. Graffius, *par*. 1. *decis. lib*. 2 *cap*. 24. *num*. 20 & 21. Reginaldus, *lib*. 13. *num*. 184. Molfesius, *to*. 1. *sum. tract*. 4. *cap*. 11. *num*. 14. & *tract*. 11. *cap*. 14. *num*. 84. Bonacina, *de præcep. disp*. 4. *quæst*. 2. *pun*. 5. §. 5. *num*. 5. Sayrus, *in Clau. reg. lib*. 16. *cap*. 7. *num*. 7. Azorius, *part*. 1. *lib*. 11. *cap*. 2. *quæst*. 2. Coninch. *disp*. 24. *num*. 32. & alij.

Dubi-

Dubitatur: An adstrictus voto Religionis, mortuo altero coniuge, teneatur illam ingredi?

53 ABulens, *in cap. 27. in Leu. quæst. 6.* ait: Consummato matrimonio, extingui obligationem huius voti: & proinde eo, morte alterius, soluto, posse vouentem transire ad alias nuptias. Cuius ratio est: quia, sicut sponsalia priora extinguntur, subsequuto alio matrimonio, tamquam fortiori vinculo: ita votum Religionis: sed non placet.

54 Communiter enim dicunt Doctores, quod defuncto altero Coniuge, tenetur is, qui Religionem vouerat, illam ingredi: nec sine nouo peccato poterit iterũ contrahere matrimonium. Ratio est: quia, quamuis ad fuit impedimentum, propter matrimonium subsequutum: tamen post mortem Coniugis, potest implere votum: ergo, &c. Vnde obligatio illius voti fuit suspensa; non autem cessauit. Ita Sotus, *in 4. dist. 38 quæst. 2. artic. 1. in fine corporis.* Margarita Confessorum, *pracep. 6. fol. 89.* Rodoriquez *part. 1. sum. in 2. edit. cap. 241. nu. 3.* Graffius, *part. 1. decis. lib. 2. cap. 24. numer. 21.* Bartholomeus Ledesma, *dub. 32. de matrimon.* Sanchez, *lib. 9. de matrim. disp. 33. à num. 13. & lib. 4. sum. cap. 16. num. 117. & cap. 21. per totum.* Antonius Cucus, *lib. 5. institut. mororat. tit. 12. num. 18.* Molfesius, *to. 1. sum. tract. 11. cap. 14. num. 15.* Sayrus, *in Clau. reg. lib. 6. cap. 7. num. 7.* Bonacina, *de pracep. disp. 4. quæst. 2. pun. 5. §. 5. num. 5. circa finem,* & alij.

An votum simplex Religionis, emissum absque licentia alterius Coniugis, validum sit? Dub. 10.

55 REspondetur Primò: Si votum Religionis emittatur, ante consummationem matrimonij, valet, & obligat, ad non consummandum matrimonium; sed ad ingressum Religionis, & consequenter, ad abstinendum à prima copula, tam reddendo, quam petendo debitum. Ratio est: quia illud votum, est validum, & non habet impedimentum; & ideò addi potest particula *absolutè*: quia, tunc non est necessarium expectare consensum alterius coniugis, quia, intra tempus, à iure præscriptum, idest, intra bimestre, vterque coniugum habet ius ingrediẽdi Religionẽ, antequam matrimonium consummet, non expectato alterius consensu: sed illud votũ obligat ad ingressum materialiter possibilem, & licitum: ergo &c. Tum quia, licet hoc votum per se non obliget ad castitatem: obligat tamen, ad non contrahendum, vel non consummandum vinculum, impediens obseruationem talis voti: consummando autem matrimonium, redditur persona impotens ad implendum votum: ergo agit contra talis voti obligationem: Vnde, non solum non potest petere, sed neque reddere prima vice. Ita Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 16. nu. 119. & lib. 9. de matr. disp. 35. nu. 10* Lesius, *lib. 2. cap. 41. dub. 5. num. 41.* Suarez, *to. 2. de relig. lib. 4. de voto cap. 5. nu. 5.* Bonacina, *de pracep. disp. 4. quæst. 2. pun. 5. §. 6. num. 8. & quæst. 3. de matrim. pu. 3.* Sayrus, *in clau. reg. lib 6. cap. 5. num. 12.* Henriquez, *lib. 2. de matr. cap. 5. num 8* & alij.

56 Secundò: Si votum emissum sit post consummatum matrimonium, cum intentione, pro tunc, se obligandi, erit irritum: quia votum non est vinculum iniquitatis. Tum quia, *in cap. quidem de conuers. coniug.* habetur: Coniugatum, in vita vxoris professum, non teneri, ea mortua, ad Religionem redire: quia id Religionis votum non tenuit. Ita Sanchez, *locis citatis.* Bonacina, *d. nu. 8. vers. respondeo secundo.* Henriquez, *lib. 1. de matrim. cap. 17.* Sayrus, *in clau. reg. d. nu. 12.* & alij.

57 Tertiò: Si votum emittatur pro tempore soluti matrimonij, validum erit. Ratio est: quia hoc votum obligat, quãtum licitè, & sanctè potest: ad hoc autem obligare potest, quia ille actus optimus est, & nullum per se habet iuridicum impedimentum: ergo, &c. Ita Suarez, *to. 3. de relig. lib. 4. de voto cap. 5. num. 2.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 16. num 119. & lib. 9. de matrimon. disp. 35. num. 12.* Bonacina, *de pracept. disput. 4. quæst. 2. pun. 5. §. 6. num. 8. vers. sic. respondeo secundo,* & alij.

(∴)

An Coniuges, qui communi consensu votum Religionis emiserunt post contractum matrimonium, peccent mortaliter prima vice consummando?
Dub. 11.

58 PRima opinio ait: Quando ambo Coniuges communi consensu, post matrimonium initum, emiserunt Religionis votum, quamuis illud cum peccato (mox dicendo) post votum cõsumment, possunt tandem, matrimonio consummato, votum implere, ex communi placito ad Religionem transeundo, sicut antea: nam per consummationem non facti fuerunt inhabiles ad Religionis ingressum. Ita Taxeda, *to. 2. lib. 4. tract. 1. controu. 12. num. 109.*

59 Secunda opinio sic distinguit: Si vnusquisque vouet Religionis ingressum, non peccant, matrimonium consummando; quia nemo obligatus fuit, Religionem ingredi, nisi altero ingrediente. Quod si vterque nolit ingredi, vterque liber est ab obligatione: si quidem deficit conditio, ad voti obligationem necessaria. At si vnusquisque voueat Religionem, non quidem dependenter ab alterius ingressu in Religionem: sed dependenter ab eius voto, eo quod promiserit Religionem ingredi, si alius similem præstiterit promissionem: promissione ab vtroque facta, quilibet tenetur, Religionem ingredi, esto alius nõ ingrediatur: quia opposita fuit conditio ab obligatione voti requisita. Quo casu manifestum est, vtrumque mortaliter peccare, matrimonium consummando, cum exponatur euidenti periculo, votum non exequendi: vel quia alter nolens Religionem intrare, compartem cogit ad secum cohabitandum: vel quia, ex copula habita, redduntur impotentes ad ingressum, si forte filius concipiatur. Ita Coninchius, *de sacram. disp. 34. dub. 7. num. 87.* & Diana, *part. 9. tract. 7. resol. 2.*

60 Si verò post consummatum matrimonium, Religionem ex mutuo consensu voueant, nemo tenetur, Religionem ingredi, alio non ingrediente; nisi forte vxor senex sit, & de incontinentiæ periculo minimè suspecta. Quo casu solum peccat ille, per quem stat, quò minus votum impleatur, alius nempè impotẽtia excusatur. At si nolens ingredi, moriatur, vel occasionem diuortij dederit, alter obligatur ingredi, si Religioni aptus sit. Quamdiu vero non ingrediuntur, copulæ vacare possunt; nisi periculum sit concipiendi, ob quam causam impediantur à Religionis ingressu. Ita Coninchius, *disp. 34. dub. 7. num. 63.* Diana, *part. 9. tract. 7. resolut. 2.* & consentit Basilius, *lib. 10. cap. 5. num. 20.*

An qui professionem emiserit in Religione, teneatur ad alia vota, facta ante professionem?
Dub. 12.

61 AFfirmatiuè respondet prima opinio de votis Personalibus; negat vero de Realibus: quam obligationem, ait, transferre in monasterium, in bona illius professi succedens: quod si ipsum non succedat, in quemcumque alium successorem. Ita Paludanus, *in 4. dist. 36. quæst. 4. artic. 1. num. 14. concl. 5. & artic. 2. num. 33. conclus. 3.* D. Antoninus, *2. part. tract. 11. cap. 2. §. 8. notab. 1.* Tabiena, *v. votum 4. in fine.* Naldus, *v. votum num. 50.* vbi dicit: Votum solemne Religionis non commutetur in votum, dandi aliquid terræ Sanctæ. Et ita Siluester, *v. votum 4. quæst. 7. dict. 3.* & Angelus, *v. votum 4. num. 2.* & videtur fauere D. Thom. *2. 2. quæst. 88. artic. 12. ad 1.*

62 Secunda opinio ait: Omnia vota Personalia, Realia, & Mista, tam in sæculo, quam in nouitiatu emissa, extingui per solemnem professionem Religionis. Vndè non solum votum peregrinationis Terræ Sanctæ commutatur in professionis votum, *quò ad peregrinationem:* sed etiam (contra Naldum *loco citato*) quò ad id, quod profitens vouit dare in subsidium dictæ terræ sanctæ. Cuius ratio est: quia tale votum, licet quò ad expensas, sit votum reale, per professionem vniuersa vota realia commutantur, vt dicunt communiter Doctores: ergo, &c. Nec valet dicere, quod illud votum sit Summo Pontifice reseruatum: nam similiter est reseruatum votum peregrinationis Hierosolymitanæ: & tamen cõmutatur, & extinguitur in professione: vt patet *ex cap. scriptura de voto,* & obseruant communiter Doctores: ergo, &c. Ita D. Thomas, *2. 2. quæst. 88. artic. 12. ad 1. & quæst. 186. ad 1.* Caietanus, *2. 2. quæst. vltim. ad 3. & clarius in 2. 2. quæst. 88. art. 12. ad 1. & q. 4. ad 2. & in solut. ad 1.*

Glossa,

Glossa, *in cap.monach.v.voverit,20.quæst.4.* Abbas, *cap.penult.el.2.num.1 de iure iurando.* vbi Alexand.de Neuo, *num.4.* Abulens, *in 30.num.quæst.74.* Paludan. *in 4 dist.38 quæst 4.artic.1.num.15.concl.6.* D.Antoninus, *2.part. tit.11. cap.2. §.8. notab.2.* Felinus, *cap.penult.num.2. versic. posset autem, & cap cum deputati num.4.de iudicijs.* Siluester, *v.votum 4.quæst.7.dict 3.* Tabiena, *v votum 4. quæst vlti.* Armilla, *ibi num.18.* Sotus, *lib.7.de iust. quæst.4.artic.3.ad 1.* Alcozer, *in sum.cap.16.conclus.4 in fine.* Azorius, *part.1.lib.11.cap.17 in fine,* Sanchez, *lib.5.sum.cap.5.num.36.* Suarez, *to.3.de relig.lib.6. de voto cap.14.à num.3.* Emanuel Rodoriquez, *part.1.sum.cap.8. conclus.11. num.12.* Hieronymus Rodoriquez, *in comp. qq.regul. resolut 140.num.6.* Aragonius, *2.2.quæst 88 artic.12.circa solutionem ad 1.* Couarruu. *de pactis part.1.§.3.num.4. versic.sexto.* Diana, *part.3. tract.6. resol. 65.* Miranda, *in manual prælat.tom.5.q.25 artic 7* Gesualdus, *part.1.theolog.moral.tract.26.cap.2.num.16* & alii.

Dubitatur Primò: An commutentur eò ipso ea vota, in sæculo facta, absque alia commutandi intentione?

63 Prima opinio ait: Requiri intentio commutandi: quia hæc commutatio nullo iure facta sit: nam *in cap.scripturæ de voto*, non dicitur: Commutari ipso iure de voto in professionem; sed commutantem non teneri ad priora vota: at commutatio fieri nequit, absque intentione commutandi. Sufficit verò habitualem intentionem commutandi dicunt Hostiens, *sum. tit. de voto §. quis vouere possit num.7 versic. quid si votum emiserat.* Rosella, *v. votum. 2.num.15.* Riccardus, *in 4.dist.38.artic.8. quæst.2.* Angelus, *v. votum 4. num.2.* & videtur amplecti Suarez, *to.3. de relig. lib.1.cap.14 num.14.*

64 Secunda opinio ait: Vota in sæculo facta, remanere commutata per professionem, absque alia commutandi intentione. Ita D. Thomas, *2.2.q.88.artic.12. dist.38.ad1.* & Clar. *in 4 dist.34.q.1.ar.1.q.4.ad 2.& in solut.ad 1.* Felinus, *in cap.peruenit.num.2.versic.posset autem, & cap. cum deputati num.4.de iudic.* Caietanus, *2.2.quæst.88.artic.2.circa solut.ad 1.& q. vltim. artic.3. circa solut.ad 3.* Sanchez, *lib.5.sum.cap.5.num.38.* Paludanus, *in 4. dist.38.quæst.4.artic.1,num 15.* D.Antoninus, *2 part.tit.11.cap.2 §.8.notab.2.* Hieronymus Rodoriquez, *in comped. qq regul.resolut.140. num.6. versic.sententia nostri circa finem.* & alij, qui dicunt, hanc opinionem procedere, tam ex iure Ecclesiastico, quam diuino, & naturali, & de iure Ecclesiastico docent Sotus, *lib.7. de iustit.quæst 4 artic.3 in solut ad 1.* Caietanus, *2.2.quæst.vultim.artic.8. in fine,* vbi probat, *in cap penult de regul.in 6.* & Azorius, *part.1.lib.11.cap.17 in fine.*

65 Immò, quando Professus transit ad aliam Religionem, si in ea denuò profitetur, commutantur ea vota, facta ante posteriorem, absque alia commutandi intentione: quia in hoc euentu est noua traditio, nouaque professio: & sic in illa eminenter includuntur opera particularia, per propria illa vota simplicia debita: & hæc sunt noua vota solemnia: ergo per illa cẽsetur, derogatum votum prioribus simplicibus. Tum quia, si ille transeat ad strictiorem Religionem, iam noua professione arctioris vitæ astringitur Deo, & nouo vinculo eius obsequio in perpetuum mancipatur: etsi opera illa, debita per vota particularia, includentur eminenter in ea noua obligatione. Ita Rodoriquez, *in comp. qq. regul. resolut.140.num.6.versic.sententia nostri in fine.* & Sanchez, *lib.5.sum.cap.5 num.39.* Qui *in d.num.39. in fine.* concludit Tutum remedium esse, petere irritationem illorum votorum.

Dubitatur Secundò: An si profitens haberet expressam intentionem, non commutandi priora vota, siuè in sæculo, siuè in Religione, tempore nouitiatus emissa, liber sit ab obligatione voti post emissum professionem?

66 Hostiens, *in sum. tit. de voto §. quis vouere possit num.7. versic. quid si votum emiserit.* Riccardus, *in 4.dist.38. artic.8.quæst.2.* & Rosella, *v.votum 2.nu.15;* negant: & per consequens, Superior ea commutare, aut dispensare potest.

67 Siluester verò, *in v.votum 4. quæst.7. dist.3.* & Sanchez, *lib.5.sum.cap.5.num.41.* sic distinguunt: Si habuit eam intentionem ante ipsum professionis instantem, manet ipso iure ab eis absolutus: quia

 Idem

idem est, si tunc votum aliquod emisisset; cum enim postea ipso instanti professionis non habeat eam intentionem, manent ipso iure extincta vota: si enim in ipso instāti, vel post, non manet absolutus, & poterit ea irritare, aut in eis dispensare.

Et tunc intelligenda est (ait Sanchez) quando ea voluntas fuit denuò se eis votis astringi. Si enim sola esset voluntas non cōmutandi, aut non extinguendi professionem, manerent ipso iure commutata, & ipse liber: quia hæc cōmutatio non est ex voluntate ipsius profitentis, sed ex iure ipso Ecclesiastico, & naturali, vt probauimus, in num. 64. Et ita esset, si sola voluntas non satisfaciendi illa professione obligationi priorum votorum: quia hæc satisfactio non est ex ipsius voluntate, sed ex ipsa rei natura pendet.

68 Notandum est etiam, quod omnia supradicta procedere etiam in iuramentis, siuè personalibus, siuè realibus, soli Deo emissis: quia votis æquiparantur, & per ea ius tertij non acquiritur. Secùs dicendum est, si iuramentum esset homini præstitum, & ab eo acceptatum: quia, ratione iuris tertij acquisiti, in meliùs, commutari non potest; ac proindè, neque in Religionis professionem. Ita Sanchez, *to 1. sum. lib. 2 cap. 11 num. 3. & to. 2. lib. 5. cap. 5. num. 44.* & Diana, *par 3. trac. 6. resolut. 65.*

An qui vouit castitatem, & Religionem simul, postea dubitat, an vouerit castitatem, quasi sub conditione, si in Religione recipiatur, an verò absolute vouerit castitatem, & adiunxerit Religionem, vt facilliùs castitatem obseruauerit, ad quid tenetur? Dub. 13.

69 NAuarrus, *in lib. 3. consil. de voto, in 1. edit. cons. 4. in fine, & secunda cōsil. 13.* existimat obligari hoc votum ad id, quod tutiùs est, & ita ad castitatem, siuè ad Religionem admittatur, siuè nō: quia interpretatio voti fieri debet in sensu maximè pleno, & maximè obligatorio, vt colligitur ex *cap. cum dilecti de donatione.*

70 Sanchez verò, *in to. 1. sum. lib. 2. cap. 41. num. 33.* Bonacina, *de contract. disp. 2. q. 2. pun. 2. §. incidens num. 5.* Suarez, *to. 2. de relig. lib. 4. de voto cap. 8. num. 6.* Merolla, *to. 2. disp. 3. cap. 3. num. 121.* & alij dicunt: In hoc casu fauenda est libertas; ita vt, teneatur vouens ad id, quod minus tutum est; ac proindè si in Religionem non recipiatur, non teneri ad castitatem, ratione illius voti. Quorum ratio est: quia vbi tractatur de obligatione inducenda, est facienda interpretatio stricta, *cap. 1. de iur. iurand. lib. 6. & l. quidquid ad astringendū ff. de verb. signific.* Qua ratione ductus Panormitanus, *in cap. cum clerici, in fine, de verb. signific.* ait: Iuramētum, generaliter præstitum, restringendum esse, quantum fieri potest, vt minus obliget iuramentum. Confirmatur: quia argumentum de toto ad partem, validum est, vt benè probat Euarandus, *in suis topicis loco de toto ad partem num. 2:* Sed quando voluntas in dubio est de tota voti obligatione; quia, scilicèt, dubitat, An votum emiserit, ad nihil tenetur, vt dicunt Doctores, *in lib. 1. tract. 4. cap. 3. dub. 19. num. 108.* ergo, quando dubitat de parte obligationis, ad illam non tenetur.

An qui vouit, ingredi Religionem, si per annum in fornicationem non inciderit, si in dicto anno culpa sua fornicetur, teneatur ad votum? Dub. 14.

71 AFfirmatiuè respondet prima opinio quia in dicto vouendi modo, tacitè quis promisisse censetur, quod saltem aliquem declinandi peccati conatum adhiberet; vel saltem dolo non vti. Ita Azorius, *par. 1. lib. 11. cap. 20. quæst. vltim.* Angelus, *v. votum 1. §. 10.* Nauarrus, *in manual. cap. 12. num. 42.* Riccius, *in 4 dist. 38. artic. 2.* Naldus, *v. votum nu. 33.* Sanchez, *to. 1. sum lib. 4. cap. 23 nu. 47 & 49.* & probabilem vocat Diana, *loco citando.*

72 Secunda opinio ait: Licèt peccauit contra votum, non tamen tenetur ingredi Religionem: quia conditio non fuit impleta, nec impleri potest, nec ex peccato orta est obligatio, quam votum ipsum per se non induxit: nec sequitur, tale votum esse frustra: nam satis est, quod obliget tum ad gratitudinem, si beneficium illud vouenti conferatur, tū ad procedendum sinè fraude, & dolo; & consequenter ad peccandum, si aliter vouens se gerat, etiam si recompensationem non obliget. Ita Suarez, *to. 2. de relig. lib. 4. de voto cap. 17. num. 11.* Bonacina, *in nouissima edit. in 2. præcep. decalog.*

log disp. 4. quæst. 2. pun. 2. & Diana, *part. 4. tract. 4. resolut.* 101.

DE VOTO CASTITATIS.

Cap. 7.

An astrictus voto Castitatis, teneatur abstinere à matrimonio? Dub. 1.

An astrictus voto Castitatis possit petere, & reddere debitum? Dub. 2.

An votum non nubendi, obliget ad non ineundum matrimonium? Dub. 3.

An votum Castitatis post matrimonium, ab altero coniuge sinè alterius licentia emissum, sit validum, & ad quid obliget? Dub. 4.

An si vnus coniux consenserit, vt alter voueat omnimodam Castitatem, quò ad non petendum, & non reddendum, possit nè vouens reddere debitum alteri petenti, possitque is vouens alteri remittere licentiam, & concedere, vt petat? Dub. 5.

An votum Castitatis, de licentia alterius coniugis emissum, sit validum? Dub. 6.

An votum assumēdi Ordines sacros, obliget ad non consummandum matrimonium, postea initum? Dub. 8.

An votum Castitatis, mutuo consensu emissum, sit validum? Dub. 7.

An quæ post votum Virginitatis, virginitatem amisit, frangendo votum, teneatur nihilominus postea non nubere? Dub. 9.

An astrictus voto Castitatis, teneatur abstinere à matrimonio? Dub. 1.

1 Affirmatiuè respondetur. Ratio est: quia per contractum matrimonij contrahitur obligatio ad copulam: castitas verò importat obligationem, abstinendi ab omni copula. Ita communiter Doctores.

2 Ex quo sequitur; quod votum simplex castitatis impedit matrimonium contrahendum: si tamen contrahitur, non irritatur: sed vouens peccat mortaliter, licet hoc faciat animo ingrediēdæ Religionis ante consummationem matrimonij; & hoc, siue vnus, siue vterque contrahentium habeat votum perpetuæ castitatis: vt communiter docent licet Scotus, *in 4. dist. 38. quæst. vnica prope finem.* Calderinus, *in cap. rursus qui clerici. vel mona.* & alij dicant, Non peccaret vouens, contrahens matrimonium, animo ingrediēdæ Religionis, antequam consumet matrimonium. Quam sententiam probabilem vocat Diana, *part. 3. tract. 3. resolut.* 281. sed puto contrarium, quia se ponit in euidenti periculo, non obseruandi votum.

Et non solum peccat mortaliter contrahendo, sed etiam consummando matrimonium: & mortuo coniuge, tenetur vouens seruare votum: nec sine nouo peccato potest iterum contrahere matrimonium. Ita Nicolaus de Nissa, *super 4. sent. tract. 6 part. 3.* Palatios, *in 4. disp. 2. fol. 221. col. 1. & disp. 38. ad 1 fol.* 828 Nicolaus de Corbellis, *in 4. quæst. 1. §. 13.* Sanchez, *lib. 7. de matrim. disp. 11. nu. 1. & lib. 9 de matrim. disp. 33. a num. 1. & lib. 4. sum. cap. 11. num.* 8. Reginald. *lib. 31. num. 123. versic. rerum hoc & cap. 24. nu.* 189. Coninch. *disp. 30 nu. 28. & seq.* Bonacina, *de præcep. disp. 4. quæst. 2. pun. 5. §. 5. num.* 1. Layman, *in theolog. moral. lib. 4. tract. 5. cap. 8. num. 2.* & alij communiter.

3 Vndè votum castitatis licet impediat matrimonium licitè iniri, non tamen dirimit initum, vt habetur, *in cap. consuluit, & cap. rursus qui clerici, vel monaci, & cap. vnico de voto in 6.* Et ratio est: quia votum simplex non corporis, sed solam promissionem importat: atque adeò verum dominium manet apud vouentem: ea est autem natura promissionis, vt impediat licitam translationem dominij rei promissæ in alterum, vt pote, quæ est aduersus fidem præstitā: non tamen illam irritam reddit, quippè quæ facta est à vero Domino. Et quāuis Ecclesia potuerit sua constitutione irritare matrimonia, post simplex castitatis votum contracta, sicut potest alia impedimenta dirimentia statuere; at consuetissimè id non fecit, sed valida esse declarauit. Ita Doctores supra citati, & communiter.

4 Votum verò castitatis, vel non nubendi, factum à procliui in venerem non valet, ait Homobonus, *in consult. moral. vol. 1. part. 2. resp.* 28. quia factum est ab eo, cui ob inconueniētiam, & carnis peccatum lapsum matrimonium salubrius est. Quam sententiam non admittit Diana, *in part. 4. tract. 4. resol.* 211. qui putat debere illum petere dispensationem ab Episcopo, quam concedere potest: quia hoc votum alternatiuum est, scilicet, vel castitatis seruandæ, vel

non nubendi, super quod Episcopus dispensare potest.

An astrictus voto castitatis, possit petere, & reddere debitum? Dub.2.

5 QVod spectat ad petitionem debiti, prima opinio affirmat. Coniugem voto castitatis astritum, vbi semel matrimonium consummauit, iam deinceps potest debitum petere. Cuius ratio est: quia semel matrimonio consummato, non potest iam continentiam promissam seruare. Tum quia, votum minimè vltra intentionem vouentis obligat: quę proculdubio ea videtur esse, vt solum extra matrimonium, ea tacitas, obseruāda sit. Confirmatur: quia ea ratione qui promisit Religionem, quamuis culpa sua non ingrediatur, minime teneatur extra illam seruare duo vota, quæ potest, & in Religione clauduntur, nimirum, paupertatis, & castitatis: quia vouentis intentio præsumitur esse, solum in Religione obseruet. Ita Glossa, *cap.fin.27.quæst.1.paulo post principium in priori resolut.* Calderinus, *cap.rursus, in fine, qui clerici.* vbi Anchar. *num.6. & cap.unico num.3. quæst.1.de voto.* vbi Farinac. *num.6.* Veracruz, *part.1.specul. artic.15.conclus.2.*

6 Secunda opinio, quæ est vera, ait: Hunc peccare mortaliter, quotiescumque debitum petit; siuè ante consummatum matrimonium, siuè post consummatum matrimonium. Cuius ratio est: quia votum castitatis includit obligationem præcepti negatiui: per illud enim vouens astringitur, ab astinendum ab omni actu venereo: ergo obligat sēper, & ad semper: ac proindè, licet inito iam matrimonio, teneatur vouens reddere, ratione vinculi fortioris: at non poterit petere, cum id liberum sibi sit, nec ad id lex matrimonij constringit. Confirmatur: quia matrimonium non absoluit ab obligatione præcedentis voti, nisi quatenùs matrimonium cogit contrauenire, vt probat textus, *cap. quando de iure iurando,* vbi dicitur: Iuramentum obseruandum esse, in quantum potest: ius autem matrimonij solum impellit ad reddendum. Ita Scotus, *in 4.dist.38 quæst.vnica ad finem versic. consimiliter si de peccato.* vbi D.Thomas, *quæst.1.artic.3.quæst.3.& 4.* D.Bonauentura, *artic.2.quæst.1.in fine, & dist.32.in principio, & in exposit.* Albertus Magnus, *dist.38.artic.15.* Riccardus, *art.2.quæst.1.ad 2.* Paludanus, *quæst.3.arti.5.conclus.4.num.36.* Durandus, *dist.15.quæst.11.in solut.ad 3.num.12.* Maior, *dist.32.quæst.2.arg.2. contra 2.conclus.vers. sed an possit.* Gabriel, *dist.38.quæst.1.art.4 post.2.conclus.versicul. dicendum quod votum.* Guliel. Rubior. *quæst.1. artic.1. conclus.3.* Nicolaus de Albertis, *quæst.§.13.* Adrianus, *quæst.14 de matrim.vers. 3.contingit.* Victoria, *sum.de matrim.nu.293.* Celaia, *in 4. quæst.32. quæstiunc.2. versic.vel pro huius quæstione intelligenda.* vbi Palatios, *disp.2.fol 721.colum.1.& dist.38.disp.1 fol.828.* Pedrazza, *sum.pręcep §.9.* Margarita, *confess.pręcep.6.fol.89. colum.1.* Angles, *in floribus part. 1. de matrim.quæst.11 de impedim ordin.artic.3.diff.2.& pa.2.quæst de voto artic.7.post. 9.difficult dub 2.* Henriquez, *lib. 11. de matrim cap.15.num.8 & lib.12.cap.2.nu.2.& 8.in fine, & 9* Toletus, *lib.4.sum.cap.18* Rodoriquez, *part.1 sum in 2.edit.cap.241.num.3.& cap.242.num.3.& cap.243. num.13.& in Bulla cruciat.§.9.num.119.* Aragonius, *2.2 quæst.88 artic.3.§.bis tamen nō obstantibus sit conclusio, in coroll. 2.* Philiarcus, *de offic.sacerd.to.1.part.2. lib.2.cap.4.ad finem.* Graffius, *par.1.decis. lib.2.cap.24.num.25.& cap.72.num.5.& cap.83.num.12.* Viualdus, *in candelab.sacram.part.1 de matrim.num.138.* Petrus de Soto, *lect.14.de matrim.ad finem, & lect.16.§ vltim.* Sotus, *in 4.dist.38.quæst. 2.artic.1.conclus.3.* vbi Ouandus, *quæst. 1.propos.5.* Ledesma, *2.part.4.quæst.55. artic.1.* Corduba, *in sum. quęst.136.pun.2.* Medina, *lib.1.sum.cap.16.§.13.in fine.* Salonius, *2.2.quæst.62.artic.8.controuer 2.conclus 1.* Bartholomeus Ledesma, *de matrim.dub.32 § sed iam quod matrimonium.* Valentia, *2.2.disp.6.de voto pun.4. notab.2.* Emanuel Sà, *v. debitum coniugale versic. contrahens matrimonium.* Lopez, *part.1.cap.50.§.qui post votum simplex, & cap.82.§. penitentia vxor, & cap.83.§. Inter peccata, & part.2.de matrim. cap.46. circa impedimentum voti simplicis.* Sanchez, *lib.4.sum.cap.21.num. 86.& lib.9.de matrim.disp.33.num.5.* Nauarr. *cap.16.sum.num.30.& cap.22.nu. 73.* Couarruu. *4.decret.part.2.cap.3.§.8. num.6.* Perez, *lib.5.ordin.tit.1.lib.1.§.dubitatur vlterius.* Gutierez, *quæst.vnica, lib.1.cap.21.nu.17.* Gomez, *in bull.cruc. clausul.10.num.65.* Armilla, *v.matrim. nu.55.*

num 55 & *v. debitum num.* 13. Rosella, *v. impedimentum imped.* 4. *num.* 7. Siluest. *v. debitum quæst* 9 & *v matrimonium* 7. *quæst.* 5. *dict.* 4 Tabiena, *v matrimonium* 2. §. 3. & *v. impedimentum imped.* 2. *quæst.* 3 & *vltim.* Molfesius, *tom.* 1. *sum. tract* 4. *cap.* 13. *num.* 94 Reginaldus, *lib.* 13 *num.* 350. Coninchius *disp* 34. *num* 33. Bonacina, *de præcep. disp.* 4 *quæst* 2. *punt.* 5 §. 5. *num.* 3. Gesualdus, *part.* 1 *Theolog. moral. tract.* 34. *cap.* 8. *num.* 10. & alij

7 Quo verò spectat ad reditionem debiti, clarum est apud omnes, quod semel iam consummato matrimonio, tenetur Coniux, voto astrictus, debitum reddere: quia, non obstante voto, transtulit verum dominium corporis in alterum coniugem: maior est autem obligatio matrimonij, per quam fit hæc actualis corporum traditio, quam voti simplicis, quod meram promissionem importat. Ita supra citati Doctores.

Dubitatur: An prima reditio debiti, qua consummatur, sit peccatum mortale?

8 Affirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia, dum non adest implendi facultas, quia alter Coniux non vult cedere iuri petendi, vt ambo in sæculo castè viuant, tenetur ingredi Religionem, quo votum illud obseruet. Tum quia, ante consummationem potest votum illud castitatis implere, ingrediendo Religionem: quam potestatem sibi adimit, consummando: ergo peccat. Tum quia, votum castitatis, in ordine ad matrimonium, est fortius Religionis voto: cum illud debiti petitione semper priuet, hoc autem minimè: Si ergo Religionis voto astrictus, peccat prima vice reddens; à fortiori, ligatus castitatis voto? Tum quia, apertè videns, se non posse votum castitatis, quod emisit, absque summo periculo in sæculo obseruare, tenetur ingredi Religionem: id autem contingit in præsenti. Et confirmatur: quia ex opposito sequeretur, posse quempiam culpæ immunem, post castitatis votum inire matrimonium, illudque consummare? Vt, si ad vitandam grauem incontinentiam, illud iniret, animo ingrediendi Religionem. Ita Scotus, *in* 4 *dist.* 38 *quæst. vnica, ad finem vers. consimiliter si de priuato.* vbi D. Thom. *quæst.* 1. *artic.* 3. *quæst.* 3. *ad* 3. Riccardus, *artic.* 7 *quæst.* 1. *ad* 2. Paludanus, *quæst.* 5 *artic.* 5. *conclus.* 4. *in fine*, & *conclus* 5. à *num.* 36. vsque ad 40. Durandus, 4. *dist.* 15. *quæst.* 11. *in solut. ad* 3. *num.* 12. Maior. *in* 4 *dist.* 32. *quæst.* 2. *arg.* 2. *contra* 2 *concl.* D. Antoninus, 3. *part. tit.* 1. *cap.* 4 *in fine*, & *cap.* 16 §. 1. Palatios, *in* 4. *dist.* 32 *disp.* 2. *fol.* 7: 1. *colum* 1. Adrianus, *in* 4. *quæst.* 1 4. *de matrim. versic. contingit.* Caietanus, *in sum. v. matrimonium cap.* 1. § *scito peccatum esse.* Petrus de Soto, *lect.* 5. *de matr.* §. *vltim.* Angles, *in floribus part.* 1. *de matrimon. quæst.* 11 *de impedim. ordin. artic.* 3. *post.* 1. *difficul. dub.* 2. Graffius, *par.* 1. *decis. lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 25. Toletus, *lib.* 4. *sum. cap.* 18. Azorius, *lib.* 11. *cap.* 21. *quæst.* 2. Petrus Ledesma, *quæst.* 53. *de matrim. artic.* 1. *dub.* 2. *conclus.* 3. Rodoriquez, *part.* 1. *sum. in* 2. *edit. cap.* 243. *num.* 1. Ioa. Andr. *cap. rursus num* 6. *qui clerici, vel monaci.* vbi Hostiens, *num.* 4. Astens. *sum.* 1. *part. lib* 8. *tit.* 16. *artic. vnico quæst.* 4. Rosella, *v impedimentum imped* 4. *num.* 10. Siluester, *v matrimonium* 7 *quæst.* 5. *dict* 7. Tabiena, *v matrimonium* 2. §. 3. & *v. impedimentum* 2. *quæst.* 3. *num.* 4. Nauarrus, *cap.* 42 *sum.* 80. Stunica, *de voto quæst.* 4. *num.* 34. Couarruu. *de pact. part.* 1. §. 6 *num.* 8. & alij.

9 Secunda opinio ait: Hunc non teneri Religionem ingredi, ac proindè non peccare consummando matrimonium, reddendo debitum. Probat ex Extrauag. Ioa. 22. *antiquæ concertationi de voto.* vbi Glossa, *v. retinuerit*, ait: Pontificem expressè supponere, licere illi renuere: quia, aliàs non eius voluntati id relinqueretur, sed potius compelleretur. Si ergo promotus coniux ad Ordinem sacrum post matrimonium ratum, cum possit castitatem in eo promissam obseruare, ingrediens Religionem, ad id non tenetur: vt constat ex illa Extrauaganti: à fortiori, non tenebitur, quod ante matrimonium vouerat castitatem. Confirmatur: quia ille est compellendus reddere debitum per Ecclesiasticam censuram post bimestre, iure concessum, vt ibi deciditur: ergo non peccat, reddens; sed potius negans debitum, peccaret. Tum quia, quando quis obligatur ad aliquam rem, non tenetur adhibere omnia media possibilia simpliciter sed quæ sunt moraliter talia: & id maximè verum est, quando illa obligatio ex spontanea voluntate proficiscitur. Tum quia, quæ liberaliter oblata sunt, benignè sunt exigenda, *cap. ex parte de censib.*

Tum

Tum quia, nemo tenetur, rem inferioris ordinis compensare cum re superioris onerosissima: Vt qui debet pecuniã, quam absque vitæ, aut famæ detrimento restituere nequit, excusatur. At talis est Religio, respectu continentiæ promissæ. Tum quia visus est, eam obligationem sibi sponte imponens, velle se ad sola media, bono modo possibili, obligare. At medium, ingrediendi Religionem, est difficillimum, & longè excedẽs id, quod vouens promiserat: ergo, non tenetur ad illud. Ita Sotus, *in 4. dist. 38 quæst. 1. art 1. pact. 2. conclus. versic. quod autem remedij, & versic aliud verò ex supradictis*, vbi Ouandus, *quæst. vnica propos. 6.* Veracruz, *append. ad artic. 15. part. 1. specul.* Corrad, *sum. quæst. 136. punt. 2.* Ludouicus Lopez, *part. 2. cap. 46. artic. 12. impediment. voti simplicis, & part. 1. cap. 50. & cap 83. §. inter peccata.* Henriquez, *lib. 12. de matrim. cap. 2. num.* 8. Philiarcus, *de offic sacerd. to. 1. part. 2. lib. 3. cap. 19 ad finem.* Emanuel Sà, *v. matrimonium, cap. de impedim. matrim. diriment. vbi de impedimento voti versic. contrahentem post votum.* Vega, *tom. 2 sum. cap. 129. cas. 118 pun. 2.* Sanchez, *lib. 9 de matrim. disp. 34. num 3. & lib. 4 sum. cap. 21. numer.* 12. Præpositus, *cap rursus num. 6. initio qui clerici, vel vouari.* Perez, *lib. 5. ordinat. il. 2. § dubitatur vlterius*, Bonacina, *de præcep. disp. 4. quæst. 2. pun* 5. § 5. *num.* 3. *num.* 4. & alij.

10 Limitatur Primò hæc opinio: modo transactum sit bimestre, post initum matrimonium: quia, intra bimestre non potest, astrictus voto castitatis, consummare, seù reddere debitum; si non dum antea consummauit: nam Coniuges habent ius, non reddendi debitum in primo bimestri, etiam præciso voto: ergo, eo posito, nõ tenebuntur reddere; quia votum importat obligationem abstinendi à qualibet re venerea, nisi obstrictus voto, teneatur alio titulo reddere. Ita Caietanus, *in sum. v. matrimonium cap. vltim. de peccat. in vsu coniug. versic.* 9. Adrianus, *in 4. quæst. 14. de matrimon. versic. 3. contingit.* Paludanus, *in 4. dist. 38. quæst. 1. artic. 6. num. 43.* Siluester, *v. matrimonium 7. quæst. 5. dub. 6. & v. matrimonium 8. quæst. 15. dict. 7.* Sanchez, *lib. 9. de matrim. disp. 6. num. 14. & lib. 4. sum. cap. 21. num. 14.* Bonacina, *de præcep. disp. 4. quæst. 2. pu. 5. § 5. num. 4. versic hoc tamen*, & alij.

11 Limitatur Secundò: modo obstrictus voto, non habeat iustam causam perpetui diuortij: tunc enim non tenetur reddere: quia, ob causam diuortij, habet jus non reddendi: & ratione voti, tenetur non reddere: consequenter, non facit iniuriam alteri coniugi petenti, denegando debitum, vt seruet votum. Ita Lesius, *dub. 13. de voto num.* 106. Sayrus, *in Clau. reg. lib. 6 cap. 7. num. 6.* Veracruz, *in append. ad tit. 15 part. 1.* Sotus, *in 4. dist. quæst. 20. artic. 1.* Sanchez, *lib 9. de matr. disp. 34. num* 3. Bonacina, *de præcep. disp. 4. quæst 2. pun. 5. § 5. nu. 4. versic. secundo.*

Dubitatur: An Coniux peccet mortaliter, reddendo debitum illi, ligato voto castitatis, quando redditio est voluntaria, quoties lex iustitiæ non cogit reddere: vt priori bimestri ante consummatum matrimonium?

12 AFfirmatiuè respõdet prima opinio. Cuius ratio est: *quia, cum non tenetur reddere, videtur cooperari culpæ læthali exigentis*: subindè simili culpa inuoluit: cum ergo in hoc casu Coniux, nulla necessitate coactus, sed sua sponte debitum reddat, cooperabitur, & consentiet peccato exigentis. Ita Adrianus, *in 4. quæst. 14. de matrim. in solut. ad 1. rationem.* Couarruu. *4. decretal part. 2. cap. 3. § 1. num. 6.* Ledesma, *2. part. 4. quæst. 1. §. 1. artic. 1. ad finem.* Palatios, *in 4. dist. 32 disp 1. fol 910. versic. verumtamen coniux, & disp. 2. fol. 722. versic. obijcies.* Stunica, *de voto quæst. 3 num 61.* & alij.

13 Secunda opinio negat. *Cuius ratio* est: quia hoc *non est cooperari delicto* alterius, quarè non est cur crimen sit. Tum quia, si dubius de valore matrimonij petat à non dubitante, potest hic nõ reddere: quia ille *ius non habet* petendi: potest etiam reddere: nam cum sit in possessione pacifica, potest vti plenè sua possessione, petendo, & reddendo: nec aliquo modo illa spoliari debet ob alterius dubium. Sic ergo in nostro casu, cum Coniux innocens, nullo delicto, aut voto se astrinxerit, non est cur ob votum, vel delictum alterius, quæ suos solos authores afficiunt, iure, & possessione petendi, & reddendi priuetur. Ita Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 21. num. 17. & lib. 9. de matrim. disp. 6. num. 12.* Diana, *part. 3. tract. 4. resolut. 296.* Filliucius, *to. 1. tract. 10. par. 1.*

10 *part.* 1. *cap.* 9. *num.* 309. *&* 310. & alij: & probabilem vocat Gesualdus, *part.* 1. *Theolog. moral. tract.* 34. *cap.* 8. *num.* 13. *in fine.*

An votum non nubendi, obliget ad non ineundum matrimonium? Dub. 4.

14 PRima opinio ait: Votum non nubendi æquipollere voto castitatis; & consequenter à solo Papa dispensari posse in tali voto. Ita Caietanus, 2. 2. *quæst.* 88. *artic.* 3. *ante finem, & in opuscul. to.* 2 *trac.* 21. *quæst.* 1 & 2. Paludanus, *in* 4. *dist.* 38. *quæst.* 3. *artic.* 5. *conclus.* 6. & Angles, *tra. de voto artic.* 2. *diffic.* 11.

15 Secunda opinio ait; Quamuis hoc votum obliget, ad non contrahendum matrimonium: at tale votum non æquipollere potest voto castitatis: dummodo, non aliundè habuerit animum vouendi perpetuam castitatem, idest abstinentiam à contractu matrimoniali, sed solum vouit non nubere: & consequenter, si postea contrahat matrimonium, non tenetur abstinere, vi illius voti, à petitione debiti. Cuius ratio est: quia votum de non nubendo, quantum est ex se, importat solum priuationem status, in quo actus matrimonij licitè exerceri potest: hoc autem longe diuersum est à voto castitatis: vndè si nubat, & debitum reddere, & petere potest. Vndè sequitur, quod etiam si matrimoniũ non dum sit consummatum, poterit tamen legitimè consummari, etiam petendo debitum, non obstante voto de non nubendo; cum materia illius, quæ erat priuatio status matrimonialis, per matrimonium postea validè contractum, impossibilis omnino reddatur. Ita Aragonius, 2. 2. *quæst.* 88. *artic.* 3. Nauarrus, *cap.* 12. *sum. numer.* 43. Rodoriquez, *part.* 2 *sum. cap.* 96. *conclus.* 2. Rosella, *v. impedimentum* 4. *cap.* 12. Siluester, *v. votum.* 4. *quæst.* 4. *in fine* Sotus, *lib.* 7 *de iust. quæst.* 2 *artic* 1 *circa* 3. *argument. & in* 4. *dist.* 38. *quæst.* 2. *artic.* 1. *ante* 2. *conclus.* Sayrus, *in clau. reg. lib* 6. *cap.* 7. *num* 8. Ludouicus Lopez, *part* 1 *cap* 83. *§. inter peccata.* Sanchez, *lib.* 4. *sum. cap.* 21. *num.* 25. *& lib* 9. *de matrim. disp.* 34 *num.* 7. Suarez, *to.* 3 *de relig. lib.* 9. *de voto cap.* 5. *à num.* 17. Bonacina, *de præcep. disp.* 4. *quæst.* 2. *pun.* 5 *§.* 5. *num.* 6. & alij.

16 Quando quis vouit non cognoscere fœminas, & non constat de intentione vouentis, An intenderit, abstinere à quocumque coitu? Præsumendum est, non vouisse abstinentiam à qualibet copula; sed ab illicita: & consequenter, non tenetur abstinere à matrimonio, ex vi illius voti: quia votum non cognoscere fœminas, iuxtà communem intelligendi modum, videtur importare abstinentiam à cognoscenda fœmina à concubitu illicito. Ita Bonacina, *de præcep. disp.* 4. *quæst.* 2. *pun.* 5. *§.* 5. *num.* 9. Sanchez, *lib.* 4. *sum. cap.* 21. *num.* 27. Molfesius, *tom.* 1. *sum. tract.* 4. *cap.* 11. *num.* 22. & alij.

An votum castitatis, post matrimonium ab altero Coniuge, sinè licentia alterius emissum, sit validum, & ad quid obliget? Dub. 5.

17 REspondetur: Si votum castitatis emittatur post matrimonium, non dum consummatum, & animo ingrediẽdi Religionem, validum est, & obligat ad non reddendum, quoties reditio est voluntaria, vt in priori bimestri ante consummationem: Vt patet ex *cap. verum, & cap. ex publico*, vbi decernitur: quod post matrimonium contractum, sed non consummatum, datur spatium duorum mensium; vt possit deliberare, an Religionem intrare voluerit? Et docent Molfesius, *to.* 1. *sum. tract.* 4. *cap.* 13. *num.* 95. Sayrus, *in clau. reg. lib.* 6. *cap.* 5. *num.* 12. Sanchez, *lib.* 9. *de matrim. disp.* 35. *num.* 23. & alij communiter.

18 Si verò votum castitatis emittatur sine licentia alterius coniugis, post matrimonium ratum, & consummatum? Prima opinio ait: Id votum non valere. Cuius ratio est: quia votum rei, partim illicitæ, vel partim possibilis, & partim impossibilis, factum per modum vnius, ad nihil obligat: At hic, per modum vnius cadunt, nec petere, nec reddere sub castitatis votum; cum tamquam vnum obiectum recipiatur vtrumque à mouente, comprehensum in castitate. Sicut vouens, se numquam peccaturum, respicit per modum vnius omnia peccata, vt sub ratione generica peccati clauduntur: & proindè non tenetur, virtute illius voti, vitare etiam partem peccatorum possibilem: Cum ergo pars talis voti sit de re illicita, & contra iustitiã, qualis est non reddere post consummatum matrimonium, corruet totum votum

tum. Ita videtur tenere D.Thom. *in 4. dist. 32.q. vnica, art 4. expremissis 33.q.2.* Emanuel Sà, *v. votum*, & interminis, docent Paludanus, *in 4.dist 32 q.2.art 1.nu. 14.& dist.38.q.8.art.5.nu 36.concl.4. in fine*, & Petr.Soto, *lect 16.de mat §.vlti.tade.*

19 Secunda opinio ait: Votum castitatis, emissum post matrimonium cõsummatum, absque licentia alterius coniugis, validum esse, & obligare, ad non petendum debitum: & solum est irritum, quò ad reddendum debitum. Ratio prioris est: quia, non posse exigere, minimè est effectus voti, sed non posse licitè peti: vouens enim non se obligat, ad non exigendũ, sed nõ ad petẽdũ: quia, licet nõ habeat ius ad petẽdũ, habet tamen ad exigendum ex vi matrimonij, idest, ad cõpellendum alterum coniugem, vt sibi reddat: & proindè, tenetur alter iustitiæ lege sibi reddere. Probatur etiam, *ex cap. quidem de concurs coniug.* vbi, quando vir, retinente vxore, professus est, decernitur, professionem fuissi irritam; at obligari vouentem ad votum castitatis, in ea professione emissam, in quantum se potuit obligare, nimirum, ad non exigendum debitum. Ratio posterioris est: quia, *cap quidam, & cap placet, de conuers. coniug* clarè significat, id votum, quò ad hoc, non teneuisse: cum *cap quidam*, reddat eam rationem, nempè, non reddere, non esse in potestate coniugis: quare, solum obligant illum, ad abstinendum à petitione, & ab alio matrimonio: & si censerent obligare ad non reddendum, vbi id coniugi liceret, explicarent vtiq; immò expressè id videtur decidere *dict. cap. quidam.* & ita D. Bonau *in 4.dist.32. in expos litterę nu.3.* vbi Paludanus, *q.2. artic.1.nu 14.* Palatios, *disp.2 fol.715.* Sotus, *lib 7 quæst.3. art.1 versic quod si contra arguas.* Viguerius, *lib. instit. cap.16. §.7 versic.10 ad finem.* Medina, *lib.1.sum. par.2 lib.8 tit.10 artic.2.quæst.3.* Philiarc. *de offic sacerd. to.1.par.2.lib.3.cap.4 § excipitur* Henriq. *lib.11.de matrim. cap.15. n.8 in fine* Aragon.*2.2.q 88.art.8 ad finẽ.* Panorm. *ca.1.n.6 cap quidam n.4.cap charissimus n.2. eodem titulo.* Angel. *v. matri. 4 & v. matr.8.q.12 dict.4.& n.6.* Silvest. *v. votum 4 q.2.dict.4.v diuortium q.12.* Nauarr *cap.11 sum.n.60. in fine* Sanch. *lib.9. de matr.disp.35.n 25.& 26.* Anton. Gomez, *in bull. cruc. clausul 10. n.67.* Molfes. *to.1. sum tr.4. c.13. n.96.* Suar. *to.3. de relig. lib. 9. de voto cap.9. numer.1.* & alij.

Quid dicendum de Voto, non petendi debitum?

20 Prima opinio ait: Id votum non valere: quia est in graue preiudicium alterius coniugis, cui onerosum erit, vt debito coniugali frui possit, semper petere. Ita videtur sentire D. Thomas, *in 4.dist.32. quæst. vnica, artic.2. concl.7. versic. quid si vterque.* Turrecremata, *cap. si dicat 33.q. 5. artic.1. ad 4.* Armilla, *v. dubium nu.19.* Tabiena, *v matrimonium 1 quæst 3.§.4.* & expressè docet Rodoriqu. *part.2 sum. c.90 n.3.* & hoc siue sit vir, siue sit Mulier.

21 Secunda opinio ait: Si votum emittatur ab vxore, validum est. Secùs, si à viro. Quia onerosum est pro pudore semper petere: huic autem minimè. Vndè, secundum hanc opinionem, si vir vouerit petere debitum, non erit validum. Ita Victoria, *sum. de matr. num. 280.* Sotus, *lib.7. de iust. q.3. artic 1. versic. An verò possit.* & Angl. *in florib. p.1. de matr. q 6 de oblig. sol vendi debitum ar.1. diff.4.*

22 Tertia opinio ait: Valere votũ, quod facit Cõiux nõ petẽdi, fauore sui, sed solũ vbi alteri coniugi mos gerendus fit: quia sibi soli præiudicat. Ita Rodoriq. *p p sum.2. edit.c 243.ar.8.* Vega, *to.2 sum ca.129 cas. 97.* Siluest. *v votum 5 q.1.* & alij. Et dicit esse valdè probabile Ledesma, *2.part. 4. quæst.66. artic.4. in fine.*

23 Quarta opinio ait: Id votum esse validum, & obligare coniugẽ, illo se astringentem, sub mortali, vt à petitione debiti se abstineat. Cuius ratio est: quia, Coniux non tenetur lege matrimonij petere, sed tantum reddere: cum ergo non petere sit liberum, ac opus virtutis, erit materia voti. Tum *ex cap. placet de conuers. coniug.* ita Durandus, *in 4 dist. 32. quæst.2. art.1. num.5.* vbi Riccardus, *artic.2. quæst.1 in corpore* Paludanus, *q.2. artic.1. num.24.* Caietanus, *opusc tom.1. tract.31 respons. resp.14 dub.4.* Astens. *pa. 2 sum lib.18. tit.10. artic.2. quæst.2.* D. Antoninus, *3.part. tit.1. cap.19.§ 3.* Angelus, *v. matrimonium 4. numer. 6.* Henricus, *cap. scriptura num. octau. de voto.* Sotus, *lib sept. de iustit. quæstion. 3 articul. 1. versicul. quod si contra arguet.* Gregorius Lopez, *lib. 3. verb. el marido tit. 8. pun 1.* Palatios, *in 4. distint.32. disput. 2. fol. 710.* Stunica, *de voto, quæstion. 3. numer. quinquagesi octau. in fine.* Valentia, *2. 2. disput.6. quæstion 6. de voto pu.6. quæst. vlt.*

quæst. vltim. Ludouicus Lopez, *part.* 1. *c.10.47 in fine.* Sanchez, *lib. 9. de matrim. disp. 35 num* 21. Tancredus, *de matrim. lib 9. disp 35. num* 7. & alij.

An si vnus Coniux consenserit, vt alter voueat omnimodam castitatem, quò ad non petendum, & non reddēdum, possit ne vouens reddere debitum alteri petenti; & possit is vouens alteri remittere licentiam, & concedere ius, vt petat? Dub 6.

24 PRima opinio ait: Hunc non posse petere debitum, nec ei petenti posse alterum, qui vouit, reddere: nisi coactè licentiam concesserit: vt quando excusat ignorantia. Cuius ratio est, quia cum volens vnum censeatur velle omne id, per quod peruenitur ad illud: Coniux, qui nec coactus, nec iuris ignarus, sed sui præiudicij conscius, eam facultatem concessit, videtur ipse quoque tacitè vouere continentiam, vt nec petere possit, nec ipsi petenti sit reddendum: iuxta *cap. qui vxorem 33. quæst.* 5. ita Philiarcus, *de offic. sacerd to. 1. part 2. lib. 3 cap 4. §. excipitur in solutione* Reginaldus, *lib. 31 cap. 45. num. 352. versic. aduerte autem circa medium.*

25 Secunda opinio ait: Si Coniux priùs irritet votum illud, delicentia sua emissum, quò ad non reddendum, non peccaret, petendo debitum, & alter tenetur reddere; quia, præmissa irritatione, non manet voti obligatio, quod licitum vsum impediebat. An verò peccet irritando? dicam, *in cap. 9. dub.* 12. Dubitatur primo de Irritatione. Supponit etiā hæc opinio, esse tacitam irritationem, quando Coniux, conscius voti, delicentia à se emissi, petit debitum: & si immemor sit, admonetur ab altero; & admonitus, adhuc instat, esse (in quam) irritationem non absolutam, sed quò ad illum actum. Immò, si Coniux nollet irritare, aut retenta opinione, vt id non possit efficere, peccare coniugem, qui contra prædictam licentiam petit debitum, & quidem mortaliter: quia aduersatur voto, de licentia sua facto: at alterum teneri reddere. Ita Sanchez, *lib 9. de matrim disp. 36 num. 7.* Tancredus, *de matrim. lib. 9. disp 36. num. 4.*

An Votum castitatis, de licentia alterius Coniugis emissum, sit validum? Dub. 7.

26 PAludanus, *in 4. dist. 32. quæst. 2. artic. 2. num. 20.* negat, cum hac limitatione: Nisi vterque Coniux sexagenarius sit, ac de continentia minimè suspectus. Et probatur, *ex cap. tua, el 2. de iureiurand. & cap. veniens de regul.* vbi iuramentum mutuum separandi matrimonium, factum à coniugibus, appellatur temerarium, & minimè seruandum.

27 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia nulli eo voto irrogatur iniuria: Coniuges enim cedunt iuri suo. Et quāuis iure canonico non sufficiat hoc, vt alter possit ad ordines sacros transire, ad Religionemue, vbi minus est mutuæ copulę periculum: & sufficit ad mutuum simplex castitatis votum: quia, vbi votum est simplex, periclitante continentia, potest facilè remedium adhiberi, obtinendo dispensationem. Secùs, vbi votum est solemne. Ita Glossa, *cap veniens v. illicitum & cap tua, v. commorari.* vbi Innocent. *num. vnico.* Hostiens. *num. 2. super verb commorar.* Antonin. *num 9.* Bald. *num.* 3 Abbas. *num.* 4. Alex. de Neuo, *num* 8. Imola, *num 1. versic inglossa 2.* Henricus, *num* 4. Astens *sum part. 2. lib 8. tit. 10 artic 2. quæst* 8. Maior, *in 4. dist. 32 quæst. 2. ad finem.* Sotus, *in 4. dist. 27. quæst. 1. artic 4. versic. at vero.* Petrus Ledesma, *quæst. 64 de matrim. nu 4. dub. 1. concl.* 5. Sanchez, *lib. 9 de matrim disp. 37. num. 17.* Victoria, *sum. de matrim. nu. 280.* & alij.

Dubitatur Primò: An Coniux, dans licentiam suo coniugi, vouendi castitatem possit ab eo debitum exigere?

28 NEgatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia, sicut quando vterque Coniux communi consensu continentiam vouit, vterque ita cedit iuri suo, vt nec petere, nec reddere ampliùs possit: ita & similiter, quando alter de alterius consensu vouit. Quamuis enim præstans consensum minimè vouerit, & proindè non tenetur, ex vi voti, à se emissi; at tenetur ex pacto, quo alter remittere nequit, cum astrictus sit Deo per votum, ad abstinendum à coniugali actu, in quantum sibi licuerit. Ita Glossa, *in cap. charissimi v. præbuisse,* vbi

vbi Anton, *num.* 3. Abbas, *num.* 5. Alexander, *in suo Enchеridion par. 2. præcep. vbi de debito coniugal. §. si vir petit.* Stunica, *de voto quæst.* 3. *num.* 62. Paludanus, 4. *dist.* 32. *quæst.* 1. *artic.* 2. *conclus.* 4. *num.* 9. Adrianus, 4. *quæst.* 14. *de matrim vers.* 3. *continget, & quodlibet.* 2. *artic.* 1. *in solut ad* 1. *litt. H.* Turrecremata, *cap. sciatis* 33. *quæst.* 4. *artic.* 1. *num.* 2. *cas.* 4. & alij.

29 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia per talem facultatem non censetur, voluisse facere præiudicium iuri suo, quod habet petendi debitum; sed solum, vt vxor non possit petere debitum ab eo, sed reddere. Tum quia, ea licentia accipienda est, vt quam minimum possit, noceat concedenti: eius enim tacita intentio, dum de contraria minimè constat, ea videtur esse. Ita Io. Andr. *cap.* 1. *de controu coniug num* 2. D. Antonin. 3. *part. tit* 1. *cap.* 21. § 3. *ad finem.* Rosella, *v impedimentum impedim.* 11. *in principio.* Angelus, *v. matrimonium* 4. *num* 8. Siluester, *v votum* 5. *quæst.* 2. *& v matrimonium* 8. *quæst.* 12. *dicto.* 4 Tabiena, *v. matrimonium* 1 *quæst.* 3. §... Sotus, *in* 4. *dist.* 27. *quæst.* 1 *artic.* 4. *versic. id autem, & lib.* 7. *de iust. quæst.* 3 *art.* 1. *vers. argumentum autem.* Nauarrus, *capit.* 12. *sum num.* 59. *& cap.* 16. *num.* 31. Philiarcus, *de offic sacerd. to.* 1. *part* 2. *lib.* 3. *cap.* 4. § *excipitur.* Vgolinus, *de matrim. cap.* 10. *num.* 2 *in fine* Lopez, *part.* 1. *cap.* 84 *initio & cap* 46 *initio.* Emanuel Sà, *v. debitum coningale paulo post principium.* Rodoriquez, *part.* 1 *sum.* 2. *edit. cap.* 243 *num* 14. *& part.* 2. *cap.* 90. *num* 5. Vega, *to.* 2. *sum. cap.* 129 *cas.* 77. Sanchez, *lib.* 9. *de matrim. disp.* 36. *num.* 5. Sayrus, *in clau. reg lib.* 6. *cap* 5. *num* 16. Molfesius, *to.* 1. *sum. tract.* 4 *cap* 13 *num* 96 Reginaldus, *lib* 13. *cap.* 45 *num.* 351 *versic. aduerte autem*, & alij.

Dubitatur Secundò: An coniugi, qui de licentia alterius vouit castitatem, teneatur reddere alter?

30 Prima opinio ait: Mortaliter delinquere, si reddat. Cuius ratio est; quia Coniux non vouens, ideò tenetur reddere voto astricto; quia absque eius promissione vouit: quæ ratio cessat, quando adfuit consensus alterius coniugis. Et confirmatur: quia adiuuans ad vouendum, adiuuare minimè debet, quo votum infringatur, *argu. ex l rem legatum ff. de adimend legat. ex cap. final. de verb. signific.* Tum quia, eo ipso, quod facultatem concedit, videtur renuntiationem illam iuris petendi debitum, quam facit coniux vouens acceptare, non præcisè, quatenus fit in fauorem suum, sed præcipue, vt cedit in honorem Dei: ergo est sacrilegus, ei postea reddendo. Ita Nauarrus, *cap.* 12. *sum num* 59. *& cap.* 16. *num.* 31. Vega, *tom.* 2. *sum cap.* 129 *cas.* 77. Lopez, *part.* 1. *cap.* 84 *initio, & cap.* 46. *initio & §. vltim.* Rodoriquez, *par.* 2. *sum. cap.* 90. *num.* 5. & alij.

31 Secunda opinio ait: Hunc non peccare, immò teneri sub culpa mortali reddere. Cuius ratio est: quia votum non priuat vouentem iure iustitiæ, quod habet, vt alter Coniux sibi reddat, qua ratione tenetur, qui non vouit, reddere debitum Coniugi, voto astricto: Nec etiam licentia, concessa per alterum cõiugem ad vouendum; ea enim non derogat iuri petendi, & reddendi, quod habet Coniux, qui non vouit: nec inducit pactum aliquod iustitiæ, per quod vouens abdicet à se ius iustitiæ: sed tantum operatur, vt Coniux vouens, ex virtute Religionis, obligetur Deo, ad non petendum: ergo, alter reddere tenetur. Ita Paludanus, *in* 4. *dist.* 32. *quæst.* 2 *artic.* 2. *conclus.* 3. *num.* 10. Veracruz, *part.* 1. *specul. artic.* 15. *in fine*, *& in appendic. ad eund artic.* 15 *ad finem.* Henriquez, *lib.* 11 *de matrim. cap.* 15 *num* 8. Bartholomeus Medina, *dub* 20. *de matrim concl.* 1. Sanchez, *lib.* 9. *de matrim disp.* 36. *num.* 11. & alij: & probabilem vocat Tancredus, *de matrim. lib.* 9. *disp* 36. *num.* 2.

Dubitatur Tertiò: An quando ambo de communi consensu votum continentiæ emiserint, possint nè petere debitum?

32 Prima opinio ait: Non teneri ad reddendum, donec alter reuocet consensum: si autem reuocet, & reddere posse, & debere. Ita Paludanus, *in* 4. *dist.* 32. *disp.* 4. *col.* 8. Sed hæc distinctio minimè necessaria videtur: nam reddere nemo potest, donec alter petat: eo autem ipso, quod petit, iam reuocat priorem consensum, & recedit à priori pacto.

Secunda opinio ait: Neutrum posse petere, vtrumque teneri reddere. Cuius ratio est: quia, si alter solus voueat de licentia alterius, non censetur vouẽs, nec dans licentiam, renuntiari iuri suo,

vt

vt supra num. 29. ergo, nec quando vterque mutuo cōsensu vouet: votum enim alterius supradictum non variat naturã prioris voti. Tum quia, coniuges sic vouentes, validè remittere possunt sibi hãc renuntiationem iuris; & non peccabit tunc, reddens: at eo ipso, quod à se petunt debitum, voluntque ambo copulari, censentur sibi ipsis pactum remittere. Ita Veracruz, *part 1. specul. artic. 15. in fine, & in append. ad eum artic. 15 sub fine fol. 124.*

34 Tertia opinio, quæ est communis, ait: In eo casu neutrum Coniugem posse alteri petere, & reddere debitum. Cuius ratio est: quia, quantumuis alius, qui petit debitum, reuocet consensum, prius datum; votum alterius manet firmum: quia reuocatio illa non potest esse efficax, ad inualidandum cōtractum, prius factum inter ipsos Coniuges, ratione cuius iam alter cessit iuri suo: & consequenter, alium liberauit onere, & obligatione reddendi debitum: quam non potest iterum imponere, reuocando priorem consensum. Et confirmatur: quia pacta, & conuentiones istæ, in quibus ęquale pro æquali redditur, absolutè, & sinè conditione factæ, sunt perpetuæ, nec reuocantur, eò quod alter retractat voluntatem suam: sed inter maritum, & vxorem in eo casu pręcessit pactum mutuum, & vtrinque fuit conditio æqualis: ergo non potest alterum coniugem reuocare pactum, alio inuito: ergo, quantumuis reuocet alter semper obligatur voto, ad abstinendum absolutè à culpa coniugali. Consequentia patet: quia ratione pacti: potest licitè negare debitum: ergo, ratione voti tenetur. Ita Innocent. *in cap. 1. in fine, & cap. dudum num. 4. de conuersat. coniug.* Io. Andr. *cap 1 num. 2.* vbi Cardinal. *q. 3.* Antonin. *d. cap dudum. num. 18.* Archid. *d. cap. dudum. num. 12. & cap. vnico de voto in 7.* Henricus, *cap. tua nos num. 4. de iure iurand.* Gabriel, *in 4 dict. 32. quæst. vnica art. 2. conclus 7. versic. quid si vterque.* Siluester, *v votum 5 quæst. 2. in fine.* Tabiena, *v. matrimonium 1. quæst. 3. §. 4.* Nauarrus, *cap. 12. sum. num. 49. & cap. 16. num 31.* Vgolinus, *de matrim cap. 10 nu. 2. in fine.* D. Antoninus, *3 par. tit. 1. cap. 22 § 4* Sotus, *in 4. dict. 27. quæst. 1 articul. 1. versic id autem.* Ledesma, *2. part. 4. quæst. 55. artic 1 ad finem.* Henriquez, *lib. 11. de matrim. cap. 15. num. 8.* Aragonius, *2. 2. quæst. 88. artic. 8. dub. vltim.* Philiarcus, *de offic. sacerd to. 1. par. 2. lib. 3. cap. 4. §. excipitur in solut.* Emanuel Sà, *v. debitum coniugale § potest qui non vouit.* Ludouicus Lopez, *part. 1. cap. 46. §. vtrum quand. & cap. 83. initio.* Rodoriquez, *part. 1. sum. 2. edit. cap. 243. num. 14. & part. 2. cap. 90. num. 6.* Vega, *tom. 2 sum. cap. 129 cas. 68.* Azorius, *par. 1 lib 11 cap. 21. quæst 5.* Sanchez, *lib 9. de matrim. disp. 37 num. 10. & lib. 4. sum. cap. 34 num. 15.* Lesius, *lib. 2. cap. 40. dub. 10. num. 85.* Suarez, *tom. 3. de relig. lib. 9. de voto cap. 9. num. 6.* Martinus Ledesma, *2. 2. quæst 55. artic. 1. in fine.* Sayrus, *in Clau. reg. lib 6. cap. 5. num. 16.* Molfesius, *tom. 1 sum. tract. 4. cap. 13. num 95.* & alij.

35 Tenetur tamen reddere debitum, quando non mutuo consensu, sed seorsum hæc vota emissa sunt, absque alterius coniugis licentia: quia vterque vouit independenter, absque alterius licentia. Tum quia, sicut votum castitatis, ab vtroque coniuge, ante matrimonium emissum, vtrumque astringit, ad non petendum debitum, & ad reddendum tenentur ambo: ita post matrimonium emissum absq; licentia, eumdem effectum, & obligationem parit. Ita Angelus, *v. matrimonium 3. impediment. 5. num. 5.* Ludouicus Lopez, *part. 1. cap. 26. § vtrum quando.* Sanchez, *lib. 9. de matr. disp. 37. num. 1.* & alij.

An votum simplex castitatis, mutuo consensu emissum, sit validum? Dub. 8.

36 RESpondetur: Quamuis fuerit error Hæreticorum, dicentium, hoc votum non valere, tamquam contrarium Diuino præcepto. *Quos Deus coniugit, &c.* Dicendum est tamen: Hoc votum valere: nec est necesse, contra hanc ineptissimam hæresim disputare. Ratio est: quia per tale votum non soluitur vinculum matrimonij; & ita non agitur contra diuinum præceptum. Tum quia, per talia vota neutri coniugi fit iniuria, quia vterque cedit iuri suo: & volenti, & consentienti non fit iniuria. Tum quia, perpetua Ecclesiæ traditione, & innumeris Sanctorum exemplis, ac testimonijs huiusmodi vota approbata sunt, vt eruditissimè ostendit Bellarminus, *lib. 2. de monach. cap. 37.* Vndè dicendum est, votum simplex castitatis, mutuo consensu

vbi Anton. *num.*3. Abbas, *num.*5. Alexander, *in suo Encheridion par.*2.*praecep. vbi de debito coniugal.* §. *si vir petit.* Stunica, *de voto quæst.*3.*num.*62. Paludanus, 4.*dist.*32.*quæst.*1.*artic.*2. *conclus.*4.*num.* 9. Adrianus, 4.*quæst.*14.*de matrim vers.* 3.*continget,& quodlibet.*2. *artic.*1. *in solut ad* 1.*litt.H.* Turrecremata, *cap.sciatis* 33.*quæst.*4.*artic.*1. *num.*2.*cas.*4. & alij.

29 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia per talem facultatem non censetur, voluisse facere præiudicium iuri suo, quod habet petendi debitum; sed solum, vt vxor non possit petere debitum ab eo, sed reddere. Tum quia, ea licentia accipienda est, vt quam minimum possit, noceat concedenti: eius enim tacita intentio, dum de contraria minimè constat, ea videtur esse. Ita Io. Andr. *cap.*1.*de controu coniug num.*2. D. Antonio. 3.*part.tit.*1.*cap.*22.§ 3.*ad finem.* Rosella. *v impedimentum impedim.*11.*in principio.* Angelus, *v. matrimonium* 4. *num* 8. Siluester, *v. votum* 5. *quæst.*2.*& v matrimonium* 8. *quæst.*12.*dicto.*4 Tabiena, *v. matrimonium* 1 *quæst.*3.§... Sotus, *in* 4.*dist* 27.*quæst.*1 *artic.*4. *versic. id autem,& lib.*7.*de iust.quæst.*3 *art.*1.*vers. argumentum autem.* Nauarrus, *capit.*12. *sum num.*59. *& cap.*16. *num.*31. Philiarcus, *de offic sacerd. to.*1.*part* 2. *lib.*3.*cap.*4. § *excipitur.* Vgolinus, *de matrim.cap.*10. *num.*2 *in fine* Lopez, *part.*1.*cap.*84 *initio & cap.*46 *initio.* Emanuel Sà, *v. debitum coniugale paulo post principium.* Rodoriquez, *part.*1 *sum.*2.*edit.cap* 243 *num.*14. *& part.*2.*cap.*90.*num* 5. Vega, *to.*2.*sum. cap.*129 *cas.*77. Sanchez, *lib.*9.*de matrim. disp.*36 *num.*5. Sayrus, *in clau. reg lib.* 6. *cap* 5 *num* 16. Molfesius, *to.*1.*sum.tract.*4 *cap* 11 *num* 96. Reginaldus, *lib* 13.*cap.*45 *num.*352.*versic.aduerte autem,* & alij.

Dubitatur Secundò: An coniugi, qui de licentia alterius vouit castitatem, teneatur reddere alter?

30 Prima opinio ait: Mortaliter delinquere, si reddat. Cuius ratio est: quia Coniux non vouens, ideò tenetur reddere voto astricto; quia absque eius promissione vouit: quæ ratio cessat, quando adfuit consensus alterius coniugis. Et confirmatur: quia adiuuans ad vouendum, adiuuare minime debet, quo votum infringatur, *argu.ex l rem legatum ff.de adimend legat.ex cap.final.de verb. signific.* Tum quia, eo ipso, quod facultatem concedit, videtur renuntiationem illam iuris petendi debitum, quam facit coniux vouens acceptare, non præcisè, quatenus fit in fauorem suum, sed præcipue, vt cedit in honorem Dei: ergo est sacrilegus, ei postea reddendo. Ita Nauarrus, *cap.*12.*sum.num.*59.*& cap.*16.*num.*31. Vega, *tom.*2.*sum cap.*129 *cas.*77. Lopez, *part.*1.*cap.*84 *initio,& cap.*46. *initio &* §.*vltim.* Rodoriquez, *par.*2.*sum. cap.*90.*num.*5. & alij.

31 Secunda opinio ait: Hunc non peccare, immò teneri sub culpa mortali reddere. Cuius ratio est: quia votum non priuat vouentem iure iustitiæ, quod habet, vt alter Coniux sibi reddat, qua ratione tenetur, qui non vouit, reddere debitum Coniugi, voto astricto: Nec etiam licentia, concessa per alterum cõiugem ad vouendum; ea enim non derogat iuri petendi, & reddendi, quod habet Coniux, qui non vouit: nec inducit pactum aliquod iustitiæ, per quod vouens abdicet à se ius iustitiæ: sed tantum operatur, vt Coniux vouens, ex virtute Religionis, obligetur Deo, ad non petendum: ergo, alter reddere tenetur. Ita Paludanus, *in* 4.*dist.*32.*quæst.*2 *artic.* 2.*conclus.*3. *num.*20. Veracruz, *part.* 1. *specul.artic.*15.*in fine, & in appendic.ad eund.artic.*15 *ad finem.* Henriquez, *lib.*11 *de matrim.cap.*15 *num* 8. Bartholomeus Medina, *dub* 20. *de matrim concl.*1. Sanchez, *lib.*9.*de matrim disp.*36.*num.*11.& alij: & probabilem vocat Tancredus, *de matrim.lib.*9.*disp* 36.*num.*2.

Dubitatur Tertiò: An quando ambo de communi consensu votum continentiæ emiserint, possint nè petere debitum?

32 Prima opinio ait: Non teneri ad reddendum, donec alter reuocet consensum: si autem reuocet, & reddere posse, & debere. Ita Paludanus, *in* 4.*dist.* 32.*disp.*4.*col.*8. Sed hæc distinctio minimè necessaria videtur: nam reddere nemo potest, donec alter petat: eo autem ipso, quod petit, iam reuocat priorem consensum, & recedit à priori pacto.

Secunda opinio ait: Neutrum posse petere, vtrumque teneri reddere. Cuius ratio est: quia, si alter solus voueat de licentia alterius, non censetur vouẽs, nec dans licentiam, renuntiari iuri suo,

vt

vt supra num. 29. ergo, nec quando vterque mutuo cõsensu vouet: votum enim alterius supradictum non variat naturã prioris voti. Tum quia, coniuges sic vouentes, validè remittere possunt sibi hãc renuntiationem iuris; & non peccabit tunc, reddens: at eo ipso, quod à se petunt debitum, voluntque ambo copulari, censentur sibi ipsis pactum remittere. Ita Veracruz, *part 1. specul. artic. 15. in fine, & in append. ad eum artic. 15 sub fine fol. 124.*

34 Tertia opinio, quæ est communis, ait: In eo casu neutrum Coniugem posse alteri petere, & reddere debitum. Cuius ratio est: quia, quantumuis alius, qui petit debitum, reuocet consensum, prius datum; votum alterius manet firmum: quia reuocatio illa non potest esse efficax, ad inualidandum cõtractum, prius factum inter ipsos Coniuges, ratione cuius iam alter cessit iuri suo: & consequenter, alium liberauit onere, & obligatione reddendi debitum: quam non potest iterum imponere, reuocando priorem consensum. Et confirmatur: quia pacta, & conuentiones istæ, in quibus ęquale pro æquali redditur, absolutè, & sine conditione factæ, sunt perpetuæ, nec reuocantur, eò quod alter retractat voluntatem suam: sed inter maritum, & vxorem in eo casu pręcessit pactum mutuum, & vtrinque fuit conditio æqualis: ergo non potest alterum coniugem reuocare pactum, alio inuito: ergo, quantumuis reuocet alter semper obligatur voto, ad abstinendum absolutè à culpa coniugali. Consequentia patet: quia ratione pacti: potest licitè negare debitum: ergo, ratione voti tenetur. Ita Innocent. *in cap. 1. in fine, & cap. dudum num. 4. de conuersat. coniug.* Io. Andr. *cap 1 num. 2.* vbi Cardinal. *q. 3.* Antonin. *d. cap dudum. num. 18.* Archid. *d. cap. dudum. num. 12. & cap. vnico de voto in 7.* Henricus, *cap. tua nos num. 4. de iure iurand.* Gabriel, *in 4 dist. 32. quæst. vnica art. 2. conclus. 7. versic. quid si vterque.* Siluester, *v. votum 5 quæst. 2. in fine.* Tabiena, *v. matrimonium 1. quæst. 3. §. 4.* Nauarrus, *cap. 12. sum. num. 49. & cap. 16. num. 31.* Vgolinus, *de matrim cap. 10. nu. 2. in fine.* D. Antoninus, *3 par. tit. 1. cap. 22 § 4.* Sotus, *in 4. dist. 27. quæst. 1 articul. 1. versic. id autem.* Ledesma, *2. part. 4. quæst. 55. artic. 1. ad finem.* Henriquez, *lib. 11. de matrim. cap. 15. num. 8.* Aragonius, *2. 2. quæst. 88. artic. 8. dub. vltim.* Philiarcus, *de offic. sacerd. to. 1. par. 2. lib. 3. cap. 4. §. excipitur in solut.* Emanuel Sà, *v. debitum coniugale § potest qui non vouit.* Ludouicus Lopez, *part. 1. cap. 46. §. vtrum quand. & cap. 83. initio.* Rodoriquez, *part. 1. sum. 2. edit. cap. 243. num. 14. & part. 2. cap. 90. num. 6.* Vega, *tom. 2 sum. cap. 129 cas. 68.* Azorius, *par. 1. lib 11. cap. 21. quæst 5.* Sanchez, *lib 9. de matrim. disp. 37. num. 10. & lib. 4. sum. cap. 34 num. 15.* Lesius, *lib. 2. cap. 40. dub. 10. num. 85.* Suarez, *tom. 3. de relig. lib. 9. de voto cap. 9. num. 6.* Martinus Ledesma, *2. 2. quæst 55. artic. 1. in fine.* Sayrus, *in Clau. reg. lib 6. cap. 5. num. 16.* Molfesius, *tom. 1 sum. tract. 4. cap. 13. num 95.* & alij.

35 Tenetur tamen reddere debitum, quando non mutuo consensu, sed seorsum hæc vota emissa sunt, absque alterius coniugis licentia: quia vterque vouit independenter, absque alterius licentia. Tum quia, sicut votum castitatis, ab vtroque coniuge, ante matrimonium emissum, vtrumque astringit, ad non petendum debitum, & ad reddendum tenentur ambo: ita post matrimonium emissum absq; licentia, eumdem effectum, & obligationem parit. Ita Angelus, *v. matrimonium 3. impediment. 5. num. 5.* Ludouicus Lopez, *part. 1. cap. 26. § vtrum quando.* Sanchez, *lib. 9. de matr. disp. 37. num. 1.* & alij.

An votum simplex castitatis, mutuo consensu emissum, sit validum?
Dub. 8.

36 Respondetur: Quamuis fuerit error Hæreticorum, dicentium, hoc votum non valere, tamquam contrarium Diuino præcepto. *Quos Deus coniugit, &c.* Dicendum est tamen: Hoc votum valere: nec est necesse, contra hanc ineptissimam hæresim disputare. Ratio est: quia per tale votum non soluitur vinculum matrimonij; & ita non agitur contra diuinum præceptum. Tum quia, per talia vota neutri coniugi fit iniuria, quia vterque cedit iuri suo: & volenti, & consentienti non fit iniuria. Tum quia, perpetua Ecclesiæ traditione, & in numeris Sanctorum exemplis, ac testimonijs huiusmodi vota approbata sunt, vt eruditissimè ostendit Bellarminus, *lib. 2. de monach. cap. 37.* Vndè dicendum est, votum simplex castitatis, mutuo consensu

sensu emissum, validum est. Ita Glossa, *in cap veniens v. illicitum, & cap. tua v. commorari.* vbi Innocent. *num. vnico* Hostiens, *num.2 super verbo commorari.* Anton. *num* 9. Baldus, *num* 3. Assens. *pa, 2 sum lib.8. tit.10 artic 2 quæst.*8. Maior, *in 4. dist.*32. *quæst.*1. *ad finem.* Victoria *sum. de matrimon. num.*280. Sotus, *in 4. dist.*27 *quæst* 1. *artic.*4 *versic at verò circ materiam.* Petrus Ledesma, *de matrimo quæst.*64 *artic.*4 *dub.*1. *conclus.*5 Sanch *lib.*9. *de matrim. disp.*37 *num.*17. Suarez *to.*3 *de relig. lib* 9 *de voto cap.*9 *numer.*4. Sayrus, *in Clau. reg. l b* 6 *cap* 5. *num.*17. Molfesius, *to.*1 *sum. tract.*4 *cap.*13. *num.* 96. & alii communiter.

An votum, assumendi Ordines sacros, obliget ad non consummandum matrimonium, postea initum? Dub 9.

37 REspondetur: Licèt, qui habet votum assumendi ordines sacros, ante contractum matrimonium, non possit ducere vxorem; & si ducat, peccat mortaliter: at non peccat postea consummando, aut petendo debitum. Et quamuis implicitè promittatur per tale votum castitas; at non est votum castitatis, nec satis est, quod habeat obligationem castitatis annexam: quia non propterea castitas ipsa est materia talis voti. Sicut enim votum Religionis est de re, includente obligationem castitatis; nihilominus, ipsum distinctum est à voto castitatis: ergo, &c. Vndè, potest hic tuta conscientia consummare matrimonium, siuè petendo, siuè redendo. Ita Suarez, *to.*3. *de relig. lib.*9. *de voto cap.* 12 *num.*8 Sanchez, *lib.*4. *sum. cap.*21. *nu.* 23. *& lib* 9 *de matrim. disp* 33 *num.*15. *in fine, & disp.*34 *num.*6 Tancredus, *de matrim lib* 9 *disp.*34 *num* 3. & alii.

An quæ post votum virginitatis, virginitatem amisit, frangendo votum, teneatur nihilominus postea non nubere? Dub. 10.

38 AFfirmatiuè respōdet prima opinio. Nam huiusmodi votum obligat ad perpetuam castitatem. Cuius ratio est: quia, cum in eo voto includatur perpetua continentia ab omni actu venereo, adhuc amissa virginitate, superest obligatio deinceps continendi. Ita Abulens, 30. *num. quæst.*55. Turrecremata, *cap. quod autem* 7 *quæst.*1. *num.*11. Armilla, *v. votum num.*19. Maior, *in 4. dist* 38. *quæst.*3. *argum.*5. *contra concl.* 5 *vnicam,* & alii.

79 Secunda opinio ait: Si intentio vouentis fuerit solum se obligandi, ad abstinendum à primo actu venereo; tunc, si iam semel non abstinuit, potest tutè matrimonium inire, eoque vti. Si verò intentio vouentis fuerat, perpetuo seruare virginitatem, idest, non cognoscere hominem, etiam amissa virginitate; tunc, quamuis peccauerit, & amiserit virginitatem, committendo prima vice fornicationem, tamen tenetur ad castitatem: Alias, toties mortaliter peccat, quoties carnalem actum exercet. Ratio prioris est: quia obligatio voti non aliter respicit materiam aliquam, quam votum ipsum illam respiciat: at in eo casu votum non respicit continentiam ab aliis actibus, nisi mediante continētia à primo, quæ fuit primaria, ac immediata voti materia: ergo, vbi votum iam minimè respicit illam continentiam à primo actu, quia facta est impossibilis, nec respicit continentiam ab aliis: atque adeò, nec voti obligatio super illam cadet. Ratio posterioris deducitur ex dictis num.38. Ita Caietanus, 2 2. *quæst.* 88 *artic.*2. *colum. penult circa solut. ad* 2. *in dubio quod de hac re mouet.* Sotus, *lib.* 7. *de iustit. quæst* 2. *artic.*1. *ad* 3 *versic. de alio autem argumento* Nauarrus, *cap.*12 *sum. num.*43. D. Antoninus, 2. *part. tit.*11. *cap.*2. *§.*3. *in fine.* Ludouicus Lopez, *par.* 1. *cap.*44 Angles, *in floribus* 4. *quæst, de voto artic.*2 *diffic.*10. Valentia, *to.*3. *disp.* 6. *quæst* 6 *pun* 4. *dub* 4. Philiarcus, *de offic. sacerd. lib.*3. *part* 2. *cap.*19. Toletus, *lib.* 4. *sum. cap.*17. Azorius, *part.*1. *lib.*11. *cap.* 19. *quæst.*14. Sayrus, *in Clau. reg. lib.*6. *cap.* 7. *num.*4. Sanchez, *lib.*9. *de matrim. disp.* 33. *num.*7. Vega, *to.*2. *cap.*29. *cas.*75. Aragonius, 2.2. *quæst.*88. *art* 2. *§. ad primum argumentum in contrarium.* Suarez, *to.*2. *de relig. lib.*4. *de voto, cap* 7. *à num.*6 *& to.* 3. *de relig. lib.*9. *de voto, cap.*3. *numer.*15. & alii.

80 Vndè, si vouens habuerit intentionē, perpetuò seruandi castitatem, & postea contrahat, & cōsummat matrimonium; peccat, non solum contrahendo, & consummando, sed etiam quoties debitum petit. Ita Sotus, *in* 4. *dist.*38. *quæst.*2. *art.* 1. *conclus.* 3. Caietanus, *in sum. v. votum* §.4.

§. 4. Nauarrus, *cap. 12 sum. num. 39. versi.* 8. Couarruu. *in cap. quoniam pactum pa. 1. §. 6 num. 8. de pact in 6.* Philiarcus, *de offic sacerd. part. 2. lib. 3. cap. 19.* Valentia, *to. 3. disp. 6 quæst. 6. pun. 4. dub. 4.* Azorius, *part. 1. lib. 11. cap. 21. quæst. 34. & 6.* Sayrus, *in clau reg. lib. 6. cap 7. num. 5.* Sanchez, *lib. 9. de matrimon. disp. 33. num. 7.* & alij.

81 Quando aliquis dubitat de intentione, An scilicet fuisset ad solam, à primo actu venereo, abstinentiam? in tali casu nec confessarius per Bullam Cruciatæ, neque Episcopus poterit dispensare, aut commutare: quia, tunc tale votum censetur votum continẽtiæ absolutum, vt ait Sanchez, *lib. 9. de matrim. disp 33. num. 7. circa medium, & tom. 1 sum. lib. 4. cap. 21. num. 22.* Diana, *part. 1. tract. 11. resolut. 60.* Suarez, *to. 2. de relig lib. 4. de voto cap 7. num. 7 & to. 3. lib. 9. de voto cap. 4. num. 15. circa finem,* & alij, quatenus dicunt esse votum absolutum continentiæ, in tali dubitatione. Et ita Trullenc. *in exposit. bulla cruciata lib. 1. §. 7. cap. 3. dub. 15. num. 22.*

DE IRRITATIONE VOTI.

Cap. 8.

Quid, & quomo differt Irritatio voti? Dub. 1.

1 Irritatio voti (vt ait Hieronymus Vener. *lib. 3. cap. 6. num. 1.*) est annullatio quædam, facta à Superiore personæ inferiori, quæ facit, vt votum non sit obligatorium.

2 Differt Irritatio, à Commutatione, & Dispensatione: quia per irritationem, & dispensationem extinguitur obligatio voti; non autem per commutationem: quia, eadem obligatio voti transfertur in aliam materiam, loco prioris subrogatam. Rursus Irritatio differt ab vtraque: quia illa pertinet ad potestatem dominatiuam, nec ad sui valorem exigitur causa: hæc autem exigunt causam, & pertinent ad potestatem spiritualem. Quò ad causam aliqui benè negant; vt meliùs in suis locis videbimus.

An Irritatio voti exigat causam? Dub. 2.

3 Negatiuè respondetur. Ratio est: quia irritatio voti, facta absque iusta causa, pro sola Superioris voluntate, valida est; ita vt, qui votum emiserit, non ampliùs ad aliud obligetur: cũ Superior in ea re vtatur iure suo. Tum quia, ad rei suæ vsus valorem, suique iuris, nulla causa desideratur. Tum quia, contradicente Superiore, aut non consentiente, cessat obligatio huiusmodi votorum, eò quod conditio, inhibita in illis, si Superior consenserit, aut non contradixerit, deficit: ergo cessat, siuè ex causa, siuè absque illa, deficiat conditio. Ita Paludanus, *in 4. dist. 38. quæst. 4. artic. 2. conclus. 2.* Gabriel, *in 4. dist. 38. quæst. 1.*

quæst.1. artic.5. conclus.2. Sotus, *lib.7. de iustit.quæst.3.artic.4.* Aragonius, 2.2. *quæst.89 artic.8. post 3.conclus.* Angles, *in florib.4.sentent.de voto artic.7 diffic.2.* Caietanus, *in sum v.votum § vltim.in principio.* Azorius, *par.1.lib.11.cap.7.dub.5.* Sanchez, *lib.4.sum.cap.34 num.7.* Sayrus, *in clau.reg.lib.6.cap.10.num.14.* Hieronymus Rodoriquez, *in comp.qq.regul. resolut.140 num.5.* & alij.

Dubitatur Primò: An Superior, qui sine iusta causa votum irritat, peccet?

4 PRima opinio ait: Esse peccatum veniale. Cuius ratio est: quia, cum irritatio sit actus potestatis, vti debet prudentia, & iudicio, antequam irritet, vt consideret, an vtile, ac decentius sit, facultatem concedere, vel negare. Et quia est quædam deformitas, sine causa impedire promptitudinem illam subditi, ad exibendum cultum Deo per votum. Ita Sotus, *lib.7. de iustit. quæst.3. artic.1.colum.4. versic.de vsu autem.* Medina, *lib.1.sum.cap.14.§.7.paulo post principium.* Aragonius, 2.2.*quæst.88.artic.8. colum.4.* Sayrus, *in clau.reg.lib.6 cap.10. num.14.* Lesius, *lib.2.cap.40.dub.10.nu.7.* Rodoriquez, *in expos. bullæ cruciatæ § 9 num.104. & in addit. §.9.numer.104.* Corradus, *in suis respons. par.1.quæst.198* Valentia, 2.2.*disp.6.quæst.6.punt.6.colu.1.* Sanchez, *lib.4.sum. cap.24. numer.13.* & alij.

5 Secunda opinio ait: Neque venialiter peccaret. Cuius ratio est: quia Superior, irritans, vtitur iure suo, quod habet, nè inferiorum vota sint absque eius consensu firma: nec iure aliquo cogitur, ea approbare; cum nec ipsum vouerit, nec votis emittendis consensum præstiterit. Et confirmatur: quia, cum totum votum in ipsius Superioris arbitrio sit collatum, ex eoq; pendeat, nulla est culpa, ea sola sua voluntate, arbitrium, seù consensum derogare. Vt si quis rem alienam promittat, integrum est Domino, ratione solius dominii, denegare consensum. Tum quia, hæc irritatio nō est actus iurisdictionis, quæ ad licitum vsum exigit causam. Ita Paludanus, *in 4 dist.38 quæst.4.artic.2.conclus.2.num.20* vbi Gabriel, *quæst.1.artic.5.conclus.2.* Palatios, *disp.3 colum.11.cap.2.versic.porro irritatio fol.867* Ouandus, *disp.vnica, prop.19.* D.Antoninus, 2.*part.tit.11.cap.2. § ad finem.* Siluester, *v.votum 4.quæst.1. num.10.* Nauarrus, *cap.12.sum. num.73.* Petrus Ledesma, *to.2 sum tract.10 cap.7. dub.2.iudic. difficult. quam mouet circa quartum dubium, & cap.8 dub 2.* Suarez *to.5 in 3.part. disp.4.sect.2. num.8.* Emanuel Rodoriquez, *to.1 qq.regul.quæst.25 artic.7 in fine, & part.2.sum.cap.89.num.9.* Hieronymus Rodoriquez, *in comp qq. regul.resolut.140 num.5.* Vega, *to.2.sum. cap.129 cas.89.* & alij: & fauent Caietanus, *in sum v.votum cap.vltim statim in principio.* Toletus, *lib.4.sum.cap.18.nu.9.* Philiarcus, *de offic.sacerd.tom.1.part.2. lib.3.cap.4. paulo post principium, & conclus.4.*

Dubitatur Secundò: An peccet subditus, petens irritationem voti, absque causa?

6 PRima opinio ait: Peccare venialiter: eò quod dat ruinam peccati Superiori, à quo voti sui irritationem petit. Supponit hæc opinio, Superiorem peccare venialiter, sic dispensando, vt Doctores, num.4.docent. Tum quia, est signum negligentiæ animi, ac aliqua deformitas, velle se obsequio, oblato Deo per votum, liberare absque aliqua causa. Ita Sayrus, *in clau.reg.lib.6.cap.10.nu.14.in fine,* & Petrus Ledesma, *tom.2.sum. tract.10.cap.7. dub.2. in difficultate quam mouet circa quartum dubium.*

7 Secunda opinio ait: Neque venialiter peccare. Cuius ratio est: quia vtitur iure suo, manifestando nouam obligationem, à se contractam, vt Superior, auctoritate sibi concessa, eam dirimat. Tū quia, votum fuit conditionale, nec subditus se obligauit ad cauendum, nè cōditio impediatur, vel ad non procurandum, vt non poneretur. Ita Sotus, *lib.7.de iustit.quæst.3.artic.1.colum.8.versi. de posteriori etiam morbo.* Aragonius, 2.2.*quæst.88 artic.8 colum.5.in 2.conclus.* Alcozer, *cap.16.sum vbi de effect.irritat.* Suarez, *tom.2.de relig.lib.6. de voto cap.7.* Ouandus, *in 4.dist.38.disp.vnica, proposi.21.* Angles, *in florib.part 2. quæst.vnica, de voto artic.7 diffic.4.* Rodoriquez, *to.1. qq regul.quæst.25.artic.7.in fine, & part.2.sum.cap.89 num.9.* Vega, *to.2.sum.cap.129.cas.89.* & alii.

8 An vota possint irritari à Superioribus, inuito Vouente? Affirmatiuè respondetur. Ratio est: quia, cum irritatio

tio pendeat à dominatiua potestate Superioris, potest exerceri, velit, nolit inferior: neque potest hic, illi præiudicare. Tum quia, Superior potest ex vrgentissima causa dispensare, inuito Vouente, cum subditus potestatem Superioris auferre nequeat: ergo potest etiam irritare, inuito Vouente. Ita Sayrus, *in Clau Reg. lib.5. cap.8. num.6.* Suarez, *lib. 6. de voto cap.1. ad finem.* Sanchez, *tom.1. sum lib.4. cap.24. num.25.* Bonacina, *de præcep. disp.4. quæst.2. pun.7. §.2. num.35.* & alij.

An facultas irritandi, commutandiue, aut in eis dispensandi, extendatur ad vota merè interna? Dub.3.

9 Respondeo, quod aliquis (quem tacito nomine refert Vasquez, loco citando) negat: quam sententiam ipse probabilem vocat. Et de dispensatione Ledesma, *2. part.4. quæst.16. vbi de potest. Eccles. circa actus internos.* & Aragonius, *2.2. quæst.11. artic.3. fol.342. colu.2. versic. ad 1. argum.* qui cum hac limitatione ait: Quando, scilicet, votum est internum, & de actu externo: Secus, si sit internum, & de actu interno; aut si interius, & de actu interno. Et ita videtur sentire Bannez, *2.2. quæstion.11. articul.4. in 2. argumento contra secundam conclusionem.*

10 Alij verò affirmant. Quorum ratio est: quia aliud est iubere, seu prohibere: aliud autem obligationem liberare. Prius enim (vt diximus, *in lib.1. tract.1. cap.4. dub. vltim.*) cum sit onus, ac dere illa legem, aut præceptum imponere, nulli humanæ potestati, respectu actuum purè internorum, conceduntur. Posterius autem, cum nullum opus importat, sed eo liberat, non indiget potestate legis, aut præcepti, ferendorum circa illa, & cogendi, ac puniendi; & proindè, tamquam quid fauorabilius conceditur Superioribus circa actus internos. Et licet Superior ignoret æqualitatem materiæ subrogatæ, dum prioris materiæ promissæ est inscius: at potest sic commutare. Ita, loquentes de dispensatione, docēt Adrianus, *quodlibet 8 art.1.* Ioann. Medina, *tract. de orat. quæst. de potest. Eccles. respectu actuum internorū in solut. ad 3.* Corduba, *in suo quæstion. lib.4. quæst.13. in 4. ration. secunda sentent.* Vasquez, *1.2. quæst.96. artic.4. disp. 160. cap.4. num.17.* Suarez, *tom.5. in 3. part. disp.4. sect.2. num.10.* qui ita dicunt de commutatione, & irritatione: Idem Adrianus, Vasquez, Suarez, *ibidem nu.8. & 9. & tom.2. de relig. lib.6. tract. de voto lib.6. cap.7. num.8.* Petrus Ledesma, *tom.2. sum. tract.10. cap.7. dub. vltim. dict.1. in 2. quæst.199.* & de omnibus Sanchez, *to.1. sum. lib.4. cap.24. num.40.* & de irratione Bonacina, *de præcep. disput.4. quæst.2. punt.7. §.2. num.16. versic. addo primo*, & Filliucius, *tractat.26. cap.8. quæstion.9. num.243.*

An vota irritata reuiscant, postquam vouens exemptus fuit à potestate irritantis? Dub.4.

11 Affirmatiuè respōdet prima opinio: & secundum hanc opinionem, irritatio non est vera, sed dicitur suspensio. Ita Innocentius, *in cap. scripturæ num.3. versic. idem de voto* vbi Hostiens, *in fine.* Ioan. Andr. *num.4.* Antonin. *num.3.* Cardinal. *quæst.3.* & Anchar. *num.8.* qui omnes tantum dicunt, Impuberem teneri, votum peregrinationis exequi, quando fuerit sui iuris. Et ita Vincentius, *in specul. doctrinal. tom.2. lib.9. cap.59.* Paludanus, *in 4. dist.38. quæst.4. artic.2. conclus.11. num.41.* & D. Antoninus, *2. part. tit.11. cap.2. versic. secundo putri in fine.* qui dicunt, Impuberem retractum à Religione per patrem: Seruum per Dominum, Coniugem, per coniugem; cum simplex religionis votum emisissent, teneri (cessante ea subiectione) redire ad Religionem.

12 Secunda opinio ait: Quoties fit vera irritatio voti, votum illud non reuiuiscit; ita vt subditus, cui votum est irritatum, non tenetur amplius ad illud, etiam si Superior, qui irritauit, de nouo det licentiam implendi tale votum: quia obligatio illa, omnino extincta, non potest reuiuiscere, nisi subditus de nouo voueat. Si verò irritatio est imperfecta, seu potius suspensio pro aliquo tempore: transacto eo tempore, vouens tenetur votum seruare, aut quoties superior dabit licentiam, vt tale votum exequatur. Ita Valentia, *tom.3. disput.6. quæstione 4.* Emanuel Sa, *v. votum paragraph. irritans votum.* Siluester, *v. voto tom.4. quæst.2. ad 3.* Nauarrus, *capit.12. sum. num.69.* Tancredus, *lib.9. de matri. disp.39. quæst.4. num.13.* Sanchez, *lib.9. de*

de matrim. disp. 39. num. 34. & lib. 4. sum. cap. 26. num. 4. Bonacina, *de præcep. disp. 4. quæst. 2. pun. 7. §. 2. num. 36.* Layman, *in theolog. moral. lib. 4. tract. 4. cap. 3. num. 19.* & alij.

13 Difficultas est, quando nam sit perfecta irritatio, quando verò suspensio? Respondetur (vt benè ait Tancredus, *num. 14.*) Quoties votum irritatur, ratione dominij, quod habet Superior in voluntatem subditi, est perfecta irritatio. Quando verò votum irritatur, ratione dominij, quod habet Superior in materiam promissam; licet aliqui dicant absolutè, tunc non posse esse, veram irritationem; tamen sic distinguendum est: Si materia illa omnino subiacet voluntati Superioris, ex eo quia nulli prius fuit obligata; tunc potest esse perfecta irritatio: quia, sicuti quando habet dominium totale voluntatis subditi, potest perfectè omnia vota irritare; ita quando habet dominium partiale, respectu alicuius materiæ, verbi gratia, ieiunandi, potest perfectè illam partem irritare. Et ita Bonacina, *de præcept. disput. 4. quæst. 2. punt. 7. §. 3. num. 36.* Layman, *in theolog. moral. lib. 4. tractat. 4. cap. 3. num. 19.* Philiarcus, *de offic. sacerd. tom. 1. part. 2. lib. 3. cap. 4.* Sotus, *lib. 7. de iustit. quæst. 3. articul. 1. versic. aliud post hæc dubium.* Molfesius, *tom. 1. sum. tractat. 11. cap. 15. num. 87.* Sanchez, *lib. 9. de matrimo. disp. 39. num. 34.* Nauarrus, *cap. 12. sum. num. 66.* Angles, *in floribus part. 2. quæst. unica de voto artic. 7. difficult. 8.* Aragonius, *2. 2. quæst. 88. artic. 8. in fine.* Vega, *tom. 2. sum. cap. 129. cas. 95.* Graffius, *part. 1. decis. lib. 2. cap. 29. num. 5.* & alij.

14 At si materia non omninò subiacet voluntati Superioris, sed solum secundum quid, vt quia antequam esset subiecta Superiori, iam erat Deo consecrata, tunc non est vera irritatio; sed solum suspensio, pro tempore, pro quo talis materia subiacet Superiori, quatenus potest pro omni tempore occupare subditum, verbi gratia, Vir, vxorem. Ita supracitati Doctores.

15 Ex his deducitur: Vota omnia Vxoris, constante matrimonio, ab ea emissa, siuè pro tunc implenda, siuè pro tempore soluti matrimonij: si à Viro fuerint irritata, non reuiuiscere, ita, vt amplius ad ea vxor non teneatur: Et ita dic de votis subditi, quæ potest Superior irritare. Ratio est: quia vir potest irritare omnia vota hæc, ratione dominij, quod habet in voluntate Vxoris: aut saltem ratione plenæ potestatis, quam habet in materiam voti: ergo potest perfectè ea irritare. Ita Sanchez, Tancredus, *numer. decim. sext.* Layman, Bonacina, & alii citati.

16 Vota verò, quæ Vxor emisit ante matrimonium, quamuis vir possit irritare, tamen, mortuo marito, reuiuiscunt: quia talis irritatio non est perfecta, sed potius suspensio, nam nec voluntas vouentis Vxoris erat subdita Viro, nec materia voti plena subditur ipsi: Vndè, soluto matrimonio, tenetur Vxor, ea vota implere.

An licentia vouendi possit irritari ante votum emissum?

Dub. 5.

17 CLarum est apud omnes, quod Superior potest reuocare licentiam, quando inferior non dum vsus est licentia vouendi: sicut potest quamlibet aliam, aliquid faciendi. Ratio est: quia tunc nulli ius acquisitum est. Ita Diuus Bonauentura, *in 4. distinct. 32. in exposit. litteræ numer. 4.* vbi Riccardus, *articul. secund. quæstion. secund. in corpore.* Paludanus, *quæstion. secund. articul. secund. numer. decim. octau.* Rosella, *verb. votum 3. numer. secund.* Sayrus, *in Clau. Regia lib. sext. cap. decim. numer. decim. secund.* Sanchez, *lib. quart. sum. cap. vigesim septim. numer. 1.* & alij. Hinc deducitur: Si Superior dederit alicui licentiam vouendi, si eam reuocet, antequam ille subditus votum illud faciat, & post illam reuocationem voueat, votum irritum est: sin autem votum fecerit ante reuocationem licentiæ, tenet votum, quousque cum eo dispensatum sit.

(∴ ✝ ∴)

Dubi-

Dubitatur 2. An idem Superior, qui licentiam concessit, possit validè reuocare, irritando votum, virtute illius emissum, quando res non est executioni mandata, perindè, ac si absque licentia facta esset?

18 Riccardus, *in 4 dist. 38 artic. 4 quæst.* 3. loquens de Prælatis Religionum, eam potestatem denegat, & de potestate dispensandi dubitat. Atque à fortiori, eam irritandi potestatem denegaret, quibuscumque alijs fungentibus potestate dominatiua: in nullis enim ita clara est hæc irritandi potestas, ac in Superioribus Religionis.

19 Philiarcus verò, *de offic. & potest. sacerd. to. 1. part. 2. lib. 3. cap. 4. §. sed maior difficultas* soli Prælato Religionis concedit hanc potestatem: quia nullus superior dominatiua potestate præditus (excepto Prælato regulari) gaudet simul potestate spirituali: Addit autem Philiarcus: Eum, cui votum irritatur, teneri obedire. Sed fundamentum eius nihil probat: ad irritandum enim, nihil confert potestas spiritualis.

20 Communis vero opinio affirmatiuè respondet. Cuius ratio est: quia Prælatus, dando licentiam, vel confirmando votum, non priuat se suo dominio, & potestate: ergo per illam potest retractare, quod antea fuerat, & votum irritare. Antecedens probatur: quia, cum possit postea ad subditi bonum expedire irritatio, facta à superiore, tamquam domino, & nè litigia inter ipsum, & subditum oriantur, censendus est, Superior in ea licentia, minimum quod potest, cedere iuri suo; & sic solum facultatem concedere, vt subditus voluntate propria vtatur, vouendo, & exequendo votum, quod absque dominij translatione fieri potest. Confirmatur: quia, concedendo licentiam, non facit subditum sui iuris, sed solum cōcedit illi, vt operetur, & se obliget, semper tamen dependenter à voluntate Superioris, & ea conditione imbibita in votis, nisi Superior contradixerit: semper enim vult manere Superior: & ideò, ius non absolutè, sed sub ea conditione acquiritur Deo. Ita Maior, *in 4. dist. 38. quæst. 4. dub. penult.* vbi Gabriel, *artic. 8.* Abulens. *cap. 10. num. 37.* Panormitanus, *in cap. scriptura, de voto num 8.* Caietanus, *2. 2. quæst. 88 artic. 8. dub. 2.* Nauarrus, *cap 12. sum. num 37.* Lesius, *lib. 2. cap. 40 dub. 10. nu. 75.* Azorius, *part. 1 lib. 11 cap. 17. quæst. 6* Aragonius, *2. 2 quæst 88 articul. 8 post 6. conclus.* Suarez, *to. 2 de relig lib. 6 de voto cap 8. à num 4. vsq. ad 7.* Sayrus, *in clau. reg lib 6 cap 10 num. 12.* Angelus, *v. votum 2. num. 10.* Sotus, *lib 7 de iust quæst. 2. artic 1. colum 9. versic. maior autem.* Rodoriquez, *part. 2. sum. cap 90. num. 5.* Valentia, *2. 2. disp 6. quæst. 6 pun. 6. quæst. 3.* Emanuel Sà, *v. votum vbi de irritatione voti num. 7.* Corradus, *in suis respons. part. 1. quæst 303.* Vega, *to. 2 sum cap 119. cas. 91.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap 27 num. 9.* Bonacina, *de præcep. disp. 4. quæst. 2. pun 7. § 3 num 28.* Reginaldus, *lib. 18 num. 204.* Layman, *in theolog. moral. lib. 4 tract 4. cap. 7. num. 14.* & alij.

21 Et quod dictum est de Prælatis, dicendum est etiam de Viro erga vxorem, dicunt Maior, *in 4 dist. 38 quæst 1. dub. qui possint vouere versic quarta persona.* Rosella, *v. votum 3. num. 2.* Armilla, *v. votum num. 12.* Angles, *in floribus, part 1. quæs. vnica de voto artic 7 post 9. difficul.* Sayrus, *in clau. reg lib 6. cap. 8 num. 19. in fine.* Suarez, *to 2. de relig lib. 6 tract de voto cap 5. num. 19.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 27. num. 11.* & alij. Et ita dicendum est de vxore respectu viri. Ita Innocent. *cap scriptura ad finem de voto.* D. Antoninus, *2 part. tit. 3. quæst. 11 §. 1.* Sanchez, *lib. 4 sum cap 27. num. 12.* & alij. Et ita dicendum est de votis, emissis à seruo de licentia Domini, dicunt Sanchez, nu. 14. Angelus, Vega, Caietanus, Lesius, Nauarrus, & alij.

22 Obseruatamen Primò: Superiorem, qui absque iusta causa irritat votum, post concessam vouendi facultatem, peccare. Ratio est: quia, sicut Superior, dans licentiam subdito, promittendi aliquid homini, cooperatur illi obligationi, & quasi offert rem illam ei homini: ita dans licentiam promittendi Deo, quantum est ex se, abstulit Deo materiam illius voti, & ad illud cooperatus est: ergo vouens est iniurius illi voto, & peccat in illud. Ita Glossa, *ordinaria. cap. 30. ad finem.* Hostiens, *sum tit. de voto* Riccardus, *in 4. dist. 32 artic. 2. quæst. 2. ad finem, in solut ad 1.* Maior, *in 4 dist 38. q. 4. dub. 1. versic. quarta persona.* Caietanus, *v. votum cap. vltim statim in principio, & 2. 2. quæst. 88. artic. 8. dub. 2.* Angelus, *v.*

votum 2. num. 10. Sotus, *lib. 7. de iustit. quæst. 3 artic. 1. colum. 9 versic. maiori autem.* Suarez, *to. 2. de relig. lib. 6. de voto cap. 4 num. 22. & cap. 8 num. 9.* Sayrus, *in clau. reg. lib. 6. cap. 10. num. 12.* Emanuel Sà, *v. votum vbi de irritatione voti.* Azorius, *par. 1. lib. 11. cap. 17. quæst. 6.* D. Antoninus *3. pa. tit. 1. cap. 22. statim in principio.* Rosella, *v. votum 3. num. 2.* vbi Siluester, *4. quæst. 2. dict. 6.* Nauarrus, *cap. 12. sum. nu. 73.* Aragonius, *2. 2. quæst. 88. artic. 8. post. 6. conclus.* Rodoriquez, *part. 2. sum. cap. 89. num. 6.* Grasshus, *part. 1. decis. lib. 2. cap. 29. ad finem.* Lesius, *lib. 2. cap. 40. dub. 10. num. 5.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 27. num. 98.* Bonacina, *de præcep. disp. 4. quæst. 2. pun. 7. §. 2. num. 29.* Filliucius, *tract. 26. cap. 8. quæst. 3.* Layman, *in theolog. moral. lib. 4. tract. 4. cap. 7. num. 18.* & alij.

23 Et quamuis Sanchez, *num. 32.* Rodoriquez, Sayrus, & alij dicant, esse culpã mortalem; quia est infidelis Deo in re graui. Attamen Bonacina, Rosella, Suarez, Sotus, & alii dicunt, tantummodo esse culpam venialem: quia Superior, irritando, non violat votum, cum ipse non emiserit votum: nec est causa violationis voti, cum per irritationem, aufert obligationem voti: quod non accidit in eo, qui adimpletionem præcepti Ecclesiastici absque iusta causa impedit: Cum non valeat argumentum ab impediente, ad irritantem: cum per irritationem auferatur obligatio, non autem per impedientem.

29 Nisi adsit iusta causa: quia si adest causa, neque venialiter peccat: quia potestatem habet, & per priorem concessionem, non se obligauit ad non reuocandum, interueniente iusta causa, vel re melius considerata. Ita Suarez, Sayrus, Sanchez, Rodoriquez, Lesius, Azorius, Vega, & alii citati.

25 Obserua Secundò: Prælatum inferiorem nõ posse irritare votum, confirmatum à Superiore: quia potestas Superioris, siuè iurisdictionis, siuè dominatiua, non pendet ab inferiori. Ergo inferior non potest irritare id, quod fecit Superior. Potest tamen Superior inferior, suspendere ex iusta causa executionem illius voti: quia, quamuis careat potestate dominatiua, in aliud irritandum; non tamen tollitur omnino subiectio, vt ex causa occurrenti nequeat suspendere, idque recta gubernatio postulat. Ita Riccardus, *in 4. dist. 38. artic. 4. quæst.*

3. Angles, *in florib. part. 2. quæst. unica de voto artic. 7. diff. 6.* Rodoriquez, *part. 2. sum. cap. 89. num. 7.* Suarez, *to. 2. de relig. lib. 6. cap. 8. de voto num. 2.* Sanchez, *to. 1. sum. lib. 4. cap. 27. num. 4.* Reginaldus, *lib. 18. num. 324.* & alij.

An Prælatus æqualis, succedens ei, qui licentiam dedit, possit validè, & licitè irritare votum, ex licentia præcedentis emissum; & non dum executioni mandatum, perindè ac si absque licentia emissum esset?

Dub. 6.

26 Affirmatiuè respondetur. Ratio est: quia potestas eadem est in vtroque: & illa personarum distinctio, quasi materialis est. Item, illa potestas integra est in successore: ergo comprehendit etiam talem materiam, vel tale votum. Tum quia par in parem non habeat imperium, *cap. innotuit de electione,* & licentia præcedentis superioris æqualis, succedenti æquali præiudicare non potest: quare posset libere, & absque causa votum id irritare, perindè, ac si absque licentia factum esset. Confirmatur: quia etsi præcedens Superior, eo quod dando vouendi licentiam, effectus sit particeps voti subditi, coarctarit suam potestatem, nè ita liberè sicut antea, possit id votum irritare: at nequit successoris, qui nulla ratione fuit voti illius particeps, nec aliquam erga Deum obligationem contraxit, potestatem liberè irritãdi coarctare sicut, si præcedens emisisset votum, non irritandi vota illius subditi, non posset absque peccato vota irritare. At æqualis successor potest vtique, vt potè qui suam potestatem non alligauerit. Ita Suarez, *tom. 2 de relig. lib 6. de voto cap. 8. num. 10.* Molfesius, *to. 1 sum. tract. 11 cap. 66.* Sanchez, *to. 1. sum. lib. 4. cap. 27. num. 36.* Petrus Ledesma, *tom. 2. sum. tract. 10. cap. 7. dub. vltim. dict. 11.* Reginaldus, *lib. 18. num. 324. versic. vnum est, circa finem* & alij.

27 Et ita dicendum est de votis, emissis ex licentia Patris, vel Tutoris, aut Curatoris, respectu sequentis Tutoris, aut Curatoris, succedentibus in æqualem potestatem. Et de votis, emissis ex licentia prioris Viri, aut Domini respectu sequentium, qui in eãdem priorum potestatem succedunt: & hoc quò ad vota,

quæ

quæ possunt priores irritare liberè, si ex eorum licentia non esset emissa. Nec tenetur subditus, petens irritationem voti ab alio Superiore, aut æquali, exprimere, ex alterius licētia emissū esse, quia nullo iure id exprimere cogitur, nec ad irritationem iure impediendam confert, nec irritantis potestatem minuit.

Quæ Religiosorum vota sit integrum Prælatis eorum irritare? Dub. 7.

28 Respondetur: Omnia Religiosorum vota (excepto voto arctioris Religionis) irritari possunt à Prælato, & Superiore. Ratio est: quia Religiosus non est amplius sui iuris, sed est traditus Religioni, & est constitutus in potestate Superioris. Tum quia, ius Ecclesiasticum hanc tacitam conditionem votis Religiosorum inesse voluit, nisi Prælatus aliquando contradixerit. Hanc autem contradictionem votis inesse ex iuris Ecclesiastici dispositione, communis religiosorum vsus, & praxis sufficienter indicat. Ita Layman, *in theolog. moral. lib. 4. tract. 4. cap. 7. num. 6.* Filliucius, *tract. 6. cap. 8. quæst. 9. num. 240.* Reginaldus, *lib. 18. num. 340.* Suarez, *to. 2. de relig. lib. 6. de voto cap. 7.* Vega, *to. 2. sum. cap. 129. cas. 95.* Paludanus, *in 4. dist. 38. quæst. 4. conclus. 5. num. 45.* Sotus, *lib. 7. de iust. quæst. 3. art. 1. dub. 2. conclus. 5.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 33. num. 2.* Bonacina, *de præcep. disp. 4. q. 2. pun. 7. §. 2. num. 26.* Lesius, *lib. 2. cap. 10. num. 9.* Aragonius, *2. 2. quæst. 88. artic. 8. dub. 1. conclus. 5.* & alij.

29 Et quamuis Prælati non possint dispēsare, vel irritare in præceptis suæ Regulæ, vt possunt irritare vota Religiosorū, seruandæ alicuius rei, sua regula præcepta. Ratio est: quia, sicut prælati habēt potestatem dispensandi ex causa sua in omnibus regularibus obseruantijs, & statutis; ita etiam cohibere queunt arbitrium subditorum, nè de his nouum emittant votum; ac proindè, emissum irritare. Ita Sotus, *lib. 7. de iust. quæst. 3. artic. 1. dub. 2. colum. 4. versic. his de potestate.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 33. num. 8.* Aragonius, *2. 2. quæst. 88. dub. 1. conclus. 6.* Philiarcus, *de offic. sacerd. to. 1. part. 2. lib. 3. cap. 18. versic. undecimo peccat.* Azorius *part. 1. lib. 11. cap. 17. quæst. 17.* Suarez, *to. 2. de relig. lib. 6. de voto cap. 7. num. 7.* Sayr. *in clau. reg. lib. 6. cap. 10. n. 8.* Hieronym. Rodoriq. *in cōp. qq. regul. resol. 140. n. 3.* & alij.

Dubitatur Primò: An Prælatus possit irritare votum alicuius peccati, vt non mentiendi, non fornicandi &c.

30 Negatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia, nec voti materia, nec voluntas Religiosi subditur in his Superiori, vt potè, qui nec materiam potest reddere illicitam sua prohibitione, nec contrarium potest præcipere, nec aliquid imperare, exequutionem materiæ impediens. Ita Caietanus, *2. 2. quæst. 88. artic. 8. dub. vltim.* Armilla, *verb. votum num. 9.* Palatios, *in 4. dist. 38. disp. colum. 22. versic. verum in operibus*, Angles, *in floribus par. 2. quæst. vnica de voto artic. 7. diff. 2. conclus. 2.* & probabilem vocant Lesius, *lib. 2. cap. 46. dub. 10. num. 73.* & Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 33. num. 6.*

31 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia voluntas Religiosi debet esse perfectè subdita Prælato, & dependens ab ipsius voluntate in omnibus, ad rectam vitæ directionem pertinentibus; ac proindè in nouis obligationibus suscipiendis. Confirmatur: quia, & si illa voti materia non subdatur Prælato, quatenus est præcepti, subditur tamen quò ad nouam voti obligationem. Cum id votum emittere, sit opus supererogationis: sicut orare, & abstinere extra præcepti tempus. Tum quia, nullus potest negare, id votum subdi dispensationi Ecclesiæ: quamuis in eius materia Ecclesia dispensare nequeat: quod non aliundè consurgit, nisi eo, quod obligatio illa, noua materia superaddita, procedens à subditi voluntate, subijcitur spirituali Ecclesiæ potestati: ergo idem dicendum est de irritatione, respectu Prælati, habentis potestatem dominatiuam in Religiosorum voluntate. Ita D. Thomas, *2. 2. quæst. 88. artic. 8. ad 3. & in 4. dist. 38. quæst. 1. artic. 1. quæst. vltim. ad 3.* Sotus, *lib. 7. de iust. quæst. 3. artic. 1. dub. 2. colum. 5. versic. Quartum operum genus.* Medina, *lib. 1. sum. cap. 14. §. 6. fol. 87.* Grassius, *part. 1. decis. lib. 2. cap. 19. num. 7.* Rodoriquez, *part. 2. sum. cap. 89. num. 6.* Hieronymus Rodoriquez, *in comp. qq. regul. resol. 140. num. 3.* Petrus Ledesma, *tom. 2. sum. tract. 10. cap. 7. dub. vltim. dict. 1.* Lesius, *lib. 2. cap. 46. dub. 10. num. 74.* Saylus *in clau. reg. lib. 6. cap. 10. num. 9.* Valentia, *2. 2. disp. 6. quæst. 6. pun. 6. quæst. 5.* Corradus, *in suis respons. moral. pan. quæst. 299.* Suarez, *tom. 2. de relig. lib. 6. de voto cap. 7. num. 7.*

num. 7 Sanchez, *lib.* 4. *sum. cap.* 33. *num.* 7. Nauarrus, *cap.* 12. *sum. num.* 65. Aragonius, 2. 2. *quæst* 88 *artic.* 8. *dub.* 1. *concl.* 4. Ludouicus Lopez, *part.* 1. *cap.* 28. *colum.* 2. *versic. materia voti.* Ottandus, *in* 4. *dist.* 38. *disp. unica propos.* 19. *in fine.* Azorius, *part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 17. *quæst.* 16 *&* 17. Vega, *to.* 2. *sum. cap.* 129. *cas.* 91. Reginaldus, *lib.* 18. *num.* 321. Molfesius, *to.* 1 *sum. tract.* 11. *cap.* 15. *num.* 84 *&* 85. & alij.

An vota, facta animo adimplendi, postquam peruenerint ad tempus solutæ potestatis, possint irritari? Dub. 8.

32 PRima opinio negatiuè respōdet. Cuius ratio est: quia Superior potest irritare vota, eo quod sit dominus materiæ promissæ; & non ratione, qua Superior est: nisi, quatenus persona vouēs esset materia voti: Sed in hoc euentu votum emittitur pro eo tempore, quo nec vouens, nec materia voti erit sub potestate Superioris: ergo non poterit irritare. Ita Caietanus, 2. 2. *quæst.* 88. *ar.* 8. *dub. penult. de superiorib. in genere habentibus irritandi potestatem mediante §. in solut. ad* 3. Angelus, *v. votum* 2. *in fine* Nauarrus, *cap.* 12. *sum. nu.* 66. Aragonius, 2. 2. *quæst.* 88. *artic.* 8. Angles, *in floribus part.* 2. *quæst. unica de voto artic.* 7. *diff.* 8. *conclus.* 2. *& post diffic.* 9. *dub.* 1. *conclus.* 2. *& post diffic.* 12. *dub.* 5. *colum. unica.* Ludouicus Lopez, *part.* 1. *cap.* 48. §. *vota semel irritata.* Rodoriquez, *part.* 2. *sum. cap.* 89. *num.* 8. *& cap.* 90. *num.* 10. & alij.

33 Secunda opinio distinguit: Nam, aliqui sunt plenè subditi Superiori quòad voluntatem, qui ad plenum eius regimen traditi sunt: quales sunt Religiosi, respectu suorum Prælatorum; & filij impuberes, respectu Patris, & Tutoris: Alii verò sunt tantum subditi, quòad aliqua obsequia, vel aliquod voluntatis regimen: quales sunt, Seruus Domino, Vxor Viro, filij puberes Patri, & Curatori. Priorum ergo vota, facta ad tempus solutæ potestatis, possunt Superiores irritare: non autem posteriorum. Ita Sanchez, mutans sententiam, *in tom.* 1. *lib.* 4. *sum. cap.* 29. *num.* 31.

34 Tertia opinio absolutè ait: Posse omnes Superiores, ea vota irritare. Cuius ratio est: quia tempore, quo votum illud emittitur, voluntas illa subditi est sub potestate Superioris, quamuis executio in aliud tempus differatur. Confirmatur: quia, licet executio pendeat in futurum: at talis voti grauamen, & obligatio præsentia sunt. Deindè, sequitur, ex tali voto, præiudicium Superiori: nam tempore, quo est verè Superior, & alter subditus eum non recognoscit, vouens sine eius consensu. Ita Sotus, *lib.* 7 *de iustit quæst.* 7. *paulo ante solut. ad argumentum.* Alcozer, *cap.* 16. *sum. ubi de votorum in genere irritante conclus.* 9. *fol.* 55 *pag.* 1. Ludouicus Lopez, *part.* 1. *cap.* 50. *paulo post principium.* Vega, *to.* 2. *sum cap.* 129. *cas.* 20. Petrus Ledesma, *to.* 2. *sum. tr.* 10. *cap.* 7. *dub. ultim. dict.* 10. Valentia, 2. 2. *disp.* 6 *quæst.* 6. *pun.* 6. *num.* 3. Bonacina, *de præcep. disp.* 4. *quæst.* 2. *punt.* 7 §. 2. *num.* 26. Sayrus, *in clau. reg. lib* 6. *cap.* 9. *num.* 29. Azorius, *part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 17. *quæst.* 8. & alij. Probabilem vocat Sanchez, *lib.* 9. *de matrim. disp.* 39. *num.* 16.

35 An Superior possit irritare vota, à Religioso facta ante Religionis ingressum? Affirmatiuè respondetur: quia Religiosus est magis subditus suo Superiori, quā Vxor Marito: sicut ergo Maritus potest irritare vota Vxoris, sibi præiudicialia, facta ante matrimonium: ita etiam Superior vota Religiosi, facta ante Religionis ingressum. Ita Azorius, *part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 17. *dub.* 2. *& ultim.* Sanchez, *lib.* 4. *sum. cap.* 31. *num.* 3. Bonacina, *de præcep. disp.* 4. *quæst.* 2. *pun.* 7. §. 2. *num.* 26. *versic. addo tertio.* Reginaldus, *lib.* 18. *num.* 323. Sayrus, *in clau. reg. lib.* 7. *cap.* 10. *num.* 11. & alij.

An Prælatus, seu Abbas possit irritare vota Nouitiorum? Dub. 9.

36 PRima opinio negat de votis, emissis in sæculo, & nouitiato, adimplendi in sæculo. Affirmat tamen de votis emissis in nouitiato, vt tunc adimpleantur. Ita aliqui, quos tacito nomine refert Azorius, *part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 17. *quæst.* 10.

37 Secunda opinio affirmat, si sub hac cōditione irritantur vota, si sequatur professio: Secùs, si non sequatur. Cuius ratio est: quia, sicut Nouitius est religiosus in fieri, & non perfectè; ita Prælatis competit imperfecta irritandi potestas. Ita Aliqui: quos tacito nomine refert Sayrus, *in clau. reg. lib.* 6. *cap.* 10. *num.* 15.

38 Tertia opinio, quæ est vera; absolutè negat. Cuius ratio est: quia, cum nondum professionem emiserit, eorum voluntas à superioris voluntate non dependet,

pendet: *argum. cap. 1. & cap beneficium, de regular. in 6.* per professionem enim renuntiatur voluntati propriæ. Ita Molfesius, *to. 1. sum. tract. 11. cap. 15. num. 75.* Reginaldus, *lib. 18. num 323. in fine.* Nauarrus, *cap. 12 sum. num. 65.* Siluester, *v. votum 4. quæst. 7 dict. 3.* Angles, *in florib. 4. quæst. de voto artic. 8. dub. 3.* Ludouicus Lopez, *part 1. cap. 47 & 48.* Azorius, *par. 1. lib. 11. cap. 17. quæst 20.* Emanuel Sa, *v. votum num. 2.* Sayrus, *in clau reg. lib 6. cap. 10. num. 15.* Rodoriquez, *part. 1. sum. cap. 89 num. vltim. to 2. qq regul. quæst. 25 artic. 8.* Lesius, *lib. 2. cap. 40. dub. 10. num. 77.* Sanchez, *lib. 4. sum cap. 33 numer. 28.* Suarez, *tom 2. de relig. lib. 6 de voto cap. 7. num. 12.* Bonacina, *de præcep disp. 4 quæst. 2. pun. 7 § 2 num. 32.* Diana, *part 3. tract. 2 resolut. 71 in fine.* Layman, *in theolog. moral. lib 4. tract. 4. cap. 7 num. 9* & alij.

39 Limitant hanc sententiam Suarez, *nu. 11. in fine,* & Sanchez, *cap. 24. numer. 36.* Nisi Nouitius apponeret in voto conditionem, si Superior approbauerit votũ, vel consenserit: quia, tunc poterit Superior irritare per subtractionem conditionis appositæ.

Dubitatur: An Prælati saltem possint suspendere vota Nouitiorum, ita vt pro tunc non obligent?

40 PAludanus, *in 4. dist. 34. quæst. 4 artic. 3. conclus. 3. num. 33.* Sayrus, *in clau. reg. lib 6. cap. 10. num. 15 circa medium.* Siluester, *v. votum 4. quæst. 7. dict. 1.* D. Antoninus, *1. part. tit. 11. cap. 2. § 8 notab. 2.* & Ludodicus Lopez, *part. 1 cap 48 col. 2.* dicunt absolutè: Nouitium excusari tempore nouitiatus, à votis personalibus implendis, & ita ea pro tunc suspensa esse. Secùs dicunt de votis realibus.

41 Graffius tamen, *in par. 1. decis. lib. 2. cap. 30. num. 2.* Couarru, *1. de pact. § 3. num. 4. versic. sexto apparet,* affirmant, tam de votis personalibus, quam de votis realibus. Quorum ratio est: quia ea vota realia possunt commutari in melius; quale est perpetuus religionis ingressus.

Sed si hi Doctores benè respiciantur, videntur loqui, quando quis commutauit propria sua auctoritate, omnia vota, in perpetuum Religionis ingressum; & tunc verissimum est, nulla vota, sic commutata, obligare tempore nouitiatus.

42 Alij verò meliùs dicunt: Posse Prælatum suspendere vota Nouitiorum personalia, quæ gubernationi, & conuenienti ordini Religionis præiudicium, attulerint. Quorum ratio est: quia, quò ad hoc, Prælatus habet potestatem in Nouitium, non prouenientem ex voto, sed ex iurisdictione, cui pro tunc Nouitius subiectus est. Vndè Prælati possunt suspendere sola vota, impedientia executionem exercitiorum nouitiatus. Ita Bonacina, *de præcep. disp. 4 quæst. 2. pun. 7, § 2. num. 32.* Layman, *in theolog. moral. lib. 4 tract. 4. cap. 7. num 9.* Sanchez, *lib. 4. sum cap. 33. num. 32.* Suarez, *to. 2 de relig. lib. 6. de voto cap. 7 num. 12.* Lesius, *lib. 2. cap. 40 dub. 10. num. 77.* & alij.

43 Non tamen potest Prælatus suspendere, aut irritare vota realia Nouitiorum, quando habent, vndè possunt adimplere, vt (præter Doctores citatos) docet Molfesius, *to. 1. sum. tract. 11. cap. 15. nu 80.*

Quibus Prælatis Religionis competit hæc potestas, irritandi vota Religiosorum? Dub. 10.

NOta, quod nos hic non loquimur de Pontifice, & Episcopis, & Delegato à latere, misso, & nato: sed de alijs Prælatis.

44 Respondetur: Hæc potestas, irritandi vota Religiosorum, competit quibuscumque Prælatis Regularibus: vt sunt Generales, Prouintiales, & Superiores locales monasteriorum, vt sunt Abbates, Propositi, Priores, & Guardiani, & quouis alio nomine nuncupentur. Quia isti omnes sunt ordinarij Iudices, & Prælati Religiosorum, vt communiter Doctores dicunt: & successiuè possunt vota subditorum irritare; cum velle, & nolle Religiosorum totaliter dependeat ab ipsis Prælatis, quatenùs se extendit notum obedientiæ. Et ita dicendum est de Visitatoribus, qui sunt Prouintialibus Superiores, & toti Prouintiæ præsunt. Nisi hæc iurisdictio fuerit eis limitata. Vndè quando non habent plenam auctoritatem (vt in multis Religionibus obseruatur) non possunt irritare talia vota.

Dubitatur Primò: An Vicarij possint irritare vota Religiosorum?

45 QVando Vicarij habent iurisdictionem ad omnes causas, & negotia possunt irritare vota Religiosorum: quia in

in tali generali facultate includitur etiã facultas irritandi vota: cum verba generalia, generaliter accipienda sunt: & tunc sunt plenè Superiores, eademque illorum auctoritate funguntur: sicut Tutores possunt irritare vota pupillorum, quod auctoritate legis, vice parẽtum, funguntur: ita &c. Vndè, Superiorum vice fungentes, atque ita solum vicariam iurisdictionem habentes, possunt ea vota irritare, quæ possunt Superiores; si auctoritate legitima, habeant eam vicariam iurisdictionem generalem ad omnes causas, & non restrictam ad aliquas determinatas. Ita in nostra Religione Fratrum Minorum, Vicarij, constituti à definitorio in absentia Prælati, seù Guardiani, vicem illius gerunt, cum tota iurisdictione illius Guardiani. Secus dicendum est de Vicarijs, à Guardianis constitutis: quia in absentia Guardiani, iurisdictionem ordinariam non habent, neque cœtera, concessa Guardianis. Ita Molfesius, *to. 1 sum. tract* 11. *cap.* 15. *num* 69. Sotus, *in* 4. *dist.* 18. *quæst.* 4. *artic.* 2. Suarez, *to.* 2. *de relig. lib.* 6. *de voto cap* 7 *num.* 17 Sayrus, *in clau reg. lib.* 6. *cap.* 10 *num.* 16 Azorius, *par.* 1. *lib* 11. *cap.* 17. *quæst.* 7. Bonacina, *de præcept disp.* 4. *quæst.* 2. *pun* 7 § 2. *num.* 31. Sanchez, *lib.* 4. *sum cap* 33. *num.* 16. Reginaldus, *lib.* 18 *num.* 314. & alij.

Dubitatur Secundò: An Abbatissa possit irritare vota Monialium?

46 AFfirmatiuè respondetur. Ratio est: quia, sicut potest Pater irritare vota filiorum, vt in dub. 14 dicebimus: ita Abbatissa poterit cum Monialibus: cum maiorem auctoritatem, & dominium super opera Monialium habet. Tum quia, non minorem potestatem habet in actus Monialium, quã Mater tutrix in actus impuberum. Et quamuis Abbatissæ, seù Priorissæ non habeant potestatẽ spiritualem in Moniales; habent tamen potestatem domesticam, qualem habet Mater familias: ac proindè, non possunt præcepta spiritualia imponere; sicut possunt Prælati Regulares: possunt tamen instar Matris familias præcepta imponere; sicut possunt Prælati regulares: Possunt tamen, instar Matris familias, præcepta imponere; quę ad domesticam gubernationem, & communem monasterii pacem conducunt. Vndè, sicut pater, & mater (saltem quando est Tutrix, vt infra dicemus) possunt irritare vota filiorum; ita dicendum est de Abbatissa. Ita Lesius, *lib.* 2. *cap.* 40. *dub* 13. *num.* 107. Alcozer, *cap.* 16. *sum. conclus.* 3. Petrus Ledesma, *to.* 2 *sum. tract.* 10 *cap.* 7. *ad finem.* Ouandus, *in* 4. *dist.* 34. *disp. vnica, propos.* 19. Anglesi, *in florib. part.* 2. *quæst vnica de voto artic.* 7. *diffic.* 7. Viualdus, *in cand. sacram. part.* 3 *cap.* 14 *num* 98. Sayrus, *in clau. regia lib.* 16 *cap.* 10. *num.* 7. *versi bine est, & num.* 13. *in fine.* Sanchez, *to.* 1 *sum. lib.* 4. *cap* 33. *num* 19. Filliucius, *tract.* 26. *cap.* 8. *quæst.* 9. *num.* 242. Reginaldus, *lib.* 18. *num.* 324. Vasquez, 1. 2. *quæst* 96 *artic.* 4. *diff.* 165 *& cap.* 4 *num* 29. Diana, *part.* 3. *tract.* 2 *resolut.* 71. *in fine.* Portella, *in dub. regul. v dispensare num.* 13. Emanuel Rodoriquez, *to* 1 *qq. regul quæst* 25. *artic.* 7. Hieronymus Rodoriquez, *in comp. qq. regul resolut.* 2. *num.* 12. Bonacina, *de præcep disp.* 4. *quæst.* 2 *pun* 7. § 1. *num.* 26. *versic. addo quarto* Molfesius, *tom.* 1. *sum. tract.* 11. *cap.* 15. *num.* 68. & alij.

An Vir possit irritare omnia vota Vxoris, excepto voto castitatis?
Dub. 15.

47 PRima opinio ait: Maritum posse irritare omnia vota Vxoris, quæ sunt in præiudicium ipsius, & domus, ac familiæ administrationem: vt est votum Vxoris, quod præiudicat actui matrimoniali, *cap. noluit* 33. *quæst.* 5. vota abstinẽtiæ, ieiuniorum, & peregrinationum, ab Vxore facta, siuè ante, siuè post matrimonium; Non tamen potest irritare votum non mentiendi, aut largiẽdi eleemosynam, &c. Cuius ratio est: quia Vxor non est subdita illi, nisi quò ad ea, quæ sunt in Mariti præiudicium: vndè, ea solum vota, vel ante, vel post matrimonium emissa; irritare valet, quæ Viro præiudicium aliquo modo afferre possunt. Tum quia, matrimonium non ordinatur per se primò, & vltimatè, nisi ad bonum prolis, & familiæ: ergo Vxor nõ subditur Viro primario, & per se, propter gubernandam ipsius Vxoris voluntatem; sed propter bonum prolis, & familiæ: ac subinde sola Vxoris vota, de rebus directè, vel indirectè adhoc pertinentibus, poterit irritare. Ita Vincentius, *speculo doctrinal. tom.* 2. *lib.* 9. *cap* 86. Turrecrem. *cap. manifest. numer.* 2 *& cap. sunt quædam* 17. *quæst.* 1. *num* 9. Cartusianus,

stianus, *in cap.10.numeror. ad finem vers. sequitur de vxore* D Antoninus, *3.part. tit.1.cap.22 §. in fine.* Angelus, *v. votum 2. numer octau.* Siluester, *verb. votum 5.quæst 1.* Monaldus, *in sum tract.de voto tit.de voto coniug versic. quod si vouerit mulier.* Nauarrus, *cap.12. sum num. 64.in fine, & num.65.* Margarita, *confes. vbi de voto irrit fol.135 in fine, & sequent.* Palatios, *in 4. dist.38. disp 3.fol.987* Valentia, *2 2 disp.6 quæst 6.de voto pun.6.in vltima difficult. de votis subdit.* Ludouicus Lopez, *par.1.cap.47 § vltim.* Graffius, *part.1.decis lib.2.cap.19 num.8 & part.2. lib.2.cap.12.num 45.* Viualdus, *in candel. sacram. part.3 cap.14.nu 100.* Philiarcus, *de offic sacerd.to.1.part.2 lib 3.cap.18 § 11. peccat.* Azorius, *part.1.lib.6. cap.5.quæst. 12.* Lesius, *lib.2. cap.40 dub.10. num.83.* Sayrus, *in clau.reg.lib 6.cap.5. num.8.& cap.10.num. 19.* Suarez, *to.2.de relig.lib.3. de voto cap 6.num.26* & Lesius, *lib.6.cap. 4 num.2.* Angles, *in floribus in 4. quæst. de voto artic.8. diffic 9.* Filliucius, *tract. 26 cap.8.quæstion.8.numer 135.* Bonacina, *de precept.disput.4. quæstion.2. num. 10.* Gesualdus, *par.1 theolog. moral.trac. 35.cap.3.num.3.* Siluius, *2.2.quæst.88.conclus.7.* Palaus, *to.3.disp.1.pun.3.§.4 num. 2.* & alij: & probabilem vocat Tancredus, *lib.9 de matrim.disp 39.quæst.1.num. 2.* & docent Pontius, *lib.10.de matrim. c.17.nu 3.* & Layman, *in theolog moral.lib. 4.tract.4.cap 7.nu.12.*

48 Secunda opinio ait: Posse virum irritare omnia vota Vxoris (constante matrimonio) emissa pro tunc implenda, si absq; eius licentia facta sunt, etiam si sint de rebus necessarijs, vt de non mentiendo, furando &c. Sicut Pater potest irritare omnia impuberis vota, & Prælatus omnia Religiosi. Cuius ratio est: quia nullũ est tempus, in quo non possit Vir Vxorem ordinare in bonam gubernationem domus, & familiæ. Tum quia, licèt Vxor non sit subiecta viro, quò ad materiam præceptorum Dei; benè tamẽ subiecta est, quò ad nouam obligationẽ, quam sibi imponit per votum, scilicèt, seruandi illud. Tum quia, expedit obuiare leuitatibus Mulierum, leuiter vouentium. Ita Maior, *in 4. distinct. 38. quæstion.4 dub secund.* Sotus, *lib septim. de iustit. quæstion.3. articul.1.* Alcozer, *sum. capit. 16. fol. 56.* Aragonius, *2. 2. quæstion 88. articul.8.* Petrus Ledesma, *de matrimon. quæstion.64. articul.4. dub.* [illegible]

2. Vega, *tom 2.sum cap.139.cas. 93.* Brunellus, *de sponsal. conclus.trigesim.num. 14.* Rodoriquez, *part secund. sum.capit. 90.num.9.* Vilalobos, *tom 2 sum tractat. 33 dict.21.* Emanuel Sà, *v. irritatio num. 1.* Sanchez, *lib.9.de matrimon. disput.39. numer.4 & lib.4. sum. cap.50.numer.9.* Tancredus, *lib 9.de matrimon disput.39. numer.1.* Diana, *part.3, tractat 4.resolut. 220. & part. 4. tractat. 4. resolut. 110. & part.9.tractat.8 resolut.15.* Malderus, *in 2.2. D.Thomæ tractat.10.dub.7.quæstion. 5.* Ioann del Cruz, *in direct part.1. præcept.2.articul 2.dub.10.conclus.3.* Paludanus, *in 4. distinct.38 quæst.3. articul.1. conclus.6.* Raphael della Torre, *in 2.2. D. Thomæ tom.2.quæstion.88.artic 9 disput. 7.* & alij: & probabilem vocant Bonacina, *numer.16.* & Gesualdus, *numer.3. in fine.*

An Vir possit irritare votum castitatis, constante matrimonio, ab vxore emissum, absque licentia Viri, pro tunc implendum?
Dub. 12.

49 NEgatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia Vir non habet dominium in Vxorem, in ordine ad actum coniugalem; sed quò ad eum sunt pares, *cap. gaudentes, de deuortio, cap. si quis vxorem 32. quæstion. 1.* nec vir est est caput mulieris, quò ad eum actum, vt ait Durandus, *in 4. dist.38.quæstion. 1.artic 1.numer.7.* ergo nullo modo poterit votum Vxoris, circa eum actum emissum, irritare. Ita Diuus Bonauentura, *in 4.dist.32. in composit. littera nu. 4.* Glossa, *cap. manifestum 33.quæstion.5 verb.nisi author.* vbi Archidiaconus, *in fine.* Paludanus, *in 4.dist.38.quæstion.4. articul.2.conclus.5. num.23.* Caietanus, *in sum v.votum cap. de condition.vouentis §.scio, & in opuscul. tom 1. tractat.31. septendecim responsionum respons.14.dub. 4.* Siluester *v.votum.4 quæst.2. distin. 4.* Nauarrus, *cap.12 sum.num 64.* Palatios, *4.dist.32.disp 2.fol.717.col.1.* Angles, *in florib. par. 2. quæst.de voto. art. diff 9.* Valentia *2.2.disp.6.quæst.6.pu.6.q.vltima.* Ludouicus Lopez, *pa.1.cap.47.in fine.* Maior, *in 4.distint.38.quæst. 4. art. 2.par. 1. concl. 2.* & alij.

50 Secunda opinio: Posse Virum irritare votũ castitatis, siuè sit non petendi tantum,

tum, siuè absolutè continentiæ. Cuius ratio est: quia, quamuis Vir, & Vxor sint pares, quò ad libertatem non petendi, & obligationem reddendi, & ita materia illa non sit Viro subiecta: at quò ad illam nouam obligationem, quæ accidentaria est Vxor subditur Viro, tamquam capiti, cuius est voluntatem ipsius dirigere, nè imprudenter voueat. Ita Ioa. de Fiburgo, *sum. confess. lib. 1. tit. 8. quæst. 35.* Sotus, *in 4. dist. 35 quæst. 1. artic. 3. post. 1. conclus. versic. vtrum autem, & lib. 7. de iustit. quæst. 3. artic. 1. versic. an verò possit alteruter.* Aragonius, *2. 2. quæst. 88. artic. 8.* Nauarrus, *cap. 10. num. 60.* Stunica, *de voto quæstion. 3. num. 59.* Gutierez, *qq. canonic. lib. 2. cap. 22. num. 49.* Philiarcus, *de offic. sacerd. tom. 1. part. 2. lib. 3. capit. 4.* Rodoriquez, *part. 1. sum. 2. edit. cap. 243. num. 8. & part. 2. cap. 90. num. 3.* Gomez, *in bullæ cruciatæ clauf. 10. num. 67.* Vega, *tom. 2. sum. cap. 129 caf. 12. & 93.* Sanchez, *lib. 9. de matrimon. disp. 39 num. 11. & lib. 4. sum. cap. 34 num. 10.* Tancredus, *de matrim. lib. 9 disp. 34 num. 3.* & alij.

51 Etiam si votum emissum sit absolutè, quatenùs id votum obligat, ad abstinendum à venerijs extra id matrimonium, & ab alio matrimonio ineundo, potest Maritus irritare. Ratio est: quia illa noua obligatio, qua, inconsulto Viro, se Vxor astrinxit, subditur Viro iuxta supradicta. Vndè, facta ea irritatione, si committat adulterium, non erit sacrilegium: & soluto matrimonio, non tenetur, ab alijs nuptijs abstinere. Ita Sanchez, *lib. 9 de matrim. disp. 39. numer. 12.* Pontius, *in 3. part. D. Thomæ quæst. 6. de bonis matrim. dub. 20. num. 153.* Diana, *part. 4. tract. 4. resolut. 110.* & alij.

Dubitatur Primò: *An Vir possit irritare votum castitatis, de sua licentia emissum?*

57 PRima opinio ait: Non posse Maritum irritare votum, quò ad illam partem, quæ non facit illi præiudicium, vt est petere debitum: posse tamen ad eam partem, quæ præiudicat; vt est reddere debitum: consequenter, quantum ad eam partem, quæ non præiudicat, irritatio est nulla. Cuius ratio est: quia in ea parte, quæ præiudicat Virum, materia voti est sub dominio ipsius, & quò ad licentiam datam non priuatur. At in ea parte, quæ non præiudicat, non est in Viro subiecta. Ita Diuus Thomas, *in 4. dist. 32. in exposit. litteræ.* Diuus Bonauentura, *numer. 4* Riccardus, *artic. 2 quæst. 2. ad primum.* Paludanus, *quæst. 2. artic. 2. num. 17.* Gartianus, *cap. manifestum §. expræmissis 33. quæst. 5.* vbi Turrecramata, *in fine.* Ioann. de Fibiirgo, *sum. confess. lib. 1. titul 8. quæstion. 45.* Diuus Antoninus, *3. par. tit. 1. cap. 22. §. 3.* Adrianus, *in 4. quæst. 14. de matrim.* Rosella, *v. votum 3. numer. 2.* Siluester, *v. votum 5. quæst. 2.* Tabiena, *v. matrimonium 1. §. 4.* Nauarrus, *cap. 12. sum. num. 61.* Rodoriquez, *part 2. sum. cap. 90. num. 5.* Lesius, *lib. 2. cap. 40. dub. 10 nu. 85. in fine.* Petrus Ledesma, *tom. 1 sum. tract. 10. cap. 7. dub. vnico dict. 2.* Reginaldus, *lib. 18. num. 312* & alij.

53 Secunda opinio absolutè ait: Posse votum castitatis, sic emissum, irritari à Viro. Cuius ratio est: quia, licèt Vir non est dominus materiæ illius promissæ, sed in illa sit æqualis Vxori, vt tamquam caput, & dominus actus illius liberi, quo Vxor tempore subiectionis se obligauit voto illo: & quamuis, ex consensu Viri, sit Deo consecratus, id confert, vt Vir, irritans absque causa, peccet: non tamē irritatio est nulla: quia illa licentia data, non amisit dominium illius actus liberi: sicut, nec vbi est dominus materiæ promissæ, ab illius dominio cadit; quamuis suo consensu Deo per votum consecretur. Ita Sotus, *lib. 7. de iustit. quæst. 3. artic. 1. versic. at verò possit alteruter, & versic. argumentum autem, & in 4. dist. 32. quæst. 1. artic. 3. post primam conclus.* vbi Paludanus, *disp. 2. fol. 717.* Stunica, *de voto in fine 3. numer. 62.* Bartholomeus Ledesma, *dub. 71 de matrimon. ad finem.* Aragonius, *2. 2 quæst. 88. artic. 8.* Vega, *tom. 2. sum cap. 129. caf. 22.* Ledesma, *2. pa. 4 quæst. 66. artic. 4. in fine.* Sanchez, *lib. 9. de matrim. disp. 40. num. 17. & lib. 4. sum. cap. 34. num. 13.* Diana, *part. 4. tractat. 4. resolut. 110.* Tancredus, *de matrim. lib. 9. disp. 40. num. 1.* Pontius, *in 3. part. D. Thomæ quæst. 6. de bonis matrim. dub. 20. nu. 153.* & alij. Et quamuis aliqui censent in isto casu, irritantem sinè causa mortaliter peccare: Attamē Pontius, & Diana (locis citatis) dicunt, solum peccare venialiter.

Dubi-

Dubitatur Secundò: An quando vterque Coniux mutuo consensu vouit continentiam, integrum sit viro votum illud iure irritare?

54 AFfirmatiuè respõdet prima opinio. Cuius ratio est: quia, quando vterque communi consensu vouet, nullum initur pactum, de non reuocando, sed de sola castitate seruanda. Sicut quando alter solus vouet continentiam. Tum quia, si Coniuges vouissent, se mutuo consensu daturos calicem Ecclesiæ, posset Vir vxoris votum reuocare: Cur ergo non idem dicendum in voto castitatis, mutua voluntate facto? Ita Palatios *in 4. dist. 32. disp. 2 fol. 712. colum. 2. versic. hæc commemorasse*

55 Secunda opinio absolutè negat. Cuius ratio est: quia, cum vterque Coniux mutuo consensu voueat continentiam, cum mutuo pacto edito cedat quilibet iuri suo, quò ad quemcumque actum matrimonialem, idque offerat Deo, vitam celibem eligens, videtur omninò renuntiare iuri reuocandi, vt vel sic finis ille vitæ continentis obtineatur: Et quãuis contractus ille posset mutuo consensu rescindi, obstat tamen vinculum votii in eodem inclusum. Ita Sotus, *lib. 7. de iustit. quæst. 3. art. 1. versic. argumẽtum autem, & in 4. dist. 32. quæst. 1. artic. 3. post. 1 conclus.* Stunica, *de voto quæst. 3. num. 64.* Bartholomeus Ledesma, *dub. 71. de matrim. ad finem.* Angles, *in florib. part. 2. quæst. de voto artic. 7. diff. 10.* Aragonius, *2. 2. quæst. 88. dub. penult.* Philiarcus, *de offic. sacerd. to. 1. part. 2. lib. 3. cap. 5. §. Excipitur in conclus.* Rodoriquez *par. 1 sum. in 2. edit. cap. 243. num. 14. & part. 2 cap. 99. num. 6.* Gomez, *in bull. cruc. clausul. 10. num. 66.* Ludouicus Lopez, *part. 1. cap. 40.* Vega, *tom. 2. sum. cap. 139. cas. 68.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 34. num. 15. & lib. 9 de matrim. disp. 40. num. 20.* Bonacina, *de præcep. disp. 4. quæst. 2. pun. 7. §. 2. num. 16* Sayrus, *in claui reg. lib. 6. cap. 5. num. 17.* Suarez, *lib. 6. cap. 4.* Reginaldus, *lib. 18. num. 311.* Tancredus, *de matrim. lib. 9. disp. 40. num. 7.* & alii.

56 Possunt tamen iterum mutuo cõsensu post votum castitatis, dare sibi inuicẽ potestatem in corpus: & tunc, licet peccent, valida erit irritatio. Ratio est: quia iam matrimonium restitutum est plenè ad priorem statum; & renuntiatio illa iuris irritandi est validè remissa: atque id votum tempore subiectionis emissum est; & facta irritatione, licebit deinceps Vxori, debitum petere: quia iam voto non obligatur. Ita Sanchez, *lib. 9. de matrim. disp. 40. num. 22. & lib. 4 sum. cap. 34 num. 17.* Pontius, *in 2 part. D. Thomæ quæst. 6. dub. 20. num. 135.* Diana, *part. 4. tract. 4. resolut. 110. versic. nota secunda.* Tancredus, *de matrim. lib. 9 disp. 40. num. 8.* Bonacina, *de præcep. disp. 4. quæst. 2. pu. 7. §. 2. num. 16. in fine.*

Dubitatur Tertiò: An Vir posterior possit irritare vota Vxoris, facta tempore prioris matrimonij, quando absque licentia prioris emissa sint?

57 REspondetur: Si vota sunt emissa sine licentia prioris Mariti, poterit secundus omnia illa irritare, quę poterat prior Maritus; ita vt, amplius ea non reuiuiscant. Immò, si Mulier, quando nõ erat nupta, sed erat sub potestate Patris, aut Tutoris, vel Curatoris; aut, si non habebat Patrem, Tutorem, &c. & impubes, sinè licentia emisit vota castitatis, aut Religionis, vel alia vota personalia: aut pubes, sed minor 25. annis vota realia; poterit Maritus irritare ante consummatum matrimonium, si ea non ratificauit, adepta congrua ætate: aut, si quando ratificauit, maior facta, matrimonium iam erat contractum: quia ipse succedit in loco Patris, Tutoris, &c. & ratificatio illa, facta tempore contracti matrimonij, est veluti nouum votum factum sine viri licentia. Ita Sanchez, *lib. 9. de matrim. disp. 41. à num. 3.* Tancredus, *de matrim. lib. 9. disp. 41. num. 1. & 2.*

58 Vndè, si Mulier, quæ votum castitatis, aut religionis emisit tempore prioris matrimonii, aut dum erat pubes, vel minor sub potestate Tutoris, contrahit secundo matrimonium, poterit secundus Vir irritare omnia prædicta vota, eo modo, quo poterat prior, & quomodo poterat Pater, Tutor, & Curator. Ita supracitati Doctores.

59 *Si* verò Vxor emisit vota cum licentia prioris Viri, Patris, Tutoris, vel Curatoris, poterit secundus Maritus validè ea irritare, si non sit iusta causa: si verò iusta causa, poterit licitè, etiam sine peccato: quia secundus Vir succedit priori. Et ita dicendũ est de votis, emissis mutuo consensu ab vxore tempore prioris matrimonij: quia ea, quæ pote-

rat irritare primus Vir poterit etiam, & secundus. Ita Sanchez, loco citato, & Tancredus, *num.* 7. *&* 8.

An Vxor possit irritare vota Viri?
Dub. 13.

60 Negatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia Vxor non habet dominium voluntatis Viri: immò ipsi, tamquam capiti, subest: nec etiam materiæ promissæ est domina: & hoc maximè verum est, quò ad actus matrimonii, ad quos neutri est dominium, sed vterque est æqualis, *cap. gaudentes, de diuortijs*. Ita Sotus, *lib.* 7. *de iust. quæst.* 3. *artic.* 1. *versic. at verò extra hanc materiam.* Petrus Ledesma, *quæst.* 64. *artic.* 4. *dub.* 2 *conclus.* 2 & videtur tenere Azorius, *part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 16. *quæst. vltim. & cap.* 17. *quæst.* 12.

61 Secunda opinio ait: Quamuis Vxor non possit irritare omnia vota Viri, sicut potest Vir irritare vota Vxoris; potest tamen irritare perfectè, ita vt amplius non reuiuiscant, omnia vota, quæ maritus emittit absque sua licentia, & sibi præiudicant, quò ad debiti reditionē, & mutuam cohabitationem. Cuius ratio est: quia Vxor habet dominium, & potestatem corporis Viri, per contractū matrimonij acquisitam, quò ad debitum sibi reddendum moderatè, & cohabitandum, 1. *ad Corintheos* 7. Ergo vota, huic dominio præiudicantia, irritare poterit. Et confirmatur: nam habens dominium irritandi votum, non reddendi debitum, & non cohabitandi, habet subindè potestatem irritandi vota, hoc impedientia. Ita Glossa, *cap manifestum versic. nisi author*, 33. *quæst.* 5. vbi Archidiac. *num vnico.* Bellamera, *num.* 1. Hostiens, *sum. tit. de voto* §. *quis vouere possit num* 8. *versic. vxor etiam, & cap. scripturę de voto ad finem.* vbi Innocent. *ad finem.* Antonius, *num.* 3. Abbas, *num.* 8. Cardinal, *quæst.* 14. D. Antoninus, 3. *part. tit.* 1. *cap.* 22. § 1. Maior, *in* 4. *dist.* 38 *quæst.* 4. *dub.* 3 Gabriel, *in* 4 *dist.* 32. *quæst. vnic. artic.* 1. *notab.* 3. *& artic.* 2. *conclus.* 2. Rosella, *v. votum* 2 *num.* 9. Angelus, *v. votum* 2. *num* 8. Siluester, *v. votum* 5. *quæst.* 1. *& v. lex*, 8. *tit.* 8 *pun.* 1. Rodoriquez, *par.* 2. *sum. cap* 90. *num.* 3. qui dicunt, non posse Virum, absque vxoris consensu, vota emittere, debito coniugali præiudicantia: sicut, nec Vxor absque viri licentia, & expressè docent Nauarrus, *cap.* 12. *sum. num.* 64. Stunica, *de voto, quæst.* 3. *nu.* 60. Toletus, *lib.* 4. *sum. cap.* 18. Aragonius, 2. 2. *quæst.* 88 *artic.* 8. Graffius, *pa.* 1. *decis. lib.* 2. *cap.* 29 *num* 8. Philiarcus, *de offic. sacerd. tom.* 1. *part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 18. § 11. *peccat.* Paludanus, *in* 4. *dist.* 38 *quæst.* 4. *artic.* 2. *conclus.* 5. *num.* 23. Ludouicus Lopez, *part.* 1. *cap.* 47. *num.* 10. Sayrus, *in clau. reg. lib.* 6. *cap.* 5. *num.* 9 *& cap.* 10. *num.* 20. Suarez, *to.* 2. *de relig. lib* 6. *de voto cap.* 4. *num* 8. Corradus, *in suis respons. part.* 1. *quæst.* 304. Filliucius, *tract.* 16. *cap.* 9. *num.* 235 Bonacina, *de præcept. disp.* 4. *quæst.* 2. *pun.* 7. §. 2. *num.* 17. Riccardus, *in* 4. *quæst.* 2. Reginaldus, *lib.* 18 *num.* 314. Tancredus, *de matrim. lib.* 9. *disp* 42. *num.* 1. Valētia, 2. 2. *disp.* 6. *quæst.* 6. *de voto pun. vltim. quæst. vltim.* & alijs.

62 Ex his deducitur Primò: Vota, emissa à Viro, absque licentia Vxoris, in præiudicium familiæ, vt erogandi magnas eleemosynas; non possunt ab Vxore irritari: quia tota familia, & administratio bonorum est penès Virum, independenter ab Vxore. Ita Sotus, *lib* 7. *de iustit. quæst.* 2. *artic.* 1. *versic at verò extra hanc.* Sanchez, *lib.* 4. *sum. cap.* 34. *num.* 26. *& de matrim. lib.* 9. *disp.* 42. *num.* 6. Suarez, *to.* 2. *de relig. lib.* 6. *de voto cap.* 4. *num* 8. Tancredus, *lib.* 9. *de matrim. disp.* 42. *num.* 4. & alij. Si verò id votum, in vitium prodigalitatis, aut iniustitiæ tenderet, non haberet vim obligandi: & ita non indigeret relaxatione. Ita Angles, *in florib. quæst. de voto artic.* 7. *post.* 9. *difficult dub.* 3. *conclus.* 2. Sanchez, *lib.* 9. *de matri disp.* 42. *num.* 6 Sotus, & alij.

63 Secundo: Quid dicendum de voto nō petendi debitum? Sanchez, *lib.* 4 *sum. cap.* 32. *num.* 27 *& lib.* 9 *de matrim. disp.* 42. *num.* 7. Palatios, *in* 4. *dist* 38. *disp.* 2 *fol.* 717. *col.* 1. Tancredus, *de matrim. lib.* 9. *disp.* 42. *num.* 4. Angles, *in florib. part.* 2. *quæst de voto artic.* 7 *post* 9. *difficul.* Lesius, *lib* 2. *cap.* 40. *dub.* 10. *num.* 84. & alij dicunt: Nō posse Vxorem tale votum irritare. Quorum ratio est: quia hoc votum non est contra fidem matrimonij, quę solum astringere possit ipsam, ad petendū debitum. Nec Vxor dominium aliquod, aut potestatem habet in virum, vt compellat ipsum, ad petendum debitum: sed, quò ad id, sunt pares, & ambo sui iuris: & ex altera parte, Vxor non est caput Viri, sed ei subdita.

64 Reginaldus verò, *lib.* 18. *num.* 314. *cir-*

ea finem. Gutierez, *quæst. canon lib. 2. cap. 22. num. 49.* Rodoriquez, *part. 1. sum cap. 242. 2. edit num* 8. Ludouicus Lopez, *pa. 1. cap. 46. § votum coniugis.* Vega, *tom. 2. sum. cap. 129. cas. 93.* Philiarcus, *de offic. sacerd. to. 1. part. 2. lib. 3. cap. 4. §. excipitur in conclus.* & alij, dicunt: Posse Vxorem tale votum irritare: quia cedit in maximum grauamen Vxoris, quæ contra naturalem verecundiam mulierum cogetur semper petere.

65 Tertiò: Vxor non potest irritare vota, facta à Viro ante consummatum matrimonium, animo transeundi ad Religionem, & ibi implendi: quia nulla ratione sibi præiudicant. Poterint tamen ab ea irritari, si dicta vota non essent adimplenda in Religione, & sibi præiudicent: quia matrimonio inito etiam ante consummationem, acquirit Vxor dominium, & ius in corpus Viri, cui Maritus præiudicare nequit, nisi Religionis ingressu. Ita Sanchez, *lib. 9 de matrim. disp. 42. num. 11. & lib. 4. sum. cap. 34 nu. 29.*

66 Quartò: Vota, facta à Viro ante matrimonium, possunt ab Vxore suspendi, si damnum sibi inferant: & proindè, pro tunc non obligabunt: quia obligatio Religionis, contracta ante matrimoniū, nequit præiudicare obligationi iustitiæ, consurgenti ex nouo matrimonio. Ita Antoninus, *in cap. scriptura num. 3. de voto.* vbi Panormitanus, *num. 8.* Rosella, *v. votum 2. num. 10.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 31. num. 11.* Tancredus, *lib 9. de matr. disp. 42. num. 3.* & alij.

67 Quintò: Vxor potest irritare vota Viri, ex licentia sua facta, quæ posset, si absque eius licentia fierent: quia ea licentia non aufert pristinum materiæ promissæ dominium; & vota manent adhuc conditionalia. Ita Innocent. *cap. scriptura ad finem de voto.* D. Antoninus, *3. part. tit. 1. cap. 22. § 1.* Sotus, *in 4 dist. 27. quæst. 1. artic. 4 vers. id autem.* Sanchez, *lib. sum. cap. 27 num. 12. & lib. 9 de matrim. disp. 42 num. 13.* Tancredus, *lib. 9. de matrim. disp. 42. num. 2.* & alij. Et si adsit iusta causa, valide, & sine peccato remanent irritata. At si non adsit iusta causa, peccat, sed valet irritatio, vt diximus de Viro.

68 Sextò: Si Vir de licentia Vxoris, perfectam castitatem vouerit, poterit Vxor irritare quò ad debiti reditionem: sed cum peccato, quando non adest iusta causa: sine peccato, quando adest causa: quia, adhuc domina manet Corporis Viri, atque ita materiæ promissæ: non potest tamen, quò ad reliquos effectus. Vnde Vir, cui sic irritatum est votum, tenebitur non petere; & soluto eo matrimonio, ab alio in eundo abstinere: & si fornicetur, erit reus sacrilegij contra votum castitatis. Ita Sanchez, *lib. 9 de matrim. disp. 42. num. 14. & lib. 4 sum. cap. 34. num. 31.* Reginaldus, *lib 18. num. 314.* Tancredus, *lib. 9 de matrim. disp. 42. num. 2.* & alij.

69 Octauò: Coniuges, si mutuo consensu voueant castitatem, aut Religionem, vel Vnus Religionem, seù castitatem, alter verò Ordines sacros; non potest Vxor irritare aliquod votum Viri, nisi solum illa, quæ impedirent cohabitationem, aut debitum coniugale ante transitum ad Religionem, vel Ordines sacros: & si mutuo consensu iterum renuntient iuri acquisito adinuicem: non poterit Vxor, votum castitatis irritare: quia, quò ad reddendum; in quo Vxor non est domina, non indiget irritatione; cum statim teneantur coniuges sibi reddere. Ita Sanchez, *lib. 9. de matrim. disp. 37 num. 15 & disp. 42 num. 15.* Tancredus, *lib. 9. de matrim. disp. 42. nu. 5.* & alij: quò ad alios autem actus, ad quos Votum illud obligat, non potest Vxor irritare. Ita Reginaldus, *lib. 18 num. 314. in fine.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 34. num. 31. & lib. 9. de mat. disp. 42. num 15.* & alij.

70 Nonò: Vxor subsequens, potest irritare vota Mariti, facta tempore prioris matrimonij, priori vxori præiudicantia, quò ad debitum, & cohabitationem: & hoc perfectè, ita vt numquam reuiuiscāt, si facta sint sinè prioris licentia Vxoris: quia ea pendent à volūtate prioris Vxoris, tamquam domina illius materiæ, in cuius locum, & potestatem succedit posterior Vxor. Etiam si de prioris licentia Vxoris facta sint vota: quia omnia illa, quæ (non obstante eo cōsensu) Vxor prior irritare poterat; poterit etiam subsequens Vxor. Ita Sanchez, *lib. 9 de matrim. disp. 42. num. 16.* Tancredus, *lib. 9. de matrim. disp. 42. num. 3.* & alij.

Quæ nam vota irritari possunt à Patre?

Dub. 14.

71 Antequam ad dubitationem respondeā: Notandum est, quod ætas triplex est: Vna est Infantia, in qua nondum est rationis vsus; quæ communiter vsque

vsq; ad septennium completum durat. Altera est Impubertas; quæ incipit ab vsu rationis, & durat vsque ad duodecimum completum in fœminis, in masculis, verò vsque ad decimum quartum completum. Altera est Pubertas; quæ durat vsque ad vigesimum quintum annum, tam in masculis, quam in fœminis. Dicuntur Puberes, quia ab anno quartodecimo, vsq; ad vigesimum quintum, sub cura parentum, aut Tutoris sunt. Dicuntur etiam Minores, ab anno 14. vsq; ad 25. seu in minoribus, & sub Curatorum potestate. Hi autem anni, tam pubertatis, quam minoris ætatis debent esse completi de momento ad momentum. Hoc tempus non computatur à die conceptionis, sed à die natiuitatis: nam sic communi vsu receptum est; vt ætas à die natiuitatis computetur.

72 His positis, Respondeo, quod prima opinio ait: Patrem posse irritare omnia vota realia filij, & filiæ impuberum: non tamen omnia personalia, sed sola sibi præiudicantia. Ita Viualdus, *in candel. aurea. part. 3. cap 14. num 99*

73 Secunda opinio, quæ est communis, ait: Omnia impuberum vota, siuè realia, siuè personalia, siuè mista irritari possunt à Patre. Ratio est: quia filius iure naturæ ita est sub potestate Patris, vt ante vsum rationis voluntate Patris regi debeat; ita vt voluntas Patris, filij voluntas censeatur. Postquam autem incipit filius vti ratione, licèt iam possit liberè operari, habet pro aliquo tempore vsum rationis nimis imbecillem, ac tenuem: & ideò ratio naturalis dictat, vt pro aliquo tempore pendeat à voluntate Patris, saltem quò ad firmitatem obligationis; ita vt non sit omnino firma, donec Pater illam approbet: & maximè in negotio grauissimo, quale est obligationis ad Deum, quæ per votum contrahitur. Ita D. Thomas, *2. 2. quæst.* 88. *artic. 9. & in 4. dist.* 38. D. Antoninus, *3. part. tit.* 1. *cap.* 2. §. 6. Caietanus, *2. 2. quæst.* 88. *artic. 9.* Riccardus, *in 4. dist.* 38. *artic.* 4 *quæst.* 2. vbi Paludanus, *quæst. 4. artic. 2. conclus. 7. &* 8. Gabriel, *quæst. 1. artic.* 5. *littera X.* Tabiena, *v. votum* 5. *nu. 6. vers. quinto.* Siluester, *v. votum* 3. *quæst.* 5. & 6. & *v. votum* 4. *quæst. 2. versi. secundum.* Soto, *lib. 7 de iustit. quæst. 3. artic. 2.* Nauarrus, *cap. 12. sum. nu.* 64. Bartholomeus Medina, *lib. 1. instruc. confess. cap.* 14. §. 7. Ludouicus Lopez, *part. 1. cap.* 47. & 48. Angles, *in floribus quæst. de voto artic.* 7. *diffic.* 11. & 12. Valentia, *2. 2. disp. 6 quæst. 6. pun. 6. ante finem.* Philiarcus, *de offic. sacerd. part. 2. lib. 3. cap. 4 conclus.* 3. & *cap.* 18. Summa Corona, *part. 3. tract. de voto nu.* 7. Toletus, *lib. 4 sum. cap.* 18. Emanuel Sa, *v. votum cap.* 2. Azorius, *part. 1. lib* 11. *cap.* 17. *quæst.* 7. Sayrus, *in clau. reg. lib 6. cap.* 10 *num.* 23. Reginaldus, *lib.* 18. *num.* 315 & 319. Lesius, *lib. 2. cap. 4. dub.* 14 *num.* 82. Panormitanus, *in cap. scripturæ num. 7. de voto.* Imola, *in cap. cum contingat. nu. 18. de iuris iurando.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap.* 5. *num.* 7. Suarez, *lib. 6 de voto cap. 6. num.* 2. Layman, *in theolog. moral. lib. 4. tract. 4. cap. 7. num.* 10. Bonacina, *de præcep. disp. 4. quæst. 2. pun. 7. §* 2. *num.* 18 Filliucius, *tract. 26. cap.* 8 *quæst.* 6. & 7 *num.* 231. Molfesius, *tom 1 sum. tract. 11. cap.* 5. *num.* 52. & alij.

74 Immò Pater, vel Tutor potest irritare votum reale impuberis, emissum de peculio Castrensi, vel quasi Castrensi. Ratio est: quia, sicut impubes non potest vllo modo de peculio castrensi, vel quasi castrensi testari, vt habetur, *in leg. final. C. de testam. milit.* & docent Molina, *to. 1. de iust. disp.* 231. *initio, & disp.* 230. *colum penult.* & *to. 2. disp.* 261. *colum.* 1. & alij: ita difficiliùs conceditur alienatio inter viuos, vt potè, quæ magis impuberibus nocet, quam testamenti confectio. Ita Aragonius, *2. 2. quæst.* 88 *artic. 9 diff.* 4. Corradus, *in suis respons.* 1. *quæst.* 208. Sanchez, *lib. 4 sum. cap.* 35. *num.* 10. & alij.

75 Amplia: Etiam si malitia suppleret ætatem impuberibus, possunt omnia vota ipsius à Patre, vel Tutore irritari. Ratio est; quia iura simpliciter subdunt voluntatem filij impuberis, voluntati Patris, in negotio se obligandi Deo. Tum quia, est fauor parentum, & filiorum, ideoque amplianda. Tum quia, deficiente ratione legis in particulari, non cessat obligatio, & concessio legis, quæ absolutè disponit. Tum etiam, quia expedit maximè ad commune bonum, vt lex in eo sensu feratur: aliàs, res ferè maneret æque incerta. Ita Suarez, *to. 2. de relig. lib 6. tract. de voto cap. 6. nu.* 5. Siluester, *v. Religio 2. quæst.* 12. Paludanus, *in 4. dist.* 38. *quæst.* 4. Sanchez, *lib. 4. sum. cap.* 35 *num.* 11. & alij.

Dubi-

Dubitatur Primò: An vota, facta ante annos pubertatis, possint irritari à Patre tempore pubertatis?

76 NEgatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia Pater post pubertatem non habet potestatem in votis personalibus filij, nec in realibus post 25. annum. Tum quia, sicut Dominus non potest irritare vota seruorum post libertatem: ita, neque parentes in proposito casu. Ita Sotus, *lib. 7. de iustit. quæst. 3. artic. 2.* Aragonius, 2. 2. *quæst.* 88. *artic. 9. in fine.* Angles, *in floribus in 4. q. de voto artic. 7 diff. 12. dub 7.* Angelus, *v. votum 1. num. 6.*

77 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia illud votum à principio fuit infirmum, & irritabile, & numquam fuit confirmatum, vt suppono: ergo semper retinet illam imperfectionem: ergo semper irritari potest. Probatur vltima Consequentia: quia illa potestas data est patri, vt subueniat imperfectioni filij impuberis: quæ ratio semper durat, & per nullam legem limitata est illa potestas, vt exerceri debeat, durante impubertate; sed solum ex parte materię, circa quã versatur: sed versatur circa sola vota impuberis. Nec valet ratio de seruo: quia in votis filij, irritatio Patris conceditur, ob defectum, in eodem filio, perfecti iudicij. In votis verò serui, Domino facultas irritãdi datur, propter præiudicium, quod ei ex talibus votis irrogatur. Ita Caietanus 2. 2. *quæst.* 189 *artic.* 5. Nauarrus, *cap. 12. sum num.* 71 Viualdus, *cap* 14. *num.* 100. Lesius, *lib. 2. cap* 40. *dub.* 10 *nu.* 79 Ludouicus Lopez *par. 1 cap.* 48. Emanuel Sà, *v. votum cap. 2.* Azorius, *part. 1. lib 11 cap. 17 quæst. 7.* Sayrus, *in clau reg. lib 6 cap. 10 num. 26.* Suarez, *to. 2. de relig. lib. 6 de voto cap. 6. num.* 8 Reginaldus, *lib.* 18. *num.* 318. Petrus Ledesma, *to. 2. sum. tract. 10. cap 7. dub. vltim. ad 7.* Graffius, *part. 1 decis. lib 2. cap. 19. num.* 40. Valenlentia, 2. 2. *disp 6 quæst. 6. pu. 6. quæst. vlt.* Philiarcus, *de offic. sacerd. to. 1. part. 2. lib. 3. cap.* 18. Llamas, *method. curat part. 3. pun. 4. §. 21.* Sanchez, *lib 4 sum. cap. 30 num. 9.* Bonacina, *de præcep disp. 4. quæst. 2. punt. 7. §. 2. num. 19.* Layman, *in theolog. moral. lib. 4. tract. 4. cap. 7 num.* 11. Filliucius, *tra. 26. cap. 8. quæst. 6. & 7. num.* 133. Molfesius *to. 1. sum. tract. 11. cap. 15. num.* 58. & alij.

78 Et ita dicendum est de votis realibus impuberum, si sint talia, quæ post pubertatem poterunt à Patre irritari. Etiam si filius sit mancipatus, possunt à patre vota realia, & personalia irritari; quæ ante pubertatem emissa sunt, nec postea confirmata: quia per nullum temporis lapsum, nec per mancipationem filij amisit Pater potestatem in vota ea, fragilitate emissa, cum semper iudicij imperfectionem retineant, & ratione illius imbibitam conditionem, pendentē à Patris consensu. Ita Molfesius, *tom. 1. sum. tract. 11 cap 15. num.* 58. Suarez, *dict. cap. 6. n. 11.* Sanchez, *d. cap. 30. n. 13.* & alij.

Dubitatur Secundò: An pater possit irritare vota personalia puberum?

79 PRima opinio ait: Posse Patrem irritare vota personalia puberum puellarum, dum manent in domo Patris: nõ autem vota personalia puberum. Ita Angles, *in floribus part. 2. quæst. vnica de voto artic. 7. diffic. 12 dub. 6.*

80 Secunda opinio ait: Posse Patrem irritare vota personalia puberum, præter solum votum Religionis. Cuius ratio est: quia Prælatus religionis, & vir possunt irritare omnia personalia vota, ille religiosorum, hic vxoris: at pater, & curator possunt irritare ea vota dum minores sunt, quia gaudent eadem potestate. Ita Innocent. *cap scriptura, nu. 3. versic sed nobis de voto.* vbi Hostiens. *num.* 7 Ioan Andr. *num.* 4. Cardinal. *nu. 6. quæst.* 12. Tabiena, *v votum 5. quæst. 5. num. 6. in medio* Sotus, *lib. 7. de iust. quæst. 3 artic. 2. colu 4. versic. circa prius autem.*

81 Tertia opinio vera absolutè negat. Cuius ratio est: quia nullo iure probatur, hanc facultatem Patri concessam fuisse: nec ius decreuit, vota puberum habere tacitam conditionem, quam vota impuberum habent. Tum quia, filius post annos pubertatis cũ habeat per factũ vsũ rõnis hēt, quãtũ ad ea, quæ ad suã personã spectãt plenũ ius: ergo votũ personale ab eo emisũ, ita erit validũ, vt à patre irritari non possit. Vndè quando homo venit ad annos pubertatis, non est sub potestate alterius, si sit liberè conditionis, quãtũ ad ea, quę ad suã personã spectãt. Ita Faust. *in Thesaur. Relig. lib. 2 de votor. irrit q. 101. n. 2.* Reginald. *in prax to. 2. lib. 18. n. 317.* Rodoriq. *p. 2 sum. c 93. n. 8.* Fernandez, *in medal. cas. part. 1. cap. 6. §. 5. n. 4.* Ita D. Tho *in 4. dist. 38. q. 1. ar. 1 q vlt.* D. Auton. *2. p. tit. 11. c. 2. §. 6.* Sot. *loc. cit. n.* 12. Ara-

12. Aragonius, 2.2 *quæst*.88 *artic*.9 Philiarcus, *de offic.sacerd.to*.1.*par*.2.*lib*.3 *cap*.18. Toletus, *lib*.4.*sum.cap*.18.*num*.7. Sayrus, *in clau.reg lib*.6.*cap*.5 *num*.6. Petrus Ledesma, *tom*.2.*sum. tract*.10.*cap*.7.*dub. vltim.dico* 6. Graffius, *part* 1.*decis. lib*.2.*cap*.26 *num*.3. Valentia, 2.2.*disp*.6.*quæst*.6 *pun*.6.*quæst.vltim.colum.penul*. Suarez *to*.2.*de relig.lib*.6.*cap*.5 *de voto num*.4. & 5. Corradus, *in suis respons part* 1.*quæst*.308. Sanchez, *lib*.4.*sum cap*.35.*num*.15. Bonacina, *de præcep.disp* 4 *quæst* 2 *punt*.7 §.2.*num*.21. Layman, *in theolog moral. lib*.4.*tract*.4.*cap*.7 *num*.13. Filliucius, *tr*.26.*cap*.8 *quæst*.6.*num*.230.& alii.

81 Limitant hanc sententiam Doctores citandi: Nisi vota personalia præiudicent patriæ potestati: quia, tunc possunt à Patre irritari, etiam si post pubertatē facta sint. Quorum ratio est: quia, & filius possit tunc, independenter à patre, de actionibus suis personalibus disponere: nequit tamen quoties id in paternæ potestatis, sub quaest, præiudicium redundat. Confirmatur: quia, cum id votum cedat in damnum iuris acquisiti Patri, illicitum erit, nisi tacitam conditionem includat, dependentem à Patris consensu. Ita Hostiens, *sum tit. de voto* § *quis vouere possit*, *nu*.7 *versic.sed numquid filius familias*. Antonius, *cap scriptura num* 4. *versic.secundo modo de voto*. vbi Panormitanus, *cap* 30.*numeror.quæs*.77. Rosella, *v.votum num*.15 Nauarrus; *cap*.12.*sum num*.64 & 70. Alcozer, *cap*.16 *sum. vbi de potentib. irrita vota concl*.4. Graffius, *part* 1.*decis.lib*.2.*cap*.29.*nu*.6 Sayrus, *in clau.reg.lib*.6 *cap*.10 *num*.34. Emanuel Sà, *v.votum vbi de irritat nu*.1 Lesius, *lib*.2.*cap*.40 *dub* 10.*num* 81. Suarez, *to*.2.*de relig. cap*.5.*de voto num*.4 & 9. Azorius, *part*.1. *lib*.11.*cap*.17 *quæst*.7. Rodoriquez, *part*.1 *sum cap*.91.*numer*.2. *in fine*, & *num*.8.*conclus*.7. Viualdus, *in candel sacrament. part*.3.*cap*.14.*num* 99. Sanchez, *lib* 4.*sum.cap*.35. *num*.16. Bonacina, *de præcep.disp*.4. *quæst* 2.*pun*.7.§.2.*num*.21. Layman, *in theolog.moral.lib*.4 *tract* 4.*cap*.7.*num*.13. Valentia, 2.2.*disp*.6 *quæst*.6 *pun*.6. Reginaldus, *lib*.18. *nu*.317. Aragonius, 2.2 *quæst* 88.*artic*.9. *circa quartam conclus*. & alii: qui dicunt, hoc intelligendum est, quando graue alicuius momenti esset præiudicium. Secùs, quando modicum.

82 Tunc verò dicuntur vota personalia patriæ potestati præiudicare, quoties aduersantur libero, & expedito domus regimini, aut familiæ, aut pertinent ad gubernationem domesticam, vt clarè significant D. Thomas, 2.2.*quæst*.88 *artic*.8.*ad* 2. Gabriel, *in* 4.*dist*.38.*quæst*.1.*artic*.5.*versic*.8 *filius familias*. Angelus, *v.votum* 2.*num*.5. Siluester, *v.votum* 3.*quæst*.6. Nauarrus, *num*.70. Sanchez, *num*.17. Suarez, Lesius, Rosella, Azorius, & alii citati.

84 Ex his deducitur, quod plura vota personalia filiæ familias possint irritari à Patre: quia fœmina in pluribus eget cura paterna, quam masculus: & multæ peregrinationes dedecent filias, quæ filios dedecerent. Ita Sanchez, *lib*.4.*sum. cap*.31.*num*.18. Angles, *in florib.part*.2. *quæst unica de voto artic*.7.*post* 12. *diffic. in dub*.6.*conclus*.1 & alij.

An pater possit irritare vota realia, & mista puberum? Dub.15.

85 Affirmatiuè respondet communis opinio Doctorum. Ratio est: quia minor non habet liberam suorum administrationem: sed Pater quamdiu ille manet sub eius potestate: cessante vero ea ætate, vota non reuiuiscunt. Secùs dicendum est de votis mistis; quando quis vouit votum mistum sumptibus alienis, aut mendicando peregrinari: quia tunc non reputatur votum mistum, vt potè, quod nullis est paternis sumptibus exequendum: nisi tale votum præiudicet patriæ potestati: vt supra diximus.

86 Limitant Primò, hanc opinionem aliqui: Nisi filius familias voueat de peculio Castrensi, vel quasi castrensi: quia tunc Pater non potest tale votum irritare: quia dominium, & vsus horum bonorum penès filios sunt; ita vt de illis liberè eleemosynas facere, & vouere se daturum aliquid ex eis possint, etiam inuitis parentibus. Ita Paludanus, *in* 4.*dist*.15.*quæst*.3.*artic*.6.*conclus*.3. D. Antoninus, 2 *part.tit*.11.*cap*.2.§.6. Angelus, *v.votum* 2.*num*.5. Siluester, *v.votum* 3.*q*.6 Nauarrus, *cap*.12.*sum.num*.70. Alcozer *cap*.16.*sum.vbi de potest. irritan. conclus*.4 *fol*.56.*pag*.1. Angles, *in florib. part*.2.*q. vnica de voto artic*. 7.*post*.12. *difficult.in dub*.8. Rodoriquez, *par*.2.*sum.cap*.91.*nu*.3. Lesius, *lib*.2.*cap*.40.*dub*.10.*num*.81. Corradus, *in suis respons. part*. 1. *quæst*.803. Suarez, *tom*.2 *de relig.lib* 6 *de voto cap*.5.*num*.4. Sayrus, *in clau.reg.lib* 6.*cap*.5.*nu*.25 &

25 & cap. 10. num. 25. Reginaldus, lib. 18. num. 237. in fine. Philiarcus, 3. de offic. sacerd. tom. 1. part. 2. lib. 3. cap. 8. Petrus Ledesma, to. 1. sum. tract. 10. cap. 7. dub. vlt. dict. 3. in fine. Graffius, 1. part. 1. decis. lib. 2. cap. 26. num. 6. & cap. 29. num. 6. Emanuel Sa, v. votum, vbi de irritat. num. 1. Aragonius, 2. 2. quæst. 88. artic. 9. Azorius, part. 1. lib. 11. cap. 17. quæst. 7. Sanchez, lib. 4. sum. cap. 35. num. 23. Molfesius, to. 1. sum. tract. 11. cap. 15. num. 54. Bonacina, de præcept. disp. 4. quæst. 2. punct. 7. §. 1. num. 21. versic. hoc tamen, & alij.

87 Limitant Secundò aliqui: Nisi votum reale accedat personali: vt, si minor pubes voueat Religionem, nequit Pater irritare, quamuis in sequentium ingressus succedere debeat Monasterium in bona ingredientis, iuxta authent. ingressi. C. de sacros. Ecclesiis: docent Paludanus, in 4. dist. 38. artic. 1. num. 9. conclus. 5. D. Antoninus, 2. part. tit. 11. cap. 2. §. 6. Angelus, v. votum 2. num. 7. Siluester, v. votum 3. quæst. 5. & v. votum 4. qu. 2. dict. 1. Nauarrus, cap. 12. sum. num. 64. & 70. Quarandus, in 4. dist. 38. disp. vnica, propos. 23. Sayrus, in clau. reg. lib. 6. cap. 5. num. 6. & cap. 10. num. 25. Graffius, part. 1. decis. lib. 1. cap. 29. num. 6. Emanuel Sa, v. votum vbi de voti irritat. Sanchez, lib. 4. sum. cap. 35. num. 24. & alij.

88 Limitant Tertiò, aliqui: Nisi sit votum eundi in subsidium Terræ Sanctæ: quia tunc Pater non potest irritare. Ita Hostiens, sum. tit. de voto § quis vouere possit num. 8. Abulens. cap. 30. numeror. quæst. 77. & quæst. 79. in fine. Gabriel, in 4. dist. 38. quæst. 1. artic. 1. Henricus, cap. scriptura num. 5. de voto. Rosella, v. votum 2. num. 5. Siluester, v. votum 3. quæst. 6. Angelus, v. votum 2. num. 5. Nauarrus, cap. 12. sum. num. 70. Rodoriquez, part. 1. sum. cap. 91. nu. 9. conclus. 8. in fine. Graffius, part. 1. decis. lib. 2. cap. 29. numer. 6. & alij.

89 Sed hæc limitatio, simpliciter dicta, non est admittenda, vt dicunt Doctores citandi: quia solum in duobus casibus Pater non potest irritare: Primò, quando voueret personaliter seruire, & filius esset 14. annis completis. Secundò, quando voueret subsidium prædictum expēsis propriis: Secùs, si expensis paternis. Ita Suarez, to. 2. de relig. lib. 6. de voto cap. 5. num. 11. Sanchez, to. 1. sum. lib. 4. cap. 35. num. 26. Molfesius, to. 1. sum. tractat. 11. cap. 15. num. 57.

Dubitatur Primò: An vota realia filij familias possint tantum à Patre irritari, quando ante vigesimum quintum annum emissa sunt?

90 Prima opinio ait: Solum posse Patrem irritare vota realia filij familias, emissa ante vigesimum quintum annum. Cuius ratio est: quia, vsque ad eam ætatem denegatur illis bonorum administratio. Ita Paludanus, in 4. dist. 38. quæst. 3. artic. 2. conclus. 5. num. 9. Angelus, v. votum 2. num. 6. Toletus, lib. 4. sum. cap. 18. num. 7. Siluester, v. votum 4. quæst. 2. dic. 2. Nauarrus, cap. 12. sum. num. 70. Graffius, part. 1. decis. lib. 2. cap. 26. num. 6. D. Antoninus, 2. part. tit. 11. cap. 2. num. 6. Sotus, lib. 7. de iust. quæst. 3. artic. 2. versic. his sic dispositis. Sayrus, in clau. reg. lib. 6. cap. 5. num. 10. Angles, in floribus part. 2. quæst. de voto artic. 7. diff. 1. dub. 8. Medina, lib. 1. sum. cap. 14. § 7. Lesius, lib. 2. cap. 40. dub. 10. num. 81. Margarita, confess. de irrit. voti fol. 138. Alcozer, sum. cap. 16. Aragonius, 2. 2. quæst. 88. art. 9. paulo post principium. Beia, in sui respons. part. 1. in cas. 49. versic. aduertendum tamen. Vega, lib. 4. sum. cas. 414. Lodouicus Lopez, part. 1. cap. 48. §. vota personalia. Rodoriquez, part. 1. sum. cap. 91. num. 1. & alij.

91 Secunda opinio ait: Posse, in quacumque ætate filius familias vota realia emiserit, ea Patrem irritare: Cuius ratio est, quia hæc irritatio non fundatur in defectu rationis ad vouendum; sed in defectu materiæ propter subiectionem: ergo, ex duratione subiectionis, pendet duratio potestatis, non ex ætate. Confirmatur: quia hac ratione filius non mancipatus, etiam si sit maior viginti quinque annorum, non potest aliquid donare de bonis, pertinentibus ad ius, vsum fructū, vel administrationem Patris, vt benè Corduba, in sum. quæst. 133. Ergo ita erit in nostro casu. Ita Glossa, in final. § pupillus, verb. pupillus ff. de verbor. oblig. Innocent. in cap. scriptura num. 3. versic. sed nobis de voto. vbi Ioan. Andr. num. 4. Anton. num. 4. versic. secundo modo. Hostiens, num. 7. Cardinal. num. 6. quæst. 12. Suarez, tom. 2. de relig. lib. 6. de voto cap. 5. num. 12. Sanchez, lib. 4. sum. cap. 35. nu. 29. Perez, lib. 3. ordin. tit. 8. l. 1. fol. 128. Matiēz, lib. 4. recopil. tit. 1. l. 8. gloss. 1. nu. 2. Gomez, lib. 47. nu. 6. q. 12. idem Sanch. lib. 6. de mat. disp. 39. nu. 10. Lesius, lib. 2. cap. 42. dub. 12. nu. 61. idem Suarez, lib. 1. leg. fori. tit. 11. lib. 9.

in tali generali facultate includitur etiã facultas irritandi vota: cum verba generalia, generaliter accipienda sunt: & tunc sunt plenè Superiores, eademque illorum auctoritate funguntur: sicut Tutores possunt irritare vota pupillorum, quod auctoritate legis, vice parẽtum, funguntur: ita &c. Vndè, Superiorum vice fungentes, atque ita solum vicariam iurisdictionem habentes, possunt ea vota irritare, quæ possunt Superiores; si auctoritate legitima, habeant eam vicariam iurisdictionem generalem ad omnes causas, & non restrictam ad aliquas determinatas. Ita in nostra Religione Fratrum Minorum, Vicarij, constituti à definitorio in absentia Prælati, seù Guardiani, vicem illius gerunt, cum tota iurisdictione illius Guardiani. Secus dicendum est de Vicarijs, à Guardianis constitutis: quia in absentia Guardiani, iurisdictionem ordinariam non habent, neque cœtera, concessa Guardianis. Ita Molfesius, *to. 1 sum tract* 11. *cap* 15. *num* 69. Sotus, *in* 4 *dist.* 18. *quæst.* 4. *artic.* 2. Suarez, *to.* 2. *de relig lib.* 6. *de voto cap* 7 *num.* 17. Sayrus, *in clau reg. lib.* 6. *cap.* 10 *num.* 16 Azorius, *par.* 1. *lib* 11. *cap.* 17 *quæst.* 7. Bonacina, *de præcept disp.* 4. *quæst.* 2. *pun* 7 § 2 *num.* 31. Sanchez, *lib.* 4. *sum cap* 33. *num.* 16. Reginaldus, *lib.* 18 *num.* 324. & alij.

Dubitatur Secundò: An Abbatissa possit irritare vota Monialium?

46 AFfirmatiuè respondetur. Ratio est: quia, sicut potest Pater irritare vota filiorum, vt in dub. 14 dicebimus: ita Abbatissa poterit cum Monialibus: cum maiorem auctoritatem, & dominium super opera Monialium habet. Tum quia, non minorem potestatem habet in actus Monialium, quã Mater tutatrix in actus impuberum. Et quamuis Abbatissæ, seù Priorissæ non habeant potestatẽ spiritualem in Moniales; habent tamen potestatem domesticam, qualem habet Mater familias: ac proindè, non possunt præcepta spiritualia imponere; sicut possunt Prælati Regulares: possunt tamen instar Matris familias præcepta imponere, sicut possunt Prælati regulares: Possunt tamen, instar Matris familias, præcepta imponere; quę ad domesticam gubernationem, & communem monasterii pacem conducunt. Vndè, sicut pater, & mater (saltem quando est Tutrix, vt infra dicemus) possunt irritare vota filiorum; ita dicendum est de Abbatissa. Ita Lesius, *lib.* 2. *cap.* 40. *dub* 13. *num.* 107. Alcozer, *cap.* 16. *sum. conclus.* 3. Petrus Ledesma, *to.* 2 *sum. tract.* 10 *cap.* 7. *ad finem.* Ouandus, *in* 4. *dist* 34. *disp. unica, propos.* 19. Anglesi, *in florib. part.* 2. *quæst unica de voto artic.* 7. *diffic.* 7. Viualdus, *in cand. sacram. part.* 3 *cap.* 14 *num* 98. Sayrus, *in clau. regia lib.* 16. *cap.* 10. *num.* 7. *versi bine est, & num.* 13. *in fine.* Sanchez, *to.* 1 *sum. lib.* 4. *cap* 33. *num* 19. Filliucius, *tract.* 26. *cap.* 8. *quæst.* 9. *num.* 242. Reginaldus, *lib.* 18. *num.* 324. Vasquez, 1. 2. *quæst* 96 *artic.* 4. *diff.* 165 *& cap.* 4 *num* 29. Diana, *part.* 3. *tract.* 2 *resolut.* 71. *in fine.* Portella, *in dub. regul. v dispensare num.* 13. Emanuel Rodoriquez, *to* 1 *qq. regul quæst* 25. *artic.* 7. Hieronymus Rodoriquez, *in comp. qq. regul resolut.* 2. *num.* 12. Bonacina, *de præcep disp.* 4. *quæst.* 2 *pun* 7. § 2. *num.* 26. *versic. addo quarto* Molfesius, *tom.* 1. *sum. tract.* 11. *cap.* 15. *num.* 68. & alij.

An Vir possit irritare omnia vota Vxoris, excepto voto castitatis?

Dub. 15.

47 PRima opinio ait: Maritum posse irritare omnia vota Vxoris, quæ sunt in præiudicium ipsius, & domus, ac familiæ administrationem: vt est votum Vxoris, quod præiudicat actui matrimoniali, *cap. noluit* 33. *quæst.* 5. vota abstinẽtiæ, ieiuniorum, & peregrinationum, ab Vxore facta, siuè ante, siuè post matrimonium; Non tamen potest irritare votum non mentiendi, aut largiẽdi eleemosynam, &c. Cuius ratio est: quia Vxor non est subdita illi, nisi quò ad ea, quæ sunt in Mariti præiudicium: vndè, ea solùm vota, vel ante, vel post matrimonium emissa, irritare valet, quæ Viro præiudicium aliquo modo afferre possunt. Tum quia, matrimonium non ordinatur per se primò, & vltimatè, nisi ad bonum prolis, & familiæ: ergo Vxor nõ subditur Viro primario, & per se, propter gubernandam ipsius Vxoris voluntatem; sed propter bonum prolis, & familiæ: ac subinde sola Vxoris vota, de rebus directè, vel indirectè adhoc pertinentibus, poterit irritare. Ita Vincentius, *speculo doctrinal. tom.* 2. *lib.* 9. *cap* 86. Turrecrem. *cap. manifest. numer.* 2 *& cap.* 1 *sunt quædam* 27. *quæst.* 1. *num* 9. Cartusianus,

stianus, in cap. 30. numeror. ad finem vers. sequitur de vxore D. Antoninus, 3. part. tit. 1. cap. 22 §. in fine. Angelus, v. votum 2. numer. octau. Siluester, verb. votum 5. quæst. 1. Monaldus, in sum. tract. de voto tit. de voto coniug. versic. quod si vouerit mulier Nauarrus, cap. 12. sum num. 64. in fine, & num. 65. Margarita, confes. vbi de voto irrit fol. 135 in fine, & sequent. Palatios, in 4. dist. 38. disp. 3. fol. 987 Valentia, 2. 2 disp. 6 quæst 6. de voto pun. 6. in vltima difficult. de votis subdit. Ludouicus Lopez, par. 1. cap. 47 § vltim. Graffius, part. 1. decis lib. 2. cap. 29 num. 8 & part. 2. lib. 2. cap. 12. num 45. Viualdus, in candel. sacram. part. 3 cap. 14. nu 100. Philiarcus, de offic sacerd. to. 1. part. 2 lib 3. cap. 18 § 11. peccat. Azorius, part. 1. lib. 6. cap. 5. quæst. 12. Lesius, lib. 2. cap. 40 dub. 10. num. 83. Sayrus, in clau. reg. lib 6. cap. 5. num. 8. & cap. 10. num. 19. Suarez, to. 2. de relig. lib. 3. de voto cap 6. num. 26 & Lesius, lib. 6. cap. 4 num. 2. Angles, in floribus in 4. quæst. de voto artic. 8. diffic 9. Filliucius, tract. 26 cap. 8. quæstion. 8. numer 235. Bonacina, de præcept. disput. 4. quæstion. 2. num. 10. Gesualdus, par. 1 theolog. moral. trac. 35. cap. 3. num. 3. Siluius, 2. 2. quæst. 88. conclus. 7. Palaus, to. 3. disp. 2. pun. 3. §. 4 num. 2. & alij: & probabilem vocat Tancredus, lib. 9 de matrim. disp 39. quæst. 1. num. 2. & docent Pontius, lib. 10. de matrim. c. 17. nu 3. & Layman, in theolog moral. lib. 4. tract. 4. cap 7. nu. 12.

48 Secunda opinio ait: Posse virum irritare omnia vota Vxoris (constante matrimonio) emissa pro tunc implenda, si absq; eius licentia facta sunt, etiam si sint de rebus necessarijs, vt de non mentiendo, furando &c. Sicut Pater potest irritare omnia impuberis vota, & Prælatus omnia Religiosi. Cuius ratio est: quia nullũ est tempus, in quo non possit Vir Vxorem ordinare in bonam gubernationem domus, & familiæ. Tum quia, licèt Vxor non sit subiecta viro, quò ad materiam præceptorum Dei; benè tamẽ subiecta est, quò ad nouam obligationẽ, quam sibi imponit per votum, scilicèt, seruandi illud. Tum quia, expedit obuiare leuitatibus Mulierum, leuiter vouentium. Ita Maior, in 4. distinct. 38. quæstion. 4 dub. secund. Sotus, lib. septim. de iustit. quæstion. 3. articul. 1. Alcozer, sum. capit. 16. fol. 56. Aragonius, 2. 2. quæstion 88. articul. 8. Petrus Ledesma, de matrimon. quæstion. 64. articul. 4. dub. 2. Vega, tom 2. sum cap. 129. cas. 93. Brunellus, de sponsal. conclus. trigesim. num. 14. Rodoriquez, part secund. sum. capit. 90. num. 9. Vilalobos, tom 2 sum tractat. 33 dict. 21. Emanuel Sà, v. irritatio num. 1. Sanchez, lib. 9. de matrimon. disput. 39. numer, 4 & lib. 4. sum. cap. 90. numer. 9. Tancredus, lib 9. de matrimon disput. 39. numer. 1. Diana, part. 3. tractat. 4. resolut. 220. & part. 4. tractat. 4. resolut. 110. & part. 9. tractat. 8 resolut. 15. Malderus, in 2. 2. D. Thomæ tractat. 10. dub. 7. quæstion. 5. Ioann del Cruz, in direct. part. 1. præcept. 2. articul. 2. dub. 10. conclus. 3. Paludanus, in 4. distinct. 38 quæst. 3. articul. 1. conclus. 6. Raphael della Torre, in 2. 2. D. Thomæ tom. 2. quæstion. 88. artic 9 disput. 7. & alij: & probabilem vocant Bonacina, numer. 16. & Gesualdus, numer. 3. in fine.

An Vir possit irritare votum castitatis, constante matrimonio, ab vxore emissum, absque licentia Viri, pro tunc implendum?

Dub. 12.

49 NEgatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia Vir non habet dominium in Vxorem, in ordine ad actum coniugalem; sed quò ad eum sunt pares, cap. gaudentes, de deuortio, cap. si quis vxorem 32. quæstion. 1. nec vir est est caput mulieris, quò ad eum actum, vt ait Durandus, in 4. dist. 38. quæstion. 1. artic 1. numer. 7. ergo nullo modo poterit votum Vxoris, circa eum actum emissum, irritare. Ita Diuus Bonauentura, in 4. dist. 32. in composit. littera nu. 4. Glossa, cap. manifestum 33. quæstion. 5 verb. nisi author. vbi Archidiaconus, in fine. Paludanus, in 4. dist. 38. quæstion. 4. articul. 2. conclus. 5. num. 23. Caietanus, in sum v. votum cap. de condition. vouentis §. scio, & in opuscul. tom 1. tractat. 31. septendecim responsionum respons. 14. dub. 4. Siluester v. votum. 4 quæst. 2. distin. 4. Nauarrus, cap. 12 sum. num 64. Palatios, 4. dist. 32. disp. 2. fol. 717. col. 1. Angles, in florib. par. 2. quæst. de voto. art. diff 9. Valentia 2. 2. disp. 6. quæst. 6. pu. 6. q. vltima. Ludouicus Lopez, pa. 1. cap. 47. in fine. Maior, in 4. distint. 38. quæst. 4. art. 2. par. 1. concl. 2. & alij.

50 Secunda opinio: Posse Virum irritare votũ castitatis, siuè sit non petenditantum,

tum, siue absolutè continentiæ. Cuius ratio est: quia, quamuis Vir, & Vxor sint pares, quò ad libertatem non petendi, & obligationem reddendi, & ita materia illa non sit Viro subiecta: at quò ad illam nouam obligationem, quæ accidentaria est Vxor subditur Viro, tamquam capiti, cuius est voluntatem ipsius dirigere, nè imprudenter voueat. Ita Ioa. de Fiburgo, *sum. confess. lib. 1. tit. 8. quæst. 35.* Sotus, *in 4. dist. 35 quæst. 1. artic. 3. post 1. conclus. versic. vtrum autem, & lib. 7. de iustit. quæst. 3. artic. 1. versic. an verò possit alteruter.* Aragonius, *2. 2. quæst. 88. artic. 8.* Nauarrus, *cap. 10. num 60.* Stunica, *de voto quæstion 3. num. 59.* Gutierez, *qq. canonic. lib. 2. cap. 22 num 49.* Philiarcus, *de offic. sacerd tom. 1. part. 2. lib. 3. capit. 4.* Rodoriquez, *part. 1. sum. 2. edit cap. 243. num. 8. & part. 2. cap 90. num. 3.* Gomez, *in bulla cruciatæ clauf. 10. num. 67.* Vega, *tom. 2. sum. cap. 129 cas 12. & 93.* Sanchez, *lib. 9. de matrimon disp. 39 num. 11. & lib. 4. sum. cap 34 num 10.* Tancredus, *de matrim. lib. 9 disp. 34 num. 3.* & alij.

51 Etiam si votum emissum sit absolutè, quatenùs id votum obligat, ad abstinendum à venerijs extra id matrimonium, & ab alio matrimonio ineundo, potest Maritus irritare. Ratio est: quia illa noua obligatio, qua, inconsulto Viro, se Vxor astrinxit, subditur Viro iuxta supradicta. Vndè, facta ea irritatione, si committat adulterium, non erit sacrilegium: & soluto matrimonio, non tenetur, ab alijs nuptijs abstinere. Ita Sanchez, *lib. 9 de matrim. disp. 39. numer. 12.* Pontius, *in 3 part. D. Thoma quæst 6. de bonis matrim. dub. 20. num. 153.* Diana, *part. 4. tract. 4. resolut. 110.* & alij.

Dubitatur Primò: An Vir possit irritare votum castitatis, de sua licentia emissum?

57 Prima opinio ait: Non posse Maritum irritare votum, quò ad illam partem, quæ non facit illi præiudicium, vt est petere debitum: posse tamen ad eam partem, quæ præiudicat; vt est reddere debitum: consequenter, quantum ad eam partem, quæ non præiudicat, irritatio est nulla. Cuius ratio est: quia in ea parte, quæ præiudicat Virum, materia voti est sub dominio ipsius, & quò ad licentiam datam non priuatur. At in ea parte, quæ non præiudicat, non est in Viro subiecta. Ita Diuus Thomas, *in 4. dist. 32. in exposit. litteræ.* Diuus Bonauentura, *numer. 4* Riccardus, *artic. 2 quæst. 2. ad primum.* Paludanus, *quæst. 2. artic. 2. num. 17.* Gartianus, *cap. manifestum §. expræmissis 33. quæst. 5.* vbi Turrecramata, *in fine.* Ioann. de Fiburgo, *sum. confess. lib. 1. titul 8. quæstion. 45.* Diuus Antoninus, *3. par. tit. 1. cap. 22. §. 3.* Adrianus, *in 4. quæst. 14. de matrim.* Rosella, *v. votum 3. numer. 2.* Siluester, *v. votum 5. quæst. 2.* Tabiena, *v. matrimonium 1. §. 4.* Nauarrus, *cap. 12. sum. num. 61.* Rodoriquez, *part 2. sum. cap. 90. num. 5.* Lesius, *lib. 2. cap. 40. dub. 10 nu. 85. in fine.* Petrus Ledesma, *tom. 1 sum. tract. 10. cap. 7. dub. vnico dict. 2.* Reginaldus, *lib. 18 num. 312* & alij.

53 Secunda opinio absolutè ait: Posse votum castitatis, sic emissum, irritari à Viro. Cuius ratio est: quia, licèt Vir non est dominus materiæ illius promissæ, sed in illa sit æqualis Vxori, vt tamquam caput, & dominus actus illius liberi, quo Vxor tempore subiectionis se obligauit voto illo: & quamuis, ex consensu Viri, sit Deo consecratus, id confert, vt Vir, irritans absque causa, peccet: non tamē irritatio est nulla: quia illa licentia data, non amisit dominium illius actus liberi: sicut, nec vbi est dominus materiæ promissæ, ab illius dominio cadit, quamuis suo consensu Deo per votum consecretur. Ita Sotus, *lib. 7. de iustit. quæst. 3. artic 1. versic. at verò possit alteruter, & versic. argumentum autem, & in 4. dist. 32. quæst 1. artic 3. post primam conclus.* vbi Paludanus, *disp. 2. fol. 717.* Stunica, *de voto in fine 3. numer. 62.* Bartholomeus Ledesma, *dub. 71 de matrimon ad finem.* Aragonius, *2. 2 quæst. 88. artic. 8.* Vega, *tom. 2. sum cap. 129. cas. 22.* Ledesma, *2. pa. 4 quæst. 66. artic. 4. in fine.* Sanchez, *lib. 9. de matrim. disp. 40. num. 27. & lib. 4. sum. cap 34. num. 13.* Diana, *part. 4. tractat. 4. resolut. 110.* Tancredus, *de matrim. lib. 9. disp. 40. num. 1.* Pontius, *in 3. part. D. Thoma quæst. 6. de bonis matrim. dub. 20 nu. 153.* & alij. Et quamuis aliqui censent in isto casu, irritantem sinè causa mortaliter peccare: Attamē Pontius, & Diana (locis citatis) dicunt, solum peccare venialiter.

Dubi-

Dubitatur Secundò: An quando vterque Coniux mutuo consensu vouit continentiam, integrum sit viro votum illud iure irritare?

54 AFfirmatiuè respõdet prima opinio. Cuius ratio est: quia, quando vterque communi consensu vouet, nullum initur pactum, de non reuocando, sed de sola castitate seruanda. Sicut quando alter solus vouet continentiam. Tum quia, si Coniuges vouissent, se mutuo consensu daturos calicem Ecclesiæ, posset Vir vxoris votum reuocare: Cur ergo non idem dicendum in voto castitatis, mutua voluntate facto? Ita Palatios *in 4. dist. 32. disp. 2 fol. 712. colum. 2. versic. hac commemorasse*

55 Secunda opinio absolutè negat. Cuius ratio est: quia, cum vterque Coniux mutuo consensu voueat continentiam, cum mutuo pacto edito cedat quilibet iuri suo, quò ad quemcumque actum matrimonialem, idque offerat Deo, vitam celibem eligens, videtur omninò renuntiare iuri reuocandi, vt vel sic finis ille vitæ continentis obtineatur: Et quamuis contractus ille posset mutuo consensu rescindi, obstat tamen vinculum votis in eodem inclusum. Ita Sotus, *lib. 7. de iustit. quæst. 3. art. 1. versic. argumentum autem, & in 4. dist. 32. quæst. 1. artic. 3. post. 1. conclus.* Stunica, *de voto quæst. 3. num. 64.* Bartholomeus Ledesma, *dub. 71. de matrim. ad finem.* Angles, *in florib. part. 2. quæst. de voto artic. 7. diff. 10* Aragonius, *2. 2 quæst. 88. dub. penult.* Philiarcus, *de offic. sacerd. to. 1. part. 2. lib. 3. cap. 5. §. Excipitur in conclus.* Rodoriquez, *par. 1 sum. in 2. edit. cap. 243. num. 14. & part. 2 cap. 99. pun. 6.* Gomez, *in bull. cruc. clausul. 10. num 66.* Ludouicus Lopez, *part. 1. cap. 46.* Vega, *tom. 2. sum. cap. 129. cas. 68.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 34. num. 15. & lib. 9 de matrim. disp. 40. num. 20* Bonacina, *de præcep. disp. 4. quæst. 2. pun. 7. §. 2. num. 16* Sayrus, *in clau. reg. lib. 6. cap. 5. nu. 17.* Suarez, *lib. 6. cap. 4.* Reginaldus, *lib. 18. num. 311.* Tancredus, *de matrim. lib. 9. disp. 40. num. 7.* & alij.

56 Possunt tamen iterum mutuo cõsensu post votum castitatis, dare sibi inuicẽ potestatem in corpus: & tunc, licet peccent, valida erit irritatio. Ratio est: quia iam matrimonium restitutum est plenè ad priorem statum; & renuntiatio illa iuris irritandi est validè remissa: atque id votum tempore subiectionis emissum est; & facta irritatione, licebit deinceps Vxori, debitum petere: quia iam voto non obligatur. Ita Sanchez, *lib. 9. de matrim. disp. 40. num. 22. & lib. 4 sum. cap. 34 num. 17.* Pontius, *in 3 part. D. Thomæ quæst. 6. dub. 20. num. 135.* Diana, *part. 4. tract. 4. resolut. 110. versic. nota secunda.* Tancredus, *de matrim. lib 9 disp. 40. num. 8.* Bonacina, *de præcep. disp. 4. quæst. 2. pu. 7. §. 2. num. 16. in fine.*

Dubitatur Tertiò: An Vir posterior possit irritare vota Vxoris, facta tempore prioris matrimonij, quando absque licentia prioris emissa sint?

57 REspondetur: Si vota sunt emissa sine licentia prioris Mariti, poterit secundus omnia illa irritare, quę poterat prior Maritus; ita vt, amplius ea non reuiuiscant. Immò, si Mulier, quando nõ erat nupta, sed erat sub potestate Patris, aut Tutoris, vel Curatoris; aut, si non habebat Patrem, Tutorem, &c. & impubes, sine licentia emisit vota castitatis, aut Religionis, vel alia vota personalia: aut pubes, sed minor 25. annis vota realia; poterit Maritus irritare ante consummatum matrimonium, si ea non ratificauit, adepta congrua ætate; aut, si quando ratificauit, maior facta, matrimonium iam erat contractum: quia ipse succedit in loco Patris, Tutoris, &c. & ratificatio illa, facta tempore contracti matrimonij, est veluti nouum votum factum sine viri licentia. Ita Sanchez, *lib 9. de matrim. disp 41. à num. 3.* Tancredus, *de matrim. lib. 9. disp. 41. num. 1. & 2.*

58 Vndè, si Mulier, quæ votum castitatis, aut religionis emisit tempore prioris matrimonii, aut dum erat pubes, vel minor sub potestate Tutoris, contrahit secundo matrimonium: poterit secundus Vir irritare omnia prædicta vota, eo modo, quo poterat prior, & quomodo poterat Pater, Tutor, & Curator. Ita supracitati Doctores.

59 *Si* verò Vxor emisit vota cum licentia prioris Viri, Patris, Tutoris, vel Curatoris, poterit secundus Maritus validè ea irritare, si non sit iusta causa: si verò iusta causa, poterit licitè, etiam sine peccato: quia secundus Vir succedit priori. Et ita dicendũ est de votis, emissis mutuo consensu ab vxore tempore prioris matrimonij: quia ea, quæ pote-

rat irritare primus Vir poterit etiam, & secundus. Ita Sanchez, loco citato, & Tancredus, *num. 7. & 8.*

An Vxor possit irritare vota Viri? Dub. 13.

60 NEgatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia Vxor non habet dominium voluntatis Viri: immò ipsi, tamquam capiti, subest: nec etiam materiæ promissæ est domina: & hoc maximè verum est, quò ad actus matrimonii, ad quos neutri est dominium, sed vterque est æqualis, *cap. gaudentes, de diuortijs.* Ita Sotus, *lib. 7. de iust. quæst. 3. artic. 1. versic. at vero extra hanc materiam.* Petrus Ledesma, *quæst. 64. artic. 4. dub. 2 conclus. 2* & videtur tenere Azorius, *part. 1. lib. 11. cap. 16 quæst. vltim. & cap. 17. quæst. 12.*

61 Secunda opinio ait: Quamuis Vxor non possit irritare omnia vota Viri, sicut potest Vir irritare vota Vxoris; potest tamen irritare perfectè, ita vt amplius non reuiuiscant, omnia vota, quæ maritus emittit absque sua licentia, & sibi præiudicant, quò ad debiti reditionē, & mutuam cohabitationem. Cuius ratio est: quia Vxor habet dominium, & potestatem corporis Viri, per contractū matrimonij acquisitam, quò ad debitum sibi reddendum moderatè, & cohabitandum, 1. *ad Corinthios* 7. Ergo vota, huic dominio præiudicantia, irritare poterit. Et confirmatur: nam habens dominium irritandi votum, non reddendi debitum, & non cohabitandi, habet subindè potestatem irritandi vota, hoc impedientia. Ita Glossa, *cap. manifestum versic. nisi author, 33. quæst. 5.* vbi Archidiac. *num. vnico.* Bellamera, *num. 1.* Hostiens, *sum. tit. de voto §. quis vouere possit num 8. versic. vxor etiam, & cap. scripturæ de voto ad finem.* vbi Innocent. *ad finem.* Antonius, *num. 3.* Abbas, *num. 8.* Cardinal, *quæst. 14.* D. Antoninus, *3. pa. tit. 1. cap. 22. § 1.* Maior, *in 4. dist. 38 quæst. 4. dub. 3* Gabriel, *in 4 dist. 32. quæst. vnica artic. 1. notab. 3. & artic. 2. conclus. 2.* Rosella, *v. votum 2 num. 9.* Angelus, *v. votum 2. num 8.* Siluester, *v. votum 5. quæst. 1. & v. lex, 8. tit. 8 pun. 1.* Rodoriquez, *par. 2. sum. cap. 90. num. 3.* qui dicunt, non posse Virum, absque vxoris consensu, vota emittere, debito coniugali præiudicantia: sicut, nec Vxor absque viri licentia, & expressè docent Nauarrus, *cap. 12. sum. num. 64.* Stunica, *de voto, quæst. 3. nu. 60.* Toletus, *lib. 4. sum. cap. 18.* Aragonius, *2. 2. quæst. 88 artic. 8.* Graffius, *pa. 1. decis. lib. 2. cap. 29 num 8.* Philiarcus, *de offic. sacerd. tom. 1. part. 2. lib. 3. cap. 18. § 11. peccat.* Paludanus, *in 4. dist. 38 quæst. 4. artic. 2. conclus. 5. num. 23.* Ludouicus Lopez, *part. 1. cap. 47. num. 20.* Sayrus, *in clau. reg. lib. 6. cap. 5. num. 9 & cap. 10. num. 20.* Suarez, *to. 2. de relig. lib. 6. de voto cap. 4. num. 8.* Corradus, *in suis respons. part. 3. quæst. 304.* Filliucius, *tract. 16. cap. 9. nu. 235* Bonacina, *de precept. disp. 4. quæst. 2. pun. 7. §. 2. num. 17.* Riccardus, *in 4. quæst. 2.* Reginaldus, *lib. 18 num. 314.* Tancredus, *de matrim. lib. 9. disp 42. num. 1.* Valētia, *2. 2. disp. 6. quæst. 6. de voto pun. vltim. quæst. vltim.* & alijs.

62 Ex his deducitur Primò: Vota, emissa à Viro, absque licentia Vxoris, in præiudicium familiæ, vt erogandi magnas eleemosynas; non possunt ab Vxore irritari: quia tota familia, & administratio bonorum est penès Virum, independenter ab Vxore. Ita Sotus, *lib 7. de iustit. quæst. 2. artic. 1. versic at vero extra hanc.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 34. num. 26. & de matrim. lib. 9. disp. 42. num. 6.* Suarez, *to. 2. de relig. lib. 6. de voto cap. 4. num 8.* Tancredus, *lib. 9. de matrim. disp. 42. num. 4.* & alij. Si verò id votum, in uitium prodigalitatis, aut iniustitiæ tenderet, non haberet vim obligandi: & ita non indigeret relaxatione. Ita Angles, *in florib. quæst. de voto artic. 7. post. 9. difficult dub. 3. conclus. 2.* Sanchez, *lib. 9. de matri disp. 42. num. 6* Sotus, & alij.

63 Secundo: Quid dicendum de voto nō petendi debitum? Sanchez, *lib. 4. sum. ca. 32. num. 27 & lib. 9 de matrim. disp. 42. nu. 7.* Palatios, *in 4. dist. 38. disp. 2. fol. 717. col. 1.* Tancredus, *de matrim. lib. 9. disp. 42. num. 4.* Angles, *in florib. part. 2. quæst de voto artic. 7 post 9. difficul.* Lesius, *lib 2. cap. 40. dub. 10. num. 84.* & alij dicunt: Nō posse Vxorem tale votum irritare. Quorum ratio est: quia hoc votum non est contra fidem matrimonij, quę solum astringere possit ipsam, ad petendū debitum. Nec Vxor dominium aliquod, aut potestatem habet in uirum, vt compellat ipsum, ad petendum debitum: sed, quò ad id, sunt pares, & ambo sui iuris: & ex altera parte, Vxor non est caput Viri, sed ei subdita.

64 Reginaldus verò, *lib. 18. num. 314. circa*

ea finem. Gutierez, *quæst. canon lib. 2. cap. 22. num.* 49. Rodoriquez, *part. 1. sum cap. 242. 2. edit num* 8. Ludouicus Lopez, *pa. 1 cap. 46. § votum coniugis.* Vega, *tom. 2. sum. cap. 129. cas.* 93. Philiarcus, *de offic. sacerd. to. 1. part. 2. lib. 3. cap. 4. §. excipitur in conclus.* & alij, dicunt: Posse Vxorem tale votum irritare: quia cedit in maximum grauamen Vxoris, quæ contra naturalem verecundiam mulierum cogetur semper petere.

65 Tertiò: Vxor non potest irritare vota, facta à Viro ante consummatum matrimonium, animo transeundi ad Religionem, & ibi implendi: quia nulla ratione sibi præiudicant. Poterint tamen ab ea irritari, si dicta vota non essent adimplenda in Religione, & sibi præiudicent: quia matrimonio inito etiam ante consummationem, acquirit Vxor dominium, & ius in corpus Viri, cui Maritus præiudicare nequit, nisi Religionis ingressu. Ita Sanchez, *lib. 9 de matrim. disp. 42. num.* 11. & *lib. 4. sum cap. 34 nu.* 29.

66 Quartò: Vota, facta à Viro ante matrimonium, possunt ab Vxore suspendi, si damnum sibi inferant: & proindè, prò tunc non obligabunt: quia obligatio Religionis, contracta ante matrimoniũ, nequit præiudicare obligationi iustitiæ, consurgenti ex nouo matrimonio. Ita Antoninus, *in cap. scriptura num. 3. de voto.* vbi Panormitanus, *num.* 8. Rosella, *v. votum 2. num.* 10. Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 31. num.* 11. Tancredus, *lib. 9. de matr. disp. 42. num.* 3. & alij.

67 Quintò: Vxor potest irritare vota Viri, ex licentia sua facta, quæ posset, si absque eius licentia fierent: quia ea licentia non aufert pristinum materiæ promissæ dominium; & vota manent adhuc conditionalia. Ita Innocent. *cap. scripturæ ad finem de voto.* D. Antoninus, 3. *part. tit. 1. cap. 22* § 1. Sotus, *in 4. dist. 27. quæst. 1. artic. 4 vers. id autem* Sanchez, *lib. sum. cap. 27 num. 12.* & *lib. 9 de matrim. disp. 42 num.* 13. Tancredus, *lib. 9. de matrim. disp. 42. num.* 2. & alij. Et si adsit iusta causa, valide, & sine peccato remanent irritata. At si non adsit iusta causa, peccat, sed valet irritatio, vt diximus de Viro.

68 Sextò: Si Vir de licentia Vxoris, perfectam castitatem vouerit, poterit Vxor irritare quò ad debiti reditionem: sed cum peccato, quando non adest iusta causa: sine peccato, quando adest causa: quia, adhuc domina manet Corporis Viri, atque ita materiæ promissæ: non potest tamen, quò ad reliquos effectus. Vnde Vir, cui sic irritatum est votum, tenebitur non petere; & soluto eo matrimonio, ab alio in eundo abstinere: & si fornicetur, erit reus sacrilegij contra votum castitatis. Ita Sanchez, *lib. 9 de matrim. disp 42. num. 14.* & *lib. 4 sum. cap. 34. num.* 31. Reginaldus, *lib 18. num.* 314. Tancredus, *lib. 9 de matrim. disp. 42. num* 2. & alij.

69 Octauò: Coniuges, si mutuo consensu voueant castitatem, aut Religionem: vel Vnus Religionem, seù castitatem; alter verò Ordines sacros; non potest Vxor irritare aliquod votum Viri, nisi solum illa, quæ impedirent cohabitationem, aut debitum coniugale ante transitum ad Religionem, vel Ordines sacros: & si mutuo consensu iterum renuntient iuri acquisito adinuicem: non poterit Vxor, votum castitatis irritare: quia, quò ad reddendum; in quo Vxor non est domina, non indiget irritatione; cum statim teneantur coniuges sibi reddere. Ita Sanchez, *lib. 9. de matrim. disp. 37 num.* 15 & *disp. 42. num.* 15. Tancredus, *lib. 9. de matrim. disp. 42. nu.* 5. & alij: quò ad alios autem actus, ad quos Votum illud obligat, non potest Vxor irritare. Ita Reginaldus, *lib.* 18 *num.* 314. *in fine.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 34. num. 31.* & *lib. 9. de mat. disp. 42. num* 15. & alij.

70 Nonò: Vxor subsequens, potest irritare vota Mariti, facta tempore prioris matrimonij, priori vxori præiudicantia, quò ad debitum, & cohabitationem: & hoc perfectè, ita vt numquam reuiuiscãt, si facta sint sinè prioris licentia Vxoris: quia ea pendent à volũtate prioris Vxoris, tamquam domina illius materiæ, in cuius locum, & potestatem succedit posterior Vxor. Etiam si de prioris licentia Vxoris facta sint vota: quia omnia illa, quæ (non obstante eo cõsensu) Vxor prior irritare poterat; poterit etiam subsequens Vxor. Ita Sanchez, *lib. 9 de matrim. disp 42. num. 16.* Tancredus, *lib. 9. de matrim. disp. 42. num.* 3. & alij.

Quæ nam vota irritari possunt à Patre?

Dub. 14.

71 Antequam ad dubitationem respondeã: Notandum est, quod ætas triplex est: Vna est Infantia, in qua nondum est rationis vsus; quæ communiter vsque

vsq; ad septemnium completum durat. Altera est Impubertas; quæ incipit ab vsu rationis, & durat vsque ad duodecimum completum in fœminis, in masculis verò vsque ad decimum quartum completum. Altera est Pubertas; quæ durat vsque ad vigesimum quintum annum, tam in masculis, quam in fœminis. Dicuntur Puberes, quia ab anno quartodecimo, vsq; ad vigesimum quintum, sub cura parentum, aut Tutoris sunt. Dicuntur etiam Minores, ab anno 14. vsq; ad 25. seù in minoribus, & sub Curatorum potestate. Hi autem anni, tam pubertatis, quam minoris ætatis debent esse completi de momento ad momentum. Hoc tempus non computatur à die conceptionis, sed à die natiuitatis: nam sic communi vsu receptum est; vt ætas à die natiuitatis computetur.

72 His positis, Respondeo, quod prima opinio ait: Patrem posse irritare omnia vota realia filij, & filiæ impuberum: non tamen omnia personalia, sed sola sibi præiudicantia. Ita Viualdus, *in candel. satram. part. 3. cap. 14. num. 99.*

73 Secunda opinio, quæ est communis, ait: Omnia impuberum vota, siuè realia, siuè personalia, siuè mista irritari possunt à Patre. Ratio est: quia filius iure naturæ ita est sub potestate Patris, vt ante vsum rationis voluntate Patris regi debeat; ita vt voluntas Patris, filij voluntas censeatur. Postquam autem incipit filius vti ratione, licèt iam possit liberè operari, habet pro aliquo tempore vsum rationis nimis inbecillem, ac tenuem: & ideò ratio naturalis dictat, vt pro aliquo tempore pendeat à voluntate Patris, saltem quò ad firmitatem obligationis; ita vt non sit omnino firma, donec Pater illam approbet: & maximè in negotio grauissimo, quale est obligationis ad Deum, quæ per votum contrahitur. Ita D. Thomas, 2. 2. *quæst.* 88. *artic. 9. & in 4. dist.* 38. D. Antoninus, 2. *part. tit.* 11. *cap.* 2. §. 6. Caietanus, 2. 2. *quæst.* 88. *artic. 9.* Riccardus, *in 4. dist.* 38. *artic. 4. quæst.* 2. vbi Paludanus, *quæst. 4. artic. 2. conclus. 7. &* 8. Gabriel, *quæst. 1. artic. 5. littera* X. Tabiena, *v. votum 5. nu. 6. vers. quinto.* Siluester, *v. votum 3. quæst. 5. & 6. & v. votum 4. quæst. 2. versi. secundum.* Sotus, *lib. 7 de iustit quæst 3. artic. 2.* Nauarrus, *cap. 12. sum. nu. 64.* Bartholomeus Medina, *lib. 1. instruc. confess. cap. 14.* §. 7. Ludouicus Lopez, *part. 1. cap. 47. & 48.* Angles, *in floribus quæst. de voto artic. 7. diffic. 11. & 12.* Valentia, 2. 2. *disp. 6 quæst. 6. pun. 6. ante finem.* Philiarcus, *de offic. sacerd. part. 2. lib. 3. cap. 4. conclus. 3. & cap.* 18. Summa Corona, *part. 3. tract. de voto nu.* 7. Toletus, *lib. 4. sum. cap.* 18. Emanuel Sa, *v. votum cap. 2.* Azorius, *part. 1. lib. 11. cap. 17. quæst.* 7. Sayrus, *in clau. reg. lib. 6. cap.* 10. *num.* 23. Reginaldus, *lib.* 18. *num.* 315 *&* 319. Lesius, *lib. 2. cap. 4. dub. 14. num.* 82. Panormitanus, *in cap. scripturæ num. 7. de voto.* Imola, *in cap. cum contingat. nu. 18. de iuris iurando.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 35. num.* 7. Suarez, *lib. 6* de voto *cap. 6. num.* 2. Layman, *in theolog. moral. lib. 4. tract. 4. cap. 7. num.* 10. Bonacina, *de præcep. disp. 4. quæst. 2. pun. 7.* §. 2. *num.* 18. Filliucius, *tract. 26. cap. 8. quæst. 6. & 7. num.* 231. Molfesius, *tom. 1. sum. tract. 11. cap.* 25. *num.* 52. & alij.

74 Immò Pater, vel Tutor potest irritare votum reale impuberis, emissum de peculio Castrensi, vel quasi Castrensi. Ratio est: quia, sicut impubes non potest vllo modo de peculio castrensi, vel quasi castrensi testari, vt habetur, *in leg. final. C. de testam. milit.* & docent Molina, *to. 1. de iust. disp. 131. initio, & disp. 230. colum. penult. & to. 2. disp. 261. colum. 1.* & alij: ita difficiliùs conceditur alienatio inter viuos, vt potè, quæ magis impuberibus nocet, quam testamenti confectio. Ita Aragonius, 2. 2. *quæst.* 88 *artic. 9. diff.* 4. Corradus, *in suis respons. 1. quæst.* 208. Sanchez, *lib. 4. sum. cap.* 35. *num.* 10. & alij.

75 Amplia: Etiam si malitia suppleret ætatem impuberibus, possunt omnia vota ipsius à Patre, vel Tutore irritari. Ratio est: quia iura simpliciter subdunt voluntatem filij impuberis, voluntati Patris, in negotio se obligandi Deo. Tum quia, est fauor parentum, & filiorum, ideoque ampliandus. Tum quia, deficiente ratione legis in particulari; non cessat obligatio, & concessio legis, quæ absolutè disponit. Tum etiam, quia expedit maximè ad commune bonum, vt lex in eo sensu feratur: aliàs, res ferè maneret æque incerta. Ita Suarez, *to. 2. de relig. lib 6. tract. de voto cap. 6. nu.* 9. Siluester, *v. Religio 2. quæst.* 12. Paludanus, *in 4. dist. 38. quæst.* 4. Sanchez, *lib. 4. sum. cap.* 35. *num.* 11. & alij.

Dubi-

Dubitatur Primò: An vota, facta ante annos pubertatis, possint irritari à Patre tempore pubertatis?

76 NEgatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia Pater post pubertatem non habet potestatem in votis personalibus filij, nec in realibus post 15. annum. Tum quia, sicut Dominus non potest irritare vota seruorum post libertatem: ita, neque parentes in proposito casu. Ita Sotus, *lib. 7. de iustit. quæst. 3. artic. 2.* Aragonius, *2. 2. quæst. 88. artic. 9. in fine.* Angles, *in floribus in 4. q. de voto artic. 7 diff. 12. dub 7.* Angelus, *v. votum 2. num. 6.*

77 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia illud votum à principio fuit infirmum, & irritabile, & numquam fuit confirmatum, vt suppono: ergo semper retinet illam imperfectionem: ergo semper irritari potest. Probatur vltima Consequentia: quia illa potestas data est patri, vt subueniat imperfectioni filij impuberis: quæ ratio semper durat, & per nullam legem limitata est illa potestas, vt exerceri debeat, durante impubertate; sed solum ex parte materię, circa quā versatur: sed versatur circa sola vota impuberis. Nec valet ratio de seruo: quia in votis filij, irritatio Patris conceditur, ob defectum, in eodem filio, perfecti iudicij. In votis verò serui, Domino facultas irritādi datur, propter præiudicium, quod ei ex talibus votis irrogatur. Ita Caietanus 2. 2. *quæst. 189 artic. 5.* Nauarrus, *cap. 12. sum num. 71* Viualdus, *cap. 14. num. 100.* Lessius, *lib. 2. cap 40. dub. 10 nu. 79* Ludouicus Lopez *par. 1. cap. 48.* Emanuel Sà, *v. votum cap. 2.* Azorius, *part. 1. lib. 11 cap. 17. quæst. 7.* Sayrus, *in clau. reg. lib 6 cap. 10. num. 26.* Suarez, *to. 2. de relig. lib. 6 de voto cap. 6. num. 8* Reginaldus, *lib. 18. num. 318.* Petrus Ledesma, *to. 2. sum. tract. 10. cap 7. dub. vltim. ad 7.* Graffius, *part. 1 decis. lib 2. cap. 19. num. 40.* Valentia, *2. 2. disp 6 quæst. 6. pu. 6. quæst. vlt.* Philiarcus, *de offic. sacerd. to. 1. part. 2. lib. 3. cap. 18.* Llamas, *method. curat part. 3. pun. 4. §. 21.* Sanchez, *lib 4 sum. cap. 30 num. 9.* Bonacina, *de præcep disp. 4. quæst. 2. punt. 7. §. 2. num. 19.* Layman, *in theolog. moral. lib. 4. tract. 4. cap. 7 num. 11.* Filliucius, *tra. 26. cap. 8. quæst. 6. & 7. num. 133.* Molfesius *to. 1. sum tract. 11. cap. 15. num. 58.* & alij.

78 Et ita dicendum est de votis realibus impuberum, si sint talia, quæ post pubertatem poterunt à Patre irritari. Etiam si filius sit mancipatus, possunt à patre vota realia, & personalia irritari; quæ ante pubertatem emissa sunt, nec postea confirmata: quia per nullum temporis lapsum, nec per mancipationem filij amisit Pater potestatem in vota ea, fragilitate emissa, cum semper iudicij imperfectionem retineant, & ratione illius imbibitam conditionem, pendentē à Patris consensu. Ita Molfesius, *tom. 1. sum. tract. 11 cap 15. num. 58.* Suarez *dict. cap. 6. n. 11.* Sanchez, *d. cap. 30. n. 13.* & alij.

Dubitatur Secundò: An pater possit irritare vota personalia puberum?

79 PRima opinio ait: Posse Patrem irritare vota personalia puberum puellarum, dum manent in domo Patris: nō autem vota personalia puberum. Ita Angles, *in floribus part. 2. quæst. vnica de voto artic. 7. diffic. 12 dub. 6.*

80 Secunda opinio ait: Posse Patrem irritare vota personalia puberum, præter solum votum Religionis. Cuius ratio est: quia Prælatus religionis, & vir possunt irritare omnia personalia vota, ille religiosorum, hic vxoris: at pater, & curator possunt irritare ea vota dum minores sunt, quia gaudent eadem potestate. Ita Innocent. *cap. scripturæ, nu. 3. versic sed nobis de voto.* vbi Hostiens, *num. 7* Ioan Andr. *num. 4.* Cardinal. *nu. 6. quæst. 12.* Tabiena, *v votum 5. quæst. 5. num. 6. in medio* Sotus, *lib. 7. de iust. quæs. 3. artic. 2. colu 4. versic. circa prius autem.*

81 Tertia opinio vera absolutè negat. Cuius ratio est: quia nullo iure probatur, hanc facultatem Patri concessam fuisse: nec ius decreuit, vota puberum habere tacitam conditionem, quam vota impuberum habent. Tum quia, filius post annos pubertatis cū habeat per factū vsū rōnis hēt, quātū ad ea, quæ ad suā personā spectāt plenū ius: ergo votū personale ab eo emissū, ita erit validū, vt à patre irritari non possit. Vndè quando homo venit ad annos pubertatis, non est sub potestate alterius, si sit liberè conditionis, quātū ad ea, quę ad suā personā spectāt. Ita Faust. *in Thesaur. Relig. lib. 2 de votor. irrit q. 101. n. 2.* Reginald. *in prax to. 2. lib. 18. n. 317.* Rodoriq. *p. 2 sum. c 93. n. 8.* Fernandez, *in medal. cas. part. 1. cap. 6. §. 5. n. 4.* Ita D. Tho *in 4. dist. 38. q. 1. ar. 1 q vlt.* D. Anton. *2. p. tit. 11. c. 2. §. 6.* Sot. *loc. cit. n. 12.* Ara-

29 & cap. 10 num. 25. Reginaldus, lib. 18. num. 237. in fine. Philiarcus, 3. de offic. sacerd. tom. 1. part. 2. lib. 3. cap. 18. Petrus Ledesma, to. 1. sum. tract. 10. cap. 7. dub. vlt. dict. 3. in fine. Graffius, part. 1. decis. lib. 2. cap. 26. num. 6. & cap. 29. num. 6. Emanuel Sa, v. votum, vbi de irritat. num. 1. Aragonius, 2. 2. quæst. 88. artic. 9. Azorius, part. 1. lib. 11. cap. 17. quæst. 7. Sãchez, lib. 4. sum. cap. 35. num. 23. Molfesius, to. 1. sum. tract. 11. cap. 15. num. 54. Bonacina, de præcept. disp. 4. quæst. 2. punct. 7. §. 1. num. 21. versic. hoc tamen, & alij.

87 Limitant Secundò aliqui: Nisi votum reale accedat personali: vt si minor pubes voueat Religionem, nequit Pater irritare; quamuis insequentium ingressus succedere debeat Monasterium in bona ingredientis, iuxta authent. ingressi C. de sacros. Ecclesijs docent Paludanus, in 4. dist. 38. artic. 1. num. 9. conclus. 5. D. Antoninus, 2. part. tit. 11. cap. 2. §. 6. Angelus, v. votum 2. num. 7. Siluester, v. votum 3. quæst. 5. & v. votum 4. qu. 2. dict. 2. Nauarrus, cap. 12. sum. num. 64. & 70. Ouãdus, in 4. dist. 38. disp. vnica, propos. 23. Sayrus, in clau. reg. lib. 6. cap. 5. num. 6. & cap. 10. num. 15. Graffius, part. 1. decis. lib. 2. cap. 29. num. 6. Emanuel Sa, v. votum vbi de voti irritat. Sanchez, lib. 4. sum. cap. 35. num. 24. & alij.

88 Limitant Tertiò, aliqui: Nisi sit votum eundi in subsidium Terræ Sanctæ: quia tunc Pater non potest irritare. Ita Hostiens, sum. tit. de voto § quis vouere possit num. 8. Abulens. cap. 30. numeror. quæst. 77. & quæst. 79. in fine. Gabriel, in 4. dist. 38. quæst. 1. artic. 1. Henricus, cap. scripturæ num. 5. de voto. Rosella, v. votum 2. num. 5. Siluester, v. votum 3. quæst. 6. Angelus, v. votum 2. num. 5. Nauarrus, cap. 12. sum. num. 70. Rodoriquez, part. 1. sum. cap. 91. nu. 9. conclus. 8. in fine. Graffius, part. 1. decis. lib. 2. cap. 29. numer. 6. & alij.

89 Sed hæc limitatio, simpliciter dicta, non est admittenda, vt dicunt Doctores citandi: quia solum in duobus casibus Pater non potest irritare: Primò, quando voueret personaliter seruire, & filius esset 14. annis completis. Secundò, quando voueret subsidium prædictum expẽsis proprijs: Secùs, si expensis paternis. Ita Suarez, to. 2. de relig. lib. 6. de voto cap. 5. num. 11. Sanchez, to. 1. sum. lib. 4. cap. 35. num. 26. Molfesius, to. 1. sum. tract. 11. cap. 15. num. 57.

Dubitatur Primò: An vota realia filij familias possint tantum à Patre irritari, quando ante vigesimum quintum annum emissa sunt?

90 PRima opinio ait: Solum posse Patrem irritare vota realia filij familias, emissa ante vigesimum quintum annum. Cuius ratio est: quia, vsque ad eam ætatem denegatur illis bonorum administratio. Ita Paludanus, in 4. dist. 38. quæst. 3. artic. 2. conclus. 5. num. 9. Angelus, v. votum 2. num. 6. Toletus, lib. 4. sum. cap. 18. num. 7. Siluester, v. votum 4. quæst. 2. dic. 2. Nauarrus, cap. 12. sum. num. 70. Graffius, part. 1. decis. lib. 2. cap. 26. num. 6. D. Antoninus, 2. part. tit. 11. cap. 2. num. 6. Sotus, lib. 7. de iust. quæst. 3. artic. 2. versic. ex his sic dispositis. Sayrus, in clau. reg. lib. 6. cap. 5. num. 6. Angles, in floribus part. 2. quæst. de voto artic. 7. diff. 12. dub. 8. Medina, lib. 1. sum. cap. 14. § 7. Lesius, lib. 2. cap. 40. dub. 10. num. 81. Margarita, confess. de irrit. vot. fol. 118. Alcozer, sum. cap. 16. Aragonius, 2. 2. quæst. 88. art. 9. paulo post principium. Beia, in suis respons. part. 1. in cas. 49. versic. aduertendum tamen. Vega, lib. 4. sum. cas. 414. Lodouicus Lopez, part. 1. cap. 48. § vota personalia. Rodoriquez, part. 1. sum. cap. 91. num. 3. & alij.

91 Secunda opinio ait: Posse, in quacumque ætate filius familias vota realia emiserit, ea Patrem irritare. Cuius ratio est: quia hæc irritatio non fundatur in defectu rationis ad vouendum; sed in defectu materiæ propter subiectionem: ergo, ex duratione subiectionis pendet duratio potestatis, non ex ætate. Confirmatur: quia hac ratione filius non mancipatus, etiam si sit maior viginti quinque annorum, non potest aliquid donare de bonis, pertinentibus ad ius, vsum fructũ, vel administrationem Patris, vt benè Corduba, in sum. quæst. 133. Ergo ita erit in nostro casu. Ita Glossa, in final. § pupillus verb. pupillus ff. de verbor. oblig. Innocent. in cap. scripturæ num. 3. versic. sed nobis de voto. vbi Ioan. Andr. num. 4. Anton. num. 4. versic. secundo modo. Hostiens, num. 7. Cardinal. num. 6. quæst. 12. Suarez, tom. 2. de relig. lib. 6. de voto cap. 5. num. 12. Sanchez, lib. 4. sum. cap. 35. num. 29. Perez, lib. 3. ordin. tit. 8. l. 1. fol. 128. Matiẽz, lib. 4. recopil. tit. 1. l. 8. gloss. 1. nu. 2. Gomez, lib. 4. 7. nu. 6. q. 12. idem Sanch. lib. 6. de mat. disp. 3. 9. nu. 10. Lesius, lib. 2. cap. 42. dub. 12. nu. 61. idem Suarez, lib. 1. leg. fori. tit. 11.

 lib. 9.

lib.9. versi. vnum nota. Tancredus, *de mat. lib.6. disp.39. nu.4.* Bonacina, *de praecept. disp.4. quaest.2. pun.7. §.2. nu.21. versic. respondeo secundo*, & alij.

92 Potest etiam Pater irritare vota realia, emissa à pubere, minore viginti quinque annis, etiam si filius sit coniugatus; donec sua potestate per emancipationē exeat. Etiam si filius sit in Sacris constitutus: dummodo, quod votum sit de bonis acquisitis ante clericatum: nā quando sunt bona aduentitia; sed acquisita post clericatum, numerantur inter bona quasi castrensa; & consequenter non poterit Pater irritare; etiam si Clericus sit initiatus ordini Praesbiteratus: quia praesbiteratus nō liberat filium à patria potestate. Authent. *praesbiteros la prima C. de Episcop. & cleric.* cum hoc sit solum priuilegium Episcopi, qui est aliorū Pater, & Pastor ouium, sibi commissorum: & ideò liberatur à patria potestate. Authent. *sed Episcopalis dignitas C. de Episc. & cleric.* ita Innocent. *C. indecorum nu. 2. de aetate, & qualit.* vbi Hostiens, *nu.4.* Io. Andr. *num.31.* Anton. *num. 8.* Cardinal. *probo ante finem.* Archid. *num.2.* Abbas, *rubric. de pecul cleric. num.2.* Siluest. *v. peculium 1. quaest.2. in fine.* Tabiena, *v. peculium 2. quaest.1.* vbi Rosella, *num.10.* Monsaluus, *l.14. initio tit.18. pun.4.* Molina, *to.1. de iust. disp.229. colum.4. in sexto modo.* Sanchez, *lib.4. sum. cap.35. num 37.* Molfesius, *to.1. sum. tract.11. cap.15 num 59.* Bonacina, *de praecept. disp.4. quaest.2. pun.7. §.2. num.21. vers. hoc tamen in fine, & versic. an vero clericus*, & alij.

Dubitatur Secundò: An quādo quis, adhibita diligentia, dubius est, an tempore pubertatis emiserit qualecumq; votum; aut reale, durante adhuc minore aetate, seù ante mancipationem, quibus solis temporibus subijcitur Patri, quò ad votorum irritationem, poterit nè Pater irritare huiusmodi vota?

93 PRima opinio ait: in eo dubio non posse Patrem vota irritare. Cuius ratio est: quia, cum obligatio voti sit certa, potestas autem irritandi dubia; votū in hoc dubio possidet: sicut, cum obligatio praecepti certa est, excusatio verò dubia, praeceptum possidet, ac obligat. Tum quia, filius per hanc irritationem dubiam, non est in possessione libertatis, à voto implendo; cum causa liberās, sit dubia: ergo non iuuatur, tamquam eius libertatis possessor: quinimmo melior erit conditio obligationis voti, quae tamquam certa possidet. Tum quia, cum potestas irritandi non sit absoluta, sed limitata ad vota, emissa in tali ętate, vel tali subiectione durante; quoties dubium est de ętate, vel tali subiectione, redditur quoque dubia irritātis potestas; ac proindè nulla priuatur possessione, si in hoc dubio denegetur ei potestas irritandi. Ita Salas, *1.2. to.1. quaest.21. tract.8. disp.1. sect.25. num.263.*

94 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia, licet vouens non habeat possessionem suae libertatis: & sic votum, respectu eius possideat: habet tamen Pater possessionem iuris, nè filius, independenter à sua voluntate, emittat votum, possidetque potestatem dominatiuam, illud irritandi: ergo, dū constat de exēptione ab hoc dominio per lapsum ętatis, quò adhoc durat, non debet Pater sua possessione priuari. Confirmatur: quia in dubio, an res sit aliena, melior est conditio possidentis: sed voluntas impuberis, quò ad omnia vota, & minoris quò ad realia, est aliena, & Pater possidet, vt optimè explicuit D. Thomas, *2.2. q.88. art 8. in corpore, & ad primū*: hac ratione probans, filios, & subditos non posse voto se astringere, indepēdenter à Patre, vel Superiore: quia, de re aliena disponunt: ergo cūm pater possideat hanc voluntatē, seu potestatem in illam, in dubio, an haec voluntas aliena, sit iā effecta propria vouentis, nec ne? non debet sua possessione antiquiori, propter nouā voti possessionem respectu vouentis, spoliari. Confirmatur secundò: quia, vbi duplex possessio concurrit, antiquior praeualet, iuxta regulam. Qui prior est tempore, potior est iure, *de regul. in 6.* Qua ratione, docēt nōnulli (vt videbimus in materia de matrimonio) seruum, absq; domini licentia, contrahētem matrimonium, teneri potiùs ad domini obsequiū, quam ad reddendum vxori petenti debitum, quādo vterq; satisfacere nequit. Quia possessio Domini in corpus serui, tamquam antiquior (quod tū negat Sanch. *lib.7. de mat. d.21. n.15.*) est praeferēda possessioni Vxoris in idē corpus: Et ratio esset: quia obligatio superueniens, nequit cū priori detrimēto induci. At possessio Patris in filij voluntatē, est antiquior (quod nemo negare pōt) possessione voti in eādē volūtatē: illa enim acquisita est ab illius filij natiuitate, haec autē post voti emissionem: ergo, estò votum possideat voluntatem

filij,

filij, præualet antiquior Patris possessio. Ita Suarez, *to 2. de relig lib. 4. de voto cap. 6. num. 1. & lib. 6. cap. 6. num. 4. in fine* Sanchez, *lib. 2. de matrim. disp. 41. num. 39 & lib. 4 sum. cap. 32. num. 2.* Tancredus, *lib. 2 de matrim disp 4: num. 16.* Bonacina, *de præcep. disp. 2. quæst 2. punt 7. §. 2. num. 21.* Merolla, *to. 1. disp 3. cap. 3 dub. 2 coroll. 16 num. 286.* Galett. *in sua margarit cas. conscient. v. dubium versic. sed si dubitatur.* Diana, *part. 4. tract 3. resolut. 17.* Sancius, *in select disp 43. num. 9.* Vilalobos, *to. 1 sum. tract 1. diffic. 21. num. 5.* & alij.

95 Nota, quod hanc doctrinam, veram etiam existimo, quò ad Tutores, & Curatores; etiam in casu, quo dubium sit circa tempus subiectionis: v. g. si Vxor dubitet, an ante matrimonium votum emiserit, aut seruus, qui aliquando fuit liber, an tempore libertatis: & Pupillus, qui aliquando caruit Tutore, & minor, qui caruit aliquando Curatore, an tẽpore suiiuris, an post subiectionem illis votum fecerint: quia in his casibus possunt supradicti irritare vota: & vouentes non tenentur illa, post dictam irritationem, adimplere, durante subiectione. Ratio est: quia possessio præsens voluntatis eius subditi est certa; cum certum sit, illum esse seruum, aut Coniugẽ, vel sub Tutore, aut Curatore: at exemptio ab illa, quò ad ea vota, est dubia; ac proindè dubia est possessio votorum, quò ad suam firmitatem, & independentiam à Superioris consensu, aut sub sola opinione; quod non sufficit, ad spoliandum Superiorem possessione certa. Ita Merolla, *to. 1. disp. 3. cap. 3 dub. 2 corollar. 16 num 194.* & Diana, *part. 4 tract. resol. 87 versic. notandum est.*

An Tutores, & Curatores possint irritare vota Puerorum? Dub. 16.

96 NOtandum est priùs, quod est discrimen inter Tutorem, & Curatorem: nam Tutor datur principaliter personæ; secundariò verò datur rebus. At è contra, Curator datur principaliter rebus; & secundario personæ. Deindè Tutor datur ante pupillari, idest, vsque ad pubertatem, qua completa, cessat statim. At Curator datur puberibus, duratque toto minoris ætatis tempore, nempè, vsq; ad vigesimum quintum annum completum, iuxta ius commune: & iuxta nostrum, vsque ad vigesimum completum: quo tempore finito, cessat Curator. Diana, *part. 9 tract. 8 resolut 14.*

97 Hoc supposito, Respondeo cum communi Doctorum opinione: Posse Tutorem vtriusque sexus omnia impuberum vota irritare, instar Patris: quia moraliter æquitati valdè consentaneum est, ideoque gentium iure introductum videtur, vt homines vtriusque sexus in tenera, & impubere ætate, in qua tenuem, atque imbecillem rationis discretionem obtinent, aliena Patris, vel Tutoris voluntate tegantur: ideoque sine hac, illorum pacta, & promissiones non omnẽ firmitatem obtinent; sed arbitria Patris, vel Tutoris rescindi possunt. Ita Layman, *in theolog moral lib 4 tract. 4. cap. 7 num. 10.* Molfesius, *tom. 1. sum. tract. 11. cap. 15. num. 55.* Nauarrus, *cap. 12. sum num. 71.* Ludouicus Lopez, *part 1. cap. 48. colum 2. versic. votum religionis.* Graffius, *part 1. decis. lib. 2. cap. 29. num. 4.* Emanuel Sà, *v. votum vbi de voti irritat. num. 5.* Lesius, *lib. 2. cap. 40 dub. 10. num 79.* Reginaldus, *lib. 18 num 319 in fine.* Suarez, *to. 2. de relig. lib. 6. de voto cap. 6. num. 24.* & alij communiter: Et quod dictum est de Tutore, dicendum est de Curatore.

98 Immò, quandò sunt plures Tutores, vel plures Curatores, vnusquisque poterit talia vota irritare. Etiam si sit Tutor falsus, quando tamen simul cum Tutore vero irritat, quia solus verus sufficiebat, *l. 1. §. sed Pomponius ff. quod falso tutore,* & dicunt Sanchez, *lib. 4 sum. cap. 35. nu 70.* Siluester, *v. religio 2 quæst. 13.* Molfesius, *tom 1. sum. tract. 11. cap. 15. num. 61.* Suarez, *lib. 6. de voto cap. 6. num. 22.* Bonacina, *de præcep. disp. 4. quæst sec. punt. 7. §. 2. numer. 25 versic. ex quo patet.* & alij.

Dubitatur: An Tutores, & Curatores possint vota, pupillorum, in ætate impuberi emissa, post pubertatem postea irritare?

99 AFfirmatiuè respondet prima opinio, quò ad Tutorem. Cuius ratio est: quia, quò ad omnia vota impuberum, illorumue personas, gerit Tutor, vicem Patris, & rerum gubernationem in omnibus, respectu pupillorum: ergo, quod de Patre respectu filij impuberis dictum manet, dicendum quoque est de Tutore, respectu suorum, & pupillorum. Ita Lesius, *lib. 2. quæst. 40. dub. 14. nu. 82.* Angelus,

gelus, *v. votum 2. num* 10. Emanuel Sà, *v. votum, ubi de voti irritatione num.* 5. Trullench. *to.* 1. *decalog. lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 35. *num.* 2. Molfesius, *to.* 1. *sum. tract.* 11. *cap.* 15 *num.* 51. & alij.

100 Secunda opinio negat, quò ad Tutores. Cuius ratio est: quia eò ipso, quod pupillus fit pubes, definit Tutor esse Tutor, & incipit esse tantum Curator, cui non persona, sed bona tantum pupilli subijciuntur: amisso autem Tutoris officio, amittitur potestas irritandi vota, & iuramenta, facta etiam impubertate, seù ante quartum decimum annum in masculis, in fœminis verò ante duodecimū. Pater autem etiam post pubertatem nō desinit esse Pater. Nec refert, quod amisso Tutoris officio, adhuc maneat illius persona: quia vota, & iuramenta non pendent à Tutoris persona, sed ab officio: aliàs irritandi potestas non transiret ad Tutorem sequentem, si intra impubertatis annos alter Tutor daretur pupillo, remoto priori Tutore ab officio Tutoris. Cum ergo statim adepta pubertate à pupillo expiret prorsus officium Tutoris, & maneat ipse Tutor persona priuata, expirabit quoque conditio, ab eo officio pendens, & potestas irritandi. Ita Sanchez, *to.* 1 *sum. lib.* 4. *cap.* 30. *num.* 15. Suarez, *to.* 2. *de relig. lib.* 6 *cap.* 6 *num.* 24. & 25. Diana, *part.* 9. *tract.* 8 *resolut.* 14. Reginaldus, *lib.* 18. *cap.* 21. *sect.* 4. *num.* 319. *versic. quæri potest*, & alij.

101 Quò ad Curatorem negat prima opinio, posse huiusmodi Curatorem vota irritare, & iuramenta personalia, vt castitatis, religionis, peregrinationis, &c. facta ab impubere, tempore, quo ipse erat subiectus Patri, vel Tutori, quamuis abipso non essent post pubertatem ratificata; neque à Patre, neque à Tutore, vel ante, vel post pubertatem confirmata. Cuius ratio est: quia ad Curatorem tantum pertinet administratio, & gubernatio rei familiaris pupilli, non autem gubernatio personæ. Vndè Curator poterit tantum irritare vota realia, non autem personalia. Ita Suarez, *to.* 2. *de relig. lib* 6. *cap* 6. *num.* 24. & 25.

102 Secunda opinio ait: quod non solum potest Curator irritare uota realia, sed etiam personalia suorum minorum. Cuius ratio est: quia Pater potest irritare hæc vota, respectu filij post pubertatem: ergo, & Curator, dum eius officium durat, idest, vsque ad vigesimum quintum annum minoris completum: nam vsque adhoc tantummodo tempus durat officium Curatoris: quia, vt omnes Auctores fatentur, Curator respectu sui minoris vicem gerit Patris, & Patri succedit, illique æquiparatur in omnibus. Vndè si Pater potest, potest etiam ipse Curator, dum Curator est: nam ea vota semper manent imperfecta, vt prius erāt, ratione imperfecti iudicij, & pendentia à conditione: nisi Pater, aut succedens Patri in potestate, irritauerit. Nec refert, quod Curator detur primario, ad rem familiarem minoris administrandam: nō enim datur solummodò ad solas res minoris administrandas, sed datur primariò, & principaliter ipsis rebus sustinēdis, & administrandis: secundariò verò datur personæ minoris, vt illam etiam dirigat, & gubernet, vt supra probauimus: Et hoc sufficit, vt prædicta illius vota, & iuramenta irritare valeat, vt patet: ergo, &c. Ita Siluester, *v. votum* 4. *quæst.* 2. *dict.* 6. Palaus, *to.* 3. *disp.* 3. *punt.* 3 §. 3. *num* 5. & 6. Sanchez, *to.* 1. *sum. lib.* 4. *cap.* 30. *num.* 15. Diana, *part.* 9. *tract.* 8. *resolut.* 14. & alij.

103 Et tunc censentur vota confirmata, quando vouens, conscius infirmitatis priorum votorum, se obligare vult firmiter, & irreuocabiliter: vel vult, se obligare, ac si numquam se obligatus esset: quia hæc voluntas æquiualet nouę voti emissioni: vt benè Palaus, *to.* 3 *disp.* 2. *pun.* 3. § 3. *num* 20. Diana, *part.* 9. *tract.* 8. *resolut.* 14. *in fine.* Vndè non censetur confirmata ex eo, quod vouens voluerit illa exequi: quia hæc voluntas non immutat obligationē, antea cōtractam, sed illi quantumuis infirmæ annexa est. Neque si sæpè renouerentur, seù repeterētur vt firma, credendo firma, & irritabilia esse: quia huiusmodi repetitio est approbatio prioris vinculi non alicuius noui constitutio: & ignorantia, seù error tollit voluntarium; ac proindè impedit, nè firmentur ampliùs, quam fint. Ita Nauarrus, *cap.* 12. *sum. num.* 71. Lessius, *lib.* 2. *cap.* 40. *dub.* 14. *num* 83. Sanchez, *lib.* 4. *sum. cap.* 30 *num.* 43. Valentia, 2. 2. *disp.* 6. *quæst.* 6. *pun.* 6. *numer. vltim.* & alij.

(: † :)

An

An Mater possit irritare vota filiorum? Dub.17.

104 Nauarrus, *cap.12.sum.num.64.* Siluester, *v.votum 4.quæst.1.* Paludanus, *in 4.dist.38 quæst.4.artic 2.concl.8.* D. Antoninus, *2.part.tit.11.cap.2.§.6.* & alij dicunt: Matrem, quæ filij tutrix est, posse irritare vota filiorum impuberum, vel minorum viginti quinque annis: sicut poterat Pater: quia deficiente Patre, ea succedit.

105 Alij verò meliùs dicunt: Si deficiente Patre, nulli sint filiorum Tutores, vel Curatores, matrem ipsorum, etiam si nõ sit tutrix, per se ad instar Patris, quæ in cura filiorum succedit, omnia vota eorumdem irritare. Si verò extent Tutores, aut Curatores, qui Patris gerant vices: illorum esse potius, quam matris, quæ tutrix non est, impuberum personalia, aut minorum 25. annis, realia vota irritare. Ita Reginaldus, *lib.18.cap.20 sect.4.num.319. versic.cæterum.* Bonacina, *de præcep.disp.4. quæst.2.punt.7. §.2. num.18.* Philiarcus, *de offic sacerd.tom.1. part.2. lib.3. cap.4. paulo post principium.* Margarita, *confess.vbi de irrit. matri fol. 134.colum 3.* & alij.

106 Quando pater erit in aliqua Regione longinqua, ita vt consultus per epistolã, nequeat respondere, poterit tunc Mater filiorum vota irritare: quia in hoc casu habetur pro mortuo. Tum quia, sicut impubes, non habens parentes, nec Tutorem, si emiserit vota, possint ab hęro, sub quorũ gubernatione sunt, irritari vt probant Lessius, *lib.2 cap.40.n.81.* Suarez, *to.2. de relig.lib.6 de voto cap.6. num.23.* Sayrus, *in clau.reg.lib.6.cap.10.num.18.* & alij. Ita dicendum est de Matre, dum Pater est tam longe absens: quia eadem ratio viget in vtroque casu. Ita Sanchez, *lib.4.sum.cap.35.num.84.* Molfesius, *to.1.sum.tract.11. cap.15 num.67. & 68.* Reginaldus, *lib.18.num.319* Emanuel Sà, *v. votum vbi de irritat. votorum num.1.* Rodoriquez, *part.2.sum. cap.91. num.10.concl.9.* Vega, *to.2.sum.cap.129. cas.96.in fine,* & alij.

107 Deficiente vero Patre, Tutore, & Curatore, possunt Aui, & Auiæ, & reliqui ascendẽtes propinquiores irritare omnia vota, quæ Matri conceduntur. Ita Sanchez, *num.87.* Siluester, D. Antoninus, & alij.

108 Si tamen fuerint filij illegitimi, poterit etiam Pater irritare eorum vota, dummodo quod Pater sit ita certus, ita vt teneatur eos alere. Si verò carent Patre, potest Mater, immò præsente patre incerto: quia cum sit Mater magis certa, quam Pater, ideò poterit Mater talia vota irritare. Vndè leges maius ius cõferunt Matri, quam Patri.

109 Non erit valida irritatio voti realis, facta ab eo, qui putabatur Pater vouentis: sed postea certo cognoscitur non esse verus Pater. Ratio est: quia error non confert potestatem dominatiuam: licèt enim error communis cum titulo colorato suppleat defectum iurisdictionis in ijs, quæ pertinent ad iurisdictionem: nõ tamẽ supplet potestatem dominatiuam. Obid non est valida venditio rei alienæ, quæ propria putabatur: nec est valida venditio hominis liberi, qui seruus putabatur. Ita Bonacina, *de præcep. disp.4. quæst.2.pun.7 §.2.num.23.* Sanchez, *lib. 4.sum.cap.32.num 16.in fine.*

Quænam vota seruorum irritari possint à Dominis? Dub.18.

110 Prima opinio ait: Posse Dominum omnia vota seruorum irritare, pręter votum castitatis. Cuius ratio est: quia quodcumque illud votum exigit tempus aliquod, vt impleatur: At Dominus potest seruum quocumque tempore occupare: ergo, &c. Ita Tabiena, *v.votum 5.in fine.* Petrus Ledesma, *to.2.sum trac. 10.cap.7. dub.vltim. dict.4.* Abulens, *cap. 30. numeror.quæst.tam in principio.* & videtur tenere Aragonius, *2.2. quæst.88. artic.8.conclus.9.*

111 Secunda opinio vera ait: Ea sola vota posse Dominum irritare, quæ iuri, ac potestati ipsorum, aliaque in parte officiunt, & obstant: vt, votum peregrinationis, &c. quæ doctrina, non solum procedit de votis, emissis tempore seruitutis; sed etiam de his, quæ fecit, antequam in eius potestatem deuenerit: dummodò quod pręiudicet Domino Ratio vtriusque est: quia potestas Domini in seruum, est ratione seruitutis, ei debitæ: vbi igitur ex obseruatione voti, vel ante seruitutem, vel in seruitute facti; sequitur aliquod præiudicium Domino, eo vsque extenditur domini potestas, vt votum illud, tamquam in sui præiudicium factum, irritare possit. Ita Innocentius, *cap.scripturæ num.3. de voto,* vbi Hostiens *num.7.*

*num.*7. Ioa. Andr. *num.*4. Abbas, *num.*6. Antonius, *num.* 4. *versic. secundo modo.* Cardinal. *num.*5 *quæst.*10. Ananias, *nu.* 5. Henricus, *num.*9 D Thomas, *in* 4. *dist.* 28. *quæst.*1. *artic* 1. *quæst.*3. *articul.* 3. *&* 2.2 *quæst* 88. *artic.*8. *ad* 2. Paludanus, *in* 4. *dist.* 38 *quæst.*4. *artic.*2. *concl.*4. vbi Gabriel, *quæst.*1. *artic.*5 *post* 3 *concl versic. quinto.* Rosella, *v. votum* 2. *num.*11. Angelus, *v. votum* 2. *num.*7 Siluester, *verb. votum* 4. *quæst.*2. *& v. votum* 3. *quæst.*7. D. Antoninus, 2. *part tit.*11. *cap.*2. §. *vers. quarto serui.* Sotus, *lib* 7. *de iust. quæst.*3. *art.*1 *in solut. ad* 3. Nauarrus, *cap.*12 *sum. num.* 64 *in fine.* Alcozer, *sum. cap.*16. *vbi de potentibus irritare conclus.*6. Ludouicus Lopez, *part* 1. *cap* 48. *initio.* Rodoriq. *part.*2. *sum. cap.*91. *num. penult. & vltim.* Sayrus, *in clau. reg. lib* 6. *cap.*5 *num.*7. *& cap.*10. *num.*18. Azorius, *part* 1. *lib.*11. *cap.* 17 *& cap.*16. *quæst.*8. Lesius, *lib.*2. *cap.*44. *dub.*10. *num* 81. Philiarcus, *de off. sacerd. to.*1. *part.*2. *lib.*3 *cap.*18. *in fine.* Valentia, 2.2. *disp.*6. *quæst.*6. *punt.*6. *cap* 3 *num.*2. *&* 3. Vega, *cap.*129 *sum. cas.*100. Bonacina, *de præcep. disp.*4. *quæst.*2. *pun.*7 §. 2. *num.* 7 Filliucius, *tract.*26. *cap.*8. *quæst* 5. *nu.* 126. Reginaldus, *lib.*18 *num.*320. Sanch. *to.*1 *sum. lib* 4 *cap.*36. *num.*2. Suarez, *to.*2 *de relig. lib.*6. *de voto cap* 3. *à num.* 1. Molfesius, *tom.*1 *sum. tract.*11. *cap.*15 *num.*49. & alij.

117 An possint Domini irritare vota seruorum, quæ serui facienda promittunt, eo tempore, quo sui iuris, & libertatis sunt? Negat prima opinio. Cuius ratio est: quia Domini solum irritare vota subditorum possunt, quatenus sibi præiudicant: sed illa vota solum Domini præiudicare possunt, quò ad materiam, contingentem tempore subiectionis, nō autem postea: ergo, &c. Ita Valentia, 2. 2. *disp.*6. *quæst.*6. *punt.*6. *dub. vltim.* Aragonius, 2.2 *quæst.*88. *artic.*8. Sayrus, *in clau reg. lib* 6 *cap.*10. *num.*18. *versic. vota seruorum facta.* Reginaldus, *lib.*18. *nu.* 320. *in fine.* Palaus, *to.*3. *disp.*2. *pun.*3. §. 4. *num* 2. & alii.

118 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia, tempore, quo votum illud emittitur, voluntas illa subditur Domino: siuè absolutè, siuè quò ad materiam promissam, quantumcumque exequutio in aliud tempus deferatur. Et confirmatur: quia quamuis exequutio pendeat in futurum: at talis voti grauamen, & obligatio sunt præsentia. Ita Sanchez, *lib* 4. *sum. cap.*29. *num.*7. Diana, *part.*9 *tr.* 8. *resolut.*15.

119 Ex his deducitur Primò: Non potest Dominus irritare votum castitatis seruorum: vt Doctores, *num.*115. *&* 116. docent. Nec obstat, si quis intendat, hoc votum, saltem ab Ancilla emissum, cedere in Domini damnum: vt potè, quæ nubens, conciperet seruos Domino: quia (vt benè ait Sanchez) *num.* 3. ius non habet dominus ad Ancillæ nuptias, sed libero ipsius Ancillæ arbitrio relinquitur, An nuptias, an potius vitam cœlibem eligat? & ideò ius, ad hanc Deo promittendam, velit, nolit Dominus.

120 Secundò: Non potest Dominus irritare votum serui aliquarum orationum: quia præces moderatæ nō obstāt Domini obsequio: nec ita illi astrictus esse debet, vt pœnitùs aliquantulum orare, instar Christiani, non sibi liceat. Ita Suarez, *lib* 6 *cap.*3. *num* 3. Sayrus, *in clau. reg. lib.*6. *cap.*10 *num.*18. Azorius, *part.*1. *lib.* 11. *cap.*16, *quæst.*8 Siluester, *v. votum q.*7. Sanchez, *num.*4. Reginaldus, *lib.*18 *nu.* 320. Molfesius, *to.*1. *sum. tract.*11. *cap.*15. *num* 49. & alij.

121 Tertiò. Potest Dominus irritare vota realia serui, quando nil habet proprij, sed eius opere, arte, industria, resque in bonis dominium numerantur. Instit. *per quas personas, nobis exequitur* §. *item vouit, & l. regia* 7. *tit.*21. *p.*4. Secùs dicēdum est, quando seruus habet aliquid proprium; quia de eo potest votum emittere independenter à Domino. Ita Suarez, Sayrus, Azorius, Valentia, & alij.

DE VOTORVM DISPENSAtionem. Cap. 9.

*QVis nam habet potestatem dispensandi in Votis? Dub.*1.

*An Prælati Regulares possint in Nouitiorum vota dispensare? Dub.*2.

*Quæ vota, reseruantur Romano Pontifici? Dub.*3.

*An Episcopus possit dispensare in voto Castitatis, post matrimonium emissum ab altero, vel vtroque coniuge? Dub.*4.

*An Episcopi possint dispensare in votis pœnalibus, & ei? Dub.*5.

*An Episcopi possint dispensare in voto castitatis, & in affinitate, & cognatione spirituali ad petēdum debitum? Dub.*6.

An Episcopi possint dispensare in votis populi,

puli, cuiuscumque Communitatis? Dub. 7.
An Prælati Regulares possint in omnibus votis dispensare, in quibus possunt Episcopi? Dub 8.
An Prælatus peccet, dispensando in voto, non admiscendo aliquam commutationem? Dub 9.
An Regulares possint dispensare in omnibus votis, in quibus possunt Episcopi? Dub. 10.
An dispensatio Voti sit subreptitia, tacito iuramento; vel Iuramenti, tacito voto? Dub. 11.

Quis nam habet potestatem ordinariam dispensandi in Votis? Dub. 1.

1 RESpondetur: Ordinariam potestatem dispensandi in omnibus votis fidelium, habet Summus Pontifex. Episcopus verò, & alius verisimilem Episcopali iurisdictionem obtinens, dispensare potest in Votis suorum subditorum: atque vacante sede, Capitulum. Item Legatus Pontificius in Prouintia, ad quam missus est. Et Prælati ordinum exemptorum cum suis Regularibus: habent omnes hi ordinariam iurisdictioné Ecclesiasticam. Ratio est: quia hæc est potestas spiritualis iurisdictionis, non autem ordinis, tradita Apostolis, & relicta eorum successoribus *Matth. 16.* vbi dicitur: *Amen dico vobis, quæcumque solueritis super terram, erunt soluta, & in cælis.* Vndè hæc potestas non reperitur apud Principes laicos, vel apud Infideles; cum ipsi non sint successores Apostolorum, & sint incapaces iurisdictionis Ecclesiasticæ. Tum etiam, quia hæc potestas pertinet ad externam Ecclesię gubernationem; sicut pertinet potestas, cõferendi Indulgentias, excommunicandi, &c.

2 Vndè Primò: In Summo Pontifice residet plenissima, ac in summo perfectionis gradu, accepta immediatè à Christo, qui cum illam D. Petro dederit ad regimen suæ Ecclesię, eamdem in successoribus ipsius continuat, tamquam requisitam ad prouidam Ecclesiæ gubernationem: Residet autem cum prærogatiua, vt à nullo alio in terris pendeat; quæ verò residet in alijs quibuscumque Prælatis pendeat à Summo ipso Pontifice, qui respectu omnium illorum, potest vota sibi reseruare.

Dubitatur Primò: An Summus Pontifex possit dispensare in voto Castitatis, annexo Ordinibus sacris?

3 AFfirmatiuè respondetur: quia est de solo iure Ecclesiastico. Immo aliqui putant satis probabiliter, neq; emitti votum in assumptione Ordinis sacri. Ita D. Thomas, 2.2. *quæst.* 88. *artic.* 1. Paludanus, *in* 4. *dist.* 38. *quæst.* 4. *artic* 4. *cõclus.* 10. Siluester, *v. votum* 4. *quæst.* 5. Nauarrus, *cap.* 12. *sum. num.* 75. *vers.* 4. Aragonius, 2.2. *quæst.* 88. *artic.* 11. Sotus, *in* 4. *dist.* 38. *quæst.* 2. *artic.* 2. Valentia, *tom.* 3. *disp.* 6. *quæst.* 6. *pun.* 7. Sayrus, *in clau. reg. lib* 6. *cap.* 11. *num.* 14. Sanchez, *lib.* 8. *de matrim. disp.* 8. *num.* 1. *& lib.* 5. *sum. cap.* 2. *nu.* 1. Molfesius, *to.* 1. *sum. tract.* 11. *cap.* 15. *nu.* 135. Tancredus, *lib.* 8. *de matrim. disp.* 8. *num.* 1. Reginaldus, *lib.* 18. *num.* 328. & alij communiter, contra paucos.

4 Et quamuis possit Summus Pontifex dispensare cum initiatis, nè teneantur ad continentiam dispensando in eo voto: vel cum initiandis in posterum, statuendo, nè deinceps id votum Ordinibus sacris annectatur: at id licitè efficere nequit, nisi grauissimæ causę vrgerent: quia est dispensatio circa generalissimum Ecclesiæ statutum: ex qua eius status non modicum labefactaretur. Quamobrem (vt ait Azorius loco citando) quamuis occurrere possit causa iusta dispensandi cum vno, vel altero; at dispensandi in vniuersum, numquam occurrere possit, quod in vniuersũ Clericorum continentiæ præponderat. Ita Azorius, *lib.* 3. *cap.* 13. *quæst.* 5. Sanchez, *lib.* 8. *de matrim. disp.* 8. *nu.* 3. *& lib.* 5. *sum. cap.* 2. *num.* 2. Hieronymus Rodoriquez, *in comp. qq. regul. resolut.* 52. *nu* 29. Emanuel Rodoriquez, *to.* 1. *qq. regul. artic.* 1. *&* 2. *part.* 3. *sum quæst* 29. *num.* 7. Tancredus, *lib.* 8. *de matrim. disp.* 8. *num.* 1. & alij.

5 Quod si absque causa dispenset Summus Pontifex cum sacris Ordinibus initiato, vt vxorem ducat: quamuis valida sit dispensatio, & validum erit matrimonium: at peccaret grauissimè. An verò tũc Clericus peccaret, vxorem ducens, & postea petens, & reddens debitum; Sic distinguendum est. Si Pontifex absque causa dispenset cum aliquo, ante susceptionem ordinum, siuè in vniuersum cum omnibus; quamuis iniquissimè ageret, & Clericus ille, vxorem ducens, possit petere, & reddere debitum: nec pecca-

peccaret iniens matrimonium: quando Pontifex dispenset hoc modo in vniuersum cum omnibus in posterum initiandis. Si autem cum vno solo esset dispensatio, An hic peccaret iniens matrimonium? Dicendum est idē, quod tradunt Doctores de vtenti dispensatione, concessa iure humano, *in lib. 1. tract. 2. cap. 9. dub. 16. & 27. à num. 137.*

Dubitatur Secundò: An Summus Pontifex possit dispensare in voto solemni Castitatis, in Religione emisso?

6 NEgatiuè respondet prima opinio. Ratio istius opinionis deducitur, ex *cap. monasterium ad finem de statu monacho* vbi Innocentius 3. *in fine* ait, *Quod abdicatio proprietatis sunt etiam custodia castitatis, adeo est annexa regulæ Monachi, vt contra eam, nec Summus Pontifex possit licentiam indulgere.* Tum quia, per solemnem professionem Religionis consecratur, & totaliter mancipatur cultui diuino: Sed Papa facere non potest, vt qui semel sit Deo consecratus, non sit consecratus: sicut nec facere potest, vt id, quod est sanctificatum, sanctificationem amittat, etiam in rebus inanimatis: puta, quod calix consecratus desinat esse consecratus, si manet integer: ergo nec facere potest, vt ille, qui est Religiosus, non sit Religiosus: hoc est, vt Religiosus non teneatur seruare castitatem. Tum quia, cum Pontifex rei essentiam mutare nequeat, atque status religioso essentiale sit seruare continentiam; consequens est, vt nec possit in voto ipsius dispensare. Confirmatur: quia nequit immutare cuiuspiam statum, qui est erga Deum: vt ex Sacerdote, non Sacerdotem, ex Episcopo, non Episcopum, & ex Baptizato, non baptizatum efficere non valeat: cum ergo status Religiosi sit quidam status, quod Deo consecratur, nequit Papa immutare, dispensando in eius votis. Ita D. Thomas, *2. 2. quæst. 88. artic. 11.* Albertus Magnus, *in 4. dist. 38. artic. 16. & 18.* D. Bonauentura, *in 4. dist. 38. artic. 2.* Antisiodorens, *lib. 3. sum. tract. 28. cap. 1. quæst. 2.* Abulens, *cap. 30. numeror. tota quæst. 109.* Capreolus, *in 4. dist. 33. quæst. vnica artic. 3. immediatè ante solut. ad primum.* Almain, *tract. de potest. papæ cap. 15.* Sotus, *lib. 7. de iust. q. 4. tot. artic. 2. & in 4. dist. 38. quæst. 1. artic. 2. conclus. 2.* Turrianus, *lib. 2. de votis monast. fol. 37. colum. 2.* Viguerius, *lib. inst. cap. 5. §. 5. versic. 14.* Bartholomeus Ledesma, *de matrim. dub. 33. in fine* Ludouicus Lopez, *part. 1. cap. 49. paulo post princip. & part. 2. vbi de matr. cap. 48. colu. 8.* Aragonius, *2. 2. quæst. 88. artic. 11. colum. 9.* Glossa, *cap. sunt quædam v. Apostoli 25. quæst. 1. & in d. cap. cum ad monasterium v. obedientia* Ioā. de Friburg *in sum. confess. lib. 1. tit. 8. quæst. 70.* Turrecramata, *cap. 12. 7. quæst. 1. artic. 3. num. 7. in solut. ad 2.* Siluester, *v. votum 4. quæst. 5.* Tabiena, *v. dispensatio quæst. 7.* Armilla, *v. dispensare num 12.* & alij: & probabilem vocat Tancredus, *lib. 8. de matrim. disp. 8. num. 6.*

7 Secunda opinio ait: Posse, Summum Pontificem ex iusta causa dispensare. Cuius ratio est: quia non debemus negare Pontifici, quod possumus concedere absq; vllo absurdo, & quod sit valdè expediens gubernationi Ecclesiæ; sed posse dispensare in his votis, nullum est absurdum; & valde est expediēs regimini Ecclesiastico: ergo, &c. Minor, quod sit valdè expediens, probatur: Nam potest euenire casus, vt Regnum integrum deperdatur, vel maximè perturbetur: nisi Religiosus aliquis ducat vxorem. Quod autem non sit absurdum, probatur: quia sicuti potest in voto simplici, ita etiam potest in solemni, cum eadem sit materia, & eadem obligatio iuris diuini naturalis: & quāuis Religiosus fiat per benedictionem res sacra; tamen, vrgente necessitate, possumus vti re sacra ad vsus etiam profanos; & rem, alteri traditam; ob bonum publicum auferre. Tum quia, solemnitas voti non consistit in benedictione aliqua: sed hæc omnino extrinseca, & per accidens est, vt benè dicunt, & probant Sanchez, *lib. 7. de matrim. disp. 25. num. 1.* & alij. Præterea, esto solemnitas in ea consisteret, vt rectè Caietanus, *2. 2. quæst. 88. artic. 1. col. 2. versic. verum quia*, illa benedictio non efficit, Religiosum esse quid sacrum, ex natura rei ad continentiam destinatum: cum nec characterem, nec qualitatem aliquam spiritualem imprimat: nec etiā peculiariter ex aliquo statuto Dei, aut Ecclesiæ detinet eū ad continentiæ opera: tale enim statutum nullibi reperitur: sed est quædam benedictio, qua diuinum Nomen inuocatur, vt Religioso opem ferat. Sicut est benedictio nauis, mensæ, fructuum: quia compertum est

non

non reddere res benedictas, in habiles ad communes vsus, & profanos. Ita Io. Andr. *regul. semel. Deo dicatam in fine de reg. iur. in 6. & cap. cum ad monasterium num. vlt. de statu monach.* vbi Innocent. *num. 1. & 4.* Hostiens, *num. 30. & sequ.* Anton. *num. 28.* Abbas, *num. 21.* Cardin. *num vltim.* Archid. *num. 24* Henric *nu. 9. & 10.* idem Archidiac. *cap vnico num. 2. notab. 3. de voto in 6. & cap. rursus num. 4. qui clerici, vel voto.* vbi Cardinal. *num. 2. quæst. 1.* Præpositus, *num 4. & 7.* Alex. de Neuo, *num. 12.* Henricus, *num. 6.* Baldus, *l. si cul o in fine ff. de adoptione.* Imola, *cap. Deus qui num. 3. de vita, & honest. cleric & in Clement. vnica num. 16. in fine de consang.* idem Præpositus, *cap sicut ex litteris num. 11. de spons.* Felinus, *cap. si quando num. 5 de rescrip.* Decius, *cap. quæ in Ecclesiar in noua edit. num 46. de constant. & cons. 112. num. 1. vol. 4.* Iason, *l si arrogatur num. 5 ff. de adoptione, & l. vlt. nu. 2. C. de transact.* Bartholomeus Soccinus, *cons. 92. num. 2. col. 1.* Milis, *in suo repertorio litt. D. nu. 23 v. dispensatio vers. dispensare possit Papa* Astensis, *lib. 1. sum. tit. 10. artic. 11. quæst vnica.* Nota, *con. 33 num. 4.* Ripa, *cap. cum M. num 76. de cōst.* Rubeus, *cons. 147 num. 8.* Tiraquellus, *de pœnit. temperand. in præfat. num. 46. & de nobilit. cap. 20. nu 185.* Gozandinus, *cons. si num. 16* Sigismundus, *cons. 50. num. 64. & sequ.* Parisius, *cons 68. nu. 148 & 205. vol. 4.* Mantua, *cons. 121. paulo post principium lib. 1.* Portius, *cons. 154. num 15.* Brunellus, *de spons. concl. 20. num. 24.* Io. à Capistrano, *tract. de quadam matrim. § circa primum quæst. 1. nu. 25.* Alex. Correius, *lib. 3. de sponsal. cap. 8.* Rebuff. *prax. benefic. regul. de dispensat. ingradib. prohibit. glossa num. 10.* Turrecramata, *cap de illo clerico à num. 1 d. 31.* Bernardus, *de publicis concubinar. super §. statuimus, num. 12.* Gulielml. Benedict. *cap Rainuntius, v. duas habens filias nu. 138. & v. qui cum alia num. 27 de testam.* Angelus, *v. votum 4. num. 9 & v. matrimonium 3. impedim. 18. num. 12.* Staphileus, *de litteris gratiæ tit. de varijs modis vacationis in 6. modo num. 12.* Carolus de Grassis, *in regul. Franciæ, lib 1 iur. 13. vers. sexto facit, & iure 20 vers. rex non potest* Laozas, *de matrim Reg. Angliæ dub. 2. in fundament, 2. pro parte affirmatiua num. 9.* Nauarrus, *cap. 12 sum. num. 77. in fine, & prolog ad lib. de redditib. quæst 1. monitio § num. 10 & cap. quando, cap. 7. num. 20. de consecrat. d. 1. & lib. 3 consil. tit de spons. concl. 3. num. 8 consil. 11. num. 11 in 2 consil 12. num. 8. & lib. 1 tit. de his, quæ vi consil. 3. num. 6 & lib. 3. tit. de voto consil. 38. num. 9* Couarru. *cap. 2. nu. 20. & 11 de testam.* Vilalobos, *in antinomia iuris litt. P. nu. 34.* Mantica, *de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 9. num. 19* Antoninus Cucus, *lib. 3 institution. maiorat. tit. 1. nu. 120 & 121.* Menochius, *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 10. nu. 35. & de arbit lib. 2 cent. 5 cas 421 nu. 10.* Padilla, *l. iubemus nu 4. C. de transac.* Borgatius, *de irregul par. 6 tit. de sponsal. & matrim num. 9 & 64 in fine.* Antoninus Gomez, *in respons. bull cruciat. claus. 10. à num. 105.* Mattienz. *lib. 5. recopil. tit. 3. cap 3 num. 213.* Guttierez, *quæst. canon. l. 1. cap. 17. num 5.* Vgolinus, *de sacram. vbi de matrim. cap. 19. num 5. in fine.* D. Thomas, *in 4. dist. 28. quæst 1. artic. 4 q. 1. ad 3.* vbi Durandus, *quæst. 2 num 8.* Riccardus, *artic. 9. quæst. 1.* D. Antoninus, *2. part. tit. 11. cap. 2. §. 9 & part. 3. tit. 1. cap. 15. §. 3.* Caietanus, *2. 2. quæst. 88. artic. 11. & in opuscul. to. 1. tit. 27. de dispens. matrim. in occidental Ecclesi. quæst. vnica versic. videtur autem mihi ad finem.* Petrus de Soto, *lect 5. de matrim. in fine.* Ledesma, *2. part. 4. quæst 69 artic 7 paulo ante vers. nota tamen.* Corduba, *in qq. lib. 1. quæst. 24. opinio 2.* Passarellus, *in priuileg. minorum post cap. 22. tit. de proprietate* Ouandus, *in 4. quæst. vnica, ad finem.* Palatios, *in 4. disp. 3. quadruplici columna, ante finem.* Angles, *in floribus pa 1. vbi de matrim. quæst. 11. de impedim. ordin. artic. 3. diff 3. & part. 2. tract. de voto quæst vnic. artic. 8. diff. 2.* Stunica, *quæst. 6. de voto. nu. 104.* Medina, *lib. 5. de sacrorum hominum continentia, lib. 5. cap. 21 & multis sequentib.* Toletus, *lib. 4. sum cap. 18 nu. 5.* Henriquez, *lib. 11. de matrim. cap. 5. nu. 7.* Valentia, *2. 2. disp. 6. quæst 6 pun. 7 colum 3.* Azorius, *lib. 12. cap. 7. quæst 1.* Emanuel Sà, *v. votum vbi de voti irritat. & dispensatione num. 13.* Graffius, *part. 1. decis. lib. 2. cap. 31. num. 22.* Petrus Nauarrus, *lib. 3. de rest cap. 1. pun. 3. dub. 2. in noua edit nu. 66. versic. ex his colligitur.* Emanuel Rodoriquez, *part 1 sum. 2. edit. cap. 14. num. 14. & to. 1. qq. regul. quæst 25. artic. 2. & to. 3. quæst. 1. artic. 5.* Hieronymus Rodoriq. *in comp. qq. regul. resol. 140. num. 2.* Sanch. *lib. 8. de matrim. disp. 6. nu 6. & lib. 5. sum cap. 2. num. 4.* Bonacina, *de præcep. disp. 4. quæst. 2. pu. 7 § 4. num. 22.* Fernandez, *pa. 1. cap. 6. § 9. num. 5.* Sayrus, *in clau. reg. lib. 6. cap. 9.*

6. cap. 9. num 7. Reginaldus, *lib.* 18. *num.* 329. Molfesius, *to.* 1 *sum.* *tract.* 11. *cap.* 15. *num.* 136. Tancredus, *lib.* 8. *de matrimon. disp.* 8. *num* 3. & alij. 76.

8 Nota, quod Religiosus, cum quo Pontifex ex causa iusta dispẽsauit, post quam habitum deposuit, vt matrimonium iniret; non tenetur ad Officium Diuinum, nec ad alia onera Religionis. Ita Sanch. *lib.* 8 *de matrim. disp.* 8 *num.* 11. Macignus *cap.* 23. *num.* 9. Azorius, *lib.* 10 *cap.* 5. *quæst.* 5. Tancredus, *lib.* 8. *de matrim disp.* 8. *nu.* 5. & alii citati, *in lib.* 2 *tractat.* 3. *capit.* 2. *num.* 17.

Dubitatur Tertiò: An Summus Pontifex possit dispensare in voto solemni Paupertatis?

9 NAuarrus, *in comment.* 2 *de regul nu.* 7. Quamuis concedat in voto solemni Castitatis; negat tamen, posse Põtificem dispensare in voto solemni Paupertatis: & hoc non ex defectu potestatis; sed quia in ea dispensatione grauissima causa requiritur: credit tamen subesse non posse, ad paupertatis votum dissoluendum: benè tamen ad votum Castitatis. Matrimonium enim potest esse necessarium in filio Regis professo, vt totius Regni bonum conseruetur: & ideò poterit iusta, in eo voto castitatis dispensandi, causa dari. At post, è monasterio egressus, ac matrimonio inito, esse Rex cum sola Regni administratione absque eius dominio: & ideò non erit iusta dispensandi in Paupertate causa.

10 Alij verò meliùs dicunt: Posse Pontificem, in eo voto dispensare: sicut, & in voto solemni castitatis. Quorum ratio est: quia, non est maior ratio, cum in voto Castitatis potiùs, quam Paupertatis dispenset: eo, vel maximè quod multi satis probabiliter censeant, Monacum creatum Episcopum liberari paupertatis voto: vt *in lib.* 2. *tract.* 5. *cap.* 4. *dub.* 7. diximus: & satis iusta causa est dispensandi in Paupertatis voto, quæ iustam reddit dispensationem in voto Castitatis: Nec enim conforme est statui coniugali, & dispensationi necessariæ inter liberos, vt ille legatus maneat, voto arctissimæ paupertatis astrictus, quale emiserat in Religione. Ita Azorius, *lib. decim secund. capit. septim. quæstion. secund.* Vasquez, 1. 2. *quæstion.* 96. *articul.* 4. *disput.* 169. *cap.* 9 *num* 104, Sayrus, *in clau. reg lib.* 6. *cap.* 11. *num* 27. Sotus, *lib.* 7. *de iust. quæst.* 4. *artic.* 1. *in fine.* Sanchez, *lib.* 5 *sum. cap.* 2. *num.* 9 Fernandez, *part.* 1. *cap.* 6. §. 9. Bonacina, *de præcep. disp.* 4. *quæst.* 2. *pun.* 7. §. 4. *num.* 22. Reginaldus, *lib.* 18. *num.* 327. & alij.

11 Hinc patet, id quod dictum est de voto solemni Castitatis, & Paupertatis; dicẽdum est de voto solemni Obedientiæ, facto ab omnibus Religiosis. Ita Bonacina, Sanchez, *num.* 11. Azorius, *quæst.* 3. & alij.

12 Vnum denique nota: Dispensatus ex legitima causa, mortua vxore, & cessante iam causa dispensationis, non tenetur ad monasterium redire: quia obligatio semel extincta non amplius reuiuiscit. Ita Sayrus, *in clau. reg. lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 27. Angles, *in florib. in* 4. *quæst. de voto artic.* 8. *diff.* 2. Tancredus, *lib.* 8. *de matri. disp* 8. *num.* 3. & alij.

13 Secundò. Legatus Apostolicus, seù Nuntius potest in tota Prouintia, sibi commissa, dispensare in votis, eodemmodo, quò Episcopus potest in sua Diœcesi: quia eadem potestate gaudet in illa, qua hic in sua, Ita Henriquez, *lib.* 14. *de regul. cap.* 18. *num.* 2. *speculator, tit. de dispensat.* § *consequenter aliqua; initio.* Panormitanus, *in cap. final num.* 5. *de translatione, & cap. dilecto num.* 5 *de prabend.* Rebuffus, *praxi. benefic. tit. de vnionib. nu.* 24. Mandosius, *regul.* 17. *cancellariæ nu.* 5. Couarruu. 4. *decret part.* 3. *cap.* 6. §. 10. *num.* 11. Antoninus Gomez, *in bulla cruciata clausul.* 11. *num.* 61. Sanchez, *lib.* 8. *de mat. disp.* 9. *num.* 25. & *lib.* 4 *sum. cap.* 38 *num.* 3. Suarez, *to.* 2. *de relig. lib.* 6. *tract. de voto cap.* 10. *num.* 10. & Layman, *in theolog. moral lib.* 4 *tractat.* 4. *cap.* 8. *numer.* 6. & alij.

14 Tertiò. Pœnitentiarius Pontificis habet ordinariam potestatem dispensandi in votis: quia, quamuis sit ex commissione Papæ, est tamen perpetuo annexa officio. Ita Sanchez, *lib.* 4. *sum. cap.* 38. *num.* 4. Suarez, *to.* 2. *de relig. lib.* 6. *de voto cap.* 10. *num.* 11. & alij. Immò potest dispensare in voto Religionis, commutando in aliam. Sic Paludanus, *in quart. distinction. trigesim. octau. quæstione quart. conclusion. quadrag. septim.* Diuus Antoninus, *secund. part. titul. vndecim. cap.* 2. *paragrap.* 9 *versicul. Item pœnitentiarij.* Sanchez, *loco citato*, & alii. Idque dicunt,

dicunt, constare ex litteris, quas Apostatæ ab eo impetrant: quare clarè loquuntur de voto solemni, professione facto.

15 Quartò. Episcopi non possunt dispensare votis, in suis Diœcesibus, dicunt Panormitanus, *in cap. proposuit, de confessio prabend.* Rosella, *v. votum 5. num. 5. & v. Papa num. 1.* & Gregorius Lopez, *lib. 5. tit. 5. part. 1.* qui ponunt discrimen inter Pontificem, & Episcopos: quia ille potest liberare omninò à voti obligatione per dispensationem: hi autem non possunt; sed tantum commutare.

16 Sed quia hæc sententia, tamquam falsa, ab omnibus reijcitur, dicendum est: Posse Episcopos iure ordinario suæ dignitatis dispensare in suis Diœcesibus: cum in illis habeant veram iurisdictionem Ecclesiasticam, & spiritualem in vtroque foro. Tum quia, hæc potestas necessaria fuit Episcopis ad suaue suarũ Ecclesiarum regimen: sæpè enim fragilitati vouentium nõ benè sola commutatione prospicitur, at sæpè expedit non eo rigore vti. Ita D. Thomas, *2. 2. quæst. 88. artic. 12. ad 3.* Paludanus, *in 4. dist. 38. quæst. 4. artic. 4. conclus. 5.* D. Antoninus, *2. part. tit. 11. cap. 2. §. penult.* Angelus, *v. votum 4. quæst. 3. versic. quartum.* Tabiena, *v. dispensatio §. 9.* Sotus, *lib. 7. de iust. quæst. 4. artic. 3.* Aragonius, *2. 2. quæst. 88. artic. 12.* Valentia, *2. 2. to. 3. disp. 6 quæst. 6 pun 7.* Angles, *in floribus quæst. de voto artic. 8. diff. 9.* Nauarrus, *cap. 12. sum. n. 75* Ludouicus Lopez, *part. 1. cap 49.* Toletus, *lib. 4 sum. cap 18 in fine.* Azorius, *p. 1. lib. 11. cap. 19. quæst. 2.* Sayrus, *in clau. reg. lib. 6. cap. 11. num. 42.* Sanchez, *lib. 4. sum cap. 38 nũ. 6.* Reginaldus, *lib. 18. nu. 330.* Molfesius, *to. 1. sum. tract. 11. cap. 15. num. 138.* Suarez *to. 2. de relig. lib. 6 de voto cap. 10. num. 3.* & alij communiter.

17 Etiam si non dum sint consecrati; dũmodo, quod sint à Pontifice confirmati. Secùs, si solum electi: quia à tempore confirmationis sunt veri Prælati, & gaudent omnibus, ad solam iurisdictionem spectantibus. Ita Lesius, *lib. 2. cap. 40. dub. 23. num. 100. versic. 2.* Sanchez. *lib. 8. de matrim. disp. 2. num. 11. & to. 1. sum. lib. 4. cap. 38 num. 7.* Tancredus, *lib. 8. de matr. disp. 2. num. 6.* & alij.

18 Et quod dictum est de Episcopis, dicendum est etiam de Archiepiscopis in suis Diœcesibus, vt communiter Doctores docent. Non tamen hæc potestas extenditur extra propriam Episcoporum Diœcesim: quia non possunt dispensare iure ordinario in votis subditorum suorum suffraganeorum. Quia, nec ex iure speciali habent talem potestatem, nec ex consuetudine, nec ex vi muneris: quia non sunt ordinarij pastores talium personarum: neque in eis habent immediatam iurisdictionem. Ita Suarez, *to. 2. de relig. lib. 6. de voto cap. 10. num. 8* & alij: vide, *lib. 1 tract. 1. cap. 9. dub. 4. num. 76.*

19 Archiepiscopi verò ante receptum pallium possunt hac dispensandi potestate vti. Ratio est: quia tantum interdicitur ante pallium receptum cogere concilium, & exercere, quæ sunt Ordinis Episcopalis, vt constat, *ex cap. quod sicut §. super eo de elect.* Et ideo, *in cap suffraganei de elect.* dicitur: Integrum esse Archiepiscopo, non dum recepto pallio, committere alicui Episcopo consecrationem sui suffraganei, quasi ea commissio sit actus iurisdictionis. Vbi Glossa, *post. cas. position. notab. 2.* ait, per confirmationem cõcedi Archiepiscopo ea, quæ sunt iurisdictionis. Ita Hostiens, *cap. suffraganei num. 3. & 9.* vbi Io. Andr *num. 8.* Anton *num. 5.* Panormit *num. 1.* Baldus, *num. 1. in fine.* Cardinal. *num. vnico opposit. 1 in fine primæ solutionis.* Anchar. *statim in principio nota. vnic.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 38 num. 9.* & alij: qui dicunt: Posse Archiepiscopum, non dum recepto pallio, exercere ea, quæ sunt iurisdictionis.

20 Quinto. Abbates, & quocumque alio nomine nuncupantur Prælati, habentes Diœcesim, sibi subditam, cum iurisdictione quasi Episcopali, possunt eodem modo cum suis subditis in votis dispensare; quo possunt Episcopi cum suis: quia hi Prelati habent eamdem iurisdictionem, quam habent Episcopi. Ita Aragonius, *2. 2. quæst. 88. artic. 2.* Antonius Gomez, *in bull. cruciatæ clausul 10. num 62.* Valentia, *2. 2. disp. 6. quæst 9. pun. 7. col 10. versic. sed cum constat.* Angelus, *v. votum 4. nu. 6.* Siluester, *v. votum 4 quæst. 3. dict. 4* Rosella, *v. votum 5. num. 2.* Armilla, *v. dispensare num. 18.* Palatios, *in 4. dist. 38. disp. 3. colum. 37. versic. sunt etiam,* alii Nauarrus, *cap. 12 sum. num. 75.* Azorius, *part. 1. lib. 11. cap. 19. quæst. 2.* Suarez, *to. 2 de relig. lib. 6. de voto cap. 10. num. 13.* Sayrus, *in clau. reg. lib. 6. cap. 11. num. 83.* Lodouicus Lopez, *part. 1. cap. 49. col. 1. versic. ab alijs votis.* Sorbus, *in comp. mendic. v. votum* in

in scis obseruantibus. Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 38 num.* 19. Henriquez, *lib. 6. cap. 6. num. 1. & lib. 4 de irregularit. cap. 18. num. 2* Grassius, *part 1. decis. lib. 2. cap. 31. num.* 28. Rodoriquez, *part. 2 sum cap. 100. num.* 3. Reginaldus, *lib.* 18. *num.* 339. Molfesius, *to. 1 sum tract.* 11. *cap.* 15. *num.* 113. & alij.

31 Sexto. Archidiaconi, & alij huiusmodi, qui carent iurisdictione Episcopali, non possunt in votis dispensare; nisi specialem commissionem habeant, aut legitima præscriptione hanc potestatem acquisierint: Ratio est: quia non sunt pastores ordinarij: & ideò ea sola possunt, quæ illis specialiter concessa reperiũtur. Ita Innocentius, *in cap.* 1. *statim in principio de voto* vbi Hostiens, *num.* 1. Io. Andrea, *num.* 5. Antonin. *num.* 6. Cardinal. *num. 4 quæst.* 1. Archidiac *num. vlt.* Riccardus, *in 4 dist. 38. artic. 9 quæst.* 2. vbi Paludanus, *quæst. 4 artic. 4 conclus. 6. nu.* 44. D. Antoninus, *2. part. tit. 11. cap. 2. §. 9.* Angelus, *v. votum 4. num. 6.* Siluester, *v. votum 4 quæst. 3. dub. 7.* Sotus, *lib. 7. de iust quæst. 4. artic 3. colum 5. paulo ante versic. Ex his fit consequens.* Azorius, *par. 1. lib. 11. cap. 19 quæst. 2.* Suarez, *d. cap. 10. num. 12.* Lesius, *lib. 2. cap 40. dub. 13 num.* 109. Sayrus, *in clau. reg. lib. 6. cap. 11. nu.* 82 *&* 86. Sanchez, *lib. 4. sum cap. 33. num.* 20. Reginaldus, *lib. 18 num 339.* Molfesius, *to 1. sum cap. 15. num. 114.* & alij.

32 Neque Parochi possunt votis dispensare: quia Parochi non sunt prælati, nec eam iurisdictionem habent. Ita Sayrus, *in clau. reg. lib. 6. cap. 11 num. 85* Suarez, *tom. 2. de relig. lib 6. de voto cap 10. num 10. & 11.* Lesius, *lib. 2. cap. 40 dub. 13. nu. 109.* Sanchez, *lib 4. sum. cap 33. num. 25.* Sotus, *lib 7. de iust. quæst 4. artic. 3 colum 5. paulo ante versic. ex his fit consequens.* Reginaldus, *lib. 18 num. 329.* Molfesius, *tom. 1. sum tract. 11. cap 15. num. 114.* & alii.

An Prælati Regularium possint dispensare in Votis suorum Nouitiorum? Dub. 4.

33 NEgatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia Prælati non habent in eos simpliciter iurisdictionem Episcopalem; sed tantum regimen pro tali tempore, & pro tali fine. Tum quia priuilegia Religionis, concessa, vel eius singulis singularibus personis, ad Nouitios non porrigi, quando hi neque verè, neque cum effectu Religiosi dici possunt, iuxta quamdam decretalem, & vt dicunt Rodoriquez, *lib. 3. qq. regul. quæst. 51. art.* 12. Mandosius, *de priuileg. ad instar Glossa 7. num. 34. & duplici sequenti.* ergo, &c. & ita docent Angles, *in floribus part. 2. q. vnica, de voto art. 8. post. 10. difficult. dub.* 3. Azorius, *part 1. lib. 1 cap. 19 quæst. 21.* Suarez, *to. 2. de relig. lib. 6. de voto cap. 11. nu. 9.* Sayrus, *in clau reg. lib. 6. cap. 11. nu.* 92. Reginaldus, *lib. 18. num. 340 circa finem,* & alij.

34 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia, licèt Prælatus non habeat potestatem dominatiuam, habet tamen in illos potestatem Ecclesiasticam, vt ait Nauarrus, *in cap. 12 sum. num. 65.* & ideò Nouitius est exemptus, dum in Religione perseuerat, à iurisdictione Episcopi: nec potest de delicto Nouitij, aut eius causis cognoscere, nisi Nouitius se illis subdat: sed tantum hoc pertinet ad Prælatum Religionis: ergo Nouitius gaudet priuilegijs Religionis, & consequenter poterit Prælatus sua vota dispensare, & commutare. Ita Miranda, *in manual. Prælat to. 2. quæst. 32. artic vltim* Sanchez *to. 1. sum. lib. 4. cap. 39. num. 17.* Henriquez, *lib. 7. de indulg. cap. 22. num 7.* Bartholomeus de Zechis, *in prax. nouit. disp. 10. dub. 6. num. 2.* Tamborinus, *de iur. Abbat. to. 2 disp. 18. quæst. 3. num. 2.* Portella, *in dulg. regul. v. dispensare num* 13. Lesius, *lib. 4. cap. 40. dub. 13. num. 80.* Faustus, *thesaur. relig. lib. 3. quæst. 27.* Diana, *part. 3. tract. 2. resol. 71.* Siluester, *v. dispensatio q.* 4. Emanuel Rodoriquez, *to. 1. qq. regular. quæst. 25. artic. 8. & part. 2. sum. cap. 89 nu. vltim.* Hieronymus Rodoriquez, *in comp. qq. regular. resolut. 52. num. 34.* Alcozer, *in sum. cap. 16. fol. 57. pun. 1.* & alij.

Quæ nam vota reseruantur Summo Pontifici? Dub. 5.

35 PRima opinio ait: Tantum tria vota sunt Pontifici reseruata, scilicèt, votum Castitatis perpetuę, Religionis, & Peregrinationis Hierosolymitanæ. Ita Riccardus, *in 4. dist. 38. artic. 9 quæst. 2.* & fauent D. Thomas, *2. 2. quæst. 88. artic. 12. ad 2.* & Hostiens, *sum tit. de voto §. vtrum, & per quem in votis valeat dispensari, nu. 16. in fine.* qui dicunt: Votum Continentiæ, & Hierosolymitanum reseruari.

36 Secunda opinio ait: Sola vota Castitatis, & Religionis semper reseruari. At vota Peregrinationum Romanæ, Compostellæ,

stellæ, & Hierosolymitanæ, non semper, sed dumtaxat, quando emittuntur in eorum locorum subsidium: atque ita posse Episcopum in illis, gratia solius deuotionis factis, dispensare. Ita Abbas, *in cap. ex multa. num. 4.* Viualdus, *in candel. sacrament. part. 3. cap. 14. num. 53.* & de Peregrinatione Hierosolymitana dicunt Emanuel Sà, *v. votum vbi de voti irritatione num. 11. & v. iuramentum num. 33.* Graffius, *part. 1. decis. lib. 2. cap. 31. num. 2.* & alij.

37 Tertia opinio ait: Quinque tantum sunt vota, Pontifici reseruata, quò ad dispensationem: scilicèt, votum Religionis, Castitatis, Hierosolymitanum, Romanum, & Compostellanum. Hæc opinio est certa, & communis. Et licèt in iure sola inueniatur reseruata peregrinatio Hierosolymitana (quod vocatur vltra marinum) in eius loci subsidium: at consuetudo iam extendit, vt sit quoque reseruata, quãdo solius deuotionis causa promittitur; vt colligitur, *extrauag. si dominici l. 2. de pœnit. & remiss.* vbi excõmunicantur commutantes hæc quinque vota absque Pontificia licentia. Ita Gabriel, *in 4. dist. 38. quæst. 1. artic. vltim. colum. vltim. propos. 2.* Rosella, *v. votum 5. num. 2.* Siluester, *v. votum 4. quæst. 3. ad 4. & 5.* Armilla, *v. dispensare num. 16.* Tabiena, *v. dispensatio quæst. 9. num. 11.* Sotus, *lib. 7. de iust. quæst. 4. artic. 3. colum. 4. versic. quot sunt autem.* Nauarrus, *cap. 12. sum. num. 75.* Aragonius, *2. 2. quæst. 88. artic. 1. fol. 1042. colum. 1. concl. 2. & fol. 1043. colum. 1. versic. si quis autem quærat.* Sayrus, *in clau. reg. lib. 6. cap. 11. num. 35. & 36.* Azorius, *part. 1. lib. 12. cap. 18. quæst. 4. & cap. 19. quæst. 3. & 4.* Lesius, *lib. 2. cap. 40. dub. 13. num. 104.* Rodoriquez, *part. 2. sum. cap. 97. num. 1. & in bull. cruciat. § 9. num. 104.* Sorbus, *in comp. priuileg. mendicant. v. votum, in suis annotationibus, notab. 3.* Angles, *in floribus part. 2. quæst. vni. a de voto artic. 8. diff. 9. conclus. 2.* Suarez, *to. 2. de relig. lib. 6. de voto cap. 21. num. 2.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 40. nu. 6.* D. Thomas, *2. 2. quæst. 88. artic. 12. ad 2.* Riccardus, *in 4. dist. 38. artic. 9. quæst. 2.* vbi Paludanus, *quæst. 4. artic. 4. concl. 5. num. 43.* D. Antoninus, *2. part. tit. 11. cap. 2. § 9. notab. 4.* Couarruu. *de pactis part. 1. § 3. nu. 12.* Valentia, *2. 2. disp. 6. quæst. 6. pun. 7. col. 20.* Philiarcus, *de offic. sacerd. to. 1. part. 2. lib. 3. cap. 22. versi. quando excusat res parua.* Toletus, *lib. 4. sum. cap. 18. num. penult.* Reginaldus, *lib. 18. num. 133.* Molfesius, *to. 1. sum. tract. 11. cap. 15. num. 137.* Bonacina, *de præcep. disp. 4. quæst. 2. pun. 7. § 4. num. 11.* & alij.

38 Addunt aliqui in his votis reseruatis votum conuertendi debita in certa in subsidium Terræ Sanctæ: & probant, *ex cap. magnæ de voto*: qui textus id videtur significare. Sic Angelus, *v. votum 4. nu. 13.* Rosella, *v. votum 5. num. 7. & v. votum 6. num. 1.* Sayrus, *in clau. reg. lib. 6. cap. 11. num. 39.* & alii.

39 Sed hanc opinionem, dicunt non esse veram Suarez, *to. 2. de relig. lib. 6. de voto, cap. 21. num. 4.* & Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 40. num. 8.* quia nec ius aliquod, nec consuetudo id prohibent, *& cap. magnæ*, de solo peregrinationis voto in subsidium terræ Sanctæ loquitur.

40 Addunt aliqui etiam, votum Peregrinationis ad templũ Beatæ Virginis Lauretaneæ. Sic Nauarrus, *in comment. 1. nu. 12. de regul.* Sorbus, *relatus num. 6.* Henricus, *lib. 7. de indulg. cap. 30. num. 6. in cõmento littera in fine.* & Rodoriquez, *in exposit. bullæ cruciatæ § 9. num. 104.*

41 Dicendum est tamen: Id votum non esse reseruatum, vt dicunt etiam Suarez, *to. 2. de relig. lib. 6. de voto cap. 21. num. 14.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 40. num. 10.* Azorius, *part. 1. lib. 12. cap. 18. quæst. 4. & cap. 19. quæst. 3. in fine*, & alii: quia Nauarrus, nullo iure id probat: nec memini, me vidisse fieri exceptionem illius voti in aliquo priuilegio, vel iubilæo, aut alia generali concessione, dispensandi in votis: quapropter, non censeo esse facile credendum illam additionẽ, sine maiori probatione. Vndè non dubito, quin sub facultate generali ad dispensandum in votis, Lauretaneum comprehendatur: quia ex consuetudine nullam habet specialitatẽ: & indè à fortiori fit, vt Episcopus possit in illo dispensare.

Dubitatur Primò: An in generali concessione dispensandi in votis, comprehendatur facultas dispensandi in illis quinque, Summo Pontifici reseruatis?

42 Respondetur: In generali facultate dispensandi in votis, non comprehendi facultatem dispensandi in voto Castitatis, vel Religionis, & aliorum triũ, nisi exprimatur. Ratio est: quia in generali

rali concessione non veniunt ea, quæ non esset quis verisimiliter concessurus. Regula, *in general. conc. ssione 81. de regul. iuris in 6.* ita Sotus, *lib 7. de iust. quæst. 4. artic. 1. in fine corporis.* Rodoriquez, *pa. 2. sum. cap 97 num. 1. concl. 1* Henriquez, *lib. 3. de indulg. cap. 30. num. 6. in conuento littera A.* Suarez, *to. 2. de relig. lib. 6. de voto cap. 25 num. 4.* Sanchez, *lib. 8. de matrim. disp. 9. num. 2. & lib. 4 sum. cap. 40 num. 15.* Tancredus, *lib. 8. de matrim disp. 9. num. 1. in fine*, & alij.

43 Dissentiunt autem Doctores in hac opinione: nam Rodoriquez, *part. 2. sum. cap 97 num. 1.* Sotus, *lib 7. de iust quæst. 4 artic 3. in fine corpor.* Sanchez, *lib. 8. de matrim disp. 9. num. 2 & lib 4 sum. cap. 40 num. 16.* Henriquez, *lib. 7. de indulg. cap. 30. num. 6. littera A.* Malderus, *2. 2. to. 1. cap. 5. dub. 10.* & alij dicunt: In generali concessione dispensandi in uotis, comprehenditur facultas dispensandi in illis tribus votis peregrinationum reseruatis: quia comprehenduntur sub ea clausula, nisi expresse excipiatur. Ratio istorum est: quia horum reseruatio non est adeò antiqua, & orta vt piorum: & probabilem vocat hanc opinionem Diana.

44 Suarez verò, *to. 2. de relig. lib 6. de voto cap. 25 num 4.* Diana, *part. 5 tract. 12. resol 58.* Layman, *in theolog. moral. lib. 4. tr. 4. cap 8 num 7 versic. porrò quinque vota* Bonacina, *de præcep. disp. 4. quæst 2. pun. 7. §. 4. num 12* & alij dicunt: In generali concessione dispensandi in votis, non comprehēdi votum Hierosolymitanum (quod est, Vltramarinum nūcupatum) ad limina Apostolorum, & ad D. Iacobū in Compostelle; nisi exprimatur. Quorum ratio est: quia, quæ speciatim reseruata sunt, ea specialem, & expressam cōcessionem postulant, vt apertè significatur, *in cap. si Episcopus, de pœnit. & remiss. in 6. & in extrauag. & si Dominic. 1. & 2.* ibi *& speciali licentia, & certa scientia nostra, de pœnit. & remiss.* Tum quia sunt simpliciter reseruata: ergo in eis succedit regula iuris, *& cap. si Episcopatus.* Probatur consequentia: quia differentia secundum magis, & minus: vel secundum antiquitatem reseruationis, non facit exceptionem in illa regula. Tum etiam, quia inter peccata reseruata, quędam sunt longè grauiora, & antiquiora alijs, & nihilominus, quò adhoc, vt reseruata non comprehenduntur sub generali concessione, omnia sunt paria: ergo idem dicendum est in votis, supposita vera reseruatione: nam est eadem ratio: quia ex vi reseruationis obtinent specialitatem, ratione cuius, non comprehenduntur in clausula generali.

45 Vndè, si Summus Pontifex in concessione diceret: Concedimus omnia vota, etiam castitatis, tacito voto religionis: vel è conuerso, concederet omnia vota etiam religionis, tacito voto castitatis; facultas non extenderetur ad votum reseruatum tacitum. Ratio est: quia à diuersis non fit illatio. Tum quia Summus Pontifex, tacendo vnum, & exprimendo aliud, sufficienter indicasse videtur, nollé se omnem gratiam concedere; sed eā solum, quam patitur verborum significatio: posito, quod illud, quod tacetur, antea esset reseruatum. Ita Suarez, *nu. 8* Sanchez, *num. 21.* Bonacina, *n. 12.* & alij.

46 Si verò detur facultas generalis dispēsādi in votis reseruatis, cēsetur cōcessa facultas dispēsandi in his oībus quinq; votis. Ratio est: quia sufficiēter indicatur concessa facultas dispensandi in his omnibus quinque votis, facta ipsorum generali expressione, cum mentione reseruationis: nec vllo iure probatur, specialem horum quinque votorum mentionem requiri. Ita Suarez, *lib. 6 cap. 25 nu. 5.* Sanchez, *lib. 4 sum. cap. 40 num. 17.* Bonacina, *de præcep. disp. 4. quæst. 2. pun. 7. §. 4. num. 12.*

Dubitatur Secundò: An censeatur votum reseruatum, quando Vouens intendit facere votum reseruatum?

47 NEgatiuè respondetur. Ratio est: quia numerus votorum reseruatorum augeri nequit ex vouentis voluntate, quamuis ille intendat, & promittat nullum posse suo voto dispensare, præter Romanum Pontificem. Tum quia priuata intentio vouentis, non potest potestatem Superioris adimere, illumq; sua iurisdictione priuare. Vndè Episcopus potest tale votum dispensare. Ita Molfesius, *to. 1. sum. tract. 11 cap. 15. num. 139.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap 8. & cap. 40. num. 13. & 79.* Sayrus, *in clau. reg. lib. 6. cap. 11. num 67.* Azorius, *par. 1. lib. 11. cap. 19. quæst. 15* Reginaldus, *lib. 18 num. 333.* Suarez, *to. 2. de relig. lib. 6. de voto cap. 21. num. 15.* Bartholomeus à S Fausto, *in thesaur. relig. lib. 13. quæst. 105.* Diana, *pa. 1. tract. 11. resol. 75.* Bonacina, *de præcep. disp. 4.*

disp. 4 quæst. 2. pun. 7. § 4. num. 19. & alij.

48 Et ita dicendum est de voto, numquã petendi dispensationem. Ratio est: quia nullus inferior potest sua voluntate arctare voluntatem Superioris. Immò neque tale votum est obligatorium, cum aliquando expediat petere dispensationem ob maius bonum, vel ipsius vouentis, vel ipsius Reipublicæ. Vndè potest Episcopus tale votum dispensare: quia non est de quinque votis, Papæ reseruatis. Ita Azorius, part. 1. lib. 11. cap. 19. qu. 15. Sanchez, lib. 4. sum. cap 40. num. 13. & 79. Sayrus, in clau. reg. lib. 6. cap. 11 num. 67. Emanuel Sà, v. votum cap. 2. Suarez, to. 2. de relig. lib. 6. de voto cap. 21. num. 15. Riccardus, in 4. dist. 38 arti. 9. quæst 3 vbi Gabriel, quæst. 1. dub. vltim. D. Antonin. 2 part. tit. 11. cap. 2. §. penult in fine. Angles, quæst. de voto artic 8. diff 8 Reginaldus, lib. 18 num. 333. Bonacina, de præcep. disp. 4. quæst. 2. pun. 7. §. 4. num. 19. Molfesius, to. 1. sum. tract. 11. cap. 15. num. 139. & alij.

Dubitatur Tertiò: An exceptis his quinque votis, Summo Pontifici reseruatis possint in alijs dispensare?

49 AFfirmatiuè respondetur. Ratio est: quia, seclusa reseruatione, integrũ est Episcopis dispensare in suis Diœcesibus in omnibus votis, sicut Pontifici in toto Orbe: & solum ratione reseruationis nequit Episcopus dispensare in quinque votis reseruatis. Ita D. Thomas, 2. 2. quæst. 68. artic 2. ad 2. Paludanus, in 4. dist 38. quæst. 4. artic. 4. conclus. 5. D. Antoninus, 2. part. tit. 11. cap. 2. Angelus, v. votum 4. quæst. 6. Siluester, v. votum 4. q. 3. Sotus, lib. 7. de iust. quæst. 4. artic. 3. Aragonius, 2. 2. quæst. 88. artic. 2. Valentia, 2. 2. to. 3. disp. 6. quæst 6. pun. 7. Angles, in florib. quæst. de voto artic. 8. diff. 9. Nauarrus, cap. 12. sum. num. 75. Ludouicus Lopez, part. 1 cap. 49. Toletus, lib. 4. sum. cap. 18. in fine. Azorius, part. 1 lib. 11. cap 19. q. 2. Sayrus, in clau. reg. lib. 6. cap. 11. num. 42. Martinus Ledesma, 2. part. 4. quæst. 24. artic. 1 ad finem. Palatios, in 4. dist. 38. disp. 3. colum. 38. versic. quod si iustus fol. 881. Suarez, to. 2. de relig. lib. 6. de voto cap. 21. num. 1. Graffius, part. 1. decis. lib. 2. cap. 31. num. 21. Lesius, lib. 2. cap. 4. dub. 13. nu. 10. Sanchez, lib. 8. de matrim disp. 9. num. 3. & lib. 4. sum. cap. 40 num. 25. Molfesius, to. 1. sum. tract. 11. cap. 15. num. 138. & alii.

50 Ex dictis deducitur Primò: Episcopus potest dispẽsare in voto Castitatis temporalis, vel ad aliud tempus limitatum emisso. Ratio est: quia hoc non est simpliciter votum castitatis emissum, cum non perpetuitatem importet. Tum quia solum castitatis perpetuæ votum reseruatur, quod simpliciter votum castitatis dicitur. Tum quia, cum Episcopus ordinaria potestate possit in omnibus votis, exceptis Papæ reseruatis, votum hoc non sit perpetuæ castitatis, sed temporalis, in eo dispensare poterit; cum cohibitiones, & exceptiones restringendæ sint. Ita D. Thomas, 2. 2. quæst. 88. artic. 11. ad 3. Paludanus, in 4 dist. 38. quæst 4. art. 4 num. 43. D. Antoninus, 2 part. tit. 11 cap. 2. § 9. Angelus, v. votum 4. num. 9 Siluester, v. votum 4. quæst. 3. dict. 6. Armilla, v. dispensare nu. 18 Nauarrus, cap. 12 sum. num 76. Sotus, lib. 7. de iust quæst. 4. art. 3. conclus. 5. versic. ex his fit consequens, & in 4. dist 38. quæst. 2. artic. 1. colum. 4. in fine prima conclus vlt. Palatios, disp. 4. col. 37. fol. 880. Ouandus, quæst. vnica propos. 7. in fine. Margarita, confes. qq. moral fol. 127. Angles, in florib. part. 2. vbi de voto quæst. vnica artic. 8 diff 9. Toletus, lib. 4. sum cap. 18. num. 11. Gutierez, quæst. canonic. lib. 2. cap. 22. num. 48. Aragonius, 2. 2. quæst 88. artic. 12. paulo ante solut. ad 1. Henriquez, lib. 7. de indulg. cap. 39 nu. 6. Valentia, 2. 2. disp. 6. quæst. 6 pu. 7. colu. 10. Emanuel Sà, v. votum vbi de voti irritatione nu. 11. Azorius, part. 1. lib. 11. cap. 19. quæst. 16. Rodoriquez, part. 1. sum. cap. 96. num. 5. & in exposit. bullæ cruciat § 9. num. 120. Vega, to. 2. sum. cap 1. 9. cas. 34. Sayrus, in clau. reg. lib. 6 cap. 11 num. 48. Suarez, to. 2. de relig lib 6. de voto cap 22. num. 9. Graffius, part. 1. decis. lib. 2 cap. 31. num. 29. Sanchez, lib. 4. sum. cap. 40. num. 46. & lib 8. de matrim. disp. 9. nu. 6 Lesius, lib. 2. cap. 40. dub. 13. num. 105 Ludouicus Lopez, part. 1. cap. 49. versic. licet Episcopus, & part. 1. lib. 2. cap. 10. Io. del Cruz, in direct. conscient. part. 1. præcept. 2. artic. 2. dub. 10. conclus. 3. Diana, part. 1. tract. 11. resolut. 57. Zennardus, in direct. Theolog. part. 2. cap. 25. Malderus, 2. 2. tract 10. cap. 5. dub. 10. Molfesius, to. 1. sum. tractat. 11. cap. 15. num. 149. Reginaldus, lib. 18 num. 331. Trullench. in expos. bull. cruciat. lib. 1. §. 7. cap. 3. dub. 15. num. 9. Petrus Prost. de iubilæo cap. 9 fol. 209. Layman, in theolog. moral. lib. 4. tract. 4. cap. 3. num. 8. Tancredus, lib. 8. de matrim. disp. 9. nu. 3. Bonacina,

nacina, *de præcep.disp.4. quæst.2.punt.7. §.4.num.18. versic septimo voto castitatis*, & alij.

62 Secundò: Potest Episcopus dispensare in voto castitatis coniugalis seruandæ: quia non est totius castitatis votum, sed partis: integrum enim est huic inire matrimonium. Ita Henriquez, *lib.4.de indulg.cap.30.num.6.* Sanchez, *lib.8.de matrim.disp.9.num 7 & lib.4.sum cap.40 num.50.* Sanctarellus, *de iubilæo cap.9. dub.3.* Leone, *de iubilæo part.2 quæst,13. sect.2.num.103.* Diana, *part 1. tract.11. resol.62.* Sayrus, *in clau reg lib 6. cap.11. num.52.* Aragonius, *2.2.quæst 88. artic 8.dub vltim. & artic.12.ante solut.argu.* Molfesius, *to 1.sum. tract.11. cap.15.nu. 151.* Petrus Prost. *de iubilæo cap.9.fol.214. dub.3.*& alij.

53 Limitatur hæc opinio: Nisi id votum sit adnexum auctoritate Pontificia statui religioso, vt est hodie, statui Equitum ordinum militarium: præter Equites D. Ioannis, qui absolutam castitatem vouent: quia, tamquam necessariò requisitam ad statum illum religiosum, non poterit Episcopus dispensare cum illis Equitibus, in sua professione illud emittentibus. Ita Sanchez, *lib.4.sum cap.40. num.50.* Layman, *in theolog moral lib.4. tract 4 cap.8. num.8. versic.2. votum seruanda*, & alij.

54 Tertiò: Potest Episcopus dispensare in voto, quo alter Coniux absque alterius licentia, siuè cum illa promisit se non petiturum debitum. Et ita, quando vterque Coniux, ex licentia alterius, siuè absque illa, eo voto se ligauit. Et ita quando vterque cõmuni consensu promisit se non petiturum, nec redditurum. Ratio est: quia in his casibus sola pars castitatis promittitur, cum, eo matrimonio soluto, liceat vtrique, ad illud transire, & neuter adulterando peccet contra votum. Ita Siluester, *v.votum 5.quæst. 2 num.5.* Palatios, *in 4.dist.32.disp.2.col. 8.versic.ego vero.* Stunica, *quæst.3.de voto num 60.* Rodoriquez, *part.2.sum. cap. 99 num 3.* Azorius, *part.1.lib.11.cap.19.q. 6.* Emanuel Sà, *v.votum vbi de voti irritatione num. 11. in fine.* Bartholomeus Ledesma, *de matrim.dub.17.in fine.* Sanchez, *lib. 8.de matrim disp 9.num.8.& lib. 4.sum cap.40.num 51.* Malderus, *2.2.tr. 1 cap.5.dub.10.* Lesius, *lib.2.cap.40. dub. 18 num.113.* Diana, *part.1.tract.11 resol. 18.* Ioa.del Cruz, *in direct.conscient.part. 1.præcep 2.artic.2.dub.10.conclus.3.* Sanctarellus, *de iubilæo cap. 6. dub 6.* Petrus Prost. *de iubilæo cap 9.dub.6.* Tancredus, *lib.8. de matrim.disp.9.num 3.* Layman, *in theolog.moral.lib 4 tract 4 cap 8.num. 8.versic.3.votum non petendi*, & alij.

55 Quartò: Potest Episcopus dispensare cum eo, vel ea, quæ votum virginitatis emisit. Ratio est: quia, qui votum virginitatis promittit, solum vouere videtur, corporis integritatem perpetuo seruare; fugiendo omnem venereum concubitum: is enim propriè dicitur virgo. Vndè si illam semel emisit, cum impossibile sit votum adimplere, non censetur ampliùs voto ligari. Vndè votum virginitatis non est Papæ reseruatum, sed votum castitatis. Modo, vouens solummodo voueat virginitatem: quia si intendebat se obligare ad castitatem, tũc non poterit Episcopus dispensare. Ita Barbosa, *de potest.Episcop.par.1.alleg.37 num.18.* Graffius. *par.1.decis lib.1.cap.31 num.31.* Sayrus, *in clau.reg lib 6.cap.11. nu.55.* Azorius, *part.1.lib 11.cap.19 quæs. 14.* Sanchez, *lib 8.de matrim disp.9 num. 9.* Molfesius, *to.1.sum tract.11.cap.15 nu. 150.* Tancredus, *lib 8 de matrim.disp.9. num.4.* Diana, *part. tracti 11 resolut 60.* Guttierez, *de matrim.cap.123 nu.8* Portella, *in addit ad dub.regul.v.voti dispensatio num.78.* & alij.

An quando dubitatur, An sit votum virginitatis integralis, an verò cum illa? diximus, *in cap.7.dub.8.num.81.*

56 Quintò: Potest Episcopus dispensare in voto non nubendi. Ratio est: quia nõ est votum castitatis: nam votum castitatis obligat etiam ad aliquid supererogationis, & concilij, vltra abstinentiam à nuptijs Si quis enim, ligatus castitatis voto, vxorem ducat; tenetur non petere: quod, eo voto seclusõ, esset opus cõsilij: adhoc autem minimè obligat votum non nubendi. Tum quia fornicans contra tale votum, non peccat contra votum castitatis. Ita D Antoninus, *2. part.tit.2.cap.11 § 1.* Rosella, *v.impedimẽtum imped.4.num.13.* Angelus, *v.votum 4.num.9.* Siluester, *v. votum 4.quæst.4.* Armilla, *v.dispensare num. 18.* Nauarrus, *cap.12.sum.num.76.& cap.22.num.81.* Sotus, *in 4.dist.38.quæst.2. artic.1.conclus. 5. versic. et qui super voto.* vbi Palatios, *disp.1. colu.74. versic. porrò vt res hæc fol. 844.* Ouandus, *quæst.vnica propos.7.* Stunica, *quæst.4. de voto num.22.* Rodoriq. *part.2.*

p. 2. *sum. cap. 9 num. 5. & in exposit. bull. cruciatæ* §. 9 *num.* 111. Pedrazza, *sum. præcep* 6. §. 10 Bartholomeus Ledesma, *de matr. dub.* 32. *in fine.* Guttierez, *quæst. canonic. lib* 1. *cap.* 22. *num.* 49. Aragonius, 2. 2. *quæst.* 88. *artic.* 12. *paulo ante solutionem ad* 1. *& artic.* 3 *colum.* 18 Henriquez *lib.* 7. *de indulg. cap.* 30. *num.* 6. Emanuel Sà, *v. votum, vbi de voti irritatione num.* 11. *in fine.* Ludouicus Lopez, *part.* 1. *cap.* 49 *colum.* 2. *& part.* 2. *vbi de matrim cap.* 48. *colum.* 4. Graffius, *pa* 1. *decis. lib.* 2. *cap.* 3. *num* 29. & 33. Sanchez, *lib.* 8 *de matri. disp* 9 *num.* 11. & *lib.* 4. *sum. cap.* 40. *num* 66 Suarez, *to.* 2. *de relig. lib.* 6. *de voto cap.* 21. *num.* 9. Barbosa, *de potest. episcop. part* 2. *alleg.* 37. *numer.* 17. Trullench *in exposit. bullæ cruciatæ lib.* 1. §. 7 *cap.* 3. *dub.* 15. *nu.* 23. Fernandez, *part.* 3. *cap.* 9. *sect.* 2. § 17. *num.* 8. Portella, *in ad dub. regul. v. voti dispensatio nam* 78. Ioa. del Cruz, *indir. conscient part.* 1. *præcep.* 2. *artic.* 2. *dub.* 10. *conclus.* 3. Diana, *part.* 1. *tract.* 11. *resolut.* 59 Tancredus, *lib.* 8 *de matrim. disput.* 9. *num.* 3. Layman, *in theolog. moral. lib.* 4. *tract.* 4. *cap.* 8. *num.* 8. *versic.* 4. *votum non nubendi.* Petrus Prost. *de subilæo cap* 9. *dub.* 5. & alij, contra Valentiam, *to.* 4. *disp.* 10. *quæst.* 5 *pun.* 5 *conclus.* 4. & Caietanũ, *to.* 2. *opuscul. tract.* 11. *de voto non nubendi quæst.* 1. qui putant, reseruatum esse Papæ: quia est perpetuum, & reducitur ad votum castitatis. Sed falsò: quia (vt diximus) fornicans contra tale votum, non peccat contra votum castitatis.

57 Limitant hanc opinionem Sanchez, *num* 12. Diana, Tancredus, & alij: Nisi tale votum fuisset emissum in fauorem alterius coniugis, id potentis, propter filiorum bonum, & vt eius amor, nomen, honos, amicitia cum eius consanguineis conseruetur: nam in hoc casu, cum tale votum sit factum in fauorem tertij, nõ potest Episcopus dispensare: nisi Coniux remittat ius sibi acquisitum, & ab illo acceptatum.

58 Sextò: Potest Episcopus dispensare in voto assumendi Ordines sacros. Ratio est: quia votum assumendi ordines sacros, non est votum castitatis; sed votum assumendi statum, cuius castitas annexa est: Confirmatur: quia, sicut qui vouit Religionem, non vouit castitatem, antequam Religionem profiteatur: atque adeo ex vi illius voti, si non profiteatur, non tenetur seruare castitatem in sæculo: ita, qui vouit sumere Ordines, non promittit castitatem præsentem, sed futuram: licèt, post quam ordinatus est: consequenter, non censetur votum castitatis, Papæ reseruatum vouisse: Vndè si ita vouens frangeret votum, non esset sacrilegus fornicando: & si matrimonium contraheret, peccaret quidem cõtra votum, sed posset petere, & reddere debitum. Ita Molfesius, *to.* 1. *sum tract.* 11 *cap.* 15 *num.* 148. Gambra, *de auctorit. legat.* 2. *lib.* 10. *num. num.* 484. Beia, *in suis respons. cas.* 28 Henriquez, *lib.* 7. *de indulg. cap.* 30 *num* 6. Valentia. 2. 2. *disp.* 6. *quæst.* 6. *pun.* 7 *colum.* 3. Azorius, *part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 19. *quæst.* 9. Emanuel Sà, *v. votum in principio num.* 30. Rodoriquez, *part.* 2. *sum. cap.* 96. *in fine, & in expos. bullæ cruciatæ* § 9. *num.* 112. Aragonius, 2. 2 *quæst.* 88. *artic.* 12. *in fine solut. ad* 1. Vega, *to.* 2. *sum. cap* 129. *cas.* 34. Ludouicus Lopez, *part* 2. *cap.* 9. *colum. penult.* Graffius *part.* 1. *decis. lib* 4. *cap.* 28. *num.* 3. Viualdus, *in cand. sacram part.* 3. *cap.* 14. *num.* 43. Sanchez, *lib* 8 *de matrim. disp.* 9. *num.* 13. & *lib.* 4 *sum. cap.* 40. *num.* 96. Sayrus, *in clau. reg lib* 6. *cap.* 11. *num.* 60. Lesius, *lib.* 2 *cap.* 4 *dub.* 13. *num.* 105. Suarez, *to.* 2. *de relig. lib.* 5. *de voto cap.* 21. *num.* 7. & *cap.* 4 *nu.* 2. Portella, *in addit. ad dub regul. v. voti dispensatio num.* 78. Vgolinus, *de potest. Episcop. cap.* 58. § 3. *num.* 5. Reginaldus, *lib.* 18. *num.* 124. Diana, *part.* 1. *tract.* 11. *resolut* 64. Layman, *in theolog. moral. lib.* 4 *tract.* 4. *cap.* 8 *num* 8. *versic.* 6. *reseruatum non est.* Tancredus, *lib.* 8. *de matr. disp.* 9 *num.* 3. *circa fine m,* & alij.

59 Septimò: Potest Episcopus dispensare in voto disiunctiuo, cuius altera pars est reseruata, altera verò non: modò vouens non dum elegerit partem reseruatam. Ratio est: quia in alternatiuis electio est debitoris; *regula, in alternatiuis, de regul. iuris in* 6. cum ergo in potestate debitoris, seu vouentis, sit eligere partem non reseruatam; votum, cuius vna pars est reseruata, & altera non reseruata, appellandum non videtur reseruatum: versamur enim in odiosis, quæ non sunt amplianda, sed restringenda. Ita Azorius, *part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 19. *quæst.* 10. Filliuc. *to.* 2 *tract.* 26. *cap.* 9. *num.* 272. Sayrus, *in clau. reg. lib.* 11. *num.* 61. Diana, *par.* 1. *tract.* 11. *resol.* 63. & *par.* 4. *tr.* 4 *resol.* 102. Suarez, *to.* 2. *de relig. lib.* 6. *de voto cap* 24. *num.* 4. & 5. Homobonus, *in consult. moral. volum.* 1. *part. secund. resolutio vigesima octaua.* Sanchez, *libr. octauo*

de matrim.disp.9.num.14.& lib.4.sum.cap.40.dub.13.num.106. Reginaldus, *lib.18.num.338.* Molfesius, *tom.1 sum.tract.11.cap.15.num.143.* Trullench. *in exposit. bullæ cruciatæ lib.1.§.7.cap.3.dub.14.* Fagundez, *lib.2.decalog.cap.43 nu.8.* Bard. *in exposit. bullæ cruciatæ part.2.tract.7.cap.2.sect.5.§.5.num.65.* Petrus Prost. *de iubil cap.9.dub.4.* Bonacina, *de præcept. disp.4.quæst.2.punt.7.§.4.num.8. versic. octauo.* Tancredus, *lib.8 de matrim.disp.9.num.4.* Layman, *in theolog.moral.lib.4.tract.4.cap.8.num.12.* & alij.

60 Si verò materia voti disiunctiui altera pars erat reseruata, & altera non reseruata, sed materia non reseruata effecta est impossibilis, ita vt vouēs nequeat partem non reseruatam adimplere, non potest Episcopus in tali casu dispensare, docet Bonacina, *de præceptis disp.4.quæst.2.pun.7 §.4.num.18.* Cuius ratio est: quia materia illa, circa quam datur dispensatio, verè est reseruata, & est adimplenda ex vi voti.

61 Attamen Suarez, *to 2.de relig lib.6.cap.24.num.4.* Sanchez, *lib.4 sum.cap.40.nu.44.* Diana, *part.1.tract.11.resol.74.* & Layman, *in theolog.moral.lib.4.tract.4.cap.8.num.12.* dicunt: In tali casu posse Episcopum dispensare. Quorum ratio est: quia tale votum per se, & ex natura sua, numquam obligauit vouentem ad partem reseruatam: sed post modum obligatio ad illam oritur per accidens ex solo facto, & impossibilitate alterius materiæ non reseruatæ: Vndè materia illa est tantum reseruata per accidens, ob impossibilitatem materiæ, non autem ex vi voti.

62 Octauò: Potest Episcopus dispensare in voto ingrediendi strictioris Religionis, ita vt liceat ingredi minus strictam. Ratio est: quia Episcopus non dispensat in voto Religionis, cum semper sit Religionis obnoxius: sed in modo, & qualitate illius, hoc est, in arctiori vinculo. Vndè id non est dispensare in voto, sed in quadam circumstantia. Ita Paludanus, *in 4 dist.38.quæst.4.artic.4.num.43.* D. Antoninus, *2.part.tit.11.cap.2.§.9.notab.4 versic.hoc autem videtur.* Siluester, *v.votum 4.quæst.3 dub 6.* Sotus, *lib.7.de iustit.quæst 4 artic.3.col.45.versic.sequitur subinde.* Menochius, *de arbitr.lib.2.centur.cas.421.num.16.* Palatios *in 4.dist.38.disp 3. colum 37.* Angles, *in floribus part.2. vbi de voto quæst.vnica tractat.8. post 4.difficult.dub.2.& difficult.9. concl.5.* Emanuel Sà, *v. votum vbi de voti irritatione, num.11.* Aragonius, *2.2.quæst.88.artic.2.paulo ante solut.ad 1.* Azorius, *part.1. lib.11. cap.18. quæst.8.* Rodoriquez, *part.2.sum.cap.96 num.5.* Ludouicus Lopez, *part.2.cap.9.ad finem.* Bonacina, *de præcep. disp.4.quæst.2.pun.7.§.4 num.21.* Sanchez, *lib 8.de matrim.disput.9 num 17 & lib.4.sum.cap.40.numer.74.* Sayrus, *in clau.reg.lib 6.cap.11.num.63.* Reginaldus, *lib.18.num.332.* Lesius, *lib.2.cap.40.dub.12.num.105.* Diana, *part.1.tractat.11.resolut.55.* Malderus, *2.2.trac.10.cap 5.dub.10.* Molfesius, *to.1.sum.trac.11.cap.15 num.146.* Petrus Prost *de iubilæo cap.10.dub.11.* Layman, *in theolog.moral.lib.4.tract.4.cap.8 num.8.* Tancredus, *lib.8.de matrim. disput.9.numero 5.* & alij.

63 Nonò: Potest Episcopus dispensare in voto perseuerandi in Religione: quādò scilicèt vouens, non solum vouit religionem, sed etiam perseuerantiam. Ratio est: quia votum perseuerandi, est virtute diuersum à voto Religionis: hoc enim obligat ad ingressum, & perseuerandum; dummodò quod ingressus habeat iustam causam non perseuerandi: vt quia nequit Religionis austeritates ferre. Illud verò obligat in omni euentu ad perseuerantiam. Nec tunc in voto Religionis dispensatur, sed in qualitate adiuncta, quæ nullibi reseruatur. Ita Hostiens, *in sum tit de voto num.16.in fine.* Sanchez, *lib.4 sum.cap.40.num.75.& lib.8. de matrimon. disputat.9.numer. decim.octau.* Molfesius, *tom.1.sum.tractat. vndecim. cap. decim. quint. numero 147* Diana, *part.1.tractat.vndecim. resolutio.79.* Malderus, *2.2.tractat.decim.capit. quint. dub. decim. numer.8.* Trullench. *cap.3.dub.15.num.7.* Petrus Prost. *de iubilæo cap.10.dub.4.* Bonacina, *de præcept. disput.4.quæst.2.pun.7.§.4.num.21. versic. quinto in voto religionis in medio.* Tancredus, *lib.8. de matrim.disp.9.num.5.* & alij.

64 Decimò: Potest Episcopus dispensare in differendo voti Religionis executionem: nè scilicèt intra tempus, voto præfixum, impleatur: vt si quis promisit ab hinc vno anno se ingressurum, potest dispensare Episcopus, vt ex iusta causa differatur: quia non dispensat in substantia voti reseruati, sed in eius qualitate. Dummodo id votū nō adeò differatur,

ratur, vt sit periculum in eum statum incidendi, vt ita vouens reddatur impotẽs ad votum implendum. Ita Sanchez, *lib. 8. de matrim. disp. 9. num. 19 & lib. 4 sum. cap. 40 num. 76.* Molfesius, *to. 1 sum. trac. 11. cap. 15 num 145.* Malderus, *2. 2. tract. 10 cap. 5. dub. 10. num. 9.* Bartholomeus à S. Fausto, *l. 3. quæst. 99.* Trullench. *in expos. bull. cruciat. lib. 1. §. 7. dub. 16. num. 9* Tãcredus, *lib. 8. de matrim. disp. 9. num. 5.* & alij: & probabilem vocat Diana, *part. 1. tract. 11. resolut. 80.*

65 Vndecimò: Potest Episcopus dispensare in voto reseruato, quando prius illa reseruatio commutata est in alia re, non reseruata à Pontifice. Ratio est: quia per illam commutationem extincta est prorsus obligatio voti circa priorem materiam reseruatam, & transit in non reseruatam. Ita Glossa, *in cap. tempora, v. tuo iudicio 26. quæst. 7. & cap. accedens v in tue. d. 50.* Speculator, *tit. de dispensat §. nunc de Episcoporum num. 21.* Iason, *l. 1. num. 5. C. de præcibus Imperatoris afferentis, & l omnes populi num 13. ff. de iust. & iure.* Felinus, *cap. accusasti in fine de iudic.* Hyppolitus, *singul. 182. num 3.* qui dicunt: Posse Episcopum ex causa iusta diminuere pœnitentiam, à Pontifice impositam. Et in proprijs terminis docent Siluester, *v. votum 4 quæst. 7. in fine.* Henriquez, *lib. 7. de indulg cap. 30. num 5. versic. 4.* Emanuel Sà, *v. votum num. vltim.* Aragonius, *2. 2. quæst. 88 art. 2. paulo ante solut. ad 1.* Rodoriquez, *par. 2 sum. cap. 96 ad finem.* Sanchez, *lib 8 de matrim disp. 9 nu. 10. & lib. 4 sum. cap 40 num 46.* Sayrus, *in clau reg. lib. 6. cap. 12. num. 23.* Lesius, *lib. 2. cap. 40. dub. 13. nu. 105.* Suarez, *lib. 6 de voto cap. 20. num. 15. & 16.* Reginaldus, *lib. 6. num. 338.* Molfesius, *to. 1 sum. tract 11. cap. 15 num. 144.* Diana, *part. 1. tract. 11. resolut. 71.* Sancius, *in select. disp. 14. num. 14.* Trullench. *in exposit. bull. cruciat. dub. 14. num. 7.* Petrus Prost. *de iubileo cap. 10. dub 6.* Bonacina, *de præcep. disp. 4. quæst. 2. punt. 7 §. 4 num. 20 versic. sexto.* Tancredus, *de matrim. lib. 8. disp 9 num. 5 tertio si quis*, & alij.

66 Duodecimò: Potest Episcopus dispensare in votis reseruatis quando animus expressus fuit, ijs ad solã culpã veniale se obligare, aut ad solã pœnã, quia tũc valdè à voti perfectione deficiunt, & leuissima reputãtur. Ita Sanch *lib. 4 sum. ca. 40. n. 47.* Diana, *part. 1. tract. 11. resol. 72.* Palaus, *to. 3. tract. 15. disp. 2. pun. 12. num. 2.* Bossius, *de triplici iubileo sec. 2. cas. 16 nu. 3.* Trullench. *in expos. bull. cruciat. lib. 1. §. 7. cap. 3. dub. 5. num. 14.* Bonacina, *de præcep. disp. 4. quæst. 2. pun. 7 §. 4. num 20.* & alij.

67 Tertiodecimò: Potest Episcopus dispensare in voto vouendi castitatem. Ratio est: quia tale votum non obligat primò, & per se ad castitatem seruãdam: quia velle facere, non est facere; & ideò velle vouere castitatem, non est castitatem vouere: Vndè, si ita vouens fornicetur ante promissam castitatem, non delinquit contra votum. Ita Molfesius, *to. 1 sum. tract. 11. cap. 15. num. 148.* Suarez *tom. 2. de relig. lib. 6 de voto cap. 21. num 7.* Sanchez, *tom. 1. sum. lib. 4. cap. 40 num. 70.* Diana, *part. 1 tract. 11. cap. 76.* Trullench. *in expos bull. cruciat. lib. 1 §. 7. cap. 3. dub. 15 num. 24.* & alij.

68 Quartodecimò: Potest Episcopus dispensare in voto non fornicandi, non tenendæ certæ mulieris, non committendi actum mollitiei, aut abstinendi ab alio actu venereo: quia non sunt vota castitatis, & possunt inire matrimonium. Vndè si habuerint copulam sodomiticam, extra peccatum, quod prohibet lex diuina, non committit sacrilegium. Ita Barbosa, *de potest. Episcop. part. 2. allegat. 37. num. 15.* Molfesius, *to. 1. tract 11. cap. 15 num. 50.* Lesius, *lib. 2 cap 40 dub 18 num. 105.* Graffius, *part. 1. decis. lib 2. cap. 31. nu. 30.* Portella, *in add ad dub. regul. v voti dispensatio num. 78.* Vgolinus, *de pot. Episcopi cap. 58. num 3.* Reginaldus, *lib. 18. num. 331.* Diana, *part. 1. tract. 11. resol. 61.* Trullench. *in expos. bullæ cruciat. lib. 1. §. 7. cap. 3 dub. 15. num 15.* Bonacina, *de præcept disp. 4 quæst. 2 pun. 7. § 4. num. 20. versic. quinto votum non nubendi.* Layman, *in theolog. moral. lib. 4. tract. 4. cap. 8. num. 8.* & alii. Et ita dicendum est de voto non tangendi mulierem. Ita Graffius, *part. 1. decis. lib. 2. cap 31. nu 30.* Nauarrus, *lib. 3. consil. tit. de voto in priori edit. consil. 42. num. 1.* & alii.

69 Quintodecimò: Potest Episcopus dispensare in voto castitatis, quando diuersis votis varia, ad castitatem pertinentia, sunt emissa; ita vt ex omnibus illis iunctis consurgat obligatio ad perfectam castitatem: v. g. quis promisit se non iterum matrimonium, iterum se nõ fornicaturum, iterum se nullum peccatum venereum admissurum. Ratio est: quia, sicut in quolibet horum potest Episcopus

scopus dispensare, vt potè, quod perfectę castitatis non est: ergo potest in omnibus simul: nam vota posteriora se habent per accidens ad prius Ita Sanchez, *to. 1. sum lib. 4. cap. 40. num.* 68. Diana, *pa. 1. tract. 11. resolut* 67. Trullench *in expos. bull cruciata lib. 1. §. 7. cap. 3. dub. 15 num.* Ludouicus del Cruce, *in exposit. bulla cruciata disp. 1. cap. 6. dub 13. num. 2.* Bossius, *de triplici iubilæo sect. 2. cas. 20. num.* 7 & 8 Palaus, *to. 3. tract. 15. disp. 2. pun. 11.* Alphonsus de Leone, *de iubilæo quæst. 8. sect 2. num. 4.* & alii.

70 Nisi vltimum votum, quo castitas perfecta compleatur, consultò vouens fecerit, vt tali perfecta castitate ligatus maneat: quippè, tunc censetur propria cũ hoc posteriori coniugare, & ideò perfecto castitatis voto abstrictus remanet: vndè Episcopus non potest dispensare. Ita Sanchez, & Diana, locis citatis.

71 Decimosextò: Potest Episcopus dispensare in qualitatibus, adiunctis substãtiæ voti reseruati: vt vouẽs facere peregrinationem Hierosolymitanam pedester, aut mendicando, potest adimplere equester, & portare necessaria in itinere. Ratio est: quia tunc Episcopus nõ dispensat ad votum reseruatum, sed ad qualitatem adiunctam. Ita Molfesius, *to. 1 tract. 11. cap. 15 num.* 145. Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 40. nu.* 78. Lesius, *lib. 2. cap. 40. dub. 13. num.* 104. Rodoriquez, *prax 2. cap. 96. num.* 5. Trullench. *in expos. bull. cruciata lib. 1 § 7. cap. 3. dub. 17 nu.* 3. Diana, *part. 1. tract. 11. resolut.* 83. & alii.

An Episcopus possit dispensare in voto castitatis post matrimonium, emisso ab altero, vel vtroque Coniuge?

Dub. 4.

72 QVando alter Coniux absolutè vouit castitatem absque alterius licentia, potest Episcopus in tali voto dispensare. Ratio est: quia in hoc casu, non est votum omnimodè castitatis, nam alter tenetur reddere alteri petenti; at reseruatio voti castitatis, tamquam odiosa, & de integrę castitatis voto est intelligenda. Ita Stunica, *de voto quæst. 3. num* 64 Aragonius, 2. 2. *quæst.* 88 *artic. 8. dub. vlt.* Rodoriquez, *par. 2. sum. cap. 90. num. 6. in fine.* Petrus Prost *de iubilæo cap. 9. dub.* 3. Sanchez, *lib. 8. de matrim disp. 11. num. 4 & lib. 4. sum. cap. 40 num.* 52. Diana, *part. 1. tract. 11. resolut.* 82. Trullench. *in exposit. bull. cruciatæ lib. 1. §. 7. cap. 3. dub. 15. num.* 12. Sayrus, *in clau reg. lib. 6. cap. 11 num.* 154. Sotus, *in 4. dist. 38 quæst. 2. art. 1. post 3. conclus* Tancredus, *lib. 8. de matrimon. disp. 11 num.* 1. & alij.

73 Secundò: Si vterque Coniux continentiam vouit absque alterius licentia, potest Episcopus dispensare eodem modo, ac si solus absque alterius licentia vouisset: quia non est votum continentię absolutę, & omnimodę, & tenentur reddere; nisi quãdo intra bimestre tempus ante matrimonium consummatum, animo expresse ingrediẽdi Religionem, factum esset: quia tunc esset votum omnimodæ castitatis: Et nec potest Episcopus dispensare: nisi solum ad petẽdum debitum, quando scilicet his animus nõ ad fuit, vel nec de opposito cogitauit: vel etiam si habuerit tunc animum ingrediendi Religionem, voluerit expresse non se obligare ad illam, aut solus ad fuit animus ingrediendi, putando id esse medium necessarium, ad castitatem perfectè seruandam. Ita Trullench. *in exposit bull. cruciat. lib. 1. §. 7. cap. 3. dub. 15* Sanchez, *lib. 8. de matrim. disp. 11. num. 7. & lib. 4 sum. cap. 40. num.* 55. Diana, *par. 1 tract 11. resolut.* 82. Tancredus, *lib. 8. de matrim disp. 11. num. 1.* & alij.

74 Tertiò: Si cum licentia alterius Coniugis alter solus continentiam vouit, tũc (dicunt Rodoriquez, *part 1 sum. 2 edit. cap. 243. conclus. 4. num.* 14. Vega, *tom. 2. sum. cap. 120. cas.* 77.) posse Episcopum dispensare, vt vouens petat debitum: & nihil aliud explicant.

75 Alij vero sic distingunt. Si alter Coniux cum consensu alterius emisit eiusmodi votum ante matrimonium consummatum, animo ingrediendi Religionem, sciens non aliter posse se votum implere integrè, sed manendo in sæculo, teneri reddere debitum: tunc non potest Episcopus dispensare, etiam ad petendum debitum. At si matrimonium postea consummauit, poterit Episcopus dispensare, ad solum petendum debitũ. Si verò id votum factum sit post matrimonium consummatum, cum licentia alterius, poterit Episcopus dispensare, non prorsus in eo voto; sed tantum ad petendum debitum: cum vouens teneatur habitare cum vxore in magno incontinentiæ periculo. Ita Molfesius, *to. 1 sum. tract. 11. cap. 15. num.* 153. & 154. Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 40 num. 54 & lib. 8. de*

8. *de matrim disp.* 11. *num.* 5. Diana, *part.* 1. *tract.* 11. *resolut* 82. Tancredus, *lib.* 8. *de matrim. disp.* 11. *num.* 2. & alij.

76 Quartò: Quandò vterq; seorsum continentiam vouit, habita ab altero licentia, non tamen per modum contractus reciprocę conuentionis (*facio, vt facias:*) sed independenter ab alterius voto, tūc potest Episcopus dispensare: quia non est votum omnimodę castitatis, sed partis; cum teneatur alter alteri debitum reddere. Ita Sanchez, *lib.* 4 *sum. cap.* 40. *num.* 56. *& lib* 8. *de matrim disp.* 11, *num.* 7. Diana, *part.* 1. *tract.* 11. *resolut.* 82. & alij.

77 Quando vterque communi consensu continentiam vouit per modum cōtractus, ac reciprocæ conuentionis (*facio, vt facias:*) tunc posse dispensare Episcopum, ait Maior, *in* 4 *dist.* 32 *quæst.* 2 *col.* 2. *in solut. ad* 2. *contra* 2 *conclusionem.*

78 Rodoriquez verò, *to.* 1 *qq regul quæst.* 63 *artic.* 2. & Emanuel Sà, *v debitum coniugale num* 2. dicunt: Posse Episcopum dispensare, ad petēdum debitum. Quorū ratio est: quia, cū reseruatio sit odiosa, debet restringi ad propriam verborum significationem: vt dum reseruatur casus, intelligatur, quando habet propriam, & completam rationem in propria specie: At hoc nō est propriè dispensare in voto castitatis, sed in effectu illius ad tempus: nec quò ad omnes effectus: quia est sacrilegus vterque fornicans: nec, eo matrimonio soluto, potest ad illud transire: sed tantum est dispensatio ad petendum debitum, quia concessa, consurgit eo ipso matrimoni contracta obligatio debiti reddendi.

79 Alij verò meliùs dicunt: Non posse Episcopum dispensare cum his Coniugatis, vt matrimonio vtantur, siuè petendo, siuè reddendo: nisi quando esset incontinentiæ periculum in alterutro; nec commodè ad Pontificem adiri posset præ paupertate, aut alia ratione. Ratio prioris est: quia hoc votum est integræ, & absolutæ castitatis: ergo solus Pontifex potest in eo dispensare. Ratio posterioris est: quia in ea necessitate potest Episcopus dispensare cum solutis, ad ineundum matrimonium: ergo à fortiori, cum his Coniugatis, ad petendum debitum. Vndè, ratione necessitatis, potest Episcopus dispensare tantum ad petendum debitum. Ita Siluester, *v. votum* 2. *& v dispensatio quæst.* 9. *num.* 15. Palatios, *in* 4. *dist.* 32 *disp.* 2. *colum.* 8. *versi quod si votum.* Henriquez, *lib.* 11. *de matri cap.* 15. *num.* 8. Rodoriquez, *to* 1. *in* 2. *edit. cap.* 243. *conclus.* 14. *num.* 14. Aragonius, 2 2. *quæst.* 88 *artic.* 8 *dub. vlt.* Nauarrus, *cap.* 12. *sum num.* 59 Sayrus, *in clau. reg. lib.* 6 *cap.* 11 *num.* 53. Stunica, *quæst.* 3. *de voto num.* 64 *&* 65. Trullench. *in expos bull. cruciatæ lib.* 1 *§.* 7. *cap.* 3. *dub.* 15. *num.* 16. Molfesius, *tom.* 1. *sum. tract.* 11. *cap.* 15. *nu.* 155. Diana, *pa* 1. *tract.* 11. *resol.* 82. Petrus Prost. *de iubilæo cap.* 9 *dub.* 7. Sanchez, *lib.* 8. *de matrim disp.* 11. *nu.* 10. *& lib.* 4. *sum. cap.* 40 *num.* 57. Tancredus, *lib.* 8. *de mat. disp.* 11. *num.* 4. & alij.

80 Quod si Coniuges prædicti, qui ita vouerunt, remitterent sibi adinuicem renuntiationem illam iuris petēdi, & reddendi debitum, quam vouendo fecerūt, & sibi conferrent iterū potestatem suorum corporum; licet remissio esset sacrilega contra votum, esset tamen valida, & teneretur vterque reddere debitum alteri petenti: & poterit tunc Episcopus dispensare ad petendum debitum absq; peccato; etiam si Pontifex possit commodè adiri: quia per illam renuntiationem videtur denuo contrahi matrimonium, quò ad liberam facultatē eo vtendi licitè. Ita Sanchez, *lib.* 4. *sum. cap.* 40. *num.* 61. *& lib.* 8. *disp.* 11. *num.* 15. Molfesius *to.* 1 *sum tract.* 11. *cap.* 15. *num.* 156. Diana, *part.* 1. *tract.* 11. *resol.* 82. *circa finem.* Tancredus, *lib.* 8. *de matrim. disp.* 11. *num* 5. *versic. vel si bi coniuges*, & alij.

An Episcopus possit dispensare ad petendum debitum, cum Coniuge, qui voto castitatis astrictus, matrimonium inijt? Dub. 5.

81 NEgatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia in voto castitatis solus Pontifex potest, & non Episcopus dispensare: nisi in causa necessitatis, quando non esset aditus ad Pontificem, vel ad alium, habentem priuilegium dispensandi. Vnde, quando non possunt adire ad Pōtificem, ratione paupertatis, &c. & est periculum in mora, poterit Episcopus dispensare. Ita Sotus, *in* 4. *dist.* 38. *quæst.* 2. *artic.* 1. *colum. penult. versic. redde etiam* Ledesma, 2. *part.* 4. *q.* 55. *artic.* 1. *colum.* 1. *versi. sed hesitabis* Palatios, *in* 4 *dist.* 32. *disp.* 2. *colum.* 8. *& disp.* 34. *dist.* 2. *colum.* 11. *& dist.* 38 *disp.* 3. *colum.* 24. Margarita, *confess. in* 6. *præcep. §* 9. Siluester, *v. dispensatio quæst.* 9. *num.* 15. *& v. ma-*

v. matrimonium 7. quæst. 5. in fine, & v. debitum quæst. 9. num. 11. & v. votum 4. quæst. 4. Armilla, *v votum 4. quæst. 4. & v. debitum num. 13.* Nauarrus, *cap. 11. sum. num. 76. & 86. & cap. 16. num. 30.* Perez, *lib. 4. ordinamenti tit. 1. l. 1. colum. 28 fol. 4* Guttierez, *quæst. canon. lib. 1. cap. 23. nu. 17.* Petrus, *de matrim. quæst. 33. artic. 1. colum. 15.* Toletus, *lib. 4 sum. cap. 18. num. 1. different. 2.* Azorius, *part. 1 lib. 11 cap 19 quæst. 8.* Graffius, *part. 1. decis. lib. 1 cap. 13 num. 80.* & alii.

82 Secunda opinio ait: Posse Episcopum dispensare ad petendum debitum; siuè consummatum, siuè nõ consummatum sit matrimonium; etiam priori bimestre post initum, nec consummatum matrimonium. Etiam si transisset ad matrimonium, animo ingrediendi Religionẽ: quamuis ipse Pontifex, aut alius, habens priuilegiũ dispensandi, possit facilè adiri. Cuius ratio est: quia, cum hæc dispensatio sit ad solum petendum debitum, remanet obligatio voti, quò ad abstinendum à veneriis extra id matrimonium, & ab illo ineundo post illud: quod si aliud postea inierit, opus esset noua petendi debiti, impetranda ab Episcopo, dispensatione: quia sicut prior non extendebatur, ad illud matrimonium ineundum, ita nec ad eius vsum, si inieretur. Ita D. Antoninus, *2. part tit. 1 cap. 11* Palatios, *in 4. dist 32. disp. 2. col 17.* Mozzius, *quem refert, & sequitur.* Vgolinus, *de matrim cap. 20 numer 10.* Tabiena, *v. matrimonium 1. quæst. 2. & v. impedimentum imped. 2 quæst. 5.* Maior, *in 4. dist. 32. quæst. 2 argum. 2. contra 2. conclus.* Veracruz, *part 1 specul. artic. 15 in fine, & dub. 1. in fine, & append. addict. articul. 15. fol. 121* Corduba, *quæst 146 sum. pa 2.* Henriquez, *lib 12. de matrim. cap. 2. num. 9. & in commento littera C.* Viualdus, *in candel sacram. part. 1. vbi de matrim. 140. & part. 3. cap. 14 num. 41.* Rodoriquez, *part. 1. sum. in 2. edit. cap. 242. nu. 2. & in exposit. bull. cruciatæ §. 9 num. 119. & to. 1. qq. regul quæst. 63. artic. 2.* Valentia, *in 4. part. disp. 10. quæst 5 punt. 5. in fine.* Emanuel Sà, *v. debitum coniugale num. 4.* Vega, *to. 2. sum. cap. 129. cas. 51. & 118.* Sanchez, *lib. 4 sum cap. 40. num 63. & lib. 8. de matrim. disp. 11. num. 4. & seq.* Diana, *part. 1. tract. 11. resol. 66.* Tancredus, *lib. 8. de matrim. disp. 12. num. 1. & 2.* Faustus, *in thesaur. relig. lib. 3 quæst 91. num. 3.* & alii.

An Episcopus possit dispensare in votis pœnalibus, & conditionalibus rei reseruatæ? Dub. 6.

83 Respondetur: Quando votum pœnale, seù conditionale, est de præsenti, seù de præterito: vt, Voueo Religionem ingredi in pęnam peccati, quod heri commisi: vel, Nunc propono, me commisurum, si fuit, vel est lęthale: tunc non potest Episcopus dispensare: quia conditio de præterito, non suspendit consensum, nec impedit, votum esse verè absolutum: & ita, vel tunc est omninò validum, si conditio ita se habet: vel est omninò irritum, si conditio non ita se habet, ac proindè cõsensus non suspenditur: vt expressè habetur, *in leg. cum ad præsens, & duplici sequenti ff. si certum petatur,* vbi habetur expressè, hunc non esse actum conditionalem: quia licèt aliqua imperfectio in his votis inueniatur; quia tamen non est talis, ac tanta, qualis, & quanta, in voto vere conditionali pœnali reperitur, non potest Episcopus in his dispensare: vt constat à simili: nam ratione imperfecti consensus deciditur, *cap vnico de sponsalibus in 6.* ex sponsalibus conditionalibus, ante cõditionis euentum, non oriri publicam honestatem: quæ tamen oritur, quando conditio est de præterito, aut de pręsenti, & est vera, vt probant Ioan Andr. *indic. cap. vnico in fine.* Archidiac. *num. 4. in fine.* Dominicus, *§. ille, num. 3.* Siluester, *v. matrimonium 8. quæst. 14. dict. 7* Tabiena, *v. impedimentum impediment. 11. num. vnico.* Couarruu. *4. decretal. par. 2. cap. 6. §. 1. num. vltim.* Sanchez, *lib 7. de matrim. disp 69 num 4.* Antonius Cucus, *lib. 5. institut. moral. tit. 10 num. 50.* & alij. Atque in hoc nulla est difficultas, vt dicunt Suarez. *to. 2. de relig. lib. 6. de voto cap. 23. num. 9.* Sayrus, *in clau. reg. lib. 6. cap. 11. num. 77.* Molfesius, *tom. 1. sum. tract. 11. cap. 15. num. 159.* Sanchez, *lib. 4. sum cap. 40. num. 88 & lib. 8. de matrim. disp. 10. nu. 14.* & alij.

Dubitatur Primò: An quando votum conditionale est pœnale, ac conditio est de futuro: Vt, si lusero, promitto Religionem: vel promitto, me non lusurum, sub pœna Religionis; possit Episcopus dispensare?

84 Prima opinio absolutè negat. Cuius ratio est: quia, ante incursam pœnam

nam non dum est Castitatis votum, aut Religionis: At dispensatio versari non potest circa i', quod non dum est: ita Acosta, *in bull quæst. 73.* & probabilem vocat Philiarchus, *de offic. sacerdo. to. 1. par. 2. cap. 22. versic. penultimo.*

85 Secunda opinio ait: Posse Episcopum dispensare ante completam conditionē: non autem post completam conditionē: Ratio prioris est: quia ante pœnam incursam, non est verè votum Religionis, aut Castitatis; sed abstinendi ab eo vitio, in cuius admissionis pœnam, quasi accessoriè promittitur Religio, aut Castitas. Ratio posterioris est: quia, semel iam incursa pœna, & sic completa conditione, obligatio ad Religionem, vel Castitatem est omninò absoluta, & independens à futuro euentu: At his votis absolutis, nequit Episcopus dispensare. Ita Sotus, *de cauend. iuramen. abus. part. 1. cap 9. & lib. 7. de iust. quæst. 2. artic. 1. ad 4. & quæst. 4. artic. 3. col. 5. versic. vnum vero.* Couarruu. *cap. quamuis pactum part. 1 §. 3. num. 12. de pactis in 6.* Alcozer, *lib. de ludo cap. 13 conclus. 9. & in sum. cap 16. ad finem.* Corduba, *sum quæst. 152.* Angles, *in floribus part. 2. vbi de voto quæst. vnica artic. 8. diffic. 10.* Guttierez, *quæst. canonic. lib. 2. cap. 22 num 50. 51. & vltim.* Rodoriquez, *in expos. bulla cruciata § 9. num. 124 dub 2. quod manet circa votum religionis.* Azorius, *part. 1 lib 11. cap. 10. quæst 3. & cap. 19. quæst. 13.* Lesius, *lib. 2. cap. 40. dub. 13. num. 106. cas. 7.* Graffius, *part. 1. decis. lib. 2. cap. 18 num. 3.* & alij.

86 Tertia opinio absolutè ait: Posse Episcopum dispensare ante, & post impletam conditionem. Cuius ratio estquia, cum hæc reseruatio odiosa sit, ac nimis restringenda, vt probant Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 40. num. 20. & lib. 8. de matrim. disp. 9. num. 5.* & alij: vota hæc tunc reseruata censeri debent, quādo sunt simpliciter Castitatis, vel Religionis: At vota pœnalia conditionalia non sunt huiusmodi: cum enim votum sit actus Religionis, quo quis rem sibi gratam, & acceptam offert Deo in eius cultum, id simpliciter, & perfectè dicetur tale, quod ex vera, & directa rei promissæ voluntate oritur: At in votis pœnalibus conditionalibus nullus est effectus, nullaque voluntas directa rei promissæ in pęnam; sed potius hanc sibi proponit voluntas, tamquam odiosam; & non vult eam: immò potius propositum habet cauendæ eius obligationis. Ita Ouandus, *in 4. dist. 38. quæst. vnica propos. 29.* Medina, *lib. 1. sum. cap. 14. §. 6.* Palatios, *in sum Caieta. v. votum versic. sexto.* Henriquez, *lib. 7. de indulg. cap. 30. num. 6.* Ludouicus Lopez, *part. 1. cap. 44. colum. 2. & par. 2. vbi de clausib cap. 9. colum. 12.* Viualdus, *in candel. sacram. part. 3. cap. 14. à num. 50. vsque ad 57.* Aragonius, *2 2 quæst 88. artic. 12 col. 8.* Hieronymus Rodoriquez, *to 1. qq. regul quæst 63. artic 7.* Antonius Gomez, *in bullæ cruciat. clausul. 10. num. 99.* Vega, *to 2. sum cap. 129 cas. 10. qq. & 114.* Toletus, *lib. 4. sum. cap. 18. num. 11.* Bonacina, *de præcept. disp. 4. quæst. 2. pu. 7 §. 4. nu. 17. versic dixi modo conditio.* Valentia, *2. 2 disp. 6. quæst. 6. pu. 7. colum 10.* Emanuel Sà, *v. votum vbi de voti irritatione num. 11.* Sanchez, *lib. 8 de matrim. disp. 10. num. 8. & lib. 4. sum. cap. 40 num. 9 1.* Sayrus, *in clau. reg. lib. 6 cap. 11. num. 72.* Petrus Ledesma, *to. 1. sum. tract. 10. cap. 8. in 3. part.* Suarez, *to 2. de relig. lib. 6. de voto cap. 23. num. 1. & 6.* Reginaldus, *lib. 18. nu. 337.* Molfesius, *to. 1. sum. tract. 11. cap. 15. num. 159.* Diana, *part. 1. tractat. 11. resolut. 53.* Malderus, *2. 2. tr. 10. cap. 5 dub. 10.* Trullench. *in expos. bullæ cruciatæ lib 1. § 7. cap. 3. dub. 6. num. 12.* Tancredus, *lib 8 de matrim. disp. 10. num. 3.* Sanctarellus, *de facult. confess. cap. 11.* Petrus Prost. *de iubilæo cap. 11 dub. 1.* & alij.

Dubitatur Secundò: An Episcopus possit dispensare in voto conditionali tantum?

87 **P**Rima opinio ait: Non posse Episcopum dispensare in voto conditionali, nec ante, nec post completam conditionem. Cuius ratio est: quia in his votis non militat ratio, quæ in pœnalibus: emittitur enim ex effectu Castitatis, aut Religionis promissæ, quamuis obligatio perfecta suspendatur in euentum conditionis: At pœnalia non proficiscuntur ex amore rei promissæ. Ita Sotus, *lib. 7. de iust. quæst. 2. artic. 1. ad 4.* Nauarrus, *cap. 12. sum. num. 43.* Corduba *sum. quæst. 152.* Guttierez, *lib. 2. quæst. canon. cap. 22. num. vltim.* Aragonius, *2. 2. quæst. 88. artic. 12. colum. 8.* Rodoriquez, *in exposit. bullę cruciatæ § 9. num. 125. & in addit. dict. § 9. num. 116.* Ludouicus Lopez, *part. 1. cap. 44. colum. 2.* Azorius, *part. 1. lib. 11. cap. 19. quæst. 13.* Valentia, *2. 2. disp. 6. quæst. 1. pun. 7. colum. 10.* Vega, *to. 2. sum. cap. 129. cas. 99. num. 12.* & alij.

Secun-

88 Secunda opinio ait: Posse Episcopum dispensare ante conditionem impletam: non autem post completam conditionem. Cuius ratio est: quia post completam conditionem, iam vota hæc sunt absoluta: ergo non poterit in his dispẽsare Episcopus: Ante vero impletam cõditionem potest, quia nullum emittitur votum: & non dum impleta conditione, votum illud non habet perfectam rationem voti. Ita Reginaldus, *lib.* 18.*nu.* 236. Sayrus, *in clau.reg lib* 6.*cap.*11.*nu.*77 Suarez, *to.*2.*de relig. lib* 6 *de voto cap.*22 *num.* 3 *&* 11. Lesius, *lib.* 2.*de iust capit.*40 *dub.* 13.*num.* 106. Vega, *to.*2 *sum.cap.*129.*cas.* 10. Rodoriquez, *part.*2.*sum.cap.*97 *num.* 2.*conclus.*2. Moisesius, *to.*1 *sum.tract.*11. *cap.*15.*num* 160. Filliucius, *to.*2.*tract* 26. *cap* 9.*num.*269. Bonacina, *de pracep.disp.* 4.*quæst.*2.*pun* 7.§.4.*num.*17. *versic dixi modo conditio.* Valentia, 2.2.*disp.*6.*quæst.* 6 *pun.*7.& alij.

89 Tertia opinio absolutè ait: Posse Episcopum dispensare in voto conditionali; non solum ante, sed etiam post completam conditionem. Cuius ratio est: quia, ad discernendum Episcopi potestatem, ad dispensandum in his votis, nõ sola obligatio spectanda sit, quæ, impleta conditione, ex his consurgit: aliàs, nec in voto pœnali rei reseruatæ, possit Episcopus dispensare, impleta conditione, vt potè, quod tunc instar absoluti obligat: quod tamen est contra ipsummet Suarez, & alios auctores contrariæ sententiæ: Sed initium quoq; & radix illius obligationis sunt attendenda: atq; si ea à perfecta voti reseruati natura, & perfectione deficit, poterit Episcopus dispensare: quia, & si impleta conditione, obligatio iam sit absoluta; at radix illius obligationis fuit imperfecta: Hæc autem imperfectio inuenitur in voto cõditionali: radix enim eius obligationis fuit imperfecta voluntas, à futuro euentu pendens, quę in ipsa obligatione, quasi imbibita manet: semper enim est verum dicere, ortam esse eam obligationem ex consensu quodam imperfecto: ergo poterit Episcopus in eo euẽtu, etiã impleta conditione, dispensare: Tum, quia, ferè semper vota hæc conditionalia non procedunt ex Religionis, aut Castitatis affectu; sed ex amore rei, positæ sub conditione, quam vouens obtinere cupit: & vt faciliùs eam comparet, offert Deo ea vota: Sicut, nec vota pœnalia procedunt ex affectu rei promissæ: Ita Toletus, *lib.*4.*sum.cap.*18.*nu.*11. Antonius Gomez, *in bull. cruciat. clausul.* 10 *num.*99. Petrus Ledesma, *art.*2.*sum. tract.*10.*cap.*8.*fol.*1216. Sanchez, *lib.*8 *de matrim.disp.*10 *num.*10 *& lib.*4.*sum.cap.* 40.*num.*99. Diana, *part.*1.*tract.*11.*resolut.* 54 *& part.*3.*tract.*5.*resolut.*25. *versi.octauo puto.* Layman, *in theolog.moral lib.*4. *tract.*4 *cap.*8 *num.*10.*versic.porrò cur votum* Petrus Prost. *de iubilæo cap.*11. *dub.* 2.& alij.

An Episcopus possit dispensare in votis Populi, cuiusque emissi?
Dob. 7.

90 SI loquamur respectu ipsorum emittẽtium, affirmatiuè respondetur: quia id votum est ex quinque reseruatis. Et ita dicendum est, respectu aliorum eiusdem communitatis, aut successorum, quia tunc potest Episcopus dispensare, sicut potest in suis præceptis, & in festis à se indictis. Quamuis hæc dispensatio fieret absque causa: quia per dispensationem non tollitur propria obligatio voti; sed alia, quæ per eamdem iurisdictionem, & potestatem Ecclesiasticam introducta fuit. Ita Suarez, *to* 2.*de relig. relig.lib.*4 *de voto cap* 9.*num.*11. Sanchez, *lib.*4.*sum.cap* 41.*num.*1. & alij.

Dubitatur: An Episcopus possit dispensare in voto, emisso in fauorem tertij, illudue commutare, absque illius tertij consensu. Vt v.g Vouit Petrus, dare calicem certę Ecclesiæ: aut certo pauperi eleemosynam, aut se ministraturum certo Xenodochio?

91 NEgatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia, fauore causæ piæ, valet donatio, & promissio in absentia facta, vt multi dicunt, quos refert Sanchez, *lib.*1.*de matrim.disp.*6 *num.*16. ita etiam votum. Vndè Episcopus non poterit dispensare. Ita D.Antoninus, 2. *part.tit* 11.*cap.*1. §.*vltim.* Rosella, *v. votum* 5.*num* 6. Sarmiento, *lib.de redditib. Eccles.part.*4.*cap.*3. *num.*3. *&* 4. *indefensorio illius* 1 *part.monit.*17. & alij.

92 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia promissio, seu votum tantum fit Deo, seu Sanctis; non autem tertiæ personæ: vndè tertiæ illi personæ nullũ est ius acquisitum: ergo, ad illa reuocã-

per

per dispensationem, aut commutationem, solus Dei, & Prælatorum eius vices gerentium, consensus exigitur, sicut in alijs votis, in nullius fauorem cedentibus. Ita Lesius, *lib. 2. cap. 40. dub. 11. nu. 90 & cap. 42 dub 11 num. 58.* Palatios, *in 4. dist. 38 disp. 3. col. 30.* Angelus, *v. votum 3. num. 26.* Siluester, *v. votum 4. quæst. 7. dict. 4.* Armilla, *v. dispensare num. 21.* Tabiena, *v. dispensatio quæst. 1. monit 60. per totum in antiqua autē apologia in lib. de redditib. quæst. 1. toto num. 70.* Angles, *in floribus part. 2. quæst. unica, de voto art. 8. diffic. 6. post. 2. propositionem.* Graffius, *part 1. decis. lib. 2. cap. 30. numer. 11. & 12.* Ludouicus Lopez, *part. 1. cap. 49.* Petrus Ledesma, *to. 2. sum. tract. 10. cap. 8. immediatè ante tract. 19.* Rodoriquez, *tom. 1. qq. regul. quæst. 63. artic. 4.* Henriquez, *lib. 7. de indulg. cap. 30. num. 5. in commēt. littera K. & num. 6.* Viualdus, *in candel. sacr. part. 3. cap. 14 num. 16.* Emanuel Sà, *v. votum de irritat. voti num. 14.* Sayrus, *in clau reg. lib. 6. cap. 11. num. vltim.* Azorius, *part. 1. lib. 11. cap. 19 quæst. 12.* Suarez, *tom. 2. de relig. lib. 6. de voto cap. 15. à num. 3.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 42. num. 7.* Molfesius, *to. 1. sum. tract. 11. cap. 15. num. 167.* Diana, *part. 1. tract. 11. resolut. 47.* Filliucius, *to. 1. tract. 26. cap. 9. num. 257.* Io. del Cruz, *in direct. conscient. part. 1. precept. 2. articul. 2. dubio 10. conclus. 2.* Leo, *de iubilaeo part. 2. quæstion. 12. numer. 72.* Bonacina, *de precept. disput. 4. quæstion. secund. punt. 7. §. 4. numer. 23.* Layman, *in theolog. moral. lib. 4. tract. 4. cap. 8. num. 12. & alij.*

93 Limitant hanc sententiam Molfesius, *num. 169.* Bonacina, Layman, Sayrus, & alij: Nisi huiusmodi votum non fuerit acceptatum: quia si fuerit à Præposito, vel Paupere acceptatum, non poterit Episcopus dispensare: quia est contra ius acquisitum tertio irreuocabiliter: & successiuè, illo tertio non consentiente, fieri nequit reuocatio, vt est Axioma vulgatum.

94 Sed hanc limitationem impugnant Bartholomeus à S. Fausto, *in thesaur. relig. lib. 9. quæst. 51.* Suarez, *num. 10.* Sanchez, *num. 11.* Diana, *dict. resolut. 47.* & alij: quia ad hanc commutationem, vel dispensationem, non est necessarius consensus illius, in cuius vtilitatem votum obseruatum cederet: quia, venera homini nulla facta est obligatio per tale votum: vndè non est, cur illius consensus requiratur; si aliàs iusta causa dispensationis, vel commutationis intercedit.

An Prælati Regulares possint circa suos subditos vota dispensare, sicut Episcopi circa suos Diœcesanos?

Dub. 8.

95 De hoc satis diximus, *in dub. 3. num. 28.* vbi constat: Posse Prælatos Regulares cum suis subditis dispensare, sicut possunt Episcopi cum suis subditis suæ Diœcesis.

96 Vndè Primò: Possunt Prælati dispensare in votis, emissis ex sua licentia. Ratio est: quia, siuè ea licentia præiudicat potestati dominatiuę, siuè non; nullatenus tamen præiudicat spirituali, à qua dispensatio manat; cum vtraque potestas diuersæ valdè rationis sit. Ita Aragonius, *2. 2. quæst. 88. artic. 8.* Siluester, *v. votum quæstion 4. dict. 9.* Tabiena, *v. votum 5. quæst. 4. num. 5. in fine.* Caietanus, *2. 2. quæst. 88. articul. 8. colum. 3.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 42. num. 4.* Suarez, *cap. 10. num. 17.* & alij.

97 Secundò: Potest Prælatus dispensare in voto Religiosi, non committendi alicuius peccati, sicut potest Episcopus erga suos diœcesanos. Ratio est: quia, & si Religiosi non subduntur Prælato, quò ad obligationem eius vitandi peccati: subduntur tamen, quò ad nouam voti obligationem. Ita Sotus, *in clau reg. lib. 6. cap. 10. num. 8.* Aragonius, *2. 2. quæst. 88. articul. 8. dub. 1. conclus. 4.* Emanuel Rodoriquez, *part. 1. sum. cap. 89. num. 5.* Hieronymus Rodoriquez, *in comp. qq. regul. resolut. 140. num. 3.* Caietanus, *2. 2. quæstion. 88. artic. 8. ad finem, in solut. ad penult.* Angles, *in floribus part. 2. quæst. vnica, de voto artic. 7. difficult. 2. in 3. conclus.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 42. num. 6.* & alij. Et ita dicendum est de voto, seruandi præcepta Dei: Vt, de non mentiendo, & similibus: quia, licet non cadat sub potestate Prælatorum dispensatio præcepti diuini; cadit tamen illa noua obligatio subditi. Ita supracitati Doctores.

98 Tertiò: Prælati Regulares possunt dispensare omnia vota simplicia subditorum, emissa post professionem; etiam si sit votum transeundi ad arctiorem Religionem, quamuis non possunt irritare. Ratio est: quia irritare, est voluntatem alterius coarcere: dispensare

verò est spontaneæ subditi, petentis dispensationem, voluntati annuere ratione spiritualis in ipsum potestatis: quia, etiam Superior habet iurisdictionē spiritualem in Monachum: atque adeò, tempore, quo votum illud emisit, ita erat sub Prælati potestate, vt teneatur sequi eius voluntatem: vndè grauamen eius per dispensationem tollere poterit. Ita Emanuel Rodoriquez, *part. 2. sum. cap. 89. numer.* 3. Hieronymus Rodoriquez, *in comp. qq. regul. resolut. 52. num. 31. & resolut. 52. num. 31. & resolut. 140. num. 4.* Vilalobos, *tom. 2. sum tractat. 35. difficult. 13. numer. 19.* Aragonius, *2. 2. quæst. 88 artic. 1. dub. 1. conclus. 5.* Lessius, *lib. 2. cap. 40. dub. 13. num* 107. Sayrus, *in clau. reg. lib. 6. cap. 11. num. 90. & 91.* Azorius, *part. 1 lib. 11. cap. 22. quæst. 12.* Suarez, *tom. 2. de relig. lib. 3. de voto cap. 6. num. 23. & lib. 6 cap. 7. num. 9. & cap. 10. num. 16. & tom. 3 lib. 4. cap. 6. numer. 15.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 42. numer. 2.* Nauarrus, *commentar. 4 num. 22. de regul. & lib. 3. consil. titul. de voto, in priori edit. consil. 30. num 3. in poster. consil. 40. num. 4.* Emanuel Sà, *v. votum vbi de irritatione num. 48.* Paludanus, *in 4. dist. 39 quæst. 4. artic. 4 conclus. 5.* Caietanus, *2. 2. quæst. 88 artic. 8.* Sotus, *lib. 7. de iustit. quæst. 4. artic. 1. & quæst. 4. artic. 3.* Diana, *part. 1 tract. 1. resolut. 91.* Miranda, *in manual. prælat. tom. 2. quæst. 32. artic. 1. conclus. 8.* & alij.

99 Quartò: Quamuis Prælatus inferior non possit irritare votum, licentia Prælati superioris emissum, vt *in cap. 8. num. 25.* diximus; attamen potest dispensare in eo. Ratio disparitatis est: quia, cum irritatio pertineat ad potestatem dominatiuam, aduersatur dominio Superioris, qui eam licentiam concessit. At dispensatio, cum sit diuersæ potestatis, minimè illi præiudicat. Ita Suarez, *tom. 2. de relig. lib. 6. de voto cap. 10. num. 18.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 42. num. 5.* & alij. An ad valorem dispensationis requiratur causa, diximus, *in lib. tract. 1. capit. 9. dub. 10. vsque ad dub. 17.*

An Prælatus peccet, dispensando in voto, non admiscendo aliquam commutationem?

Dub. 9.

100 Sotus, *in lib. 7. de iust. quæst. 4. art. 3. col 8. vers. Hinc ergo fidelis.* Rodriquez, *par. 1. sum. cap. 100. num. 4 ad finem, & in bulla cruciata* §. 9. *num. 107. in fine,* & Ouandus, *in 4. dist. 38. disp. vnica proposit. 29.* affirmant: Et ita dicunt de petente: & probabilem vocat Suarez, hanc opinionem: quia est infidelis dispensator.

101 Alij verò dicunt, vtramque culpa vacare, si causa iusta dispensationis adsit; quamuis possit Superior commutationem aliquam miscere. Ratio est: (vt ait Sanchez) quia manifestum est, Prælatum gaudere potestate, non solum commutandi vota, & partim dispensandi adiuncta dispensatione; sed etiam dispensandi omninò absque commutatione adiuncta (quod vniuersi Doctores supponunt tamquam rem certissimam:) ergo, quoties adest iusta causa totalis dispensationis, nulla est culpa ea vti: Prudens enim illius facultatis vsus solam iustam causam petit: sicut in quacumque alia administrandi commissione contingit. Et confirmatur: quia, si vsus potestatis omninò dispensandi non posset esse absque peccato, vana, immò, mala esset ea potestas: ergo quando causa est talis, vt sufficiat ad integrum illius potestatis vsum, ille erit licitus. Præterea, quia id probat vsus: quando enim Episcopi dispensant in voto castitatis cum Coniugato, ad petendum; numquam solent commutationem aliquam imponere: eo quod, ratione vehementissimi periculi sit aperta integræ dispensationis causa. Ita Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 46. num. 2. & lib. 8. de matrim. disp. 9. num. 18.* Caietanus, *2. 2. quæstion. 88. artic. 12. dub. 12. versicul. ad euitantium causa in fine.* Nauarrus, *cap. 12. sum. num. 63.* Suarez, *tom. 2. de relig. lib. 6. de voto cap. 17. num. 18. in fine.* Vndè sequitur carere culpa petentem eam dispensationem: & ita Tancredus, *lib. 8. de matrim. disp. 9. num. 8. versic. denique hic.*

102 Quando verò causa est adeò vrgens, vt petat talem dispensationem, non licebit Prælato cogere subditum, ad aliquam partialem voti commutationem admi-

admiscendam: quia, tunc tenetur Prælatus (ex vi sui muneris) ad illam concedendam. Ita Suarez, *to. 2. de relig lib. 6 de voto cap. 17. nu. 21.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 46. num. 5.* & alij.

An qui potest dispensare in votis, possit etiam commutare? diximus, *in lib. 1. tract. 1. cap. 9. dub. 3. num. 65. & 66* Et An qui habet potestatem dispensandi in votis, possit etiam, & in iuramentis? diximus, *in d. num. 3. dub. 3, num. 68 & 69.*

An Regulares possint dispensare in omnibus votis, in quibus possunt Episcopi? Dub. 10.

103 Respondetur affirmatiuè. Quia Regulares habent, ex priuilegijs Summorũ Pontificum, potestatem dispẽsandi in votis, in quibus dispensare possunt Episcopi cum suis subditis; demptis votis peregrinationis vltra duas dietes. Vnde, Mendicantes possunt dispensare in votis sæcularium, iure communi Episcopis commissis; & ea commutare in alia pietatis opera toties, quoties opus fuerit ex Eugenio IV. pro Benedictinis, & Paulo III. pro Societate: exceptis votis Vltramarinis Petri, & Pauli, in Vrbe Sancti Iacobi in Compostella, Castitatis, & Religionis. Idem extendit Gregorius XIII. anno 1575. ad vota iurata: saluo tertij præiudicio: & Innocentius VIII. concessit Medicantibus, posse dispensare in votis, in quibus possunt Episcopi; exceptis votis peregrinationis vltra duas dietes. Et Martinus V. concessit, vt possint dispensare in votis omnibus, etiam Episcopo reseruatis. Nõ tamen possunt dispensare in iuramentis absolutis Castitatis, & Religionis. Possunt etiam dispensare in votis pœnalibus, quamuis pœnæ oppositæ sint reseruatæ Papæ: Vt si quis voueat ieiunium, sub pœna Castitatis. Ita Sotus, *lib. 8 de iust. quæst. 11 artic. 9 pun. 688.* Nauarrus, *cap. 27. sum. num. 272.* Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 43. num. 4. & cap. 53. num. 8. & 9. vbi de iuramentis, & cap. 54. nu. 3. & 22.* Suarez, *to. 2. de relig. lib. 6. de voto cap. 14. nu. 11. & 12.* Saurez, *in clau. reg. lib. 6. cap. 11. num. 72.* Ledesma, *2. to. sum tract. 10 cap. 8. post 4. dictum.* Vilalobos, *part. 1. sum. tract. 27. conclus. 9.* Henriquez, *lib. 7. de indulg. cap. 30. num. 6.* Diana, *part. 3. trac. 2. resolut. 9. & tract. 5. resolut. 25.* Tancredus, *2. 2. disp. 5. quæst. 4. num. 92.* Sancius, *in select. disp. 14. num. 2.* Layman, *in theolog. moral lib. 4 trac. .. cap. 80. nu. 17.* Tamborinus, *de iure Abbat. to. 2. disp. 19. quæst. 2. num. 2.* Aloisius Barriola, *in aphorismis, littera R. votum.* Hieronymus Rodoriquez, *in comp qq. regul. resol. 31. num. 31 & resol. 52. num. 140.* Molfesius, *to. 1. sum. tract. 11. cap. 15. num. 162.* Emanuel Rodoriquez, *tom. 1. qq. regul. quæst. 55. artic. 17.* Miranda, *in manual. prælat. to. 1. quæst. 47. artic. 6.* Tancredus, *lib. 8. de matrim. disp. 16. num. 1.* & alij.

104 Præterea, ait Tancredus, *num. 1.* Prouintiales Mendicantium possunt concedere suis subditis, approbatis iuxta Tridẽt. ad cõfessiones audiendas, vt possint dispensare ad petendũ debitũ cũ his, qui ante matrimonium emiserunt votum castitatis. Quod priuilegium valet, siuè votum emissum fuerit ante matrimonij consummationem; siuè non, & etiam intra bimestre: modò non fuerit votum ingrediendi Religionem, casu quod ad id teneretur vouens iuxta supradicta: tunc enim non possunt in hoc dispensare: quod si votum fuerit emissum post initum matrimonium, poterunt etiam in eo absolutè dispensare iuxta, *d. nu 103.*

105 Duas dietas (Sanchez, *lib. 8 de matr. disp. 16 num 1.* Bartholomeus a S. Fausto, *in thesau. relig. quæst. 173. num. 1.* Hieronymus Rodoriquez, *in comp. qq. regul. resolut. 32. num. 6.* & Emanuel Rodoriquez, *in exposit. bullæ cruciatæ §. 9. num. 141.* dicunt) esse viginti leucas. Quamuis Emanuel Rodoriquez, *in to. 2. qq. regul. cap. 100 num 2.* dicat, esse quatuordecim leucas: sed credo, esse errorem Typographi: quia refert ad prædictum §. bullæ esse viginti leucas.

106 Sed hi Doctores non explicant sensum dictorum verborum: nam (*leuca*) vulgò (*lega*;) est nomen æquiuocum, & secundum diuersas nationes, plura, vel minora millearia significat. Si quidem alicubi, significat quatuor, vel quinque millearia: alicubi, otto: & forsitan, in Prouintijs dictorum auctorum, minorẽ numerum significat. Igitur, de iure dieta (de qua fit mentio, *l. ligni appellatio §. lignis autem ff. de legat. 3.* ibi *siuè dietarum*) est itineratio vnius diei, in qua assignantur itineranti viginti millearia singulo die, vt post Geminion *cons. 37. num. 4.* notat Tuschus, *in verbo dieta conclus. 405.* Vndè votum peregrinationis vltra dies dietes, intelligitur de peregrina-

grinatione, quæ duobus diebus compleri nequit, & ad summum est sexaginta milliariarum: & ita se habet communis praxis, & docent Molfesius, *to. 1. sum. tract. 11. cap. 15. num. 134.* & Diana, *par. 3 tract. 2. resolut. 111.*

107 Hic denique nota, quod supradicta opinio procedit, quando Episcopus dispensat vt Episcopus, non autem quando dispensat, vt Sedis Apostolicæ delegatus: quia in tali casu, Confessarij Regulares non possunt tale votum dispensare, vel virtute alicuius priuilegij commutare. Ita Barbosa, *de potest Episcop. part. 2 alleg. 37. num. 14.* Hieronymus Rodoriquez, *in comp. qq regul. resolut 31. nu. 32:* P Leone, *in tract. de iubilao part 2. q. 13. sect. 2. num. 97.* & alii, & de bulla cruciatæ Diana, *part. 1. tract. 11. resol. 56.*

Dubitatur: An Regulares, virtute suorum priuilegiorum, possint commutare, vel dispensare vota extra confessionem?

108 NEgatiuè respondet prima opinio: quia est differentia inter dispensationem votorum, factam ab Episcopo, & illam quæ fit per confessarios regulares. Quæ enim fit per Episcopos, & alios Superiores erga suos subditos, potest fieri tam in actu confessionis, quam extra, & valida est etiam in foro exteriori: hoc enim faciunt per viam auctoritatis, & potestatis ordinariæ, & satis est, vt quouis modo velint, vota dispensare, vel cõmutare: at in confessariis regularibus, solum in actu confessionis, vel in ordine ad facultatem, habebunt, dispensandi, & commutandi vota. Ita Sayrus, *in clau. reg. lib 5. cap 8. nu. 10 in fine, & lib. 6. cap. 3. num* 105. Peregrinus, *in addit. quæst. 22.* Molfesius, *to. 1. sum. tract. 4. cap. 12. nu. 46. & tract. 11. cap. 15 num. 163.*

109 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia priuilegia fauorabilia sunt, & late interpretanda: quia licèt sint priuilegia, iuri communi derogantia, vndè etiam odia iuris dicuntur, & odia sint restringenda: tamen hoc nõ habet locum quando priuilegium in fauorem publicum concessum est: tunc enim non odiũ, sed fauor, Principisque beneficium censetur: & ideò, latè interpretandum est, quantum eius verba patiuntur. Ita Glossa, & Panormitanus, *in cap. final. num. 2. de simonia.* Quod multo magis procedit, quando huiusmodi facultas non particulari alicui, sed integrè ordini largita est, vt est in casu nostro, quo casu etiam fauorabilis censetur, & extendenda. Ita Tamborinus, *de iur. Abbat. to. 2. disp. 19 quæst. 2. num. 2.* Aloysius Bariola, *in aphorism. littera V. verb votum.* Suarez, *to 2 de relig. lib. 6. de voto cap. 16. n. 4.* Salas, *de leg. disp. 10. sect. 10. num. 98.* Sanchez, *de matrim. lib 8. disp. 34. nu 24. & lib 4. sum. cap. 54. num. 16.* Palaus, *to. 1. tract. 10. disp. 6. cap. 15. §. 1. num 6.* Tancredus, *lib. 8. de matrim. disp. 34 num 9.* Layman, *in theolog moral. lib. 4. tract. 6 cap. 10. nu. 21.* Diana, *part 3. tract. 2. resol 9. & tract. 5. resol. 25 & par. 4. tract 4. resol. 8.* Henriquez, *lib. 7. de indulg. cas 30 num. 6.* Sancius, *in select. disp. 14. num. 2.* & alij, & probabilem vocat Molfesius, *locis citatis, num. 164.*

110 Nota etiam, quod prædicta priuilegia possunt exercere Religiosi erga omnes, ad se venientes; & non solum, erga subditos Episcopi illius diœcesis, in qua ipsi sunt: nam hæc priuilegia sunt ampliãda, cum sint fauorabilia, concessa scilicet, toti Religioni Ita Diana, *part. 3. tract. 5 resol 25. versic 4 regulares ante medium.* Tancredus, *lib. 8. de matrim. disp. 16. num. 4.* & alij. Requiritur tamen, vt dicti confessarij habeant facultatem ab eorum Generale, vt possint huiusmodi votis cum sæcularibus dispensare. In aliquibus solum à Prouintiale petunt licentiam: vt in nostra Fratrum strictioris Obseruantiæ: vbi solum fratres, seù confessarij petunt licentiam à Prouintiale.

An dispensatio voti sit subreptitia, tacito iuramento: vel iuramenti, tacito voto? Dub. 10.

111 REspondeo cum Sanchez, *lib. 4. sum. cap. 47 à nu. 30.* Suarez, *to. 2. de relig. lib. 7 de voto cap. 14 à num. 9.* & Merolla, *to. 2. disp. 4. cap. 6. num* 379. Non reputari errorem in substantia, quando vinculum verum, & falso expressum sunt omninò æquiparata quò ad dispensationem: vt, sunt votum, & iuramentum, factum Deo in eius honorem: & ideò valebit dispensatio, vtrumuis loco alterius falsò exprimatur: vt, si dicatur esse votum, cum sit iuramentum, vel è contra: quia, licèt in rigore speculatiuo (vt ait Suarez) sint diuersarum rationum, votum, & huiusmodi iuramentum: tamen moraliter, & in ordine ad vsum moralẽ, iudican-

iudicantur paria, id iuramentum habet eumdem modum dispensationis cum voto: & in vtriusque vinculi ablatione, consideratur solus Deus, vt creditor, & vt illi, tamquam creditori, satisfiat. Nec multum ad mores spectat, an Deus sit creditor ex mera promissione, an ex inuocatione testimonii diuini: sed sola spectatur obligatio, ex religionis vinculo, facta Deo: quare id mendacium non est circa aliquid substantiale dispensationis, & ideò illam non vitiat. Nec refert, siuè iuramentum illud includat promissionē simul cum diuini nominis inuocatione, siuè solam eam inuocationē: quia vtrouis modo factum, reputatur, secundum communem extimationem, votum, vt optime dicunt Sanchez, Suarez, & Merolla, locis citatis.

Quid dicendum, quando adsunt expressè simul votum, & iuramentum, factum soli Deo?

112 Prima opinio ait: Explicandum esse vtrumque vinculum. Ita Ledesma, *to. 2. sum. tract. 11. cap. 3. in fine.* Et ita videntur dicere Doctores, qui dicunt: Facultatem, delegatam ad dispensandū in votis, vel iuramentis, non extendi, quando adsunt expresse votum, & iuramentum eiusdem rei. Ita Azorius, *part. 1. lib. 11. cap. 10. quæst. 2. & cap. 18. quæst. 16* Rodoriquez, *part. 2. sum cap. 102. in fine, in 1. edit.* Henriquez, *lib. 7. de indulg. cap. 30. num. 1. in comment. littera T.* Lessius, *lib. 2. cap. 4. dub. 11. num. 94. in fine* Sayrus, *in clau. reg. lib. 5. cap. 8. num. 9. versic. dixi absque priuilegio*, & alii.

113 Secunda opinio ait: Si iuramentum sit accessorium voto; vel è contra; satis est, explicare vinculum principale. Vt, si iuramentum est emissum in voti confirmationem, sufficit explicare votum: & è contra, si votum in confirmationem iuramenti, satis est, explicare iuramentum: quia accessorium nulla indiget dispensatione; sed indirecte cessat, ablato principali. Et idem dicendum est, quamuis alterum vinculum negetur: quia non est falsitas circa rem substātialem. Ita Suarez, *d. cap. 14. num. 25.* Sanchez, *lib. 8. de matrim. disp. 2. nu. 24.* Tancredus, *lib. 8. de matrim. disp. 2. queres 3. num. 11.* & alij.

114 Quando autem non additur nouum vinculum, sed idemmet repetitur, vt idē votum, aut idem iuramentum, non est opus, mentionem repetitionis fieri: quia votum repetitum, quasi idem reputatur, & nullam nouam obligationem inducit, sed solum pristinam confirmat. Ita Tancredus, *lib. 8. de matrim. disp. 2. num. 11.* Sanchez, *lib. 7. de matr. disp. 27. num. 25. & lib. 4. sum. cap. 47. num. 32.* Suarez, *d. lib. 6. de voto cap. vlt. num. 12.* Merolla, *tom. 2. disp. 4. cap. 6. num. 381.* & alij.

DE COMMVTATIONE VOTI.

Cap. 10.

Quid sit Votum commutare? Dub. 1.

1 BOnacina, *de præcep. disp. 4. quæst. 2. pu. 7. §. 3. num. 1.* ait, nihil aliud esse, quā loco prioris obligationis, aliam substituere.

Qui nam possunt Vota commutare?
Dub. 2.

2 REspondetur: Omnes, qui possunt vota subditorum dispensare, possunt

sunt etiam ea vota commutare. Ratio est: quia, dum in commutatione requiratur potestas spiritualis dispensandi, residet etiam potestas commutandi. Ita Sayrus, *in clau reg lib.6.cap.12.num.15.* Siluester, *v.votum 4. quæst.3.* Sanchez, *lib 4.sum cap.52.num.1.* Venerus, *lib. 3. cap.7.num 2.* Molfesius, *to.1.sum.tract.11. cap.15.num.199.* Reginaldus, *lib.18.nu. 347.* & alij.

3 Vndè nec Laici, nec Clerici coniugati sunt capaces commutandi vota, nisi ex Pontificia dispensatione: neque Fœmina est capax illius potestatis. Vndè Abbatissa non potest vota monialium commutare: quia caret spirituali iurisdictione. Ita Suarez, *to.3.de relig lib.6. de voto cap.7.num.vltim.* Ledesma, *to.2 sum.tr. 10 cap.7 ad finem.* Ouandus, *in 4.dist.38. disp vnica prop 19.* Alcozer, *sum.cap.16.* Lesius, *lib 2.cap 40.dub. 14.nu 107.versic. Abbatissa.* Sanchez, *lib 4.sum.cap 49.nu. 24.* Portella, *in dub.regul.v Abbatissa nu. 1.* Emanuel Rodoriquez, *to.1. qq regul. quæst.25. num.5.* Hieronymus Rodoriquez, *in comp qq regul. resolut.2.num.12.* Molfesius, *to.1 sum tract 11.cap.15 num. 199* & alij. Neque Clerici, Sacerdotes, & Confessarij possunt vota commutare, nisi data esset auctoritas ab habente auctoritatem ordinariam, vel delegatam.

An Vouens possit commutare vota sua in euidenter melius? Dub.3.

4 Negatiuè respondet prima opinio: sed requiri auctoritatem Prælati. Cuius ratio est: quia, *in cap licet de regularib.* sic habetur: Non licet Religioso professo transitus à laxiori adstrictiorem Religionem, nisi petita Superioris licentia: cum tamen constet, commutationem hanc esse in melius. Tum *ex cap. primo, de voto*: vbi Pontifex ait: Commutationem voti ab eius, qui præsidet arbitrio pendere. Tum quia, non in propria causa est Iudex: nec potest vti potestate in seipsum: eò, vel maximè quod priuati, iurisdictione prorsus careant. Tum quia, Ieiunium, lege, aut sacramentali pœnitentia iniunctum, nequit in melius auctoritate propria commutari. Ita D. Thomas, *in 4.dist.38.quæst.1.articul.4.q. vlt.in corpore.* Innocent. *cap peruenit el. 2. num.vnico de iure iurando.* vbi Ioann. Andr. *statim in principio.* Hostiens, *num. 1.* Baldus, *num.2.* Panormit. *num.2.* Bellamera, *num.2.* Felinus, *num 1.* Alexand. de Neuo, *num 7 & 8.* D.Bonauentura, *in 4.dist 38. artic.2.quæst.2.* vbi Riccard. *artic.8.quæst.1.* Palatios, *disp.3. colu 29. fol.875.* Siluester, *v.votum quæst.7.dict.2.* Filliucius, *to.2.tract 26.cap.20.num.285.* & alij.

5 Secunda opinio ait: Nulla opus est Superioris auctoritas, ad commutandum votum in rem manifestè meliorem: sed quēcumque posse propria auctoritate sic commutare. Ratio est: quia talis voti commutatio est consentanea fini voti, qui est promouere homines ad melius bonum, & Deo magis gratum: ergo, vbi in melius commutatur, optimè impletur. Tum quia, quando in promissione est moraliter certum, Creditorem acceptare solutionem; certum etiam est, illum sufficere, ad implēdam promissionem: Sed hic est moraliter euidens, acceptari à Deo maius obsequiū, prętermisso minori: nam semper vult fieri à nobis, quod est melius, & sibi gratius. Tum quia votum numquam cogit, ad eligendum minus bonum, etiā supposito, quod homo nolit vtrumque bonum facere: quia hoc etiam esset contra finem voti, & contra rationabilem voluntatem, quę in Deo semper præsumitur: ergo, etiam si homo (non ex necessitate, qua non potest vtrumque bonum facere, sed ex voluntate, quia non vult vtrumque simul facere) eligat melius opus, per illum implet votum. Ita Imola, *cap.perueniens el.2.num.2 de iureiurando.* Maior, *in 4. dist.38.quæst 3.colum 3.* Angelus, *v.votum 4.num.2.in fine.* Caietanus, *2.2 quæst. 88 artic.12 paulo post principium, & in sum.v.votum cap vlt.* Armilla, *v.votum num 14.* Sotus, *lib.7.de iust.quæst 4.art. 3 colum.2.versic at de commutatione.* Nauarrus, *cap.12 sum.num.75.* Lesius, *lib.2 de iust.cap.40. dub.11.num 87.* Couarru. *de pact.part.1.§.3.num.4.* Corduba, *sum. quæst.149.* Aragonius, *2.2 quæst.88 art 12.dub.1.dict.1.* Alcozer, *sum.cap.16 de commut.votorum concl.3 fol.57.* Pedrazza, *in sum.præcep.1 §.8.* Medina, *lib.1.sum. cap.14.§.7.* vbi agit de commutatione votorum *concl.3.regul.3.* Graffius, *part. 1.decis.lib.2.cap.30.num.1.& 5.* Ouandus, *in 4.dist.38 disp vnica propos.25.* Philiarcus, *de offic.sacerd.to.1.part.2.lib.3.cap.22 in fine.* Ludouicus Lopez, *part.1.cap.49. ad finem.* Angles, *in florib.part.2.quæst. vnica, de voto artic.8.diffic.4.concl.1.& 2.*

Rodo-

Rodoriquez, *in expos. bullæ cruciatæ* §. 7. *num*. 105. & *part*. 1. *sum. cap*. 12. *num*. 5. Valentia, 2. 2. *disp*. 6. *quæst*. 6. *pun*. 7. *colum*. 9. Sorbus, *in compend. priuileg. mendic. v. votum in annotationibus suis notab*. 2. Suarez, *to*. 2. *de relig. lib*. 6. *de voto*, *cap*. 18. *à num*. 4. Toletus, *lib*. 4. *sum. cap*. 18. *num. penult*. Emanuel Sà, *v. votum, vbi de irritatione votorum num*. 10. Henriquez, *de pœnit. lib*. 4. *cap*. 30. *num*. 5. Filliucius, *tr*. 26. *cap*. 10. *quæst*. 2. *num*. 282. Bonacina, *de præcep. disp*. 4. *quæst*. 2. *pun*. 7. §. 3. *num*. 3. Layman, *in theolog. moral. lib*. 4. *tract*. 4. *cap*. 8. *num*. 19. Sanchez, *lib*. 4. *sum. cap*. 49 *num*. 4. Reginaldus, *lib*. 18. *nu*. 347. Molfesius, *to*. 1. *sum. tract*. 11. *cap*. 15. *num*. 195 Trullench. *lib*. 2. *decalog. cap*. 2. *dub*. 45. *num*. 3. Bartholomeus à S. Fausto, *lib*. 4. *quæst*. 7. *num*. 4. Ludouicus à Cruce, *in exposit. bull. disp*. 1. *cap*. 6. *dub*. 3. *num*. 2. Diana, *pa*. 3. *tract*. 5 *resol*. 25. Sancius, *in select. disp*. 14. *num*. 3. Portella, *in addit. dub. regul. v. voti commutatio num*. 88. Bardis, *in expos. bull. cruciat. par*. 1. *tract*. 2. *sect*. 1. *num*. 11. & alii.

6 Vndè, qui vouit, eleemosinam se daturum certæ personæ pauperi; antequã ei per acceptationem ius acquisitum est, potest propria auctoritate mutare animum, vt detur alteri pauperi, si appareat tale opus Deo gratius fore. Ita Sanchez, *lib*. 4. *sum. cap*. 49. *num*. 6. Layman, *in theolog. moral. lib*. 4. *tract*. 4. *cap*. 8. *nu*. 19. & alii.

Dubitatur: *An vouens possit commutare vota sua, reseruata Papæ, in euidenter melius?*

7 AFfirmatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia, quando Papa sibi reseruat aliquius voti commutationem, intelligendum est, dummodò res sit dubia, ita vt non euidenter constet, An id, in quod commutatio fit, melius sit: potest enim aliquando votum hoc in tali persona fieri, vt probabiliter dubitari possit, an melius esset illud seruare; aut, eo dimisso, Religionem intrarè. Ita Sayrus, *in clau. reg. lib*. 6. *cap*. 12. *num*. 10. Aragonius 2. 2. *quæst*. 88. *artic*. 12. Valentia, 2. 2. *disp*. 6. *quæst*. 6. *pun*. 7. *versic. hac ipsa ratione*. & de voto vltra marino Caietanus, *in sum. v. votum cap. vlt*.

8 Secunda opinio negat. Cuius ratio est: quia, *in extrauag. & si Dominici*, Pontifex expressè statuit, quòd nemò, quacumque etiam Episcopali, aut maiori fulgeat dignitate, prædicta quinque vota commutare possunt: & hoc ipsum confirmat, *in cap ex multa*. Et sic patet facultatem, commutandi vota ista, ablatam esse ab inferioribus personis, & Pôtifici dumtaxat esse reseruatam. Reseruatio enim hoc facit, nempè demere potestatem commutandi, quæ in inferioribus reperiebatur. Ita Sotus, *lib*. 7. *de iust. quæst*. 4. *artic*. 3. *ad* 3. *versicul. at vero quando*. Suarez, *lib*. 6. *de voto cap*. 21. *num*. 17. Sanchez, *lib*. 4. *sum. cap*. 52. *à num*. 4. Ludouicus de Cruce, *in bulla cruciata disp*. 1. *cap*. 8. *dub*. 2. *num*. 21. Layman, *in theolog. moral lib*. 4 *tract*. 4. *cap*. 8. *num*. 19. *versic Excipi vero*. Bardis, *in expos bull. cruc. par*. 2. *tract*. 7. *cap*. 2. *sect*. 5. §. 7. *à num*. 104. & alii.

An Vouens possit commutare vota sua in euidenter æquale? Dub. 4.

9 NEgatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia non est certũ acceptari à Deo eam commutationem, cũ nulla vtilitas in eã acceptatione eluceat: ergo opportet intercedere auctoritatem Prælati interpretrantis, vice Dei eam voluntatem. Tum quia in hac æqualitate promissa materia excedit, eo quod ad Dei cultum spectat perseuerantia in priori voluntate; vbi aliquid auctius loco illius non præstetur, quo compensetur necessitas, à priori voluntate oblata Deo. Ita Angelus, *v. votum* 4 *quæst*. 21. *in fine*. Caietanus, 2. 2. *quæst*. 88. *artic*. 12. *col*. 2. & *in sum. v. votum cap. vlt*. Sotus, *lib*. 7. *de iust. quæst*. 4. *artic*. 2. *colum*. 4. *versic. at vero quando in dubio*. Couarruu. *de pact. part*. 1. §. 3. *num*. 4. *versic. est enim Prælati*. Alcozer, *sum. cap*. 16. Corduba, *sum. quæst*. 149. Toletus, *lib*. 4 *sum. cap*. 18. *num. penult*. Grafhius, *par*. 1. *decis. lib*. 2. *cap*. 90. Philiarcus, *de offic. sacerd. to*. 1. *part*. 2. *lib*. 3. *cap*. 21. *ad finem*. Petrus Ledesma, *to*. 2. *sum. tract*. 10. *cap*. 8 *in fine* 9 *par*. Angles, *in florib. par*. 2. *quæst. vnica de voto artic*. 8. *diffic*. 4. & 6. *in* 2. *conclus*. Azorius, *par*. 1. *lib*. 11. *cap*. 8. *quæst*. 2. Sayrus, *in clau. regl. lib*. 6. *cap*. 12. *num*. 8. Rodoriquez, *in bull. cruciata* §. 9. *num*. 106. Sorbus, *in comp. mend. v. votum in adnotationibus suis notab*. 2. Suarez, *tom*. 2. *de relig. lib* 6. *de voto cap*. 19. *num*. 3. Layman, *in theolog. moral. lib*. 4. *tract*. 4. *cap*. 8. *num*. 19. *versic. dixi secundo*. Sanchez, *lib*. 4. *sum. cap* 49. *num*. 11. Molfesius, *to*. 1. *sum. tract*. 11. *cap*. 15. *num*.

197. Malderus, 2. 2. *tract.* 10. *cap.* 5. *dub.* 11 Filliucius, *to.* 2 *tract.* 16. *cap.* 10. *num.* 283. Reginaldus, *lib.* 18. *num.* 349. & alij.

10 Etiam si hæc commutatio fieret auctoritate Confessarij, non erit valida, dicunt Sanchez, *d. cap.* 49 *num.* 13. Suarez, *d. cap.* 19 *num.* 6. & alij: quia potestas ordinaria confessarij extenditur tantum ad forum pœnitentiæ, ad quod commutandi potestas non pertinet, sed Ecclesiæ gubernatio in foro externo. Vndè ad faciendum hoc, requiritur bulla cruciatæ, aut aliud priuilegium.

11 Sed hanc posteriorem non admittunt Lesius, *lib* 2. *de iust. cap.* 40. *dub.* 11 *num.* 91. & Viualdus, *in candelab. sacram part.* 3. *cap.* 14. *num.* 16. sed dicunt: Posse fieri commutationem auctoritate Cōfessarij.

12 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia, cum vtraque materia sit æquè grata Deo, nil refert vtra illorum eligatur, Deusque ei electioni conuenire cēsetur. Confirmatur: quia vtrumque opus, absque voto factum, placeret æquè Deo, ac æquè illud acceptaret, si à principio promissum esset. Tum quia nulla fit Deo iniuria, cū omnes illi æquè gratæ reddantur per commutationem voti factam, non per actum iurisdictionis, sed per subrogationem materiæ, æquè Deo gratæ: Quod etiam fieri potest ab Infidelibus; vel Chatecumenis, aut Laicis, cum non sit actus iurisdictionis. Ita Maior, *in* 4. *dist.* 38. *quæst.* 3. *colum.* 3. Ioan. Benedictus, *in sum. de peccat. lib.* 1. *cap.* 9. Henriquez, *lib.* 5. *de pœnit. cap.* 20. *num.* 5. & *lib.* 7. *de indulg. cap.* 30. *num.* 5. Medina, *lib.* 1. *sum. cap.* 14 § 7. *vbi de commutatione votorum.* Rodoriquez, *par.* 2. *sum. cap.* 100. *num* 4. *concl.* 4. *initio* Aragonius, 2. 2. *quæst.* 88 *artic.* 12. *dub.* 1 *dict.* 3. Bonacina, *de precep. disp.* 4. *quæst.* 2. *punt.* 7. § 3. *num.* 11. Emanuel Sà, *v. votum num.* 10. Fernandez, *part.* 1. *cap.* 6. § 11 *num.* 2. Diana, *part.* 1. *tract.* 11 *resol.* 48 & *tract.* 16. *resol.* 7 & *part.* 3. *tract.* 5. *resol.* 25. Bartholomeus à S. Fausto, *thesaur. relig. lib.* 4. *quæst.* 10. *num.* 3. Vilalobos, *to.* 2. *tract.* 34. *num.* 3. Portella, *in add. ad dub. regul. v. voti commutatio num.* 88. Ioa. del Cruz, *par.* 1. *precep.* 2. *artic.* 2. *dub.* 11. *concl.* 4. Ludouicus del Cruz, *in expos. bull. dist.* 1. *cap.* 6. *dub.* 3. *num.* 15. & alij. Et probabilem vocant Sanchez, Suarez, & alij.

13 Materiam verò subrogatam, euidenter constare debet, esse equalem: nam si dubia sit, non erit licita talis commutatio: quia in dubio melior est conditio possidentis: sed in tali casu votum possidet: ergo, &c. Ita Aragonius, & alij. Non tamen opportet scrupulus agitari, An opus, ad quod votum commutatur, sit omnino æquale: hæc enim æqualitas non debet esse mathematica, & moraliter loquendo, omnimoda æqualitas nō est cognoscibilis: sufficit equalitas ad arbitrium boni viri, seclusa fraude, & graui ignorantia; maximè, si commutatio fiat virtute Priuilegij. Ita Portalla, *in dub. regul. v. commutatio num.* 43. Diana, *par.* 1. *tract.* 11. *resolut.* 49.

14 Et stando in prima opinione, *num.* 9. quamuis commutatio voti sit facta propria auctoritate in bonum equale, aut in minus, vel prius votum implere, vel supplere, quod commutationi defuit, vt esset in bonum euidenter melius; quare sufficit tunc propria auctoritate supplere, quod euidenter melius sufficiebat. Ita Sanchez, *to.* 1. *sum. lib.* 4. *cap.* 51. *nu.* 11. & 12

15 Sed quia secunda opinio, *num.* 12. citata, probabilior mihi videtur, dico: Quod non tenetur aliquid aliud supplere: quia sufficit (vt diximus) vt votum commutetur in æquale, etiam auctoritate solum ipsius vouentis: vt bene Diana, *part.* 1. *tract.* 11. *resolut.* 9. *in fine.*

An commutatio voti, quæ fit per priuilegium, debet fieri in opus æquale, vel sufficit minus æquale? Dub. 5.

16 Prima opinio ait: Faciendam esse in bonum æquale. Cuius ratio est: quia hæc commutatio votorum, est contractus quidam inter commutationem nomine Dei, & vouētem, vt testatur D. Thomas, *in* 4. *dist.* 38 *quæst.* 1. *artic.* 4. *quæst. vltim. in corpore.* At contractus omnes suapte natura æqualitatem petunt, quæ contractu permutationis in eo versatur vt sit æqualitas inter illa, quæ permittuntur, vt ait Aristotel. 3. *Ethycorum.* Confirmatur: quia in humanis iniustus esset cōtractus, quo res minor commutaretur cum maiori: atque infideliter rē Domini ageret Oeconomus, habens potestatem solam alicuius rei commutandæ, si illam pro minori commutaretur. Ita Abbas, *in cap.* 1. *num.* 3. & 5. *de voto* Paludanus, *in* 4. *dist.* 38. *quæst.* 4. *artic.* 3. *conclus.* 1. *num.* 31. Caietanus, 2. 2. *quæst.* 88. *arti.* 12. *concl.* 2. & *in sum. v. votum cap. vltim.* Rosella, *v. votum* 5. *num.* 6. Siluester,

ster, *v votum* 4. *in fine* Couarruuias, *de pactis part.* 1. §. 3. *num.* 4. *versic. illud vero.* Palatios, *in* 4. *dist.* 38. *disp.* 3. *colum.* 28. *paulo ante versi. memineris porrò.* Angles, *in floribus part.* 2. *quæst. vnica*, *de voto artic.* 8 *ad finem.* Ouandus, *in* 4. *dist.* 38. *disp. vnica propos.* 25. Alcozer, *sum cap.* 16 *vbi de commut. votorum conclus.* 2. Azorius, *part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 18. *quæst* 6. Sayrus, *in clau. reg. lib.* 6. *cap.* 12. *num.* 9. Suarez, *to.* 2. *de relig. lib.* 6. *de voto cap.* 12. *nu.* 6. *&* *cap.* 19. *num.* 7. *&* 8. Sanchez, *lib.* 4. *sum. cap.* 54. *num.* 4 Reginaldus, *lib.* 18. *num* 353. Raphael della Torre, 2. 2. *to.* 2 *quæst.* 88 *artic* 12. *disp.* 4 *num.* 1. Portella, *in addit ad dub. regul. v. voti commutatio num.* 59. Io. del Cruz, *in direct par.* 1. *precep.* 2 *artic.* 2 *dub.* 10. *conclus.* 1. & alij.

16 Limitant hanc opinionem Viualdus, *in candel sacram. part.* 3. *cap.* 14. *num.* 20. *&* 58. Corduba, *sum. quæst.* 140. *&* 150. Angelus, *v votum* 3. *nu.* 26. *in fine.* & alij. Nisi adsit iusta, & rationabilis causa: quia, tunc potest fieri commutatio in minus bonum.

17 Secunda opinio ait: Posse fieri in minus. Cuius ratio est: quia vnusquisque potest propria auctoritate commutare votum in æquale absque priuilegio: ergo, nè dicamus hoc priuilegium esse inutile, concedendum est, habentem priuilegium commutandi, posse commutare in minus. Tum quia beneficium Principis latè interpretandum est, *l beneficium ff. de constit princip.* ita Trullec. *in exposit. bull cruci. lib.* 1 *§.* 7. *cap.* 3. *dub.* 12. *num.* 5. Aragonius, 2. 2. *quæst.* 88. *artic.* 12 *dub.* 1. *conclus.* 2. Medina, *lib.* 1 *sum cap.* 14. § 7. Alcozer, *sum. cap.* 16. *vbi de commut. votorum conclus.* 7 *fol* 58. Henriquez *lib.* 7 *de indulg cap.* 30. *num.* 5. Rodoriqu. *in exposit. bull cruciata* § 9. *num.* 107. *&* *in addit §.* 9. *num.* 107. *&* *part.* 2. *sum cap.* 100. *num.* 4. *in* 3. *argum.* Bonacina, *de precep. disp.* 4 *quæst.* 2. *pun.* 7 § 3. *num.* 11. Lesius, *lib.* 2. *cap* 40. *dub.* 11. *num.* 95. Emanuel Sà, *v. votum vbi de irritat. votorum num.* 10. Leone, *tractat de iubileo part.* 2. *quæst.* 12. *num* 63. Homobonus, *in exam. Eccles. par* 1 *tract.* 5 *cap* 6 *quæst.* 4. Diana, *par.* 1. *tract.* 11. *resolut* 40. *&* *tract.* 16. *resol.* 10. *versic. dicendum est*, & alij.

18 Quando commutatur vota in bonum æquale, vel minus, vltra auctoritatem Prælati, opus est aliqua causa: non autem quando cōmutatio fit in euidenter melius: quia iure diuino, & naturali debemus vota persoluere: in ijs autem, quæ sunt de iure diuino, aut naturali, nullus habet ius dispensandi, absque iusta causa: ergo, &c. Ita D. Thomas, 2. 2. *quæst. artic.* 12. D. Bonauentura, *in* 4. *dict.* 38. *art.* 2. vbi Riccardus, *artic.* 9 *quæst.* 1. Gabriel *quæst.* 1. *artic.* 5. Panormit. *in* 4 *dict* 38 *q.* 4. *artic.* 4. *conclus.* 3. D. Antoninus, 2. *part. tit.* 11. *cap.* 2. §. 6. *in fine.* Azorius, *par* 1. *lib.* 11. *cap.* 18 *quæst.* 3. *&* *cap.* 19. *quæst.* 16. Sayrus, *in clau. reg. lib* 6. *cap.* 12. *num.* 25. Medina, *lib.* 1. *cap.* 14. §. 7. Aragonius, 2. 2. *q.* 88 *artic.* 12. Valentia, 2. 2. *disp.* 6. *quæst.* 6. *pun.* 7. Nauarrus, *cap.* 12. *sum. nu.* 76. Caietanus, 2. 2. *quæst.* 88. *artic.* 12 *&* *in sum. v. votum* §. *vltim.* Sotus, *lib.* 7. *de iustit. quæst.* 4. *artic.* 4. Philiarcus, *de offi. sacerd. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 4. Filliucius, *to.* 2. *tract.* 26 *cap.* 10. *num.* 281. Graffius, *par.* 1. *decis. lib.* 2. *cap.* 30 *num.* 6. Malderus, 2 2. *tract.* 10. *cap* 5. *dub.* 11. *quæst.* 5. Diana, *part* 2. *tract.* 16. *resolut* 10. Bonacina, *de præcep disp.* 4. *quæst.* 2 *pun.* 7. § 3. *num.* 11. *versic. requiritur tamen*, & alij.

19 Sufficit, vt ista causa sit leuis, & parua, dicunt Fernandez, *part.* 1. *cap.* 6. § 11. *nu.* 4. Lesius, *lib.* 2. *cap.* 40. *dub.* 11. *num.* 96. & Diana, *part.* 2. *tract.* 16. *resolut.* 10. Quod causa, sufficiens ad commutandum votū in æquale, satis erit, si suauius, hilariusque vouens adimplebit materiam voti subrogati. Immò Sanchez, *to.* 1. *sum. lib.* 4. *cap.* 50. *num.* 23. ait: solam petitionem vouentis, vt votum commutetur, esse causam sufficientem ad commutandum. Vndè, tunc Prælatus sinè causa commutat, quando pro libito, ante subditi petitionem, nec intuitu illius gratificationis, commutat. Ita Caietanus, 2. 2. *quæst.* 88 *artic.* 12. *colu.* 2. *versic. in commutatione autem votorum, &* *in sum v. votum cap. vlt. versic. rationabilis autem causa.* & Diana, *part.* 1. *tract* 16 *resolut.* 10

20 Et quamuis Raphael della Torre *in* 2. 2 *tom.* 1. *quæst.* 88. *artic.* 12. *disp.* 5. *num.* 7. dicat: Sacerdotem, mutantem votum in ęquale, sinè iusta & legitima causa, peccare mortaliter: Tamen Sanchez, *lib.* 4. *sum. cap.* 51. *num.* 15. & Diana, *part.* 2. *tr.* 16. *resol.* 10. *versi. plus addam*, dicunt: peccare tantum venialiter. Quorum ratio est: quia commutatio illa, & abusus potestatis est in re leuissima, neq; magnum detrimentum ex ea, cultui diuino infertur: & talis commutatio in rigore leuissimam causam requirit.

21 Id, quod supradiximus, intelligitur

Ppppp virtute

virtute priuilegiorum regularium: vel quando delegatur hęc potestas in fauorem priuatæ personæ: vel quando Prælatus, ex potestate ordinaria, talia vota commutat: nam quando commutatur, virtute Bullæ Cruciatæ, vel alicuius Iubilæi, nulla alia est opus causa, quam conferre eleemosynam præscriptam in Bulla, propter belli subsidium; & exequi opera, in Iubilæo præscripta. Ita Portella, *in addit. ad dub. regul. v. voti commutatio num.* 91 Suarez, *to. 2. de relig. lib. 6. de voto, cap.* 19. *num.* 10. Sanchez, *tom.* 1. *sum. lib.* 4. *cap.* 50 *num.* 19 Diana, *part.* 1. *tract.* 11. *resol.* 39 *& part* 2. *tract.* 16. *resolut.* 10. *vers. nota verò* Bartholom. à S Fausto *in thesaur. relig. lib.* 4. *quæst.* 20. *nu.* 7. & alij

An gaudens ordinaria potestate dispensandi vota, possit omnia vota commutare, in quibus potest dispensare? Dub. 6.

22 SI loquamur de ordinaria potestate erga subditos, affirmatiuè respondetur, vt diximus, *in lib. 1. tract. 1 cap. 9 dub. 3. à num.* 48. Quę autem sint vota, in quibus dispensare valent, diximus *in lib. 2. tract. 5. cap. 9 dub. 5. à nu.* 47. Vota autem, Pontifici reseruata, quò ad eorum dispēsatione, explicuimus, *in d. cap. 9. dub. 5. à num.* 35. Sunt etiam reseruata, quò ad eorum commutationem, vt communiter docent. Et constat ex vsu Ecclesiæ: quia in priuilegijs, ad solam cōmutationem concessis per Bullam, aut Iubilæum, aut alia priuilegia Religionis, solēt hęc omnia, aut aliqua illorū excipi.

An facultas, commutandi vota virtute Iubilęi, aut Pontificiæ Indulgentiæ, intelligatur solum facultas ad ea vota, facta ante Iubilæum: vel extendatur etiam ad alia, quę post Iubilæum facta sunt: & ita quæro de alia concessione? Dub. 7.

23 DE hac dubitatione satis diximus, *in lib. 1. de leg. tract. 1 cap. 9 dub. 3. à nu.* .. vbi probauimus, extendi etiam ad alia, quæ post Iubilæum, aut post publicationem Bullę Cruciatæ facta sunt: & præter Doctores, ibi citatos, docēt Trullēc. *in expl. bul. cruc. lib. 1. § 7. c. 3. dub. 4. n.* 3. 4 *&* 5. & Molfes. *to. 1. sum. tr. 11. c. 15. nu.* 204.

24 *Etiā si* votum factum fuerit cum intētione commutationis obtinendæ. Ratio est: quia, sicut pęnitens, virtute Iubilęi, aut Bullæ Cruciatæ absolui possit à peccatis, quæ tunc temporis commisit, spe obtinendæ absolutionem, si posteà elicceat actum contritionis: ita, à fortiori, vouens potest obtinere dispensationem, vel commutationem voti facti, spe illius commutationis obtinendæ. Tum quia priuilegium adhuc durat, nec simpliciter amittitur per abusus. Ita Sanchez, *lib. 4. sum. cap.* 54 *nu.* 18. Suarez, *to. 2. de relig. lib. 6. de voto cap.* 13. *in fine.* Bonacina, *de præcep. disp. 4. q. 2. pu. 7. §. 2. n.* 12. & alij.

An votum reale possit commutari in voto personali? Dub 8.

25 REginaldus, *in lib.* 18 *sect. 4. num.* 356. *versic. quo ad vota realia,* ait, quod conuenit ea fieri in aliquid reale, nisi paupertas obstet: aut euidenter constet, ad maius Dei obsequium spectare, vt loco voti aliquod pium opus fiat.

26 Lesius verò, *in lib. 2. cap. 40. dub. 11. nu.* 90. Sanchez, *lib. 4. sum. cap 56. num.* 11. Suarez, *to. 2. de relig. lib. 6 de voto, cap.* 19. *initio.* Bonacina, *de præcep. disp. 4 quæst. 2. pun. 7. §. 3. num.* 7. Molfesius, *to. 1. sum. tract.* 11. *cap* 15. *num.* 212. Filliucius, *tract.* 29. *cap.* 10. *quæst.* 4. & alij affirmant. Quorum ratio est: quia in commutatione voti, habenda est ratio maioris obsequij diuini, vel æqualis, prout vouens adimplere possit; & possit hæc æqualitas reperiri in vtraq; materia: Idcircò non est opus, in hac commutatione seruandam esse vnitatem physicam, sed satis est proportio, & æstimatio moralis, in ordine ad gloriam Dei, per adimplementum voti, attentis circumstantiis personæ vouentis, loci, ac temporis.

An facta commutatione voti, sit liberum vouenti seruare prius votum? Dub. 9.

27 NEgatiuè respōdet prima opinio, quādo commutatio voti facta est in melius: Affirmat verò, quando facta est in minus, aut ęquale. Cuius ratio est: quia cōmutatio vim hēt noui voti, quo vouēs Deo se obligat exhibare aliquid melius, quā antea promiserat: proindè nō poterit redire ad pristinū votū, quia (vt sic) esset cōmutare melius votum in minus: & ideò, si quis vouerit castitatē, & postea cōmutauerit in votū Religionis, aut Presbiteratus, non poterit retrocedere: quia posterius votū est perfectius. Et cōfirmatur

tur à pari: nã in humanis contractibus, quando ex partim consensu obligatio melioratur in fauorem creditoris, non poterit debitor resilere ab hac postrema obligatione: Sic proportionaliter est asserendum in hac præsenti materia. Præterea nisi ponatur talis obligatio ex parte vouentis, nulla fieret commutatio in melius. Et probatur: quia facultas faciendi id, quod est melius, loco minoris boni, includitur in omni voto; præscindendo à commutatione, obtenta à Prælato, aut Confessario: igitur, dum vi Ecclesiasticç auctoritatis votum aliquod commutatur in melius, resultat obligatio in vouente in ordine ad illud bonum melius. Ita Suarez, *to. 2. de relig. lib 6. de voto cap. 20 num. 1.* Filliucius, *to. 2. tract. 26. cap. 10 num. 288* Raphael della Torre, *2. 2. quæst. 88 artic. 12. disp. 12.* Reginaldus, *lib. 18. num 362.* Molfesius, *to. 1. sum. trac. 11. cap. 15. num. 123.* & alij.

28 Cuius ratio est: quia commutatio voti fit dependenter à voluntate vouentis, ita vt in tantum fiat, in quantum ipse vult: ergo ex natura sua reliquit regressum ad priorem materiã. Consequentia probatur: Commutatio voti non ponit nouam obligationem, sed tantum transfert priorem ad materiam subrogatam, vt communiter cum D. Thom. *in 4. dist. 38 quæst. 1. artic. 4 quæst. 3.* dicunt: ergo, cum hæc translatio obligationis habeat pro fundamento voluntatem vouentis, voluntas vouentis non continet de nouo aliquam promissionem, sed retinet naturam suam, quod sit mutabilis: & cum non sit alligata aliquo vinculo promissionis, aut alterius obligationis, potest recedere à proposito, & regredi ad priorem materiam. Confirmatur: Commutatio est in gratia vouentis, vt nimirum obseruantia voti ipsi facilior fiat: vndè se habet per modum cuiusdam priuilegij: immò est priuilegium, quod in Iubilæo, vel virtute Bullæ Cruciatæ, aut alterius, possint vota commutari: ergo potest voués relinquere materiam subrogatam, & regredi ad priorem: quia nemo tenetur vti priuilegio, neque ijs, quæ in gratiam ipsius concessa sunt. Vndè, ex natura commutationis, inest tacita conditio, quod habeat locum, quãdiù vouens velit ita vti, quia tamquam facta ad instantiam, & in fauorem ipsius, est dependens ab eius libera voluntate. Non sic autem, quando vouens præter-mittit seruare votum in materia subrogata: nam non inest tacita cõditio, quod non seruando, reuiuiscat votum, quò ad priorem materiam: quia commutatio non est facta in fauorẽ vouentis: & ideò conditiones tãtum fauorabiles possunt inesse, non autem onerosæ. Ita Sanchez, *lib. 4 sum. cap. 55. num. 26.* Azorius, *par. 1. lib. 11. cap. 18. quæst. 10 & 12.* Sayrus, *in clau. reg. lib. 6. cap. 12. num. 22.* Bonacina, *de præcep. disp. 4 quæst. 2 pun. 7. §. 3. num. 20.* Malderus, *2. 2. tract. 10. cap. 5. dub. 11. quæst. 9* Bossius, *sect. 2. de iubil. cas. 8. nu. 8.* Moronus, *resp. 98. num. 501.* Lesius, *lib. 2. cap. 40. dub. 16. num. 111.* Diana, *part. 1. tract. 11. resol 85. & part. 2. tract. 16. resol. 6.* Trullench. *in expos. bull cruciat. lib. 1. § 7. cap. 14. num. 10 & lib. 2. decalog. cap. 1. dub 46.* Ludouicus à Cruce, *disp. 1 prop. 6. dub. 16 num. 5.* Palaus, *to. 3. tract. 15 pu. 18. num. 10.* Bard. *in expos. bull. cruciata part 2. tract. 7. cap. 2 sect. 5. § 6. num. 89.* & Layman, *in Theolog. moral. lib. 4. trac. cap. 8. num. 38.* & Pasqualigus, *de iubil quæst. 335 num. 6.* & alij.

29 Etiam si sæpiùs facta sit commutatio, poterit iterum redire ad votum: & erit semper in libertate vouentis redire ad quamlibet maluerit in his materijs, in quas effecta fuit commutatio: quia talis commutatio facta fuit in fauorem vouẽtis, vnde potest ei renuntiare: alioquin, non tam esset fauor, quam onus. Ita Lesius, *lib. 2. cap. 40. dub. 11 num. 97.* Sanchez *lib. 4 sum. cap. 55 num. 28 & lib. 8. de matr. disp. 9. num. 21.* Tancredus, *lib. 8. de matr. disp. 9. num 6.* Trullench. *d cap. 3. dub. 14.* Diana, *part. 2. tract. 16. resol. 6.* Fagundez *lib. 2 decalog. cap. 50. num. 19.* Bard. *in expos. bull. cruciata part. 2. tract. 7. cap. 2. § 6 num. 97.* & alij.

30 Quando dubitatur: An vouens per commutationem prioris voti in melius, renuntiauerit fauori suo, nec nè? præsumptio stat pro libertate vouentis: quia præsumptio ista desumitur à communiter contingentibus: per se autem loquẽdo, solent commutationes istæ fieri in gratiam, & leuamen ipsius vouẽtis: proindè, nisi aliud habeatur, ita erit præsumendum. Ita Sanchez, *d. cap. 55. num. 27.* Ludouicus del Cruce, *dub. 16. num. 7.* Bardus, *d. § 6. num. 94.*

An si Summus Pontifex votum sibi reseruatum in aliud non reseruatum commutauerit, possit Episcopus, vel alius Confessarius regularis illud relaxare, vel in aliud ex causa commutare? Dub. 10.

31 NEgatiuè respondet prima opinio. Cuius ratio est: quia, licèt illa materia non sit ex se reseruata, est tamen ex accedenti ratione posterioris materiæ reseruatæ voti, in cuius locum suffecta est. Quamuis enim prius votum per se non duret; at perseuerat quasi in virtute, in illa materia, ad aliam. Tum quia eo ipso, quod votum est authoritate Pōtificia translatum in aliam materiam, materia illa est onus, iussu Pontificis susceptum. At nemò potest, Superioris legem, pœnam, & sententiam immutare, *l. minor, magistratus ff. de arbitrio.* ita Glossa, *cap. 1. v. visum, de sortileg.* Archidiac. *cap. latorem, in fine 33. quæst. 2.* vbi Bellamera, *in fine.* Zennardus, *indirect. theol. part. 2. cap. 33.* & alij. & videtur inclinare. Azorius, *part. 1. lib. 11. cap. 18. quæst. 11.*

32 Secunda opinio affirmat. Cuius ratio est: quia illud votum non est per se reseruatum: sed ratione solius materię reseruatæ: cessat ergo reseruatio, sublata obligatione, circa illam materiam, & translata in aliam non reseruatam. Sicut peccata, ratione excommunicationis reseruata Pontifici, per solam excommunicationis ablationem, desinunt esse reseruata: ita etiam votum reseruatum Pontifici, si, in aliam materiam, ei non reseruatam ab ipso commutetur, non est amplius ei reseruatum: cessatque reseruatio ex commutatione in aliam materiam, ei non reseruatam: & consequēter, potest Episcopus, aut confessarius, vi Iubilæi electus, illud commutare. Ita Ludouicus Romanus, *singular. 464.* Silvester, *v. votum 4. quæst. 7. in fine.* Minchaca, *quæst. illustrib. lib. 1. cap. 25. num. 25.* Henriquez, *lib. 7. de indulg. cap. 30. nu. 5. versic. 4.* Emanuel Sà, *v. votum nu. vlt.* Aragonius, *2. 2. quæst. 88. art. 12. paulo ante solut. ad 1.* Rodoriquez, *par. 2. sum. cap. 96. in fine.* Sanchez, *lib. 8. de matrim. disp. 9. num. 20.* Sayrus, *in clau. reg. lib. 6. cap. 12. num. 13.* Diana, *part. 1. tract. 11. resol. 71. & part. 5. tract. 12. resol. 60. in fine.* Malderus, *2. 2. tract. 10. cap. 5. dub. 11.* Filliucius, *to. 2. tract. 10. cap. 10. num. 293.* Suarez, *to. 2. de relig. lib. 6. de voto cap. 20. nu. 15.* Bonacina, *de præcep. disp. 4. quæst. 2. pun. 7. § 3. num. 19.* Lesius, *lib. 2. cap. 40. dub. 18. nu. 124.* Sancius, *in select. disp. 14. nu. 14.* Trullench. *in expos. bull. cruciat. lib. 1. § 7. cap. 3. dub. 14. num. 7.* Ludouicus à Cruce, *in bull. disp. 1. cap. 6. dub. 12. num. 7.* Tancred. *lib. 8. de matrim. disp. 9. num. 5. versic. tertio si quis,* & alij.

An non impleta materia subrogata, reuiuiscat prioris materiæ obligatio? Dub. 11.

33 PRima opinio ait: Quando culpa sua commutationem non impleuit, vel non habuit animum implendi, tempore, quo commutatum est; teneri hunc ad priorem materiam. Cuius ratio est: quia commutatio, est quasi contractus conditionalis, ita vt non extinguitur prior obligatio, sed mutatur in aliam materiam, si modo impleatur. Tum quia, sicut facta commutatione, est licitus vouenti transitus ad priorem materiam: ita manet obligatio disiūctiua vnius, aut alterius materiæ. Ita Rodoriquez, *in addit. ad bull. cruc. § 9. nu. 117. & 118.* Aragonius, *2. 2. quæst. 88. artic. 3. in solut. ad finem.* Vega, *to. 2. sum. cap. 129. cas. 79.* Sotus, *lib. 7. de iust. q. 2. artic. 1. ad 3.* & alij.

34 Secunda opinio ait: Quamuis culpa sua nō impleuit materiam subrogatam, tunc nullo modo reddit materia prior, & solum vouens est trāsgressor commutationis. Cuius ratio est: quia post talem commutationem, manet vouens ita definite obligans ad opus melius, vt non sit illi integrum retrocedere, & ad priorem obligationem reuerti, vt aliqui dicunt: ergo signum est, priorem obligationem fuisse omnino extinctam, ac subindè non amplius redire. Tum quia per commutationem extinguitur prior obligatio: obligatio autem, semel extincta, non amplius reuiuixit: ergo, &c. Maior nota est in iure, & notat Glossa, *in cap. quæris v. contrahatur, de consecrat. dist. 4. & cap. si licet 23. quæst. 5. & ex leg. qui res §. Arcam ff. de solut.* & ratio est clara, maximè in obligationibus, quæ propria voluntate, & non aliter cōtrahi possunt, qualis est obligatio voti: quia semel sublata obligatio, nisi propria voluntate iterum assumatur, non potest resurgere, nisi iterum quis velit tale votū emittere. Maior autem propositio sumitur ex cōmmuni sententia Doctorum, dicētium:

tium: Per commutationem voti mutari obligationem voti ab vna materia, in aliam: sic enim dixit D.Thomas, *in 4.dist. 38.quæst.1.artic.4.quæst.3.* Quando votum commutatur, vouentem absolui ab vno, & ligari in aliud. Ita Sanchez, *lib 4. sum.cap.55.num 15. & lib. 8. de matrim. disp.9.num.21.* Graffius, *part 1.decis.lib.2 cap.30. num.3.* Sayrus, *in clau reg. lib 6. cap.12.num.24.* Suarez, *to.2.de relig.lib.6. de voto cap.20.à num.9* Viualdus, *in cād. sacram.part.2.cap 14.num.27.* Molfesius, *tom.1.sum. tract.11.cap.15. num.124* Fagundez, *lib.2.decalog.cap.41.num.20* Lessius, *lib.2.cap.40.dub.11. num.97.* Ludouicus à Cruce, *in bull.cruciatæ disp.1.cap. 6 dub.16.num.12.* Bardus, *in exposit.bull. part.2.tractat.7.cap 2.sect.5.§.5.numer.84* Bartholomeus à S. Fausto, *in thesaur.lib. 4.quæst 77.* Trullench *in exposit.bull.lib. 1.§.7.cap.3.dub 14.num 9.* Tancredus, *lib. 2.de matrim.disp 9.num.6.* & alij.

Et hæc pro hac parte dicta sufficiant: quæ omnia subijcio correctioni Sanctæ Matris Ecclesiæ, ad laudem, & gloriam Sanctissimæ, & Indiuiduæ Trinitatis, Beatissimæ Immaculatæ Conceptionis, Sanctorum Apostolorum, Petri, & Pauli, & Patris nostri Francisci, Antonij, Sebastiani, Vincentij, & omnium Sanctorum.

INDEX



INDEX RERVM NOTABILIVM QVAE CONTINENTVR IN HOC PRIMO TOMO.

PRIMVS NVMERVS LIBRORVM, SECVDVS TRACTATVM, Tertius Capitum, Quartus Paginarum seriem indicat.

Bene-

Com-

d.15.

Dispensatus.

Disputare.

Distinctio.

Distributor.

Diuina-

E

Ebrius.

Ecclesia.

Fu-

Horas

Hydromansia.

Hypocrisis.

I

Iactantia.

Idolatria.

Ieiunare, Ieiunium.

Ad

&

re

Chri-

Iura-

Lex,

per

Otti-

&

Serui-

Et

Voti Commutatio.

FINIS.